



Handwritten text in a cursive script, likely a name or title, written vertically on a parchment or leather surface. The text is dark brown or black ink and appears to be a personal or institutional name.



In





COMMENTARIORVM
 SVPER TOTVM EVANGELIVM
 MATTHÆI, PER SVPRADICTVM
 Patrem Fratrem Alfonsum de Auendaño Beneuentanum, in
 sacra Theologia Præsentatum, & Prædicatorem ge-
 neralem Instituti diui Dominici editorum,
 In gloriam Dei, & sacrosanctæ Matris
 Ecclesiæ obsequium,

TOMVS SECVNDVS.

*De la libreria
 de la Merced
 de Audela.*



FACULTAD
 DE
 TEOLÓGIA
 Univ. de Deusto
 BILBAO



MADRITI,

Apud Petrum Madrigal. 1592.





TOMVS SECVNDVS
COMMENTARIORVM
SVPER TOTVM EVANGELIVM
 Matthæi, editorum per supradictum Patrem Fratr.
 Alfonsum de Auendaño Beneventanum, in sacra
 Theologia Præsantatum, & Prædicatorem ge-
 neralem instituti diui Dominici. In glo-
 riam Dei, & Sacrosanctæ Matris
 Ecclesiæ obsequium.

CAPVT XIII.



*In illo die exiens
 Iesus de domo, se-
 debat secus mare,
 & congregata sunt
 ad eum turba mul-
 ta, ita ut in nauic-
 ulam ascendens,
 sederet. Et omnis
 turba stabat in lit-
 tore, & loquens
 est eis multa in parabolis dicens.*

Hic incipit tradi Euangelica doctrina, ea
 forma qua à nobis magis perceptibilis est,
 nempe per parabolas & similitudines: &
 ideo oportet primum intelligere quid sit
 parabola, & quæ necessitas sit utendi illis, &
 differentia parabolarum, de earum sensu &
 intellectu. Et circa primum sciendum est ex
 D. Chry. D. Chrylost. super Psalm. 48. explicans illa
 Psalm. 48. verba: Aperiam in parabolis os meum. Pa-
 rabola est nomen quod habet multa signifi-
 cata. Est enim parabola etiam loquela,
 exemplar, & exprobratio, aut opprobrium.
 Nam primum ex hoc quod assuetum erat
 Hierony. Hebræis per similitudines loqui (ut ait Hie-
 rony. Matth. 18.) parabola nomen trahitur
 Matth. 18. ad significandum simplicem sermonem absq;
 Psalm. 68. vlla comparatione: ut est illud Psalm. 68. Posui
 vestimentum meum cilicium, & factum est
 illis in parabolam, hoc est, in loquelam: ut
 3. Reg. 9. de me sæpè haberetur sermo. Et 3. Reg. 9.
 Eric Israhel in prouerbiū, hoc est, in loquela
 familiarī, & de eo fiet sæpè sermo: quia in
 Tom. II.

ore hominum erit. Licet, quia hoc frequen-
 tius fit in opprobrium & derisum illius, de
 quo semper loquuntur homines, parabola
 sumitur pro opprobrio: ut Psalm. 42. Po-
 suisti nos parabolam in Gentibus: & quod
 modò diximus de Christo: Factus sum illis
 in parabolam, hoc est, in derisum & oppro-
 brium. Et clarius in Paralip. 7. Domū quam
 ædificauī tradam in parabolam. Et Job. 17.
 Posuit me in opprobrium vulgi. Et ex Hie-
 remia. 24. Dabo eos in opprobriū, & in pa-
 rabolam, & in prouerbiū, & maledictionē
 in omnibus locis, ad quæ eieci eos. Est etiam
 parabola oratio enigmatica, quæ aliud qui-
 dem significat, sed id non est apertum sta-
 tim ex ipsis verbis, sed habet sensum intus
 latentem, cuiusmodi erant ea quæ dicebat
 Sanson Iud. 14. De comedēte exiuit cibus,
 deq; forti egressa est dulcedo. Et apud Eze-
 chielem cap. 17. Duarum aquilarū ænigma,
 parabola vocatur. Quare sententiæ graues,
 quæ non pāsīm ab omnibus intelliguntur,
 parabola nuncupatur, qualis illa est Christi
 Domini cap. 15. non quod intrat per os coin-
 quinat hominem: quam sententiā cum Pe-
 trus non intelligeret, parabolam appellauit.
 Ad eum modum accipitur quod in multis
 locis dicitur: Job assumens parabolam suam,
 ait: quod etiam de Balaā dicitur. Et sic etiam
 potest intelligi quod de Salomone dicitur,
 loquutum fuisse in parabolis, & intellexisse
 omnē parabolam. 3. Reg. 4. Licet etiam ali-
 quando accipjatur pro prouerbio, sicut pa-
 rabola

Psalm. 42

Job. 17
Hierem.

Iud. 14
Ezech. 17

Matth. 15

Num. 23
Gen. 24

3. Reg. 4

*De la libreria
 de la M. de
 la Universidad
 de Deusto*





Euangelium secundum Matth.

parabolæ Salomonis prouerbia dicuntur. Item Ad Heb. pro figura, sicut Paulus Hebræo. 11. dicebat Abraham accepisse Isaac in parabolam, hoc est in typum, atque figuram. Sumitur etiam Clemens pro prophetia: sicut Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, ex D. Petro docet. Sic Num. 23. & 24. assumpta parabola Balaam, dixit Et Job. 27. & 29. Assumens parabolam suam Et Psalm. 77. Aperiam in parabolis os meum. Solet etiam sumi parabola pro carmine lugubri, atque tristi, & quo solemus alicui aliquid exprobrare: sicut illud Canticum erat quod Elai. vineæ carebat cap. 5. & quale cap. 15. Regi Babylonix dicebatur: Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Dominus a seruitute dura, qua ante seruisti, fumes parabolam istam contra Regem Babylonix, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum, contiuuit Dominus baculum impiorum, virgâ dominatium, &c. Et Abacu. 2. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sumunt, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur: Vx ei qui multiplicat non sua. Et Ezech. 27. Et assument super te carmen lugubre, & plangent te. Et Hierem. 9. Vocate lamentatrices, & assumat super vos lamentum. Proprie verò parabolæ nomen sumitur, cum collationem significat, qua res diuersæ in aliquo ostenduntur esse similes, vt cum Regnum coelorum comparatur fermento, & grano sinapis. Et sic definitur à Iustino martyre, in quæstionibus Christianis positis. q. 6. Parabolam esse orationem, similitudinem continentem rei gestæ ad eam quæ futura est. Atque ita Cicero nomen hoc collationem vertit. Hieronymus verò cap. 4. Marci ait: Parabola est discrepantium rerum sub aliqua similitudine facta comparatio, more Prouintia suæ. Nam parabola Græcè dicitur similitudo, quando id quod intelligi volumus, per comparationes aliquas indicamus, vt cum hominem durum dicimus ferreum, ex quibus hæc potest constari recta parabolæ definitio. Parabola est rerum fictarum per collationem ad aliud significandum verisimilis narratio: & his proprietatibus ab alijs differt, cum quibus similitudinem gerere videtur. Nam in eo quod dicitur, rerum fictarum, ab exemplo distinguitur, quod rem gestam referre solet, vt exemplum de Dauid quod Dominus attulit ad excusandos discipulos suos, quod die Sabbathi spicas vellerent. Differt ab allegoria, in eo quod dicitur ad aliud significandum: nam in allegoria verus semper &

& constans manet literalis sensus. Nam illud: Os non comminuetis ex eo, de Christo allegoricè dicitur, cuius ossa minimè confringenda erant: licet ad literam in esu agni Palchalis seruetur. In parabolis verò non id quod litera dicit, est literalis sensus, sed quod per illud significatur, vt iam iam videbimus. In eo verò quod dicitur, verisimilis narratio, differt à fabula, in qua non verisimilia referuntur. In id verò quod per collationem dicitur, à tropicis alijs & figuratis loquutionibus differt, quæ sine collatione enunciantur, cuiusmodi multa in Scriptura reperiuntur. Sicut, suscipiant montes pacem, & stillabunt montes dulcedinem: tange montes & fumigabunt: & alia multa quæ proprijs nominibus minimè referuntur, sed per alia. Parabola verò est, cum res proprio significata nomine alteri comparatur, & cum voce similitudinis explicatur, sicut: Fluat vt ros eloquium meum. Quemadmodum desiderat ceruus. Qui sunt hi qui vt nubes volant. Nam in primis videmus nullam fieri collationem ad aliud, sicut in istis, quamuis ista frequentissimè confundantur: sed in eo, quod narratio dicitur, distinguitur à prouerbio, sententia, & apothegmate. Nam prouerbium, est celebre & commune quoddam dictum, scitè & pulchè enunciatum, quemadmodum prouerbia communia, quæ inter nos passim feruntur, vt illud: Ego in portu nauigo. Et Christi dictum: Nemo potest duobus dominis seruire. Sententia verò est commune dictum ab omnibus approbatum, quale est illud: Corruptum bonos mores colloquia praua. Et illud Terentianum: Obsequium amicos, veritas odium pariti. Apothegma est dictum breue & acutum, cuiusmodi multa refert Plutarchus: in quibus dictis Hispani, signanter ex Castella, & Lusitania, celebres esse solet apud alias nationes. Verum est quod hæc nomina multotiens confunduntur: nam prouerbia parabolæ nuncupantur, & apothegmata, & sententia, eodem multotiens nuncupantur nomine. Secundò videndum est, quæ sit necessitas, aut utilitas parabolæ ad quod diuus Thom. 1. p. q. 1. art. 9. respondet. Quod quia res spirituales & immateriales cognoscuntur ab homine pro hoc statu, per comparationem & remotionem, quod docet Dionysius lib. 2. de Coelesti Hierarchia. cap. 20. dicens: Quod ex rebus materialibus ascendere possumus in aliqualem cognitionem rerum immate-

11. Clemens Alex. Strom. 2. Num. 23. & 24. Job. 27. & 29. Psalm. 77. Esai. 5. Esai. 15. Abacu. 2. Ezech. 27. Hierem. 9. Iustinus Martyr Cicero Hierony. 1. Reg. 21. Luc. 6.

1047. 19. Exod. 12. Psal. 71. Psal. 143. Amos. 9. Isai. 60. Matth. 6. Luc. 16. Terent. Plutarch. D. Tho. Dionys.

Cap. XIII.

materialium, non tamen perfectam: quia non est sufficiens comparatio rerum materialium ad immateriales, sed siquæ similitudines accipiuntur ad immateriales, intelligendæ sunt multò alijs dissimiles. Quod probatur ex hoc quod in isto statu omnis nostra cognitio ortum habet à sensu, vnde nihil potest esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vel ratione sui, vel ratione alterius obiecti, quod proportionem habet cum illo. Ex his ergo conflat ratio diui Thomæ, quæ est hæc. Nam Deus prouidet cuiq; iuxta modum suæ naturæ: est autem proprium humanæ naturæ intelligere spiritualia per similitudines rerum corporaliū: quia connaturale est homini quòd à sensu eius cognitio incipiat. Ergo necessarium ac vtile fuit homini talem modum cognoscendi tradere. Quod confirmatur auctoritate diui Dionysij. 1. cap. coelestis Hierarchiæ dicens: Impossibile est nobis aliter lucere Diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumdatum, hoc est valde difficile. Sicut enim Solem in seipso aspiceret non valemus, sed radios eius in montibus reflectentes cernimus; sic nec diuina ac supernaturalia in seipsis pro hoc statu videmus (cæcutiunt quippè oculi nostri, ac deficiunt in eis) sed in rebus ipsis sensibilibus, quæ nobis magis proportionatè sunt, reflexione quadam ipsa videmus. Sicut & intellectus dicitur intelligere singularia per reflexionem quadam ad phantasmata singularium. Et secundò quia Scripturæ sacræ mysteria omnibus proponuntur, sed rudiores non possunt capere veritatem puram, nisi per similitudines rerum corporaliū, ergo illis vti per utile est. Paulus enim dicit Roman. 1. se sapientibus, & insipientibus debitorem esse. Vnde per hoc Deus imbecillitati humanæ naturæ se attemperat, atque demittit, quæ huiusmodi similitudinibus ex rebus cognatis facillè ad maiora, veluti per gradus erigitur. Quod intelligens diuus Chrysostomus homil. 48. in Matthæum, ait: Ad fragilitatem audientium sermo Scripturæ accommodatur, idè non tanquam vilem & tenuem eum despiciamus. Sic Ezechiel multis similitudinibus, quæ ludæis conueniebant, vtitur, quamuis non ignoraret à diuina maiestate alienas fuisse. Id maximè dignum atq; gratum Deo est, quod imbecillitati humanæ naturæ accommodatum ad salutem nostram pertinet, de quo videndus est Cyril. lib. 1. contra Iulianum Augustum.

Deinde mysteria supernaturalia excedunt capacitatem nostri intellectus propter suam altitudinem: ergo non possumus supernaturalia & diuina cognoscere, secundum suum modum, sed nobis sunt proponenda secundum modum nostrum, scilicet, per ordinem ad res materiales. Et hæc est sensus illius quod in cor hominis non ascenderunt: nam vt dicit Augustinus tracta. 1. in Ioannem. Diuina mysteria quando cognoscuntur ab homine: quoniam cognoscuntur per ordinem & comparisonem ad rem materialem, & per similitudines materiales, amittunt de sua perfectione, & idè non ascendunt in cor, sed descendunt: quoniam non percipiuntur ab homine, secundum modum suum altissimum quem habent in se, sed secundum modum nostrum, qui longe inferior est. Vnde D. Thom. 2. 2. quaest. 23. artic. 6. ad 1. dicit: Quod ea quæ sunt infra animam, nobilitiori modo sunt in anima, quam in seipsis: quia vnquoque est in alio secundum modum eius, in quo est: vt habetur in libro de Causis. Quæ verò sunt supra animam, nobilitiori modo sunt in seipsis, quam in anima: vt patet de Deo, & Angelis. Hæc sunt rationes quæ à Theologis afferri solent. Alia à sanctis Patribus adducuntur: nam erat hoc orationis genus prophetis familiarè. Vnde Moyses dixit: Aperiam in parabolis os meum. Salomon etiam multa milia parabolatum proposuit, & conscripsit. Nathan per similitudinem ouis peccatum ipsi Dauid aperuit. Elaias per similitudinem vineæ ingratiitudinem illius populi ostendit. Et (vt diximus) hoc genus accommodatissimum est ad docendum simpliciores: quia vt Poeta quidam dixit: *Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus.* Et Paulus ait, quod inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. 2. Alia ratio est, vt sic suauis diuina carperemus: nam cum in semetipsis ab omni sensu quam remotissimæ sunt, nisi signis sensibilibus vestirentur, insuaues apparerent hominibus, qui sensibus vtimur. Quare transitus ille, & ascensus à similitudinibus corporaliibus ad spiritualia maximè iuuat. Sic enim & D. Hieron. tom. 4. de Celebratione Palchæ, quem tractatum alij putant esse diui August. ait: Ea quæ per metaphoram dicuntur, pius mouet, delectant atq; ædificat, quam

Dionys. simile. Ad Rom. D. Chry. Cyril.

Esai. 64. 1. Cor. 2. August. D. Tho. Psal. 77. 3. Reg. 24. 2. Reg. 12. Esai. 5. Ad Rom. Hierony. D. Tho. Hierony. Aug. Hierony. Hierony. Hierony.



Euangelium secundum Matth.

quam si proprijs verbis dicerentur: Credo enim (ait) quod ipse animi motus, quandiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur: si vero feratur ad similitudines corporales, & inde feratur ad spiritualia, quae illis similitudinibus figuratur, ipso quasi transitu vegetatur, & tanquam in focula ignis agitatus accenditur, & ardentiori dilectione rapitur ad requiem & quietem. Cui rationi accedit etiam alia, quam D. August. in praefatione Psal. 140. assignat, & 2. de doctrina Christiana, c. 6. dicens: Ideo multis ac varijs figuris aliquid in Scriptura exprimitur, ut varietas loquutionis fastidium tolleret veritatis. Et propterea, teste Hieronymo ad Damasum Papam de filio prodigo, Deus in vna parabola vocatur Pastor, in alia Paterfamilias, in alia locat vineam, in alia inuitat ad nuptias, diuersis similitudinibus rem eandem significat. Nam, ut Theodoretus sermo. 2. de Prouidentia docet, vniuersa fatietat e pariunt. Hae ille. Siquidem si Cantilena eadem totidem verbis saepe inculcetur, ferre quis poterit? Huius rei optimum affert exemplum Hierony. in Epist. ad Galatas. c. 6. super hunc locum: Ergo dum tempus habemus, &c. Beatus Ioan. Euangelista, cum Ephesi moraretur vsq; ad extremam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc. Filii diligite alterutrum. Tandem discipuli qui aderant tadio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia praecipuum Domini est, & si solum fiat, sufficit. Ecce quomodo eadem repetita fastidium generent. Varietas autem delectat. Quare pulchritudo ex varietate bene constituta consistit. Vnde Osee. 12. dicitur: Ego visionem multiplicavi, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Nec enim vna tantum visionem, sed plures ostendi differentes. Et in manibus Prophetarum assimilatus sum: quoniam ipsi manibus suis multas de me figuras fabricant: ut patet in diuersis similitudinibus, quas Deo tribuunt. Alia ratio est, ut tenacius res sacras in memoria habeamus. Nam tota memorandi difficultas in nobis ex potentijs sensitiuis prouenit, quare oportebat iuuare potentias has sensibilibus signis illis proportionatis. Nam, ut author est Plato in conuiuio, sicut fides in cithara per se sumptis, sonum non emittunt,

nisi in cithara ipsa alijs palis ligentur & extendantur: sic nec poterit intellectus nostrae per se in hoc statu aliquid operari possunt, nisi rebus sensibilibus alligentur: nam omnis nostra cognitio pro hoc itatu a sensibus pendet. Et quia varij sunt hominum gustus, varias oportuit etiam ut essent similitudines, ut quilibet in illis quod sibi plus placeat, inueniret. Theophil. Luc. 8. aliam assignat rationem, quae est haec. Ut attentiores Dominus redderet auditores, & excitet illorum mentes ad inquirendum de his. Solent enim homines curiosius inuestigare, de his quae obscurius dicta sunt, manifesta autem negligere, & ut indigni non intelligant quae abstrusius sunt dicta, iuxta illud: Nolite sanctum dare canibus. De quo statim dicemus. Ammonius quoque in praefatione praedicamen. inquit: Saepe compressum atq; obscurum disertum amat Aristoteles, non ex scribentis natura, sed data opera id egit, ut legentes ingeniosiores, magisque idoneos redderet, & ignauos auditores ex primordijs arceret; siquidem legitimi auditores, quod sunt obscurius dicta, eo magis certatim euincere ea contendant, & ad intima mysteria penetrare. Verum & propter prophanos reru inuoluens veritatem, obscuritate perinde ac velamine vsus est. Haec ille. Et Pythagoras illis signis voluit arcana philosophiae contegere, & a promiscua plebe arcere, quorum nonnulla receset Plutarchus lib. de Institutione puerorum. Gregorius in homil. 10. in Ezechielem, hanc assignat causam. Ideo plerumque (inquit) in sacro eloquio aliquid obscurum dicitur, ut dispensante mirabiliter Deo, multipliciter exponatur. Vnde Hieronymus in Epist. de Virginitate ad Eustochium, ait: Margaritum est sermo Dei, ex omni parte perforari potest. Praeterea August. Epist. 59. in postremis verbis ait: Vtile est ut de obscuritatibus diuinarum Scripturarum, quas exercitationis nostrae causa Deus esse voluit; multae inueniantur sententiae, cum aliud alijs videtur, quae tamen omnes sanae Fidei concordant. Et in praefatio. Psalm. 140. ait: Sunt in Scripturis sanctis profunda mysteria, quae ad hoc absconduntur, ne vilescant, ad hoc queruntur ut exerceant: ad hoc aperiantur ut pascant. Idem. 2. lib. de doctrina Christiana. cap. 97. hanc reddit rationem, dicens: Obscure Scriptura loquitur, quod prouisum est diuinitus, ad edomandam labore superbiam, & intellectum a fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerumque vilescunt.

Theophil.

Matth. 7.

Ammon.

Aristot.

Pythag.

Plutar. Gregor.

Hieron.

August.

August.

August.

Et

Cap. XIII.

Et post parum subdit: In locis apertioribus Spiritus sanctus fami occurrit, in obscuritatibus fastidia deterret. Lege Theodoretum sermo. 1. de Prou. circa principium, in expositione illius loci. 1. Corint. 8. Scientia inflat, &c. Verum in his cauedus est Origenis stylus, qui omnia parabolicè & mysticè interpretari nixus est: ipsum etiam Genesim, & voluptatis Paradisum: ut Hierony. refert in Epist. ad Pammachium, aduersus errores Ioan. Hierosoly. Vnde August. lib. 8. super Genesim ad literam. c. 7. ponit regulam. Quod quotiescunq; voces in propria significatione non importat sensum absurdum & falsum, semper debent exponi in propria significatione: nam alias non poterit stare veritas firma sacrae Scripturae: quia omnes confugeret ad sensum metaphoricum. Quando autem in propria significatione faciunt sensum absurdum, tunc confugiendum est ad metaphoricum, sicut in illo: Vicit Leo de tribu Iuda: nec enim Christus secundum naturam Leo est. Euitandum est etiam aliud extremum eorum, qui sectantur morem Iudaicum, omnia in propria significatione interpretantes, etiam illa quae scripta sunt metaphorice, & multi olim in hoc extremum inciderunt: ut dicit Hierony. super Ezechiel. c. 36. De qua re vide August. lib. 3. de doctr. Christiana. c. 10. 15. & 16. Sed tertio circa hanc parabolam materiam dubitare quis poterit, an sermones illi qui in modum parabolae contexti sunt, quibusq; Scriptura referta est, veri sint: ita ut res illae, de quibus parabola conflat, aliquando gesta fuerint. Verbi gratia: quod fuerit certus paterfamilias, qui diluculo aut hora tertia prodierit in forum, ut conduceret operarios ad colendum vineam suam: & quaedam mulier quae absconderit frumentum in farinae satis tribus donec fermentatum esset rotum; deniq; quod iudex quidam nefarius, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerbatur, precibus tamen viduae celsit. Primum omnium sciendum est, quod siue historiae fuerint parabolae, siue confictae ad significandum, nullum tamen mendacium in eis ob hoc continetur. Quae doctrina est diu August. lib. 2. questionu Euangeli. c. 51. Non omne (inquit) quod fingimus mendacium tunc est, sed quando id fingimus quod nihil significat, est mendacium. Cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis: alioquin omnia quae a sapientibus, &

sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figurate dicta sunt, mendacia deputabuntur: quia secundum vltimum intellectum non subsistit veritas in talibus dictis. Non enim homo qui habuit duos filios, quorum minor accepta parte patrimonij sui, profectus est in regionem longinquam, & cetera quae in illa narratione contextuntur, ita dicuntur tanquam verè fuerit quisquam homo, qui hoc in filijs suis duobus, aut passus sit, aut fecerit. Ficta sunt ergo ista ad rem aliquam significandam tam longè, latèq; maiorem, & tam incomparabiliter differentem, ut per illum fictum hominem Deus verus intelligatur. Sicut autem dicta, ita etiam facta finguntur sine mendacio, ad aliquam rem significandam. Vnde etiam illud Domini, quod in ficti arbore quasi fructum, eo tempore quo illa poma nondum essent: non enim dubium est illam inquisitionem non fuisse veram: quibus enim hominum sciret, si non diuinitate, vel tempore factum, poma illam arborem non habere. Fictio igitur quae ad aliquam veritatem refertur, figura est, quae non refertur mendacium est, sic & Christus finxit se longius ire apud Luc. c. 24. Ex quo colligitur fictas esse parabolae, & tamen sine mendacio aliquo. Sed D. Damasus in serm. de his qui in Fide obierunt, contrariam sententiam asserit, dicens: Scito diuinas Saluatoris nostri parabolae esse existentium, sicut in eis contentae sunt, & demonstratae, ut parabola pauperis Lazari, & diuitis Epulonis, & Abraham. Sed tamen ego credo non esse necessarium, quod omnes parabolae fuerint res gestae, sed confictae ad significandum, ut D. August. modo docuit: Licet potuit esse quod ita fuerint, & Christus omnia sciens ea nouerit, & in exemplum adduxerit. Tamen parabola de Lazaro paupere, & diuite Epulone probabilissimum est, quod fuerit historia & res gestae: eo quod nomen Lazari ibi ponatur, & Abraham, tanquam quae res vera fuerit. Ex hoc enim colligitur Patres, librum Iob historiam fuisse, & non parabolam, sicut quidam temere asserunt: eo quod nomen Iob proprium, & patria ponitur. In hac autem parabola diuitis nomen tacetur, ut Euthymius super Lucam cap. 59. docet: quia tales odio digni sunt, scriptum est enim: Non sumam nomina eorum in labijs meis. Mendici vero nomen addit tanquam amere digni. Aiunt enim quidam ex traditione Hebraeorum, quod iuxta illa tempora diues ille fuerit Ninensis appellatus, & mendicus ille

Luc. 15.

Ioan. 11. Matth. 21.

Luc. 24.

Damasc.

Luc. 16.

August.

Luc. 16.

Euthym.



Euangelium secundum Matth.

Lazarus. Aliseum fuisse Nabal Carmelum dicunt, sed merè voluntariè id fingunt. Igitur licet Theophilaetus Luc. cap. 16. dicat hanc etiam parabolam fuisse consuetam: tamen multò probabilius est hanc fuisse historiam, & propter auctoritatem Damasceni, & propter rationes modò dictas. Nam diuus D. Chryf. Chryf. hom. de duob' filijs. In parabola, inquit, non sunt dicenda nomina: parabolæ enim illæ sunt ubi exèplum ponitur, & tacentur nomina. Hæc ille. Cæterum in historia nomina propria ponuntur, sicuti Orig. c. 1. in lib. Iob docet, cum inquit: Necessariò nominis Iob mentionem fecit Moyses, qui libri author est, ne si hominè solummodò diceret, argumētum aliquod fingere existimaretur. Cauendum tamen est, ne parabolæ has fabulas appellemus (quoniam licet fabula ex sua primæua significatione, significet rem vulgatam, & veram, à fando dictam, qua significatione vsus est Hierony. in Comment. Epistolæ ad Philemonem, cum Sanfonis historiam fabulam vocat. Et Orig. homil. 5. in Genes. historiam Loth cū filiabus fabulam etiam dicit) tamen ex antiquissimo iam vsu fabula in malam partem accipitur, pro mendacio & fictione ad decipiendū composita. Nam apud Terentium in Andria fabulas vocat mēdacia, quæ ipse putabat confingere Critonem: idè ab hoc vocabulo propter Christi auctoritatem fugiendum est. Difficultas in explicandis parabolis ex multis oritur causis. Primò ex hoc quod ignoramus mores & cōsuetudines Palestinorū, & terre Promissionis, ex quibus has verisimiles narrationes accepit Christus, vt in parabola de decem virginibus est videre. Fortè enim ille mos ibi erat, quòd cum lampadibus accensis aliæ virgines comitabantur sponsam simul fortè cum sponso. Secundò ex hoc, quòd quædam agrè videntur posse applicari spirituali sentui, imò videntur obuiare illi, vt murmuratio operariorum aduersus patrēfamilias, cum inter beatos talis murmuratio esse non possit. Indignatio maioris filij contra patrem, eò quòd recepisset minorē qui perditus fuerat. Et illud: Laudauit Dominus villicum iniquitatis, & cætera huiusmodi. Imò alia reperiemus in parabolis, quæ licet ad sensum spiritualem rectè applicentur, exemplis ipsis minimè accommodari videntur, vt quòd granum sinapis crescat in arborem: quòd qui seminat, mittat semen inter petrosa & spinas. Alia etiam sunt quæ parabolæ sensum difficilem

reddunt, quæ nos in explicationibus ipsarū parabolæ, Deo dante, dicemus. Notandum præterea est, duo esse parabolæ genera. Alterum est argumento sumpto per locum à similibus, cuius generis sunt septem parabolæ in hoc capite posite: vt simile est Regnum cælorum thesaurò, &c. Alterum est, argumento sumpto per locum à dissimilibus, hoc est, per locum à minus inesse ad magis inesse affirmando, id est, à minori ad maius affirmando: vel à magis inesse ad minus inesse, hoc est, à maiori ad minus negādo. Vt illud Matth. 6. Si fructum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quantò magis vos modicæ fidei. Et illud de iniquo iudice, sic enim colligit Christus: Si apud iniquum iudicem valuit viduæ perseuerantia, quantò certiores esse debemus apud Deum fontem misericordiæ posse valere? Et illud Luc. 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Sensus parabolæ literalis non est ille, quem primò litera significat, sed eius qui per parabolam intelligitur. v.g. in parabola patrisfamilias, qui operarios conduxit; sensus literalis non est qui parabolæ narratione continetur, sed is est qui per rem significatur, scilicet per patremfamilias, per vineam, per operarios. Cæterum in explicandis parabolis, aduertendum est ad quem scopum illæ dirigantur, & in illo immorari conuenit, & reliqua quæ sumpta sunt ad eam contexendam negligere. Nam si vniuersa quæ de Iob dicuntur, Christo tribuamus; infinita dicta absurda quidem dictu fateri cogemur. Vnde Chrysof. homilia. 5. in Matth. ait: In parabolis non oportet nimia in singulis verbis cura angere, sed cum quid per parabolam intendit, didicerimus; inde vtilitate collecta, nihil vltius anxio est conatu inuestigandum. Item Theophil. Luc. 16. Omnis (inquit) parabola oblique, & figurato modo rerum quarundam naturam manifestat, non enim per omnia rebus illis assimilata, propter quas assumpta est; idcirco non oportet omnes parabolæ partes curiosius inquirere, sed quatenus apparent proposito viles: reliquæ enim omittendæ sunt, quasi parabolæ contextentes, & nihil ad ppositum conducetes. Sic in parabola dispensatoris dissipantis

Matth. 13. Marc. 4. Matth. 13. Matth. 6. Luc. 18. Luc. 16. Matth. 20. D. Chryf. Theophil.

Cap. XIII.

Luc. 16. sipantis bonæ dñi apud Luc. c. 16. faciendū est: nam si per tenues particulas omnes exponere tentamus, quis dispensator, quis dispensatorem constituit illum, & à quo delatus sit, & qui debitores, & propter quā causam ille quidem oleum, alius autem triticū, & qua de causa centum debere dicatur: & si alia omnia perquisierimus; obscurum & molestum sermonem faciemus: & fortassis si dubia quæ necessario exoriuntur explicare voluerimus, ridiculi erimus. Igitur tantū vtilitatis ex presenti parabola capere oportet, quantum possibile est. Vult Dominus hoc loco nos docere, vt benè dispensentur creditæ nobis diuitiæ, & primū discamus quòd non sumus domini diuitiarum, nihil enim habemus proprium, sed dispensatores alienarum rerū sumus, quæ à Domino sunt nobis concreditæ vt benè illas dispensemus, sicut ipse imperat. At si non expenderimus concreditæ diuitias iuxta mentem Domini, & abusi fuerimus illis in nostrum luxū; dispensatores sumus accusatione digni: voluntas enim Dñi est, vt vtamur datis in vsu cōseruorum, non in propriis delitiis. Porro qui accusantur & excluduntur à dispensatione diuitiarum, hoc est, qui ex hac vita emigrant, quandò scilicet, rationem dabimus de dispensatione, cum ex hac vita migrauerimus. Igitur harum diuitiarum fratres participes faciamus, vt quandò hinc defecerimus, accipiant nos pauperes in æterna Tabernacula. Ecce per breuis modus explicandi parabolæ. Idem docet in præfatione Iona, quòd quandò aliquem sanctorum in typum Christi adduxerimus, non per omnia quæramus similitudines: aliàs in absurda multa irruemus, sed quæ facili negotio Christo conuenire videmus, ea illi per typum & figuram applicemus: nam si per omnia similitudo teneret, vt docet Damascenus, iā non esset similitudo sed eadem res. Secundò quoniam diximus scopum parabolæ oportere nos attendere, adnotare oportet quod scribit Hierony. Matth. 22. Omnes, inquit, parabolæ breui sermone Dominus comprehendit, quod in opere vineæ, & in ædificatione domus, & in conuiuio nuptiali patet: quia in illis non initia sed finis queritur. Parabola quidem nuptialis, hac clausula finitur. Multi sunt vocati, pauci verò electi: vinea verò hac. Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis. Hæc ille. Et apud Lucam cap. 18. Duo homines ascendebant in templum vt orarent, vnus Pharisæus, &

alter publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat. Gratias ago tibi, quòd non sum sicut cæteri hominum, &c. Denique his verbis clauditur sermo. Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Ecce scopum huius parabolæ, ad quem interpretis præcipuè attendere solet, & in illum oculos mentis figere, vt sic intellectum parabolæ profundius venetur. Aduertendum denique est in parabolæ explicatione, quòd maximam oportet nauare operam ad intelligendam naturam & proprietatem rei qua in illa metaphora & figura Scriptura vtitur. Et notare solemus illud, in quo metaphora fundatur, vt ibi. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ; oportet notare simplicitatem columbæ, & prudentiam serpentis: alias autem proprietates relinque. De quo videndus est Eusebius lib. 8. de præpara. Euangelica. cap. 3. His habitibus, scito vltimo triplicem esse modum explicandi parabolæ, in primis eas generaliter applicando spirituali rei, propter quam adducuntur, & hoc quantum ad Saluatoris intentionem explicandam conferre videbitur: & hic est facilior modus explicandi parabolæ: Nam sic ab alijs difficultatibus quæ in eis sese offerunt explicandis, facillè expediuntur: & hoc est quòd modò diximus, attendendo ad scopum & intentionem Christi, ac conclusionem parabolæ: nam alia videtur quasi ad ornatum & amplificationem parabolæ potius adducta. Alter exponendi modus est, singulas partes diligenter perscrutando quæ præcipue sunt, & ad intelligendum spiritualem intelligentiam applicando: & hic modus sanctis Patribus communior est. Tertius modus explicandi parabolæ est, cum exponuntur non secundum illam primam & præcipuam intentionem, secundum quam à Christo sunt propositæ, sed vel allegoricè, vel accommodando eam ad mores hominum cōponendos & instruendo: vt in parabola illa de homine, qui vineam plantauit, præcipua Christi intentio est, iustam Iudæorum damnationem ostendere, & ita primò de Synagoga & Iudæis intelligitur. Sed aliqui Doctores sacri etiam de Ecclesia & fidelibus interpretantur. Et quia omnes ferè parabolæ, quæ apud Mattheum sunt, per anni circulum in Ecclesia leguntur, & à prædicatoribus in publico suggesto exponuntur: Idè ego quia per modum cōcionis eas exponere cogito, istos tres modos exponendi sequar, nunc hunc, nunc illum

Moralitas. Damaf. Hieron. Matth. 20. Marc. 12. Luc. 18.

Matth. 10. Eusebius. Marc. 12. Matth. 21.



Euangelium secundum Matth.

assumendo, secundum quod diuersis concionibus de eadem parabola habitis, diuersa etiam dicere conabamur. Quae omnia in hoc volumine ad omnium fidelium vtilitatem & gloriam Dei scripta dabimus. Nunc iam ad rem accedamus.

In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, & congregatae sunt ad eum turbae multae, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. Haec consequenter ad ea quae superius narrata sunt, conuenerunt. Nam Matth. dicit: In illo die, Tamen si dies pro tempore posset sumi, vt frequenter sit in Scriptura: & videtur connecti haec parabola cum eo quod apud Lucam paulo ante dixerat Iesus, nempe, Beatos qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Nec enim sufficit quod granum in terra seminetur, nisi in ea radiceatur, & fructus honorum operum proferat. Videns autem Iesus turbas ad audienda verba eius conuenire, hanc eis parabola dixit, & prius in littore maris Geneserat, vbi frequentius conueniebat Dominus, verba ad eos facere cepit, postea concurrentibus turbis coactus ascendere nauiculam, & ex ea populo praedicare. Licet in hoc facto detur intelligi, quod Dominus aliquando deberet egredi de domo Synagogae, hoc est, relinquere populum Iudaeorum propter suam incredulitatem, & in nauiculam, hoc est, in Ecclesiam Gentium ascendere, & exinde docere Gentes. Et loquutus est eis multa in parabolis. Multa dicit, nam non omnia in parabolis loquebatur. Si quis fons irriguus omnibus pateat, (ait quidam Doctor neothericus) quicunque ex illo haurire voluerint, nemo fontem superfluentem inculcabit, quod ex eo mors praefectu potus alicui obuenerit, nisi forte talis est, qualis

Luc. 11.
Ioann. 12.

Simile.

Versus.

Esai. 55.
Ioann. 9.

Tantalus a labris sitiens fugientia captat.
Flumina
Id est, nisi forte eo tempore fontem requirat, quo oclusus est, aut hora iam hauriendi expleta est. Cum Christus sit fons vitae, & omnes inuitet, quicunque sitiunt, vt hauriant, nemo illum arguet quod gratiarum irriguum occluserit, verum eo tempore hauriendum est quo licet. Esai. 55. Querite Dominum dum inueniri poterit, inuocate eum dum prope est. Ioann. 9. Venit nox, quando nemo potest operari. Nunc hauriendum, nunc Christus exquirendus, & audiendus est, ne forte si post huius vitae tempus ipsum requiramus, non inueniamus. Iam vero quod

neminem a se, nec a doctrina sua prohibebat, facto ostendit & verbo. Facto quidem, cum domum eapropter egreditur, vt liberius & commodius ad eum audiendum turbae confluant. Verbo vero, cum semen verbi omnibus communicari, idem omnibus dari praedicat, sed pro varietate auditorum, alium & alium fructum facere concludit. Id est fons omnibus, sed hi plus, hi minus hauriunt: ex eo alij sitim releuant, alij vt hydropici adaugere videntur. Idem quippe Christus, idem eius verbum, sed pro varietate animarum alij alijs fructum maiorem colligunt. Hinc fit vt non omnes salui fiant: quia nec omnes eodem animo salutem requirant. Haec conclusio parabolae seminis, quae a Mattheo, Marco & Luca describitur. Est autem haec parabola. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, quaedam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres caeli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrae: sole autem orto assuauerunt, & quia non habebant radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinae, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabunt fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat.

Ante quam huius parabolae interpretacionem aggrediamur, quam cum ipso Domino explicabimus, hoc mihi sese offert consideratione dignissimum. Quod Christus ad turbas nihil aliud in hac concione praedicauit, quam ipsam parabolam nudam absque interpretatione aliqua: nam illa seorsum absque turbis discipulis explicauit. Quomodo ergo tot post se rapiebat auditores, admirantes de verbis gratiae, quae procedebant de ore eius. Imaginemini fratres me suggestum ascendere, & postquam me insinuauis, incipere. Exiit qui seminat seminare semen suum, & dum seminat, &c. Et post recitatam totam parabolam, subiungere clamando. Qui habet aures audiendi audiat. Et mox e pulpito descendere. Quid diceretis? Nonne me tanquam insanum libilareis? Ad quid o stulte suggestum ascendisti, si nihil aliud quod diceret habebas? Et tamen haec solummodo verba, referentibus Euangelistis, ad populum habuit maximus mundi praedicator, & mundum totum post se rapiebat, suspensaque ac attentionis ad se trahebat. Quoniam erat potens verbis suis, quantuncumque viderentur aridis

Matth. 13.
Marc. 4.
Luc. 8.

Moralitas

Cap. XIII.

arida, tale vim conferre, vt solis illis prolatis, vniuersos ad se traheret mortales. Erat enim docens eos tanquam potestatem habens, & non sicut Scribae eorum & Pharisaei, & nos, qui tale vim nostris verbis conferre non valeamus: nam quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident: & audientes, non audiunt, neque intelligunt: vt adimpleatur in eis propheta Esai. dicentis: Auditum audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos suos clausuerunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanentur eos. Discipuli non quaerunt quare Christus Dominus in parabolis loquatur, sed quare turbis illis in parabolis loqueretur. Nam de primo reddita sunt supra rationes, quare oportuit diuinam Scripturam in parabolis loqui. Modò autem Christus Dominus reddit rationem cur turbis illis, inter quas multi erant reprobi & pessimi, in parabolis loqueretur. Vnde respondit, & dixit: Idcirco illis inter quos plurimi sunt increduli, nonnulli etiam peruersi, in parabolis loquor: quoniam increduli illis & peruersis non est datum intelligere verba regni Dei, aut secreta doctrinae Evangelicae, quomodo vobis fidelibus auditoribus, id est, a Patre datum. Ita enim dispositum est a Patre, vt vobis apertius proponerentur mysteria Evangelij. Illis autem per parabolarum inuolucra tanquam indignis, quibus sancta nude proponantur. Ita que ex diuino dono discipulis datum est nosse clarius mysteria regni Dei, quam alijs. Id enim significare voluit Deus cum vasa tabernaculi suis operculis inclusa dabantur Leuitis vt portaret, nec illa ex operculis suis poterant educere, sed hoc solis sacerdotibus licebat. Quoniam mysteria verbi Dei, alijs sub operculis & inuolueris parabolarum proponebantur, quae tamen clarius discipulis & amicis dicebantur. Id enim voluit dicere Christus cum suis discipulis ait: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos quia omnia quae audiui a Patre meo nota feci vobis. Qui enim habet dabitur

Esai. 6.

Num. 4.

ei, & qui non habet & quod habet auferetur ab eo. Sic debemus intelligere donum gratiae, vt aliquid etiam tribuamus libero arbitrio. Nam habere laudabiliter, & non habere vituperabiliter, non sunt naturae, sed liberratis. Ille igitur dicitur habere, qui recta exercitatione vtitur habitis, scilicet, ingenio & appetitu, fide ac reliquis bonis, sine naturalibus siue gratuitis. Et per oppositum ille dicitur non habere, qui non vtitur vt debet donis naturalibus, seu gratuitis. Vtredo enim recte acceptis a Deo, & seruatur imago Dei in homine, & seruatur donum gratiae, & caetera, quae habemus a Deo illucescunt in nobis: quae omnia ruunt, cum eis vel abutimur, vel non recte vtimur. Rationi igitur consentaneum est, vt qui recte his donis acceptis a Deo vtitur, amplius accipiat a Deo, vt non solum habeat, verum etiam abundet ad effundendum alijs. Sed qui abusu, vel odio non seruauit habita, meretur vt auferantur ab eo.

Sed dices: Implicatio est in dictis, si enim non habet, quomodo quod habet auferendum est ab eo? Respondeo: plus concluditur quam videbatur oportere. Sufficiebat quippe inferre, & illi qui non habet non dabitur ei. Hoc enim sufficiebat proposito, sed maiorem intulit poenam. Nam reprobi non solum priuantur hic nouis donis, sed etiam acceptis. Nec enim talibus supernaturalia dona datur, quinimò in naturalibus permittit Deus illos exaccari, & indurari; vt nec naturalibus bene vtantur. Sed quasi si ab eis ablata fuerint naturalia, sic se habeant, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Idem enim est quod Paulus ait: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quae non conueniunt. Nonne hoc est, tolli ab eis residuum quod habent? Ideo in parabolis loquor eis. Declarauit verbis dictis in genere, quare quibusdam datur nosse mysteria regni Dei, quibusdam non: quia, scilicet, quidam habent accepta dona recte vtendo illis, quidam non. Modò in specie de genere Iudaeorum reddit rationem, quare eis in parabolis loquatur. Nam filij Israel omnes sunt de genere electo, & credebatur quod omnes in aduentu Messiae essent saluandi, & praeferendi caeteris. Quam erroneam opinionem confutat reddendo rationem, quare turbis Iudaeorum occulte mysteria, & solis discipulis suis ea aperiat. Ratio autem est desumpta est ex autoritate Esai. cap. 6. Quia videntes non vident, & audientes non audiunt

Esai. 31.

Ad Ro. 1.

Esai. 6.



Euangelium secundum Matth.

audire nec intelligunt. Hoc est, videtes oculis suis mirabilia diuinae virtutis opera meq; ipsum ista facientem, & tamen caeci manent & videre nolunt, neque per fidem me agnoscerent. Audiētes itē ex me omnia, quae mihi Pater mādauit loqui ad illos, nolunt attendere auribus cordis vt credant & obediant, neque quae auribus corporis audiunt, mente volunt intelligere, vt impleatur in eis propheta Esaiā, dicentis. Audite audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & nō videbitis, id est dicere: Ita faciētes adimpletur in eis verbum illud Esaiā. Auditū externo audietis verba diuina, & tamen quia non voletis, non poteritis ea intelligere. Vt si quoque corporali videbitis opera Dei, & non videbitis oculis mentis. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos suos clausurūt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanentur. Hoc est. Induratum enim & obstinatum est cor populi huius per certam malitiam, auresque obturauerunt sibi, & oculos clausurunt, ne audire possint aut videre, aut corde intelligere ea quae Dei sunt: sicque ipsi sibi impedimenta ponunt, & obstacula conuersionis & salutis suae, quasi ad hoc ex proposito laborantes, ne quando conuerti possint a malitia sua & sanari a miserijs suis. Dū em̄ ex certa scientia agnitā veritatē nolūt suscipere, sed impugnare etiā audēt, & diuina testimonia quae ea confirmāt, insectari gaudent conuictijs, dūq; planē nolunt intelligere vt credāt, quasi aditū omnē sibi vidētur precludere, & conuersionē atq; salutis per huiusmodi obstinationē & obturationē cordis sui. In crassatū vel impinguatū est cor populi huius. Hoc est, obtusum & crassum. Vētres em̄ in crassati & impinguatī nō gignūt tenuē sensum. Et sicut corpora pingua, minus sunt agilia, nec facillē mouētur, sic metaphoricē cor pingue seu mēs crassa illa dicitur, quae non penetrat, non ratiocinatur. Ioann. 12. dicitur. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias. Excrauit oculos eorum, &c. Hoc est, propterea non poterāt credere; quia tales erant quales prauidit Esaias illos futuros, quādō illa verba dixit: Sic modō ideo loquor illis in parabolis: quia tales effecti sunt, vt eos depinxit Esaias, & ideo relinquēdi sunt in sua cecitate, ne quando videant oculis, &c. Hoc est, si quādō, vt est illud. 2. Timoth. 2. Cū modestia corripientē eos qui resistūt veritati, ne quādō Deus det

illis penitentiam. Hoc est, si quādō vel forte. Nam hae dicitio apud Græcos nō semper est negatis aut prohibentis cōiunctio, sed aliquandō dubitantis, valens idem quod, nū vel, si. Itaque sensus sit. Ideō Dominus in parabolis loquutus est quibusdam, vt non intelligerent mysteria regni coelorum, ac nō intelligentes non crederēt ad tempus, si quando vel hac ratione conuerterentur, ac sanarentur, cū scilicet, suae incredulitatis ac obstinationis malum agnoscentes humiliarentur. Vel vt alij volunt illa cōiunctio, Ne, nō denotat causam in hoc loco, sed tantū consequutionem & euentum. Significatur enim (vt ait Caietanus) quod clausurunt Iudei oculos, nō ad horam, nō ad mensē aut annū, sed ne aliquandō videant, audiant, & inde intelligant, & conuertantur ad veritatē Messiae, & sic consequēter sanarentur a Deo. Et verē impletam videmus hanc prophetiā vsque hodie namq; nolūt intelligere, & discere quae Messiae sunt. Negatur autem conuersio Iudaeorum omni tempore, non quia semper pertinaces perseuerabunt, sed quia longissimo tempore, donec, scilicet, introeat plenitudo Gentium, & sic omnis Israël saluus fiat, non cōuertentur. Et hae est germanior interpretatio. Ex eorum quippe obturatione consequutum est, vt longissimo tempore nolint conuerti ad verum Messiam. *Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestrae quia audiunt.* Hoc est, Beati estis super alios: quia vtimini oculis mētis vestrae ad videndum, & quia vtimini auditu mentis ad discendum: vt intelligamus beatitudinem praesentis vitae consistere in assequutione coelestium mysteriorum. Sicut enim in alia vita beantur oculi mētis vidēdo clarē Deū, ita in hac beātur intelligendo sub Fide Dei mysteria Christi, vt Abraham qui vidit diē Christi & gauisus est, non tamen facie ad faciem, oculo ad oculum, vt discipuli ipsum viderunt miracula perpetranti, & ex ore eius audiebant verba eius, interrogabant aperiri arcana, discabant mysteria toto praeterito aeo velata. *Nos audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni & nō intelligit: venit malus & rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est, qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui audit & continuo cum gaudio accipit illud, non habet autem in se radicem sed est temporalis, facta autē tribulatione & persecutione propter verbum continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum Dei audit*

Caieta.

Ioan. 8.

audit, & sollicitudo seculi huius, & fallacia diuitiarū suffocet verbum, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum & intelligit, & fructum affert & facit: aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum. Mos est diuinarum Scripturarum, vt docet Hieronymus in ca. 5. Esaiā: Quae prius per metaphoram dicta sunt, & obscure & per parabolas, postea exponuntur manifestius, vt apud Esaiā: Cum loquam texisset parabolam, vinea fui dilecto in cornu filio olei, &c. Subdit. Vineam Dñi exercituum domus Israel est, & viri Iuda germē delectabile eius. Et ca. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hēdo cubabit, vitulus & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Et demum praedicta referans verba addit. Quia repleta est terra scientia Domini. Volens innuere in summa pace & tranquillitate Euangelium fore praedicandum. Idem docet super cap. 19. Esaiā. Nam cap. 14. dicit: Quomodo cecidisti de coelo Lucifer, qui mane oriebaris, &c. Subdit quasi id declarans. Sic eueniet vt contēra Alysiriū in terra mea, & in montibus meis concule eum. Idē repetit Amos. 9. in quibus locis alia exempla similia poteris videre. Sic ergo Christus Dominus in praesenti capite facit. Ea enim quae sub parabolis ad turbas loquebatur, seorsum discipulis declarabat. Quare, vt D. Gregor. ait, hoc Euangelium expositione non indiget, sed admonitione: Quod enim per semetipsum veritas exposuit, hoc discutere humana fragilitas non praesumit. Sequemur autem id ipsam Domini interpretationē, quam populo, vt intelligat, proponemus. Semen hoc (ait Dominus) est verbum Dei, seminator autē praedicator verbi. Hic autem Christus Dominus fuit, ideo quippe dicit: *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Suum, ait, nec enim verbum quod ego vobis praedico, & quod Paulus praedicaui, meum est, aut illorum erat, sed Dei. Christi autem verbum est proprium: quoniam Deus est, imō ipse est Verbum Dei. Exijt autem seminare hoc semen, quoniam ad hoc exijt a Patre & venit in mundum, vt testimonium periberet veritati, vt ipse dixit ad Pilatum. Quod si ipsemet Deus est, qui hoc verbum venit praedicare: grande negotium, ponderosaque res debet esse hoc verbum Dei. Rex temporalis non quantumque rem suo ore ac persona iubet: sufficit quōper ministros suos ea quae conueniant

211. 117

1. 111. 113

Moralitas seu cōcio. Hierony. Esai. 5.

Esai. 11.

Esai. 14.

Gregor.

Ioan. 18.

simile.

imperet. Cū res magni momenti sese offert, hanc Rex proprio ore intimat omnibus. Vnde ad exaggerandum negotiū solent dicere: Hoc Rex ipse proprio ore dixit ac imperauit. Res grandis verbum Dei est, fratres charissimi, quod non solum per Prophetas & amicos suos nobis praedicaui. Deo, quinimō ipsemet cū nostrae carnis habitu occultatus quasi agricola venit, vt praedictet, & in nostris cordibus seminet. 3. Reg. 14. legitur: Quod cū filius Regis Ieroboam infirmaretur, & vellet Rex seiscitare Prophetā Ahiam de sua salute, non misit ad illum ex feruis suis maiores, nec proceres aut magnates, sed Reginam uxorem suam mutato habitu misit vt iret: sic enim magnitudo negotij exigebat. Idem fecit Saul cū ad Pythonissam pergeret interrogaturus de euectū belli, quod aduersus Philistheos altera die commissurus erat. Sic salutē nostrae necessariū erat verbum Dei, tantoque desiderio Deus nobis illam expetit, vt non sibi satis fuerit per Prophetas & praedicatores nobis illud proponere, sed ipse nostro habitu indutus & occultatus, verbum nobis praedicare dignatur, quod Paulus. 1. cap. ad Hebr. sic dicit: Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimē diebus istis loquutus est nobis in Filio, quem cōstituit haredē vniuersorū, per quem fecit & secula. Quare Deus vt legē quā per Moysen populo suo dedit significaret, ipse in monte cum Moysē loquutus est, & de eo scribitur quod ore ad os cum Deo loquebatur, sicut solet homo loqui ad amicum suū, vt sic verba Moysi quasi ex ore Dei ea acciperet populus. Quod & Paulus dixit ad Thes. Cū accepissetis verbum, non quasi verbum hominum, sed sicut est verē verbum Dei accepistis. Cū ergo verbum sit semē Filij Dei, sic & fructum quem reddit est simile verbo Dei, quod Ioann. ait: Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credūt in nomine eius. Et Paul. Roman. 8. Quos praesciuit & praedestinauit conformes fieri imaginis Filij sui; quos autem praedestinauit, hos & vocauit. Hoc est, illos quos verbo suo ad se vocauit, fecit conformes imaginis Filij sui. Quoniam verbum quod eos vocauit, semen est Filij Dei, & filios Dei eos facere valet, vt alio loco prolixius statim dicemus. Omnia quidē verbo suo condidit Deus: hominē vero verbo suo formauit, sed ad imaginem & similitudinem suam, vt per hoc ostenderet alium aliū etiā tunc fructum in eis debere operari vt

3. Reg. 14.

1. Reg. 15.

Ad Heb. 1.

Num. 12.

Exod. 33.

1. ad Thes. 2.

Ad Ro. 8.

ri verbum suum, quod est facere hominem similem Deo. Quare si in te ipso profectum & utilitatem sentis ab auditu verbi Dei, ita quod post concionum frequentiam, aut post lectionis assiduitatem, te humilem, patientem, charitatemque ardentiorum, ac deuotione promptiorum sentis: gaude & da gloriam Deo, quoniam signum est, habuisse semen hoc in corde tuo, atque iam suum fructum producere: nam talis fructus ex Deo est: quod quidem similem sibi te facit, nec ab alio quam a verbo Dei procedit: quonia verbum est semen Dei, quod filios similes Deo generat. Nec hoc solum habet verbum Dei, ex hoc quod est semen illius, verum etiam potestatem Dei communicat. Dei autem solius est hominem a diaboli potestate eripere: quoniam in terra non est potestas quae diabolo comparetur, ut ait Iob. Si ergo quis in ore huius leonis, qui diabolus est, iam fuerit quasi deuoratus, si tamen tantisper aurem praebet Dei verbo, per virtutem eius ab eius ore eruetur. Sic enim Dominus per Amos cap. 3, dicit: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricularum, sic eruentur filii Israel qui habitant in Samaria. Nam quemadmodum potens viribus aut manu, sicut fuit Dauid qui dicitur manu fortis, si in ore leonis viderit ouem & per crura aut aurem, quae extra os apparent, conetur eam extrahere: sic Deus per aurem, per quam intrat fides ac verbum Dei, extrahet animas ab ore leonis. Nam & Maria Magdalena, quasi deuorata iam erat in ore lupi, quippe quae septem demonia habebat: quia tamen auriculam praebuit ad audiendam verba Christi concionantis, ab illis vitijs eruta est, &c. Caterum quoniam Deus in suis effectibus, etiam supernaturalibus se habet tanquam causa naturalis, qui etsi suos effectus ac operationes producat, tamen non a suis proprijs naturis retrahit res, sicut sole videmus omnes terras suis radijs ferire, & tamen secundum earum naturam aut dispositiones, diuersos in eis effectus producere. Ita Deus secundum diuersas conditiones aut dispositiones animarum recipientium verbum Dei, sic & diuersos in eis fructus generat aut multos, aut nullos, aut paucos producit. Et sicut semen prius debet haerere terra & radici in ea, deinde fructus extra progignere: sic verbum Dei prius in anima firmiter debet figi, & deinde fructus in operibus demonstrare. Sed primum propter unam causam impeditur, secundum autem propter

duas. Psalmista, Psalm. 118. sic dicit: In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Ibi enim in corde radicata verba Dei habet iustus, ut habeat quid aduersus peccata respondeat. Et sponsa dicebat: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter vbera mea comorabitur. Sic iustus ex verbis Dei quae audit, aut legit, colligens ea, & in fasciculos ligans inter cordis vbera ponit, ut odore eorum confortatus aduersus aereas potestates conualecat. Ut si caro vel diabolus petat ut frateris, vel ut blasphemus, aut iniuria vindicet, ex fasciculo verborum Dei colligens sententias aliquas, quibus illis respondeas, & ab eorum insidijs te defendas. Quare Proverbi 6. de Lege Dei dicitur: Liga eam in corde tuo iugiter, ibi fixam habeamus Legem Dei, & verba eius quatenus nulla aduersarij machinatio eam a corde diuellere queat. Igitur hic effectus impeditur per vanitatem. Nam si anima vanis ac inutilibus, imo & pessimis cogitationibus dat locum, semperque vaga, per diuersa cogitata transcurrit, nunquam verbum Dei radicabitur in illa. Et hoc est semen quod cecidit in via. Sicut enim via omnibus transentibus patet, & conculcatur ab eis semen quod ibi est iactum & aues caeli comedunt illud. Sic anima quae omnibus cogitationibus patet, conculcatur ab eis verbum Dei, & ij varijs cogitatus sunt aues, quae comedunt illud. Vnde per Ezechielem, cap. 16. sic Dominus dicit: Ad omne caput viae aedificasti signum prostitutionis tuae, & abominabilem fecisti decorem tuum, & diuisisti pedem tuum omni transeunti. Olim in capita viarum erant scorta, quae omnes transeuntes admittent. Sic anima quae oes cogitationes admittit cuiuscumque conditionis sint, siue turpes, siue vanae, siue ambitiosae, siue iracundae, eas tamen in se recipit atque colligit, quid nisi domus publica meretricum facta est? Ad omne caput viae aedificasti signum prostitutionis tuae. *Hae te hecho casa publica*, quaelibet mala admittens. Et abominabilem fecisti decorem tuum. Sicut enim inhonesta mulier quatenus cunquae pulchra sit, si se omnibus appetentibus confert, abominabilis ac foeda redditur pulchritudo eius: sic anima speciositas haec admittens cogitationes foedat, atque maxime commaculatur. Vnde Sapiens dicit: Omnis malicia, nequitia mulieris: sicut enim mulier quae turpitudinem fertur, omnem aliam malitiam admittit, nam virtus mulieris honestas est, quam omnes aliae virtutes comitantur,

Psal. 118.

Cant. 1.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

utilitatem.

mitantur, ut eam conseruet, qua perdita & ceterae virtutes pereunt, omniaque se conferunt introuertunt vitia) sic anima quae se omnibus cogitationibus aperit, quasi iam veracundia ac honestate perdita, omnibus se peccatis subdit: Et diuisisti pedem tuum omni transeunti. *Destiz astete a todos los que passan.* Hoc est praeparatam habebas voluntatem ac promptam, ad quodlibet facilius perpetrandum. Sicut qui unum pedem ab altero velut diuisum habet, signum est, quod sit praeparatus ad eundem aut currendum: sic voluntas quae se iam vitijs dedit, quasi praeparata est ad quodlibet malum, quod illi vel caro, vel diabolus suggestit perpetrandum. Diuisisti pedem tuum omni transeunti: pedes animae sunt intellectus & voluntas; intellectus animam dirigit, voluntas autem illam trahit, secundum illud: Trahit suam quemque voluntas. Ergo duo pedes debent eodem tenore ambulare: Intellectus enim debet veritatem intelligere, voluntas autem illam sequi. Si vero intellectus recte intelligit, voluntas autem praeue ambulat, iam diuiditur pes hic ab illo. Cum ergo audisti verbum Dei & intellexisti, & intellectu illud tanquam bonum approbasti, si tamen voluntas quae ille dicit non appetit nec prosequitur, diuisa est ab intellectu, claudicat hic pes ab illo. Ideo volebat Dominus ut animal claudum, vel quod unum tantum pedem haberet sibi offerretur, nec enim placet Deo anima, quae uno pede, hoc est, intellectu in quo est Fides, illum sequitur, si altero, hoc est, voluntate deuiat. Si enim unum pedem, hoc est, intellectum habes in Ecclesia, & illo praesens assistis concionibus; voluntatem vero in contrariam partem dissolutam habes, iam diuisis pedem tuum, claudus es, ac vnus tantum pedis, ac proinde tanquam imundus a Dei sacrificio arceris. Huic diabolus rapit verbum ex ore eius atque conculcat, ne in corde eius haereat, ac figatur. Quare talis apud Iob cap. 39. Struthioni contertatur, de quo dicitur ibi, quod dereliquit in terra oua sua, & obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Quo comparatur verbum Dei, ex quo, sicut ex ouo pullus, procedunt opera bona. Qui ergo audit verbum Dei, sed apertum habet cor, ad quaelibet mala, obliuiscitur verbi Dei, & pes transeuntium cogitatum illud conculcat, & bestia agri, hoc est, diabolus, contert. Venit enim malus & rapit verbum de corde eius, & sine fructu efficitur. Oportet ergo &

audire verbum Dei & impedimenta declinare, quae illud impediunt ne cordi haereat. Et sicut quando Abraham obtulit Deo sacrificium, aues caeli descendebant super illud, & abigebat eas Abraham ne illud deuorarent: sic pius fidelis debet facere, has volubiles cogitationes quae grana haec verbi Dei, quo Deo anima offert sacrificium, deuorare nituntur, debet a se abigere atque deterrere, verbaque Dei audita secum saepe meditari ac ruminare, ut sic figantur & radicecentur in corde. Ecce primum impedimentum. Licet ego arbitrer, quod pes qui conculcat semen, hoc sit etiam pessimorum comitatus. Quid enim tibi proderit audiuisse verbum Dei, ac voluntatem tuam inclinasse ad illud, si mox te iungis perditis ac vitiosis hominibus, qui te ad illicita trahentes, rapiant verbum ex ore tuo? Hunc pedem metuebat Paulus, ne semen quod ipse in Thesalonicensibus seminauerat conculcetur, cum ad ipsos scribens cap. 3. dicebat. Denunciamus vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fraude inordinate ambulante, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Videte quibus verbis hanc eis intimet iusionem. Denunciamus vobis, &c. Ecce impedimenta, ne haereat semen: sed postquam haeserit, duo alia sunt impedimenta quae fructum ne nascatur impediunt, vel quia semen cecidit inter petrosa, & cum radices coepisset mittere granum, protinus cum petrarum duritie offendit, nec potuit radicari, & exorto sole aruit, vel quia inter spinas cecidit, & simul exortae spinae suffocauerunt illud. Alia duo similia impediunt ne verbum Dei, etiam si semel cordi haesit fructificet & crescat. Cum recipitur verbum in corde peccatis aut cupiditatibus obdurato, quod superficie tenus caro est, sed mox lapidea durities se ostendit, non succrescet ibi verbum Dei. Vnde Dominus per Prophetam dicit: Ausetam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. In corde deuotione ac charitate delinito radicabitur verbum Dei. Sunt enim homines qui superficiem cordis blandam habent, non nihil enim deuotionis praeseferunt ac pietatis, sed facile hoc transit: quoniam mox durities apparet. Vnde ij cum audiunt verbum Dei gaudent, blandum ac libenter suscipiunt illud, ac deuotione quadam tenera aliquando lacrymas fundunt, verum superficie tenus, hoc est, exorto sole arcescunt occisione oblata, vel lucri, vel voluptatis, vel

Gen. 15.

2. Thes. 3.

Dent. 15.

Ezech. 16.

Iob. 39.

simila.

simila.

Eccles. 25.

anima.

Ezech. 36.



vel honoris, vel alienius alterius rei, ad qua maxime sunt affecti, omnia illa euanescent, & quasi non fuerint desinunt esse. Oportet ergo amore ac charitate delinire cor, vt penetraret ad illud verbum Dei, quod etiam ignitum est, & potens lapidea corda emolire. Sic enim per Hierem. cap. 23. ait Dominus: Nunquid non verba mea quasi ignis, & tanquam malleus conterens petras? Et Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer, & serpens tuus dilexit illud. Ex hoc enim quod ignitum est eloquium tuum, cor meum in tui amorem accendit. Nam effectus verbi Dei est liquefacere cor, vt sponsa dicebat: Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus loquutus est. Durum est quod proprijs terminis continetur, liquidum autem quod ad terminos extraneos extenditur & sumit figuram continentis. Lapis, etiam si in vase nitatur, suam figuram retinet, nec continentis figuram accipit, quod si sole aut igne exuratur non effluit, sed in suis terminis est. E contra cera sole liquefit, rarefit, & ad alia se extendit & sumit figuram vasis continentis. Nam si ceram liquefactam in vase rotundo aut triangulari mittis, illam figuram accipit quae est in vase. Homines duri & absque misericordia, in se ipsis & in suis terminis continentur, nec alijs quam sibi ipsis benefacere sciunt, nec infirmo aut pauperi miserentur. Caterum misericordes ac charitate delinunt, rarefiunt, extra se exeunt, & aliorum curam sumunt. Hic enim effectus amoris est, amantem extra se rapere, vt suarum rerum oblitus in amati curam traseat, sumitque continentis formam: nam amantem in amatum transire facit, ita vt si ille infirmatur, doleat, egeat, aut tristis sit, ipsa cura amantem sicut & amatum angat. Hoc enim est quod Paulus dicebat: Quis infirmatur & ego non infirmor? Sumebat figuram continentis & amati. Contineatur quippe amans in amato, secundum illud celebre Augustini dictum, Anima potius est vbi amat, quam vbi amatur. Et ad Corinthios dicebat Paulus: Cor meum patet ad vos. Haec quomodo rarefiebat, & ad alios extendebatur igne amoris liquefactus. Itaque amor Dei cor delinit ac liquefacit, profundatque reddit, vt in eo verbum Dei radiceat & locum habeat, in quo dilatentur & figantur radices. Nihil enim profundius Deo: & ideo profundum corequirat, in quo recipiatur. Sic enim volebat Paulus nos scire, quae esset longitudo & latitudo, sublimitas ac profunditas

Hier. 23. psal. 118.

can. 5.

simile.

2. Cor. 11.

August.

2. Cor. 6.

Ephes. 3.

Dei. Vnde & Ioannes dicebat: Maior est Deus corde nostro. Et ideo dilatatum cor atque profundum exigit, vt capiat illud. Quare Paulus dicebat: In charitate radicati & fundati, vt totum cor penetrat, & sic radices mittat deorsum, & faciat fructum farsum, vt nullis tentationibus ab eius integritate vellantur, vt & ipse Paulus de se promittebat. Nam sicut terra blanda melius in se rorem caeli ac pluias imbibit, sic & anima charitate Dei & proximi delinita, commodius caelesti rore perfunditur & alluitur. Caterum aliud impedimentum sunt spinae, quae simul exortae suffocant triticum. Haec spinae, interpretante Domino, sunt diuitiae, & cura rerum temporalium, quae impedimentum maximum praestant ne semen in fructum matureseat. Calorem quippe ac humiditatem, & terrae virtutem quam deberet ad se trahere granum quod est inter spinas, ipsae spinae sibi sumunt ac fugunt, & ideo ipsae crescunt & granum suffocatur. Sic in diuitibus accidit. Curam enim quae in verbi Dei profectu, aut in animae bonum deberet impendi, hanc diuitiae sibi rapiunt, & ipsis crescentibus minuitur fructus verbi Dei & suffocatur. Vnde Paulus aiebat: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli quo suffocantur. Quare seruus ille qui pro centum denarijs tenebat conseruum suum, suffocabat eum ac dicebat: Redde quod debes. Sic mundus ac diuitiae eius suffocant homines comprimentes eos vt plus acquirant, plures habeant seruos, equos, domos, vestimenta, &c. Quare suffocatus Iudas interijt, qui cupio, tati triginta aureorum se subdidit. Animam etiam haec cupiditas constrictam tenet, vt sui curam nullatenus possit habere, nec tantillum aeris fumere, vt ad caelestia respiret. Attamen tanta est vis verbi Dei, vt cum in terram bonam ceciderit, multum fructum afferat, vt qui minus reddat triginta pro vno. Ecce quae sint impedimenta ne verbum Dei, vel figatur, vel crescat, & fructificet in nobis. Sed ego misereor valde aliquibus fidelibus, quibus non haec impediunt in eis verbum Dei: quoniam nec audiunt illud, nec meditantur, nec agnoscunt. Hi sunt qui vel Curiam Regum nimis auide sequuntur, vel negotijs & lucris adeo intricantur, vt nihil minus quam de audiendis concionibus aut rebus sacris cogitent. Hos ego tanquam

1. Ioan. 30

Ephes. 3.

Roma. 8. simile.

simile.

1. Tim. 3.

Matth. 18

Matth. 27.

Alia moralis concio.

1ob. 5.

tanquam omnino alienos a Deo existimo relinquendos, &c. Sed quoniam hoc Euangelium in Sexagesima canit, & praedicatur, aduertendum est maxime, quanta cum discretionem ac sapientia Ecclesia Mater procedat, ita vt ex ea intelligatur a summa Dei sapientia gubernari. Nam cum animaduertat tempus laboriosum nobis appropinquare, nempe Quadragesimae, diuino quodam artificio contendit nos ad laborem illum praueuendo exhortari. Id enim nititur, vt intelligamus nos homines, non ad otium sed ad laborem esse natos, & quod si labores nobis iniungit, in hoc nihil aliud addit, quam id quod est nostri muneris nobis comendare. Quare praeterita hebdomada nos operarios vineae fecit, hodie agricolas ac latrores seminum facit: quoniam ad laborem nati sumus, secundum illam Sapientis sententiam: Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandum. Quare homo otiosus non adimplet munus suum. Christus Dominus venit colere terram suae Crucis aratro, & lancea sicut vomere proscindere illam, sanguinem suum super illam seminare. Quo circa hebdomada ventura suae passionis nobis refert memoriam, vt illa consideratio huic alteri conglutinata, nos amplius ad laborem instituat atque exhortetur. Igitur nostrum munus est agricolas esse, & vineas ac terras colere. Quoniam & si praecipuus seminator Christus Dominus sit, vt ipse in praesenti Euangelio nos docet: tamen postquam functus est officio suo, gratiamque suam, verbum, Euangelium, atque fidem suam nobis reliquit: & semen & artem dedit, quibus & nos hoc seminantis munus exercere valerem. Sic Deus cum hominibus se gessit, sicut & a principio cum plantis. Quas cum primo a terra produxisset, fecit vt in eis esset semen, quo possent alias similes sibi plantas gignere. Excuteo quippe ex se semine illud, sibi similes plantas gignunt. Sic in homine seminavit id quod sibi utile erat, & necessarium ad consequendum suum finem: nam dedit illi gratiam qua Deum consequi posset: sed postquam habet semen in semetipso, generet, producat, fructificet, bonaque opera faciat, quibus vitam consequatur aeternam. Primum enim seminavit in homine naturale lumen, quo per creaturas & effectus, tanquam per

Tom. II.

gradus quosdam ad Dei cognitionem ascendere valeret, secundum illud Psal. 4. Multidicunt, Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Nam per sigillum quod habemus in nobis luminis Dei, cognoscitur author boni. Nihil enim aliud est lumen naturale, nisi sigillum quoddam ac character hominis diuini, in anima nostra impressum, quod maxime cum Deo habet similitudinem. Quae admodum sigillum in cera impressum similitudinem habet cum illo quod erat in argento sculptum. Sed quoniam illud sigillum per ceram transiit, ibi suam characterem ac similitudinem dimisit impressam; sic quia Deus per animam hominis transiit, quae capax est diuinae similitudinis ac imaginis, in ea suam imaginem impressam ac sigillatam reliquit. Et sic intelligo ego modo illud Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Hoc est, imprimendo suam similitudinem in rebus creatis ambulabat. Verum in hoc discrimen est inter homines & ceteras creaturas. Quoniam in alijs creaturis nihil aliud fecit Deus quam transire per illas, & in eis vestigium suum impressum relinquere, per quod intelligitur transisse per illas Deus. Sicut cum homo per viam transiit, & vestigium suum sigillatum ibi reliquit, per quod intelligimus hominem aliquem per viam illam transisse. Caterum in homine plus egit, nec enim quasi per illum transiens vestigium suum ibi reliquit, verum ex proposito apparet plus morae in eo consumplisse, quasi cum magna consideratione imaginem sui vultus in eo imprimere volens. Vnde dicit Psalmista: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: hoc est, imaginem vultus tui in nobis impressam habemus. Catera enim vestigium pedum tuorum referunt, nos vero imaginem vultus tui portamus. Hoc est ergo primum granum quod Deus in homine seminavit, nepe lumen ac notitia naturalis Dei. Quod hic egregie adnotauit D. Chryf. Na ideo dicit: Exijt qui seminat se minare semine suum. Exijt qui seminat, ait, quia si diceret, iam seminauerat, iam sator erat. Na prius quam secundum granum ac semine seminaret gratie, iam aliud naturale seminauerat in homine. Attamen fructus illi primi seminis parum erat, nec sufficiens totam alere ac satiare animam. Quare famelica adhuc remanserat anima: quoniam illa notitia naturalis non erat sufficiens

psalm. 4.

simile.


Genes. 1.

simile.

Chryf.

Luc. 8.

b ficiens



ficiās ad beatificandam illam. Eapropter secundum seminavit granum, nempe fidem, quæ altiorem, de Deo noticiā gignit simul eum gratia, in quibus hominem creavit; ut hoc semine altiorem, & valentiores produceret fructus, quibus beatitudinem suam pertingere valeret. Nam gratia & fides additamenta sunt, quæ ab extrinseco naturæ proueniunt: alterius enim generis, ac altioris ordinis hæc bona sunt, quæ quasi inserta naturæ nobis protulit Deus. Vt quemadmodum si in arbore quæ dicitur malus cidonius, infere-retur malum cotoneum, iam arbor illa non solum mala cidonia, sed etiam mala cotonea produceret, *No solo llenaria membrillos, sino tambien melocotones.* Sic hominis natura, quæ antea noticiam Dei naturalem solum producebat, inserta ei fide, ac gratia, iam altiorem de Deo noticiam gignit. Ideo enim à Iacobo verbum Dei insertum dicitur, cum ait: *Suscipite cum mansuetudine insertum verbum, quod potest saluare animas vestras.* Fides quippe additamentum est supernaturam hominis, quæ licet sit capax fidei, super omnes tamen vires eius est, iuxta illam celebrem Diui Augustini sententiam qua dicit: *Possit habere fidem, sicut possit habere charitatem naturæ est hominum: habere autem gratia est fidelium.* Præfens parabola de hoc secundo grano loquitur. Quoniam hoc est quod ipse Dominus venit in nostris mentibus seminare: ideo quippe dicit: *Exiit qui seminat seminare semen suum: Suum dicit, quoniam etsi lumen naturale ab ipso sit (author quippe naturæ & gratiæ ipse Deus est) tamen lumen naturale debitum erat homini, aliās nec homo esset si lumen hoc ei defuisset. Semen autem gratiæ & fidei adeo proprium est Dei, ut nullo modo sit debitum homini, sed merè gratis tribuatur ei: nam absq; hoc natura hominis saluatur, ex quo colligitur non deberi ei. Quare Paul. fidem vocat donum Dei, ita quod proprijs viribus eam minime possit natura producere. Cæterum etsi hoc ita sit, tamen nescio quid exigat in anima, ut in ea granum hoc seminetur, vel saltem crescat & fructus ferat, cum videamus in multis absque fructu seminari. Et hoc est, quod in præfenti parabola docemur. Igitur turba mul-*

simile.

Iacob.

August.

Ephes. 2.

ta sequebatur Iesum, sic enim contigit omnibus concionatoribus verbi Dei: quoniam ex omni gente ad eos confluunt, & plebs, & sapientes, & idiotæ, alij vt discat, alij vt faciant quod alios videt facere: denique alius sic, alius sic ibat. Ad Christum vero Dominum grandis turba confluere, vt audirent eum: quoniam de beatitudine loquebatur, quam omnes homines audissimè cupiunt, vt supra capit. 5. diximus. Quare hoc odore omnes post se trahebant mortales. Vnde cum Dominus dixisset discipulis suis. Nunquid & vos vultis abire? Respondit Petrus. Quo ibimus? verba enim vitæ æternæ habes. Idem contigit auditoribus quos sacerdotes miserunt, vt comprehenderent Iesum, quem cum concionantem audissent, & sacerdotes dixissent eis: *Quare non adduxistis eum?* Respondērunt. Nunquam sic loquutus est homo. Aded attonitos eos tenebant verba vitæ æternæ, quæ procedebant de ore eius. Ipse autem Dominus est seminator huius seminis, & tamen si vel non hæret terræ in qua seminatur, vel non fructificat, non se tenet defectus ex parte verbi, sed ex parte terræ, vel quia patula erat, vel petrosa, aut spinis oblitata. Nam verbum Dei potens est ad omnia, vt supra ex Iacob. capit. 1. retulimus, qui dicit: *Cum mansuetudine suscipite insertum verbum, quod potest saluare animas vestras.* Quod cecidit in via non hæsit terræ, nec radices fixit, eò quod terra era inculta, ac dura, à transeuntibus calcata, & indurata. Hi sunt homines perditissimi, ac leuissimi, qui nihil Christi præter nomen habent, nec vnquam vomere cultra est terra animæ suæ, aut sulcus aliquis in ea factus est. Nā nec concionibus intersunt, nec acquiescunt sanis sermonibus Dñi nostri Iesu Christi. Sed omnibus malis patient, & hostibus quibusque ianuas apertas præbent, de quibus Esai. 5. 1. dicitur. *Qui dixerunt animæ tuæ, incuruare vt transeamus. Et posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.* Ita enim hostibus subiecta est, vt quasi per pontem per eam transeant, & ipsam ad terram inclinare faciant, & transeunt super eam pessundat ac conculant, ita vt nulli semini apta sit. Vadunt enim & veniunt super eam horribiles, hoc est, diuersa peccatorum monstra: & sic intelligit Diuus Gregorius, illud Iob. 41. quod diabolo & membris eius dicitur: *Corpus eius compactum squamis se prementibus.* Quoniam sic peccatorum squamis compressi sunt, vt non sit locus per quem iacula, vel gladius ad feriendum eos intret. Sunt enim peccatores corpus diaboli, qui est caput super omnes filios superbiæ, ita sic vitijs aliquando compressi, vt nullus pateat locus, quo intret gladius verbi Dei ad feriendum eos, nec relinquatur, vel minima rimula, per quam anima ad cœlestia respirare possit. Sunt enim aliquæ animæ, ita vitijs quasi lorica quadam armata, vt ab omni se defendant virtute: vna squama sit gula, cui compressa sit luxuria, huic auaritia, cui & superbia, & impietas, & sic compaginatur lorica hæc peccatorum, vt nullus pateat aditus verbi Dei. Quare cum Paulus ad veritatem conuersus est, ceciderunt tanquam squamæ ab oculis eius. *Comengo a desmaller la loyga.* Et peccatorum nexus contracti, ac soluti sunt. Vnde his nihil prodest verbum Dei: quoniam resistunt illi squamis, quibus loricati sunt, sed vel in ore eorum tantum remanet, aut in auricula mansit granum, sicut quod seminatur in via, non cooperitur terra, sed in superficie manet. Hinc Paulus Hebræorum. 3. nos admonet dicens: *Videte, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis dilcedendi à Deo viuo, sed adhortamini vos metipfos, per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Et aues etiam cœli comedunt illud. Nam sicut domus quæ apertas habet fenestras, ab hirundinibus occupatur, & immunditijs impletur, quæ importuno garritu, aures audientium occupant: sic animabus quæ apertas habent corporis sensus ad omnia quæ in mundo transeunt, contingit. Quippe leues cogitationes intrant ad eas, & quasi hirundines eas commaculant, tantoque garritu strepunt, vt surdas eas reddant ad verba Dei audienda, aut percipienda. Denique est veluti in publica via seminare: quoniam sic aperta est talis anima, vt per multa foramina granum hoc ab ea excidat, & pereat. Quare de alibus ait Propheta: *Seminastis multum & intulistis parum, & qui mercedes congregauit misit eas in sacculum pertusum.*

Ioan. 6.

Ioan. 7.

Iacob. 1.

Esai. 5. 1.

Iob. 20.

Greg.

Gregor. Iob. 41.

Act. 9.

Hebr. 3.


simile.

Aggei. 1.

Nam anima sic omnibus cogitationibus patula, si quid boni aliquando colligit, tanquam ex sacculo pertuiso statim ab ea cadit ac perit. Quare in Lege veteri vas quod non habebat operculum, immundum erat: vt has animas pertusas designaret, quæ cum non habeant operculum, sed sensus omnibus rebus mundi apertos, immunde fiunt. Ecce primum impedimentum per quod factum est, vt nec semen radicaretur, nec daret fructum. *Aliud cecidit inter petrosa.* Ij sunt homines, qui vitia quidem in corde inclusa habent, & cum non se offerat occasio per aliquot dies non ea prodant. Quare hi quietius verba Dei audiunt, & cum gaudio suscipiunt ea, quoadvsque occasio aliqua vitia quæ intus latebant, prodant. Nam cum eos lacrymis deuotionis perfusos videris, si dixeris eis vt iniuriam remittant, rem alienam etiam cum proprio detrimento restituant, bona sua, si ecclesiastici sunt, pauperibus largiantur: iam tunc cum auaritia offendi, vel cum vindicta quæ celata tegebatur. Et ideo statim exaruit verbum Dei, quia in duritiem peccati offendit, & ibi impeditum est ne radices mitteret. Quare hi apud Diuum Gregorium comparantur ericio. Dicit enim Propheta quidam. Ibi cubauit ericius. Erius animus mal est spinis ac aculeis oblitum, qui blandam quidem ac mollem carnem habet: ceterum si ad illud accesseris, mollitiem carnis abscondit sub aculeis, quos solos tunc ostendit attrectanti, aut ad se accedenti. Sic istis hominibus, quos modo diximus, sæpe accidit. Vidisti tenerum eius os lacrymas per oculos effundere, cum concionatorem audiret: accede ad eum, & attrecta eum, dic vt iniuriam dimittat, pecuniam restituat, concubinam pellat: & tunc videbis eum quasi ericium aculeos ostendentem, mollemque illum animum quem in concione ostenderat, in duritiem lapidis commutantem. Vade, pater, dicit tibi, non mihi hæc inculcanda sunt. Nescitis monachi, in quo situs sit honor hominum mei similibus, ego scio quid debeam facere; vos abite, nec mihi hæc amplius dicatis: nec enim à me ferenda sunt, meum honorem tueri teneor, & quanto nobilior sum, magis. Ego iam interrogavi doctos viros, & dixerunt mihi, non obligari ad hoc quod vos dicitis.

Num. 19.

Gregor. Esai. 34. et soph. 2 simile.



dicitis. Hæc & alia multa asperis verbis respondebit tibi, ita ut pudeat te ad illum iussisse. Hic certe non faciet fructum, aristam tantum sine spica in illo videbis. Eadem quidem habet integram ac rectam. Cæterum charitatis spicam, aut talium operum grana minime in eo reperies. Vnde de eo dicit Propheta Oseas, capit. 8. Culmus stans, non est in eo semen. Arundinem sine spica in eo cernes duntaxat. Non faciet farinam. Non inuenies grana ex quibus panes bonorum operum conficias, etiam si molendino confelsionis eum attrueris, sed paleas, & quilibet duntaxat. Quod autem cum gaudio talis audiuit verbum, debetur ipsi fidei, ipsi grano quod talem in se virtutem continet, ut etiam in mortuis ac peccatoribus, nescio quos motus excitet, qui non nulla signa vitæ præferunt, nisi mox obliuiscerentur. Ecce secundum impedimentum, cum semen verbi Dei in animabus sola fide præditis cadit.

Tertium impedimentum fuit cadere inter spinas, quas diuitias vocat Christus Dominus. Sed quem tu vocas diuitem? Illum qui habet diuitias? Minime gentium. Sed illum qui concupiscit diuitias, qui totam suam sollicitudinem in acquirendis aut conseruandis diuitijs collocat. Hæc enim terra plus spinarum aut tribulorum, quam granorum tritici continet. De eo quippè dicit Sapiens. Per agrum hominis pigri transiui, & ecce totum repleuerat vrticæ, & aperuerant faciem eius spinæ. Nihil aliud in eis reperies nisi spinas, impietatem, duritiem, immisericordiam. Hæ enim omnes auaritiæ filia sunt, ut vidimus in diuite illo auaro cum Lazaro. Sed vix mihi, imò vix mundo: quoniam huiuscemodi sunt ferè omnes ex illis, quos ille tanquam Sanctos celebrat, atque adhuc viuentes, ut ita loquar, canonizat. Vnde Mich. 7. dicebat: Qui optimus ex eis quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina, de sepe. Paliurus herba est, quæ pallio inhæret, hinc enim dicta est, quasi pallio hærens & expilans illud. El arxbo, o el cardo corredor. Sic optimi qui in mundo sunt, pallio ac rei familiari tuæ se iungunt, ut expilent te. Aliquid de pallio tuo hærebit pallio suo, si illi appropinquas, permanebit aliquid de re tua in ipso, illis

osea. 8.

Prover. 14.

Mich. 7. simile.

hærebit, si cum illis familiaritatem coniunxeris. Et qui rectus, quasi spina de sepe. Qui enim per sepe spinarum ascendit, partem pallij spinis inhærentem dimittit. Sic si modò transire cupis per sepe istum sanctorum, quos stulti, aut leues homines tales proclamatis, non minimam partem tui pallij suis adhærentem manibus relinques. *Parce que traen liga en las manos.* Sicut si ovis per sepe spinarum transierit, partem sui velleris, ibi dimittit. Ac utinam in spinis ipsis non hæreat, nec possit se ab illis euellere. *plegue a Dios no queden enzarzadas las almas entre essas spinas, &c.* Per spinas etiam possunt intelligi homines duri, absque misericordia: nam hæc, ut diximus, ad diuitias consequuntur. Sunt enim homines importuni, sancti huius temporis, qui tanquam spinæ adhærent vestibus, & carni, semper homines suis importunis loquelis vulnerantes, præcipue oues, hoc est, mulieres, ac homines simplices. Charitas floribus comparatur, impietas vero ac immisericordia spinis. Ecce quomodò omnia hæc impedimenta ex parte terræ se tenent, non ex parte seminis. Quod si in terram bonam ceciderit, fructum maximum affert in patientia.

Semen est verbum Dei.

ADuertendum est, quod regnum cælorum semper rebus magnis, atque pretiosissimis comparatur, quod si aliquandò minoribus rebus videatur conferri, hoc est, in quantum hæc minima virtute grandes, ac substantia plenas res continent. Comparatur in hoc capite regnum cælorum thesaurò, margaritis, semini bono, quæ omnes res substantiales sunt: confertur etiam grano sinapis, quod res minima est, tamen secundum quod in sua virtute continet arborem, super quam aues cæli nidificare solent: quoniam regnum cælorum magnum negotium est, nec in nenijs, ac parui momenti rebus consistit, sed in magnis atque pretiosis. Auro atque margaritis confertur, pani ac vino, quæ omnia ad substantiam & vitam hominis attinent. Volo dicere fratres mei, quod negotium regni cælorum non pura ceremonia est, sed in substantia charitatis con-

Alia moralitas seu concio.

consistit, quam significat panis: & in gaudio spiritus quod ex illa sequitur, & illud significat vinum. Sic enim Paulus spiritus fructus annumerat cum dicit. Fructus autem spiritus est charitas, pax, gaudium. Et Romanorum. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Non enim in ieiunio aut abstinencia esca, & potus, substantia Religionis Christianæ consistit, nisi quando hæc sunt propter Deum: nam tunc cum se intromittat charitas, iam ad substantiam regni cælorum pertinent, sed iustitia vniuersalis virtus, qua redditur vnicuique quod ei debetur, ut parentibus honor, atque pietas, Deo debitus cultus, proximis amor, &c. Et in pace quæ filia legitima charitatis est: & gaudium, non carnis, sed spiritus, non cuiuscunque, sed Sancti, qui amor est vnde tota hæc substantia procedit. Igitur regnum cælorum pani ac vino confertur, quæ sunt alimenta quibus hominis substantia nutritur, ut intelligamus quod in substantia charitatis regni cælorum negotium consistit. Cæterum in præsentis Euangelio de principio, vnde tota hæc machina in qua consistit negotium regni cælorum, oritur, agitur. Hoc est, verbum Dei. Datur nihilominus causa atque ratio quare cum verbum Dei adeò fecundum ac ferax bonorum sit, varios ac grandes effectus producere valens: in paucis tamen eos cernamus productos. Semen igitur, ut Dominus ait, est verbum Dei: quoniam sicut ex semine tritici, & arista & granum, & spica producit, & ex alijs seminibus plantæ ac arbores nascuntur, sic ex verbo Dei bonorum operum fructus, atque omnium virtutum arbores ortum habent. Est enim hoc vnum ex maximis naturæ miraculis, quod res tam minima (qualis est cuiuscunque arboris semen) tantam in se virtutem contineat, ut ex eo radices, truncus, rami, folia, fructus, atque totius arboris proceritas prodeat. Vnde Aristoteles dicit, quod omnia principia sunt in quantitate minima, in virtute tamen magna: sic verbum Dei quod in se continet Christum crucifixum, qui tanquam vermis æstimatus est, origo est, ex quo tota hæc proceritas Christianarum virtutum procedit, cuius fructus vita æterna est. Et quoniam plures in se virtutes verbum Dei continet, hinc est

Galat. 5. Roma. 14.

Aristo.

Psalm. 21.

Tom. II.

quod Scriptura ad explicandum eas, pluribus nominibus illud appellet: quia vnum quod tot bona significare valeat non inuenitur. Quare vocat illud lucem, panem, vinum, medicinam, gladium, malleum, ignem: denique hodie vocat illud Dominus semen, quoniam omnium harum rerum effectus habet, & plures alios. Illuminat animam verbum Dei, enutrit, letificat, medetur, iugulat in ea vitia, ut gladius, frangit eius duritiem ut malleus, & seminatum in corde, quasi cæleste semen omnes hos in ea producit fructus. Insuper super alia semina hoc habet verbum Dei, quod cætera nihil aliud gignunt præter arborem illam, cuius in se virtutem gerunt, ut amygdali granum amygdalum solum, & eius fructum generat, & idem de nuce & alijs seminibus. Cæterum verbum Dei tot diuersorum generum fructus generat, ut vix enumerari valeant. Si inueniretur semen aliquod, aut granum, quod terra mandatum ex illo nuce, amygdala, mala punica, mala citrea, vites & alia multæ plantæ cum fructibus earum nascerentur, mirabile certe esset videre, in re tam minima tantam virtutem contineri. Hoc tibi mirum videtur? Verbum Dei hæc omnia habet. Quoniam cum sit semen Dei, secundum virtutem illius cuius est semen, operatur. Et quia est virtus Dei, qui omnipotens est, ita & Verbum Dei omnia potest. Vnde Sapiens Sapientia. 8. verbum Dei omnipotens vocat, cum dicit. Omnipotens sermo tuus Domine. Et Psalmus. 32. Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius virtus eorum, id est, ornatus, in quo & Angeli includuntur. Verbum Dei Deos facit, secundum illud Ioannis. 10. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. Vnde ergo ei tanta virtus? Quia semen est Verbum Dei, & in principio erat Verbum. Ab illo trahit originem Verbum Dei, qui omnium rerum principium est, in quo tanquam in primo principio & causa, eminenter continentur omnia. Et quia Verbum caro factum est, hinc verbum Dei homines generat filios Dei. Rursum quoniam verbum Dei beatos homines facit, secundum illud Lucæ. 11. Beati qui audiunt verbum Dei: beatitudo autem est status, omnium bonorum aggregatione perfectus: hinc est quod verbum Dei omnia

simile.

cap. 8.

Psalm. 23.

Ioan. 10.

Luc. 11.

b 3 nia

nia in se continet bona, tam corporis quam animae: quoniam omnia haec in beatitudine possidentur. Si ergo fructices producunt fructum, unusquisque iuxta genus suum, nimirum malus mala, nux nuces: quia inde ortum habent, si verbum Dei e caelo originem trahit, secundum illud Ecclesiastes. 1. Fons sapientiae verbum Dei in excellis, hinc erit quod fructus quos germinat sint vitae aeternae ac regni caelorum, iuxta illud Psalmi. 106. Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Natiuitas verbi Dei de caelo est, tales ergo fructus profert. Hinc est, quod in anima in qua hoc semen radicitur, & fructificat, hos omnes fructus reperies. Imo erit omnia haec, humilis, honesta, charitate ac misericordia praedita, prudens, fortis, patiens, coelum, sol, stellae, Angelus, denique Deus per participationem: quoniam omnia haec continet in virtute seminis, quod in se habet quod est verbum Dei. Et vt agnosceas huius diuini seminis efficaciam, ac fecunditatem: etiam cum non esset terra, nec animae vbi seminaretur, in nihili seminatam omnia haec quae creata sunt produxit. Nam cum non essent caeli, illos ex nihilo condidit. Verbo enim Dei caeli firmati sunt, & Spiritus oris eius omnis virtus eorum: terram etiam cum suis plantis, aquas cum piscibus, aërem, ignem, & omnia elementa, & quae in eis continentur: quoniam omnia ex nihilo solo Dei verbo condita sunt. Ceterum quemadmodum, postquam semel Deus omnia creauit, requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat, ita vt iam praeter animas hominum nullam aliam rem creet, sed ipsa res altera alteram generet, atque ad hoc virtutem eis contulit Deus, prauiam tamen dispositione in rebus, vt ad hoc quod terra producat plantas, requiritur quod ab aqua humectetur, a radijs solis feriat. Sic & hoc diuinum semen, quod est verbum Dei, etiam si a principio super nihilum seminatam produxerit caelos, & Angelos, posthac tamen prauias exigit dispositiones in animabus, in quibus seminat, vt proficiat & fructus ferat. Exigitur enim caelestis gratiae supernaturalis influentia, quam anima voluntate sua admittat, & in corde suo imbibat eam: Nam, vt ait Chrysostomus: Nec gratia sine voluntate, nec

voluntas sine gratia satis est: nam & terra non germinat nisi pluuiam susceperit, nec pluua fructificat nisi terra adsit, quae fructum ferat. Supernaturalia quippe con forma valde atque concina sunt naturalibus. Et quemadmodum, ad hoc quod naturalia generentur, requiritur actiuum, & passiuum, vt Philosophus docet: Sic in supernaturalibus requiritur voluntas recipiens & consentiens, gratia etiam Dei praueuiens & perficiens. Ipse enim, vt ait Paulus, dat velle & perficere pro bona voluntate sua. Hoc tamen interest inter naturalia & superna, quod in naturalibus potest extare defectus ex parte vtriusque, tam actiui quam passiu. Possunt enim deficere caelestes influxus qui se habent, vt causae agentes, & potest esse defectus ex parte terrae in qua seminatur granum, quod vel sit petrosa, arenosa, vel propter falsuginem sterilis, & tunc defectus extabit ex parte passiu. At vero in hac supernaturali cultura, non potest esse defectus ex parte actiui, non enim caelestes influxus deficiunt, nec ex parte seminis, quod semper eandem in se continet virtutem; totus ergo defectus ex parte recipientis extare oportet. Sic enim, ait Dominus per Prophetam. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. Quod in praesenti parabola planè constat, nam tota ratio, quare semen sine fructu effectum est, ex terra ipsa dimanauit, vel quia dura erat, & non culcata, vel quia petrosa, aut spinis plena. Et hoc est praesentis parabola propositum & scopus, docere nos vnde proueniat, quod solum tantae virtutis parum in animabus vbi seminat fructificet. Et cum ex parte actiui principij, vt diximus, hoc non proueniat, relinquitur quod totus defectus sit ex parte nostra. Vnde & Dominus dicit: *Exyt qui seminat, seminare semen suum.* Qui seminat verbum, seminat, ait Dominus: Nam sicut qui seminat grana, non omnia simul in vno coacerbat loco, sed sparsim ac diuisim ea in terram projicit, quare aliqua ex eis in hoc sulco, aliqua in alio cadant, non nulla super petram, alia inter spinas a seminatore casu projiciantur; sic seminanti verbum Dei, hoc est praedicatori contingit. Nam aliquod verbum super cor bonum cadit, aliquam mulierculam pauperculam tangit, quod cum gaudio suscipit & ser-

simile.

philip. 2.

osca. 13.

Luc. 8.

eccl. 1.

psal. 106.

psalm. 32.

simile.

Gen. 2.

chryso.

& seruat. Aliud longius cadit, tangit fortan Regem, aut Praelatum: aliud super Pharaonem aliquem aut auarum ciuitem cadet, quae sunt petrae & spinae, in quibus non fructificat verbum. Ceterum Christi verbum ac doctrina, omnibus praedicanda est, non ad vnum restringenda. Semen est, spargatur per sulcos omnes, nec ob hoc contristeris aut irascaris, quod fortan in te aliquod praedicatoris verbum tetigit, sed da gloriam Deo, quoniam meruisti esse terra in qua seminatur verbum Dei. Imo dic: Hoc granum mihi contingit, anima mea sulcus es, vbi cecidit, amplectere illud & serua, vt radicitur in te & fructificet, ne contempnas illud, ne projicias a te, ne indures quasi petra cor tuum: sed in mansuetudine suscipe insitum verbum quod te potest saluare. Aliud cecidit secus viam, &c. Hoc est, quando verbum Dei audiunt aures quaedam, quae apertae sunt quibuslibet verbis quantumuis turpibus, leuibus, detractorijs, fabulosis, scurrilibus, omnibus accommodantur, quomodo ibi intrabit verbum Dei. Nam vel confertim cum alijs verbis quae audit intravit, & non agnosceatur, vel ad fores stabit nolens pro sua grauitate, cum tam infami committatu ingredi. Vnde Hieremiae. 6. dicitur: Cui loquar, aut quem contestabor vt audiat? Ecce incircuncisae sunt aures eorum, & audire non potuerunt. Quomodo in tanto strepitu audient? Ecce incircuncisae sunt aures eorum. Vbi Theodoretus ait: Qui sunt ij qui incircuncisae habent aures? Illi nimirum, qui sine vilo defectu quaecunque dicuntur audiunt, qui nihil adeo foedum aut turpe est, quod ab auditu suo reiiciendum, aut amputandum curant. Qui omnibus nugis, fabulis, mendacijs, detractionibus, obloquutionibus, & turpiloquijs aures semper paratas, atque patentes habent, ad diuinarum verò eloquiorum tractationem, si quis forte de eis sermonem instituat, prorsus oclusas. Sanam quippe doctrinam non suscipiunt, sed ad sua desideria coacerbant sibi magistros, prurientes auribus. Sunt enim aliqui, ait Plutarchus: Cum quibus si de re honesta aut sancta, de sacrificio aut religione sermones misceatis, confestim fastidiant, oscitant, inquieti sunt, & vel negotium fingunt, vel alia miscet colloquia, vel vos orant vt in aliud commodius tem-

pus negotium illud differatis. Ceterum si detrectaueritis alijs, si turpiloquia misceatis, si de meretricibus, alea oribus, scurris loquamini; arrigunt ambas aures, nec vquam satis satiari huiusmodi obloquutionibus queunt. Quos similes facit Plutarchus portis ciuitatum, quae ad hoc tantum deseruire solebant, vt per illas stercores & immunditiae foras educantur, vel malefactores qui publice flagellabatur, per illas in exilium mitterentur. Sic horum aures stercoariae portae poterunt dici, quae nihil aliud quam mala audiunt, ad bona quae clausae tamen omnino sunt. Neemias cap. 2. ait, quod cum exisset per portam stercoariam, murum omnem, qui circum illam erat, dirutum vidit. Quoniam in anima cuius aures ac portae his patent immunditijs, nihil integrum aut rectè edificatum videbit, sed omnia bona diruta atque confracta. Sunt enim veluti publicae mulieres omnibus prostituta, quae muliebrem verecundiam amiserunt. Vnde talibus dicitur: Frons meretricis facta est tibi, erubescere noluisse. Sunt etiam veluti domus cauponariae quae omnibus patent, *Almas mofonaras*, quae omnes hospitio admittunt cuiusque sortis sint. Et cogitationes sunt aues, quae granum comedunt, vt non hareat terra, secundum illud Ecclesiastes. 10. Muscae morientes perdunt suauitatem vnguenti. Sicut enim vnguentum odoriferum, si muscis morientibus repleatur, foedum, ac horridum redditur, & quod antea placidum naribus odorem praebat, iam nunc horrorem potius incutiat. Sic odorifera vnguenta quae verba Dei conficere solent, his cogitationibus, tanquam muscis mortuis foedantur atque destruuunt, & omnis bonus effectus verbi Dei consequenter perit. Abige muscam cum eam videris super vnguenta volare, si turpis, leuis, aut vana subrepite cogitatio, abige eam, ne perdat suauitatem vnguenti: quoniam tunc erit peccatum, cum eam consenseris in te manere. Muscas aduentare non est in potestate conscientis vnguenta, consentire autem illas vnguenta foedare, aut mortuas cadere super illa, iam culpa sua est. Insurgere tentationes aut malos cogitatus, non est in tua potestate (hoc enim est muscas super vnguenta volare) si autem consentis quod musca te vulneret, quod cogitatio pessima ex proposito in te maneat, iam culpa incipit: quoniam ex negligentia tua id fit. Si vero mortuas muscas

Jacob. 1.

Hierem. 6.

1. Timo. 4. Plutarch.

simile.

2. Esdra.

Hierem. 3.

Eccles. 10.

simile.

Euangelium secundum Matth.

consenseris in vnguenta cadere, hoc est, si in tentationes, aut prauas cogitationes consenseris, iam tunc mortale peccatum est, & suauitas vnguenti perijt, & gratia amittitur. Vnusquisque tetantur a concupiscentia sua, abstractus & illectus, ait Iacobus. Ecce volentem muscam, cogitationes prauas infurgentes. Deinde concupiscentia cum coneeperit parit peccatum. Concipere peccatum est permittere pessimam cogitationem stare in mente, incipereque vulnerare illam, vel perseuerare in colloquio malo, hac enim omnia mentem impregnant, vt pariat peccatum. Sed subdit Apostolus: Peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem. Hoc est, cum omnino peccato assentimur, & prauis cogitationibus, iam hec sunt musca morientes, iam anima per peccatum moritur, & tota vnguenti suauitas perit. Ecce semen quod secus viam cecidit. Ceterum etiam per viam hanc patulam illos animos ego intelligo, qui nullum secretum seruant, sed omnia bona opera sua omnibus innotescere volunt, sed si orant, si plorant, si ieiunant, si Deus illis blandus ostenditur, statim effutiant, publica que omnibus esse volunt. Ex his praeipue sunt muliercula aliqua, quae plures quae sunt confessorum, vt omnes sciant raptus, reuelationes, ac contemplationes suas, sub obtentu consiliandi. Hazen plato de sus buenas obras. Horum grana aues coeli deuorant. Vanagloria tollit verbum & fructum eius ab eis. Leuis ac vanus mundi applausus, aer ac ventus omnia surripit. Hoc enim signum est te non in magno pretio habere has Christi erga te misericordias ac magnificentias: si enim eas in pretio haberes, absconderes vtique ac seruares illas: nam res quae in pretio habentur, absconduntur ac seruantur, ne quis eas videns concupiscat & rapiat: Ideo quippe dicitur: Thesaurus absconditus, vt iam iam videbimus. Vnde dicitur: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et Psalm. 118. dicit: In corde meo abscondi eloquia tua. Igitur granum quod in via cecidit, & hominum transeuntium, & auium periculo patuit. Sed quod cecidit in terram ipsam, hoc est, quod vere receptum est in anima (nam primi intus non receperunt illud: Vt cecidit super petrosa, non misit radices, sed statim aruit. Hi sunt homines Christiani, in quibus tamen mundus, eiusque leges ac vanitates adhuc vigent. Nam hi, si tantillum eorum quae mundus

Jacob. 1.

Jacob. 1.

Matth. 13.

Luc. 11.

Psalm. 118.

sequitur, sese offert, protinus omnia alia dimittunt. Respektus enim humani qui corde semel inheserunt, non parum impedimentum virtuti praebent. Nam etsi talibus verba Dei placent, si tamen aliud mundus exigit, Euangelio dimisso ad illud currunt. Bene sibi videntur homines qui sanctitatem pollicentur, verum si contra id quod mundus poscit loquantur, iam ab eis alienabuntur, vt fecit Herodes cum Ioanne. Contra quos Chrysostomus Homilia. 25. Imperfecti ait: Quae est autem ista iustitia, sanctos colere, & sanctitatem spernere? Hic enim cito cedit tentationi, est enim velut equus de quo dicit Iob. Cum audit sonitum buccinae, dicit: Vach, terram vngula fodit. Sicut enim equus quocunque signo dato ad bellum se ipsum preparat, & ferocem se ostendit, & velle protinus cursum arripere contra hostes: sic isti adueniente tentatione, aut inuenta occasione, confestim assentiunt, & vellent opere complere quod oprant, & se ipsos excitant ad mala: nam non habet verbum Dei in eis altas radices. Quod cecidit inter spinas, illud est quod cadit in hominibus nimis anxie rebustemporalibus deditis. Est quippe negotium hominis Christiani sic arduum ac difficile, vt soli illi deberet per totam vitam vacare, absque hoc quod alijs negotijs interrupteretur, cum salutis suae aeternae cura ei immineat. Plato in Dialogo quodam quem refert Eusebius Pamphilus, de preparatione Euangelij. Et Theodoretus, de curan. Graec. affect. ait: Quod illi qui vt debet studio Philosophiae incumbit, nescit viam qua itur ad plateas, aut ad domos Principum, vel ad Curiam. Nec curat quid vicinus suus faciat, quid in ore feratur omnium: ita studium verae Philosophiae totum ipsum occupatum tenet. Quanto magis aeternae saluationis cura hominem Christianum premere deberet, vt nihil aliud sciret nisi Christum suum crucifixum. Et sicut mulier illa Tresea Thalem Milesium reprehendit, eo quod tam attentem in caelos aspiciebat, vt non viderit fossam in quam inficius cecidit, dicens ei. Quomodo potes quae in caelis sunt scire, si ea quae in terris sunt non aspicias? Sic regni caelestis contemplatio sic attentum debet habere hominis animum, vt aliquando cadat in his quae mundus tanquam deliramenta ac insaniam reputat, & quae mundi huius studiosi reprehendunt.

Marc. 6. Chrysost.

Iob. 39. simile.

Plato. Eusebius. Theod.

simile.

Ceterum

Cap. XIII.

Ceterum, vt alia via procedamus, granum hoc, quod seminatur in animabus nostris, Christus est: nam in virtutibus quae homini Christiano infunduntur, quae sunt semina vitae aeternae, includitur Christus. Fides quippe Christus est, & Deus charitas est, Christus autem Deus est; ergo semen hoc Christus est. Ne autem in nobis fructificet, impedimenta iam relata contradicunt: quae omnia, vt iam breuius agamus, ad vnum videntur mihi posse reduci. Et hoc est mundus. Non habet maiorem aduersarium Christus quam mundum, hac mea opinio est. Diabolus ipse non sic aduersatur Christo, ac mundus, saepe saepius hac repetere soleo, Alcoranum Mahumeti non esse tam contrarium Christo, ac mundus cum suis iniquissimis legibus. Et nomen hoc Satan aduersarium significans, quod per anthonomasiam datur diabolo; potius mundo imponendum esse, qui vere aduersarius Christi est, & verus Antichristus, cuius opera atque instituta omnino contraria sunt legi Christi. Ioan. dicit: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, hoc est, Venereae voluptates: aut concupiscentia oculorum, id est, auaritia, aut superbia vitae. Quod cecidit secus viam, id est, quod cadit in hominibus Veneri addictis, nihil enim ita animam soluit ac dissoluit, & extra se rapit, ac carnis voluptates, & mulierum amores. Hoc filium illum perditum, quem Prodigum dicimus, de paterna domo eduxit, & per tot loca vagare fecit, & ad tantam miseriam deduxit. Petrae autem significant superbiam: quoniam hoc vitium lapideum reddit cor ac durissimum. Sic vidit Zacharias impietatem in amphora pendente inter caelum & terram, & os eius talento plumbi oclusum. Hi sunt superbi, qui se inter caelum, & terram eleuant, plus se eleuantes quam oportet: quibus illud Propheticum dici potest: Superbia tua & arrogantia tua plus quam fortitudo tua. Hi autem duriores & grauiore cum proximis suis sunt, quam sit talentum plumbi. Spinae autem auaritiam, quae est pecuniarum indiscreta cupido, significant, & his omnibus mundus repletus est: ex quibus quocunque animam capiat, impedit, ne in ea radiceatur, aut figuratur verbum Dei. D. August. sermone. 44. de Tempore, ait: Duas esse radices in corde hominum seminat, per diuersos tamen seminatores. Altera est cupiditas, quae in se comprehendit omnium rerum temporalium amorem. Hunc diabolus in corde reproborum

Alia moralitas seu concio.

1. Ioan. 2.

Zac. 15.

Zach. 5.

Isai. 16.

August.

seminat. Est enim zizania illa, quam inimicus homo superseminauit in agro patrisfamilias, de qua Paulus dicit: Radix omnium malorum est cupiditas. Altera radix (ait diuus August.) est charitas quam Deus in cordibus bonorum seminatur, quae radix omnium bonorum est: est diuerso ad cupiditatem, de qua parabola haec loquitur. Ait enim, quod quia non habebat altam radicem (hoc est, charitatem, quae altior omnibus virtutibus est) aruit. Haec enim (vt dicimus) benigna est, omnia sustinet, omnia suffert, &c. Et alibi ait Paulus Ephes. 3. In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere, quae sit longitudo & latitudo, sublimitas & profundum: scire etiam supereminentem scientiae charitatem Christi. Hoc est dicere: Si omnia amplexari vultis bona Dei, hanc radicem in cordibus vestris figite. Qui ergo primam habet radicem, quomodo fructus verbi Dei percipere poterit? Vnius radix est carnea, alterius spiritus, quomodo caro fructus spiritus proferre poterit? Nunquid colligat de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Haec spinarum fructum qui latificat animam, & qui ori eius dulcescit, quomodo dabunt? Nam & Paulus ait: Quae seminauerit homo, haec & metet. Quomodo qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, & qui seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam aeternam. Galat. 6. Et apud Oseam dicitur: Seminallis verum, & collegistis turbinem. Omnes res mundi optimem vento comparantur, & stipulae quam ventus rapit. Qui ergo ventum hunc seminatur, quid sperat colligere, nisi iram Dei tempestatem ac turbinem? Cum ergo homines Christiani fide praediti sunt, non absolum videtur eis verbum Dei, & cum gaudio audiunt illud. Ceterum, quoniam protinus in radice illa mundi, quam intus gerunt, offendit hoc semine, arefcit, & nec radiceatur, nec fructum gerit. Quoniam etsi homini voluptatibus ac illecebris carnis dedito bona, quae mundities in caelo habet, dicantur, non sibi falsa videntur, aut absona: quinimodo talibus veritibus fidem adhibet, & forsitan aliquod propositum leue concipit emendandi vitam: tamen cum id exequutioni mandandum est, radix illa pessima, quae intus manebat, contrarium omnino fructum profert. Sicut enim charitas malum fructum producere non valet, ita nec cupiditas bonum. Idem dices de auaro, quasi audiens verbum Dei proponit elemosynas largiri: cum id facere nititur, auaritia intus ad nouas

Matth. 13. 1. Tim. 6.

August.

1. Cor. 13. Ephes. 3.

Matth. 7.

Galat. 6.

Osea. 8.

b 5 vsuras



vsuras impellit. Vnde D. August. super illu-
Verbum Psal. 9. In laqueo isto que obsecon-
derunt, comprehensus est pes eorum, ait.
Quod mali pedes suos laqueis ac compedi-
bus impeditos habet. Per pedem autem in-
tellegit amorē: nam sicut pes est radix cor-
poris, ab illo enim tanquam a radice videntur
cetera membra erigi; sic amor radix est
omnium siue bonorum, siue malorum. Pec-
cator ergo habet hunc pedē amoris in com-
pedibus alligatum, siue mulierum, siue diui-
tiarum, aut aliarum rerum. Igitur sicut ille
qui habet pedem illaqueatum & compedi-
bus allicitum, cum educere vult pedē, vul-
neratur & dolet, quia cum impedimento of-
fendit. Sic qui amorem habet in diuitijs, aut
alijs rebus illaqueatum, cum vult vel dimit-
tere concubinam, vel elemosinam largiri,
vel alienum lucrū reddere, offendit volun-
tas in amore illo quo detinebatur, & vulne-
ratur & dolet, & sic in suis laqueis dimittit
eum. Iusti verō etiam pedem suum in diuino
amore illaqueatum teneant; tamen hoc non
impedit eos, quominus bona exequantur.
Imō charitatis compedes illos promptiores
ac velociore ad bona opera exequenda red-
dunt. Sic enim apud Esaiam de illis dicitur:
Vineti manicis ad te current. Nam ideō
charitas a Paulo vinculum perfectionis vo-
catur: quoniam eam habentes ad opera per-
fectionis ligat. Ex quo ego hanc doctrinam
colligo pro Religiosis & Ecclesiasticis viris,
Quod cum profelsio nostra sit, non tantum
vt hoc granū radicetur in nobis, verum etiam
vt alijs fructificet (recipimus enim hoc se-
men tanquam capita, vt membris illud com-
municemus: nam seculares quasi membra
sunt respectu Ecclesiasticorum: cum igitur
hic fructus habeat in nobis abundare: sic vt
non solum pro nobis, verum etiam pro alijs
superfit: scientes ex præsentī doctrina quam
maximum impedimentum mundus, & ea
quæ in eo sunt, ad hoc quod semen hoc fru-
ctificet, præbeant: debemus totis viribus
mūdum, & ea quæ in ipso sunt, fugere, qua-
tenus nihil impediatur quin semen hoc bene-
dictum, & nobis & alijs proficit. Quare nun-
quam mihi persuadere poteris, quod homi-
nes qui in seculi negotijs prudentissimi sunt,
& ad lucrandum & augendum rem familia-
rem solertissimi, & temporalia omnia nego-
tia astutissimè penetrant, quod hi sunt ad
munia spiritualia apti, nec tale vnquam in
Domini nostri Iesu Christi Euangelio legi.
Imō modò dixit Paulus: Quæcunque semi-

nauerit homo, hæc & metet. Nam qui semi-
nat in carne, corruptionē, qui in vento, tur-
binem, si in spiritu, vitam æternam metet.
Si ergo tu carnem ac ventum seminas, quo-
modo vitam æternam metes? Nunquam hoc
in tota vita tua suadebis mihi. Quoniam
Christi Euangelium cōtrarium mihi suadet,
ac docet. Docuit ne Christus aliquando dis-
cipulos suos, vt negotia secularia tractarent?
Minimè gentium fratres mei, sed contraria
omniō. Venerūt duo fratres quadam vice,
qui inter se pro diuidenda hæreditate dissi-
debant, ad Dominum Iesum, & dicit ei vnus
ex eis: Magister, dic fratri meo, vt diuidat
mecum hæreditatem. Et respondit ei cum
aliquo iracundiæ signo (quod ex verbis col-
ligi potest) dicens: O homo, quis me consti-
tuit iudicem inter vos? Ac si diceret: Non
pro diuidendis terrenis hæreditatibus veni,
sed pro largiendis æternis. Non est societas
mercatorum Genuensium societas Domini
Iesu, sed eorum qui omnia reliquerunt, vt
nudi & expediti sequerentur ipsum. Vnde
Paulus. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo (ait)
implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat
cui se probauit. Quid mirum cum militibus
huius seculi, secundum leges Imperatorias,
sit negotiatio prohibita, ne eos a militari
disciplina diuenteret, quanto magis hæc in-
terdicta debet esse militibus Christi, quorū
munus est debellare Regnum cœlorum? se-
cundum illam Domini sententiā: Regnum
cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt
illud. Et in tantum a negotijs seculi separare
voluit Christus nos, vt cum quidam diceret
illi: Magister sequar te, sed dimitte me prius
sepelire patrem meum; etiam si hoc præse-
ferret pietatis effigiem. Tamē ei respondit
Dominus: Sinite mortuos sepelire mortuos
suos, tu autem veni & predica verbum Dei.
Et iterum ait: Estote prudētes sicut serpen-
tes, & simplices sicut colūbæ. Debent enim
occludere aures, ne incārations huius mūdi
audiant, & nihilominus simplicitatem col-
lubarum præferre. Est enim colūba
animal adeo simplex, vt nec victū sibi qua-
rere sciat, sed cū coruis comitatur, vt grana
quæ illi suo ore discooperiunt, ipsa colūbæ
comedat. Sic verus seruus Dei quasi stultus
ac ignorans, in rebus huius seculi debet esse,
ita vt penè nec quid comedat sciat quarere,
sed alijs hoc officium mandat, vt ipse suæ
saluationis negotio totus incumbat. Vnde
proverbium antiquum ortū habuit. Bonus
vir semper est tyro. Ad res huius mundi
semper

Esai. 40.

Colos. 3.

Galat. 6.

Luc. 12.

2. Tim. 2.

Matth. 12.

Matth. 8.

Luc. 9.

Matth. 10.

semper est nouus, vsq; ad finem. Vnde idem Do-
minus ait: Filij huius seculi prudentiores fi-
lij lucis in generatione sua sunt. In genera-
tione sua ait, hoc est, ad res huius generati-
onis carnalis: nam in alia generatione spiri-
tuali prudentiores sunt filij lucis. Ecce quo-
modo hæc doctrina Euangelica sit. Igitur
qui semen hoc, vt in alijs seminemus, acci-
piamus, summa ope niti debemus ne in nobis
pereat, fugientes eam quæ in mundo est, vi-
tiorum corruptionem. Nec enim Ecclesia-
sticæ dignitates ad hoc adinuenta: sunt, vt
per eas huius seculi bonis affluamus, & con-
sanguineos nostros ditemus; sed vt per eas
Regna cœlorum nobis & alijs adipiscamur,
& vt prouentus earum in pauperum neces-
sitatibus expendamus. Seminate, seminate
pecunias, o Episcopi & diuites Ecclesiastici,
inter pauperes Christi, vt cum defeceritis,
recipiant vos in æterna tabernacula, Amen.
Aliam parabolam proposuit illis, dicens:
Simile factum est regnum cœlorum homini, qui
seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem
dormirent homines, venit inimicus eius, & su-
perseminauit zizania in medio tritici, & abiit.
Cum autem erenisset herba & fructum fecisset,
tunc apparuerunt & zizania. Accedentes au-
tem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine
nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde
ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc
fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & col-
ligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zi-
zania eradicetis simul cum eis & triticum. Si-
nite utraq; crescere vsq; ad messē. Et in tem-
pore messis dicam messoribus: Colligite primum
zizania, & colligate ea in fasciculos ad combu-
rendum, triticum autem congregate in horreum
meum. Et paulo post ait Euangelista: Tunc
dimissis turbis venit in domum: & accesserunt
ad eum discipuli eius, dicentes: Ediffere nobis
parabolam zizaniorū agri. Qui respondens, ait illis:
Qui seminat bonum semen, est filius hominis,
ager autem est mundus, bonum verò semen
sunt filij Regni: zizania autē filij sunt nequam.
Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus,
messores autē Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur
zizania & igni comburuntur: sic erit in con-
sumationem seculi. Mittet filius hominis Ange-
los suos, & colligent de Regno eius omnia scan-
dala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent
eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor
dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in Regno
Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.
Moralitas Superior parabola desumpta est a semi-
ne cœcio. ne, quatenus significat verbum Dei: hæc pa-

rabola desumpta est etiam a semine bono,
sed quatenus significat bonos homines, vt
ipse Saluator etiam postea dignatus est ape-
rire. In superiori parabola redditur ratio,
quare idem semen verbi Dei non eundem
in omnibus fructū faciat. In hac datur causa,
quare in hac vita permittat Deus malos si-
mul cum bonis viuere. simile est Regnum cœ-
lorum. Diuersimodè accipitur Regnum cœlo-
rum in his parabolis, nimirum pro exigētia
rei, cui comparatur Regnum cœlorum assi-
milatur, vt aliquando accipitur pro Rege
cœlesti Messia, aliquando pro Rege cœlesti
Deo Patre, aliquando pro doctrina Euan-
gelica, aliquando pro Ecclesia fidelium, non-
nunquam etiam pro virtutibus Theologicis,
Fide, Spe, & Charitate, vt in interpretatio-
ne harum parabolarum videbimus. In præ-
senti vel sumitur pro Messia Rege, vel pro
præsenti Ecclesia. Hic autem qui bonum se-
men seminauit in agro suo, Deus est, qui
sanctificat iustos, & eos in Ecclesia sua col-
locat, in qua semper debent fulgere iusti &
qui in charitate sunt: nam ideō dicitur pul-
chra ratione iustorum, qui in charitate sunt,
qui nunquam ex Ecclesia deficient. Vnde
Dominus Hierem. 2. dicit: Ego plantaui te
vineam electam, omne semen verum. Quo-
niam semina, ex quibus generantur iusti, in
Ecclesia sancta semper fuerunt. Semen ergo
hoc sunt iusti qui in veritate Deo seruiunt.
A principio mundi fultit Abel, Noe post
diluuium. In lege naturæ Abraham, & alij
Patriarche, Iob, & alij iusti qui tunc fulsere.
In lege scripta Moyses, Samuel, Dauid, &
alij quamplurimi. In Euangelica Apostoli,
Martyres, Confessores, Virgines, & alij
multi, qui semper in ea altis virtutib; radi-
runt. Nam a bono Deo & optimo nihil mali
effluere potest. Nemo enim dat quod non ha-
bet. Deus autem malum nec habet nec ha-
bere potest: quia est summa bonitas, cui re-
pugnat malitia: sicut impossibile est quod
caliditas sit frigida. Assimilantur autē iusti
grano panis, & merito: quoniam sicut panis
est verum & proprium hominis alimentum,
sine quo vita eius agrè consistere potest, se-
cundum illam Sapientis sententiā: Initium
vitæ hominis aqua, & sal, & panis: nam per
panem vita hominis sustentatur, sic iusti ali-
menta mundi sunt, & panis, quibus mundus
viuit, atque consistit. Nam propter electos
sustinet mundū Dominus: iam enim vniuer-
sum deleuisset, nisi ob orationes & respe-
ctus iustorum eos sustinisset. vt in præsentī
parabola

Hierem. 2.

simile.

Eccles. 39.



nonne bonum semen seminasti in agro tuo, quomodo ergo habet zizania? Et audio illu respondentem: Inimicus homo hoc fecit. Et hoc quando? Dum dormiret homines. Propter sollicitudinem Praelatorum, & Principum, qui custodes religionis ac iustitiae sunt, qui nihil minus curant quam id quod principale munus eorum exigit. Dixit Christus in suo Euangelio, ut diligamus inimicos, nec nos ipsos vindicemus, sed ei reseruemus vindictam, qui iudex est & retribuit unicuique iuxta opera sua: & tamen insurgit aduersum hoc mundi Alcoranus, & libri scribuntur, quibus docentur Christiani, quomodo se debeant habere, & vindicare ab his iniurijs. Quid hoc est Dne? Nonne bonu semen, &c. Inimicus homo hoc fecit, & hoc dum dormirent homines. Idem de defectu operum misericordiae, & alijs poteris dicere, ut sic feret omnia vitia, quae inter Christianos aduersus Euangelium sunt intrusa, comprehendas. Quae omnia Hierem. cap. 7. his verbis comprehendit: Filij comportabant ligna, & patres accendebant ignem, & mulieres faciebant placentas reginae caeli. Hoc est dicere. Quod omnes peccato deseruiunt, filij cum parentibus, & pareres cum filijs. Nam filij occasiones inflammandi ignem peccati afferunt, patres consentiunt, & non impediunt, imo suo malo exemplo amplius incendunt ignem. Nam si aleator, scortator, blasphemus ac iurator est filius, amplius & pater. Et mulieres faciebant placentas reginae caeli. Hoc est Luna, quae significat mutabilem mundum: quoniam nihil aliud volunt quam visis placere, & hoc docent filias suas, ut se ornent, mudent, ut pulchriores hominibus appareant, discantque placide eorum respondere lasciuiae.

Matth. 5.

Hierem. 7.

Alia moralitas.

Factum est simile Regnu caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Suadet Dominus nobis bonam voluntatem, quae sola remuneratur. Nam per bonum semen intelligitur bona voluntas, a qua fructus bonorum operum prodeunt. Docet etiam cautelam, cum dicitur. Cum autem dormiret homines. Patientiam instruit, cum dicit: Inimicus homo hoc fecit. Non enim exarsit in ira. Discretionem, cum dicit: Ne forte eradicetis simul & triticum. Longanimitatem etiam hic ostendit, quando dicit: Sinite utraq; crescere usque ad tempus messis. Et iustitiam, ibi, Colligite ad comburendum. Homini, id est, Christo, qui homo factus est, & ideo in hac parabola peculiariter dicitur: Simile factum

est Regnum caelorum. Qui seminavit bonum semē in agro suo. Genes. 25. legitur: Eo tempore deambulabat Isaac, id est, Christus ad meditandum in agro per viam, hoc est, humilitatem, quae ducit ad Puteum, id est, profunditatem Scripturae, cuius nomen est Viuentis & Videntis, id est, in qua cognoscitur & viuitur. Ut per agrum allegoricē intelligamus sacram Scripturam. Vel in agro, hoc est, in mundo. Inclinato iam die, id est, sexta aetate. Et dixit, Agro suo, quod non dixit in parabola praecedenti: quoniam in illa loquitur de sermone exteriori, qui omnibus tam bonis quam malis proponitur: praesens autē parabola loquitur de verbo ac sermone inspirato, quod tantum bonis inspiratur, qui sunt ager Domini. Cum autem dormirent homines, hoc est, mali praelati: contra quos Prouerb. 6. dicitur: Vigila quod piger dormies? Et Amos. 6. Vae qui opulenti estis in Sion, qui dormitis in lectis eburneis, hoc est, mundi delitijs, quae nitet, & infrigidant sicut ebur, tamen dura & aspera sunt. Vnde Deut. 3. legitur: Lectum Og fuisse ferreum. Nam voluptatum lectus ferreus & durus est animabus, & aliquando etiam corporib. Apoc. 3. pastor cuiusdam dicitur: Esto vigilans, & confirma reliqua quae moritura erant: in cuius signum Lucas pastores vigilantes, & custodientes vigilias noctis describit. Venit inimicus, id est, diabolus, qui Satan, hoc est, aduersarius anthonomaticē dicitur. Quare nos admonet Petrus. 1. Cano. 2. cap. ut sobrii simus & vigilemus: quia aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem deuoret. Et superseminauit zizania. Zizania hic ponitur pro qualibet immunditia segetum, quae impedit bonum semen. Vnde zizania sunt haereses & peccata, quae aduersantur Fidei & gratiae Dei, secundum quod Genes. 3. dictum fuerat: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen eius. Bene autem dicitur: Superseminari: quoniam peccatum additum est naturae, quam sine peccato creauit Deus: quoniam ipse hominem rectum creauit. Vel secundum Albertum, vitium dicitur superseminari: quoniam profundum cordis non penetrat, eo quod cor immateriale est, sicut semen Dei, sed in sensibus illudit & spargit radices; cui tamē fundus cordis, hoc est, singereis, semper contradicit. Hoc notatur Prouerb. 24. vbi dicitur, quod agrum hominis pigri repleuerant vrticis, & operuerant superficiem eius spinis. Superficiem dicit,

Genes. 25.

Prouerb. 6. Amos. 6.

Deut. 3.

Apoc. 3.

1. Petr. 5.

Genes. 3.

Albert.

Prouerb. 24.

Rem. 7. dicit. Vnde Paulus Roma. 7. dicit: Consentio legi secundum interiorem hominem: inuenio autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Et hoc est zizania, herba oppilationē causans, & insanire faciens homines eam degustantes: quoniam sensus & rationem oppilat, & ad insaniam conuertit, & significat errorem contra verbi veritatem, & insaniam concupiscentiae carnis & mundi contra verbi virtutem, & peruersitatem contra verbi ordinē in opere bono: quod Sapient. 12. sic dicitur: Nequam est natio eorum, & naturalis malitia illorum: quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum; semē enim erat maledictum ab initio: in medio tritici. Ut vndiq; triticum detineat & impediatur. Semen enim malum vndiq; impedit bonum: quia totum agrum inficit. Et abiit. Hoc est, se ad occultum retraxit. Callidē enim insidiatur nobis dēmo; ne deprehendamus machinas eius, Tira lapidra y asconde la mano. Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Psalm. 9. sic diabolus clam venit, clam se abscondit, clam insidiatur nobis, inimicitiasque nobiscū perpetuas gerit. Superficiem sensus, per quos in opus pullulare seges Dei debuit, zizanijs operuit; vndiq; malum semen impediens bonum, seminauit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset. Herba sancti viri, crescit cum proficit, fructus autē sunt bona opera. Quod significatur, cum Genes. 41. dicitur: Septem spicae pullulabant in culmo vno, plenae atque formosae. Quae septem spicae significant omnes bonorum congregationes, propter numerum septenarium, qui est indefinitus. Apparuerunt simul & zizania, hoc est haereses & errores: nam ut Paulus docet 1. Cor. 11. Oportet haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Quod adumbratum est Gene. 41. vbi cum pulchris spicis apparuerunt aliae septem tenues spicae & percussae vredine, deuorantes priorum pulchritudinem. Haec zizania seminare satagebant illi, de quibus Act. 15. dicitur: Descenderunt quidam a Iudaea, & dicebant fratribus: quia nisi circumcidamini, secundum morem Moyse, non potestis saluari. Quod etiam significatum fuit. 3. Reg. 11. Cum Ahas Propheta scidit pallium suum nouum, quo opertus erat in duodecim partes, & ait ad Ieroboam: Tolle tibi scissuras decem. Quae scissurae significant scissam obedientiam Decalogi, quae est zizania. Duae autem remanent in domo Dauid, quae sunt fides infor-

Rem. 7.

Sap. 12.

Psalm. 9.

1. Cor. 11.

Genes. 41.

Act. 15.

3. Reg. 11.

mata charitate, veritas cum dilectione, fides quae per charitatem operatur. Accedentes autem serui patris familias. Illi nimirum qui custodiebant messem illam dixerunt ei. Dne nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Genes. 25. legitur, quod dedit Dominus conceptum Rebeckae, Sed collidebantur in utero paruuli. Hoc significat, quod a principio dedit Dominus filios Ecclesiae suae, sed confestim insurrexerunt haeretici collidentes & rixantes cum Catholicis, quae in tali afflictione ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Hoc est quod modò dicit serui: Nonne bonum semen seminasti in agro tuo, &c. Ac si dicerent, Quid necesse fuit bonum semen seminare, si a malo suffocandum est? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Id est, diabolus, qui dicitur homo ab homine deuictor: sicut Scipio Africanus dictus est ab Africa deuicta. Hieronymus autem dicit: Diabolus ideo inimicus homo dicitur: quia Deus esse desijt. Vnde Psalm. 9. scriptum est de eo: Exurge Domine, nō confortetur homo. Vel quia voce hominis significatiua, quae solius hominis est, primas inimicitias exercuit, decipiendo voce humana mulierem. Vel quia sub similitudine rationis humanae decepit. Vel dicitur inimicus homo hoc facere, secundum Albertum: quia diabolus hoc non facit, nisi in homine & cum homine. Vnde ex consensu est inimicus; & in facto est homo malus. Quod significant verba illa Ioan. 3. cap. 13. Cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? Eodem seruire hoc illi dixerunt: Quo Petrus amputauit auriculam Malchi. Marc. 14. Et quo Luc. 9. discipuli dixerunt Christo, quando noluerunt eum recipere in vna ciuitate: Vis dicamus ut descendat ignis de caelo, & consumat illos? Et respondit illis: Nescitis cuius spiritus sitis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Vnde & respondit his paterfamilias: Non: no forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum. Hoc videtur esse quod dixit Abraham ad Dominum Genes. 18. Absit a te, ut hanc rem facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc tuum qui iudicas omnem terram. Sinite utraq; crescere usque ad messem. Ecce rationem quam supra tetigimus, quare Deus permittat hanc mixtionem malorum cum bonis, propter bonum electorum. Vnde D. August. lib. 18. de Ciui. cap. 46,

Genes. 25.

Hieron.

Psalm. 9.

Albert.

Ioan. 3.

Marc. 14.

Ioan. 18.

Luc. 9.

Genes. 18.

August.



cap. 46. hanc reddit rationē, cur Deus permittat Iudæos omnes esse dispersos per orbē terrarū, inter eos qui Christū colunt. Nam exponēs illud Psal. 58. Deus meus demonstravit mihi se inimicis meis, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur legē tuam, disperse illos in virtute tua, ait. Demonstravit ergo Deus Ecclesiæ in eius inimicis Iudæis gratiā misericordiæ suæ: quia, sicut dicit Paul. Delictum ipsorum salus est gentibus. Nam si nō essent dispersi in omnes gentes, vt essent vbiq; profectō Ecclesia quæ vbiq; est prophetiarum quæ de Christo præmissæ sunt, testes in omnibus gētibus habere non posset. Quōd si occidisset eos, & desuissēt esse Iudæi, nō haberet legē & Prophetas, per quos eos conuincimus, & nostra solidamus. Ecce quare Iudæi permittuntur à Deo propter Ecclesiæ vtilitatē, vt testimonia habeamus ab inimicis nostris. Nam quādo propter bonorum salutē conuenit, vt mali intendant, etiā id fit. Nam ideō Iudæi delicti sunt de terra sua, & de tēplo suo, & de Synagoga suis, vt darent locū Ecclesiæ Dei. Quod eleganter D. Aug. super Psal. 40. in illū Vers. Exarsuerunt sicut ignis in spinis, docet, dicens: Ibi plantata est Ecclesia, vbi eradicatæ sunt spinæ Synagoga: proinde verē ignis eorū exarsit, sicut ignis in spinis; & ideō tam citō perierunt: Christus autē viride lignum erat, & non potuit consumi ab igne spinarum. Vnde post resurrectionem redditum est illi quod merebatur. *Sinite ergo vtrag, crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primū zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburendum: triticū autē congregate in horreum meum.* Aug. super Psal. 25. in enarratione. Area est (inquit) hæc Ecclesia, in qua simul est palea & frumentum. Nemo querat exire totam paleam, nisi tēpore ventilationis deserat aream, quasi dum non vult pati peccatores, ne præter aream inuentus prius ab auib; colligatur quā in ingrediatur in horrea. Et paulō inferius in illud: In Domino sperans non infirmabor. Ille, ait, titubabat inter malos, qui non in Domino sperat. Hinc factum est, vt schismata fierent, trepidauerūt inter malos, cum ipsi peiores essent, & quasi nollent esse boni inter malos. O si frumenta essent, vsq; ad tēpus ventilationis paleam in area tolerarent: sed quia palea erat, flauit ventus ante ipsam ventilationem, & rapuit de area paleam, & proiecit in spinas. Et palea quidem inde proiecta est, sed nunquid quod remansit, frumentum solum

Psal. 58.

Rom. 11.

August. Psal. 117.

August.

Psal. 25.

est? Non volat ante ventilationē nisi palea: remanet tamen nunc frumentum & palea, ventilabitur verò palea, cum venerit tempus ventilationis. Hæc ille. Vnde Paulus ait: Charitas omnia sustinet, omnia suffert: quoniam charitas & suffert, & sustinet peccatores. Nunquā intelligas te verā charitatem habere, si peccatores sustinere non valeas. sustine paleas vsq; ad areæ ventilationem, sustine zizania, vsque ad tempus messis, sic enim & Deus facit. Quare idem D. August. super Psal. 30. in concione. 2. in illum Versum: Conturbatus est in ira oculus meus. Vnde, ait, Ista turbatio in iusto, qui aliās gaudere videtur? Conturbatur, quoniam abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, sed permaneat, duret iustus, etiam in multitudine malorum: quia nec granum deficit in multitudine palearum, quousq; post ventilationem mittatur in horreum, & ibi fit in societate sanctorum, ne turbulenti aliquid pulueris patiat. Vnde iterum diuus August. Psal. 4. ait: Tolerā zizania, si triticum es: tolerā paleam, si frumentum es: tolerā pisces malos intrā retia, si piscis bonus es. Quare ante tempus messis etiam frumenta eradicat? Quare antequā ad littus venires, retia dirupisti? *vsque ad tempus messis.* Tunc enim poterit melius zizania discerni à tritico. Nam (vt ait Hieronymus) zizania à principio, dum nascitur, & crescit herba, similis videtur tritico, nec facile tunc ab illo discerni potest. At cum iam ad messem venerint, apparet discrimen. Est enim granum tritici album, zizaniarum verò nigrum. Sic peccatores in Ecclesia similes apparent iustis: quoniam eadē opera externa quæ virtutem Christianam præferunt, utiq; ostendunt. Cæterum in tempore messis, in die iudicij differentia manifestatur: nam iusti fulgebunt sicut Sol in Regno patris eorum, vt hic dicitur: sed facies cōbustæ apparebunt vultus malorum, vt ait Esaias. Quare elegantissimē August. Psal. 54. super illum Versum: quoniam inter multos erant mecū, docet, quōd mali qui inter bonos permixti ambulant in hac Ecclesia, in multis videntur similes bonis, sed in vna re deficiunt ab eis, quæ melior omnibus alijs est. Sunt enim cum bonis in re sacra, in concione, in Sacramentis, in confessione, in indulgentijs, sed non in charitate. Hoc autem tantū pōderis est, quōd cum in hoc deficiant cætera nihil valent. Quemadmodum palea, & triticum simul oriuntur, simul crescunt, in

1. Cor. 13.

August. Psal. 30.

August.

Hieron. simile.

Matth. 13.

Esai. 13. August. Psal. 54.

in eadem gignuntur terra, eisdem nutriuntur cœli influentijs, in eadem area simul triturantur, simul ventilantur: cæterum palea ad ignem vadit, triticum in horreum reconditur, nec idem est amborum terminus. Sic mali qui hic in eadem per baptismum regenerantur Ecclesia cum bonis iisdem communicant Sacramentis, in eadem area vallis Iosaphat ventilandi sunt, sed tunc apparebit discrimen: quoniam ibunt hi in vitam æternam, & illi in supplicium æternum. *colligite primū zizania, & colligite ea in fasciculos ad comburendum.* Glossa interlineat. ait: Non vnum fascem: quia pro modo peruersitatis suæ vnusquisque punietur. Sed videtur contradicere Esai. qui cap. 24. ait: In die illa vilitabit Dominus super militiam cœli in excelsis, & super Reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione vnus fascis in lacum. Sed Glossa respondet: Vnus & plures erunt fasciculi: quia communiter omnes reprobi damnabuntur, licet diuersitas sit in peccatis, omnium tamen vna erit pœna damni, scilicet, carentia diuinæ visionis: pro criminum autem diuersitate diuersæ erunt actuales pœnæ, ad comburendum igne inextinguibili. *Triticum autem,* hoc est bonos, *congregate in horreum meum,* hoc est, in cœlestem gloriam: sic enim Baptista Ioannes supra cap. 3. prædixerat: Cuius ventilabrum in manu iua, & permundabit aream suam, paleas autem comburet igne inextinguibili. *Tunc dimissis turbis venit in domum.* Indicans per hoc discipulos aliquādo etiam debere familiaribus rebus intendere, & sibi vacare, vt Iacob dixit Genes. 30. Iustum est, vt aliquando domui meæ prouideam. Et Sapient. 8. dicitur: Intrans in domum meam, conuiescam cum sapientia. Non enim habet amaritudinem conuersatio eius, nec tadium conuictus illius. *Et accesserunt ad eum.* Desiderio studendæ & discendæ veritatis: ideō dicitur Psal. 33. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Discipuli eius, à doctrinis eius imbuendi, & ideō nomen habentes discipulorum, dicentes, hoc est instrui petentes. *Ediffere nobis parabola zizaniarum agri.* Cur de hac potius querunt, quā de alia? Respondet Albertus, quia hæc continebat perfidorum reprobationem, & Gentium fidelium implicitē vocationem, ad quod plurimum valebat, Apo-

Matth. 25.

Esai. 24.

Glossa.

Matth. 3.

Genes. 30.

Sap. 8.

Psal. 33.

Albert.

Tom. II.

stolos esse instructos & cautos: vnde de hoc plura dicit inferius. Explicat autem eis parabolam zizaniorum, vt dictum est. Ibi autem, cum dicit: *Colligent de Regno eius omnia scandala:* vocat malos scandala, quoniam, vt dicitur Sapient. 14. *Æqualiter displicent Deo impietas & impietas eius:* & ideō si scandalum est impietas, & impius scandalum erit: nam intra capit. 18. dicitur: *Vx mundo à scandalis.* Vnde explorat quid vocet scandala, cum dicit: *Et eos qui faciunt iniquitatem.* De quibus Iob. 4. dicitur: *Vidi eos qui seminant dolores, flante Deo, perijisse, & spiritu oris eius esse consumptos. Et mittent eos in caminum ignis.* Hoc est, in infernum, vbi ardebūt, & nō consummabūtur, secundum illud Malachi. 4. *Ecce dies Domini venit succensa, quasi caminus, & erunt superbi, & facientes iniquitatem stipula: ibi erit stertus.* Quia præ cōtitione spiritus vluabunt, vt dicitur Esai. 65. *Et stridor dentium,* quia Iob. 24. dicitur: *Transibunt ab aquis niuium ad calorem niuium.* Nam contraria simul patientur, vel vicissim in se post resurrectionem has patientur sensibiles pœnas. Apocalip. 16. *Commandauerunt linguas suas præ doloribus, & blaphemauerunt Deum cœli præ doloribus & vulneribus suis. Tunc fulgebunt iusti, sicut Sol in Regno Patris eorum.* In Sole quatuor dotes corporis glorificati intelliguntur. In claritate lucidi as: erunt enim copora gloriosa fulgentia, vt postea videbimus, & hoc est donum claritatis: & quia Sol exiens ab Oriente statim apparet in Occidente, significatur in hac celeritate agilitatis dos. In hoc autem quod lux Solis per vitrum transit, denotatur dos subtilitatis. In hoc quod radius eius, nec armis, nec aliqua re læditur, dos impatiuitatis. Vnde eis Sapient. 3. dicitur: *Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundineto discurrunt.* Et Ecclesiast. 27. cap. *Homo sensatus in sapientia sua manet, sicut Sol. In Regno.* Vbi denotatur perfectio potestatis, quā bene habebunt iusti. *Patris eorum.* Dicitur Regnum Patris iustorum: quoniam ex ipsius paterno affectu habent ius ad hæreditatem patris, secundum illud Colossen. 1. *Eripuit nos de potestate tenebrarum, & dedit nobis partem fortis sanctorum in lumine.* Nam præcellerat, quod transtulit in Regnum filij dilectionis suæ, id est, sibi magis dilecti, in quo & nos, & electi, & di-

Sap. 14.

Matth. 18

Iob. 4.

Malac. 4.

Esai. 65. Iob. 24.

Apo. 16.

Sap. 3.

Eccles. 27.

Colos. 1.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto



& dilecti, & adoptati sumus. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Ad terrorem videntur mihi hæc verba dicta. Nam sic nos docere solemus, cum aliquid interminamus filijs aut seruis. Arrigite aures, & audite. *Auditis ne me? auditis?* Sic audiat quilibet hæc verba, ne sicut zizania in camino ignis mittatur. *Vbi est fletus, & stridor dentium.* Sic enim & ad Samuelem dixit Deus, cum populo suo comminaretur mala: Ecce ego facio verbum in Israël, quod qui audierit, tinnient ambæ aures eius. Audite ergo hæc verba, & tinniant ambæ aures vestræ, cum audieritis. Vel hoc dicitur ad manifestandum maiestatem loquentis. Nam cum Deus loquitur, omnes creaturæ attendere debent, & audire, secundum illud Esai. Audite cæli, & auribus percipe terra: quia Dominus loquutus est. Et alibi alius Propheta: Leo rugit, quis non timebit: Dominus loquitur, quis non prophetabit? Audiamus ergo verba hæc Christi Domini, & timeamus sententiam eius. Nunc reuertamur ad alias parabolas.

Simile est Regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Quod minimam quidem est omnibus seminibus: cum ante creverit maior est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam loquutus est eis: simile est Regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina jatis tribus, donec fermentatum est totum.

Non abs re hæc parabola duæ in festo sanctæ Catherinæ Senensis, leguntur in Euangelio Missæ ab Ecclesia. Quoniam Beata Catherina Senensis fuit ex plebeia sorte, & parentibus pauperibus nata, & tamen sic virtutibus emicuit, ut plûs honoris religioni nostræ tribuerit, quam multi nobiles, ac doctissimi magistri, qui in ea floruerunt. Hoc est enim diuinæ sapientiæ admirabile artificium. Nam ut ostenderet mundo suam magnitudinem, ac sapientiam, in rebus minimis gaudet potius illam manifestare, quam in maioribus. A principio, cum nondum quicquam esset, in ipso nihilo voluit Deus suam omnipotentiam ostendere. Non solum in minimis, verum in nihilo, quod minus minimo est: quia nihil est, & ex ipso nihilo hanc pulcherrimam totius orbis effigiem eduxit. Nam in principio Deus vtranque ex nihilo condidit creatu-

Biblioteca

Matth. 8. Luc. 13.

1. Reg. 3.

Esai. 1.

Amos. 3.

In festo sanctæ Catherinæ Senensis.

ram, Angelicam scilicet, & humanam. In principio creavit Deus cælum, in quo & Angelos condidit, & speciosissima luminaria collocavit, & terram, in qua campos, viridaria, aquas, & tot rerum diversarum species posuit. Deinde postquam in nihilo suam declarauerat sapientiam, atque potentiam: voluit in alijs rebus minimis eam manifestare, quæ etsi aliquid sint, tamen tam parvæ res sunt, ut propè nihil esse videantur. Et postquam prima rerum indiuidua condiderat, fecit, ut & ipsa alia generarent. Et quasi in seipsis eis reliquisset exemplum alia generandi, & dixisset eis: Sic ut ego vos feci, ad similitudinē vestram alia indiuidua generate. Propter quod reliquit in eis virtutem, qua alia sibi similia gignerent, talemque virtutem in minimis rebus posuit, qualia sunt semina plantarum, ut in grano sinapis, quod minimum est omnibus oleribus, ut in hac parabola dicitur. Solum in terra illa Palestinorum, vbi Christus has proponebat similitudines, ita erat: nam inter nos semina papaueris, & ruthæ minora sunt. Cum ergo sit tam minima res granum sinapis, virtute includit in se arborem, in qua aves cæli nidificant, & fert fructum, qui in se includit mirabiles, acutas, & subtiles proprietates, ut iam iam videbimus. Nec solum in his minimis plantarum seminibus, hanc nobis Deus demonstrat sapientiam, verumetiam in animalibus, inter quæ sunt aliqua animacula minimæ quantitatis; & tamen maximas in se continent virtutes. Nonne vides apem animaculum paruum, deforme, infestum, contemptibile, & tamen dulcissimum mel conficit, flores colligit, aluaria ordinat, & id quod plûs homini sapit, educit. Quapropter Sapiens volens homines admonere, ne multum de pulchritudine gloriantur, illis apem ob oculos ponit, quæ cum sit animal deforme, tamen optimos fructus producit. Breuis, ait, in volatilibus est apis, sed initium dulcoris habet fructus illius. Alia litera dicit: Principatum dulcoris, id quod principem locum inter res dulces tenet, quod est mel. Et formica deforme bestiola, sapientiæ nobis exempla profert, atque providentiæ. Quare ad eam nos mittit Sapiens, cum ait: Vade ad formicam, & piger, & discet prudentiam, &c. Nec opera naturæ duntaxat sic composuit, sed etiam opera gratiæ taliter ordinavit. Nam ad fundandum hunc ordinem, ignorabilia ac infirmiora

Genes. 1.

Eccles. 1.

Prouer. 6.

firmiora

1. Cor. 1. firmiora mundi elegit, ut Paulus ait: Vide te fratres vocationem vestram: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret. Quare in formiceo sexu, imbecilli, fragili, inconstanti; tantam fortitudinem, constantiam, atque virtutem posuit, ut in eo omnipotentiam suam videatur ostendere voluisse: quod Ecclesia miraculo tribuit, cum in quadam collecta dicit: Deus qui inter cætera potentia tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti. Nonne vides virginem hanc Catherinam plebei cuiusdam hominis filiam? cui tantam sapientiam largitus est Deus, ut Ecclesiæ magistra fieret, publiceque concionaretur ad populum, scriptaque multa ad ædificationem Ecclesiæ relinqueret, ipsamque Pontifices ad magna Ecclesiæ negotia vocarent, quæ suam miris abstinentijs afflixit carnem, omniaque huius mundi bona velut stercora respuit? Hanc enim viam omnes sancti tenuere, carnem nimirum macerare, cunctaque huius seculi parui pendere. Hoc autem Deus fecit, ut ostenderet quantum posset, nec enim id fragilitas humana valeret, nisi Deus illi præsto adesset. Quis enim existimare posset quod in re tam minima ac tenui, qualis est capillus, tanta fortitudo esset, qualis erat illa quam Sanson in capillis tenebat, ut omnia Philistinorum ligamenta dissolueret, milleque viros vno impetu necaret? Non enim illam vim ex se capilli habebant, sed quia erant in capite Sansonis: nam ab illa rasi nihil potuerunt. Sic quod fragiles mulieres tot possent ferre tormenta, mandum, carnem, ac diabolum vincere: inde illis tanta fortitudo proueniebat, quia capiti, quod est Christus, per charitatem unita erant, a quo capite in membra talis vis deriuabatur, ut vno crine adducerent serpentem hunc alligatum. Hoc enim dicebat Iob. 40. Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Delineauerat fortitudinem diaboli. Et postea id addit, dicens: Nunquid illudes ei quasi aui, &c. Ac si diceret: Hunc tam fortem aduersarium sic ancillis tuis sanctis mulieribus subdidisti, ut quasi esset auicula quædam, sic illudant ei omnes vires eius continentes. Igitur idem Regnum cælorum rebus minimis assimilatur a Christo, ut in eis ostendat virtutem

Iud. 16.

Iob. 40.

Tom. II.

suam. Et quia tantum negotium, quale est quod attinet ad Regnum cælorum, in illis claudatur. Ait ergo Dominus: *Simile est Regnum cælorum grano sinapis.* Sed prius, ut Lucas cap. 13. narrat, ut nos ad tantam rem attentos reddat, quasi exaggerando dicit: Cui simile æstimabo Regnum cælorum? Ac si diceret: Non possum ego illud conferre cum Regnis terrenis, quæ communiter a tyrannide incipiunt, ac potentia & iniuria, acquiruntur, crudelitategi, ac sœnitia sustentantur. Regnum autem cælorum humilitate ac mansuetudine incipit, & charitate ac amore coalescit, & conseruatur. Cui ergo simile æstimabo Regnum cælorum? Est ne in terris res aliqua, vel magna, vel minima, cui conferri queat? Nunquid nostri ordinem cæli, aut potes rationem eius in terra? Ait Dominus ad Iob: Rem durabilem ac fixam in rebus mutabilitati subditis ponere, quis valebit? Verumtamen Iacob vidit scalam a terra in cælum pertingentem, per quam Angeli descendeabant, & ascendeabant. Nam verè Deus in rebus istis terrenis, quas oculis ac sensibus experimur, altissimas res nobis collocavit, eaque nostro modo intelligendi, quantumvis rudi accommodauit, atque his corporalibus similitudinibus nobis spiritualia intelligere fecit, ut sic quasi descendentes ad nos Angeli, in cognitionem altissimarum rerum nos raperent, & erigerent. Hoc enim est quod Dominus Oieæ. 12. dicit: Ego visionem multiplicavi, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Ego me vobis attemperavi, & quasi ad vos descendi: ferens ut me rebus vestris quantumvis minimis assimilaretis, ut per eas rursus ad me ascendere possitis. Nam nisi per visibilia inuisibilia intelligere non valemus: sic enim ait Ecclesia, ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur. Cui ergo assimilabo Regnum cælorum? *Simile est grano sinapis.* Grano sinapis, quod minimum est, nobis illud comparas, Domine? & ad hoc tot exordia & exaggerationes, quasi non inuenires cui assimilares illud? Et tandem grano sinapis illud confers. Et propter hanc rem tam minimam dimittit religiosus omnia quæ habet, & habere poterat: & propter vnum granum, quod nec passerulum quidem satiat nouaculas, ignes, & gladios suffert homo Christianus: Ita fratres mei. Quoniam etsi a principio res minima apparet: tamè postea gradis arbor fit, vbi & volucres cæli nidios, &

Luc. 13.


Moralitas seu cõcio.

Iob. 38.

Genes. 28.

Osea. 12.

c 2 terra



verae animalia umbram reperire possunt. Et ita videbimus in omnibus his parabolis: quod etsi Regnum caelorum rebus magnis confertur, tamen quae a principio difficultatem pra se ferunt. Comparatur thesauro, qui res pretiosa est, tamen abscondito in agro: quia exigit ut prius cum labore, imo & cum detrimento inter vriticas, ac tribulos quaeratur. Confertur quidem pretiosis margaritis, sed tamen quae prius summo cum studio quaerenda sunt. Nam Regnum caelorum illuc in consequitione, hic in prosequitione consistit. Hic quaerere debemus illud, illuc inuentis gaudere ac frui. Sequor autem si quo modo comprehendam (ait Paulus) hoc est, hic sequor, illuc consequor. Quae sursum sunt, quaerite. Ac si diceret, Nunc negotium Christiani est quaerere. Mundi quidem creationem a rebus magnis ac excellis eam exorditur Moyses, dicens: In principio creavit Deus caelum & terram. Hoc est, hoc corpus coeleste tanta proceritatis ac magnitudinis, in quo pulcherrima luminaria collocavit, simul cum terra, in qua tot speciosissima res continentur. Quoniam voluit Dominus statim nobis magnitudinem finis ostendere, ut ex pulchritudine rerum creaturarum argumentum acciperemus, qualis esset Creator, ad quem tanquam ad finem properamus. Caterum in ordine gratiae a rebus minimis & deformibus exordium sumit: quoniam ibi ostendere nobis voluit finem, qui magnus est, hic vero media quibus talis consequitur finis, quae aspera ac minima nobis videntur. A rebus humilibus regnum caelorum exorditur: quoniam per humilitatem consequitur, secundum illud Saluatoris dictum: Qui se humiliat, exaltabitur.

simile est Regnum caelorum grano sinapis. Grano assimilatur, ut ostendatur eius puritas, ac fecunditas. Semen enim debet esse purum & immixtum, ut ex se producat fructus: quoniam ex fide incipit Dei Regnum. Nam accedentem ad Deum (ait Paulus) oportet primum credere. Verum tamen est granum sinapis, quod etsi minimum est omnium oleorum, tamen subtilissimum est, quare contusum in mortariolo, extendit se ipsum, & maius fit. Est humosum ac subtile, & ideo penetratium: est acutum & ideo mordet, propter quod humositates ad caput & cerebrum ascendere facit. Ecce ergo fundamentum ac principium Regni caelorum: quoniam etsi parum in quantitate apparet,

est tamen magnum & fecundum in virtute. Quare Sapien. 7. de illo dicitur: Quod est unum & multiplex. Vnicus subtilis: vnus in substantia, multiplex autem in effectibus ac virtute. Subtilissimus: quoniam abditas & subriles penetrat veritates. Humosus: quoniam cerebrum ascendens sternutationem causat, qua fit euacuatio humorum viscosorum, & flegmaticorum, qui maxime coagulati sunt. Quoniam ea quae carnalia sunt, quae maxime haerent & conglutinantur animae, ea fides per subtilium, ac spiritualium rerum considerationem euacuat, ac a se pellit. Etheticos, qui blandis sermonibus ac assentationibus se hominibus iungunt, fides illos discernit & agnoscit, ac ab Ecclesia sternutationibus, hoc est, praedicationibus ac lectionibus eos deturbat, ac extorret nomine Iesu inuocato: sicut facit qui sternutationem patitur. Est etiam penetratium: quoniam verbum fidei per animam dilabitur, & pertingit vsque ad interiora ventris. Pertingens quoque vsque ad diuisionem animae, & spiritus, compagum, quoque ac medullarum. Medullae autem animae, cuius potentiae interiores sunt, ad quas verbum Dei subtilissimè penetrat & pertingit. Et ideo Spiritus sanctus illud assimilat murenae, cum dixit. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Nam per argentum, quod est sonorum, designatur praedictio verbi Dei, quod tanquam murenula labitur per animae potentias, easque omnes cingit, ac amplectitur. Quemadmodum murenula per virgulam se in orbem voluit, ac cingit, sic penetrat verbum Dei per coelestem illam nostram auditus, in orbem se voluens, vsque dum totam complectatur animam. Est etiam hoc granum sinapis acutum, ac ideo mordet: quoniam verbum Dei mordet, ac pungit cor, illudque quasi clauus, ac lancea transfigit, secundum quod de illo dicitur Ecclesiastici vlti. Verba sapientum quasi stimuli: & sicut clauus in altum defixi, quae per magistrorum consilium, vel Concilium data sunt a pastore vno. Veritas quippe Catholica ac fidelis animam transfigit, mordet, ac vulnerat, sicut sinapis grana. Econtra vero haeretici qui veram doctrinam non docent, non pungunt corda, sed potius blandis verbis, assentationibus liniunt & lambunt ea. Sic enim August. & Hieron. & alij Patres intelligunt illud Prouerb. 5. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nam

Philipp. 3. Colof. 3.

Genes. 1.

Matth. 23.

Hebr. 11.

Sap. 7.

Heb. 4.

Cant. 1.

Eccles. 12.

August. Hieron. Prouer. 5.

Nam sicut meretrix alienis viris copulatur, sic haeretici alienas doctrinas & peregrinas in Ecclesia adducunt. Hi autem mel, & oleum habent in lingua: quoniam verbis mollibus delinunt animos, sicut mulier adultera & procax. Fauus distillans labia meretricis. Videntur enim liquefieri cum his, quibus loquuntur, & melloia verba distillantes, animas simplices insiciunt. Et nitidius oleo guttur eius. Nam, ut Paulus ait: Per blados sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Non sic verba sapientum, qui Christi Euangelium praedicant, sed quasi stimuli qui pungunt corda. Meliora sunt verba tua vino, quod super vulnera effusum mordet, & pungit. In Hebraeo est, Amores tui. In hoc enim nos amare Deus ostendit, quod nos mordet, vulnerat, ac castigat, secundum illud: Ego quos diligo, hos corrigo, atque castigo. Super vulnera illius quae vulnerauerant latrones inter Hierusalem, & Hierico, vinum effusum est: quoniam sic verus Samaritanus nostra curat vulnera. Scriptum quippe est: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Et sicut clauus in altum defixi, Fides quippe, ac Evangelica veritas caput ascendit, altioremq; potentiam occupat, qualis est intellectus, cuius obiectum, quod est veritas immaterialius, ac abstractius a materia est, ibique taliter figitur haec veritas, ut nulla ratio humana quantanuis fortis ab illa veritate illum diuellere queat. Est quippe veritas fidei veluti clauus, qui ita confixit intellectum cum his veritatibus, ut quasi captiuus in eis teneatur, etiam repugnate humana ratione. Sic enim docet Paulus. Ut in captiuitatem redigamus omnem intellectum in obsequium fidei. Hoc est, ut subdamus intellectum nostrum his veritatibus fidei, quae peregrinae illi sunt: quoniam altioris ordinis, & ex aliena regione, nempe caelesti. Sicut captiuus in alienis regionibus detinetur. Taliter se illis conglutinatur, ac fixit, ut potius credat ea quae oculis videt, & sensibus experitur esse falsa, quam quae fides docet. Et potius credet omnes demonstrationes Euclidis, si possibile esset, fallere, quam quod veritas fidei deficiat. Nam cum in Sacramento altaris videat panis species ac figuram, se medium potius secare permittet, quam asfirmare quod ibi sit panis, etiam si sic oculis ac sensibus appareat, sed verum corpus Christi duxat. Videtis, quomodo fides sit clauus, qui intellectum cum his veritatibus firmiter iungit. Quare Theologi dicunt certiorum

simile.

Rom. 16.

Cant. 1.

Apo. 3.

Luc. 10.

Prouer. 27.

2. Cor. 10.

Tom. II.

esse fidem caeteris habitibus. Quae per magistrorum Concilia data sunt a pastore vno. Haec sunt veritates quas docet fides, & de quibus intellectum Christiani hominis instruit. Illae nempe quas pastor Ecclesiae, sacra Concilia nobis proponunt credenda. Haec veritates quae de manu in manum a Patribus nostris ad nos transierunt, non quae de nouo ab hominibus nouarum rerum cupidis adinuenta sunt, sed quae per magistrorum Concilia data sunt a pastore vno, nempe summo Pontifice, qui vnicum est totius Ecclesiae caput, ac Christi Vicarius, qui nobis credenda proponit: nam, ut Augustinus ait: Euangelio non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiae commoneret. Quae per magistrorum Concilia data sunt a pastore vno. Vnde Hieron. super haec verba: Exceptis his verbis, ait, quae ab vno pastore sunt data, atque a Concilio & consensu probata sapientum: nihil tibi vendices, maiorum sequere vestigia, b eorum autoritate non discrepes. Ecce quid est Regnum Dei, hoc est, praesens Ecclesia sanctorum, tanquam granum sinapis, quod etsi minimum sit inter semina, magnas in se continet virtutes, magna officia exercet, tot beneficia confert. Quod accipit homo, quia per voluntatem accipitur fides: nemo enim credit nisi volens. Seminauit in agro suo. Siue in Ecclesia siue in anima, & fit arbor. Hoc in regione Palaestinae reperitur, quod sinapis sit arbor magna, ita ut volucres caeli veniant & habitent in ea ac in ramis eius. Per volucres caeli multi intelligunt magnates, diuites, Reges, ac Principes terrae, qui sicut aues caeli super alia animalia, sic isti super alios homines eleuantur. Isti enim ad Ecclesiam venerunt, quae ex paruis principiis sic creuit, ut Reges & magnates ad illam venirent, atque in ea nidum suum collocant, & ibi in spiritualibus nutriantur, licet & ipsi in temporalibus ipsam nutriant, atque defendant. Vel mulieres principes, ac Reginae, quae deliciarum ac diuitiarum oblitae, Ecclesiae obsequio se manciparunt, de quibus omnibus Esai. 49. dicitur: Et erunt Reges nutricij tui, & Reginae nutrices tuae: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerempedum tuorum lingent, & sicut Esai. 60. lac Gentium, & mamilla Regum lactaberis: pro quo Septuaginta vertunt: De diuitijs Regum comedes. Quod in Constantino, Carolo Magno, & alijs multis visum est, qui Ecclesiam Dei suis largitionibus ditauerunt. Vel p aues caeli

August.

Hieron.

Esai. 49.

Esai. 60.

C 5



cœli intellige contemplationi deditos, qui omnibus alijs omisis in templis nidū suum collocant, ut ibi cōtemplationi diuinorum, adepta tranquillitate vacent. Hi enim sunt qui Ecclesiam Dei maximi faciunt, quam carnales homines ac voluptuosi contemnūt: nam, ut ait Paulus, Animalis homo nō percipit ea quæ Dei sunt.

Iterum simile est Regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum. Per granum sinapis intelligitur fides: cæterum per fermentum, charitas, quæ omnia Christiani opera opportuna facit, sazonalas como leuadura la massa. Ideo in præcedenti parabola nominauit hominem, & in hac mulierem: quoniam ad credendum oportet quod sit uir fortis & cōstans, sed postea per charitatem fiat mulier, non in fragilitate sexus, sed in suauitate conditionis. Debet enim uerus Christi seruus blandum ac suauē, & amore plenum se ostēdere cæteris. Sicut enim fermentū paulisper labitur in massa, totamq; breui tēporis spatio penetrat ac fouet, & alacundo sic charitas in animam labitur, atq; diffunditur, quoad usq; omnes eius potentias occupet, & omnia opera eius informet. Sic enim ait Paulus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Est enim charitas ueluti anima, quæ se per omnes potētias ac organa corporis diffundit. Hæc autem sunt tria farina sata, de quibus hic loquitur Dominus. Diuiditur enim homo in tres partes, in spiritum, animam, & corpus, Charitas autem totum hominē, & omnes suas partes occupare debet: nā sic charitatis præceptum recitat: Diliges Dominum tuū ex tota mente tua, id est, spiritu: & ex tota anima tua, hoc est, secundum illam partem qua animat corpus, & gerit officium formæ: & ex totis uiribus tuis, hoc est, corporis, membris, & organis, ut sic uerè tunc dicatur, quod Spiritus sanctus totam repleuerit domum, ut ait Bernardus: Ecce quomodo rebus minimis Regnum cœlorum confertur, ut sublimitas sit uirtutis Dei, & non ex nobis. Quare in feminis suam diffundit gratiam Deus, ut sanctiores uiris essent, & ob hoc nos uiri uerecundaremur, dicentes cum D. Gregorio. Quid nos barbati & debiles dicemus, cum ire ad Regna cœlestia puellas uideamus? Et sicut animalia illa sancta percutiebāt se muro alis suis: sic uirtutes foeminarū nostram desidiam ac ignauiam percutiant, & feriāt,

1. Cor. 2.
1. Cor. 3.
Rom. 5.
Matth. 22
Luc. 10.
Bernard.
2. Cor. 4.
Gregor.
Ezech. 3.

ut sic eas sequi non pigeat uiros, cum & ipse sequat sint uirū omnium animarum Christum Dominum.

Sed quoniam has duas parabolas de fide, ac charitate intelligendas esse diximus: nam in his totum negotium Regni cœlorum includitur, nempe in tribus Theologicalibus uirtutibus, Fide, Spe, & Charitate. Ad fidem autem, & charitatē statim consequitur spes: ideo id paulisper amplius explicandum est. Rectè fides assimilatur grano sinapis, ut diximus: quia ex illo generatur arbor, qui inter omnes plantas maiores mittit radices. Nam fides (ut diximus) sic in anima radicatur, ut difficillimè ab ea diuelli queat: uerū in Ecclesia sic fixa est, ut portæ inferi aduersus eam præualere nō possint: nam fides est radix ac fundamentum religionis Christianæ, secundum illud Pauli: fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quo permanente etiam, si cætera pereant, spes adhuc est quod resarientur diruta. Nam licet omnes aliæ uirtutes in uiro Christiano pereant, fides tamē permanet, quæ aliquando eum ad pristinam dignitatem reducet. Est quippè fides nuncius ille qui semper euasit uiuus apud Iob, cum omnia bona eius diabolus cōsummasset. Veniebat aliquis, & dicebat a linas perijisse, & ipsum solum remansisse, ut nūciaret ei: alius, cameli, & oues perierunt, & remansi ego solus, ut nunciarem tibi: ignis de cœlo deuorauit tua, & remansi ego solus, &c. Sic in homine peccatore, si gratia, si charitas, si cæteræ uirtutes, ac diuitiæ spirituales ab inimico rapiantur, ac diruantur, manet tamen fides sana, quæ hominē certiores facit se talia bona perdidisse, & in summā miseriam redactum esse, ut satagat se in pristinū restituere statum. Templum dirutum est à Persis & thesauri eius in Babyloniā asportati: tamen fundamenta manserunt: & ideo postea à Zorobabel iterum reedificatum est. Sed cum à fundamentis corruit, nec lapis super lapidem mansit, ut Christus prædixerat: quod factū fuit post Christum occisum ab exercitu Romanorum, nunquam amplius reedificatum est. Quoniam et si diuitiæ spirituales animæ nostræ diabolus asportauerit, & diruerit: si tamen fundamentum fidei manet, adhuc spes est quod damna hæc resarientur. Cæterum si fides perierit, iam funditus totum ædificium interiit, nunquam, vel summa cum difficultate reuiuifcet. Hoc est, quod Baptista

Alia moralitas sen concio.
1. Cor. 3.
Iob. 1.
4. Reg. 25.
2. Esd. 12.
Matth. 24.

Baptista populo illi dixerat, ostendens omnia bona opera in illis interijisse, nec remanere, nisi fidem unius ueri Dei, quæ tamē in proximo erat ut amitterent. Iam securis ad radicē arboris posita est. Hoc est, iam Deus minatur uobis ultimū interitū, quod arbor, hoc est, fides ac lex uestra à radicibus euellatur. Quod & nos modò metuere debemus, cum uideamus flores, ac fructus huius arboris cecidisse. Nec enim uirginum flores, nec confessorum fructus, nec martyrum uideamus odores, nec charitas illa uiget, ac misericordia quæ olim erat, sed omnia bona opera penè extincta uideamus. Quid reliquū est, nisi ut tanquam infructuosæ arbores radicibus excidamur, & in ignē mittamur? Iam enim uidetur securis ad radicem arboris posita. Id enim nobis hiscē diebus minatur Deus, cum tot nationes ac Regna funditus amississe uideamus fidem. Quid nos sperare debemus, nisi quod securim eleuet Deus, & radicē huius arboris euellat à nobis, nisi respiscamus, & fructus tali arbore dignos asseramus? Ambulantes dignè Deo, ne in uacuum fidem habere uideamur, sed illam cum dilectione faciamus operari. Igitur ideo fides arbori cōparatur: quoniam tanquam arbor radicata est in Ecclesia, & sic deberet radicari in nobis. Nullum enim aliud peccatum, fidem eradicare ualet, nisi sola hæresis, cum tamen charitatem quodlibet peccatum mortale extinguat. Hac ergo ratione arbori comparatur fides. Sed cur sinapis? Propter eius proprietates. Primū sinapis condimentum est quo edulia sapiunt, & suauius eduntur: sic sine fide, ait Paulus, impossibile est placere Deo. Nulla uirtus sine fide Deo accepta est. Multæ morales uirtutes in antiquis Philosophis celebratæ sunt. Imò Augustinus in libris de Ciuit. Dei docet, quod propter uirtutes morales, quas habuerunt Romani, Deus dedit illis mundi dominatum: sed quoniam sine fidei condimento erant, Deo minime placebant. Et in homine Christiano sine fide uiua (de qua semper Scriptura loquitur) nihil Deo placet opera eius, quantum magna, nec accepta sunt ad beatitudinem sine fide. Sinapis etiam, quia humosa, fortis est & acuta. Sic fides robustam ac fortem reddit animā contra diaboli ictus. Nam Ephes. 6. ait: In omnibus sumentes scutū fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguerent. Vide quantum robur addat fidem habentibus: quoniam Paulus post casum ab equo sic debilis remansit, ut ad manū

Luc. 30
1. Cor. 3.
Heb. 11.
August.
Ephes. 6.

traheretur in ciuitatē; at postquā ab Anania eductus est, & fidei cibum accepit, confortatus est, & postea constanter & confidenter, ut ait Lucas, proponebat uerbum Dei. Et Apostolus, qui ex fragilitate fidei antea non credebatur condiscipulis: postea fortiter diuinitatem & humanitatem Christi cōfessus est. Vnde Paul. Hebr. 11. agmina numerat sanctorum fortitudine fidei nominatorum, qui per fidē uicerunt Regna, obtinuerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, castra uerterunt exterorū, effugauerunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello. Imò & montes transferre sua fortitudine ualet Deus. Nam Dñs dixit discipulis suis: Si habueritis fidē, sicut granū sinapis, dicetis moti huic: Transi huc & illuc, & transibit. Vel mitte te in mare, & faciet. Et Greg. narrat quēdam sanctum Episcopum id fecisse. Item, quia fortis & acuta est, sternutationem efficit: sternutatio autē totū corpus tremere facit. Quare tentationes cōtra fidē dicuntur diaboli sternutatio. Sic enim Iob. 41. ait: Halitus eius prunas ardere facit; sternutatio eius splendor ignis. Halitus est uisus dæmonis. In tui solū peccatus patitur, in sternutatione totū corpus tremit. Tentationes quas huc usq; dæmon excitauerit, tuis eius erant: solū enim erant contra charitatē, bella inter Christianos excitando, & prunas dissensionū incendendo. Cæterum cum sternutationē dedit, fidem extinxit in multis mundi partibus, & in ea multi tremuerunt, & naufragauerūt, ut nostris temporibus experti sumus: & dicitur splendor ignis, quoniam ignis splendendo comburit: sic isti sub splendore uirtutis tanquam illuminati à Deo alios multos seduxerunt, quorū corpora cōbusta sunt, & animæ multorū in inferno ardent. Vide quomodo fides tremere faciat: nam & cum Paul. corā Agrippa de reb⁹ fidei diceret: tremor inuauit Regem Agrippā, & tremefactus Rex ait: In modicum me tuades Christianū fieri. Ecce primā parabolam. Sed quoniam fides sola non sufficit ad salutē, nisi ad sit comes eius charitas: nā & Paul. dixerat: Si habueris fidem, ita ut montes transferā, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest: utiq; alludens ad illud quod statim citauimus: Si habuerit is fidē, ut granū sinapis, dicetis moti huic, &c. Tanta ergo fides, ait Paul. absq; charitate nihil prodest. Quid enim condimentum absq; edulio prodest? La salsa sine elmanjar. Nihil certè: si nec fides absq; charitate. Est enim qui fidem sine charitate habet, ueluti

Act. 9.
1. Cor. 13.
Hebr. 11.
Matth. 17.
Gregor.
Iob. 41.
Act. 26.
1. Cor. 13.
Matth. 17.



luti qui sinapim solam ederet absque alio cibo, non enim posset vitam sic sustinere: Sic sine charitate, nec vita gratia, nec gloria constat. Hac ergo ratione subdit Dominus: *Iterum simile est Regnum caelorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum.* Iterum ait, ac si diceret, non hoc solum necessarium est ad consequendum Regnum caelorum, ut habeatis fidem: sed iterum oportet etiam habere charitatem. Nam sicut comparatur Regnum caelorum sinapi, quae est fides, ita etiam assimilatur fermento, quod est charitas. Fermentum enim eleuat massam, & veluti adimplet eam: sic charitas animam ad amorem supernorum eleuat, & eam Deo, supremo omnium enti unit: nam Ioannes ait: Qui manet in charitate, in Deo manet. Et alibi: Qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. Hoc discrimen inuenit Philosophus inter intellectum & voluntatem, quod intellectus trahit ad se res quas intelligit, & eas immateriales, ac sibi connaturales efficit: voluntas vero potius rapitur ad ea quae amat, & hominem extra se facit, ad ea prouidenda quae amanti conferunt. Ex quo sequitur, quod res inferiores perfectioni modo sunt in nostro intellectu quam in seipsis: quonia sunt immaterialiter in eo, cum in se materiales sint. E diuerso res superiores imperfectiori modo sunt in nostro intellectu quam in seipsis: quoniam nos imperfecte eas cognoscimus, & sub similitudine materialium, cum in seipsis perfectioni modo consistant. Caeterum quia voluntas rapitur ad ea quae amat, si res inferiores a se diligit, seipsam vilificat & commaculat, quoniam transit in naturam eorum. Hinc enim Propheta dicit: Facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt. Caeterum si res superiores amat, perfectissima efficitur: quoniam perfectioribus rebus se copulat, nam transit in naturam earum. Veluti argentum maioris valoris est cum miscetur auro, quam cum mixtum est stagno: illud enim perfectius est, hoc vilius. Hinc Aug. ait: Si terram diligis, terra es: si caelum diligis, caelum es. Parum dixi: Si Deum diligis, Deus es. Cum ergo charitas nos supremo omniu enti, quod Deus est, vniet, maximam voluntatem nostram ac naturam eleuat. Vnde & Paulus super omnia nos monet charitatem habere, quod est vinculum perfectionis: nam amor Dei super omnia creata, animam euahit, & vinculum perfectissimum est: quonia perfectissimo enti nos vinculo perpetuo adiungit.

1. Ioan. 4.
1. Cor. 6.
Aristo

1. Pet. 9.

simile.

August.

Colos. 3.

Habet secundum fermentum, quod reddit spidam massam: sic amor Dei omnia dulcia reddit, cruce, & ignes, & fel. Sic enim & Deut. 33. dicitur. Inundationes maris quasi lac suggent. Aqua maris quae amara est, sibi videbitur dulcis ut lac: sic omnia acerba pro amore Christi dulcescunt, ut Iacob pauci videbantur dies tanti laboris, quos ferebat, praemagnitudine amoris: & ideo lex Christi suavis est, quia lex est amoris. *Quod accipiens mulier abscondit.* Mulier est anima deuota, quae abscondere debet charitatem, hoc est, illam in corde recondere, donec omnes potentias, recessusque animae penetret. Nec enim sufficit illa in exterioribus ostendere, nisi intus prius animam occupauerit. Haec enim fuit fatuarum virginum imprudentia, quae non sumpserunt oleum tecum, exteriori lumine duntaxat comitatae, absque oleo charitatis, quod intrinsecus prius animam delinuat, vasaque eius, hoc est, potentias impleat, & vntione sua consecret. De filia Regis dicitur Psalm. 44. Omnis gloria eius ab intus. Et cum speciositatem Sponsae exterioris vultus describeret Spiritus sanctus, addidit. Absque eo quod intrinsecus latet. *In farina satis tribus.* Hic numerus significat perseuerantiam usque in finem. Nam numerus ternarius constat ex principio, medio, & fine, quibus omnes res terminantur. Nec enim sufficit opus bonum incipere, nec usque ad medietatem perducere, nisi usque in finem perseueres in illud. Sic enim scriptum est: Qui perseuerauerit usque in finem, saluus hic erit. Tribus diebus B. Virgo quae fuit filium suum, & in ultimo inuenit illum. Tribus diebus sequuta est turba multa Iesum, & in tertio abundantissimam pauit eos. Nec solum caput aut corpus animalis volebat Deus ut sibi in sacrificium offerretur, verum etiam cauda quae est vltima pars. Nec enim sufficit incipere, aut mediare sacrificium, nisi usque in finem perducas illum. Ecce quomodo ex paruis principijs magna res augetur & crescit. Sic sanctae foeminae in sexu fragili constituta, quae praehumilitate tanquam granum sinapis se minimas fecerunt, coaluerunt fide & charitate, & arbores magnae effectae sunt, sub quarum vmbra, atque exemplis nos, etiam si viri, quiescere possemus. Vel in farinae satistibus, id est, in tribus animae potentijs, &c.

Deut. 33.

Genes. 29.

Matth. 25.

Psalm. 44.

Matth. 24.

Leuit. 3.

Alij per granum sinapis Christum Dominum intelligunt, in quo totum negotium Regni caelorum consistit. Quod recte grano sinapis comparatur: quia tanquam minimus in hoc mundo habitus est. Et tamen in arbore magnam

magna creuit, cum in arbore Crucis suspensus est. Fecerat enim in paradiso arborem pulcherrimam, & dulcissimi fructus, cuius fructum cum patres nostri comederunt aperti sunt oculi amborum. Quare modo aliam arborem condidit, cuius fructus amaritudinem praefert, & oculos claudere facit, imo & lacrymas emungit. Nam sinapis cum gustatur, oculos facit claudere, & lacrymas fundere. Sic arbor Crucis, in quo Christus est, amaritudinem praefert fellis, & aceti, oculos corporis claudit: nam illis Crucis mysteria non videntur: lacrymas emungit, quoniam ad contritionem peccatorum nostrorum Crux Christi nos excitat, & Christus in Cruce lacrymas fudit, ut ait Paulus. Caeterum sub vmbra huius arboris omnes protegemur, & in ramis eius nidificant iusti, in Christi vulnera, ut colubae per contemplationem commorantes. Quare Eccles. 14. de ea dicitur: Statuet filios tuos sub tegmine illius, & in ramis illius morabuntur. Protegetur sub tegmine illius a feruore, & in gloria eius requiescet. Quare Esai. 53. dicitur: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei nec decor. De Christo loquitur qui tempore passionis sic foedatus fuit, ut non esset ei species nec decor. Et tamen de siccitate illa quam in Cruce pertulit, sicut virgultum ascendit in magnam arborem, in cuius ramis & vmbra homines & Angeli protegentur. Minimus quidem fuit & creuit in maximum: nam de eo dicitur, Qui autem minor est in regno caelorum (hoc est, Christus qui minor omnibus putabatur) maior est illo, hoc est, Ioane Baptista, quo inter natos mulierum maior non surrexit. Et sicut granum sinapis, ut ait Gregorius in praefatio. moral. ca. 2. in mortario attritum profert odorem suum: sic Christus Dominus in Cruce attritus tantam de se fragrantiam protulit, ut usque ad Centurionem penetrauerit, & fecerit eum sternutare ac dicere, Iesus, nam dixit: Verum hic homo Filius Dei erat. Et sic membra eius attrita tentationibus, & supplicijs odorem in vniuersa Ecclesia maximum dant. Rabanus ait: Maximum granum sinapis corpus Christi seminat in agro, sepultum in horto, creuit resurgendo, ramos expandit, cum praedicatores per mundum disperdit. Beda autem sic inquit: Potest in grano sinapis humilitas Dominice Incarnationis intelligi, quo ac-

Gen. 3.

Hebr. 5.

Eccles. 14.

Esai. 53.

Matth. 11.

Gregor.

Marc. 15.

Rabanus.

Beda.

cepto, misit in hortum suum homo, quia corpus crucifixi Saluatoris accipiens, Ioseph in horto sepeliuit. Expandit ramos in quibus volucres caeli requiescerent: quia praedicatores disperdit in mundum, in quorum dictis & consolationibus fideles ab huius mundi fatigatione respirarent, & factus est in arborem, qui surrexit & ascendit in caelum. Quare alij intelligunt hanc parabolam de extensione Euangelij, quod cum annunciet rem tam minimam ac contemptibilem in oculis hominum, qualis est Christus crucifixus, qui aestimatus est vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis; tamen ita in arborem creuit, ut extenderit palmites suos, usque ad mare, & usque ad flumen propagines eius. Et in omnem terram exierit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Recte autem comparatur grano sinapis, quod calidum est & acutum: quoniam verbum Dei calore caritatis incensi praedicauerunt Apostoli, quod corda hominum pupugerunt. Sed aduertendum quod vulpes abscondit se in sabulo, & extrahit linguam rubeam & ita decipit aues. Sic hypocrita abscondit se in exercitio poenitentiae vel in apparentia illius, & extrahit linguam rubeam, hoc est, ostendit se tanquam feruentissimus praedicator, ut inde vel gloriam humanam, vel aliquod temporale emolumentum venetur. *Aliam parabolam loquutus est eis. Simile est regnum caelorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum.* Quare his rebus tam communibus, & tam minimis & familiaribus nobis illud assimilatur. Ac si in vngue, ut dicitur, scriberet illud. Nam in grano sinapis & in fermento nobis illud assimilatur & includit. D. Dionysius de Theolog. mystica. c. vltim. Vel. 2. approbat dictum beati Bartholomei Apostoli dicentis: Euangelium plurimum & breue esse: quoniam in minimis rebus quae a principio proponuntur, postea plurima mysteria reperiuntur, cum in eo mens se ingerat. Vel ideo ijs familiaribus rebus assimilatur regnum caelorum, ut ait Chrysostomus, ut vnusquisque cognoscat quod in suo statu potest saluari. Quoniam & in hortulano, & in panificio, & pictorio, in sutore & fabro, etiam est regnum Dei: vnusquisque in sua arte si voluerit inueniet illud. In Lege veteri azyma edebatur, sed in templo panes fermentati debebant poni: quonia postquam in Ecclesia Dei per Christum sumus Deo reconciliati,

Psalm. 79.
Psalm. 18.

simile.

Dionys.

Chrysost.

Exod. 12.
Exod. 25.



debeimus opera tempestiue offerre Deo, & charitate attemperare. *Sazonar las con la caridad.* Sicut fermentam farinam attemperat. Vel per fermentum Christum intelligit, qui opera nostra accepta & sapida reddit. Nam, vt ait Hilarus, fermentum de farina est, quod acervo sui generis virtutem acceptam reddit. Sic Christus ex nostra massa nostris virtutibus virtutem prabet, qua sint Deo accepta & grata. *Quem acceptum mulier.* scilicet, Synagoga per iudiciu mortis abscondit tribus diebus in sepulchro, arguens Legem & Prophetas, Euangelio dissoluit, imple autem farinae mensuris tribus, id est, Legis, Prophetarum, & Euangelij aqua litate coopertus omnia facit vnum, vt quod Lex constituit, Prophetas nunciauerunt, id ipsum Euangelij protectibus expleatur. Fuit namque omnia per Dei virtutem eiusdem spiritus & sensus. Et etiam quia Dominus mysterium regni celorum abscondit sub paupertate & humilitate suorum discipulorum, qui fermentare debebant totum mundum Euangelica doctrina, & ad perfectionem perducere, quam significat numerus ternarius. *Donec fermentetur totum.* Hoc est, donec numerus electorum compleatur. Tunc enim adueniente Domino, mysterium regni celorum aperiet. Hieron. hac parabolam ad singulos homines applicat pro edificatione morum, vt quisque homo intelligatur granum sinapis seminare, hoc est, doctrinam Euangelicam in corde suo, cum illam suscipit & humore fidei fouet. In quo deinde ita pullulabit & crescet, vt in ramis bonorum operum eius Angeli sint quieturi, aut ramis doctrine sue possit & alios obumbrare, ac habitandi locum prabere. *Satis tribus.* Mensura est quae idem significat quod modius, de quo videndus est Budeus de Alle.

Hac omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. Hoc quod dicit, sine parabolis non loquebatur eis. Sic intelligit Aug. quod nunquam Dominus turbis loquutus sit sine parabolis, quia, scilicet, in omni sermone ad turbas immiscuerit parabolam. Rectius tamen cum Chrysol. intelligitur significare, Nominum tunc sine parabolis hoc est, praeter parabolam nihil loquutus, quamquam aliis temporibus plerumque sine parabolis doceret turbas. Nam propter hoc dicitur, quod seorsum discipulis suis differat omnia. Omnia ergo quae tunc fuerat loquutus parabola erant quae explicatione opus habebant. Proinde

Hierony.

Aug.

Chrysol.

Matth. 13.

cum primo habitum est in Matthaeo: Loquutus est eis in parabolis multa; non est intelligendum ideo dici multa quia non omnia; sed quia omnia multa erant. Multis autem loquebatur parabolis, varie vnam eademque rem significans, vt inquit Hieronymus, quasi diues patet familias inuitatos diuersis cibis reficeret, & vnusquisque secundum naturam sui stomachi varia alimenta susciperet. *Ut impleteretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, & eructabo abscondita a constitutione mundi.* Hieronymus in hunc locum testimonium hoc, ait, de septuagesimo septimo Psalmo desumptum est. Legi in nonnullis codicibus eo loco, vbi nos potuimus, & vulgata editio habet, Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, ibi scriptum esse per Esaiam Prophetam dicentem: Hinc factum est, vt Porphyrius Euangelista ignorantiam exprobraret, vt qui Esaiam deputauerit id quod in Psalms legebatur. Quia ergo minime inueniebatur in Esaiam, arbitror postea a prudentibus vitis esse sublatum, Sed mihi videtur in principio ita editum quod scriptum est per Assaph Prophetam dicentem. Septuagesimus enim septimus Psalmus, de quo sumptum est hoc testimonium Assaph Prophetam inscribitur, & primum scriptorem intellexisse Assaph, & putasse scriptoris fuisse vitium, atque emendasse nomen Esaiam cuius vocabulum manifestius erat. Sciendum est itaque quod non solum David, sed & ceteri, quorum in Psalms, & Hymnis, & Canticis, descripta sunt nomina, Prophetas sunt appellandi, Assaph, videlicet, & Iditum, Eman, Erates, & reliqui quos Scriptura commemorat.

Sed dubitatur in quo sensu adduxerunt hoc testimonium Euangelista. Caietanus dicit, quod trassumptiuè nam ad literam textus ille loquitur de similitudine gestorum, sed Euangelista mystico vtens sensu applicat ad similitudines metaphoricarum, vtrique enim conueniunt in communi ratione parabolae, seu similitudinarij sermonis. Iansenius, & Claudius, Guilielmus dicunt, impletam in Christo hanc Prophetiam: quia in ipso verificata, eique competens, vt sit sensus. Ad eod parabolis vsus est Iesus, vt impleteretur, id est, vt quadraret in eum, ac merito de eo dici poterit, quod Propheta David in Psal. 77. Dixi. Aperiam in parabolis os meum, &c. Vel quod Assaph Propheta sic ipse dixerit per se, vt etiam in nomine Christi di-

Hierony.

simile

Psal. 77.

Hierony.

Caieta.

Iansenius

Claudius.

Guilielm.

si dixerit, cuius typum gesserit, sicut multi Patres antiqui gesserunt, & in Assaph fuit figuratus tanquam absolutissimus Doctor. Ideo enim videtur Matthaeum dixisse per Prophetam, vt significaret ex intentione Spiritus sancti ad Christum pertinere hanc Scripturam, & non solum per accommodationem. In quo sensu coniunctio, vt, accipitur vt causa, & finem denotat, & haec melior interpretatio est quam praecedens: nam illam tanquam minus veram iam c. 3. supra explosimus. August. Psalm. 77. aliter hanc sententiam exponit. Pro quo notandum, quod in illo Psalms. describitur egressus Israelis de Aegypto, & omnia signa narrantur quae in Exodi continentur historia. Ex quo intelliguntur vniuersa illa quae scripta sunt parabolicè sentienda, & manifestare abscondita sacramenta. Hoc enim Saluator edicturum se promisit dicens: Aperiam in parabolis os meum. Quare August. loco citato, ait, parabolicè dici omnia in illo Psalms, cum vniuersa populo Hebraeo in figura contingerent, vt ait Paulus: Vnde & nobis potius haec cantata sunt, sicut inter cetera in hoc Psalms dictum est. Vt cognoscat generatio altera. Sacramentum enim regni celorum, vel abatur in veteri Testamento, quod plenitudine temporis reuelaretur in nouo. Hunc ergo sensum habent haec verba iuxta Glossam, ac si dicat Christus: Ego qui prius loquutus sum per Prophetas, modo in propria persona aperiam os meum in parabolis, & eructabo seu de thesauro cordis mei eructabo mysteria quae abscondita erant a constitutione mundi. Et licet Septuaginta legat, Loquar problemata: pro quo nos habemus in illo Psalms, propositiones, Hebraei autem sic legunt: Aperiam in parabola os meum, eructabo enigmata ab antiquo, in idem tamen recidunt omnia. Nam parabola & enigmata multoties pro eodem sumuntur. Enigma enim dictum est obscurum & latentem habens sensum, quale fuit illud quod Sanson conuuls proposuit, & quod Virgilius Egl. 3. his versibus quatit.

August.

1. Cor. 10.

Iud. 14.

Virgilius.

Asconius

Dic quibus in versis, & eis mihi magnus Apollo, Treis pateat caeli spatium non amplius vltus?

De quibus versibus dicitur, quod cum quidam quareret ab eo, an quid arcanum in illis versibus esset conclusum, respondisse se in illis carminibus Grammaticis omnibus crucem affixisse, in qua se alsiuè distorquerent: cui Asconius Pedianus respon-

dit. Mihi certe nullam crucem reliquisti: nam si non inuenero, nec quaram quidem. Est igitur enigma dictum latentem habens sensum, in quo conuenit cum parabola cuius sensus obstrusus & latens est, quare pro eodem sumuntur. Atque haec est alia nota quod noster Christus sit verus Messias, quippe de quo vaticinatum est, quod in parabolis esset loquutus. Adimpletum est ergo illud Propheta: *Aperiam in parabolis os meum.* Magna, scilicet, docturus. *Eructabo.* Cuius conceptum intellectus exprimens, hoc enim sonat eructatio, quae de stomacho vapor emittit. Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Et Psalms. 18. Dies diei eructat verbum. Cum sapientia perfectis, & luce intelligentiae fulgentibus mysterium regni Dei ostendit Deus: sed nox nocti indicat scientiam, quando parabolis obuolutus sermo rusticam mentem quae obscura est, instruit. *Abscondita a constitutione mundi.* Quoniam omnia quae cumque Deus dixit & fecit, loquuntur sapientiam Dei in mysterio verbi absconditam, iuxta illud. Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quae facta sunt. Totus enim mundus Theologia est homini, dum caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. *A constitutione mundi.* Quia ab aeterno in mente paterna erat. Et in principio creauit Deus caelum & terram. Ab illo ergo principio reserauit Christus mysteria abscondita: nam de eo dicitur, In capite libri scriptum est de me, hoc est, cum dicitur: In principio creauit Deus caelum & terram, id est, in filio, &c.

Psal. 44.

Psalm. 18.

Roma. 1.

Psalm. 18.

Genes. 1.

Psal. 39.

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & pro gaudio illius vadit & vendit vniuersa quae habet, & emit agnum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori quarenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quae habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum caelorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in con summatione saeculi. Exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei, Etiam. Ait illis, Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo uona & vetera.

In



In rerum cōmutationibus, quæ plerunq; inter mercatores occurrunt, si quid magnū comparatur, id maxima quoque commutatione fit.

Vilius argentū est auro, virtutibus aurum.

Alia nimirū & maior compensatio est lapidum pretiosorum auri, cæterorumque magni pretij, quàm vulgariū metallorum. Quid verò non expendamus tam pretiosum felicitatis æternæ thesaurum comparatur? Quāto labore sibi nonnulli suæ lenitæ quietem conquirunt? Nam per totam adoleſcentiam & virilem ætatem tot se laboribus conficiunt, vt vitæ potius dispendium quàm senectutis leuamen aliquod requirere videantur. Sed & quot periculis summi etiam Imperatores aliena regna conquisierunt, quæ breui tempore, nec sine timore & sollicitudine retinerent. At qui illos non spes quietis aliqua stimulat, sed gloria. Si quidem omnis Potentatus breuis vita. Et quo quis maior est, eo magis à quiete secedit, & maioribus curis obruitur. Rex est hodie, & cras morietur. Verū sumus vanæ cuiusdam gloriæ eos demulcebat, vt nihil sibi suisque parcerent, rei statim defluxuræ conquirendæ. Quid verò non debeamus magis ad tantam felicitatem conquirendam, quam Deus repromisit diligentibus se? Quam nec ignis, nec gladius, nec hominum, imò nec Satanæ furor minuere potest. Quid hic quæso parcamus bonis, temporibus, laboribus, corpori, animæ, ipsi etiam vitæ? Hoc Christus docet in hac parabola thesauri absconditi in agro. Discretionem autem futuram honorum à malis, altera similitudine à sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti, exprimit. Vnde fit vt cohortetur nos ad tenendum felicitatis iter, & pœnarum futurarum horrore reuocet ab impiorum contubernijs & consilijs. *simile est, inquit, regnum cælorum thesauro abscondito in agro.*

Quatuor hic continentur parabola, in quibus Dominus intendit cohortari nos, vt scopum præcipuum hominis Christiani quæramus. Hic autem regnum cælorū est. Quæ rere quippe debemus thesaurum illum in sinu Patris reconditum, quærendo media, quibus tantus finis consequi potest. In prima parabola regnum cælorum thesauro pretioso confertur, ne vanas excusationes prætexere posset aliquis, paupertatem causando, quod quia non habet peculium, in hoc regni cælestis negotio non se intromittit.

Eccles. 10.

Jacob. 1.

Quoniam in hac regni cælorum acquisitione, magni inueniuntur thesauri, quibus eius negotiatores locupletes fiant. Et vt cognoscatur Christianus qui iam thesaurum istum habet, nempe virtutes Christi. nas non sibi datum, vt otio torpescat & abscondat, vt piger ille seruus abscondit talentum domini sui, sed vt cum hoc thesauro negotia gerat, atque plura merita lucretur. Ideo in secunda parabola dicit, Simile esse regnum cælorum homini negotia ori. Ideo quippe thesaurus iste illi conceditur, vt cum illo negotia vitæ æternæ gerat. Et ne existimet, si id non fecerit, impune laturum, subiungit in tertia parabola. *simile est regnum cælorum sagena missa in mari, &c.* Quoniam in die iudicij, hos pigros ac ignauos Christianos, qui nihil sibi hoc tãto thesauro lucrati sunt, mittet Deus in caminū ignis, vbi erit fletus & stridor dentium. Quos inter inutiles hædos collocabit: bonos verò inter vitiles oues, atque in thesauris suis recondet. Sed vt ostendat verè esse aliquos in Ecclesia, qui ex hoc thesauro lucra maxima acquirunt, subdit in quarta & vltima parabola. *Idem omnis scriba doctus, in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.* Sunt enim in Ecclesia aliqui cupidè negotiatores regni cælestis, qui veteribus meritis noua addunt, & sic lucra eorū crescant. Hanc existimò connexionem posse habere has parabolas inter se. Sed aduerte, quod per regnum cælorum regulariter in his parabolis præsens Ecclesia intelligitur, quæ regnum cælorum dicitur, non solum quia hic incipit regnum illud per fidem, quod per facialem visionem consummatur in patria, verum etiam nominatur hæc Ecclesia sicut illa regnum cælorum: quoniã eodem Rege veraque constat. Hispania & regnum quod dicitur, *del Piru*, multis inter se distat leucis, cum vastitas Oceani, mareq; sur media spatia teneant. Et tamen idem regnū vtrumque dicitur, quoniam sub eodem Rege, ac iisdem legibus ac constitutionibus gubernantur. Et tamen regnum Franciæ, quod conuicinum est nostrum, aliud est ab Hispaniarum regno: quoniam & alio Principe & alijs subinde legibus regitur, atque gubernatur. Et quia Rex vtriusq; Ecclesiæ Christus Dominus est, quem Paulus Regem seculorum vocat: nam vtriusque seculi, tam huius quàm alterius Princeps est, leges eadē, nempe charitatis & amoris: hæc lex maxime inter beatos tenetur, quàm & præcipue nobis

Luc. 19.

Matth. 8.

1. Tim. 1.

nobis commēdauit Christus. Imò tota Lex noua in præceptis charitatis includitur. Ergo rectè præsens Ecclesia regnum cælorū dicitur. Atque hoc fuit quod Christus Dominus suo vltibili Aduentu facere voluit. Transferre cælum ad terram, & facere quod homines eam vitam agerent, quam beati in cælo, quod certè consequutus fuisset, si nos charitatis leges, quas ipse statuit seruarem. Voluit enim id efficere Christus, quod Dominus Ezechiel Propheta mandauit, nempe vt ciuitatem Hierusalem in latere describeret. Sic voluit Dominus, vt dum terram vitam agimus, secundum illam cælestem viueremus. Hoc autem interest discerni inter nos & illos. Quod cum hæc Leges in terrena ac instabili carne scriptæ sint, delentur & mobiles sunt, nec semper eadē nec eodem tenore obseruamus. Ibi autem sculptæ sunt hæc Leges in immortalitatis statu, vbi nec anima nec corpus vlli mutabilitati subduntur, sed vno atque eodem æterno tenore omnia geruntur. Dicitur ergo Ecclesia præsens regnum cælorum. Licet etiã dicatur regnum cælorum quicquid ad negotium regni cælorum attinet, instrumenta ac media quibus consequitur, sicut dicitur regium, quicquid ad Regem pertinet, vt domus regia, conuiuium regium, vestis regia: sic regnum cælorum cōparatur, vt fides, spes, charitas, gratia, & cætera instrumenta, quibus consequimur illud, quæ sunt peculium hominis Christiani, vt postea, Deo dante, dicemus. Igitur sic intelligendo, regnum cælorum assimilatur thesauro abscondito. Ac si diceret, thesauro pretioso. Hæc enim phrasissacra Scripturæ est, vt ea quæ in pretio habentur, abscondita vocet. Nam ibi vbi nos legimus, De absconditis tuis adimpletum est venter eorum; alia litera habet, De pretiosissimis tuis. Quare iusti vocantur absconditi: quoniam in summo pretio sunt apud Deum. Abscondes eos in abscondito facietur. Nam res pretiosas in abditis domus recondimus, de quo infra plura dicemus. *In agro non dicit in sata, vel culta, sed in agro. Vn harial, vbi minus æstimari poterat, quod aliquid bonū esset: terra horrida & inculta, tribulis, ac spinis plena, quæ potius vasta sylua quàm ager videbatur esse. Quoniã re verã bona omnia regni cælorum, tã quæ ad præsentem vitam attinent, quàm quæ ad futuram, sub asperis & horridis rebus deliteſcunt, & sub quibus minus æstimari poterat. Quis vnquam cogitare potuit, quod sub*

Ezech. 4.

simile.

Psal. 14.

Psal. 30.

Matth. 5.

paupertate Deus omnes suas haberet diuitias? Et tamen ipse dicit: Beati pauperes spiritu: quoniam vestrum est regnum Dei. Cui vnquam hominum in mentem ascendit, quod in lacrymis gaudium, in esurie saturitas in cluderetur: Et tamen ipse Dominus dicit: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis: beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Imò sub opprobrio gloria, in morte vita, in spinis flores inueniuntur: quoniam beati prædicantur, qui ab hominibus exprobrantur, & qui inter spinas Crucis commorantur: ibi Nazarenum, hoc est, floridum inueniunt. Quare, vt supra docuimus, non debent homini Christiano pauorem incutere labores, aut tentationes, nec tormenta, nec crucesciēs, quod sub his inueniet thesaurū quem quærit. Sicut non despondit animum qui thesauri cuniculum fodit, quod interim lapides, paleas, vel carbones offendit, intelliges quod sub illis inueniet thesauros quos quærit. Vnde & Sapiens de sapientia dicit: *Si quæseris eam quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Quæ scientia docet, quod sub his malis inueniuntur omnia bona Dei. Secundò dicitur absconditus, quia sub carne fragili & mortali illum gerimus. Quis crederet quod in vase vitreo pretiosissimas gemmas quis seruandas haberet, quæ in ferreis thecis obseruari solent? Et tamen sub vase isto vitreo & fragili, quod est corpus nostrum, animam includam gerimus, quæ subiectum est omnium pretiosorum quæ Deus habet. Hoc autem sic Deus ordinauit, vt conseruatio huius thesauri suæ gratiæ, nõ nostræ adseri beatur curæ, aut diligentia. Sic enim & Paulus ait: Habemus thesaurum istud in vasculis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Ex quo sequitur, quod thesaurum istum intra nos metipsos habemus. Quare D. August. Multoties increpat homines, quod extra se vagentur quærendo thesaurum istum, in diuitijs, in honoribus, voluptatibus: cum tamē intra nos sit in anima, & in virtutibus à Deo infusis, quæ in ea subiectantur. Quod quæris, ait, intus habes. Et alibi. Quare quod quæris, sed non vbi quæris. Non quæras extra te bonum tuum, sed in te: quoniam in te sunt dona Dei, per quæ ipsum Deum qui intra te etiam est inuenies. Vnde Plutarchus dicit, contingere hominibus in hac re, vt illi qui vt habeat aliam quam herbam suæ salutis aptam mittit Flaudiam,

Prouer. 2.

2. Cor. 4.

August.

Plutarch.



driam, & Neapolim pro ea, cum tamē eam in hortu suo habeat, & non agnoscat illam: sic, &c. Vnde Dominus Luc. 17. dicit: Regnum Dei intra vos est. Et cum discipuli in die Resurrectionis querebant Dominum Iesum, ait Euangelista, quod reuersi sunt ad semetipsos, vt querebant illum. Nec enim est extrā nos, sed in nobis. Ita docet Gregorius. Et cū perditus ille filius Deum quem amiserat, inuenire cœpit, ait Euangelista: Reuersus in te dixit: Vadam ad patrē meū. Optimus modus explicandi, quod inuenisset Deum, quippe qui nec in pecunijs, nec in mulieribus, nec in commestationibus, & ebrietatibus, vbi antea illum quæsierat ille, sed in nobismetipsis est. Id enim dixerunt serui Ioseph ad fratres suos. Dominus Deus vester posuit thesaurū in fassis vestris. Quoniam in fassis istis carnis nostræ illū gerimus. Vt hoc in nobis ingereret curam seruā di corpora nostra fragilia, vbi tantum habemus thesaurū: & obseruandi sensus nostros in quibus quasi sub capsula vitrea pretiosissimam gemmam inclusam gerimus, ne corruptis sensibus, bona quæ intus sunt effundantur & corrūpantur. Nam quando pretiosum aliquem liquorem in vase vitreo habes, vestis illud operculis panni alicuius grossioris, & in fiscella scirpea abscondis illū, ne facili ictu vase fracto liquor ille pretiosus effundatur. Hinc in religionibus adinuenta sunt claustra, crateres ferreæ, ceremoniarū, præcepta, silentiū, clausura, ac cætera omnia quæ sensus tenent, ne effundat sanguinis Christi liquore, quæ intra se in anima gerūt. Tertio dicitur thesaurus absconditus: quoniam ignoramus nos an illū habeamus vel non. Occultissimū voluit Deus negotiū hoc regni cœlorū, nec nobis constaret de illo an in gratia Dei essemus, vel nō, vt semper trepidi ac suspecti essemus: ne si nobis id certo cōstaret, forsā ignauia ac otio torpesceremus: sciētes iam id habere quod querebamus: sed semper incerti, semper illū pauidi querebamus. Ideo enim Sapiēs beatū vocat hominē, qui semper est pauidus. Vnde & Iob dicit: Si venerit ad me nō videbo eū, si abierit nō intelligā. Quo loco d. Thom. dicit, quod venire Deū ad animā est, illi bene facere: abire ab ea est, illā in suis relinquere peccatis. Hoc autē maximū arcanū est, nec signo aliquo infallibili colligi potest, imō multoties signa hominem fallunt. Solent enim iustum tribulationes, ac tentationes magnā affligere, quibus oppressus putat se

Luc. 17.

Ioan. 20.

Gregor.

Luc. 15.

Gen. 43.

Prover. 28.

Iob. 9.

D. Thom.

derelictum a Deo, sic enim affecti & tentati dicere solent: Propter peccata mea dereliquit me Deus. Et tamen tunc Deus maxime tibi appropinquat, permittens mala illa, tanquā res quæ tibi maxime expediunt: ij ergo venientem Deum non vident. Alij ē diuerso quibus omnia prosperē eueniunt, quorum filij sicut nouella plantationes in iuuentute sua, filiarum eorum cōpositę circum ornata, vt similitudo templi, proptuarum eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oues eorum fœtosę, boues eorum erassę, non est ruina, macerie, nec transitus, nec clamor in plateis eorum. Ita videntes eos tantis affluere bonis, existimamus Deum in illis habitare, & tamen forsā Deus ab illis auersus est, & in presenti dimittit eos his bonis perfrui, quibus æterna largiri noluit, & ij abeunt Deum non intelligunt. Igitur arcanum hoc magnum est, nec signo aliquo infallibili intelligi potest. Nec enim prosperitas ac affluentia rerum harum, signum est, quod Deus sit in nobis, nec aduersitas aut pauperies, quod Deus absit a nobis: cum videamus etiam malis mala in presenti euenire, & quod Deus eorum punitionem in presenti incipiat, vt in æternum eam continuet. Nec etiā habere hæc tēporalia bona, est certū signū quod Deus a nobis absit, cū multos amicos Dei diuites ac affluentes rerū omniū audierimus, vt Abraham, Iob, Dauid, &c. Et hoc est, secundum Hieronymum, quod Sapiens voluit sentire cū dixit. Nemo scit vtrū odio an dilectione dignus sit, subdit quippe rationē statim. Eo quod vniuersa equē eueniant bono ac malo, iusto ac impio, immolati victimas, & sacrificia continent. Ac si diceret. Euentus rerū, siue prosperi, siue aduersi, in hac vita nō debemus pro signo certo sumere placati numinis, vel irati: quoniam hæc equē cōmunia sunt in presenti bonis & malis. Aliquando quippe presentia & futura prosperē succedūt iusto, nōnunquā omnia malē eueniūt malo. Diuites fuerūt Patriarchę, & tñ amici Dei appellati sunt, & Iudas pauper, qui tñ in æternum periit. Prosperē in hac vita omnia eueniūt diuiti illi Epuloni, & tamen ad infernum descendit: Lazarus tamen pauper & vlcerosus in sinu Abraham receptus est. Vnde omnia in futurū referuntur incerta. Ecce aliam rationem, cur regnum cœlorum assimilatur thesauro abscondito. *Quem qui inuenit homo.* Res inuenta mysterium regni cœlorum est: quoniam Fides donum Dei est, nec vlla præcedentia merita illam quæ-

Psal. 143.

Hierony. Luc. 16.

Eccles. 9.

lierunt

fierunt: gratia enim gratia est, & gratiola voluntas Dei: nam si ex operibus præcedentibus illam mereremur, iam non esset gratia sed merces, vt Paulus docet. Quare nullis nostris præcedētibz meritis quærimus gratiam: quoniam illam illis minimē meremur, sed Deus se nobis vltro & gratuito quasi inuentus ostēdit, & gratiam simul cum virtutibus Theologicis, quæ sunt thesaurus iste, nobis infundit. Persequatur Paulus Christi amicos, & in via inuenit ipsum. Dicitur ergo inuentam esse primam gratiā, quia non est merita. *Abscondit.* Tacuit thesauri inuentionem. Attendite. Homo qui inuenit thesaurum istū in agro alieno, in secreto habuit, donec se faceret dominū illius hæreditatis, & postquā emit eam, tunc operarios conducit, vt fodiant, & educant thesaurum. Nam si antea prædixisset, vel dominus fundi non ipsum vendidisset ei, vel deberet cum illo diuidere & thesaurū inuentum secundum leges, vel alius forsā maiori pretio hæreditatem emisset. Sic quis thesaurum cœli inuenit in corde suo, taceat, dissimulet, celet illud, donec se dominum eius faciat, hoc est, donec per virtutū exercitium habitus generetur, & sic quasi propriam sibi faciat virtutem. Nam si protinus vt in te aliquid huius cœlestis thesauri sentis, nempe vel deuotionem, vel inusitatas spirituales voluptates effutias, & omnibus palam esse velis; veniet malus & rapiet eas de corde tuo. Est enim semen huiusmodi quod cecidit super viam. Vnde Paulus dicens, quod qui deberet esse doctus & magister, veteranus, & non tyro aut nouitius deberet esse in virtutum exercitio: subdit rationem. Non neophitum, ait, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli, *Caya en manos de los ladrones,* quia thesaurū suum publicauit. Postquam autem per longum exercitium dominus factus fuerit, iam alios docere poterit, & gratiam sibi datam in alterutrum administrare. *Et prægandio illius vadit, &c.* Hoc fuit magnum signum, quod verē inuenisset thesaurum: quoniam statim in opus exiit, & cupidē quæsiuit illum. Qui enim verē Deum inuenit, non tardat, non ignauus sit, sed ad opera currit, nec cit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia, ait Ambrosius. Et Gregor. Non est amor Dei otiosus. Operatur magna si adest, si autem operari renuat, amor non est. Vnde Paulus, ait: Postquam placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gra-

Rom. 11.

Act. 9.

1. Timo. 3.

Ambros. Gregor.

Galat. 1.

tiam suam, vt euangelizaret filium suum in me; continuo non acquieui carni & sanguini, sed abij in Arabiam. Hoc est, Postquam thesaurum istum mihi reuelauit Deus, contestim ad illum quæredum properaui. Hoc idem Sapiens in supradicta sententia sentire videtur, cum dicit: Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis eam; tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Hoc est, si quæsieris eū, hoc erit signum, quod thesaurum istum sapientiæ & scientiæ Dei inuenisti. Quare nō mirum si timeam maxime mihi metipsi & alijs, quod non verē inuenimus thesaurum istum: quoniam non illum quærimus, vel ita tepidē ac si nō inuenissemus eum, nec enim has adhibemus curas, quas iste homo qui thesaurum inuenit: quoniam non inuenimus illum tanquā homines, sed veluti infantes, qui inueniunt margaritam, & protinus proijciunt eam, aut non est sibi curæ quod alius ab eis tollat: quoniam non cognouerunt pretium eius. Homo verō qui ætimate, custodit eam, nec sine rapi, & ideō dicit hic. *Quem qui inuenit homo.* Debet enim esse vir qui perfectē cognoscat quantum thesaurus sit, inuenisse Deum. *Et vedit omnia quæ habet.* Mira res! Omnia nostra dimittere debemus Christiani, qui hunc thesaurum inuenimus? Ergo omnes deberemus esse monachi, nec quidpiam proprium posset aliquis habere: ergo qui diuitias habet: & eas omnes non largitur, non poterit consequi thesaurum regni cœlorum. Attendite. *Quem familiarem tanquā propriam possidetis, quod in hoc non vult Dominus dicere, quod omnes qui diuitias habent, eas dimittant vt salui fiant, sed vult docere nos regni cœlorum valorem, qui tantus est, vt etiam si omnia quæ habes aut habere possis pro illo dederis, non iustum pretium soluis. Das quidem quantum valet, sed nondum iustum pretium attingis. Nam, vt ait Gregorius, regnum cœlorum tantum valet quantum habes. Et non solum huius thesauri pretium non attingis, verū nec hæreditatem in qua est, iusto pretio emis, sed adhuc plus valet. Nam pro quacunque re, pro qua nobis thesauros regni cœlorum confert, si omnia nostra daremus; adhuc iustum pretium non soluis. Sed quoniam Deus liberalissimus est, eo pretio se satis factum fore dicit, quod nos habemus. Ideō quippe dicitur regnum cœlorum gratis dari: quoniam etiam aliquod pretium pro illo damus, tam minimum*

Prover. 2.

simile.

Gregor.



num est in sui comparatione, vt quasi gratuito videatur conferri. Velut qui rem valentem centum, vno asse emeret, diceretur gratuito emisse: sic cui regnum caelorum pro calice aquae frigidae datur, bene potest dicere quod gratuito emit. Nec enim omnia opera nostra ad valorem regni caelorum pertingere valent nisi ex gratia & liberalitate Dei, secundum illam Pauli sententiam. Non sunt condignae passionibus huius temporis, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Vnde Esai. Venite & emite absque argento, & sine vlla commutatione. Quomodo dicitur emptio, si absque argento & commutatione fit? Cur non potius gratuitam vocas donationem? Quoniam & si aliquid demus, nempe opera nostra: collata ad id quod pro illis nobis confertur, quasi nihil damus. Quomodo ergo vererit quod hic dicitur, quod vendit omnia quae habet, & emit agrum illum. Dicam certe. Deus nobis secundum nostrum modum loquendi alloquitur, & quia sic soletis dicere, non habere vos illud quod sine vestro detrimento consumere non valetis. Nam cum vides rem quae tibi placet, dicere soles, Emerem ego rem hanc si pecunias haberem. Quid ais? Nonne quatuor habes argenteos, quibus, verbi gratia, talis res comparatur? Habeo quidem, dices, sed pro alimento domus meae, nequaquam habeo, vt in alijs rebus expendere queam, nisi in cibum mihi & filiis meis. Quia ergo non suppetunt tibi pecuniae ad emendam rem illam, dices te eas non habere. Sic id dicit Christus, te habere ad emendam regnum caelorum quod tibi superabundat, secundum illud, Quod superest date pauperibus. Nec enim vult Deus, vt ea quae tibi vel domui tuae, vel statui necessaria sunt conferas; sed quae ex omnibus his super sunt, vt supra docuimus. Nam ideo Theologi docent quod de superfluo tenemur elemosinas conferre. In quo considerare debes, & Dei liberalitatem, & tuam stultitiam atque miseriam. Confert tibi thesauros suos Deus gratuito: quoniam solum a te exigit quod tibi superest, nec necessarium tibi est, nempe vestes quas tinea consumit, triticum quod vermes comedunt, panem quem canibus mittis: micas quae de tua mensa cadunt, quibus pauper Lazarus refici desiderabat: & tu stulte ac auaare pro tanta re haec elargiri dubitas. Nullo pretio rem quae non habet pretium potes emere, & tardas? Nonne de ea scriptum est, Nescit homo pretium eius? Et

tu nec tam paruum pretium pro ea elargiri vis? O miserandam hominum stultitiam ac ignauiam! Hoc in die Iudicij tibi erit in opprobrium maximum, & in spinam, & in insultum, quod cum tam paruo pretio tantum thesaurum emere potuisses, noluisti. Ecce primam parabolam.

Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori, quarens bonas margaritas. Non otiosos suos querit discipulos Dominus, sed vult eos sollicitè tractare regni caelorum negotium, quod magni ponderis est. Nec existimet se Dei munera recepisse, vt otiosus viuatur, sed vt eis operetur opera vitae aeternae. Hortamur vos, ait Paul. Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Homini autem Christiani negotium non in rebus minimis est, sed magni valoris ac pretij: quoniam in gemmis ac pretiosissimis margaritis negotiatio eius est: quare quidquid omittat multum perdit. Sicut qui in pretiosissimis gemmis negotiatur, vna amissa magnum patitur detrimentum: sic quodcumque peccatum mortale magnum infert damnum homini Christiano, & quodcumque opus bonum praetermittimus, margaritam magni pretij amittimus.

Inuenta autem vna pretiosa margarita. Querebat multas margaritas, & tamen vna inuenta cum sola illa quiescit: quoniam quidquid homo desiderauerit, siue honores, siue diuitias, siue voluptates, omnia in solo Deo simul inueniet. Est enim Deus pretiosum vnum margaritum, quod omnium gemmarum in se virtutes continet, & habet. Nam in illo sita est nostra beatitudo, quae est statum omnium bonorum aggregatione perfectus, de qua & Sapiens dicit: Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Nam & si diuitiae appetuntur in vita, quid sapientia locupletius quae operatur omnia? Et si multitudinem scientiae desiderat quis, scit praeterita & defuturis aestimat, &c. Vnde haec sola quaerenda est. Vnum quippe solum est necessarium, & Regius Propheta dicit: Vnum petij a Domino, & hanc requiram. *Iterum simile est regnum caelorum sagena missa in mare.* Nec enim elegit nos, vt liberè viueremus, sed vt legibus diuinis, quasi rebus astricti essemus. Soluit quidem nos a laqueis peccati, sed legibus suis in Ecclesia ligauit nos, secundum illud Pauli. Serui sui stis peccati, nunc autem liberi facti estis iustitiae.

Ex his quatuor parabolis, tres primae pertinent ad illos qui audiunt Euangelicam doctrinam,

Roma. 8.

Esai. 55.

simile.

Luc. 11.

Job. 28.

simile.

Sap. 7.

Sap. 8.

Psalm. 26.

Roma. 6.

Alia moralitas et doctrina.

doctrinam, quarta autem praedicatores tangit, qui patres familias dicuntur: quoniam sub cura praedicatoris debet esse noui & veteris Testamenti thesaurus, tanquam dominus ac dispensator praeparans manibus illum in quacumque opportunitate habendo. Sed in tribus prioribus parabolis magna mysteria considero. Primum valorem ac pretium Christianae vitae: secundum curam ac diligentiam qua debet quaeri. Tertia autem parabola ostendit quae poena puniri debeant, qui in hoc negotio ignaui fuerint. Prior ergo parabola ostendit, quod bona professio Euangelica in se contineat. Profiti quippe Euangelicam vitam est thesaurus quidam absconditus. Per singula verba huius parabolae magnificatur huius thesauri valor, siue per illum intelligamus verum regnum caelorum, quod in gaudio de visione Dei consistit, siue initium eius quod in hac vita fit per fidem, & alias Christianas virtutes. Vtrumque ergo thesaurus absconditus dicitur. Thesaurus dicitur multarum rerum pretiosarum accumulatio, de illo quippe dicimus habere magnum thesaurum, non qui vnum argenteum aut vnum scutum habet, sed qui multas auri vel argenti monetas aut partes possidet. In vita Christiana plures res magni pretij simul inueniuntur, nempe fides, spes, charitas, quae sunt pretiosissima gemma ex India regni caelorum adducta, quas & gratia committatur, quae etiam a caelo ortu habet, quae est veluti quaedam aurea stola albisimae pellibus duplicata, quae tota perfectissime animam ornat. Sunt enim virtutes humanae acquisitae, quae etsi ex nostra sint patria, nostrisque viribus acquiri valeant: tamen talibus adiuncta gemma inaeestimabile thesaurum conficiunt. Clarius autem sumendo regnum caelorum proclara Dei visione, thesaurus dicitur: quoniam multa sunt bona, multa metalla, multa auri ac gemmarum donaria in vnum coacervata thesaurum, de quo & scriptum est. Infinitus thesaurus est hominibus. Et mihi venerunt omnia bona pariter cum illa, & quia beatitudo ut statim diximus, secundum Boetium, est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Status dicitur, quoniam firmiter ibi, & quiete cuncta bona possidentur, non transeunt & imperfecte sicut in hac vita. Omnium bonorum: quoniam nullum bonum quod desiderari potest ibi deficit, nec deficere potest. Ibi enim honor, gaudium, quies, satietas, diuitiae, scientia, voluptates, denique quidquid desideratur, habetur. Erit enim ibi, ait Augustinus, quidquid voles, & non erit quicquid noles.

Tom. II.

Et omnia haec simul, ac coacervata possidentur, non successiue, vt in hac vita, sed simul haec omnia bona habentur, vt perfectius sit gaudium ac maius. *Abscondito*, id est, pretioso: quia omnia abscondita pretiosa sunt. Ea enim abscondimus quae rapi timemus, vt modo diximus, addendo quod hinc proverbium Graecum ortum habuit quo dicitur. Hydria in foribus. Nam vilia vbicumque se fors obtulerit, relinquimus, cum tamen pretiosa abscondamus. Quare Hebraei virginem Aalam, hoc est, absconditam vocant: nam tanquam res pretiosa in abscondito debet seruari. *In agro*. Hoc est, in loco quodam communi, & omnibus aperto ac peruenio: quoniam thesaurus hic omnibus proponitur, & pro omnibus est, etsi multi eum participet, tamen non exhauritur: quoniam infinitus thesaurus est. Hinc illud verbum Christi. Siquis vult post me venire. Indiscriminatim hoc omnibus dicitur: quoniam pro omnibus hic thesaurus est.

Quem qui inuenit homo. Inuentus dicitur hic thesaurus, quoniam tanquam casu aliquo a bona fortuna obuenerit homini. Nec enim vnquam in cogitatione hominis ascendit, quae tantum posset habere bonum. Ea bona quae casu ac sorte fortuna nobis obuenerunt, pluris aestimamus quam alia, sicut Aristoteles refert de illis piscatoribus Ionicis, qui cum mitterent retia ad capiendos pisces, tripodemaurea piscarunt, quod supra omnem spem suam euenit. Et ille alius qui fodit terram ad plantandum vitem, & ibi magnum thesaurum adinuenit. Exierat Saul ad quaerendas asinas Cis patris sui, & in regem videret est a Samuele, quae nunquam sibi in mente venerat. Sic & iusto euenit, cum ex hac vita exiit, & ad beatitudinem pergit. Ita magnum bonum est quod ibi inuenit, vt nunquam tale cogitare potuerit. Est enim Deus talis, vt omnem excedat hominum, & Angelorum cogitationem. Nec enim si homo fingeret sibi quicquid vellet, tantum bonum nunquam effingere valebit: quoniam nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Et Ioan. ait: Maior est Deus corde nostro. hoc est, desiderio, & cogitatu nostro. Nec enim tantum bonum nunquam desiderauit homo; cum desiderium cognitionem sequatur, & tale bonum in hac vita omnibus incognitum sit. Et Sapiens dicat, quod omne desiderabile ei non valet comparari. Quare & vocare hunc thesaurum tantum bonum est, quod nunquam excogitauerit homo. Et sic quasi casu quodam adinuenit illud. Nec in cor hominis ascendit. *Ni le passa por el pefamieto al hombre.*

Nom

Luc. 9.

Aristo.

1. Reg. 9.

2. Cor. 2.

Prencr. 30

Sap. 7.

Bacrus.

August.



Non autem dicitur casu prouenire eolum, quod sine meritis tribuatur: sed quonia tantum bonum est, vt nunquam illud excogitauerit homo: Quare fortuna, & optima fortuna est, illud acquirere. *Eccl. 10.* Scilicet, qui sciat estimare, non paruulus, qui non agnoscat illum. Contra quos Sapiens dicit: Viquequod paruuli diligis infantiã, & stulti, ea quæ sibi sunt noxia, cupiunt, & imprudentes odibant scientiam. *Absondit.* Non ex inuidia sicut bona temporalia quæ tã minima sunt, & pauca, vt si vnus eis abundet, alius egeat, & si vnus ebrius sit, alius esuriat. Ideo qui non habet, potest inuidere ei qui habet. Ceterum spiritualia nõ exhauriuntur, sed vnusquisq; secundum propriam virtutem, hoc est, dispositionem, & capacitatem quam efficit charitas, recipiet ex eis augmentum: vel secundum voluntatem Dei distribuētis in principio. Sed ideo abscondit: quoniam tanquam rem preciosissimã intelligit necessarium esse illum seruare & abscondere, ne ab hostibus concupita rapiatur.

Et præ gaudio illius vadit. Res hæc non anxiam curam sicut res temporalis gignit, sed eum gaudio habet, & cum gaudio possidet, & cum nimia hilaritate cõseruat. *Et vedit omnia quæ habet.* Quonia regnum cœlorum tanti pretij est, vt omnia quæ homo habet debeat pro illo dare. Imò addo modò, quod Deus, quia ex vna parte nouit valorem, & æstimationem regni cœlorum, & ex alia paupertatem nostram, moderatus est pretium secundum vniuscuiusq; possibilitatem, vt vnusquisq; secundum id quod habet, tribuat; iuxta illud Pauli. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, nõ secundum id quod non habet. Sicuti si cum annonæ penuria laboratur, magistratus statueret pretium tritici secundum vniuscuiusq; facultatem, vt diues plus tribueret pro tritici modio pauper minus, & pauperior adhuc minus. Sic thesauri huius pretium moderatum est, secundum vniuscuiusq; facultatem, ita vt diues plus teneatur elargiri in egenos quam pauper: & religiosus plus de spiritualibus conferre quam secularis: nam Luc. 12. dicit Dominus. Cui multum datum est, multum & exigetur ab eo, quæadmodum quis pro calice aquæ frigidæ emit eum, & vetula illa Euagelica duobus assibus quia plus nõ habebat, comparauit illud. Petrus rebus diffusis illud emit: quia ille erat totum capitale suum, nec amplius habebat, quod si amplius habuisset, plus dedisset. Deniq; regnum cœlorum (vt supra ex Gregorio ci-

tauimus) tantum valet quantum habes. *Emit eum.* Vedit quid omnia quæ habuit, non ad emendum thesaurum, sed ad emendam hereditatem in qua erat thesaurus: quonia tantum poteris Deus est vt nõ solus ipse Deus, verum etiam quidquid illum continet, inestimabilis pretij sit. Ideo paupertas, patientia, humilitas, in magno habenda sunt pretio: quonia in illis continetur regnum Dei. Eapropter Crux Christi inestimabilis est modò, quæ antea tanquam malefactorum supplicium contemptibilis & maledicta erat: quonia in illa Christus crucifixus inuenitur: quapropter Inuentio Crucis, tanquam festum magnum celebratur in Ecclesia. Ideo etiam spinæ iam modò maximè in æstimabiles sunt: quonia in illis inuenitur Nazarenus, qui significat floridum, hoc est, flos ille de radice Iesse. Vidit Moyses rubum, & discalciavit pedes suos, vt accederet ad illud. Quid facis Moyses? Vt ingrediaris spinetum, discalcias pedes tuos? Sic quonia ibi est gloria Dei, ad quam cum sumare uerè etiam accedendum est, & ad spinas & cruces præparare nos debemus: iam enim summa veneratione spinæ ac labores dignæ sunt: quonia in illis est Deus. Ideo quippe iam lacrymæ, fames, persecutio, ac opprobria pretiosissima sunt: quonia in illis thesaurus iste habetur. Si quis vidisset illum qui omnia sua vendidit, & agrum cooperitum viticis & spinis emerit, diceret illi. Quid facis stulte, vt spinas emas, te ipsum tuis rebus exuis? Imò tu es stultior, qui ignoras quod iste nõ pro agro id dat, sed pro thesauro qui in agro est. Sic qui religiosum videt omnia sua relinquere, & ingredi religionem, in qua quid emit nisi tribulos, & spinas, ieiunia, disciplinas, clausuram, pauperiam, famem frigus, & cetera incommoda quæ ibi sunt? Qui superficialitè id aspiceret, illum tanquam insanum irideret. Et tamen religiosus respondere debet illi. Tu potius stultus es, qui hæc nõ percipis. Nec enim ego pro his omnia mea cõfero, sed pro eo quod intus gerunt. Habent enim thesaurum absconditum in se, hoc est, Deum & regnum eius, & ideo tale appeto hereditatem. Tu autem id nescis, qui eo nõ gaudes sicut ego. Quæadmodum qui alteri pugnum clausum ostendit, ille, cui ostenditur nescit, quid ibi lateat, ipse autem sic. Quare in ultimo die ubi omnia hæc manifesta erunt, tunc intelliget iniqui quid sibi in his uoluerunt iusti, & dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & gaudium eorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter sanctos, &

Exod. 3.

simile.

sapient. 5.

& filios Dei. Sed nos id omnino ignorabamus. Ecce quomodo hæc parabola ostendit nobis, quanti pretij sit thesaurus iste: ex qua infertur secundum quantam sit diligentia negotiandum quod tantum valet.

Luc. 19.

Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori. Negotiamini dum venio: quoniam negotium vestrum in margaritis est. Bonas, id est, veras & fideles, non falsas, quales sunt illæ, quas mundus quærit. Omnia quippe huius mundi bona, mediocria sunt ac sophistica, quæ oculis carnis lucent, cum tamen vitæ sint, ac fragiles, quæ facili ictu franguntur, sicut gemmis falsis accidere solet. Nec enim virtutem, aut lucem propriam habent, sed quæ facili obnubilatur, nec virtutem veram, sed quæ apparet. Videntur enim diuitiæ sanare, honorare, letificare, & tamen hoc non verè sit, sed sophisticè. Margaritæ autem, quarum est negotium hominis Christiani, veræ sunt, non vitæ, sed adamantinæ, quarum virtus ad omnia valet, quarum splendor ecclesiæ est. Si ergo tanti falsas æstimas gemmas, cur non magis veras? Si tanti vitrum, quanti margaritum, amment autem vna pretiosa margarita. Plures quærebat, & vna sola inuenta quiescit. Si esset margaritum vnum quod in se virtutes omnium gemmarum contineret, esset in illo smaragdus viror, carbunculi claritas, Adamantis fortitudo, camæfeivirtus, hyacinthi hilaritas, ad quid alias margaritas quæreret, si in vna ceterarum omnium virtutem, ac pulchritudinem haberet? quoniam si in casola omnes alias habes, superflue illas quæreret. Sic in Deo omnia bona tanquam in causa vniuersali eminenter sunt, quid ergo Angelos aut Seraphim appetis? Si in Deo omnes eorum virtutes ac perfectiones nobiliori ac excellentiori modo sunt, cur nec solem ipsum velis, si Deus omnium luminum pater ac origo est, vt ait Iacobus? In eo quippe omnium florum viror, solis claritas ac stellarum, cœli robur, speciositas Angelorum est. Est enim speciosior sole, ait Sapiens, & super omnem dispositionem stellarum. Luci comparatus, inuenitur prior. Si ergo Deum solum habes omnia habes, nec quicquam tibi deficere potest. Sic enim ait Aug. Qui te solum habet, & cetera nõ habet, nihil ei deficit: si autem te nõ habet, etiam si cetera habeat, nihil putet se habere. Qui ergo Deum habet, nihil amplius desiderandum in euenit. In eo quippe appetitus noster omnino quiescit, nõ de eo dicit Psaltes. Qui posuit fines tuos pacem, quonia in illis

simile.

Iacob. 1.

Sap. 7.

Aug.

Psal. 147

Tom. II.

lo sine omnes alij fines sine habet. Quo habito, omnes fines habentur. Et pax est in appetitu nostro, qui nunquam nisi in Deo quiescit, secundum illam Augustini sententiam. Fecisti nos Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniamus ad te. Nam qui hæc nõ habet negotiationem, plures negotiationes habet. Qui hunc finem nõ querit, multos fines querit. Hinc mundani in multas negotiationes diuisi sunt, diuitias, honores, dignitates, officia, beneficia, cathedras quærent. Ad quos Dominus apud Ezechiel. ait: Plures fecisti negotiationes tuas, quæ stellas cœli. Et cum vnus tantum negotium agere deberes, quod est hoc acquirendum regnum cœlorum, quod solum negotium dici potest, quod nullum patitur otium, & ad quod omnia alia negotia dirigenda sunt; plures tamen fecisti negotiationes tuas quæ stellas cœli: quonia nõ vnus queris, quod solum quæredum est.

Aug.

Ezech. 2.

Vel secundum dicam vobis imaginationem meam. Multas quærit margaritas, & tamen eum vnus inuenit, gaudet. Quod et si omnes virtutes a nobis quæredum sunt, quæ sunt margaritæ, tamen ea vna querenda est a te, qua maximè indiges. Vt si forte in alijs te benegeras, tamen ad libidinem te propensum vides, honestatè ac continentiam obnoxiam, & totis viribus pete, donec illam obtineas. Vende omnia quæ habes, nihil intactum relinquant, quoad vsq; illam consequaris. Alius qui iracundus est, patientiam quærat, qui impius misericordiam, pusillanimus magnanimitatem, superbus humilitatem, & sic de omnibus alijs, &c. Vel etiam sic dices. Nullus omnes virtutes habet in gradu heroico, curet vt in illa maximè splendeat, quæ suo magis statui congruat. Vt ex lapidibus pretiosis illum precipue quæris, quo ad tuam salutem maximè indiges. Qui oculis eger est, camæfeum quærit, debilis, adamantem, qui tristitiam afficitur, corallum, & sic de alijs. Sic quilibet illam virtutem in supremo gradu habere magis curet, quæ plus sibi conducit. Solum Christus omnes virtutes habuit in gradu heroico, & post illum sua Mater, ceteri Sancti, et si omnibus virtutibus clauerunt, sed in aliquibus maximè splenduerunt. De singulis quippe sanctis dicitur, quod non est inuentus similis illi. Quoniam et si aliqui sanctiores alijs fuerunt, tamen quidam sic se in aliquibus virtutibus extulerunt, vt alios omnes in illis superarent, propter quas dicitur de eis, quod non sit inuentus similis illi. Quæadmodum

Eccle. 4.

d. 2. forte



fortē D. Francisc. in humilitate alios excel-
luit, in pudicitia Bernardus, in animarū ze-
lo B. Dominicus. Vt Abraham in fide, Iob
in patientia, Dauid in mansuetudine, Pau-
lus in prædicatione, &c. Sic tu facere debes.
Cōiugati margaritū est amor mutuus, & mi-
sericordia in pauperes. Religiosi doctrina
pollentis, sua gēma sit cōtemplatio, studen-
tis, sapientia: sacerdotis Christus in Sacra-
mēto, qui est thesaurus absconditus, de quo
Esaï. dixit: Verē tu es Deus absconditus. Vn-
de quia sacerdos capsula tāti margariti est,
opus est vt omni munditia resplescat, &
omni bono odore flagret. &c.

*sterum simile est regnum caelorum homini ne-
gotiatori, quærenti bonas margaritas. &c. Et si
plura iā de hoc thesauro dicta sint, sed quo-
niam infinitus hic thesaurus est hominibus;
semper est aliquid quod inueniamus in eo.
Et quamuis profundus sit, & absconditus;
tamen fodiendo semper grana aliqua inue-
niuntur auri, quo plurimum thesaurus iste
abundat. Imō sicut in aurifodinis ipsæ gle-
bæ aurū sunt; sic in Euangelio Christi quod
vena quædā auri, lapidumq; pretiosorum
est, glebæ ipsæ magnæ æstimationis erunt,
iuxta illud Iob: Glebæ illius aurū. Præcipuē
quod Euangelium prædicari solet in die Iu-
cis, hoc in die S. Lucie, quæ significat lucē:
Hæc enim nobis impetrabit oculos ac lucē,
quibus thesaurum istum ac gemmas inueni-
re possumus. Lucia domina lucis confer ani-
mabus nostris oculos, quibus cernere valea-
mus thesaurum istum ac gemmas, pro qui-
bus tu, & vitam, & omnia quæ habebas de-
disti. Omnes hæc quatuor parabola: thesau-
ri, margaritarum; sagenæ missæ in mare, ho-
minis sapientis, qui noua & vetera nouit;
charitatis virtutem significare dico, in qua
totus census hominis Christiani consistit
Nam ad literam omnes hæc parabola: vt di-
ximus, loquuntur de valore Euangelicæ do-
ctrinæ, in qua præcipuē charitas hæc cō-
mendatur, quam tamen quasi thesaurum
absconditum tenemus. Quoniam nemo
scit, vtrum odio, an amore dignus sit, nec
potest quisque cum Paulo dicere. Certus
sum, quod nec mors, nec vita, nec aliqua
creatura poterit nos separare à charitate
Dei, quæ est in Christo Iesu. Hanc enim cer-
titudinem ex reuelatione habebat Paulus.
Quod si nec ipse qui habet scit, multo mi-
nus alij eum cognoscent. Nam iustus oper-
tum gerit hunc thesaurum, sub rebus quæ
mundo impertinentes videntur, nec enim*

Esaï. 45.

Alia mo-
ralitas sen-
centio.
Sap. 7.

Iob. 28.

Eccles. 9.

Rom. 8.

iudicauerunt honorem animarum sancta-
tarum: & in quibus rebus suum habeat
honorem iustus, in illis nempe quæ diuersæ
sunt à mundanis. Quemadmodum qui vi-
deret pharmacopolam ad conficiendam
tiriacam quærere viperas, scorpiones, ac cæ-
teras venenosas bestiolas, putaret illum vel
le se, vel alios veneno perimere, & tamen
fallitur: non enim quærir nisi confestionem
& antidotum conficere quo veneno medea-
tur. Sic qui videret iustos res quæ videntur
interimere quærere, qui cerneret san-
ctos martyres spontē ad martyrium prope-
rare, eremitas, labores, vigiliis, ieiunia, ac
cæteras asperitates, quibus vita consumitur
avidissimè quærere, putaret quidem illos
niti ad interficiendum se; & tamen potius
vitam in illis quærerent æternam, & viru-
lentæ serpentis mederi moribus: nam ex
illis rebus tiriaca hoc cōficitur. Et ideo non
solum tribulationes quærerent, verum &
gloriabantur in illis, sicut & Paulus dice-
bat: Non solum autem, sed & gloriamur in
tribulationibus. Scientes quoniam tribula-
tio patientiam operatur, patientia autem
probationem, probatio vero spem, spes au-
tem non confundit. Hic quiescit iustus in
spe Christiana, quæ non confundit, nec ve-
recundatur; quoniam certa sunt ea quæ spes
Christiana promittit. Nec enim est veluti
spes mundi, qui menditur, & confusus ac illu-
sos dimittit sperantes in eum. Ideo ergo
iusti & gloriantur in tribulationibus, & eas
quærunt: quoniam in illis reperiunt antido-
tum, & medicinam cōtra peccati virus. Itē
Ephes. 1. ait Paul. Non cesso gratias agens
pro vobis, memoriam agens vestræ in oratio-
nibus meis, vt det vobis spiritum sapientiæ,
reuelationis, illuminatos oculos cordis vestri
vt sciatis quæ sit spes vocationis vestræ, &
quæ diuitiæ, gloriæ, hæreditatis eius in san-
ctis. Opus habemus habere oculos illumina-
tos à Deo, sicut habuit beata Lucia; vt scia-
mus in quo sit sita Christianorum spes, &
quæ sint diuitiæ hæreditatis sanctorum,
pro quibus tot patitur iustus, & tam fidu-
cialiter eam sperat. Et quoniam qui hanc
charitatem radicam habet in corde, om-
nia propter illam spernit, nec hoc agnoscit
stultus: ideo dicitur, thesaurus absconditus.
Sed de hoc statim plura dicemus.

Sap. 50
simile.

Rom. 5.

Ephes. 1.

Genes. 13.

*sterum simile est regnum caelorum homini
negotiatori, &c. Supra diximus: Amor Dei
non est otiosus: quod hoc additamento con-
firmo. In domo Abraham cum Angeli ad
illam*

illam venerunt in figura virorum: omnes
soliciti de eorum obsequio erant. Abraham
iuit ad Saram præcipiens ei, vt accelerares
subcinericios panes, ipse iuit ad armenta &
occidit vitulum tenerimum, serui diligen-
ter omnia exequabantur, nam quidam lac-
coquebant, alij vitulum excoxiabant, alij fo-
cum incendebant, alij pedes Angelorum la-
uabant. Denique omnes charitatis officia
erga Angelos sollicitè exequabantur: quo-
niam charitas Dei non sinit otiosam esse
animam, quam inhabitat, sed operatur mag-
na, si adest. Vnde Paulus dicebat: Charitas
Christi vrget nos. Est enim veluti argentum
vium, quod nunquam quiescit, nec animā
patitur in otio viuere, sed bonis semper ope-
ribus incumbere. Vnde & Ioannes dicebat:
Qui habuerit substantiam huius mundi, &
viderit fratrem suum necesse habere, & clau-
serit viscera sua ab eo, quomodo charitas
Dei manet in illo? Ac si diceret: Si quis mi-
sericordiæ operibus non vacat, signum est
quod non habet charitatem: nam si nec fu-
mum, nec calorem sentio, quomodo intelli-
gam quod ibi sit ignis? Ex quo ego colligo
quod mundus alijs intricatur negotijs, cum
ab hoc otiosum illum videam. *Quærenti bo-
nas margaritas.* Sunt enim virtutes lapides
pretiosi, qui animam ornant, plusquam
margaritæ ac gemmæ corpus. *Inuenta autem
vna pretiosa margarita.* Cum quæreret plures
hæc vna contentus abiit. Nam hæc est cha-
ritas, quæ cum maior cæteris virtutibus sit,
(vt ait Paulus. Maior autem horum est cha-
ritas) omnes alias virtutes eminenter conti-
net, sicut causa vniuersalis particulares, &
sicut exagonum continet tritagonum, vt ait
Philosophus. Vnde. 1. Corinthi. 13. dicitur:
Charitas patiens est, benigna est, non emu-
latur, non agit perperam, id est, non est in-
constans & leuis: id enim significat dictio
Græca, perperam. Non inflatur, non est
ambitiosa, quia est humilis: non quærir quæ
sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,
non gaudet super iniquitatem, congaudet
autem veritati, omnia suffert, omnia credit.
Ecce virtutem fidei habet, credit enim om-
nia quæ credenda sunt. Omnia sperat. Ecce
virtutē spei in se includit. Omnia sustinet.
Ecce quomodo omnes virtutes in charita-
te includuntur: quoniam omnibus tanquam
domina imperat, secundum illud Sapien-
t. Vocauit ancillas suas ad arcem. *Ala torre
del omenaje.* Quoniam omnes virtutes ad
Dei obsequium deducit ac dirigit, Quære

2. Cor. 5.

1. Ioan. 3.

1. Cor. 13.

Aristo.

1. Cor. 13.

Prover. 9.

Tom. II.

sine charitate nulla apud Christianos est di-
cenda virtus, nisi largo modo loquendi: quo-
niam ipsa est forma aliarum virtutum, & fa-
cit eas esse acceptas Deo, & vitæ æternæ me-
ritorias. Baptizat virtutes alias morales, &
eas facit esse Christianas: quoniam in super-
naturalem finem eas eleuat, & ideo dicitur
eas vocare ad arcem. Est enim veluti lapis,
qui dicitur Philosophalis, per quē quidquid
aspicitur viride ac speciosum apparet. Sic
omnia opera quæ videt charitas, pulchra
sunt & meritoria, & sicut per illum lapidem
etiam stercora virides sationes apparent, sic
vniuersa delicta operit charitas. Est etiā ve-
luti lapis Alchimicus, quo quidquid tangi-
tur, etiā si cupreum sit in aurū vertitur. Aut
est charitas veluti manus Regis Mide, de
quo fingebat Poëtæ, quod quidquid mani-
bus suis tangebatur, in aurū conuertebatur. Sic
quidquid tangit charitas, aurū est. Nā quæ-
cunq; opera quantumuis minima, si ex chari-
tate fiunt, meritoria sunt vitæ æternæ, etiam
calicem aquæ frigidæ, ex charitate collatū.
participem huius meriti facit. Vnde Paul.
ait: Diligentibus Deū omnia cooperantur
in bonū. Hoc est, *Todo se les conuierte en oro.*
Quoniam charitas omnia opera tua bona fa-
cit, nisi ab illa auerteris intentione: sed quæ
ex illa oriuntur, vel ab ea imperantur, omnia
aurū ac margaritæ sunt: quoniam merentur
beatitudinē. Virtutū imperatrix est, quæ eas
tāquam ancillas vocat ad arcem, ad alta, ad
Deum cæli opera eorum dirigit, & sic om-
nes illas eminenter continet, eō quod om-
nes illi adherent, & cōuertuntur. Hoc enim
est quod Theologi dicunt, virtutes esse con-
nexas: quoniam in charitate connectuntur
omnes, in qua & includuntur, & illis illa im-
perat. Illarum enim vsum imperabit, cum
ad Dei gloriam, & honorem conueniens fue-
rit. Nam quando opus fuerit pro Dei gloria
esse fortem, & mortem fortiter oppetere,
vel patientē, liberalem, ac magnificum, &c.
Omnibus his virtutibus imperabit, & obe-
diens ei tanquam dominæ. Est igitur chari-
tas margaritum hoc inestimabile, quod om-
nes alias margaritas continet. Vnde & Pro-
verbior. 8. dicitur. Melior est fructus meus
auro, & lapide pretioso. Quare hac inuen-
ta, statim abiit, & vendit omnia quæ ha-
bet, & emit eam. Nam amor Dei plus
omnibus rebus creatis valet. Vnde Canti-
8. dicitur: Si dederit homo omnem sub-
stantiam suam pro dilectione, quasi nihil
despiciet eam. *Es como si no diese nada.* Pre-
tiosior

simile.

1. Pet. 4.

simile.

Roman. 8.

Prover. 9.

Prover. 8.

Cant. 8.



Euangelium secundum Matth.

tius est cunctis opibus, & omne desiderabile huic non valet comparari. Nec enim diuinus amor pretio aestimabilis est. Vnde B. Franciscus intelligens quantum amor Dei valeret, indignabatur contra illos, qui ob quamlibet rem amorem Dei obtendebant dicentes: Ob amorem Dei fac hoc, vel illud. Tam grandis quippe obsecratio est propter amorem Dei, ut nisi propter res grauissimas non deberet talis obsecratio fieri, quas tali obsecratione obiuratus nullus negare posset. Vnde cum ego quadam vice accessissem ad torcular cuiusdam agricolae ad petendam elemosynam musti pro meo conuentu, & dixissem ei: Ob amorem Dei fac mihi hanc elemosynam. Respondit rusticus, Ob amorem Dei, pater mi, omnem meam substantiam dabo tibi. Et libentissimè vas quod afferebam adimpleuit musto: quasi rustico illi Deus hanc amoris Dei aestimationem reuelasset, sic loquutus est. Igitur hoc quod hic dicitur, quod ille vendidit omnia quae habuit, & comparauit hanc pretiosam margaritam; hunc sensum reddit. Quod potius vita, res familiaris, ac quaecunque homo habet amittenda sunt, quam quod vnu peccatum mortale committatur, per quod amittitur charitas. Ita quod si in vno potest omnia mundi bona ponantur, & in altero vnu peccatum mortale, omnia alia potius sunt amittenda, quam quod vnum mortale peccatum committatur. Vbi ergo illi sunt audacissimi homines peccatores, qui ob rem nihili millia peccata mortalia committunt: Vt vna acquiras cathedram, quae nec per vnum mensem tibi potest alimenta praebere, millies Deus mortaliter offenditur, vnus dando, alter accipiendo, alius peierando, nonnulli indignum, vel minus dignum eligendo. Nec mihi dicas, id te facere ad redimendam tuam vexationem: quoniam hoc non habet locum, nisi quando à iustitia quae iam tua est, iniuste ac violenter te impediunt alij. Nunc autem non id contigit: quoniam nec tantam habes iustitiam quantam tu putas, nec habet locum vexationis redemptio, nisi cum à possessione rei, cuius iam acquisiisti ius, contra ius impedis, vel tibi obstarent, ne te cathedrae opponeres ad quod habes ius. Quare subornare suffragia non est congruum medium ad lucranda cathedram, quoniam peccatum est: peccatum autem ad nullam rem potest esse medium, nisi ad detrudendum hominem in infernum. Quocirca postquam negotium aliquod consulueris, si nullum aliud medium inueneris, nisi cum

peccato, existimare debes te nullum inuenisse medium: iuxta illam celebrem D. Augusti sententiam, qua dicit. Nullum medium te inuenisse dixeris, cum ad id peruentum fuerit, quod sine peccato fieri non potest. Quid ergo facies? Deo negotium tuum commenda, in manibus eius relinque illud; fides, quoniam quod tibi expedierit faciet. Nam ex eo quod illi credidisti rem tuam, ipse ubi minus cogitaueris faciet. Sed homines nihil illi credimus, omnia nos existimamus posse, & ideo etiam medijs quae peccata sunt, negotia nostra tractamus, quare terribilissimos fines solent habere.

Tertia parabola etiam de charitate intelligitur, quae est sagenae. Red varredera, quae omnes homines irretire ac circumligare vellet. Qui si ante quam rete hoc intrauerint, peccatores fuerint, post ingressum esse non possunt: quoniam charitas operit multitudinem peccatorum, nec simul cum illa potest peccatum mortale stare. Sed aduertendum, nos per baptismum in hanc sagenam intrare, in quo regulariter haec virtutes Theologiae, fides, & spes, & charitas, nobis infunduntur. Dico regulariter, propter adultum, qui in peccato mortali baptizatur, sed quia regulariter paruulis datur, qui non ponunt obicem, & regulariter adulti qui baptismum recipiunt recte dispositi sunt, ideo dicimus quod in baptismo in hoc charitatis rete ligamur. Caeterum sicut pisces postquam rete intrauerunt, ipsi se mutuo ictibus caudarum ac motibus corporis feriunt, & corrumpunt, sic Christiani postquam charitatem adepti sunt, mutuis odijs, & simultatibus, se ipsos & illam perdunt atque corrumpunt. Quare proiciuntur foras ab ea, quando electio bonorum per Angelos fieri, ut hic Dominus dicit. Est ergo sagenae haec charitas qua ligantur homines Christiani inter se, sic enim Dominus per Oseam dicit. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Quapropter Paulus charitatem vinculum vocat perfectionis: quoniam nos ligat vltimo fini, in quo perfectio nostra consistit. Tunc enim lapis melius habebit, cum ligatus fuerit centro, quam si eum dimittas liberum, ut ad illud praecipit vadat confringendo se per aërem, & per reliqua impedimenta, in quibus offendendo confringit. Quinimodò retia haec, ac vincula diuini amoris expedientior faciunt hominem ad currendum in via Dei: quoniam illud ab alijs impedimentis expedit: vnde liberi ad Deum properat: quod Esai.

Ang.

1. Pet. 4.

simile.

Ose. 11.

Colos. 3.

cap.

Esai. 54. c. 45. dixerat. Vincit manibus pergunt. His copedibus, & vinculis celerius properabunt ad Deum: quoniam tali vincula, alia potius sunt, quibus aduolent ad Deum. Illos enim à retibus mundi soluit charitas, & ab eius liberat curis, quibus irretiti tenebantur, ut sic sine illo impedimento ad Deum velocius aequis pergant. Igitur amoris vincula ac retia, alia sunt quibus ad Deum volare debemus, sed intra ipsum rete, ad ea quae in Dei cultum, ac obsequium fuerunt: quoniam charitas omnia propter Deum facit, quemadmodum & Seraphin illi, qui ante thronum Dei volabant amoris alis. Nam ad alia solum quae non sunt Dei, eos rete ligatos tenet.

Esai. 6.

Can. 7.

simile.

Luc. 11.

Quarta etiam ac vltima parabola in idem tendit. Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est patrifamilias, qui profert de thesauris suis noua & vetera. Nam praecipit de dilectione Dei & proximi, vetus & nouum est. Verus quia à lege naturae dimanauit: nouum, quia Christus illud singulariter docuit, ut non solum naturali dilectione Deum diligere remus, verum & supernaturali & diuina, quae dicitur charitas, nempe diligere proximum in ordine ad finem supernaturalem. Vnde & sponsa dicebat: Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. Pomum vetus est amor naturalis, quae ipsa naturalis lux docet: nouum, supernaturale & diuinum: quod non ita recte intelligebatur, quoad vsque; Christus Dominus nos docuit, quomodo deberem Deum diligere, non solum in quantum est author naturae, verum etiam in quantum est author gratiae, & gloriae, à quo speramus eam adipisci: & proximum etiam sic deberem diligere, in ordine ad istum altior finem. Vel dicitur nouum, ab effectu: quia animam renouat ac purificat, sicut ignis id quod per illum transit. Est enim charitas caminus ignis, in crisol, qui animas renouat ac probat, ad suam puritatem reducit. Quare Christus hoc praecipit suum dicit, eo quod ille renouauit, explicuit, atque in hunc supernaturalem modum amandi Deum euexit. Hic est igitur totus Christianorum census atque thesaurus, pro quo homo omnia bona sua relinquere debet, ut beata Lucia fecit, in cuius solemnitate hoc Euangelium legitur. Quae & vitam, & censum, & rem familiarem pro hoc Dei amore commutauit. Quare ipsa Lucia dixit matri suae. Quod mihi debebas dare eunti ad hominem corruptorem, da mihi ut id pro Deo incorrupto dispensem. Et cum propterea à sponso suo, coram praefecto, tanquam

Christiana duceretur, & praeses eam ad sacrificia demonum hortaretur, respondit. Ego per tres annos non cessavi sacrificare Deo viuo quicquid habui, modò quia nihil super est, me ipsam offero. Faciat quod voluerit de hostia sua. Tunc Paschasius Praefectus, ista inquit, Christiano homini inculcanda sunt, mihi autem qui principum praescepta custodio, haec frustra prosequeris. Respondit virgo: Tu Principum leges attendis, ego Legem Dei attendo. Tu illos times, ego Deum: Tu illis placere desideras, ego Deo. Tu igitur fac quod tibi necesse est, ipsa agam quod vtile mihi cognosco. Et plura alia miranda quae coram Praefecto respondit.

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. Hic considerare oportet admirabilem Dei sapientiam, artificiosumque modum ad se homines trahendi. Per ea enim quae homines appetunt, eos ad se trahere nititur. Erant homines auari; pecuniarum ac gemmarum auidissimi inquisitores, nuptiarum, conuiuiorum, ac reliquarum voluptatum amatorum: & ut eos suis caperet laqueis, his nominibus regnum suum nominare solet. Quid vis homo: conuiuia esse, comedere, cenare, inebriare? Scito quod regnum caelorum est prandium & cena: est comestio, est bibitio, & quidquid appetere volueris: nam omnibus his rebus regnum caelorum comparatur. Voluptates nuptiarum appeti? Regnum caelorum comparatur nuptijs. Thesaurus desideras ac gemas? Regnum caelorum comparatur thesauro, & margaritis optimis. Hoc artificio ad se traxit mulierem illam Samaritanam, quae cum sitiret, ad hauriendum aquam de fonte pergebat, & dixit illi: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo, & daret tibi aquam vivam. Hanc enim mulier illa tunc appetebat. Si ergo thesauros appetis, simile est regnum caelorum thesauro: si amicus es rerum pretiosarum & negotiorum, & manus semper inter argentum ac aurum trahere? simile est regnum caelorum homini negotiatori quarenti bonas margaritas. Sciedum, quod anima etiam habet suas cupiditates, ac desideria sicut corpus. Habet enim suam auaritiam, ac cupiditatem rerum quae sibi propriae sunt. Incredible dictu est, quanta auiditate intellectus desideret veritates agnoscere, scire ac intelligere res nouas, & altissimas veritates. Voluntas etiam vellet semper habere praesens aliquod bonum, vel pulchritudinem, quam amaret, cuperet, ac in ea actionem istam

Alia morali sermo concio.

Ioan. 4.



amandi exerceret. Et sic possumus intelligere illud dictum Sapientis, Eccles. cap. 1. Nō satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Acutissimus ille oculus animæ tantæ perspicaciæ, ac roboris, qualis est intellectus, non satiatur visu: semper enim intelligere gaudet, atq; scire veritates sibi absconditas, & occultas. Voluntas etiam (quæ velut auris est, quæ intellectum auscultat) nihil enim amat, nisi quod intellectus ad aurem ei loquitur, cum nihil sit volitum nisi sit præ cognitum, nunquam satiatur aurem accommodare intellectui, vt ei proponat bona quæ amat, ne otiosa sit, nec enim potest. Hæ duæ potentia sunt illæ duæ filia sanguifugæ, de quibus Sapiens ait: Sanguifugæ duæ sunt filia, dicentes, Affer affer. Anima humana, quæ hæc sanguifuga est, quæ acutissimè ac sensim creaturarum cognitionem suggit, has duas habet filias, nimirum has duas potentias, intellectum, & voluntatem, quæ in essentia animæ radicanitur, quæ semper animam sollicitant, & quadam audivitate premunt, dicentes, Affer affer. Da mihi plures veritates, quas sciam ac intelligam, ostende mihi bona quæ amem, doce me plura quæ intelligam, propone mihi alia quæ diligam. Quæ insatiabilis cupiditas in eis ortum habet à sua ipsarum natura. Sunt enim ambæ potentia rerum infinitarum capaces. Nam obiectum quod dicimus intellectus, non est res quædam singularis: nam singularia sensus ipsi capiunt, sed est res quædam vniuersalis, ac communis à rebus ipsis singularibus abstracta, quæ non est limitata ad hic & nunc, sicut res singularis, sed omnino illimitata ab his quæ eam contrahere possunt abstrahens, ex quo certam infinitatem, ac illimitationem sortitur. Idem de voluntate dices, cuius obiectum nō est hoc aut illud bonum, sed bonum in communi ad nullam materiam limitatum, aut contractum. Et quia hoc bonum sic infinitum ac vniuersale solus Deus est, hinc est, quod nunquam hæ duæ potentia, intellectus, & voluntas quietantur, nisi intelligendo, aut amando Deum. Hoc appetitu ac cupiditate sciendi diabolus primos parentes seduxit dicēsis: Eritis sicut dii sciētes bonum & malum. Vt ergo hūc hominis appetitum satiaret Deus, contulit ei hūc thesaurum, has gemas, has inestimabiles margaritas, quæ sunt virtutes Christianæ à Deo infusæ, scilicet: fides, spes, charitas, quæ regnū cœlorum dicuntur: quonia illæ sunt capitale nostrum ac celsus, quo negotium regni cœlorum agimus, &

Prov. 30.

Gen. 3.

quia sunt virtutes quas nō possumus viribus nostris acquirere, sicut ceteras morales, sed sunt à cœlo aduētitiæ, per se infusæ à Deo, & quibus altiori ac diuiniore modo se nobis comunicat Deus, quæ per naturalia. Nam licet Deus author sit vtriusq; ordinis, tã naturalis, quã supernaturalis: similis tñ se nobis comunicat Deus per has virtutes, quæ per lumen naturale: nã hoc deriuatur à Deo tãquã ab authore naturæ, illæ tanquã ab authore gratiæ, & gloriæ. Et quia gloria consistit in summa cōmunicatione ipsius diuinæ naturæ, hinc est quod virtutes istæ, quibus hanc cōmunicationem acquirimus, debent esse eiusdem ordinis, vt media proportionentur fini. Quare per eas se nobis comunicat altissimo modo. Sunt em deriuationes quædam diuinæ naturæ, quibus eius cōfortes efficimur, vt d. Pet. docet dicens: Per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt diuinæ simus cōfortes naturæ. Sicut Rex aliter se comunicat popularibus, aliter primoribus ac amicis, illis à lōgè se ostendit notitiã quandã cōmunem sui ipsius ostendens illis, manū festas eis aliquãdò vultu suū, & nōnulli velo opertū. Amicis verò ac purpuratis familiaribus, familiaris eū illis tractādo, humaniūs cōfabulādo, se ipsum, ingeniū, diuitias, ac delicias eis cōmunicādo. Sic Deus vno modo in naturalibus se nobis comunicat, aliter in supernaturalibus. Primo modo generalē quandã notitiã nobis manifestauit, per quã intelligimus vnum Deū, vnum primū principium omniu rerū. Amor etiã naturalis nō plus ascendit, quã sit hæc cognitio. In supernaturalibus autē maiora mysteria nobis reuelat, arcanorū suorū nos facit participes; introducit nos in cellaria sua, ibique nobis præbet vbera sua, hoc est, secretiora sui amoris arca, ibique in nobis ordinat charitatē infundens eā desuper. Igitur hac ratione hæ virtutes Christianæ dicuntur thesaurus: quonia per illas Deus incipit nras implere cupiditates, appetituiq; intellectus ac volūtatis satisfacere, qui summa auaritia appetit rebus suis adimpleri. Nec enim intellectui sufficit ea quæ Aristoteles cognouit scire, nēpe cœlorum motus, qualitates astrorū, generationem mineraliū, definitionē tēporis ac motus, eternitatē primi motoris: pauca hæc sibi videntur. Vt ergo plus satisfaciatur illi, infundit illi fidem, quæ notitiã rerū supernaturalium præbet, quæ illum beatum efficere debent, quatenus hac notitiã plura intelligat, quàm quæ lumine naturali intelligebat, atque

2. Pet. 1.

simile

Cant. 1.

atque hoc thesauro in hac vita incipiat satiare insatiabilem appetitum sciendi. Ecce magnum thesaurum, auare intellectus, adimplere illo, satiare, famem tuam sciendi extingue: nam hac notitiã plura intelliges, quæ quæ lumine naturæ de totis viribus percipere poteris. Voluntas itidem, quæ est alterum os animæ etiam insatiabile, quid vis? Amare, concupiscere bonum? Ecce tibi infunditur charitas, qua altissimo modo possis amare summum bonum, omnem pulchritudinem, omnemque voluptatem. Deniq; quidquid desiderari & amari potest. Quod si quietis impatiens es (nec enim voluntas otiosa poterit esse) dabo tibi comitem spiritum, quæ te ad cœlestia inquietudine quadam excitet, semperq; ebulliens ad hūc thesaurum te faciat salire. Ecce quomodo thesaurus iste sunt virtutes Theologales. Sed ex his tribus virtutibus maior est charitas, vt Paulus docet: quonia immediatius attingit Deum. Fides enim credit Deo tanquã primæ veritati reuelanti se per Ecclesiam: itaq; credit rebus reuelatis à Deo per Ecclesiam suam. Spes autē quærit Deum sibi, speratq; in eo in quantum est principium bonorum, quæ sibi à Deo proueniunt: quare non ita immediatè hæ duæ virtutes tangunt Deum. Charitas autem fertur in Deum ipsum immediatè, prout est in se. Omnes quidem tres virtutes tangunt Deū: quonia habent illum pro obiecto, quare omnes scopum attingunt, sed charitas medium scopum affixit. Aliæ quippè virtutes quasi per latus illi adherent: quonia fides sub ratione primæ veritatis: spes sub ratione boni ardui beatantis nos, in illum feruntur: charitas secundum se ipsam, illum tanquã integrum bonum suum amat. Est enim inter reliquas virtutes sicut aquila, quæ Solem ipsum, in se ipso, indeficientibus oculis intuetur. Quare dicitur charitas vinculum perfectionis: quonia perfectè vnit animam Deo. Vnde qui charitatem habet, integrum thesaurum habet. Sic enim ait Paulus: Quod plenitudo legis est dilectio. Dicitur autem charitas thesaurus absconditus: quonia virtus est supernaturalis, ad quam nostræ vires naturales non pertingunt, atq; in secretissimo loco animæ nostræ sedem habet, hoc est, in corde. Vnde Iob dicit: Quis est locus sapientiæ, aut quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuientium, volucres quoque cœli latet. Quonia nec Angeli hoc arcantum penetrant, solus enim Deus scit quis

1. Cor. 13.

Colos. 3.

Rom. 13.

Iob. 28.

habet hunc thesaurum in corde. In agro. Hic ager est corpus, vbi anima in qua est iste thesaurus, delitescit, ager spinis obsitus, in quo conseruari thesaurus iste absque Dei gratia minimè poterit. Vel dicitur thesaurus iste absconditus in agro: quonia effectus charitatis forsitan iam non inueniuntur, in vrbibus aut in plateis, aut in domibus Regum, sed in agro vbi agricolæ sunt. Quonia plus eleemosynarum largiuntur ex his quæ in sudore vultus sui colligunt, quàm proceres ac diuites mundi. Quem qui inuenit homo. Inuentus dicitur, quia opera sine charitate & gratia non dicuntur quærere hunc thesaurum, quia non merentur illum. Sunt enim opera sine luce, & absq; luce nequit hic thesaurus quæri, nec inueniri. Quis enim in tenebris, dragma perditum quærit. Mulier illa prudens, quæ perdidit dragma vnum, lucernam accendit, vt quæreret illud. Hæc autē lucerna gratia Dei est, ac charitas, sine qua nō potest Deus meritoriè quæri. Quare prima gratia gratis cōfertur, & quali casu eam adinuenit homo in agro suo. Gratia ergo facit nos inuenire dragma hoc, in quo est imago Dei, quæ est charitas, quæ vultu nostrum reddit simillimum Deo, vt simus secundum gratiam imago eius. Nam dilectus dicitur candidus & rubicundus, quia calore charitatis rubescit: sic anima hoc calore rubicunda, imaginem ac vultum Sponsi refert. Vnde David amicus Dei rufus erat, & in genis rubicundus. Hoc colore cognoscuntur amici Dei. Quare ad Spōsam dicitur: Genæ tuæ sicut turturis, quæ auis amorem refert: seruat enim suo coniugi amorē indiuiduum, ita vt semper illum gemat, nec alteri copuletur. In genis ergo cognoscuntur amici Dei, nam si charitate rubent, ipsi sunt. Quare de charitate dicitur quod amicos Dei cōstituit. Vnde (vt docet Gregor. super. 1. lib. Regum) sicut nunquam dicis cognoscere hominem, nisi faciē eius aspexeris, sic nec Deus amicos agnoscit, nisi in faciē, quæ est charitas. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Quocirca fatuis virginibus, quæ oleo charitatis carebant, dicitur: Nescio vos. Idem respondetur in die iudicij his qui opera misericordiæ non exercuerunt. Sicut cortex malipunici ita genæ tuæ. Nam malumpunicum purpureis granis rubescit, quæ miro ordine cōposita mutuo sibi succum comunicant. Quod & charitas in anima facit. Nam & Sponsa dicit ordinasse in ea Sponsam charitatē. Quem vultu d. 5 delide-

Luc. 15.

Cant. 5.

1. Reg. 16.

Cant. 1.

Sap. 7.

Gregor.

Sap. 7.

Matth. 15.

Cant. 4.

Cant. 2.



desiderat Sponsus videre, cum dicit: Ostende mihi faciem tuam. Igitur facies qua Deus suos agnoscit, charitas est. Eadem ergo facie poterat ego dignoscere Christi amicos: nam & ipse dixit: In hoc cognoscent quod mei estis discipuli, si charitatem adinvicem habueritis. Si ergo in te hanc charitatem non videro, non te dicam Deo amicum. Sed dices: Quomodo eam videre poteris, quae occulta est? Bene. Sed signa sua ac affectus habet: sicut absconditum ignem per fumum cognosco. Ieiunas frater? Bene habet. Non vitupero. Vigilas, laboras, media nocte surgis ad matutinashoras, in iubilos raperis? Bona haec omnia sunt. Inuideo talibus operibus certe. Nihilominus non propter haec opera te amicum Dei iudicabo, nec agnoscam. Nec enim haec faciem amicorum Dei reddunt, sed fucus aliquando esse solet. Sed si diligis proximum tuum, sicut teipsum in Deo, misero compateris, tristitia alterius te afficit, prouides egeno, cum vales; haec signa dilectionis sunt. Faciem Sponsi referunt, iam te amicum eius agnosco. Sed pro dolor. Video te crudelem, impium, truculentum, saeuum in proximos, odio plenum, qui nec micam pauperi Lazaro tribuis, fragilesque rationes quaeris, ut te excuses ab elemosynis elargiendis. Tereuntij non aestimo quidquid aliud egeris, si haec non facies. Non ibi Caesaris figuram cerno, non ibi Christi mei imaginem video, non haec facies eius est: absque charitate, absque pietate, absque misericordia, caetera omnia hypocritis sunt. Si enim cum Paulo infirmareris cum infirmo, vtereris cum pusillo, si mala proximi, ut tua reputaueris, nec sumptui ob proximi necessitates parceres, nec quidquam aliud plus in animo haberes, quam pauperum necessitatibus deseruire: iam te tanquam filium, & amicum Dei amplexarer. Veni, mi frater, deosculabor te: quia faciem tuam sicut faciem Christi mei considero, cuius imaginem geris, cuius figuram reddis, cuius pretiosissima vnguenta redoles. Caeterum si nil aliud in te video, quam similitudines quasdam fictas ostendere virtutis, nec aliud quam visibilem apparentiam virtutis velle hominibus dare: sicut virgines fatuae, quae solum id quod videbatur, in lampadibus ferebant, ut strepitum quendam nimiae sanctitatis facias. *Y sea mas el ruido que las nueces.* Fictitium Christianum, hypocritis fermento compositum te praedicabo, non tamen verum ac solidum Euangelij sectatorem. Audi Pau-

2. Cor. 11.

Matth. 25

1. Cor. 13.

lum vociferantem, ac dicentem, etiam si velut Angelus Dei praedicet, aut oret, aut loquatur, si se velut alter Laurentius in craticula ferrea vradum praebat, & alia quantumuis heroica opera faciat: si tamen charitatem non habuerit, nil sibi caetera omnia prodesse. Hoc ergo dragma, in quo est imago Dei, quod est charitas, non industria humana, sed ex gratia ac infusione diuina habetur. O bone Iesu, charitatis ac pietatis amator, hanc quaeso fidelibus tuis infunde: iam enim essulam ac perditam eam video, omnia impietate ac saeuitia plena considero, sicut cum tu Deus vltionum praedicabar. Nunc quia iam hispida manus Esau reprobasti, graues manus Moyfi proiecisti, & cum manibus mollibus Iacob factus homo ad nos descendisti. Manus enim tuae tornatiles (ait Spofa) plenae hyacinthis, qui hilaritate referunt, ac caelestem manifestant letitiam, atque cum mansuetudine ac humanitate nobiscum conuersatus es: reduc eam ad nos, o bone Iesu. O Christiana pietas, o margarita pretiosa, o thesaurus absconditus, ac infinitus, sine quo mundum egentem video, quo vadis? Quo fugis? In nos mane, ut & nos in Deo maneamus, & ipse in nobis. Qui ergo hunc thesaurum inuenit, abscondit: quoniam non in lingua solum, sed intus in corde absconditum gestat, secundum illud Pauli: In charitate radicati & fundati. *Et pra gaudio illius vadit.* Nam gaudium effectus est charitatis: gaudet enim amans de bonis amici, quae cum tanta sint in Deo, magna in eo copiam gaudiorum habet amans. Gaudet etiam amor ex hoc quod secum habet amicum: qui autem habet charitatem, in Deo manet, & Deus in eo. Quare semper gaudet qui Deum amat: quae gaudia usque in aeternitatem continentur, & ibi confirmata in aeternum manent. Sed quoniam Diuus Hieronymus vult hunc thesaurum esse Christum: aduerte quod ideo dicitur thesaurus absconditus: quia in eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei absconditi. Vnde quando inter homines conuersabatur, dixit eis: Regnum Dei intra vos est. Quare ab homine tam diuite, qui tot habet thesauros, non minima haec temporalia petere debemus, sed aeterna: nam praeter Deum omnia egestates sunt, sicut ait Augustinus: Omnis copia quae Deus meus non est, egestas mihi est. Vnde Ezech. c. 4. praecipit Deus, ut ciuitatem Hierusalem in latere describeret: ut nos doceret quod fortiora & ditiora huiusmundi, nil aliud quam terra

Exod. 17

Cant. 5

Ephes. 3

1. Ioan. 4

Hieron.

Colos. 2

Luc. 17

August.

Ezech. 4

terra

simile. terra cocta, sicut lateres sunt. Sunt enim sicut Bobiles, hoc est, sicut serici vermes, qui postquam sericam domum fabricauerunt, in ea moriuntur. Sic isti in delicijs suis, quas magna industria parauerunt, pereunt, & quod sibi putant esse in salutem, in exitium corporis, & animae cedit. *Abscondito.* Quia erat diuinitas abscondita. Vnde & dixit Esai. Verè tu es Deus absconditus. Ibi abscondita est fortitudo eius. Et titulus Psal. 9. est: Pro occultis filij. Et ad Corint. Nos praedicamus sapientiam in mysterio absconditam. Secundò dicitur absconditus, quia nos abscondimus illum: sicut quando Luna eclipsatur: quia interponitur terra inter Solem & ipsam, non recipit lumen à Sole. Sic anima quae à Christo vero Sole iustitiae illuminari deberet, cum terrenas curas interponit inter se, & Deum, & sub illis se abscondit ac operitur: obscura vt Luna eclipsata remanet. Obscuratum habentes intellectu. *Quem qui inuenit homo.* Peccator qui per poenitentiam hunc thesaurum quem amiserat, inuenit, valde gaudet, & quia virtutes etiam adinuenit, quae secum gaudia adferre solent. Econtra peccatores tristes ac trepidi incedunt interius: quia secum ferunt mortem. Vnde Ambrosius dicit: Iustus est gloria sui ipsius, & peccator poena sui ipsius. Et Hierony. ait: Quot sunt crimina, tot sunt animorum tormenta. Sunt enim peccata veluti furiae illae infernales, quas poeta fingebat, quae sunt vermis conscientiae, qui semper eorum corda exedit, atque corrodit. Quod si iusti tribulationes in hac vita patiantur, ideo id est, quia per illas vult eos Deus ad istum thesaurum reducere: nam Ezech. 42. vidit templum, ad quod duxit eum Deus per viam Aquilonis: quia ad templum Dei per Aquilonem ventum, qui vehementior est, ac tepestates maiores excitat, nos ducit Deus. Septuaginta addunt: Oriens duxit nos ad Orientem. Id est, Christus, cuius nomen Oriens est (in quibus visitauit nos Oriens ex alto) duxit nos ad seipsum. Nam Ionatas Chaldeus vbi est, Oriens, ponit Messias. *Abijt.* A quo abijt, & ad quem? Nam omnis motus habet duos terminos, à quo, & ad quem. Abijt ergo à seipso ad Christum, à culpa ad gratiam, vt fiat vnus cum Christo. Abijt à mundo, vbi fallaciae sunt gaudia, ad Christum, vbi vera sunt. Vnde David fugiendo vicit filium suum Absalon, & Psalmum cecinit, cui titulum perscripsit, sic habentem: Psalmus David, pro victoria, cum fugeret à facie filij sui Absalon. Victoriã

Esai. 45

Abac. 3

1. Cor. 2

simile.

Ephes. 4

Ambros.

Hierony.

Ezech. 42

Zach. 6

Luc. 2

2. Reg. 15

vsq; 18

Psal. 3

vocat fugam, cum tamen fugere sit eorum, qui victi sunt: quoniam in hac pugna iustum cum mundo & occasionibus peccandi, illustrissima victoria est fugere. Nam Absalon est noster appetitus, qui se contra rationis imperium rebellat, sic fugere ab eius concupiscentijs & occasionibus, optima victoria est. Sic docet Chryso. super hunc Psalm. Et Hieronymus in vna Epistola ait: Fugere in hac parte, est vincere. Hedera (secundum Doctores) hanc habet proprietatem, quod si ex ea fit vas & vinum infundis in eo, statim consumitur. Si autem aquam mittas, conseruatur. Quod si vinum simul & aquam infundis, vinum consumitur, & aqua conseruatur. Hoc vas mundus est, qui omnes voluptates cito consumit, & euanescere facit. Voluptas quippe per vinum significatur: aquam autem, hoc est labores conseruat. Fuge ergo à mundo, à diabolo, & à teipso, & appropinqua ad Christum. *Vendit omnia quae habuit.* Omnia potes relinquere retinendo, ait Gregorius. Absque hoc quod distrahas rem tuam, relinquendo appetitum diuitiarum, sufficit ad hoc, vt tendas ad Regnum caelorum. Si diuitiae nos detinet, ne quaeramus hunc thesaurum: tunc docemur eas vendere, cum id impedimentum non praestant. Quare vendere omnia, est non solum illicita dimittere, verumeriam quaecumque impedimenta Regni caelorum relinquere. Sunt enim diuites veluti alearum ludus, quorum numerus maior in thesauro est, sex, & sub illo est minimus numerus, scilicet, vnus: sic diuites exterius magni apparent, cum tamen sub illo numero seruulorum, ac equorum multa vilia facta lateant, nempe ysurarum, ac mendaciorum, & alia vilissima flagitia, quae pauperes committere non auderent. Et hi comedunt filios suos, hoc est, id quod illis deberet prouenire. Vendere ergo diuitias suas, est appetitum ab eis distrahere. Sed dices: Ego non habeo quid vendam. Si non habes (ait Chryso.) eme pretium gemitu. Da voluntatem tuam pro eo, & omnia dedisti. Ager huius thesauri fuit corpus Christi, quod opus fuit aatro crucis & vomere, & lancea profcindere, vt inde thesaurus sic emanaret. Aduertendum in his parabolis, quae in hoc capite scriptae sunt, diuersos status Ecclesiae esse designatos. In prioribus enim parabolis Regnum caelorum assimilatur semini, hoc est, quod Ecclesia in suis principijs constituta malos habuit cum bonis admixtos. Tum ex indispositione auditorum, tum ex superfer-

Chryso.

Hierony.

simile.

simile.

Chryso.

minatis



minatis à diabolo zizanijs. In hac autem parabola, quãdò Ecclesia iam prouecta est, malos habet mixtos bonis, tanquã captos simul cum bonis. Nam pessimi Christiani, quia coactè legi subsunt, & uellent non habere legem prohibentem quã uolunt, quasi captos se esse existimant. Innumerabilis est multitudo hominum, qui Baptismo in infantia, aut timore suscepto, tanquã captos se tenent inter Christianos: ita quod si essent omninò liberi, taliter quod absq; dedecore aut periculo uitæ possent exire, non expectarent Angelos, qui eos separent à bonis piscibus, sed ipsi uoluntariè exirent à sagena. Et licet sagena hæc, id est, Ecclesia, malos etiam capiat: tamen quia capit bonos propter quos omnia (ut ait Paulus) hæc electorum multitudo, quæ in ea capiuntur, laudabilem hanc sagena reddunt. Melius quippè est quosdam electos sic saluari, cum admixtione malorum, quã nullum capere. Comparatur autem Ecclesia in uita sagenæ congreganti ex genere piscium: quoniam in hac uita permixti sunt boni cum malis. Vnde in Cant. dicitur: Nigra sum, sed formosa. Ac si diceret Ecclesia: Si me in peccatoribus, qui carnis corruptioni inferunt, consideratis, nigra uidebor & deformis. Caterum si ex alia parte, qua in me sunt iusti, contemplat, formosam me ac pulcherrimam inuenietis. Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nam Ismaelis, qui ibi dicitur Cedar, tentoria, cù imbribus cœli paterent, nigra & deformia erant: sic mali qui huius mundi tempestatibus patent. Tamen pelles Salomonis, *multas zebellinas*, sunt iusti, qui & cãdore mūditiæ fulgent, & charitatis calore flagrant. Vnde & alibi Sponsus de ea dicit. Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens. Auroræ tempus, nec omninò lucidum est, nec totaliter tenebris caret, nec omninò frigiditatem noctis retinet, nec tamen adhuc Solis ardore calet. Sic Ecclesia, in malis obscura & frigida, in bonis clara, & calida apparet. Vnde & dicitur: Pulchra ut Luna, quam modò plenam, modò uacuum uidebis. Quoniam Ecclesia in bonis plena claritate, atq; pulchra uidetur, sed nõ omninò perfecta: quia in multis offendimus omnes. In malis uero uacua à lumine est, & obscura, nec tamen omninò: quoniam etiam peccatores aliquandò fidei luce perfunduntur. Vide Commentaria nostra super Psalm. 118. fol. 33. Sed quid sibi uult hæc interrogatio: *Intellexistis hæc omnia?* Certe id non in-

2. Tim. 2.

Cant. 2.

Cant. 6.

simile.

Iacob. 3.

terrogat Dominus, quasi ignorans, sed ut ex eorum responsione commodam haberet opportunitatē eos docendi, quæ intelligerent reponere in fideli thesauro memoriæ, quò alijs aliquandò possint depromere. Vnde & subdit aliam parabolam, qua hæc docet. Ait enim. *Ideo omnis scriba doctus in Regno cœlorum, similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo nona & vetera.* Hoc est dicere. Ideo quia hæc intelligitis, scitote, q̄ qui doctus in sacris literis, & in Ecclesia est, debet in abundantia multa proferre, quæ omnibus uilia, atque accommodata sint, pro diuersitate cuiusque appetitus, ac gustus, quatenus istis recentia, illis uetera proponat, pro diuersitate affectuum illorum. Hoc enim ad literam significatur per noua & uetera, quæ profert paterfamilias, cui assimilatur doctor Euangelicus: sicut & Cant. 7. dum Sponsa dicit suo Sponso: Omnia poma noua & uetera, dilecte mi, seruauit tibi; ad literam significatur abundantia, qua cuius appetitui satisfaciatur. Hæc autem similitudo in hoc consistit. Quod quemadmodum paterfamilias diues simul & liberalis, ex abundantia diuitiarum suarum, cum opus est, profert noua & uetera, hoc est res varias diuersorum generum: ita uerus Euangelicus doctor è corde diuite spiritualium opum, debet in tempore suo proferre sermonem uariū diuersis ingenijs accommodum: quoniam non eadem omnibus mādanda sunt, nunc apertè, nunc in Parabolis loquendo: sicut diuus Gregor. in pastoralis docet, & Christus Dominus suo exemplo docuit. Dicitur autem prædicator Euangelicus Scriba, nõ à scribendo, sed potius à Scripturarum sanctarum intelligentia, & enarratione, ut nos supra capite. 2. & 1. explicuimus. Additur autem doctus in Regno cœlorum, hoc est, in noua lege, ad differentiam scribarum, quos habuerunt Iudæi, qui tantum uetera ex ueteribus proferre poterunt, ut intelligatur perfectior doctrina requiri à scriba Euangelico. Vnde per noua & uetera, nouum & uetus Testamentum intelligi potest, eò q̄ Euangelicus doctor, & ex ueteris Testamenti literis uetera: & ex Euangelica Philosophia debet depromere noua. Nam sicut homo diues diuersas habet vestes in suo uestuario repositas, ex quibus aliæ olim in usu fuerunt, aliæ modò in usu sunt: sic homo doctus, & Testamentum uetus & nouum scire debet, illud quod olim in usu fuit, hoc quod modò in usu est. Sicut Christus Dñs ex quinque panibus & duobus piscibus

Cant. 7.

Gregor.

simile.

Ioa. 6.

nos saturauit: quoniam ex quinque libris Moyse, cū dulcedine nouæ legis, significata per piscium dulcedinem, animas nostras refecit. Nam lex noua est complementum & saturitas antiquæ. Obseruandum autem, hunc scribam, non comparari patrifamilias, qui proferre potest, sed qui profert: ut intelligatur, Euangelico scribæ non satis esse debere quod cor habeat plenum spiritali eruditione, sed ex ea plenitudine alijs esse proferendum: nam Regnum cœlorum non in habitu, sed in actu consistit.

Et factum est cum consummasset Iesus parabolis istas, transiit inde, & ueniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum: ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic sapientia hæc, & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas. Et sorores eius omnes, nonne apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Patriam suam hic uocat Nazareth, sicut Lucas. c. 4. explicuit. Mirabantur quidem rectè, animo attentè considerantes, quomodò uir ille qui fabri filius erat, & tam pauperes haberet cõsanguineos, quem nunquam uiderant operam literis nauasse, tantam haberet Scripturarum scientiam, tot & tam mira ualere, patrare miracula: colligentes ex hoc id non posse fieri, nisi diuina quadam & maxima uirtute. Vnde Lucas dicit cap. 4. Quod omnes testimonium illi dabant, & mirabantur de uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. Omnes quippè intelligebat, ea quæ dicebat rectè dicere, optimeq; explanare sacras Scripturas; sed aliqui id conuertebant in bonum, diuinam in eo admirantes uirtutem, uidentes gratiam in labijs eius diffusam esse; alij uero contempui illum habebant, scientes illum ex fabro genitum, ut ipsi existimabāt, & ex paupercola muliere natum, habereq; consanguineos pauperes è media plebe, ipsumq; nunquam literis incubuisse, & ideo tam uerba, quàm opera eius inuidebant, & floccipendebant, & scandalizabantur in eo. Vnde huic sapientia? & dicebant: Nunquid Saul inter Prophetas? Vnde Hyllarius ait: Huic magna, huic humilia, cernēs ueritatem iudicij non capit, sed scandalizatur, quod est impediti mentis arbitrium. Sic enim Esai. cap. 8. uaticinatus fuerat, dicens: Dominum exercituum sanctificate in cordibus uestris, ipse pauor uester, & ipse terror uester, & erit uobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & in petra scan-

Luc. 4.

Matth. 13.

1. Reg. 10.

Hyllarius.

Esai. 8.

dali duabus domibus Israël, & in laqueum, & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offenderent ex eo plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Ecco quomodò Christus Dñs alijs fuit in scandalum, alijs autem in sanctificationem, secundum quod & senex Simeon de illo prophetauerat, dicens: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Hoc enim scandalum acceptum erat ab eis, non datum à Christo. Vnde Ecclesiast. 32. dicitur: In uia ruina non eas, & non offendas in lapidem. Deberent quippè isti homines animaduertere hoc esse Dei consilium, ut semper minima mundi elegerit, ut maiora ea faceret. Sic enim uixit Dauid in Regem, cum pastor esset ouium, sicut ipse dicit Psalm. 77. Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fecantes accepit eum. Et Amos Propheta fuit pastor & iusticus uelicans sicomoros, & in Psalm. ait Dauid: Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Et adhuc ipsi patres Iudæorum, ac illius populi Patriarchæ, & Propheta, non fuerunt Reges hominum, sed pastores ouium, sicut coram Pharaone confessi sunt. Genes. 47. Viri pastores sumus, & nos & patres nostri ab adolescentia nostra. Quod uidetur uoluisse insinuare Moyses. Deut. 18. cum dixit: Prophetam suscitauit uobis Deus de fratribus uestris (quos ex minimis ac egenis diuites magnos efficit Deus) tanquã me ipsum audietis. Ex quibus & ex signis, quæ uidebant per eum fieri, bene poterant colligere quis esset. Sic enim dicitur Ioa. 9. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Hoc autem quod dicunt, fabri filium, non explicat, cuius officij fuerit faber Ioseph, sed nos id super caput primum abundè declarauimus. Marcus dicit quod dicebant: Nonne hic est faber? Ex quo multi colligunt Christum Dominum ante suam prædicationem, exercuisse artem fabrilem, quod etiam ibi diximus. Licet simplicius possit intelligi eum uocasse fabrum: quia existimabant eum filium fabri, sicut filium sutoris, sutorem appellare solemus. Quod autem hic dicitur factes & sorores, iam loco citato explicuimus, quomodò in Scriptura omnes cognati uocentur fratres. Nam & Iacob Genes. 29. se uocauit fratrem Laban, cum tamen confortus eius esset. *Iesus autem dixit eis: Non est propheta*

Luc. 2.

Ecclesi. 32.

1. Reg. 16.

Psalm. 77.

Psalm. 112.

Genes. 47.

Deut. 18.

Ioa. 9.

Marc. 6.

Genes. 29.



hanc contingere arbitratur, quod teste Augustino lib. 10. de Ciuit. Dei. c. 30. Platonice dixisse videtur Virgilius inducens Anchisem, hec de animabus defunctorum narrante. *Has omnes ubi mille rotam volvere per annos, Iethon ad fluum Deu euocat agmine magno, Scilicet immemores supera, & conuexa reuisant, Rursus & incipiunt in corpora velle reuerti.* At tamen habuit hanc opinio locum apud Iudaeos, imo & ipsos Phariseos. Si qui quidem, ut scribit Iosephus libro. 2. de Bello Iudaico. cap. 7. animam omnem incorruptam esse dicunt, transire autem in alia corpora solas bonorum, improborum, autem in terminabili supplicio cruciari. Animabus bonorum extra Oceanum dabant locum, ubi in delicijs vitam agebant. (Aliqui enim dicunt insulas fortunatas, quae in Oceano sitae sunt, fuisse ubi campos Heliseos fingebat,) impios vero in loca tetra, & sterilia detrudendos esse dicebant. Pythagoras qui hanc transmigrationem docuit, dicit se primum fuisse Euphorbum: secundum Callidum: tertium Hermotimum: quartum Pyrrum: ad extremum Pythagoram. Igitur cum hic error etiam Phariseos irrepisset, arbitrabantur animam Ioannis Baptistae in corpus Christi transitum fecisse, & ideo virtutes operari in illo. Et ita Herodes Ioannem credidit surrexisse a mortuis, non quomodo nos credimus futuram mortuorum resurrectionem in eodem corpore quod deposuimus: sed quia anima ipsius aliud corpus fuisset ingressa, sed propter merita vitae antea, credidit ad vitam reuocatum, & tum propter ea merita tum quod ex alia vita diuini reddidisset: credidit eum qui nullum fecit miraculum prius, iam veluti diuiniorem effectum edere opera, quae supra humanas vires essent: ac propterea apud Marcum dicit: Virtutes operantur in illum. Et hac occasione accepta, Euangelista hic narrat hanc decollationis Ioannis historiam, dicens: *Herodes enim tenuit Ioannem & decollauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebant.* Hieronymus in hunc locum, vetus (inquit) narrat historia, Philippum Herodis maioris filium, sub quo Dominus fugit in Aegyptum, fratrem huius Herodis, sub quo pallus est Christus, duxisse uxorem Herodiadem filiam Regis Aetiae: postea vero socerum eius exortis quibusdam contra generum simultatibus, tulisse filiam

suam, & in dolorem prioris mariti Herodis inimici eius nuptijs copulasse. Et tamen, ut narrauimus, sunt qui scribant inuito id patre Herodis contigisse. Ergo Ioan. Baptista qui venerat in spiritu & virtute Eliae: eadem autoritate qua ille Achab, & Iezabelem corripuerat, arguit Herodem, & Herodiadem, quod illicitas nuptias fecerint, & non licere fratre viuentem germano uxorem illius ducere: malens periclitari apud Regem, quam propter adulationem esse immemor praecceptorum Dei. Caeterum Iosephus lib. 18. antiquit. cap. 10. recensens Ioannem ab Herode incarceratum, & interfectum in castris Macherunta, quod in limite esse dicit Aetiae Arabiae Regis, Herodisque regionis, aliam affert causam huius incarcerationis, & interfectionis, videlicet, quod suspicionem rerum nouarum de eo concepisset, ac veretur, ne forte doctrinae eius persuasione a suo Regno discederent, cum viderent populum adeo illi deuotum, & quasi a suo ore pendere. Potuit tamen utraq; causa tyrannum ad necem Ioannis impellere, & eius suspicionem aduersus Ioannem creuisse, ex eo quod tam liberum, tam adulterum, quam aliorum criminum ipsum reprehenderet, eamque suspicionem suae impietatis praetexisse, atque hanc tanquam notiorum ab Euangelista esse adductam. Afferit etiam Iosephus hanc Herodiadem fuisse aliam ab ea, quam vetus historia, scilicet, Eusebii lib. 7. c. 13. dicit. Nam ait Iosephus, quod fuit filia Aristoboli filij Herodis maioris, ac soror Agrippae maioris. Vnde cum vetus historia sit incerta, Iosephi, autem certa, hoc tenendum est. *Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Herodes iste sicut pater eius, quamuis Iudaeus non esset ex genere: tamen quia proselytus, tenebatur legibus Iudaeorum, in quibus inhietur concubitus cum uxore fratris. Nam Leuit. 18. sic legitur: Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudine fratris tui est. Rursus Leuit. 20. *Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam: turpitudinem enim fratris sui reuelauit, absque liberis erunt.* Et licet in his vltimis verbis aliqui intelligant filios eorum non esse habendos pro legitimis, nec in hereditate paterna debere succedere: tamen rectius dicetur, ut intelligatur in his verbis decretam esse illis poenam mortis, nempe, quod occidantur; nec permittatur quod ex detestabili concubitu filios procreent. Ecce quanto cum rigore id vetabat lex. Et ideo

Baptista

Baptista acriter, & perseveranter hoc Regi intimabat. Verum est, hanc legem patitur exceptionem, quando frater relinquebat uxorem absque liberis, tunc alius frater, vel propinquior eam debebat ducere, & suscitare semen fratri suo, ita quod filij ex tali coniugio nomine fratris mortui nuncuparentur, & hereditatem eius adirent: quod in praesenti non habebat locum. Nam Herodes hic Philippus frater istius Herodis, & superstes erat, & filiam Herodiadem ex hac Herodiade, quam sibi subitulerat, frater, susceperat. Quare Herodes hic Agrippa duplex committebat crimen, adulterij pariter & incestus. Ioannes autem de utroque crimine, & de alijs fortiter eum arguebat: velut alter Helias, in cuius spiritu venerat, qui Achab, & Iezabel Reginam tanta libertate carpebat. Licet credendum sit, Ioannem optimè in arguendo Rege processisse, aliquando secreto, aliquando sanctissimis verbis eum admonendo, quod ex reuerentia quam habebat erga illum Herodes, colligitur, sicut narrat Marcus. Dicit quod Herodes metuebat Ioannem, sciens illum virum iustum, & libenter eum audiebat, & audio eo, multa faciebat. Quomodo ergo haec coherent cum hoc quod eum in carcerem mitteret, & decollaret illum, & vellet occidere eum? Caietan. ait fide eum venerasse Herodem, ut populo videretur assentire, qui eum tanquam Prophetam habebat: ideo quippe eum vulpem appellat Dominus: Ite, dicite vulpi illi. Alij dicunt, quod prius quidem venerabatur Ioannem Herodes, ut Marcus refert, postea cum Ioannes suis increpationibus instaret, & ex alia parte Herodias eum vehementer incenderet, amisso pudore, reuerentiam, quam habebat ad Ioannem, in furorem & iram conuertisse. Vel potest dici, Herodem partim voluisse occidere Ioannem, & partim non; ita quod fuerit in eo voluntarium permixtum, sicut & Sapiens dicit: *Vult, & non vult piger.* Ex vna enim parte uxoris Herodiadis instantia & importunitas, & quod suae aduersaretur libidini Ioannes; Regem ad necem eius commouebat. Ex alia vero parte timor populi (ut ait Matth.) & sanctitatis eius veneratio, quam refert Marcus, illum a tanto facinore detinebant. *Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.* Marcus dicit, magnum conuiuium praeparasse Herodem Principibus, & Tribunis, & Primis

Tom. II.

Galileae. Mos enim celebrandi natalia ab Ethnicis, seu Idolatris defluerat, ut qui nullum post hanc vitam bonum expectaret, summam in hoc seculo felicitatem duceret: eam tamen plena sint miseriarum omnia. Hinc fit, ut infantes statim atque nascuntur, fletu persentiatur se in mala multa natos esse. Salomon de seipso testatur primam vocem similem omnibus emisisse, plorans. Eapropter melius sapientes vultu sunt, qui filios nuper natos lugebant, defunctos autem laetis animis in sepulchrum inferebant, qualis & is Comicus, cuius verba Theodoretus de curandis affectis Graecorum recenset; *Operuit nos funeris lectu graui desistere Natum maxima ad discrimina: At mortuum qui cassus est laboribus, Deferre lato corde lacris vocibus.* Persius tamen Satiricus natalem Macrii ita comendat: *Hunc Macrine diem numera meliore lapillo, Qui tibi labentes apponit candidus annos.* Et hic mos ad Romanos etiam fluxerat, adeo ut tempore Tertulliani perdurasse colligatur ex illius libro de Corona militis. Hieron. in Matth. ait: Nullum tamen inuenimus alium in Scripturis sacris obseruasse diem natalitatis suae, nisi Herodem, & Pharaonem, ut quorum erat par impietas, esset vna solemnitas. E contra vero iusti natalem suum exhorruisse videntur, non modo propter miseriarum, sed & peccatorum, blasphemiarumque ingentem multitudinem. Sic Iob. c. 3. *Perat (inquit) dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Conceptus est homo.* Sic Hierem. *Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo. Natus est tibi puer masculus. Hanc etiam philosophiam meditabatur Solon, cuius & hi Versus referuntur: Optima non nasci res est mort alibus agnis, Aut ubi natus erit statim ut descadat ad orcu. Quod alijs verbis dicitur: Optimu non nasci, aut statim mori. Nos tamen reuereri Deum debemus, & in patientia nostra possidere animas nostras. Itaque Herodes diem natalis sui celebrans conuiuium facit. Saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Filia pellicis saltat inuerecundè, motibusque impudicis carnalibus oculis placet. Vnde cum iuramento sollicitus est ei dare quodeunque postulasset ab eo. Temulentum, ac temerarium iuramentum, & imprudens. Quare non*

c line



Luc. 13. sine causa admonet nos Sapiens dicens. Iurati non alluecat os tuum: multi enim calas in illa. At illa pramonita a matre sua ait. Da mihi hic in disco caput Ioannis Baptistae. Audita tali, tantaque Regis promissione cucurrit puella ad matrem consulendo quid peteret: at illa nocte hac occasione, praecepit, ut peteret caput Ioan. Baptistae in disco. Et contristatus est Rex. Optime pinxit contristatum, non Herodem sed Regem. Herodes quippe affectabat occidere Ioannem, sed quia Rex erat exteriori signo officium contristati Regis fecit. Propter insurandum autem. Propter eos qui pariter discubebant, insit dicit. Recte vulpē istū Herodem aliquando vocauit Dñs Iesus: quonia hae omnia fictiones, ac simulationes fuerūt. Monstrat enim Herodes se inuitū coactumq; a religionis vinculo, & a reuerentia continuatum, tanquam etiam ipsis testibus fieret iniuria si non seruaret promissa, vt his simulationibus delusus populus, audiens quod Herodes inuitus occidisset Ioannem, minus agrē ferat Ioannis necem, & serē exculatum habeat Herodem. Misitque & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco, & datum est puella, & illa attulit matri suae. Herodias accepto capite, illi illulit, linguam acu transfodiens, quae illicitas nuptias arguebat: quemadmodum Fulua capiti occisi Ciceronis illulit. Sic enim de his scribit Hieronymus contra Rufinum. Ne magnopere glorieris, si facias quod scorpiones facere possunt, & Chatarides fecerunt. Sic & Fulua in Ciceronē, & Herodias in Ioannem: quia veritatem non poterant audire, & linguam veridicam discriminali acu confoderunt. Hae Hieronymus. Sed propter hoc scelus Herodes iste fufus est cum suo exercitu, ab Areta Rege Arabia, vt refert Iosephus libr. 18. antiquit. c. 20. & in Viennam Gallie relegatus est cum sua Herodiade, cuius filia cum super gelatum fluuium luderet, repente gelu apertum est, & caput inter partes gelatas oppressum, corpus a capite suspensum subter aquas remansit, pedibusque veluti saltans mouebatur, & capi e a gelu abscisso saltando, vt peccauerat, capite capitis Ioannis poenam dedit, vt Nizephorus narrat. Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Iesu. Fuit sepulchrum Ioannis

in Sebaste ciuitate, quae quondam Samaria dicta fuit, in qua (teste etiam Hieronymo) Helisaeus, & Abdias Prophetae sepulti fuerunt. De Ioannis autem ossibus, postea tempore Iuliani a Gentibus in Sabaste dispersis, & quibusdam collectis a quibusdam religiosis, ac capite reperto: vide Zozenum, in historia Ecclesiastica libro. 7. cap. 21. & in nostris historia Ecclesiastica libro. 11. cap. 18. & inter opera Cypriani de Reuelatione capitis Ioannis Baptistae. Et in gratiam eorum qui huius sanctissimi praecursoris deuotione singulari flagrant, adducere libet Verus aliquos, quos noster Mantuanus in sepultura eius cecinit libro. 8. de festis diebus: Tunc caput ablatum, tunc aduenere nepotes Heliae uicinis adhuc raptumq; cadaver adiuuere suis patribus, tumuloq; dedere, Arq; duos inter vates posuisse feruntur, scilicet Abdiam Carmelicolamq; Heliseum, Tunc sol vernus erat, sed in huc transata fuere Festa diem, qua sextilis vigesima nona est. Quod tunc dum Roma regnabat apostata Caesar, Dicitur exustum seruato vertice, corpus. Sicque hoc immanissimum scelus commissum est. Contra quod cum eodem Mantuano exclamare libet, ac dicere: O scelus immane, o cognita nunquam Ante hac impietas; hominum sanctissimus iste Traditur in cista pellex olidissima caecat, Fas & iura decus mundi ludibrio habetur Ameretrice, iocus de maiestate triumphat, De virtute scelus, de iure iniuria, seq; Natura simul, ac morum subuertitur ordo. Quo Deus hoc vultu vidit? Cur sidera non sunt Hoc opus indignata? Solum cur pertulit huius Criminis auctorem? Cur non absorbitur oreus illico, & ad stigas subito non cernit umbras? Chrysol. hom. 2. in decollatione S. Ioan. Baptistae: Audistis fratres charissimi (ait) quanta nata sit de voluptate crudelitas, de libidine impietas. Allatum est caput Ioannis in disco, qui salutaria monita dabat incestui. Mensa migrat in caueam: in arenam vertitur domus, hunc de praeforis spectatores, mutatur furore conuiuium, sic cibus caedes, vinum transit in sanguinem, finis apponitur in natali; in ortu exhibetur occasus. Conuiuium mutatur in homicidium, organa vertuntur in funus, tragediae personat seculorum. Intrat bestia, non puella, quaerit caput amputare, non saltare. Discurrit fera,

Hierony.

Zozomen.

Cyprian.

Mantuanus.

Idem.

Chrysol.

fera, non femina, aspergit iugas per ceruices, non capillos, antraeque dilata membra, sequitur crescit augmentis, fit grandis crudelitate non corpore, & singularis fera usque dum capiat praedam, fremit ore, dentibus frendit, terram non suscipit sed prodiuit noxia bellua, quae contempta corporis praeda, caput ipsa truncatur, ac peruasit. Hanc ferocitatem ac feruitu Sybilla Aethra praecinebat libro primo oraculorum his verbis: Barbarus tandem saltaribus illaqueatus, ducendi vocem hanc casam concedit iniqua, Quis enim nisi barbarus ex Idumaea gente Herodes? Quae vox nisi clamatis in deserto, de qua ad instar Isai Sybilla promouerat? Quae saltatio, quae merces iniqua? non ne ea omnia Euangelio demonstrantur? Quid vero eo spectaculo crudelius esse potest? Augent enim facti circumstantiae, quod Rex id iussit, quod caput profertur a puella in disco, conuiuijs apponitur: & quis oculus tam horrendum facinus intueri poterit? non sunt hae conuiuia humaniora inhumanissimis Aegyptijs, aut Antiochophagis epulis. Astyages enim filium Harpago patri maducavdu apposuit, & ad coronam tanti facinoris extremas corporis partes, caput, scilicet & pedes in discis positos profertur iussit, vt narrat Herodotus & Hieron. in Matthe. Legimus inquit, in Romana historia Flaminium ducem Romanum, quod accubenti iuxta meretriculae latus, quae nunquam se vidisse diceret hominem decollatum, assensus sit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuium truncaretur, a Cesonibus passum curia, quod epulas sanguini miscuerat, & mortem quauis noxij hominis in alterius delicias praestiterit, vt libido & homicidium pariter miscerentur. Quanto sceleratior Herodes, ac Herodias, ac puella quae saltauit. In pretium sanguinis caput postulat Prophetae, vt habeat in potestate linguam, quae illicitas nuptias arguebat. Beda etiam in Marcum ait: Nihil Pharaonis talis vesania commisisse legitur, sed tantum peccantem sibi eunuchum, in medium vita priuari iubet. Quo longius a verae cultu religionis aberrat, eo leuius in violatione suae festiuitatis deliquit. Sed nunc iam ad ea quae ad mores attendent accedamus. Hesperum noctis nunciu Luciferum dici obseruant Astrologi, sed vnus idemq; Ioannes & Lucifer fuit mundu

Sybilla Aethra

Barbarus

Isai

Herodotus

Hieron.

Beda.

Moralitas seu coctio

hunc ingressus, & cum egredieretur, ad Hesperum inlat se habuit. Lucifer quidem solis ortum pronunciat, Ioannes vero ea propter natus est; & in eremum secessit, vt veri iustitiae Solis Christi Iesu aduentum nunciaret. At vero idem Hesperus fuit, vt enim ille solis occasum, sic Ioannes Christi mortem praecessit, & infidelibus sua morte tenebras horribiles imminere praesignauit. Hoc & ille agnoscebat: Illu, inquit, oportet crescere, me autem minui, cum de Christi gloria & praedicationis incrementu, & sua morte imminente praediceret, sed & praeventurum se post mortem pronunciabat, cum cum diceret: Tu es qui venturus es? scilicet per mortem ad inferos: an alium expectamus? Sed praeterea duo hic maxime consideranda sunt. Alterum mors iusti, alterum causa & occasio mortis iusti. Primum magnum malum est, quoniam iustum mori est ac si pars muri corruat, sunt enim muri ac sepes iusti, qui nos ab ira Dei defendunt, nam deficientibus iustis, dicebat Propheta, quod non esset qui interponeret sepe. Et alius Propheta dicit. Iustus perijt, & factus in hominibus non est, modo veniet vastatio eorum. Quare D. Ambros. audita alicuius sancti viri nece, flebat, sentiens quantum damnum mundus reciperet ex absentia iustorum, quorum magna in eo est penuria. Vnde & Dominus noster, audita morte Ioannis, secessit in desertum ad plorandum eius mortem, qui amicus eius, imo amicissimus fuerat. Mortem enim amicorum flere, vere, ac sincere amicitiae signum est. Audi D. Aug. lib. 4. confes. c. 6. mortem cuiusdam amici sui his verbis desilentem. In me post mortem eius radium viuendi erat, & grauissimus moriendi metus. Credo quo magis illum amabam; hoc magis mortem, quae mihi eum abstulerat, tanquam atrocissimam inimicam oderam ac timebam, & eam repente consumpturam omnes homines putabam, quia illum potuit. Mirabar enim ceteros mortales viuere: quia ille, quem quasi non mortuum dilexeram, mortuus erat. Et me magis, quia ille alter eram; viuere illo mortuo, mirabar. Bene quidam dixit de amico suo, dimidium animae meae. Nam ego senti animam meam, & animam illius vnā fuisse animam in duobus corporibus, & ideo mihi terrore erat vita, quia nolebam dimidium viuere, & ideo forte mori timebam, ne totus

simile.

Ioan. 3.

Matth. 13.

Exchi. 22

Michea. 7

Ambros.

Matth. 6.

Aug.



Euangelium secundum Matth.

tas ille moreretur, quem multum amaue- ram. Cateru[m] (ait cap. 9.) Beatus qui amat te, & amicum in te. Solus enim nullum charu[m] amittit, cui omnes in illo chari sunt qui non amittitur. Et quis est iste nisi Deus noster? Te enim nemo amittit, nisi qui dimittit. Tenuit ergo Ioannem Herodes in vinculis. O hominum pessimorum audaciam! Prophetam tenere, sacra eius membra ligare! Illum in carcere mittere, qui multos e carcere peccatorum eripiebat! Illum detinere, qui venerat in spiritu & virtute Eliae parare vias ante faciem Domini! Hoc enim quid aliud quere[re], quam hanc caelorum viam cooperire? Ne apparet Verbum, ligare vocem Verbi? Detinere ne res tam necessaria in mundo, ab hominibus audiretur. Quid sceleratius aut damnosius cogitari poterat? Quare Christus coram Herode tacuit, quasi ei vellent dicere: Tu iugulasti meam vocem, ideo quasi mutus effectus sum coram te. In tenebras autem lucem mittere, imo luciferum & hesperum ipsum, ne Sol quem annunciabat, videret: hoc audacissimum dices facinus, & grauissimo velle damno mundum afficere. Abscondere lucernam sub modio, quae super candelabrum oportebat ut esset (erat enim Ioannes lucerna ardens & lucens) intolerabile detrimentum erat. Et propter quam causam tantum scelus committitur? Propter Herodiasdem: dicebat enim Ioannes: Non licet tibi habere uxorem fratris. In iusta causa profecto. Veritatem illi intimare diuina, & hoc lenibus ac suauissimis verbis. Nec enim cum illo egit, sicut olim cum Pharisaeis, quibus dicebat: Progenies viperarum, quis vos monstrabit fugere a ventura ira? Sed simpliciter tanquam Regi, quos Gregorius docet in pastorali, aliter admonendos, quam ceteri homines. Celebrabat autem Herodes diem natalis suum: mali diem ortus sui in hunc mundum celebrant: quoniam hic totum suum bonum habent, quod cum vita consummatur. Boni autem potius diem mortis agunt: quia tunc perpetua eorum vita incipit. Vnde Sapiens dicit: Sperat autem iustus in morte sua. Et Regius Prophetas: Pretiosa in conspectu Domini (inquit) mors sanctorum eius. In die natalis occiditur ille, in cuius nativitate multi debebant gaudere. Luna ortus est occasus

Luc. 1.

Luc. 23.

Ioan. 5.

Matth. 3.

Greg.

Prover. 14.

Psal. 115.

Esai. 57.

Solis, sic impij nativitas occisio iusti: quoniam a facie malitiae sublatus est iustus. Et alibi sublatus est, ne malitia immutaret intellectum eius. Impij autem per Lunam quae praestit nocti, denotantur: quoniam filij sunt tenebrarum, & quia scriptum est: Stultus, hoc est, peccator, ut Luna mutatur. Multitudo malorum in causa est, quod sit penuria bonorum, & hoc merentur eorum peccata. Nam quia peruersi difficile a bonis corriguntur: ideo stultorum infinitus est numerus, ait Sapiens. Suffocant enim mali bonum semen, inter vitiorum suorum spinas: tot enim sunt, ut bonos circumire suffocare, & suffodere possint. Hinc & Psalmista dicit: In circuitu bonorum, scilicet impij ambulat. Nam Sodomitae, & Aegyptij suffocare voluerunt bonos: quia generatio vnus est corruptio alterius. Quod si nequam generatio multiplicatur, bonorum e regione minuetur. Item in die natalis & laetitiae fit mors, ut semper homo mortis habeat memoriam, iuxta Sapiens consilium. In die bonorum, ne immemor sis malorum, & discas quod nasci est mori, incipere enim esse, est incipere mori. Id enim Dominus primis parentibus dixit: In quantumque die comederis ex eo, morte morieris, hoc est mortalis fies, incipies mori, necessitati moriendi subijceris. Id enim vita, via ad mortem, & viuere pergere ad illam. Quot enim diebus viuimus, tot leucis appropinquamus ad mortem quae terminus nostri itineris est. Ideo enim inter epulas hominum, caluaries hominis defuncti olim deferebatur conuiuiis eam ostendendo, dicentes: Vide & bibe, nemp[er] ut mortis consideratione ingluuiem, & luxum temperarent. Saltatrix filia Herodiadis. Cum saltatrice (ait Sapiens) ne assiduus sis, ne audias illam, ne forte percas in efficacia illius. Et placuit Herodi, imo & simul discumbentibus, ut quos vinum & epulae in libidinem impulerant: aspectus impudicus saltatricis in furorem excitaret. Ecclesiast. 9. Ne des fornicarijs animam tuam in vilo tempore, ne perdas te, & animam tuam, & hereditatem tuam. Vnde cum iuramento pollicitus est ei (aiunt Euangelistae) quodecunque postulasset, dare, etiam si dimidiam Regni. Ab ebrietate libido, a libidine stultae promissiones emergunt. Albertus in Matth. Hinc, scilicet, manifestum est,

Sap. 4.

Ecl. 27.

Ecl. 1.

Psal. 110.

Ecl. 11.

Genes. 2.

Ecl. 9.

Ecl. 9.

Albertus

est,

Cap. XIII.

est, quantum Herodes a libidine possideretur, cuius aris talia thura obtulerit, ut & dimidiam sui Regni partem polliceatur. Turpis autem fuit causa iurandi. Stultus in iurando, & impius in reddendo: istius enim iurandi sola libido causa fuit. Vnde Chrysostomus homil. 6. in Matthaeo. Tanti, scilicet, principatum suum faciebat, adeo voluptate captus erat, ut tripudij Regna concederet. Miraris forsitan, si tunc haec fiebant, cum etiam nunc post tantam nostrae religionis Philosophiam multi iuuenum adeo molles, eneruataeque sint, ut nulla iurandi necessitate urgente, vel animas suas tripudij gratia largiantur. Nam voluptate semel victi, quali pecudes quod lupus trahit, concurrunt. Quod etiam vesanus ille tunc patiebatur, qui duo maxima mentecaptus commisit. Nam & illam furore & tumultu concitatam, adeo ut nil mali praetermittendum duceret, dominam fecit, & iurandi necessitate rem confirmavit. At illa praemonita a matre sua perijt in disco dari sibi caput Ioannis Baptistae. Hic Chrysostomus homil. 2. de Ioanne Baptista. Haec est (inquit) mulieris antiqua malitia, quae Adam eiecit de paradisi delitijs, haec caelestes homines facit terrenos, haec humanum genus merfit in infernum, haec vitam abstulit mundo, propter vnus arboris pomum. Hoc malum quod homines ducit ad mortem, hoc malum fugit Elias Propheta. Et cuius lingua clavis facta est caeli, tanquam reus fugit a facie mulieris. Et sermone, 17. Illa ergo criminis filia non naturae, tam ad matrem, quam ad ipsam sententiam sui sceleris mox currit; ut quae fluida tota ierat, resoluta, saeva, truculenta reuolaret. Et ut de ipsis artibus loquar, ut tragediam nefandam caneret, quae impleuerat turpissimam comediam. Et ser. 174. Serpens tunc latebat in femina, quae reptans gressibus flexuosis, lethale toto corpore virus effudit, ut discumbentium mentes furor, venenum corpora satiare, homines vertenterent in bestias, nec vino iam tales, sed sanguine potarentur, nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis. Tales vtiq; tales reddidit, quibus adhuc famante sanguine, caput tunc Ioannis intulit, ut illud Psalm. Canticum ploraret. Dederunt carnes sanctorum tuorum bestijs terreae, effuderunt sanguinem eorum, tanquam aqua. Ecce quid pariunt totis noctibus protrata conuiuia. Ecce quid generat, quod

Chryf.

Chryf. Genes. 3.

3. Reg. 19.

Psal. 78.

Tom. II.

cum mensura emitur, & sine mensura bibitur vinu[m]. Ecce quo praecipitatur caro, cum ad luxuriam facinus voluptatis inflammatur incendijs. Vnde Euthymius in Matthaeo ait: Metuens ne si tempus illud praeterlaberetur, Herodem omnino peniteret, ubi decocto vino ad sobrietate redisset: vel etiam ne amicorum quidam deprecati Ioannem liberarent, ideo cum festinatione intrauit ad matrem, & exiit ad Regem: Peto ut desprotinus caput Ioannis in disco. Petrus Chryfologus sermone, 173. Serpentis gemmen (ait) caput hominis petit, cui suum caput sententia principali seiebat addictum, dicente Deo: Ipse seruabit caput tuum, & tu illius obseruabis calcaneum. Vnde bene dixit Sapiens. Eccles. 25. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Et ibidem dicitur: Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Quid Iezabele furiosius? Quae audita pseudoprophetarum nece, iuravit, se in crastinum occisuram Eliam Prophetam. Quod Chrysostomus confirmat homil. 1. in decollat. Ioannis Baptistae. Imo (inquit) nulla in hoc mundo similis est mulieri mala. Quid inter quadrupedia animalia leone feruus? Sed nihil ad hanc. Quid in serpentibus dracone atrocius? Sed ne hoc quidem iuxta mulierem malam, & linguosam conferri potest. Nam & leo, & draco, in malo inferiores sunt. Cui veritati Salomon testificatur, dicens: Cohabitate leoni, & draconi melius est, quam cum muliere mala & linguosa. Et ne putes Prophetam in ironia hoc dixisse, ex ipsis rebus discenifestius. Danielem leones in lacu reueriti sunt, iustum vero illum Naboth Iezabel interfecit. Cetus Ionam in ventre custodiuit; Dalida autem Sansonem circumuentum illecebris, raso etiam capite deformatum, alienigenis tradidit. Dracones, & aspides cornuta Ioannem Baptistam in deserto viuentem subdita feritate tremuerunt. Herodias vero eidem caput absceidit, & rapta vii mortem in pretium saltationis accepit. O malum summum, & acutissimum diaboli telum mulier! Per mulierem Adam in paradiso prostravit, & de paradiso exterminauit. Per mulierem sapientissimum Salomonem in praenaricationis sacrilegium praecipitavit. Per mulierem castissimum Ioseph vinculis alligatum detulit in carcerem. Genes. 39. Per mulierem illum totius mundi lucernam

Euthym.

Petr. Chryf. Sologus.

Genes. 32.

Eccles. 25.

1. Reg. 19.

Chryf.

Eccles. 25.

Dani. 14.

3. Reg. 21.

Ionas. 2.

1ud. 16.

Genes. 32.

3. Reg. 11.

Genes. 39.

Ioan.



Ioannem capite truncauit. Ideo Apoc. 17. sub mulieris typo profana impiorum Synagoga exprimitur. Vidi (inquit Ioannes) mulierem ebriam sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et Eccl. 26. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum est, & in palpebris illius agnosce ur. Superbit quippe mulier si se adamari a viris intelligit. Et mulier meretrix (ait Chryostomus) etiam crudelis est. Hoc & prophana demonstrant historia. Thomiris selectum Cyri caput amputauit & in virem sanguine plenum deiecit, cum hac exprobratione crudelitatis. Satiare sanguine, Cyre, quem sicuti, & cuius insatiabilis semper fuisti. Hoc narrat ex Trogo Pompeyo Iustin. hist. libro. 1. Quid Tanaquil Ferotius, qua virum suum in patris necem impulit, & in corpus illius demortui exultauit, & carpentum adegit? Hoc Titus Liuius libro. 1. Decadis primae. Et qua non ad nos perferuntur de mulieribus suos fetus suffocantibus, viros strangulantibus, filios veneno perdentibus? Quid non astro pericula contra quoscumque aggrediantur, si modo rabida voluntati vires suppetant? *Da mihi indisce caput Ioannis Baptistae.* Cur non petis dimidiam Regni, quod tibi promissum est? Quoniam vindictam libidinis etiam ipsi Regno anteferre non dubitas. Et certe res turpis ab amico nec peti, nec impetrari debet. Plutarchus in libro de Discrimine adulatoris, & amici, sic ait: In bene factis adiuuandus est amicus, non in male factis, & in consilijs, non in insidijs, & in testimonijs, non in fraudibus, atque adeo infortunij participem conuenit esse amico, sed non iniustitiae. Nam si nec conscius esse turpitudinis amico conuenit, quanto minus decet illi turpiter agenti, indecore se gerenti commodare operam? Quemadmodum igitur Lacedaemonij praelio superati ab Antipatro, ita cum eo rem componebant, vt impetraret quantumuis damnosa, grauiaque, modo ne quid turpe? Sic amicus, si qua inciderit necessitas, qua sumptum, aut periculum, aut laborem postulet, cupit vocari primus, citraque tergiversationem, & prompte negotium in se suscipit: tantum vbi res cum dedecore coniuncta est, detractat obsequium, sibi que parci postulat. In hoc facto videmus tres sententias illas iuuenum apud Esdram verificatas. Vnus enim dixit: Nil fortius vino. Ecce quid potuit vinum, vt & Regnum suum propter

Chryf.

Iustinus.

Titus Lin.

Plutarch.

3. Esdr. 3.

saltationem mulierula daret, & caput innocentis abscinderet. Vnde Sapiens dicebat: Noli Regibus: O Lamuel noli Regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & omittant causam filiorum pauperis. Fortior est Rex, dixit alius, in cuius manu vita, & mors, maxime si tyrannus est, non subditus aequitati iustitiae. Cuius voluntas lex est, & dicit: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Et illud quod Principi placuit pro lege habendum est. Nam qui Deo subduntur, ea solum qua iusta, atque aequa sunt volunt, secundum illud Prouerbiorum. Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud. Sed tertius dixit: Nil fortius muliere. Quod hic perspicere poteris. Quod enim Rex facere non audebat, propter timorem populi, & propter reuerentiam ac pudorem, qui Ioannis sanctitati debebatur: hoc impudica famina impetrauit, ac fecit. Super omnia autem vincit veritas. Quoniam illam Iannes morte sua confirmavit. Aduertendum tamen ac maxime deplorandum hic est, quemodo iustus contemptus apud homines huius seculi habebatur, cum videamus illum propter impudicam puellam choreas morti traditum. Quod & Iob dixerat: Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitem. Et Esaias dicit: Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Nec mirum quod seruus tam paruo pretio morti tradatur, neimpè propter muliercule saltationem, cum Dominus eius triginta argenteis distractus sit: non enim (vt Sapiens dicit) aestimauerunt mali honorem animarum sanctarum. Sed quid est hoc quod dicit Marcus, quod Herodes metuebat Ioannem? Quoniam virtus id habet, quod etiam inimici sui metuunt illam. Est quippe Regina & domina orbis. Quare etiam si in potestate inimicorum sit, reueretur ab eis. Quemadmodum Rex etiam si captiuus sit, tamen tanquam Rex honoratur etiam ab his qui tenent illum, vt in Hispania vidimus cum Rege Francia fieri, & de Iulio Cesare dicitur, quod cum in manus piratae incidisset, & captiuus duceretur: ipse quasi dominus potius imperabat his qui ceperant eum. Et de Philosopho illo in seruitutem redacto, & pretio empto, ait Hieronymus ad Paulinum, quod maior emente se fuit. Sed quod ex hoc Euangelio collegit Chry-

Prouer. 31.

Prouer. 21.

Iob. 12.

Esai. 57.

Matth. 26.

Sap. 2.

simile.

Hierony.

Chryso-

estomus, hoc est. Nimirum plus territum Herodem post mortem Iusti, quam dum ille viueret. Vexabat enim & flagellabat eum sua conscientia, ne forte Deus vindex de tanto scelere poenas exposularer. Tales sunt, vt scribit etiam Ethnicus Poeta, Quos duri conscientia fultis. Mens habet attonitos, & surdo verbere cedit. Ita nimirum Chait effuso fraterno sanguine, eoque concutiebatur, vt omnibus membris tremere, & omnia illi loca suspecta essent, adeo vt diceret: Ero vagus & profugus in terra. Omnis ergo qui inuenit me, occidet me. Nam (vt ait Sapiens) capere praesumit laua perturbata conscientia. Et ibidem: Cum sit timida conscientia, dat testimonium condemnata. Et contristatus est Rex propter insurandum, & propter simul discumbentes. Vbi Hieronymus ait: Consuetudo Scripturarum est, vt opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioseph ab ipsa quoque Maria appellabatur Pater Iesu. Ita & nunc Herodes dicitur contristatus: quia hoc discumbentes putabant. Dissimulat enim mentis suae malitiam artifex, cum tristitiam in facie, & laetitiam haberet in mente. Scelus quoque excusat iramento, vt sub occasione pietatis impius fieret. Propter insurandum, &c. Non tenebatur tali iuramento: nam vt lex iuris est, in iniuste promissis rescindenda est fides. Quare Agesides Lacedaemoniorum Rex, cum quis rem quandam iniustam a Rege sibi promissam importune postulare, allegans Regis pollicitationem respondit: Si iustum est, promissum vero iniquum, dixi non tamen promissum, non enim turpis promissio valet. Quare David reuocauit iuramentum, quod de delenda domo Nabal carmeli fecerat: Erat enim nimis rigidum propter vnus auaritiam tot innocentes trucidare. Quapropter gratias retulit Abigail vxori eius, eo quod iram eius mitigauerit, ne efflunderet sanguinem innoxium. Nunc aliqua, qua forte praetermissimus, breuiter & summam dicamus. Hic est Ioannes Baptista, dicebat Herodes, & ideo virtutes operantur in illum. Rabanus hic dicit: Hinc potest perpendi malitia & incredulitas Iudaeorum: hic enim alienigena Ioannem reuixerit dicit, cuius tamen nullum miraculum vidit; Iudaei vero qui Iesum tot miraculis coruscasse viderunt,

Iuuenalis

Genes. 4.

Sap. 17.

Hierony.

3. Reg. 15.

Saliamoralitas.

Rabanus.

Tom. 11.

resurrexisset negauerunt. Considera etiam ex hac historia, qua sit ratio, quare modo non multos videamus incarceratos, quia veritatem Principibus, aut Pontificibus praedicat, nec iugulatos multos a Principibus Christianis ob hoc, sicut Iohannes. Nunquid quia in maioribus desunt peccata, quae talem mereantur reprehensionem? Fa. eor hinc temporibus, quibus nos vitam agimus inter Principes Catholicos, tam seculares, quam Ecclesiasticos maximum omnis virtutis specimen splendescere. Et vt ceteros omitteremus, certe Hispaniarum Regem Philippum, & Summum Ecclesiae Pastorem, negare minime possumus, quin magno totius honestatis zelo ardeant. Iustitiae quippe ac religionis integritas, quae sunt coluinae, quibus tota haec politica humanae machina sustinetur, integerrime ab eis colitur, nec quidquam quod huic aduersetur in suis ditionibus, vllatenus patiuntur: quae duo cum adsint, caetera omnia leuia reputanda sunt: nam ad haec duo conseruanda tota vim regiminis Principes intendere debent. Quare autem id ita sit, experientia testatur. Quare minime hoc adulationi tribui debet, sed potius gratiarum actioni, quatenus illi gratias habeamus, in cuius manu cor Principum est, & illud ad haec bona propendit. Certe Hispania nostra magnas debet Deo optimo maximo referre gratias: quoniam semper religiosissimos Principes habuit, ab eo tempore quo Ariana pestis ab his sedibus exterminata est. Quos autem vel recens fama, vel praesens notitia nobis nosos dedit, quales fuerunt Catholici Reges Ferdinandus, & Elisabeth vxor sua, Carolus V. Romanorum Imperator, Philipus II. Hispaniarum Rex, hos has duas virtutes, & coluisse egregia eorum facta testantur, quae Deum precor, vt semper prosperis faueat auspicijs. Caeterum non desunt aliqua quae verbi Dei praedicatores zelo iustitiae accessi, vel carere, vel admonere deberent, etiam cum periculo capitis nostrit tamen id minime videmus fieri. Quod si veritas aliquando praedicatur, eam sic inuolutam, vel dulcibus, vel adulatorijs verbis damus, vt vix eam intueri liceat his ad quos ea dirigere deberemus. Si enim tu non vultus infirmi ferires, sed potius circumlinter tangeres, potius pruritu quoda egrotu recreares, qua dolorem incuteres. Quod si vultus ipsum vel cauterio, vel cultello ferires, ia il-

Prouer. 22.

simile

6 3



Iam pro dolore ululantem audires, & sub-
 cententem tibi. Peccata sunt vulnera ani-
 mae ad illa verba nostra, veluti iacula, aut
 pharimacu dirigere debemus praedicatores.
 Quod si ita faceremus nulli dubium quin ge-
 mueres multos, & contra nos iratos audi-
 remus: at verò non vulnera tangimus, sed
 circum circa mollibus verbis ea fricamus. Quis
 succedet nobis? Quis irascitur? Quis vel He-
 rodes, vel Herodias contra nos inianit? Non
 sentiunt ictus nostros, quia non directè ad
 vulnera eorum tendunt, sed tanta interca-
 pedine distant; ut vix vnus, aut alter illos
 sentiat: sumus enim fortè magistri prurientes
 auribus. Quo contra Dñs praecipit Ezechie-
 li, quatenus aperiret peccata, & idola domus
 Irael. Apertè quippe vitia carpenda sunt, &
 intus in cute ea inuestigare debemus; quate-
 nus patefacta eorum malitia, & omnibus ma-
 nifesta, non possint vliam ignorantiam præ-
 texere. In cuius signum in lege veteri præ-
 cepiebatur Deus, ut animali quod offerri debe-
 bat, prius pellis detraheretur, & idè in par-
 tes diuideretur: quoniam peccato debemus
 prius detrahere pellem sub qua latet, deinde
 omnes eius malitias ac circumstantias diui-
 dere, ut sic iugulare illud in conspectu Do-
 mini valeamus. *Herodes autem metuebat Ioan-
 nem.* Ecce virtutis vim. Rex Achab sericis
 indutus Eliam pellibus vestitum metuebat,
 sic Herodes Ioannem, & Pharisei Aposto-
 los. Nam postquam eos flagellauerunt timi-
 di ac dubitantes dicebant: Quid faciemus
 hominibus istis? Inimica est virtus impio,
 quid mirum quòd timeat eam? *Et cum dies
 opportunus accidisset.* Hæc est malorum condi-
 ditio, ut dissimulent malum, quoadusque
 occasio se offerat, qua illud opere com-
 pleant. Nam Ecclesiastici 19. dicitur: Est qui
 nequiter humiliat se, & interiora eius plena
 sunt dolo, et si ab imbecillitate virium vete-
 tur peccare, si inuenit tempus malefacien-
 di, mal. faciet. *Die autem natalis Herodis sal-
 tauit filia Herodiadis in medio.* & placuit regi.
Herodi. Chryostom. Vbi est saltatio, ibi est
 diabolus. Nec enim Deus dedit nobis ad
 hoc pedes, ut cum camelis saltemus, sed
 cum Angelis chorum faciamus. In talibus
 saltant daemones, in talibus saltant dzmo-
 num ministri. Vnde per quendam Prophe-
 tam talia conuiuia reprobat Deus, dicens.
 Elai. 5. Cithara, & lyra, & tympanum, &
 tuba in conuiujs vestris, & opus Domini
 non respicitis. Obserua. Natalis dies Hero-
 dis est creatio mali prelati, tunc saltant hi-

2. Tim. 4.
 2. Reg. 14.
 Genit. 1.
 1. Reg. 21.
 Mat. 4.
 Ezech. 19.
 Isai. 5.

striones, & huiusmodi qui dicitur filia He-
 rodiadis, id est, innanis gloriae. Recipiunt
 enim propter famam, & sic inflatur ille,
 ut pellis mulæ qua inflata carant fistula.
 Sic etiam aduertenda Dei iudicia, quomo-
 dò in hoc mundo permittat suos ludibrio
 haberi, ut pro saltu impudicæ puellæ eorum
 vita donetur. Quoniam (ut ait Gregorius)
 idè Deus suos sic premit in infimis: quia
 videt quomodo eos muneret in summis.
 Obserua etiam quòd diuersa occiditur Ioan-
 nes morte à nece Domini. Siquidem huic
 clam amputatum est caput, iam aliquandò
 vinculis astricto in carcere; Christus palam
 sublatus est in crucem, in nullo corporis
 membro mutilatus aut imminutus. Cæteris
 tenebræ congruunt Legis umbris, ac fi-
 guris; eas oportebat cedere exorienti luci
 Euangelicæ, & imminui oportebat Legis ce-
 remonias, augescere autem spiritualem li-
 bertatem, & astringere oportebat quod erat
 timoris, latius sese pandere charitatè Euan-
 gelicam. Incarceratio, & decollatio Ioan-
 nis, figurabat minoram ionem famæ eius, &
 existimationis, quam habuit apud popu-
 lum, Christi verò in cruce exaltatio fidei
 profectum. Vnde ipse Ioannes dixit. Illum
 oportet crescere, me autem minui. *Quod
 cum audisset Iesus secessit inde in nauiculam,
 in locum desertum seorsum.* Primum ut de-
 ficeret amici mortem, ut statim diximus. Se-
 cundò, ut doceret nos oportere aliquandò
 Principum terræ furorè declinare, ma-
 ximè quia Herodes decollauit Ioannem,
 metuens concursum turbæ ad eum. Plures
 autem sequebantur iam Christum, quam
 Ioannem: vnde eadem ratio militabat ad-
 uersus Christum. Quare & aliquandò di-
 xerunt ei Luca. 13. Exi & abi hinc, quia
 Herodes querit te occidere. Sed aduerte
 quòd multi existimarent secessum hunc
 Domini Iesu, non fuisse post decollationem
 Ioannis Baptistæ; nam multa miracula à
 Christo edita compulerunt Herodem, &
 alios, ut dicerent Ioannem esse à mortuis
 suscitatum. Hæc autem miracula multo
 tempore patrata sunt, post quòd ad noti-
 tiam Herodis peruenerunt. Quare Græcè
 nõ est quod eum audisset Iesus: sed tantum
 habet: Et cum audiisset Iesus absque vlla
 relatione. Sed dicunt secessum istum fuisse
 se post aduentum Apostolorum, quos ad
 prædicandum miserat, & veniebant gau-
 dentes, quoniam prosperè euneta eis suc-
 cesserant, & quasi vitium vanæ gloriae de-
 clinans

Gregori
 1. Ioan. 3.
 Luc. 5.
 1. Ioan. 6.
 Iansenius
 B. Anan.

Marc. 6.
 Luc. 5.
 1. Ioan. 6.
 Iansenius
 B. Anan.

clinans secessit cum eis in desertum lo-
 cum simul, ut & daret illi tantillam re-
 quietem: quoniam turbæ concurrentes, sic
 eos premebant, ut nec locum ad sumendū
 cibum darent. Quare, ut alias narrat Eua-
 ngelista, dixit eis: Venite & requiescite pau-
 lum. Docet etiam per hoc, quòd et si viri spi-
 rituales aliquam quietem sumere debeant,
 non debet esse in carnis voluptatibus, aut
 mundi delictis, sed potius in secreta loca se-
 cedendo, absque mundi arbitrio requiescat
 aliquantulum à tot curis. *Et cum audiissent tur-
 ba, secutus est eum pedestres de ciuitatibus. Et
 exiit ad turba multa, & misertus est eis, &
 curauit languidos eorum. & sperè autem factò ac-
 cesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Deser-
 tus est locus, & hora iam præterijt, dimitte tur-
 bas, ut euntes in castella emant sibi escas. Iesus
 autem dixit eis: Non habent necesse ire, date il-
 lis vos manducare. Responderunt ei: Non habemus
 hic nisi quinq; panes, & duos pisces. Qui ait
 illis: Asserete mihi illos huc. Et cum inisset tur-
 bam disiecit super saxum acceptis quinq; pa-
 nibus, & duobus piscibus, aspiciens in caelum,
 benedixit ac fregit, & dedit discipulis panem,
 discipuli autem turbis, & manducauerunt om-
 nes, & saturati sunt. Et rulerunt reliquias duo-
 decim cotinos fragmentorum plenos. Manducan-
 tium autem fuit numerus quinq; millia virorum,
 exceptis mulieribus, & paruulis. Hoc miracu-
 lum etiam narrat Ioannes ca. 6. cum tamen
 nullum aliud quòd ceteri Euangelistæ scrip-
 serat, narrauerit ille. Fortè hoc fecit, ut quæ
 alij omiserant, in hoc miraculo ipse adde-
 ret. Vel certe de Eucharistia sacramento
 scriberet ea, quæ Dominus occasione huius
 miraculi de eo dixerat. Christus cum suis
 discipulis in aliam transiit ripam stag-
 ni Genesareth, prope Bethsaidam, ut Lucas
 refert, & turba circumiens ripam illà per-
 uenit ad Iordanem, quòd vel per pontem, vel
 per ipsa vada Iordanis transacto; pedestres
 venerunt in alteram ripam, ubi Dominus
 cum discipulis suis appulerat. Et ex illa ripa
 multa turba tunc concurrerunt ad illum:
 nam & Ioannes dicit, hoc concigisse trans
 mare Galilee. Et quoniam omnes Euange-
 listæ hoc miraculum narrant, si quæ in eis
 videntur contraria, facillimè conciliantur.
 Vnde legendus est super hanc literam Ian-
 senius, quem ego in his quæ ad literam atti-
 nent, ferè in omnibus sequor: sed nos ad my-
 sticos sensus statim deueniamus. B. Anan.
 hoc preliudium ad hoc miraculum narra-*

dū accedit. Imagines, inquit, & picturæ nos
 tanquam historie ad rerum gestarum cog-
 nitionem perducunt. Sed & chartæ regionū
 vniuersiue loci situm, & arcus triumphales,
 victorias insignes memorant. Eapropter
 Eusebius Cæsariensis, lib. 14. de præparatio-
 ne Euang. e. ultimo inducit Aristotelem, lib.
 8. de Philosophia eos præstringentem, qui
 sensum tollebat, quasi inutilis esset ad cog-
 nitionem: qualis erat Xenophon, Celopho-
 nius, Parmenides, Cene, Melisius. Nimirum
 si tu puerum domi erudieris, num primum
 ab elementis, ab indiuiduis, & particulari-
 bus, eum ad vniuersalia deduces? Hoc scā
 num, hanc nauem, hanc proram, hunc ma-
 lum, hos remos hæc transtra, cæteraq; om-
 nia quasi digito cōmonstrabis, sed nec nau-
 tica sine carta marina habent. Habent chi-
 rurgi in exemplari mortuo muscilagine,
 nervos, ossa, venas, cartilagine, arterias, ar-
 chitecti figuras, doricas, atticæ. Et quid mul-
 ta? Nihil nisi imaginibus discimus, adeò ve-
 ra est Philosoph. sententia. Nihil esse in in-
 tellectu, quod non fuerit prius in sensu. Ce-
 dō. Quid parabola, & similitudines à Chri-
 sto prolatae, nisi imagines? Quin etiam &
 miracula illa quæ fiebant in corporibus: spi-
 ritualium operationum testes erant. Hoc
 etiam ad sacramenta extenditur. Caro tin-
 gitur, ut & anima emaculetur (inquit Ter-
 tullian. lib. de resur. carnis.) Caro signatur,
 ut anima de Deo sanctificetur. Require quis
 miraculorum sensus sit. Ventis imperatur
 quia seclis, & falsis doctrinis imperaturus
 erat. Mittit in Silbe, quia illuminat in bap-
 tismate. Et nunc miraculum in panibus fa-
 cit, ut nequid de meliori Eucharistico pane
 subdubitemus. Hoc fit, inquit Augustinus,
 tract. 24. in Ioann. ut se Deum qui segetes
 multiplicat esse commostret. Nam & viu il-
 la viltuerunt, quæ tamen verè sunt miracula:
 Cum maius sit totum regere mundū, quam
 quinque millia hominum pascere. Sed ex
 eo miraculo erigebat nos ad Eucharistia
 mysterium, quod paulò post promissurus
 erat. Nam cum prouideret statim atque de
 sue carnis esu, & sanguinis sui potu, in Ca-
 pharnaū verba facturus esset quosdā rei dif-
 ficultate permotos retrò abituros, & inquæ-
 stionē Christi potētia traducturos esse; idè
 illis occurrit: Dicturi, scilicet, erant. Quo-
 modo potest hic nobis carnem suam dare
 ad manducandum? Verum statim factum
 istud illorum ora obstruit. Requirit, scilicet,
 quomodo potuerit quinque panes ita
 multi-

Eusebius,
 simile.
 Aristot.
 Tertul.
 Aug.
 1. Ioan. 6.



multiplicare, ut quinq; millibus hominū suffecerint, & tamen duodecim cofini fragmentorum sublati sunt. Eadem, scilicet, hic in panum miraculo, & ibi in Eucharistico mytario virtus operatur. Ceterum præter hanc quinq; panum multiplicationem, quam Matth. hoc cap. narrat, recenset post modū cap. 15. Christum septem panibus, & paucis pisciculis quatuor hominum millia pausse, & quibus septem sportæ plenæ superfuerāt. Quæ duo insignia miracula diuersis temporibus contigerunt, vnum ante Pascha, alterum eodem quidē anno, sed paulō post Penthecostem, vt Amonius obseruat. c. 8. Harmonia. Quoniā, vt diximus, miraculu hoc idem est cum eo, quod Ioannes. c. 6. narrat: & in animo est, si opus hoc benivolē susceptum fuerit, Deo auspicante nobis, super Ioānem etiā Commentaria edere, vbi quæ hic non potuerunt scribi, dicantur. Ideo visum mihi est per hoc miraculum breuiter pertrāsire, dūtaxat vnum proponēs verbum, quo interim concionatores, quid in illa Dominica populo prædicent, habeant. Primò Aduertendū ex Hugone, quod in. c. præcedenti egi: Euangelista de septem parabolis, quibus quali septē panibus spiritualibus, Dominus paut turbas. In hoc capite agit de quinq; panibus, & duobus piscibus, quibus corporaliter paut eas. In quo ostendit Dominus, quod non solum pane spirituali tenetur prælatus pascere subditos, sed etiam materialiter, præcipue tamen de spirituali. Vnde & de tali prius actum est. Hoc miraculū, vt apud Ioannem est, Dom. 4. in Quadragesima canitur. Hic autē dicit Dñs discipulis suis. *Date vos illis manducare.* Conuiuium hoc, non tanquā carnis conuiuiū accipiendū est, sed tanquā spiritus mira refectio, in quo nos vult docere Ecclesia, quod etsi aliquandō cū ieiunia nobis indicit, videatur à nobis corporale alimentū auferre, nō id facere vt illud amittamus, sed vt illud postea spirituale factum nobis reddatur in mōte sancto cœli. Ne putes Christiane te modō amittere panē, quē pauperibus porrigis, nec carnem, à qua modo abstinēs in peccatorum tuorum medellā: nā cū ascenderis cū Christo in mōtem, & ille oculos amoris sui super te fixerit, tūc melioratū inuenies, atq; ad mēsam Dñi summo cū gaudio ac saturitate māducabis. Ad hoc em Ecclesia conuiuium hoc splendidiſsimū quod Dñs turbis fecit, tempore Quadragesimali iā mediāte adducit: vt cū iam videamur in ieiunijs deficere, tūc conui-

Amonius

Moralitas seu concio.

Hugo.

uij spe subleuemur, vt quod restat tēpus ieiunij lumina cū alacritate peragamus, suscepto Sapientis consilio, quo nos admonet dicēs. In die malorū ne immemor sis bonorū: Ea ratione, vt spes boni futuri, mala presentia tolerabilia reddat. Igitur Euangelista nobis enarrat, quomodo ex quinq; panibus hordeaceis, & duobus piscibus, Dñs magnam hominum multitudinem saturauerit. Sub hordei specie nobis substantiam nostrī alimenti ostendere voluit Dominus. Sub in euidencia Fidei, substantiam suorum mysteriorum demōstrat. Sub aquæ elemento effectus sacramentorum, sub panis & vini speciebus ipsammet Dei substantiam subesse manifestat. Natus est Moyses, & vt mater sua occultaret eum, sub fiscella scirpea includit, & in fluuium misit. Quā cū inuenisset Pharaonis filia, & aperuisset fiscellam, inuenit ibi Moysen, & abstractum educare fecit. Sub iuncis enim Moyses delitescerat, sicut & sub hordeo panis, & sub laborib; Christi, sub litera spiritus, inter has figuras veritas. In hoc tamen sta. discrimen quod Iudæi fiscellam non aperuerunt, atq; in literæ duritie steterunt, quare veritatem non inuenierunt. Carnales etiam non frangunt hunc panē, vt eius educant substantiam. Filia autem Pharaonis (hoc est Ecclesia Gentium) aperuit fiscellam, & inuenit Moysen. Reuoluit literā, & adinuenit Christum. Aperuit figuras, & offendit veritatē. Deuoti ac spirituales Christi fideles panem hunc frangunt, & inueniunt substantiam. Etsi speciem habeat panis hordeacei, alimentum tamen est animæ. Etsi poenitentia atque ieiunium dispida sint, atque aspera, coloremque hordeaceum reddant: spiritu tamen aperto saporem, atque dulcedinem habent. Ideo cū panibus hordeaceis, qui amari sunt, miscuit Deus pisces, qui dulcem saporem habent, & charitatem quæ omnia dulcescere facit, significant: vt cum dulcedine amoris ieiunia hæc, ac poenitentia opera iocunda reddantur: Caritas enim patiens est, benigna est, *Es muy sufrida.* Quare omnia alacriter operatur. Sic in Manna, quod res minima erat, omnis saporis ac dulcedinis suauitas includebatur. Quoniā in religione Christiana sub Crucis Christi humilitate omnium animarum alimentū tegitur. Igitur oportet panes istos frāgere, & spiritū à litera diuidere, substantiā à cortice separare, dulce ab amaro, speciosum à deformi sciungere. Atque hoc est, prædi-

Eccles. 10

Exod. 20

1. Cor. 13

prædi

simile.

Prou. 23

Eccles. 1

Luc. 11

In prof. Nat. sinitatis Christi.

prædicatorum munus, spiritualem cibum, in partes diuidere, vt ex illo quod bonum & vtile vnicuiq; fuerit deducam. Hoc nos agere debemus. Vos autem quodcuiq; propicius cibis est ad se trahere. Nō omnibus omnia expediūt, nec eodē cibo vniuersa animalia alūt. Nec enim passer eo alimēto quo ouis pascitur, nec ouis eovtatur cibo quo lupo, quod vni est cibis, alteri venenū esset. Et inter homines diuersos etiā gustus inuenies, nec istius stomachus fert quod illius aut dissimē capiat: oportet ergo vt quilibet sibi conuenientē cibū capiat, alienūq; suo dño dimittat. Diligenter aduertat (vt Sapiēs docet) ea quæ sibi apponūt, vt ex eis conuenientius sibi sumat. Nec enim pauperi locupletum cibis conueniet, nec malorū alimētum bono condecens erit, vniūquisq; quod suo statui decet sumat, alios relinquēs. Ob hoc existimo parū cōciones quas predicator ad populū habemus prodesse: quoniā nullus quod sibi dicitur, sed quod alijs, aduertit. Nā quoniā suū non manducat cibum, non sibi prodest, sed tanquā famelicus semper macilentus incedit. Gestit pauper quia indiuites prædicator inuehitur, adinonens illos, vt in pauperes sua bona dispertiant, nec aduertit quod sibi dicitur pauperē humilem debere esse, quoniā pauperē superbum odio habet Deus, vt Sapiens dicit, & quod nimis impatiēte sunt, auidiq; alienorū circumuentores ac mendaces. Hoc autem nec audiri dignantur, sed ea duntaxat quæ alijs dicuntur. Gaudet mercator, ac dñs secularis, quoniā Episcopis ac Canonicis diximus strictius obligari ad eleemosynas elargiēdas, ex Ecclesiæ patrimonio, quā ceteri seculares, nec intelligūt etiā illis dictū esse, qd ex superfluo teneatur etiā bona sua in pauperes erogare. Nec scēmina quod ei dicitur animaduertit, sed quod viro: nec vir quod ei dicimus, sed quod mulieri. Ex quo fit quod neuter fructū ex sermone reportet. Tuū accipe cibū, alienum dimitte. Ex cōcione id quod tibi dicitur auribus percipe, & sic tibi proderit verbū Dei. Hoc autem tanquā fundamēto proposito ante quam cibi deserantur, opus est vt mensam ponamus. Mensa Euangelicū est Christi, imō persona Christi cuius doctrina omnibus proponitur, & omnes docet. Tabula huius mensæ cedrina est, quæ diuinitatem significat, secundum illud quod Ecclesia canit. Cedrus alta libani conformatur hyssopo. Humanitas autē eius linteamina erunt, & propter terrenam eius naturam,

& propter candorem, & puritatem sacratis finæ carnis eius; quæ omni labe peccati caruit. Vtrumq; enim habet linum, quod in terra nascitur, & album est. Et quemadmodum linum antequam ad suam veniat puritatem, multis percutitur ictibus; sic Christus Dominus multis affectus est plagis, vt ex se ipso edulia proferret. Mensam nuncupauit Dominum Christum Dauid cum dixit. Pausti in conspectu meo mensam, aduersus omnes qui tribulant nos. Hoc est, Christum in altari nobis contra aduersarios præparas. Et alibi: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Quoniā Christus lapis offensionis, & petra scandali fuit Iudæis. Vt Esai. dicit: Et Paulus dicit eum scandalum fuisse Iudæis. Hic est lintheus ille quem Petrus vidit, quatuor sumitatis submitti de cœlo in terram omnibus cibis, tam mūdīs quam immundis plenū. Quoniā in Christo Domino nostra carne induto, omnes cibi sunt omnibus cōmunes, tam pro iustis, quā pro peccatoribus, tam pro mundis, quā pro immūdis. Submititur quatuor sumitatis: quoniā à quatuor Euangelistis mensa hæc proponitur nobis, & per quatuor plagas terre linteamina hæc extenduntur. Inter quos Ioannes Chiromontis, hoc est, ciborum distributoris vicē gerit, qui in electiori buccella cibatus est, cuius historiam, in enarrando isto miraculo, quem etiam Mattheus refert, sequi volo: quoniā altiori quodam modo eam nobis proponit Ioannes, & secundum eius narrationem Ecclesia etiam nobis interpretandam cōmittit Dominica illa quarta Quadragesime. Ait ergo, quod post recessum hunc quem narrauimus, subijt in montem Iesus cum discipulis suis. Semper enim eos ad altiora promouebat. Et cū esset in monte subleuauit oculos, & vidit magnam populi multitudinem ad eum confluentem. Subleuauit oculos Iesus. Potius eos inclinare debebat, vt aspiceret turbā ad se per valles concurrentem, ipse quippe erat in vertice montis, populus per demissos valles properabat. Oportebat ergo vt potius inclinaret oculos ad videndos populos, per loca humilia venientes. Verūtamen vt Deus nostri miseretur opus est, vt oculos eleuet ad se ipsum respiciendum, vt propter se ipsum nobis suam misericordiam tribuat. Si enim nos respexerit, cū in nobis tot sint peccata, potius iram eius prouocauimus, quā misericordiam. Vnde Daniel. 9. cū oraret ad Dominum sic dicebat: Propter te ipsum, Domine,

simile.

Psal. 22

Psal. 68. Esai. 8.

1. Cor. 1

Act. 10

Dan. 9



Domine, inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram. Propter te metipsum ait. Unde & subdit. Nec enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis; multis attende, & fac propter te metipsum. Aspice ergo te Domine, ut misericorditer respicias nos.

Marc. 6.

Cum ergo vidisset turbas, ait Marcus, quod miseratus est eis. Ecce huius conuiuij primas dapes. *El ante de la comida.* Nempe misericordia, & compassio aliorum, qui fame pereunt, cum tamen tu lautè manduces. Sic enim & Iob aiebat. Antequam comedam suspiro. Cum cerneret Iob se multitudinem ciborum pasci, ad memoriam reuocabat, quot essent egeni ac miseri, qui de fragmentis eius saturari cuperent. Unde eorum miseratus, antequam ipse comederet illis mittebat exenia, ac cibos: sic & tu facere deberes. Et sanctissimus ille vir

Iob. 3.

Tobias, totius recte institutionis exemplar, cum in captiuitate positus in Paschate quodam contribulibus suis conuiuium fecisset, cum lectu, & moerore manducabat panem, memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam. Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Si in conuiujs ac superfluis comestationibus, & ebrietatibus vestris ad memoriam reuocaretis, quomodo omnia hæc peritura sunt, atque vestra delicia in labores conuertit, ingluuiisque vestra in famem ac miseriam delinere debet, risus vester in fletum, & irremediabiles lacrymas, ac tormenta finietur: forte non ita efflueretis in vitia ac voluptates carnis, sed potius hoc timore perciti inter rationis limites vos contineretis. Quod si attentè cõsideraretis quis fuit finis deliciarum illius auari diuitis, qui nec de micis suis vlceroso Lazaro dare voluit, & aduerteretis quot sunt in mundo Lazari, qui de reliquijs mensæ vestræ saturari cupiant, nec tamen eis porrigitis; forte his rebus attentè perspectis, non nihil vestrorum excessuum temperaretis. Cum ergo vellet multitudinem illam pascere, communicauit id cum discipulis suis. Ecce catinum ciborum (quam nos vocamus rationem) quæ in hoc conuiuio obuenit vrbium rectoribus, gubernatoribus, Episcopis, ijs sub quorum cura alij viuunt, nempe solitudo eis prouidendi, ac cura quæ eos de necessitatibus subditorum premere debet.

Tobias. 2.

Amos. 8.

Luc. 16.

Exierat quidem Dominus Iesus in desertum locum, vt cum discipulis suis requiesceret pulsulum: & tamen cum vidisset turbam famem patientem, relicta sua, & suorum quiete, de eorum sollicitus est pasci, vt doceret eos sub quorum cura populi sunt, vt de eorum necessitatibus solliciti sint, etiam si aliquando opus sit se ipsos relinquere, a suisque voluptatibus abstinerere, a somno euigilare, electo repente resiliere: tanta eos vi hæc cura premere deberet. Sed modo (proh dolor, ac hominum miseriam!) non pro alijs officia accipitis, sed pro vobis. Præter officio quærit diues euadere: rectores vrbium ac senatores hæc officia emunt in sui utilitatem, ac honorem, ac e Republicæ censu redimere nituntur pecuniam quam pro illo officio contulerunt, nihil de Republica curantes. Et tamen Dominus per Esaiam cap. 32. clamat. Ecce ad iustitiam faciendam regnabit Rex (vt alia habet litera à nostra.) Hoc est dicere. Regnum, & Magistratus ad iustitiam faciendam ordinantur. Hæc autem est vnicique tribuere quod ei debetur, tam toti Republicæ, quam ciuibus eius. Accipit ergo Christus Dñs panes, & pisces in manibus suis, & gratias agens, benedixit, ac fregit, & dedit discipulis, vt apponerent turbæ. Ipse suis venerabilibus manibus id fecit, vt doceret diuites, quod aliquando id ipsum facerent. Si domus aliquando ipsa suis manibus pararet cibos pauperibus, optimè ac religiosissimè factum foret, non vt videret si multum panis, aut carnis eis conferretur, vt circumcideret ex eo: sed potius vt in hoc seipsam deuotissimè incitaret ad misericordiam, & pietatem. Hoc enim est, quod Paulus discipulum suum Timotheum prēmonebat dicens: Exerce te metipsum ad pietatem. Hoc est, tuis manibus opera pietatis exerce, vt te ad illam assuefacias. Nam sic Abraham, & omnis domus eius, vxor, ac serui, in præparandis cibis Angelis ministrandis, qui ad se sub hgura virorum venerant, se occupauerunt, & inter Christianissimos Reges, hoc aliquando vsuuenit, vt certis diebus Reges ac Reginae suis manibus pauperibus ministrarent: qui mos ab Ludouico Christianissimo Rege Franciæ, (a quo Reges illi hoc cognomen mutuati sunt) ortum habuit. Nec hoc solum deberetis facere, verum etiam cum ad mensam sedetis, & aliquem cibum delicatum sumitis, debe-

Esai. 32.

1. Tim. 4.

Genes. 8.

deberetis recordari pauperis alicuius, & ab ore extrahere cibum qui tibi dulcior est, & ad illum mittere. Sic enim & Iob, seipso teste, faciebat. Si comedi bucellam meam solus, & non gustauit alienus ex ea: de la barta se lo quitaron para darlo al pobre. O, si hoc ego inter Christianos, aliquando viderem quas illis gratias referrem? Et hic est catinus ciborum qui diuitibus in hoc conuiuio obuenit, nempe vt ex sibi superfluis pauperibus tribuat. Et hoc sicut Christus cum suis discipulis, ita & vos cum Christi discipulis communicetis, hoc est, cum vritis sanctis, literis & religione approbati, habitatione sumptuum, & necessariorum ad personam & statum, de reliquo eleemosynas quas debetis dare, arbitretur & taxent: quoniam ratione superflui tenemini, vt Paulus ait. Vestra abundantia illorum inopia suppleat. Sic enim & natura facit. Superfluum alimentum in diuitibus ad utilitatem speciei destinans, vt supra capit. 6. explicuimus. Nec superflua que in sumis in non necessarijs ac honestis rebus, te excusant, hæc enim omnia temperare debes. Dedit ergo Dominus discipulis suis panes, & discipuli apposuerunt turbis. Ecce quid ex hoc conuiuio Ecclesiasticis obuenit. Nempe vt ipsi pauperibus administrarent ea quæ de manu Domini receperunt. Succedunt enim discipulorum loco, & manus sunt Christi, per quos Deus pauperibus administrat que illis porrigit. Prouentus enim Ecclesiastici, prouentus sunt pauperum; sunt enim patrimonium sanguinis Christi, qui pauperes hæc redes reliquit, secundum illud: Quod superest date pauperibus. Et pauperes semper habebitis vobiscum. Et cum Paulum, & Barnabam alij Apostoli ad prædicandum miserunt, pauperes maximè illis cõmendauerunt. Tantum vt pauperum memores essemus: deberent quippe Ecclesiastici id intra se dicere quod sacerdotes templi dixerunt, cum illis restitueret triginta argenteos Iudas, quibus vendiderat Christum. Non licet nobis mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. Sic non licet prouentus Ecclesiæ, Ecclesiasticis vris thesaurizare: quia pretium sanguinis Christi est. Flagella quippe sua, ac confixuræ, & alapa meruerunt vt homines hos prouentus sua sacramenta administrantibus tribuerent. Quid hoc in corbonam mittis, aut in tuos consanguineos impartiris, vel in ædifican-

Iob. 31.

Luc. 11. & 2. Cor. 8.

Luc. 11. & Marc. 14.

Galat. 2.

Matth. 26.

das aureas ædes. Non hoc licet tibi: quia pretium sanguinis Christi est, sed in peregrinos, ac pauperes distribuenda bona Ecclesiastica sunt. Video aliquos impertinentissimos sumptus facere, ne sibi videatur suppetere aliquid quod pauperibus tribuant. Proh summam horum hominum cæcitatem, & insaniam! Deus illis misereatur. Igitur Christi manus, Ecclesiastici vris sunt, & maximè Episcopi, per quos Deus suos pauperes pascit. Et hic est catinus qui eis in hoc conuiuio euenit. Sed dices: Ergo & diuitibus secularibus, & Ecclesiasticis vris eadem portio prouenit? Ita verum est. Misericordia quippe communis omnium Christianorum virtus est. Sed sicut tu omnibus seruis tuis panem, & carnem pro victu tribuis; tamen plus vnus, quam alius, secundum eorum merita & officia: Sic è mensa Christi omnibus hæc portio prouenit, nempe misericordia, & tamen plus vnus, quam alius. Plus enim ad misericordiam opera, & ad corporales eleemosynas tenetur diues, quam pauper, & plus Ecclesiasticus, quam secularis: & inter Ecclesiasticos, plus Episcopi, quam reliqui sacerdotes. Ex tuo quippe catino, & ex suis cibis illis tanquam familiarioribus Christus cibos impartitur. Scimus autem Christum Dominum misericordiam maximè appetere, & hic cibus deliciosus est illi, iuxta illud: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hanc ergo & suis familiaribus maximè commendatam vult esse Dominus, alias exclusi erunt à nuptijs Sponsi. Nam ob defectum olei virgines factuæ repullam passæ sunt: oleum autem quoniam linitiuum est, misericordiam significat. Oleo creditoribus suis debita excluuit vidua illa, ex Helisæi consilio. Nam si debita quæ Deo debes, exoluere cupis, & plenè satisfacere, eleemosynis ac reliquijs misericordiam operibus incumbere debes. Unde Daniel Regi Babylonis sic cõsuluit: Cõsiliu meum placeat Regi. Peccata tua eleemosynis redime, & delicta tua misericordijs pauperum. Et Sapiens ait. Eleemosyna viri, quasi sacculu cum eo. Portæ enim secum sacculum pecuniæ, qua debita soluat. Portæ etiam tabernaculi erant ex lignis oliuarum: quoniam portæ cœli sunt opera misericordiam, per quæ aditus ad abdita templi nobis patet. Hoc autem his qui tabernaculo deseruiunt plus attinet. Nam & Leuit. 25. Sacerdotibus, & Leuitis destinantur pascua

Osai. 6.

Matth. 25.

4. Reg. 4.

Dan. 4.

Ecc. 17.

Leuit. 25. & Num. 35.



seua quaedam ad alēda pecora, ex his terminis quae sibi in sortem suam euenerant. Quoniam sacerdotes scire debent ex pronunciis suis aliquas partes debere destinare pro pecoribus suis alendis, hoc est, pro subditis suis prouidendis. Nec enim consanguinei ius ali quod ad prouentus Ecclesiasticos habent, sed illi duntaxat qui in suis terminis continentur, hoc est, subditi sui qui suae parent ditioni, qui eis decimas ac primitias & ceteras oblationes soluunt.

Luc. 16. Hoc ita deberet fieri, quod si non ita sit, dolendum maxime est, & cum eis dicitur Redde rationem villicationis tuae; id clarius videbunt. Peccatores etiam ex hoc conuiuio suam deserunt portionem. Nam praecipit Dominus turbae, ut sederent super foenum quod erat in terra: caro autem in Scriptura dicitur foenum: hoc enim est quod Dominus praecipit, ut Esaias clamaret & diceret: Omnis caro foenum. Oportet ergo super carnem sedere, hoc est, illam conculcare, contemnere, atque rationi subijcere. Vnde Zachaeus ut Christum Dominum posset aspicere, super sycomorum ascendit: quoniam ut peccatores digni habeantur Dei visione, opus est, ut super carnem suam ascendant, quae sycomoro comparatur, quae dicitur ficus infans, & amarus fructus proferens: quoniam caro infans fertur desiderijs, & sterilis bonorum fructuum est, corruptionem autem & amaritudinem praefert. Hanc superet peccator, si Deum suum cernere cupit.

Exod. 16. Oportet ergo foenum dimittere quod pecorum pabulum est, si Dei cibis debemus pasci: nam & filij Israel nunquam manna pasci sunt quoad usque farina Aegypti illis defuit. Qui enim huius mundi voluptatibus pascitur, indignus est cibo regio, quem Deus suis familiaribus subministrat. Stomachus quippe repletus alijs & cepis, quemcumque alium cibum fastidit, ut filij Israel qui ollas & cepas Aegypti eructabant; dulcissimum manna fallidiebant & dicebant: Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Scriptum quippe est: Anima saturata calcabit fauam. Foenum enim, hoc est carnis deliciae, in bestias homines conuertit; nam & equus tempore quo herbis, ac hordeo viridi pascitur, nullus est commodi, aut seruitij, sed in stabulo est edendo, & stercora fetida egerendo & faginando se. Sic carnalis homo, sensuumque

Luc. 16.

Esai. 40.

Luc. 19.

Exod. 16.

Num. 11.

Prout. 24. simile.

voluptatibus deditus ad nihil valet ultra; nisi ut comedat, & bibat, & adipem saginet, stercora emittat, turpitudini deseruiens, foetidum ex se odorem proferat. Non tamen quae sunt Dei dona cognoscit: nam scriptum est, quod animalis homo non percipit ea quae Dei sunt. Et Dominus per Ioannem in Apocalyp. dicit: Vincenti dabo manna absconditum. Id est, illum qui carnis delicias superauerit; meis illum pascam dulcissimis ferculis. Et nomen nouum. Hoc est, honorabile nomen hominis, non bestiae, nomen Angeli, non hominis. Apposuerunt ergo discipuli panes, & pisces turbae & saturati sunt. Haec est portio pauperum, patientia, & confidentia in Deum, quod illis non deerit. Hoc autem intelligo de veris pauperibus, qui secundum spiritum patienter ferunt paupertatem, se diuinae voluntati conformantes, qui potius os ad parietem adiungent (ut dicitur) quam quod rem illicitam faciant; non de illis qui etsi corpore sint pauperes, in voluntate sunt diuites & auari, qui vbiicumque possent, sibi acquirerent pecunias, etiamque furtiue, aut iniuste eas arripere possent: non de his, inquam, loquimur, sed de primis de quibus scriptum est: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem. Quoniam etsi panis corporalis deficit, spiritui tamen maxime reficiuntur. Hi enim credere debent, quod etsi homines eis deficiant, corui pascunt eos, sicut Heliam pauperunt, & bis in die illi afferebant panem, & carnes, & postea mulier vidua paupercula illum pauit, quae non habebat nisi pagillum farinae in hydria, & lechitum olei, quae non defecerunt, ut haberet unde aleret Prophetam: & in lacu leonum aluit Deus Danielem. Ecce conuiuium finitum. Deficit id quod vltimo afferri solet, & hoc debent esse gratiarum actiones, sicut & homines isti dixerunt: Quia Propheta Magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitabit plebem suam. Non debemus esse veluti muta pecora, quae natura prona & ventri obedientia fingit, quae non eleuant oculos in caelum, agnoscetes omnium bonorum datorem. Sed debemus esse, ut homines, quibus os sublime dedit Deus & erectos ad sidera vultus; ut Deum benefactorem agnoscamus, atque ei semper gratias referamus. Et superauerunt duodecim cophini fragmentorum. Dei enim perfecta

1. Cor. 2. Apoc. 2.

Psal. 36.

3. Reg. 17.

Dan. 14.

perfecta sunt opera. Non solum quod sufficit, verumetiam quod abundat tribuit. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. In nec id quod debes tribuis Deo. Sed aduerte vltimo quod altera vice, ut Marcus narrat, Christus Dominus ex septem panibus, & paucis piscibus satiauit quatuor millia hominum: & superauerunt septem sportae. Modo autem sunt quingue panes, & duo pisces, & superant duodecim sportae. Tunc erant plures panes, & plures pisces, & minor numerus manducantium, & quae super sunt minus sunt, nempe septem sportae. Nunc pauciores panes & pisces, numerus edentium maior, & tamen plus est quod superest, nempe duodecim cophini. Quid hoc miraculi est? Certè vult te docere Christus, ne vnquam despondeas animum, vel constringaris aliqua necessitate quae te impediat, ne elemosynas facias: quoniam nouit Dominus, & pauca & multa multiplicare. Ne dicas, Non multum habeo rei familiaris, & tamen expensa hodie magna sunt, habeo filios, & filias tradendas viris, nihil mihi superest. Eia timide Christiane, quid trepidas? Pauca Deus plus multiplicat, quam multa; & paucioribus panibus plures satiauit, & plus superfuit, & tecum id etiam faciet, & si ex paupertate tua pauperi dederis, Deus maiora retribuet. Scis, o homo, quid dico tibi? Video equites ac dominos vaſallorum, quibus multa milliaria aureorum singulis annis proueniunt, & tamen illos pauperes, & ratiocinijs obligatos; agricolas tamen ac rusticos, qui nihil nisi ex quotidiano sudore habent video diuites, & sibi, & filijs, & alijs superesse. Imò ipsi sunt qui plures elemosynas conferunt, quam diuites. Ex paucis paucum, & ex multo nihil, dicit proverbium quoddam Hispanum; Deus autem ex paucis plura multiplicare solet. Hoc sufficiat pro hoc Euangelio, referuantes cetera pro suo loco apud Ioannem, si Deo placuerit, ut illum interpretemur. Sed circa numerum manducantium aduertendum est, quod in exemplaribus Graecis additur illa particula. Ferè: Manducantium autem numerus erat fere quingue millia, nam & ceteri Euangelistae illam addunt. Et haec est alia nota, quod Christus noster sit verus Messias. Nam ut testis est Lactan-

Jacob. 1.

Marc. 8.

Lactantius

tius, lib. 4. de vera Sapientia, cap. 15. Sybilla his versibus hoc praedixerat. In panibus simul quingue, & piscibus duobus, Quingue hominum millia in deserto satiabit. Adiecit & haec de fragmentis: Et reliquias tollens, post fragmenta omnia, Duodecim cophinos impleuit, in specie multorum. Quod etiam Sybilla Erithrea primo oraculo exprimit dicens. Ex panibus quingue, & pisce marino, Quingue millia satiabit. Factae quippe fuerant manus eius velut fontes panis, & piscium. Et Ezechiel cap. 34. hoc videtur insinuare, cum dicit. Suscitabo super gregem meum pastorem vnum, qui pascat eum, seruum meum Dauid, id est, Christum, qui a Dauid secundum carnem originem traxit, ipse pascet & erit eis in pastorem. Et statim iussit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam, & praecedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. In pluribus exemplaribus legitur, Compulsi discipulos suos. Oportebat enim compellere eos, ut discederent a Iesu: adeo tenebantur eius amore, ut nisi vi quadam compulsi non possent diuelli ab eo. Hinc verba illa Petri ad Dominum dicentem eis, nunquid & vos vultis abire: Quod ibimus Domine? verba enim vitae aeternae habes. Et in transfiguratione nolebat a tali conspectu discedere, sed nesciens quid diceret, dicebat: Domine, bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula. Ita Heliseus ab Helia nullatenus discedere volebat, sed dicebat: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non dimittam te: Et Psalm. 79. Non discedimus a te, uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Et Exodi. 33. Si non tu ipse praecedas nos, non educa nos de isto loco. Nihilominus quandoque oportet, ut Dominus suos a se diuellat, ne vel nimia familiaritas pariat contemptum, vel nimia curiositate velint indagare diuina, assidua contemplatione illi assistentes. Quod Cantico. 6. his verbis exprimit dicens Sponsus. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Hoc est: Ne nimis curiosè in me figas oculos, sed aliquando reuerentia quadam illos a me auerte, quasi victus a mea luce, plusquam a radijs solis: & veluti qui me non comprehendere possunt.

Ezech. 34.

Moralitas

Ioan. 6.

Matt. 17.

4. Reg. 2.

Psal. 79.

Exo. 33.

Cant. 6.



Euangelium secundum Matth.

sis, cessa à nimis curiosa indagazione magnitudinis meæ, sed cum lob fatere, & dic. Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram. Quoniam sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: ita qui scrutator est maiestatis, opprimetur ab ea, vt dicitur Prouerb. 25. Et Paulus. Roman. 12. ait, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et cap. 11. Noli altum sapere, sed time. Auerte ergo oculos tuos à me. Hoc est, ne curiosius diuina scrutari coneris, sed quandiu es in vita præfenti, in qua diuina cognoscimus per speculum, & in enigmatibus, hac cognitione contentus esto, clariorem vitam futuram relinquens. Nam ipsi me auolare fecerunt. Hoc est, quia nimis te video curiosum, & familiarem mecum, egomet à te diueller, & fugio, & eleuor, ne me tam curiosis oculis, & excellentis circumspectis, sed potius humilibus & inclinatis: Nam si tu vis erga me eleuari, ego altius auolabo. Hinc Psalm. 63. dicitur. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Cui sensui congruit translatio ex Hebræo quæ sic habet. Auerte conspectum tuum à me: quia ipse me extulit. Idem ergo discipulos suos aliquando compellit Dominus à se discedere. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. In hoc docet nos post magna opera edita, consortia hominum fugere, ne nos vana gloria deturbet, & ad Deum tanquam principalem anchorem recurrere: & vt nihil orationem perturbet, dimittit turbas. Sic enim & Abraham fecit cum ascendit in montem immolare filium, dimisit seruos, & iumenta ad radices montis, & dixit eis: Expectate me hic cum asino, ego & puer illuc vsque properantes, cum adorauerimus reuertemur ad vos. Nam & Ecclesiast. 10. dicitur. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Ostendit etiam in hoc facto orationis effectum. Nam, vt Damasc. Damascenus ait. Oratio est ascensio mentis in Deum, & idem ascendit in montem Domini, & docebit nos vias suas. Et Esai. 37. Leua orationem Esai. 37. pro reliquijs quæ inuenta sunt. Et Psal. 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum. Threnor. 3. Leuemus corda nostra cum manibus in cælum.

Job. 36. Prouerb. 25. Rom. 12. Rom. 11. Psal. 36. Genes. 22. Eccles. 10. Damasc. Esai. 2. Esai. 37. Psal. 140. Thren. 3.

solus. Dimissis etiam intimis discipulis, vt liber affectus, & intentio simplices sint cum Domino. Vnde supra. 6. capit. dictum est. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum. Orare, non pro se, sed pro his qui credebant, & credituri erant in eum. Hinc Ioann. 17. Dicit ipse Dominus. Non pro eis autem rogo tantum, sed pro omnibus qui credituri sunt per verbum eorum in me. Et ad Hebræos. 5. Preces, & supplicationes cum clamore valido, & lacrymis offerens, in omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Vespere autem factus, solus erat ibi. Erat quippe sine discipulis. Quare quia discipuli sine illo erant, inuiciter laborabant, & in pericula magna inciderunt. Hoc autem significabat, quod facto vespere in occasu lucis suæ, hoc est, in passione solus erat relinquendus, vt & ipse dixit discipulis suis. Futurum est, vt omnes dispergamini, & me solum relinquantis. Solus etiam erat ibi orans pro nobis ad Deum: quia solus Christus est, qui patri assilic Pontifex futurorum bonorum factus, vt ait Paulus ad Hebræos, cap. 9. Solus etiam vt liberator suorum in passione, iuxta illud: Torcular calcavi solus, & de Gentibus non est vir mecum. Esaiæ capite. 63. Cæterum secundum literam, erat ibi solus, vt fidem faceret turbis, quod postea non nauigio perueniret. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Hic tangitur triplex causa huius periculi, & tempestatis. Prima ex paruitate instrumenti, erat nauicula quæ citius submergitur, quam fortis & magna nauis. Secunda, ex impossibilitate declinandi: quia erant in medio maris, nec poterant ad ripam diuertere. Tertia fuit ex tempestate venti: quia iactabatur fluctibus. Quæ iactatio fit ex multis ventis in oppositum contrapugnantibus, & hinc inde procellas proiicientibus, ita quod nauis dirigere in ventum non posset. Nam Danielis capit. 7. dicitur. Ecce quatuor venti pugnabant in mari magno. Et Ionæ capit. 1. dicitur. Mare ibat & intumescibat super eos, & nauis periclitabatur conteri. Quæ si mystice interpretari velis. Pusillanimes propter paruitatem

Ioan. 17. Hebr. 5. Ioann. 10. Hebr. 9. Esai. 63. Dan. 7. Ion. 1.

Ephes. 4. Psalm. 54. Psalm. 68. Ion. 1. Marc. 6. Albertus

tatem periclitantur, qui autem in medio mari sunt, hi sunt qui ob difficultatem euadendi desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitæ. Ventorum autem procellæ significant instantem, & impetuosissimam tentationem: contra quæ muniti poscebat Psaltes cum dicebat: A pusillanimitate spiritus & tempestate Psalm. 54. Acsi diceret: Ab his patior iacturam, erue me, & Psalm. 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Erat enim ventus contrarius illis. Sicut Acto. 27. Ventus tryphonicus qui dicitur Aquilo contrapugnabat naui. Et Ionæ. 1. Dominus misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna, & nauis periclitabatur conteri. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Quando iam ultra quietis tempus laborauerunt, & ex duabus causis erant lassati. Primò ex longa & forti nauigatione, & ex hoc quod non carperant somnũ ad quiescendum. Vnde Marc. 6. dicitur, quod tota nocte laborauerant in remigando. Sed obseruandum hic secundum Albertum, quod secundum diuisionem graduum Equinoctialis circuli, duodecim horæ sunt diei, & duodecim horæ sunt noctis, ita quod quilibet hora habet duodecim gradus equales. Sed secundum diuisionem Zodiaci sex sunt horæ diei, & sex horæ noctis: quia semper sex signa sunt super Emispherium, & sex subter: Sex autem horæ noctis in quas diuiditur, hæc sunt. Crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, antelucanum & diluculum. Sed duæ istarum horarum tenebras noctis permixtas habent cum lucẽ, scilicet, prima & vltima. Quatuor autem sunt perfectarũ tenebrarum. Conticinium quidem à conticendo dicitur: quia tunc frigiditate opprimente organa sensuum, incipiunt conticere homines. Intempestum autem quando tempestate congrua profundissimus est somnus. Gallicinium autem, quando in prima tenebrarũ diuisione paruis motibus immutatur animalium corpora, & idem qui non sollicitantur circa propria, tunc cantant, & mouentur. Antelucanum autem dicitur: quoniam motus lucis pellere, & declinare incipit tenebras tenentes, & à tenendo dictas, & incipit somnus attenuari, & sanguis ebullire ad exterioris, & somnia apparere incipiunt. Hoc est, quod Dominus Tom. II.

nus Marc. 13. dicit: Nescitis quando veniat, sero, aut media nocte, an galli cantu, an manẽ. In quarta ergo hora, sine vigilia, post mediam noctem, scilicet venit ad eos ambulans supra mare. Nempẽ vt ad impleretur illud Esai. 43. Cum transferis per aquam, tecum ero, & flumina non operient te. Miraculum hoc ex illis est quæ tota mirabilia apparent: ex qualibet enim parte miraculum est. Nam ex duabus causis impeditur corpus humanum, ne possit super aquas ambulare. Et ex parte ipsius corporis, quia graue est, & ad ima tendit, & ex parte aquæ quæ fluida est, & non solida, nec corpus graue sustinere valet. Si ergo à corpore sua grauitas auferretur, aut aqua corpus solidum fieret; hoc quidem miraculum est: Tamen tunc ambulare corpus super aquam, non esset miraculum: nam impedimenta ex parte vtriusque ablata sunt, sicut quando cæco datur visus per miraculum, naturaliter videt postea, & non miraculosẽ. Corpus autem Christi in hoc miraculo non amisit suam grauitatem, nec elementum aquæ solidum factum est: quare valde mirabile hoc est: Sicuti quod virgo remanens virgo concipiat, & pariat. Nam natura corporis fluidi, qualis est aqua, est cedere corpori grani, & circunscire illud. Vnde hoc miraculum aliud est à diuisione maris Rubri, & diuisione Iordanis facta semel à Iosue, & iterum ab Helia, & Heliseo. Nam ibi aqua celsit, & liberum per se transitum dedit. Et cedere quidem mirabile fuit, sed non mirabile fuit per cedentem aquam incedere. Quare hoc miraculum demonstrat in Christo vitanque naturam. Diuinam quidem in potestate qua super aquas mirabiliter ambulauit; humanam autem quoniam in veritate corpus humanum super illas incedebat. Nec hæc dici debet assumpsisse Dominum agilitatis dotem, sicut nec quando ex utero Virginis prodijt, assumpsit dotem subtilitatis: adhuc enim corpus mortale in statu mortalitatis ferebat. In his ergo omnibus vera, & in contradicibilia demonstratur, sed Dei secundum vtramque naturam. Et ex his confutantur hæreses Marcionis, & Manichæi, Arii, & aliorũ, qui Christum aut phantasticum in humanitate, aut simplicem creaturam, sine Deitate mentiti sunt fuisse: cum in his vtraque natura manifesta fiat. Et videntur

Marc. 13. Esai. 43. Exod. 14. Iosue. 3. 4. Reg. 2.



tes enim supra mare ambularem (quod supra hominem est) turbati sunt dicentes: quia phantasma est. Et pro timore clamauerunt.

Videntes enim eum supra mare ambulantem, quod supra hominem est; spectrum aliquod, aut terriculamentum, ex his quae diabolus fingit ad terribiles homines, existimauerunt esse. Orta est etiam haec turbatio, quia sicut dicitur Marc. 6. Ostendebat se, ac si vellet praeterire eos. Non quod finxerit Christus, sed vt ostenderet quales essent eo praeterente. Simile est illud, quod quidam ex amicis Iob, cap. 4. dicit: Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum imago coram oculis meis, & cum spiritu me praesente transiret; inhorruerunt pili capitis mei. Et hoc est, quod dicit: Dicentes, quia phantasma est. Quod si dicas. Quare ergo timuerunt, id quod phantasma esse putauerunt? Dicendum, quod putauerunt esse phantasma quoad umbram corporis, sed non quoad rem. Quia putauerunt esse spiritum illum malignum, qui commouebat mare. Nam de eo dicitur Iob. 41. feruere facit profundum maris, quasi cum vnguenta ebulliant. Et pro timore clamauerunt. Sic enim apud Ionam legitur: Timuerunt nauis, & clamauerunt ad Deum in fortitudine. Statimque Iesus loquutus est eis dicens: Habete fiduciam, ego sum nolite timere. Statim ait: quoniam Deus velociter nobis adest, vt dicitur Esai. 30. Statim, vt audierit respondebit tibi, Habete fiduciam. Nam beatus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Ego sum. Ideo ne paueatis: quia ego ipse sum. Ego sum qui sum. Ego sum qui commoueo fluctus maris, & ego ipse sum cui venti & mare obediunt, nolite timere: sic enim eis postea discessurus dixit. Non turbetur cor vestrum, nec formidet. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es; iube me venire ad te super aquas.

Sed hic mouet Caietanum dubium. Quid nam est hoc, quod Petrus petit, vt certior fiat, illum qui veniebat super aquas esse Iesum. Nam sola iussione verba proferre, non erat signum certificans illum esse Iesum: nam etiam phantasma poterat dicere. Veni. Oportebat ergo, vt post iussione Domini qua dixit, Veni, vel Petrus sentiret corporis sui grauitatem esse ablatam, quod tamen non sensit, cum postea videns ventum validum coepit mergi: vel quod mare

ipsum solidum redderetur, quod etiam non fuit, quia a ventis agitabatur, & procellosum tunc erat, quomodo ergo ambulauit super mare? Et respondet Caietanus, quod in animo Petri post iussione Domini qua dixit, Veni; tanta securitas effecta est, vt absque haesitatione aliqua se iactaret in mare: verbum enim illud Domini hanc in eo securitatem effecit. Modus autem quo ambulauit super aquas hic fuit, non quod corpus eius defuerit esse graue, sed quod suspensa fuerit actio illa grauitatis, nec tunc habuit effectum suum. Quemadmodum virtus comburendi in igne suspensa est, & detenta; quando tres pueri missi sunt in caminum ignis in Babylonia. Ait ergo: Domine, &c. ac si diceret. In ditione tua cuncta sunt posita, nec est qui possit resistere voluntati tuae, si tu es cui omnia obediunt, iube me venire ad te super aquas: dabis enim voci tuae vocem virtutis, & in verbo tuo potero, quod tu poteris perte ipsum. Et haec non fuit tentatio, sed futurorum praesignatio, quod non solum vnus nauiculae, sed totius orbis deberet esse gubernator Petrus, & pro Christo vicarius relinquendus. At ipse ait. Veni. Sermo enim eius potestate plenus est, Ecclesiast. 8. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquas, vt veniret ad Iesum. Semper enim singularia signa dilectionis ac fidei, praeter ceteris Apostolis ostendit Petrus. Nam alia vice cum Christus in litore esset post resurrectionem, & Petrus audisset quod Dominus est, tunica succinxit se, & misit se in mare, & alij discipuli nauigio venerunt, & ipse dicebat paratum se esse, & in carcerem, & in mortem ire cum Christo, & serui amputauit auriculam in horto. Id enim decebat eum, qui caput ceterorum debebat esse. Videns autem ventum validum, timuit. Et cum coepisset mergi, clamabat dicens: Domine saluum me fac. O Petre, securus ambulans in praesenti super fluctuantes vndas, & futurarum times a vento validiore procellam? Nonne audisti per Esaiam Dominum dicentem: Cum transieris super aquas tecum ero, & flumina non operient te? Diuina dispensatione temperauit Iesus miraculum, vt experiretur Petrus, & in eo discernerent homines propriam imbecillitatem, ac defectum in vtendo diuinis donis. Dum eius animo assisteret Christus, fortiter dono fidei usus est, ad vnum verbum Domini iactans se; tantillum diuertit se

Dominus

Dominus ab eo, & iam haesitat, iam timet. Antea non timebat fluctuantes vndas, iam modo aere veretur. Non quod Dominus subtraxerit modo a Petro donum fidei (nam sine poenitentia sunt dona Dei & vocatio) sed subtraxit gratuitam assistentiam a Petri animo quoad hoc, quod reliquit illum sibi ipsi quantum ad actum vtendi fide concessa: vt experiat homo quid valeat sibi ipsi relictus, & quomodo ad vtendum recte donis Dei eius particulari assistentia indigeat. Et cum coepisset mergi. Sicut prius Petrus confusus est in Iesu, & postea ambulauit super aquas; ira, prius amisit in animo securitatis actum, timendo, & postea coepit mergi, vt intelligamus secundum animae merita assistere diuinam operem corpori. Sed quomodo dicit quod vidit ventum validum. Nonne per totam noctem insufflauerat ventus? Verum est. Sed tunc venit ventus, cum noua insufflatione que periculosior nauis solet esse. Et timuit. Sic Helias primo Achab audacter occurrens, & Prophetas Baal occidens, postea timens Iezabel fugit. Sic & Moyses timuit Pharaonem & fugit, & Dauid Absalonem. Omnes enim illi insufflati fuerunt spiritu daemone, & cor ipsorum quasi mare feruens quod quiescere non potest, & ideo viri sancti ab illis fugerunt. Et cum coepisset mergi. Grauescente periculo, vt Psalm. 68. dicebat Dauid: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Clamauit dicens. Imitatus Ionam qui dicebat. Clamaui ad Dominum de ventre inferi, & exaudiuit me. Domine saluum me fac. Cum Dauid videbatur dicere. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam. Nam & rex Iosaphat dicebat: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros leuemus ad te Deum caeli. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum. Continuo ait. Bene Hester. 13. ait: Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Extendens manum. Nam nouit Dominus pios de tentatione eripere. 2. Pet. 2. Et Esai. 41. Protegat te dextera iusti mei. Manum enim suam aperuit inopi, & palmam extendit ad pauperem. Sic etiam supra cap. 8, extendens manum tetigit leprosum, & mundauit eum. Apprehendit eum. Sicut apprehensa manu socrus Simonis dimisit eam febris. Modicam fidei quare dubitasti? Certè Petre, modo non ha-

Tom. II,

buisi fidem taquam granum sinapis, quod quanto plus teritur magis redolet. Deprehensus es quippe Petre, qui insipienter feruebas, minus constanter diligens, vt & etiam altera vice continget tibi. Et cum ascendisset in nauis, cessauit ventus. Nam vt dicitur Psalm. 106. Dixit, & stetit spiritus procellae. Ecclesiast. 43. In conspectu eius siluit ventus. Et Tobia. 3. Post tempestatem tranquillum facies. Qui autem in nauicula erant. Fuerunt autem in nauicula nauis & forte alij magis familiares. Venerunt & adorauerunt eum dicentes: Verè filius Dei es. Profitentur quod non secundum opinionem, sed secundum veritatem est Messias. Circumloquitur enim Messiam nuncupatione filij Dei, sicut Nathanael in principio, cum venit ad Iesum dixit ei. Tu es filius Dei, vt dicitur Ioann. 1. & tamen tunc non agnoscebat Trinitatis mysterium. Quare haec non fuit adoratio latriae, vt quidam dicunt, sed hyperdulie, quam Patres Angelis qui sibi apparebant faciebant. Adorauerunt eum, vt adimpleretur illud Esai. 45. Te adorabunt & te deprecabuntur. Et benedictio quam super illam tulit Isaac. Et incuruentur ante te filij matris tuae.

N VNC autem super totam hanc historiam, iterum manus adhibenda est, exordium sumentes a quodam viro perito, qui sic hanc historiam enarrare incipit. Si nobis, ait, exercitum ceruorum effingeremus, cuius leo dux fuerit; fortiorum sanè illum censeremus Leonum exercitu duce ceruo, vt Cabrias olim Graecorum Imperator propoluit apud Plurarchum in Apotege. facit enim Ducis & Principis fortitudo, ad augendos subditorum animos. Hinc & maledictus populus censeretur cuius Rex puer est: quod non tam ad aetatem, quam ad senium refertur. Vt Esai. 3. minatur Dominus: Dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Cum prius dixisset. In illa die auferet dominator Dominus exercituum ab Hierusalè, & Iuda validum & fortem, virum bellatorem, Iudicem, Prophetam, senem, honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem. Ideo cap. 65. cum Hierusalem reparandam promitteret, adiecit. Non audietur ultra vox, fletus, & vox clamoris: quoniam niam puer centum annorum maledictus erit. Virtus enim Principis, Praelati, patrisfamilias & magistri, recreat subditos, infiores

f 2

Roman. 11
3. Reg. 18.
Exod. 2.
2. Reg. 15.
Esai. 57.
Psalm. 68
Iona. 2.
Psalm. 68
2. Para. 20
Hester. 13
2. Petr. 2.
Esai. 41.
Prouer. 31.
Matth. 8,
Luc. 4.

Dauid. 3
Ecclesi. 8.
Ioann. 21.
Luc. 22.
Esai. 43

Matth. 28
Psalm. 106
Ecclesi. 43
Tob. 3
Esai. 41
Genes. 27
Moralitas alia
Esai. 3
Esai. 65



riores, filios discipulos. Tātūm Christi praesentia recreatū sunt turbæ in deserto, tantum & ipsa vaiuit ad eruendos ex periculo discipulos, vt nunc dicitur sumus: Quid mirum? Esi enim nos ad instar ceruoru timidi, & infirmi sumus, ille tamen Dux noster & Leo de tribu Iuda. Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid. Ceruos nō persequatur venatores interim, id vsurpauimus ex Psalme. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: sic ferebantur Apostoli in Christum cum periclitarentur, ipse autem eos eripuit. Igitur facta panum multiplicatione, & satiatis quinque hominum millibus absque mulieribus, & paruulis his quinque panibus, quos Christus acceperat & benedixerat, sublatis demum duodecim cophinis fragmentorum, turbæ in eius confessionem & laudes proruperunt, adeo vt illum sibi in Regem constituere vouerint vt Ioann. refert, & ideo ipse fugit in montem orare. Cyrillus Alex. dicit lib. 3. in Ioannem, cap. 20. laudabilem horum sententiam affirmat, eo quod dignum arbitrati sunt Christum Regno, quod ipsi pro summo honore vero Messie obueniturum expectabant. Rupertus vero lib. 6. in Ioannem sic ait. Diligentes hoc seculum & sapientes ea, quæ carnis sunt, hoc in illo amauerunt quod prædicto miraculo experti sunt, posse scilicet illum omni rerū vbertate pascere populū suum, locupletari regnum Iudæorum, totumque diuitijs vincere, vel acquirere mundum. Hunc illum esse quem & Dauid exprimit Psalm. 71. dominaturum à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Et uidebant id tamen quinque millia hominum, inconsultis Principibus, si tamen consulendi essent, & secundum Deum consulere scirent. At verò Christus non venerat Reges occidere, sed Regibus iustam regnandi scientiam ostendere, non regna tribuere, & vestigalibus premere, sed quod deerat Regibus & populis de thesauro regni caelorum vitæ aternæ donaria præbere, longè alium debellaturus erat hostem quàm Tyberium Cæsarem, aliamque capturus bestiam quàm Romam, tunc temporis Iudæorū dominam: & quidem Christus Rex prænunciabatur, sed longè alterius regni quàm nostris obuersatur oculis. Hieremi. 23. Regnabit rex, & sapiens erit: vnde & inducitur à Dauid Psalm. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius,

Genes. 49
Apoca. 5
Psal. 41
Ioann. 6.
Cyrillus.
Rupertus.
Hier. 23.
Psal. 2.

prædicās præceptum eius. Porro fugit quia illius regni conditionem & maiestatem ignorabant, cum non sit ex hoc mundo. Et super Ioannem dicit idem Rupertus. Quot autem sunt qui ad instar istorum Iudæorū, propter solum temporalem cibum qui perit, currunt & rapiunt Christum, & inclamant eum Regem suum iurgantes fortiter, & eius domui quæ est Ecclesia, vim inferentes. Quantas enim turbas huiusmodi homines Regi Christo, & regno eius presenti Ecclesie fecerunt. Videas plerumque Sacerdotes, cæterorumque Ordinum sacri altaris ministris, tanto tumultu & strepitu officia Dei præripere, quanto vix solent Chiliarchi, & Centuriones, siue pentharchi pro temporalibus regni honoribus strepere inuicemque aduertiari, & inuidere. De quibus vti que tam accerrimè, quàm veraciter potest dici illud Philip. 2. Quia omnes quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. Nā & Christus suo illos docuit exemplo honores, diuitias, & mundi pompam istam declinare, cum prænoscentis turbæ voluntatem fugit iterum in montem orare: ita nimirum oportet eos, qui ambitione, luxuria, auaritia, cæterisque peccatis tentantur altum cōtemplationis rerum futurarum verticē scandere, & orationibus diuinam gratiam deprecari. Hec ille. Illi volebant illum facere Regem terræ: ille ad cælestia, confugit vnde erat regnum eius: nam primus homo de terra terrenus, secundus homo de coelo cælestis. Vnde illi qui de terra erant, de terra loquebantur, & terrenum illi regnum præbere volebant. Tamen ille qui venit de coelo, super omnes est, & ideo ad superiora cōtendit, terrenis neglectis. Sic enim & ipse ad illos dixit. Vos deorsum estis, ego de superis sum. Tempestas autem qua nauicula in qua Apostoli ibant concutiebat, nocte facta est. Nox autem propter tenebras peccatores significat: nam propter peccata populi tempestates ac turbationes contra Ecclesiam insurgunt: quoniam & Virgilius egloga. 1. noctem per tenebras depinxit dicens. *Maioresq; cadunt aliu de montibus umbra.* Vnde Basil. Epistol. 89. ad Eudoxiū rethorem, ita sui temporis calamitatē exaggerat. Ecclesie sine pastoribus, inquit, nauigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Quid nō igitur timendū est? Serotina igitur hora tēpus peccati indicat, quo inualescete grauius quoque Deus permittit suam Ecclesiam affigi. Sic Daniel captiuitatis Israeliticæ,

Ioann. 18
Rupertus.
Philip. 2.
i. Cor. 15.
Ioan. 3.
Virgilius.
Basilias.
David. 9.

liticæ, causam sumit à Principum vitijs. Hæ sunt ille tenebræ, & lubricum, hæ mari incumbunt, hæ replent ciuitates & Respublicas. Non defecit, inquit, de plateis eius vltura, & dolus. Et vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Et alibi, Vidi in loco iudicij, & ecce iniquitas. Vbi que tenebræ, & deprauati hominum animi & mores. Eusebius Cæsariensis, lib. 8. Historiæ Ecclesiasticæ. Cap. 1. Iusto Dei iudicio persecutionem Christianis sub Diocleciano exortam dicit, quod tunc ex multa libertate, & indulgentia vitiatī mores essent, & doctrina corrupta. Serò ergo venit tempestas: quoniam in serotinum tempus sumorum populi capitum obtenebratas mentes indicat. Hieronym. lib. 2. Commentar. in Prouerb. cap. 10. Nimirum, inquit, sicut acetum dentibus & fumus oculis, ita sacerdos prauus in Ecclesia, per acritudinem peccati fidelium sensus obtundit, & ignorantium oculos velut fumus excæcat. Hinc orta est Andianorum secta: teste Epiphano lib. 3. in hæres. tom. 1. hæres. 70. Quod Andius dum vitia Prælatorum & Sacerdotum argueret, extrusus & verberatus ab Ecclesia defecerit, quali quæ tam indignis hominibus constare nō potest. Ita nox peccati, nauem Ecclesie pullabat, vt illius occasione permulti scandalizarentur, alij verò recederent. *Erat nauis in medio maris.* Est enim Ecclesia in medio tempestatū hæresum, ac Schismaticorū. Vnde Basilias lib. de Spiritu sancto. cap. 30. Tempestatem Ecclesiarum maris procellis cōparat, in qua & omnes patrū termini commoti sunt, & omne fundamentum, & si quod est dogmatum munimentum, id ipsum conuulsam est. Nimirum Schismatici & hæretici spuma earum sunt procellarum, quas cauda sua vehementi Sathan, scilicet, Princeps super filios superbiæ concitat. Sunt enim illi cupidi, elati, superbi, voluptuarum amatores, quorum pedes currunt in sanguinem; Dentes eorum arma & sagitte, & lingua eorum gladius acutus. Procellas etiam dixerim tempestates illas à tyrannis Nerone, Decio, Domitiano, cæterisque barbaris excitatas, vt & de Peris scribit Theodoretus affect. Grec. sermo. 9. de legibus. Quod enim illi, inquit, credulitatis genus in Christianos committenti non sunt? An non terga diriperunt? Non manus pedesque absciderunt? Non aures naresque obruncarunt. Non ad excessum doloris vincula arctissima inuenerunt? Non foueas, non locu-

Psal. 54
Eccles. 3.
Eusebius.
Hierony.
Epiphani.
Basilias.
2. Timo. 3.
Psal. 56
Theodore-
tus.

los excauarunt. Eosque prius melle perunctos mulcarum copia, maximisque & aculeatis crabronibus impluerunt qui colligatos figerent, moribusque absumerent. Et si vero sic in Christianos despumarent, nunquam tamen Ecclesiam obruerunt, sed nec hæretici quantumuis crudeles, in Ecclesiam præualuerunt, imò omnes hi vt fluctus euauerunt. Id circo August. tom. 4. in enarratio. Psalm. 57. Non vos, inquit, terreat fluij qui dicuntur torrentes. Hiemalibus enim aquis impleti ad tempus perstrepunt, mox autem decurrentes cessabunt. Multæ enim hæreses decurrunt, riuus earum exsiccati sunt, adeo vt vix earum memoria reperiat. Inter se enim hæc confluantur (ait Nicephorus, lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ. cap. 5.) non aliter quàm fluctuum commotiones insurgentes subinde, atq; decedentes, in varias abeunt formas, & postremo vt nihil earum appareat, euanescent. In medio autem horum fluctuum versatur Ecclesia, quod vndique inimicis oblideatur domesticis, hæreticis, qui velut genimina viperarum, pectus matris vt nascatur rodere nituntur, & extraneis, ethnicis, tyrannis, & barbaris, infidelibus. Sic Ecclesia venit in altitudinem maris, adeo vt sicut vas fluctibus excussum, sic illa modo exalteretur, probeberetur, & laudetur, modo deprimatur, vituperetur, & quasi ignobilis habeatur: ita licebit & ijs omnibus qui in Ecclesia nati sunt, illud Virgilianum vsurpare. *Toll mur in cælu curuata surgite & ijdē.* *Subducta ad manes in nos descendimus vnda.* Et illud Psalmista. Exaltamur vsque in caelum, & deprimemur vsque ad abyssos, sic mirabiles sunt elationes maris, verū mirabilior in altis Domini: nec mirum aberat enim Iesus, & remanserat solus in terra. Aberat nauiculus, aberat Dux nauis Christus, absente enim pastore grex. Duce, milites: Episcopo, Ecclesia periclitatur. Absente Moyse Ista elita idolatrat. Dormientibus hominibus inimicus homo super seminavit zizania. Ideo Dns Petrus his verbis increpauerat. Si non dormis? Quod illi inuigilandum esse doceret. Et hoc danè infelici tempore hæreses latius serpsere, quia pauci prælatorum ouibus aderant, vel saltem pauci superintendentium officio fungebantur, satis quidem in proprijs commodis vigiles, sed qui in causa Dei, & animarū salutē vtramque in aurem dormirent. Nam vt scribit Hieronymus in Mattheū cap. 3. scit Rex Ahyriorū diabolus,

August.
Nicephorus.
Virgilius.
Psal. 106.
Psal. 92.
Exod. 32
Matth. 13.
Marc. 14.
Hierony.



diabolus, non posse se oues decipere, nisi pastores ante conspicerit. Erat enim ventus contrarius illis. Hec quarta est tanti periculi cautela. Nam prima fuit nox. Secunda esse nauiculam in medio mari, ubi a fluctibus circumsepta non habebat fugam. Tertia absentia Christi: Quarta hanc ventorum contrarietas, ut enim scribit Origenes in Mattheu, iussu Domini ventus iste excitatus est, in suorum probationem. Ventus contrarius Ecclesie, peruersa opinio seu doctrina est, qualis est Iudas in hac quam inferunt haeretici. Na inde Iudas sua Cano illos vocat nubes turbinibus agitata. Quid autem aura leuius? Quid ea mobilis, & inconstans est? Vnde minime permanere possunt. Sic enim ait Dominus Matth. 15. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. Vnde Gamaliel de Apostolis mentionem faciens Actu. 5. Si est, inquit, ex hominibus consilium hoc dissoluatur. Quid solidum in vento, qui in momento temporis sedatur? Quam igitur in illo nisi breuem spem constituere poterimus? Dicit. Et ventus contrarius: nam hoc est proprium veto, ut modo faueat, modo aduersetur. Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. probat, fidem non in incertis consistere. Ad quod Numa Pythagoricus alludit, cum primus ex omnibus hominibus posuit templam fidei, & pacis. Na fides pacem conciliat. Sed ut tempestatem ventus in mare, sic haereticus in republica bellum, & seditionem concitat. In quam rem hos versus adducit ex Timone Philasio.

Perfidies hominum resonans lis venit inane.

Cui soror, & socia est faciens contentio cadet.

Simile. Sicut enim ubi ventus contrarius mari in crebuerit, ipsum a fundo excitat, & conturbat; ita si quando haereticus, & falsa doctrina in rempublicam arbitrantur ciues, omnes in seditiones commouebit, & status omnes perturbabit. Idem Plato in Gorgia, vel de Rethorica nullum, inquit, tantum esse malum hominibus arbitror, quantum est opinio falsa. Idem in dialogo, qui inscribitur Sophista, vel de ente, inducit Theodorum, & hospitem Cleatem disputantem de Sophistarum conditione, concludens Sophisticam esse artem contradicendi, quae omnia in controuersiam deducere potest. Nam nunquam possent iuuenibus persuadere se esse omnium sapientissimos, nisi praesumptuose, & cum fastu contradicerent. Hoc est bene constituta Republica abigendos concludit. Atqui, & his similes sunt haeretici, sed multo peiores. Horum quidem partes sunt in omnibus, ut quasi venti contra

rij Ecclesie Patribus, interpretationibus, commentarijs, traditionibus aduersentur seq; omnibus praferant. Verum & hoc ipso pestilentiores sunt, quod in animas ipsas grassantur, & Deum Christumque eius impugnant. Quare volo ab his qui haeticos in bene constituta republica tolerari posse opinantur, mihi respondeant. Si in mari polita tutam sibi nauigationem exoptarent, & in eorum potestate situm esset, aut ventos contrarios, aut propitios, prout ipsis libuisset, admitterent, & inducerent, utrum censerent aduersos ventos euocandos, aut si nēdos esse. At qui obstant isti, ne principes haeticorum ora obturent, ne prophanas doctrinas ablegent. Quam prudentius verò Iouinianus Imperator Macedonianos haeticos pro sua religionis exercitio supplicantes repulit, haec verba adiciens. Contentiois studium odii, concordiae autē affectatores semper amaui. Hoc narrat Nicephorus lib. 10. historiae Ecclesiae. cap. 40. Quid autem haec illius breuis sententia aliud ionabat, quam haeticos rerum publicarum perturbatores esse. Amicos autem pacis, & quietis & principis obsequentes esse Catholicos. His ventis turbatur mare, agitantur hominum mentes, in spumas & furorē commouentur, ut se se ad fluctum intar collidant, & seditionibus consumant. Hi venti nauis fidelium contrarij sunt, & diuinitatis oculo qua omnia considerat. Vidit discipulos suos laborantes in remigando, aut corporali lumine illos intuitus est, cum forte non longē esset ab eis. Hic docemur quid agere debeamus, cum viderimus nauim Ecclesiae tantis tempestatibus agitatum. Quid enim? Omnia etiam si videantur aduersari, locus, tempus, ventus, etiam si Atheistae, & Deite, & Ruēk, Feldiani, & Vbiqueitarij, Martinista, Calvinista, & Gorgiani, Zuingliani, Anabaptista, Trinitarij, Memorista, Obseruanti, Fantallici, Seruetiani, Lodouicicani, caeteraque hominem portenta velut venti perniciosissimi, totum mare, totum, scilicet, orbem concutiant. Alij Angliam, alij Germaniam, alij Heluetios, alij Belgiam, alij Galliam, alij Poloniam, alij Italiam conturbent, ipsi Turcē Greciam, Asiam & Africam. An ideo animos despondere, & manus remittere debemus? Etiam si Ecclesia ab hominibus velut fluctibus excitatis, ab his & illis ventis contrarijs undique imperatur, & pulsatur, an ideo dicitur de nobis, illud proloquium vetus,

Non salus vobis nisi in sperare saluamur?

Et

Et si nec post tot labores nondum ad portum peruenimus, nec ventorum, & fluctuum impetus conticescant, ideo ne deserenda nauis est, aut piratis, & sicarijs, seu saltem fluctibus committenda erit? Audiamus, quid Apostoli fecerint. Illorum officium enim nos erigit & format. Aberat Christus, medium mare ingressi erant, nox erat, ventus aduersabatur, illi tunc deficiebant? Minime, Quinimō laborabant in remigando. Hanc etiam vnanimem diligentiam, & sollicitudinem, ab omnibus maxime praetatis Ecclesiae, Principibus, etiam Regibus, & Imperatoribus requirit Dominus, quā in nauis periculo requiremus a nautis. Nam si oborta tempestate, remiges semel manus remittant, etiam ij qui portum proximi esse videbantur, statim in altum mare vi ventorum traiciuntur. Ita quoque etiam si sua diligentia Praetati & Principes per omnia ferē superarent, adeo ut in ipso portu quies expectetur, si tamen officio defuerint, & tunc languere ceperint, facile rursus in medias vndas impellentur. Darius quidem Xerxis pater dicere solebat; se in praetis euadere prudentiorem, ut scribit Plutarchus in Apotege. Cur non etiam omnes tot periculis cautiore euadāt? Miterū utiq; Horatius suae Reipubl. statū sub typo nauis remigio destitute describit his versibus.

Simile.

Plutarch. Horatius.

O nauis referent in mare te noui fluctus,

O quid agis, fortiter occupa portum,

Nonne vides, ut nudum remigio latus.

Isti noui haeretici in mare mergunt hanc nauim, remigesq; ac Praetati pauci iam sunt, & hi qui sunt remiges, omittunt, ut suis cupiditatibus vacent, & sic nudum latus Ecclesiae relinquunt, nisi fortiter agamus; ad portum nullatenus appellemus. Quod si ad remos concurratur, obortis contrarijs ventis, cur non, & omnes incumbere debeant, ut ad portum Christiana Reipubl. perducatur? Scio permultos esse, qui saluos se futuros arbitratur, si nihil & ipsi tempestate oborta faciant, & domi desides maneant, si nec Catholicos iuuent, nec haeticos aduersentur. Vident Reipubl. perturbatā, commotos fluctus, aduersarios ventos, nec tamē aliquid faciendum esse existimant. Considera nimirū hae mihi nostros remiges, permultos Episcopos, Abates, Comendarios. Perpende & hic multos nobiles, Duces, Comites, Tribunos, Centuriones; horū quidem est suis quibusq; viribus nauim iuuare, & dirigere, quot autem eorū in curijs Regū, velut spongiae sunt, suis

Tom. II.

tantum intenti, non ijs qui Reipub. pacē & quietem concernunt. Multi praetati canes muti sunt non, valentes latrare, multi nobiles, sed quorum manus in Ecclesiae causa obligescant: omnes ditari volunt bonis publicis, & cum aliorum detrimento, & apud semetipsos haec loquuntur. Consumat, perdat, pereat, accidat quod volet, praeualeant haeretici, dogmata sua intendant, seditiosi grassentur, status Regni perturbetur, ego remeam curabo. Omnes fauent sibi, non Reipub. Ego vero a te, o pauper insensate, hoc vñ ex postulo. Supposito quod ut in nauis, ita si in Rep. habeat hi, & illi multas merces, Thesuros, literas, diuitias, exurgat tempestas, & requirat patronus omnium manus, & diligentiam, non ne illum insanum iudicabis, qui responderit sibi curae nauis non esse in qua positus est. Dicat verò mihi, tantum curae sunt merces meae, laboret in nauis qui volet. Verum, o Stolidus, nauis in periculo adducta, num etiam peribunt merces tuae? Et illa salua nū etiā in tuo tuę res erunt? Hoc idē praetatis, hoc nobilibus etiā dixerim, qui propijs tantum commodis inuigilāt, res vero publicas despiciunt. Quid si Ecclesia aut Resp. in discrimē adducatur? Vbi quę cogitasti? Vbi redditus, honores, diuitiae, funus? Vbi & vita tua secura erit? Orta tempestate primū ad exonerandam nauim; merces quantumvis pretiosas, in mare deiici videmus; ita primum periclitantur diuitiae, & honores, facta religionis, aut Reipublic. mutatione. Quam melius igitur, ut quisque operetur, & contendat, alij precibus, alij elemosynis, alij exhortationibus, alij seueritate iustitiae, ut Christiana Reipub. ad portū deducatur. Nemo est qui aliquid hac in re non possit: si gladium vindicem non habes, forte habes gladium duplicem verbi Dei. Quod si ē minus es, & infundo nauis istius constitutus, saltem id ego requiram a te quod olim nauis a Iona: Surge & inuoca Deū tuū. Porro eorum maxime est nauem dirigere, qui Ecclesiae & Reipub. praeficiuntur. Illi nauis, sunt & remiges, & qui primum inter eos locum occupat, gubernator & patronus est, ex cuius ore, & nutu caetera pendere necesse est. Habent Ecclesiarum praefecti remos spirituales, habent Principes remos corporales, his enim gladius verbi, celsura, exhortationes, & preces creditae sunt. Illis gladius iustitiae quo sauitur in corpora, hi autē a dextris, & illi a sinistris remos pariter, & vnanimiter impellere; nimirū & praetati & Prin-

f 4 cipez



cipes simul contedere, simul conari, idē sapere & velle, velut cor vnum, & anima vna, & repub. saluti incumbere debent, nec enim in nauī, nunc hi, nunc illi remos agitant, sed simul omnes. His quidem remos attolentibus, attolunt, & isti, his deponentibus, depri- munt, & isti, nec illi contra proram, hi pro prora dimicant, sed in vnū omnes conspi- rant, alioquin nauim, sua diuisione in pericu- lum adducerent. Itā quoq; præfectos spiri- tualiu, & temporaliu rerū simul eniti oportet, & in vnum omnes conspirare, vt Reip. nauis fluctu superet, & ad portū perueniat. Remex Paulus Barieu Magum, velut pro- cellā repulit. Apostoli remiges Phariseorū fluctus retruderunt hoc Scripturæ remo, sci- licet, Deo Magis obedire, quā hominibus. Remex Athanasius & Hilarius in Arriū, Ba- silius in Eumoniū, Clemens in Gnosticos, Tertullianus in Hermogenē, Origenes in Celsū, Augustinus in Faustū & Pelagiū Cyprianus in Nouatū, Vigilius in Euthy- chen & Nestoriū, Opratus in Parmenianū, Donatistā, Epiphanius & Theodoretus, in veteres, & recētes, sui seculi hæreticos, Leo cōtra Priscillianū, velut contrarios, seu etiā aduersarios ventis impulsos fluctus decerta- rūt. Remiges enim sunt Doctores, vt quidā hoc carmine dixit:

Scripturæ remis Doctores aquora vertunt.

Egerūt, & in eos Episcopi, censuris, anathe- mate, excommunicatione, ijsq; illos ab se reie- cerunt. Sic Paulus Himeneū & Alexandrū scribit se tradidisse Satanæ, vt discerent non blasphemare. Itā Petrus Symonē ma- gum, Ioannes Nicolaitarum sectam a se in- terdixit. Nam hæc potestas, omnem hanc prælatorum diligentiam, & omnia hæc of- ficia requirit. Quoniam (vt ait Chrysostom. hom. 51. in cap. 4. Matthæi) sicut tibicen cō- misso prælio pugnantem exercitū circūit, & bellicos cantus in tuba decantat, milites animat ad virtutem. Sic & Sacerdos perse- quutione imminente, exponens populo for- tissimā martyrum, & gloriosa certamina, il- lum ad virtutem patientiæ vehementer ac- cendit. Idem igitur conentur Episcopi, Do- ctores, verbi ministri, nullum schismā, vnus omnium hic sit animus. Hæc ratione Basi- lius magnus cū videret Arrianos occasiōne sumpsisse corrupendæ & occupandæ Cæ- sareæ, a dissidio quod ipse cum Eusebio il- lius ciuitatis Episcopo gerebat, Pōtica mon- asteria reliquit, seq; vltro Eusebio reconci- liauit, vnoq; impetu, & disputationibus Ar-

rianos confudit. Hæc Nizephorus histor. Eccles. lib. 77. cap. 18. Et sicut Pontifices, pa- stores, Doctores ceteriq; Ecclesiæ ministri idem contedere; itā & Principes, Duces, & Comites, omnes deniq; nobiles, Senatores, Iudices, præsidēs, ceteriq; quibus clavis ve- lut remus creditus est, idem conari debent. Non enim sine causa Princeps gladiū por- tat, vindex in iram ei, qui male agit Rom. 13. Principes missi sunt ad vindictā malefactorum, laudem vero bonorū. Ad eos enim Da- uid Psal. 2. dixit: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā: seruite Dño in timore, & exultate ei cū tremore, ne quā do irascatur Dñs, & pereatis de via iusta. Vnus sit omniū ecclesiasticorum, & nobi- lium consensus, simul omnes remos suos at- tolant, simul deprimant: itā fiet, vt omnibus pariter contendentibus ad nauis salutē, nō frustra laborasse videatur, alioquin (vt scri- bit Greg. Nazian. orat. 25. de se ad eos qui cathedrā Constantinopolitanā illum concu- pisse diuulgauerant) subuersores & prodito- res potius quā præfecti dicentur: Nūc igitur vbi de periculis, quib; obnoxij sumus, & de nostro officio diximus, sequitur vt ex ipsa Euāgelica historia, audiamus, quid nobis, q̄ nostrum est sapientibus præstet Deus. Re- quirēdum est, videlicet, quid Apostolis tota nocte laborantibus succelsit. Primō quidē vidit eos Iesus laborantes in remigando, ipse enim laborem & dolorem cōsiderat, vt ait Psalmista: Vidisti Dñe, ne scieas, Dñe ne discedas a me. Videt quidē omnia, sed eos maximē qui in officio sunt, considerauit & Israelitici populi clamorem, Exo. 3. quia & si ad horā auxilium differre videatur (inquit Beda in Ioannem) non paritur tamen suos tentari vltā id quod possunt, sed præsto est illorum necessitatibus. Scriptū quippē est. Sapient. 4. Respectus eius in electos eius. Et Psal. 31. In via hac qua gradieris firmabo su- per te oculos meos. Et circa quartam vigiliā noctis, non statim inquit Theophil. illis as- sistit, sed tota nocte sinit in tempestate ver- sari, vt doceat fortes esse, & nō in principio tentationū sperandā requiem. Augu. Psal. 92. Turbatur (inquit) mare, fluctuabat nauicula. Nauicula Ecclesia est, mare secu- lum est: Venit Dñs ambulans super mare, & presit fluctus spumantes: magnas, pote- states, scilicet, & Reges crediderant Chri- sto, & subiugati sunt. An non etiā depres- si, tyrannorū insultus? Qui tū existimantes se Ecclesiā destruere, eā sanguine martyru for-

Nizepho- Rom. 13. 1. Petr. 2. Psal. 2. Gregor. Nazian. Psal. 92. Psal. 34. Exod. 3. Beda. Sapient. 4. Psal. 31. Theophil. August. Psal. 92.

Theod. simile.

fortius ædificabant, perfimiles (ait Theo- dor. sermone affectionū græcorum de legi- bus) perfimiles inquam, illis qui flāmam quidem restinguere concupiscunt, oleum vero fatui instillantēs ardentiorem illam efficiunt. Ac velut quando rubus ille, quem vidit Moyse ardere, igni non est assump- tus; itā nec Christianos impiorum bellis pe- titos, illos tela hostilia consumplerunt. Sūt qui has quatuor vigiliās noctis, de quibus supra egimus, & de quibus hic loquitur Euā- gelista, in quatuor Ecclesiæ ætates distri- buat. Quibus nobis cōtinui sunt, vt in bello excubię, cū vndiq; vrgeat & affluat inimi- ci. Primā quidem vigilia, tempus Aposto- lorum est, qua velut in iuuetute tenera sen- sim crescebat Ecclesia, verum tamen eius successibus, & velut felicissimā nauigatio- ni turbulentissimi fructus obstiterunt Scri- bæ, Pharisei, Herodiani, Essæi, Samaritæ, Saducei, Simoniani, Menandriani, Cherin- tiani, Ebionitæ, Gnostici, Appelliani, Cer- doniani, Marcionistæ, Ptychici, Nicolai- stæ, Saturniani, Basiliani, Cainæi, Ophy- tæ, Valentiniiani, Luciani, Sethoitæ, & Pseudoapostoli. Tunc etiam contra illam, Barbari, Gentiles, Philosophi, Athæi, Ty- ranni, contra tot fluctus, Apostolorum sol- licitudo, & constantia necessaria fuit. Secū- da vigilia, seu ætas Ecclesiæ, ad instar ter- uentis adolescentiæ se habuit, hoc fuit se- culum martyru, quo Decij, Domiciani, Dio- cletiani, Iuliani, Valentis, & Barbararum nationum, hæreticorum quoque Montani, Praxeæ, Hermogenis, Taliani, Arrij, Ma- cedonij, Eustachij, Eumoniij Manetis, Fau- sti, Prisciliani, Nouati, Donati, Pelagij, cæ- terorūq; fluctus excitati sunt, quos & scrip- turis, & constanti cōfessione retūdere oportuit. Ideo Hebr. 11. Sancti ludibria, & verbe- ra expetti, in super, & vincula, & carceres, lapidati sunt, sciti sunt, tēcati sunt in occi- sione gladij mortui sūt. Hæc tēpestat media nocte, id est, tenebris ignorantie, & pecca- torum ingrauescentibus contigit. Tercia vi- gilia seu virilis ætas Ecclesiæ, tempus Con- fessorum, seu Illustrium Ecclesiæ Docto- rum fuit. Hoc enim tempore florescere, & a Barbaris Ecclesia saltem aliquando quies- cere cepit. Tum verō, & hæretici, quos di- ximus, & alij per multi, nauem istam obrue- re conati sunt. Vt Sabelliani, Luciferiani, Apollinares, Nestoriani, Eutychniani, Ieo- noclastæ, & vt maiori impetu, nauis ista cō- cuteretur, Satan, seu Behemoth concita-

Heb. 11.

uit, & in heresim aliquam, aut Arrij, aut Do- nati cæterorumue alectos Scythas, Go- thos, Vvādalos. Nec defuerunt etiā Athæi, Apostatæ, Iudæi, nostris etiam temporibus Vvaldenses, Husite, Vvichleffitæ, Ta- boritæ, Berengariani, Picardiani, Adamia- ni, Iudabefzani, ceteriq; huius generis, qui ventis diuersarum opinionum impulsu, hinc & inde nauem Ecclesiæ impeterent. Atq; vtiā, vt olim, Augustinus, Athanasius, Ambrosius, Gregorius, Nazianzenus, Gre- gorius Nyssenus, Basilus, Arnouius, Fulgen- tius, Cyrillus Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Cyprianus, Hieronymus, Leo Maximus, Hilarius, ceteriq; patres in uigilarunt; sic & nostro tempore sint, qui verbo, & scripto, tot mōstra impetant, sic enim Basil. Epistol. 61. ad Episcopos, & fra-

Basilius.

Dan. 9. Matth. 24.

Nicephor.

f 5 con-



conclauis abdita, fusos manibus tractans, & laudicium meum curans, atq; aliunde forte conspicerem flammam exortam, & omni ex parte paterne domui circumfusam, quid me tunc facere oporteret? Die te per Deum oro. Nunquid ne me sic sedere, & penates patrios conflagrantes conspicere, ignemq; proserpentem expectare? An conclauis statim relicto, sursum, & deorsum currere, aquam in manibus habere, & omnibus modis flammam extinguere conarer? Idem cum tu in paternam domum Ecclesiam quasi fulmen quoddam incenderis, & interiorē pietatem omni igne vastes, vndiq; concursamus flammam gliscentem extinguere satagentes. Quibus utiq; verbis prudentissime docuit, monachos necessitate postulate, solitudine relicta, ad populum ministrandi verbi gratia se conferre posse. Ibidem refert & Nizephorus ea tempestate ab Episcopis Catholicis, Iulianum ex eremo euocatum, sic populo concionatum fuisse, & concionando miracula edidisse, vt Antiochena ciuitas prius heresi Arriana infecta, ad fidem Catholicam reduceretur. Ita omnibus in eandem nauis salutem conuidentibus, domari, & superari contrarios fluctus contigit. Quam confidentiam nobis Dominus reliquit, cum relicta solitudine, & oratione quarta vigilia noctis venit ad suos ambulans super mare. At verò illi, vt viderunt eum ambulantem super mare, existimauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Phantasma (inquit Suydas in historicis) spectru est, aut figura, & species alicuius rei, cuiusmodi in somnis exillit. Illusionem ergo esse existimant qualis noctu, & ex maris exhalationibus nauigantibus solet obijci. Exclamant ergo præ terrore, quòd ea species Domini sui sit, quo maximè in tanto discrimine opus habebant. Mystice verò hac visione turbati fideles, est, non omni Spiritui credere, non omni vento, aut fauori. Et volebat eos præterire, ait Marcus. Etiam si videamus, quòd Dominus nos præterire velit, & absq; auxilio suo relinquere, non despondeamus animum, sed tunc magis clamemus ad illum dicentes. Domine, Salua nos perimus. Mane nobiscum, &c. Petrus venit ad Christum ambulans super mare. sed videns ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine saluum me fac. Vt fide superamus omnia discrimina, sic cum diffidimus, minimum periculum potest nos obgnere, minima tentatio, & minima hæresis

Matth. 8.

nobis praualeare potest. Ardebat animi fides, sed humana fragilitas in profundum trahebat Paulum, ergo relinquitur tentatio, vt augeatur fides, & intelligat se non facilitate postulationis; sed potentia Domini conseruatum. Hoc etiam significat, quòd à principio Ecclesia ambulabat super aquas fortitudine fidei, super omnes tribulationes, & persequutiones, quas tunc patiebatur ambulabat veluti Arca Noe, vere enim tunc dicere poterit, In fluctibus maris ambulauit. Verum postquam progressu temporis fides infirmari cepit, ac in minoribus tērationibus deficere, iam videbatur mergi Petrus; quoniam videtur deficere fides eius, cum à tot Regnis, prouincijs iā ex hausta fuerit. Sed si clamemus ad eum, & dixerimus Domine fide plena, Salua nos: apprehendet manum nostram, & ad portum salutis deducet. Quoniam ipse rogauit pro Petro, & successoribus eius, vt nunquam deficeret fides eius. Et quemadmodum nauclerus, qui nauem ex maiori tempestate, saluam deducit, maiorem industriam in arte nauigandi habet: sic Christus in maioribus Ecclesie periculis, suam sapientiam in gubernanda hac Petri nauicula ostendit. Et sic ait Chrysostr. in quodam dialogo. Prælati illi qui in maioribus Ecclesie tribulationibus fortius constiterit; melior est reputandus. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Vbi Christus, ibi securitas, vbi Satan ibi periculum, nauis ob Ionam turbatur, ob Achan totus Israel periclitatur. Et ob decem iustos, paratus erat Dominus parcere quinq; viribus. Et cum transfretarent, venerunt in terram Genezar, & cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem, & obrulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum, vt vel simbriam vestimenti eius tangerent. Et quicumq; tetigerunt salui facti sunt. Cognouerunt eum viri regionis illius, & ex fama, & quia aliqui interfuerunt eius prædicationibus. Vt vel saltem tangerent simbriam vestimenti eius. Non simbriam illam legalem, qua Lex præcipiebat, vt ab alijs gentibus distinguerentur, ne videretur ex Lege conferre salutem (nec enim Lex illa illam conferebat, sed significabat duntaxat) sed per simbriam intelligo quancumq; extremitatem vestis, quod ex modo ipso dicendi, videtur insinuare. Euāgelista enim, ait quòd rogabant, vt vel simbriam vestimenti eius tangerent, hoc est, vel minimam partem saltem. Genezar autē erat ex altera extremitate lacus Genezar, h.

2. Cor. 12.

Eccl. 24.

Luc. 22.

simile.

Chrysostr.

Jonas. 1. 6.

1. 7.

Gen. 18.

Dan. 11.

Hyppolit. Martyr.

Marc. 6.

vel

Hieron.

Matth. 15. Luc. 16.

Dan. 11.

Hyppolit. Martyr.

vel Tyberiadis quasi ex opposito Capharnaum, sed in eadem ripa, non in vteriori. Hoc autem secundum Hieron. significat, quo modo Iesus per typum Apostolorum & nauis, Ecclesiam de persequutione, & naufragio liberam traducat ad litus, & in tranquillissimo portu faciat requiescere. Et sicut ad ipsum portum, cum deuenisset nauis, Christus agnitus est, ita cum Ecclesia à tempestatibus ad asylum, & securitatem deuenit, omni falsa doctrina sopita, agnosceat rex Regum, & Dominus dominantium. Et tunc cum ad portum Ecclesie Christi beneficio peruenerit, prostratis pseudoprophetis, tunc qui constantiores fuerint, regiones suas percurreret, & eos qui ob simplicitatem ab impietatis magistris seducti fuerint, ad Christum per sanam doctrinam, & conuersionem deferret, vbicumq; cum in fidei congregatione esse intellexerint, pro his frequentes orationes fundent, vt vel simbriam vestimenti Christi tangerent, id est, misericordie illius guttulam assequantur. Nam quod hic simbria; mystice à muliere Chananea mica, & à diuite guttula dicitur. Certi quippe erunt omnes, quod quæuis à Deo eis collata fuerit gratia, profutura sit ad salutem. Et quicumq; tangebant eum salui fiebant. En quanta Christi virtus, vt quæ in corpus, imò & in veste redundaret: hinc probatio virtutis sanctissimarum reliquiarum. Ecce vt sanandis corporibus, virtutem vestibus suis communicabat, ita vim sanandi animas communicat sacramentis: adeo virtutem suam semper signis vrbilibus exhibuit. Ceterum cum prostratus fuerit Antichristus, eorum qui exciderunt, alij partim terrore signorum, partim ruina pseudoprophetarum, partim consolatione bonorum conuertentur; & quasi tetigerint simbriam Christi, extremum, scilicet militantis Ecclesie, saluificent, Beatus enim erit (ait Dan. cap. 12.) qui expectat, & peruenit, vsq; ad dies mille trecentos triginta quinq;. Hoc etiam fusius expandit diuus Hyppolitus martyr sermone de Antichristo, & D. Effrem sermone de eodem Chrysostr. hom. 52. operis prioris in Matth. Tangamus ergo etiam nos simbriam vestimenti eius. Imò verò totum Christum ipsum, si volumus. Non vestis solum, sed corpus ipsum nobis, propositum est, non vt tangamus solum modo, sed vt comedamus, & faciemur. Adeamus ergo Christum singuli & gratantes magna cum fide. Nam si qui simbriam vestimenti eius tunc tetigerunt, recte omnes conualuerunt; quanto magis corroborat

bimur si totum in nobis habeamus. Cum fide autem accedere, non est, vt tantummodo corpus propositum accipias, verum etiam multo magis, vt mundo corde tangas, & sic ad illud, vt & ad Christum ipsum accedas.



Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribae, & pharisæi dicentes. Quare discipuli tui, transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauam manus suas, cum panem manducant.

Tunc cum videbant homines de illo maiorem indies opinionem concipere, & populi fauorem in illum maxime inclinare, vt eorum denigrarent opinionem, si possent optimates Hierusalem, Doctores, & Pontifices Ordinum ad eum accedunt, vnam maximam inuidentes notam, quòd discipuli sui non seruarent Patrum traditiones, quia non lauabant manus, cum ad mensam sedebant: nec, vt Marcus clarius explicat, loquebantur de illa manuum lotionem, quæ apud homines in more est, vt ante comestionem lauent manus, sed de illis crebris lotionibus, quas Pharisæi nimis superstitiose ab antiquis acceperant, vt inter comedendum pluries lauarent manus atq; vasa, ne ob hoc tibi, quos manducabant polluerentur. In quo apparet quanta horum cecitas fuerit. Qui cum ab Hierosolymis Galileam vsq; perrexissent, ob hoc solum quòd Christi Domini circa populum opinionem denigrarent, rem tam minimam illi inuident. Nec enim transgressionem legis illi imponunt: quoniam illa crebra lotio manuum non erat à lege præcepta aut ordinata, sed quædam aliquantum laudabilis, ne dicam superstitiosa (quòd potius asseruerim) consuetudo, aliquorum nimis exteriora Legis cernentes, nihil de interioribus curantes. Quod Dominus illis non semel imposuit. Sed quid responderit Dominus Iesus, audiamus. Quare & vos transgredimini mandata Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit. Honora patrem tuum & matrem. & qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumq; dixerit patri vel matri munus quodcumq; est, ex me tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam? Clauum clauo pellit. Nec enim Pharisæi volebant scire rationem, quare id

Marc. 7.



id facerent Christi discipuli, sed potius criminari eos. Quare non respondet ad interrogationem, sed ad criminationem dicens, in id etiā magis eos errare, qui traditiones suas, antequam non verentur mandatis Dei, cum Deus praeceperit, ut filij parentes honorent, non detractione capitis, sed eorum necessitatibus occurrendo. Illi autem Pharisei, qui ut plurimum sacerdotes etiam erant, sub obtemperantia religionis, impediabant filios a subuentione parentum; docentes eos, ut si quid haberent, quo parentum necessitatibus subuenirent, potius id templo conferrent, dicentes parentibus, quod etiam pro illis conferebāt donum, ut & illis prodesset. Et hoc proueniebat ex auaritia Phariseorum, quoniam ea quae templo offerebantur, in suos usus deueniebant. Hoc autem erat transgredi legem Dei. Nam etsi verum sit, quod religio sit potior virtus, quam pietas, comparando rei, sed in usu aliquando melior est pietas. Si enim cum pater meus indiget, id quod ille necessarium habet, offeram Deo, iam illud donum non placeret Deo, etiam si ex voto illud dedicassem templo. Quoniam iam quod erat materia religionis, fit materia debita pietati, & quasi rem alienam non sibi offerri vult Deus, cum ipse dixerit, Misericordiam volo, & non sacrificium, ut nos iam supra explicuimus. Sic enim & Sapiens ait. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui-victamat filium in conspectu matris suae. Verbi gratia. Filius tenetur subuenire patri indigenti, ac per hoc bona filij constituantur debita necessaria pietati. Qua propter si filius est impotens ad utrumque simul, nempe ad munus Deo offerendum, & ad subueniendum patri, omittenda est oblatio, & subueniendum est patri. Quia Deus non acceptat oblationem de debitis alijs, siue ex pietate siue ex iustitia. Et eadē ratio esset. Si vouisset illam rem templo: Quoniam res illa ex eo quod deuenit ad hoc, quod est patri necessaria, iam definit esse materia religionis, & efficitur materia debita pietati, quam sicut alienam non vult Deus sibi offerri. Quemadmodum panes Propositionis, quos non licebat laicis edere, tamen transferunt in usus David, & puerorum eius in quantum relati ad illam necessitatem famis, quam patiebatur David, & sui, & effecti sunt habiles ad laicorum usum. Et in hac applicatione ad usum errabant Pharisei, propter auaritiam suam; existimantes, quod quia religio est potior virtus, quam pietas; ideo quem libet actum re-

Osea. 6. Eccl. 34.

1. Reg. 21.

ligionis potiore esse quam pietatis. Quod tamen falsum esse, in applicatione ad vnum ostendimus. Et non honorificabit Patrem suum, aut matrem. Vbi clarē apparet, in praecepto de parentum honore, non sola reuerentia, sed officia ac subsidia praecipere. Quod intellige quantum ad subuentionem tempore indigentiae, alias naturaliter pater filijs thesaurizat, & non est conuerso. Hypocritae, bene prophetauit de vobis Esaias dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Hoc testimoniū est apud Esai. c. 29. sed tamen non secundū Hebraeos, sed secundū Septuaginta ad literā citatur ab Euāgelista. Nā ex Hebraeo Hierony. Sic vertit. Eo quod appropinquat populus ille ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me, & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis. Et ad veritatem Hebraicā, alij sic transferunt. Eo quod accessit populus hic ore suo, & labijs suis glorificat me, & cor suū procul remouit a me, & fuit religio eorū erga me mandatum hominū edoctum. Septuaginta vero sic. Appropinquat mihi populus ille ore suo, labijs honorant me, ac cor eorū longe abest a me, frustra autē colunt me, docentes praecepta hominū, & doctrinā. Sed Septuaginta quasi paraphrasi quadā, ut aliquando solent, id quod in Hebraeo erat trāslulerunt. Euāgelistae autē translationē Septuaginta citant, potius tamē sensum quam verba sequentes, quod auctoritate Spiritus sancti faciebāt. Idē autē est sine causa, ac frustra. Sed quoniam ex hoc testimonio haeretici occasione sumunt subuertendi omnia praecepta & obseruationes Ecclesiasticas, aduertendum est. Quod ut ipsi etiā haeretici fatentur, traditiones, vel praecepta hominū dicuntur hic, quaeque in Scripturis a Deo non sunt aperte instituta, sed ab hominibus sunt praecepta, & introducta. Nā quaedā sunt humanae sanctiones quae ad hominū civilem cōiūctū pertinent, quales sunt leges Imperatorū, ac Principū, ac Pontificū decreta, quae ad religionis profectum ordinatae sunt. Et haec non tā humanae ordinationes, quā diuinae dicendae sunt, ut potē emanantes a lege Dei, & ab auctoritate eius a Deo tradita. Vnde. 1. Pet. 2. dicitur. Subiecti estote omni humanae creaturae, propter Deū, siue Regi quasi praecellenti, siue Ducibus tanquam a Deo missis. Et Paulus suas leges statuit in Ecclesia. Nam. 1. Corinthior. 11. praecipit, ut in Ecclesia mulieres orent velato capite, viri reuelato. Ut ad Coenā Christi

2. Cor. 11

Esai. 26.

Hieron.

1. Pet. 20

1. Cor. 11

11

sti alius alium expectet, quo in communi ea peragatur, & alia nonnulla, quae nominatim in alijs Scripturis non leguntur diuinitus esse praecepta, quae etsi ab hominibus sint constituta, non tamē inter humana mandata recēseri debent: Quoniam ex Scriptura, & Dei mandatis originem trahunt. Inter quae hoc mandatum habemus a Deo, ut subditi praepositis, salutis eorum curam gerentibus, per omnia obediant. Nam ea quae ab Ecclesia sancita sunt de ieiunijs, de festiuitatibus obseruandis, de delectu ciborum, de sacramentis recipiendis; iam quilibet prius intelligere poterit quam diuinis literis conuenientia sint, quomodo eis consonent, & ab eis originem ducant, & quomodo seruiant ad arnis castigationem, & temperantiam, aut ad fidelium vnionem, & aedificationem. Non ergo haec praecepta hominum reprobantur, a Christo, sed alia quae nihil diuinum recipiunt, sed res merē humanas, quae amē duplicia sunt. Quaedam etsi non omnino mala, tamen inutilia, & friuola, & in quorum obseruatione, nulla est utilitas quae nihil ad pietatem conducunt, vel id carnis macerationem, vel profectum spiritualem, aut ad proximorum aedificationem, qualia erant baptisimata illa, & lotiones, de quibus Marcus meminit. Haec erant purē humanae adinventiones nullam a Deo originem habentes. Alia sunt quae aduersantur diuinis mandatis, qualia sunt multa de quibus Dominus Phariseos notat, de quibus Paulus ad Tit. 1. loquitur cum ait. Inrepta eos dure ut sani sint in fide, non attendentes Iudaeorum fabulis, & mandatis hominum aduersantium se a veritate. Ecce quae mandata hominum reprobant Deus. Secundō dicitur id Dominum hic & per Prophetam voluisse docere, ne poneremus timorem Dei, & legem eius in humanorum praepceptorum obseruatione, posthabitis mandatis Dei, ut illi Pharisei faciebant; ita quod ut mandata hominum faciamus, omnem substantiam legis Dei, & eius mandata postponamus, hominum placitis. Quod translatio Hierony. iuxta veritatem Hebraicā, hoc manifestat cum dicit. Timuerunt me mandato hominum. Quo significatur, eos timorem Dei constituisse in huiusmodi praepceptorum obseruatione. Non quod praecepta Dei aperte contemnerent, sed quod tanto studio occuparentur circa mandata hominum, ut Dei mandata negligerent. Id etiam Septuaginta translatio manifestē dicit, & id Ecclesia do-

Marc. 7.

Tit. 1.

Hieron.

et, primo loco habenda esse Dei mandata: secundo loco Ecclesiae, ac praetorum praepcepta, quae ad Dei mandata obseruanda maxime adiuuant. Atque utinam hac tempestate haec Phariseorum pestis non vigeat, quod multi ex Christi cultoribus nimis creduli hominum compositis verbis ventium accedunt illis credant, ut nihil aliud curent obseruandum, quam quod illi praeeperint, obseruantes regulas quasdam recte viuendi, ab eis illis traditas, ac si in illis esset, tota Euāgelica doctrina; posthabitis fortassis Dei optimis mandatis, quae in charitate ac misericordia includuntur. Cum tamen regula recte viuendi charitas sola sit. Et conuocatis ad se turbis dixit eis. Audite, & intelligite. Non quod intrat per os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominē. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. scis quia Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt. Offenderunt enim in lapillum istum supedaneum causantem casum in illis, At ille respondens ait. Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. Quia non solum scandalizari, sed eradicari merentur, tanquam inutiles plantae, nullum bonum fructum proferentes. Sinite illos, eaci sunt, & duces caecorum. Caecus autem si caeco ducatur praesert, ambo in foueam cadunt. Nam hoc scandalum acceptum erat ex malitia, non datum, & ideo relinquendi erant. Respondens autem petrus dixit. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Ad huc vos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur: Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae, & haec coinquinat hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. Quoniam multa circa hoc Euāgelium ad docendum populum dicenda sunt, inter ea quae ad mores hominum componendos, etiā quae ad literalem intelligentiam attinent, inferemus. Et primo in id quod dicitur. Tunc accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Pharisei, & Scribae dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones patrum? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant: dic. Accedunt ad Deum, & interrogant. Non bene faciunt illi. Nec enim bonus modus est negociandi cum Deo, interrogando illum. Multo enim melius Deus nouit quid agar, quidque tibi expedit,

Moralitas seu coicia



expediat, quam tu ipse, nec ab eo, qui no-
ma bonitatis est, quidpiam iniustum pre-
cedere potest. Non ergo oportet illum in-
terrogare, nec ab eo rationem exigere, cu-
hoc, aut illud faciat, sed demissis auribus,
incuruatque humeris patienter ferre,
quidquid ille fecerit. Cur huic diuitias, tibi
paupertatem, illi salutem, tibi morbos per-
miserit. Cur huic omnia prospera, tibi om-
nia aduersa eueniant. Non opus est ab eo hu-
iusmodi rerum rationem petere, sed tanquam
eius facturæ, suæ voluntati subdi. Satis tibi
contulit Deus, in eo quod ab ipso, absq;
præiis meritis tuis, habes. Nunquid dicet
figmentum ei, qui se fingit. Quare me feci-
sti sic? An non habet potestatem figulus lu-
ti, ex eadem massa facere aliud quidem vas
in honorem, aliud vero in contumeliam? Nā
ficut potest figulus ex eadem massa hoc vas
fingere, ad hoc quod possit in mensa princi-
pis apparere, atq; ut cum eo bibat rex: illud
verò facere, ut inter ticiones, & ignes, cine-
re, vel nigredine coopertum commoretur;
Etiam poterit Deus hunc hominem conde-
re, ut inter purpuram, & byssam, & huius
mundi delicias viuat, alterum verò, ut inter
ticiones, & stabula fimo coopertus commo-
retur. Nam sicut lutum in manu figuli, ita
& nos in manu Dei, ait Dominus per Hie-
remiam. Quid ergo ab eo rationem suorum
operum queris? Serpens decepit mulierē,
interrogando, cur præceperit illis Deus, ne
ex arbore illa comederent. Inuerecunda,
& audax hæc interrogatio fuit. Nam ea so-
lum ratione, quòd Deus aliquid vult, illud
esse bonum necesse est. Et eo solum, quòd
Deus aliquid facit; iustum esse, necessarium
est. Quoniam ex origine iustitiæ ac bonita-
tis, nihil prodire potest, quod non æquum
ac bonum sit. Humiliare ergo sub eius po-
tentissima manu, & tace, & ne ad eum in-
terrogando accedas, ne audias, quòd illi
Pharisæi audierunt. *Accesserunt ergo ad Je-
sum dicentes. Quare discipuli tui transgredun-
tur traditiones Patrum? Non enim lauant ma-
nus suas, cum panem manducant. Ipse autem
respondit eis. Quare vos transgredimini manda-
ta Dei, propter traditiones vestras? Nam Deus
dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam,
& qui male dixerit patri, vel matri, morte mo-
riatur. Vos autem dicitis. Quicumq; dixerit pa-
tri, vel matri: Minus quodcumq; est ex me, sibi pro-
derit: & non honorificabit patrem, & matrē
suam: & irritum fecistis mandatum Dei pro-
pter traditionem vestrā. Duo nos in hoc Euan-*

Rom. 9.

Hier. 18.

Gen. 3.

Exod. 20.

gelio docet Christus. Primum quòd si in-
fratre nostro, aliquem inuenerimus defe-
ctum, quem in nobis forte non videmus, nō
ideo illum despiciamus: quoniam plura alia
graviora peccata in nobis erunt, quæ mini-
mum illum fratris defectum longè supera-
bunt. Alterum est docere nos, quanta cu-
ra ac sollicitudine debeamus seruare corda
nostra: quoniam ex ipsis omnia bona, vel
mala nostra procedunt. In hac autem re-
sponione quam istis Pharisæis reddit Do-
minus, primum nobis insinuat. Illi enim ca-
lumniam nitebatur discipulos Christi, quia
non lauabant manus suas, cum sederent ad
comedendum panem. Cum tamen ipsi in
trem in grauissimis rebus Legem Dei præ-
mitterent ac transgredirentur. Sic multi
homines fratres suos in rebus minimis iu-
dicant, cum tamen ipsi in grauissimis sce-
leribus sint. Quòd si alius non lauat manus,
ipse Legem Dei irritam facit. Hanc doctri-
nam docet D. Gregorius dicens. Non quilibet
homo omnia peccata committit, sed si
forte mulierosus est, non tamen latro, & si
latro, acornicator, aut adulter, non tamen
blasphemus, aut auarus. Et quia hic adulter
aut ituprator videt latronem propter fur-
tum suspèdi, in illum grauibus verbis in-
uehitur, nec se considerat quanto peiora;
& grauiora crimina commiserit. Quòd si
fur audiat alium ira percitum blasphemantem,
illum iam viuus flammis exustum ve-
lit; cum tamen ille, criminiosior in alijs re-
bus sit. Videbis homines maximis sceleri-
bus irretitos (hor enim vitium in talibus fre-
quentius est) & i viderint monachum, aut
clericum, aliquid humanum committere,
quod tamen vel farum est, vel multò mi-
nus, quam quæ illi perpetrant, peccatum il-
lud monachi, aut clerici proclamare, in cæ-
lum vsq; vehere, aures omnium de illo im-
plere. Miser, miserrime, ac impie? Cur o-
culos tuos ad te non conuertis. Cur te totum
non circumspicis? Videbisq; quòd multa
maiora in te crimina sint, quæ alius de te
proclamare possit, quam ea quæ tu de ipso
detrectas. Quòd si alter nec bonus mona-
chus, nec bonus clericus est: tu nec boni cō-
iugati vitam agis, nec fidem seruas, & pecca-
tum quod alter committit contra suum mo-
dum aut statam; tu etiā, & multo grauius,
contra tuum perpetras. Quid alium iudi-
cas; cum alius te posset cōdemnare? Quòd si
alter non lauat manus, tu transgredieris le-
gem Dei. Hoc idem ad literam Pharisæo
illi

Greg.

Luc. 18.

Num. 24.

Simile.

Iob. 22.

illi contigit, cuius meminit Lucas. Quòd
quoniam ipse nec fur nec adulter, nec scēne-
rator erat, alios despiciebat, & iudicabat;
cum tamen ipse alijs maioribus scateret de-
lictis. Erat enim superbus, auarus, cupidus
non humanum, sed Luciferinum gerens ani-
mum, aduersus Deum, & proximum. Et
quia hoc in se agnoscere non volebat, hu-
mitem publicanum, despiciere ac iudicare
contendebat. Aspiciebat vitia quæ non ha-
bebat, non tamen cognoscebat, quæ habe-
bat. Ob oculos tuos pone vitia quibus sca-
tes, nec ea quibus cares aduertas, et sic intel-
liges quòd etsi inte non sit vitium illud for-
te, quod in proximo tuo vides, alia maiora
sunt quibus illum superes. Ille enim forsitan
non lauat manus, & tu transgredieris legē
Dei. Sunt similes isti Balaam illi qui de se
dicebat. Qui cadens apertos habet oculos.
Sunt enim ipsi in vitiorum sentina iacētes,
& apertos habent oculos, ad videndum, &
iudicandum alios. Ideò isti colubris compā-
rantur. Coluber enim per terram repens, re-
tortas vias facit, vestigiāq; deuia relinquit,
& tamen id non videt, sed capite eleuato
graditur, huc illucq; circūspiciens, ore aper-
to linguam voluens, ut in alios virus euo-
mat. Sic isti qui vias suas non rectas faciūt,
nec bonum de se exemplum præbent; ta-
men vias suas deuias nō vident, sed in alios
oculos figunt, acuntq; linguas suas, sic ut
serpentes, & habent venenum aspidum sub
labijs suis. Te ipsum circūspice, oculos
ad te inclina, peiora enim tibi insunt corri-
genda, quam quæ in alijs emendare contē-
dis, scriptum quippè est apud Iob. Qui in-
clinauerit oculos suos, saluabitur. Hoc est,
qui se ac vias suas considerauerit, ad aliorū
facta non eleuat oculos. Et hoc est argumē-
tū totius Epistolæ ad Romanos. Erat enim
contentio inter Gentiles, atq; Iudæos; Iu-
dæis Gentibus Idolatriam, ac cætera de-
formia facinora obijcientibus, & ideò se ip-
sos super illos extollentibus; Gentes autem
Iudæis incredulitatem obijcebant, quòd no-
luissent suum verum Regem, ac Messiam re-
cipere. Quod cernēs Apostolus, vtiorumq;
malefacta ob oculos ponit; docens eos, ut
aliorum crimina omittant, suaq; consyde-
rent. Nam si Gentiles Idolatræ fuerunt, Iu-
dæi increduli extiterunt. Et Gentiles solo
lumine naturali præditi, quamplurimi ex
illis legem naturalem seruauerunt; Iudæi ve-
rò fidei leges, ac Scripturarū perulstrati lu-
mine, in legem præuaricati sunt, in ipsaq;

luce cæcutierunt. Gentes verò multa enor-
mia facinora commisisse, gloriamq; Dei in
ligna, lapides, serpentes, atq; quadrupedia
conuertisse, atq; ob hoc vtrosq; habere pro-
pria scelera. Quibus cognitis aliorum crimi-
na non extollerent. Quare. c. 2. sic ad vtrosq;
loquitur. Propter quod inexcusabilis es, o
homo omnis qui iudicas. In quo enim aliū
iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim
agis quæ iudicas. Quoniam si alium tãquam
peccatorem iudicas, & tu ipse peccator es,
ergò iudicando alium te ipsum condemnas,
qui in eadem cum alio damnatione es. Ecce
primū quod hic docemur à Christo. Quòd
etsi in alio aliqua peccata videamus, quibus
nos caremus, non tamen illum despiciamus:
quoniam alia peiora nobis insunt, vt istis cō-
tigit Pharisæis. ¶ Secundum autem quod
nos docet Christus, hoc est. Qua cura obser-
uare debeamus cor, ex quo, & bona, & ma-
la nostra procedunt. Nam cum vidisset Do-
minus Pharisæorum cæcitatem, qui discipu-
los suos insimulabant, eo qd nō lauarent ma-
nus. Conuocatis turbis dixit eis. Audite, &
intelligite. Non quod intrat per os coingui-
nat hominem, sed quod exit de ore. Quòd
cum discipuli non intellexissent, Dominū
interrogauerunt, quid parabola illa signifi-
casset. Quibus Dominus dixit. *Adhuc, &
vos sine intellectu estis: nō intelligitis quia om-
ne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in-
secessum emittitur. Quæ autem procedunt de ore,
de corde exeunt, & ea coinguant hominem.
De corde enim exeunt cogitationes malæ, furta,
homicidia, falsa testimonia, & hæc coingunt
hominem. Pro hac doctrina aduertenda sunt*

Rom. 2.

simile.

meriti.



meriti, vel demeriti: nec enim merentur, aut demerentur in suis actionibus, nec laude aliqua digna sunt, nisi in ordine ad hominem. Ceterum in homine omnes actiones suae, quae humanae dicuntur, hoc est, hominis in quantum homo, a voluntate, vel elicitur, vel imperantur, ita quod ex libero arbitrio fiunt. Operatur enim tanquam dominus suarum actionum, qui potest ea, vel facere, vel non facere: Quare sibi, vel ad meritum, vel ad culpam imputantur. Et quatenus a voluntate procedunt laude, vel vituperio digna sunt: Quare de illo dicitur. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit. Quis est hic, & laudabimus eum? Et hoc est, quod hic docet Dominus, quod ea quae ex corde ex eunt, coinquinant hominem. Nam opera quae ex libera voluntate procedunt, vel ad meritum, vel ad demeritum imputantur homini; Quare in id maxime incubere debemus, quod ad custodiam interioris voluntatis refert, non tantum de exterioribus curantes. Oportet quippe scire, quod hominis Christiani negotium in rebus pretiosissimis situm est. Clavis autem tantarum mercium, voluntas est: quare ea maxime seruanda est. Siquis enim in rebus vilissimis negotiaretur, ut puta in lateribus, aut coctis, aut crudis, & luteis, non maxime sibi nocuum esset, si aliqui lateres frangerentur, aut perirent: est enim materia vilis, facileque subinde reparari potest. Ceterum qui in auro, argento, gemmis, & in aureis metaxis. En mades de oro, in plumarijs, & in alijs pretiosissimis rebus, quidlibet, vel minimum, quod ex eis periret, maximum illi detrimentum esset, nec ita facile reparabile damnus. Quare opus illi erit summa cum diligentia illud seruare, nec quidquam pati deperire ex illo, nullique hominum, clauem tantum thesauri credere. Audite me, o veri Christi mei cultores. Merces, in quibus, suum habet negotium homo Christianus, in aestimabilibus pretijs sunt. Nec enim in corruptibilibus, auro, & argento, aut lapidibus, pretiosis negotium nostrum est, sed in caelis, quae in immensum omnia haec creata superant. Si enim ex vna parte omnes mundi thesauros, omne aurum Arabiae, argentum omne, orientale aurum, orientales gemmas posueris, & ex alia, vel fragmentum quoddam caeli, maioris hoc erit valoris ac ponderis, quam quidquid in alia poneris statera. Et tantus thesaurus noster, in manu voluntatis est. Illi enim omnia haec credita sunt,

Eclis. 31.

simile.

illa clavis quae vel custodire, vel amittere potest. Mira res! quod cum thesaurum istum in Deo, quali in deposito habeamus, clavis tamen eius, voluntas nostra est. Omnia quippe opera meritoria quae operamur, Deus in se ipso ea custodit, ut suo tempore premiet, & tamen clavis est voluntas nostra, in cuius manu ac arbitrio est, vel quod seruentur, vel quod effundantur, & pereant: nam (ut ex sententia Domini Ezechiel pronunciauit.) In quacunque hora iustus se auerterit a iustitia sua, omnes iustitiae eius obliuiscuntur. Si voluntas se auerit a Deo, merces omnes eius effunduntur. Quare maxime curandum est, ne voluntas nostra deprauetur. Nam quod ad Deum attinet, fidelissime conseruata tenet merita nostra, nec sine voluntate nostra perire permittit. Verum si nos clauem (quae est voluntas) inimico credimus, nostra erit culpa, si merces furetur. Ne des tu clauem, quae in manu tua est, alteri, & non peribit thesaurus tuus. Nam Deus optima illum cura seruauit. Quorum utrunque intelliges Paulus sic ad Tim. scribit: Sciens enim nos nostrum thesaurum, ac depositum fidelissime habere in Deo custoditum ac obseruatum, ait: Scio quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Cernens autem ex altera parte quod clavis huius depositi, penes nos erat, addit. O Timothee, depositum custodi. Quid hoc misterij est? Depositum tuum semel dixisti, O Paule, te habere apud Deum custoditum, & nunc Timotheum hortaris, ut depositum custodiat. Ita verum est. Nam etsi in Deo sit depositum meum, tamen clavis est mea voluntas, quam hortor omnes vos, ut omni diligentia custodiat, nec eam hostibus vestris concedatis. Quod etiam intelligens Moyses, postquam populum illum admonuit, beneficiorum Dei, ac bonorum, quae illi a Deo concredita erant, cum ex alia parte videret, quod in voluntatis confidentia omnia erant, subintulit dicens. Custodi igitur te, & animam tuam sollicitudinem super te ipsum constitue: quoniam in manu tua, & anima tua, & omnia bona tua sunt. In cuius signum, ut D. Greg. 2. Reg. c. 2. adnotauit, cum Isboseth cognatus Saul in domo sua in meridie quiesceret, posuit ancillam quadam hostiariam, quae seruaret ianuam, & tamen illa mundans triticum obdormiuit: quare inimici hominis illius ingredi potuerunt, (quoniam ancilla hostiaria dormiebat) & ingressi ipsum Isboseth gladio confodierunt. Quis

Ezech. 18.

1. Tim. 1.

1. Tim. 6.

Dent. 4.

Greg. 2. Reg. 4.

Quis est iste Isboseth, qui filius confusionis interpretatur, nisi homo ille, omni confusione dignus, qui non recte domum suam, hoc est, animam custodit. Ipse dormit, & mulierem pro custode relinquit, quae purgando triticum opprimitur somno. Haec est caro, quae rebus temporalibus ac corporalibus intenta, quasi somno oppressa non videt hostes introeuntes in animam; ad occidendam eam, & rapiendum mercedem ac thesauros eius. Non caro fragilis ac imbecillis, quae mulieri comparatur, debet custodire animam tuam, sed vir. Vir debet esse custos, ratio ipsa euigilare debet, ipsa excubias agere, ipsa speculator existere, ne quid quod animam merces capere, aut perdere possit, ad eam ingrediat. Vnde & Sapiens dicebat. Omnia custodia, serua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit. Hoc est, vndique circunda cor, ne vel minima rimula in eo sit, per quam se intro mittat diabolus. Quem admodum Pharisaeo illi contigit, qui cum ex omni parte videretur habere custoditum cor, quia nec per adulterium, nec per furtum, nec per carnis delicias, ad illum intrare posset inimicus, ut ipse dicit, tamen rimula, imo & foramen apertum reliquit, quod fuit superbia, cum dixit. Velut etiam hic publicanus. Et non solum ob hoc tanta cura adhibenda est ad custodiendum nos, verum etiam quia thesaurum illum (ut supra diximus) in corpore hoc fragili inclusum habemus, & ideo magna nobis sensuum indita custodia est. Sicut qui habet pretiosum liquorem in vase vitreo, ipsum maxima custodia obseruat ne confringatur, & effundatur balsamum. Et sicut qui vinum optimum, conseruare cupit, maxima cura inuigilat, ut vasa munda sint, nec aliqua corruptione infecta, ne vinum quod in eis est ascescat; sic curare debemus, ne corruptum sensus nostri, qui vasa sunt, quibus pretiosissimus liquor iste seruatur. Vnde & Paul. dicebat 2. Cor. 11. Timeo ne sicuti: rpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. Sciebat enim quod ex corruptione eorum inficiebatur liquor sanguinis Christi, ac virtutum infusarum, & omnia peribant. Et si vas confringeretur, effundebantur. Vnde alibi Paul. ait. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Ideo id voluit Dominus, ut in tam fragili vasculo, tam pretiosa res custodirentur, ut eorum conseruatio, non nobis, sed Dei sublimitati tribueretur. Item debemus multa sollicitudine animas nostras ab omni macula seruare: quoniam templum Dei sunt, secundum illud Paul. Nescitis quia templum

Proner. 4.

Lut. 18.

simile.

2. Cor. 11.

2. Cor. 4.

1. Cor. 3.

Tom. II.

Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis: templum autem Dei non debet prophanari, nec maculari, sed ab omni macula, omni cura custodiri. Nam in antiquo templo, & tabernaculo magna sollicitudine cauebatur, ne quid illud macularet. Quare in parte illa, quae dicebatur Sancta sanctorum, ubi semel in anno intrabat summus sacerdos ad offerendum sanguinem vituli, vel uer erat quo tegebatur, & in tabernaculo cortynae, & saga cilicina, pelles caprarum, ne aer, aut vetus, aut imber illud macularet. Si ergo templum, ubi sanguis hircorum ac vitulorum fundebatur, tanta seruabatur cura: Animam tuam, quae sanguine filij Dei circumfusa est, quanta sollicitudine custoditam ab omni macula debes habere. Et si quis templum illud sacrilege prophanaret, tanta seueritate plectebatur, quanto magis qui templum Dei viuum contaminauerit, morte morietur. Sic enim Paul. ad Heb. argumetur, dicens. Irritam quis faciens Legem Moysi absque: vlla contradictione, duobus aut tribus testibus, morietur: quanto magis putaris, de terriora mereri supplicia, qui filium Dei concucauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritum gratiae contumelia fecerit? Hoc est, ille qui pretiosum sanguinem Christi conculeat, ac ab anima sua contemendo expellit. Dic mihi fratere, si haberes in domo tua vas quoddam plenum balsamo, vel alio pretiosissimo unguento, & seruus aliquis illum effunderet, & vas foetida, & lutulenta aqua adimpleret, nonne merito succenseris illi, & domo pelleres? Iracundis verbis aduersus eum ageres? Anima tua plena est pretiosissimis unguentis, sanguine Christi, gratia eius, donis eius. Cur ergo per peccatum, balsamum hoc effundis, animamque tuam immunditijs replet. Merito Deus irascitur tibi, a se propeller, verbis duris aduersum te aget. O si oculis cernere posset peccator, quantum damnus anime suae paret peccando, quanta iracundia ac rabie aduersus semetipsum insurgeret, qui tot sibi dana sciens, & prudens comparauerit. Et hoc erit quod damnatos maxime in die iudicij torquet, videtes se sua voluntate, tot bona amisisse, & in tantam calamitatem se iniicisse. Ecce quid in hoc Euangelio doceamur.

Exod. 26.

Hebr. 10.

simile.

Alia mon. ralitas sem conio.

Hj



Hi sunt qui peiora committant, & mala nobis exēpla præbeant, & potestatem suam licentiam sibi faciunt peccandi, nec est qui eis resistere possit, aut carpere. Quoniam putant legem illos non comprehendere. Nam ut Philo sophus ille dicebat, Leges humanæ sunt veluti telæ aranearum, quæ animacula minima, ut muscas (verbi gratia) ligant, maiora autem potius dirumpunt eas. Sic leges humanæ pauperes ac imbecilles ligant. Nam si contra eas faciunt, statim pæna legis plectuntur, diuites autem, & optimates, qui passim eas frangunt, impuniti gradiuntur. Vnde Hier. c. 5. volēs minores ob eorum ignorantiam, ac rusticitatem excusare, ait. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Eo quod regulariter quos Deus populi sui gubernatores constituit, prudentiores, ac sapientiores cæteris facit. Ibo ergo ad illos, qui merito tenentur, alios virtutibus antecellere. Sed subdit. Et ecce ipsi magis similes cōfregērūt iugū, ruperūt vincula. Simul dicit, quoniam, quasi inter se cōspirassent maiores, ita omnes magis præuaricatores legis sūt. Et ita apparet certè quod magnates, & proceres in populis, quasi legem statuerint, ut omnes peccatores, & transgressores legū sint. Sic enim viuunt, & sic operantur, quasi legibus non tenerentur: quod maxime dolendum est. Quia si lex est statuta contra aleatores, qui ditior est has leges transgreditur, & in vna nocte multa milia ducatorum disperdit, & postea nec seruius mercedē soluit, nec debita reddit, nec cū opus est Reipub. aut Regi utilis esse potest. Quinimodò, & vassallis ac subditis iniustissima tributa imponit. Miseranda certè res est. Non videtur diuites ac magnates inter se cōuenire, nisi ad peccata quæ plurima committenda gaudeant, turpitudinis, aut alicuius, vel ad cōponendas ad perturbandam pacem factiones. Qui enim alios corrigere deberet, ipsi magis indigent correctione. Vnde & Dan. 13. dicitur. Quia egressa est iniquitas de Babylone ad iudicium Israël, qui videbatur regere populū. Hi ergo primates accesserunt ad Iesum dicentes. Quare discipuli tui non lauant manus suas, cum panem manducant? Magna iniquitas certè, suspendatur pro ea. Cæci illi Pharisei exteriora tantum curabant, interiora verò continebant, manus ac vasa lauabant, animam autem, & cor inficiebant. Vnde ad illos dicebat Dominus. Vobis scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui mundatis, quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, iniquitate, & omni dolo. Et eos etiam dicit similes sepul-

simile.

Hier. 5.

Dan. 13.

Matth. 23.

chris dealbatis, quæ tamen intus sunt plena ossibus mortuorum. O res miseranda! quot sunt inter Christianos modò, qui corporis munditiam duntaxat curant. Cum tamen animam immunditijs infectam habeant, nec id aut aduertant, aut curent. Quanta cura faciem, & manus lauas, & quam minima cor tuum mundare procuras? Non est pedisequus, aut pedisequa, qui ante quam è domo egrediatur, vestes suas non excutiat, faciem ac manus non lauet, & in nocte cum domum redeunt, eadem cura vestes mudent à luto, & puluere, quem ex vijs contraxerunt. Cur non eadem saltem cura animam tuam coles? O homo manè, ante quam è domo egrediaris, mundans eam ab his maculis, quas in nocte contraxit fortè, cōponedo eam cum Deo tuo, obsecras, ut dirigat vias tuas in illa die: Sic enim & Dauid faciebat cum dixit. In matutinis, Domine, medita bar in te. Et transacto die similiter in nocte facta illius diei ad memoriam reuocare, & lacrymis ac dolore abluere; ut idè Rex ac Propheta faciebat per singulas noctes lacrymis suis stratum suum rigans, ut ipse dicebat. Sed vnde hoc malum? qua origine stulticia prodijt tanta, ut corpus cum diligentia homines curent, animarum autem cultum contemnunt? Quoniam non intellexerunt honorem, animarum sanctarum. Si enim intelligeres quæ pretiosa res est anima tua, & quanta diligentia curanda sit, nec diebus aut noctibus aliud cogitares. Non ne inertissima esset domina illa, quæ ancillam nimio studio coleret, ac mundaret, & ipsa absque villo cultu immunda ac dissuta esset? Anima domina est, caro serua, illam cole, ac munda, ne preposterò ordine vitam agas, & ne sis his Phariseis confimilis, qui tantum exteriora curabant, & tamen valde decipiebantur certe. Nec enim Deus exteriores lotiones mandabat, nisi in quantum significabant interiores, sic enim & apud Esaiam, alloquitur dicens. Lauamini mundi estote. Et ne intelligerent, quod de munditia carnis loqueretur, subiungit. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Hoc est, totam animam mundate, intellectum atque voluntatem purificate, hæc enim munditia est quæ placet oculis meis. Accusabant ergo discipulos Christi, quia non lauabant manus suas. Beata gens, cuius vita, dum malitiosè inuestigare hostes sui contendunt, nullum aliud crimen in eis inveniunt nisi quod non lauant manus suas. Quæ compositio morum! Quæ honestas! quanta animi, corporisque seueritas eis inerat! Certè si vitæ nostræ

Psal. 62.

Psal. 6.

Sap. 2.

Esai. 1.

nostra ratio haberetur modò, plura in nobis inuenirent crimina, quæ non lauare manus. Non solum ceremoniarum neglectum in nobis cernerent hostes, sed & legis Dei in magnis rebus preuaricationem: quod maxima cōfessio nostra est. Nam illi pauco tempore cum Christo conuersati fuerunt, nec plurima ad huc eius miracula viderant. Nos tamen qui in gremio Ecclesiæ Christi, & nati & nutriti sumus, totque iam mirabilia perspeximus, doctrinamque eius quotidie in auribus nostris intonantem audimus, multo maiorem damnationem meremur, cum inertes, ignaui, & infructuosi simus. Nec hoc solum, sed & maximi peccatores, ita ut plures in nobis imunditia reperirentur quàm olim post parietem templi Ezechia inuenit. Et super illud. Sinite illos, cæci sunt, & duces caecorum. Si cæcus cæco ducatur præset, ambo in foveam cadent. Dic peccator cæce, cur confessorem cæcum, quare ignorantem quæris qui simul tecum in Barathrum cadat? Quare doctum, quare recte intelligentem, ut te illustrare in via Dei agnoscat, & valeat. Subdite ecce, cur Prælatum cæcum eligis? Elige videntem, elige sapientem, qui te velut aliet Iosue in terram promissionis inducat. Sinite illos: timenda atque tremenda sententia. Quò ibit iller, quem Deus manu sua repulit, nisi in miseriis ac tenebris? Et erunt sicut vulnerati dormientes in sepulchris (ait Dauid) quorum non es memor amplius, & ipsi demana tua repulsi sunt. Quoniam omne bonum creaturæ Deus est. Illum à quo se Deus auertit, in vltimis miserijs relinquit. Sic enim omnia à Dei presentia dependent, quem ad modum lux ista visibilis, à presentia Solis. Si enim adest Sol, lux est, eo absente tenebre omnia, & obscuritas. Si Deus anime tuæ adest, dies est: si abest tenebra, & obscura nox. Auferes spiritum tuum, & deficiet, & in puluerem suum reuertentur. Sinite illos, cæci sunt. Eo momento quo illos dimittit Deus, cæci sunt, & luce carent, hos autem Deus dimittit qui egei volunt esse, & oculos suos claudunt, ne videant lucem. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. Habet quidem Deus suas plantas, habet & diabolus suas. A principio enim cum Deus condidit mundum, plantauit paradysum voluptatis in quo hominem collocauit, ut ex illo integrum ad cælestem paradysum transferret. Paradysus hic atque hortus Dei est præsens Ecclesiæ Catholica, in qua ipse cum suis fidelibus residet, quæ est domus deliciarum Dei, quæ & Paul. domum eius vocat. Plā-

Ezech. 8.

Psal. 87.

Psal. 103.

Gen. 2.

1. Tim. 3.

Tom. II.

tæ autem sumus omnes fideles, qui ex hoc terrestri, in illum cælestem paradysum transplā tandi sumus. Ideò quippè præsens Ecclesiæ Regnum cælorum dicitur, quoniam in ea incipit illud Regnū, & solū illi qui in hac Ecclesiā fuerunt plantæ, & plantæ viuæ ac fructifera, illi, inquam, soli illuc transferendi sunt. Igitur quia præses Ecclesiæ est plāratio Dei, non poterit eradicari. Poterunt quidem plātam istam ramis aliquibus spoliare, radicibus autem eam diuellere, impossibile est, nā plāratio Dei est. Id est quod Gamaliel dixit Iudæis cum Apostolos prohiberent, ne prædicarent Dominum Iesum. Fuit enim consilium eius, quod dimitterent pro tunc eos, & reddens rationē ait. Quoniam si ex hominibus cōsiliū eorū est, dissoluetur. Si autem ex Deo, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo repugnare videamini. Vidit Nabuchodonosor somniū, ut Daniel narrat, Arbor quædam tate altitudinis, atque proceritatis, ut cacumē eius pertingeret cælu, in ramis eius aues nidificabant, sub vmbra illius animalia terræ quiescebant: venit tamen sententia de cælo, quæ præcipiebat arborem illam præscindi, truncū, ramum atque folia, ita quod aues cæli iam in ea non nidificarent, nec animalia terræ sub vmbra eius quiescerent. Cæterum radices eius cathenis alligari, ut starent in terra, & rore cæli perfunderentur. Hæc arbor est præses Ecclesiæ, quæ est plantatio Dei, cuius cacumē cælum pertingit propter fidem, quæ altissimarum, & abditarum rerum ac cælestium nouitiā parat, & propter spem Christianā, quæ nos ad cælestia speranda euehit. Aues cæli Angeli sunt, qui in ramis Ecclesiæ quasi custodes huius plantæ resident, speculantes inde damna quæ illi imminet, ut ea vel præueniant, vel exterreant. Vel si vis, sint isti homines, contēplationi dediti, qui in ramis Ecclesiæ, hoc est, in doctrina eius subleuati, ad diuina contemplananda euehantur. Animalia terræ sunt cæteri homines qui sub obedientia, ac doctrina Ecclesiæ quiescunt, & viuunt. Hæc arbor ex sententia Dei per Angelos promulgata præscindi iubetur: Quoniam multoties ob peccata nostra, vel ob Dei secreta iudicia, permittit Deus, ut hæretici in fideles insurgant, qui Ecclesiam persequantur, ramos præscindant, hoc est, qui hanc ciuitatem, aut prouinciam ab obedientia Ecclesiæ, & à veritate Euangelij separent, & aliam similitè. Cæterum radices fixæ, & alligatæ cathenis, quæ sūt promissiones Dei, immobiles persequantur. Quoniam impossibile est plantam hanc eradicari,

Act. 5.

Dan. 4.

g 2 eradicari,



eradicari, sed rore coeli perfunditur, quonia semper fides, charitas Dei, ac gratia in ea erit, nec fides, nec charitas ab Ecclesia Dei deficiet, iuxta promissum illud Dni ad Petru & successores eius. Ego rogavi pro te, Petre, ut no deficiat fides tua. Quonia nec tēpore passionis Christi, cū omnes Discipuli fugerūt, fides hęc integra ab Ecclesia Dei defecit. Firma ergo veritas sēper stat. *Omnis plātatio quā no plātavit Pater meus, eradicabitur.* Sic enim factū est, & fiet, vt omnes hāereses quæ ab hominibus aduersus Dei veritatē adinueniēte sunt, nō stabiliātur, aut durēt, sed tādē pereāt, et cōsumātur, vt in Arrio, Manicheo, Nestorio, & alijs quā plurimis hāreticis huc vsq; visum est. Idē enim absq; dubio, de Mahumeto, Luthero, Caluino, & alijs nostrę tēpestatis sectarijs, sperādū est. Romana autē Ecclesia, quæ à Deo plātata est in eternū stabit. Aduertēdū tamē qd est in Ecclesia quę est hortus Dei, sūt optima, & fructifera plāte, sūt etia syestres, & absq; fructu quā plurimæ, quæ dicūtur plāte diaboli. Nā nō solū iustos capit Ecclesia, verū etiā peccatores, qui de plāris Dei, in diaboli plāras degenerāt. Experiētia enim testatur, & Philosophi docēt, qd si arbor quæ aliā fructifera est, nō colatur, irrigetur, sodiatur, sit arbor infrugifera, syluestris, & amara. E cōtra verō infrugifere ac syluestres arbores, si cū diligētia colātur, in frugiferas, & dulces cōuersæ sūt. Omnes Christi fideles, eo die quo per Baptismi ianuā Ecclesiā ingrediūtur, plāte sūt huius horti ac paradisi quæ in eo colī, ac fructificare debent. **1. Cor. 3.** Ideo quippē Paul. nos Dei agriculturā vocat, & cæcus ille, quē illuminauit Dns Iesus, dixit se videre homines velut arbores, quonia arbores, & plāte huius viridarij sumus. Igitur quicūq; Christi fidelis, cui cura nō est, secundū Legē Dei, se colere, ad instar plāte irrigādo animā sletibus ac gratia Dei, quæ in sacramētis cōfertur, sed olicitāter, ac ignauiter circa hęc se gerit, iā nō Dei plāta est, sed in diaboli agriculturā degenerat, quoniam amarus fructus absq; charitate producit. Quarē omnes peccatores cōmuniter omnibus inspidi, ac inutilis sūt. Et ideo tāquā inutiles tādē excident sūt, & ad ignē eternū applicādi. Sic enim de eis dicitur Sap. 4. Cōfringētur rami incōsumati, & fructus illorū inutiles, & acerbi ad māducādū, & ad nihilū apti; sūt enim infrugifere plāte, nec aliud quā folia, & ea quę apparēt habere, cū tamē Dns fructū ex ficulnea requirat, & quia in ea nō inuenit, maledixit illi, & aruit. Iusti vero qui charitatis fructus

ferūt Dei plāte sūt. Quatē impiorū Regnū nō stabit, iustorū tamē imperiū in eternū per manebit. Quinimo tūc cū videtur per mortē deficere, de nouo incipit: quonia tūc finit tēpus, incipit tamē eternitas; impiorū autē Regnū, morte finitur, & perit. Vndē Ps. 1. de iusto dicitur. Erit tāquā lignū, qd plātatur secus decursus aquarū, qd fructū suū dabit in tēpore suo, & foliū eius nō defluet. E cōtra verō de malis dicitur. Nō sic impij, nō sic, sed tāquā puluis quē projicit vētus. Nā nō habēt radices altas in cœlo, ac in Deo fixas, sed in pulvere terrę ac vanitate collocatas. Ideo de eis Sap. 4. dicitur. Adulterinę plātationes, nō dabūt radices altas, nec stabiles fundamētū collocabūt. Et Hier. 17. de iustis dicitur. Benedictus vir, qui cōfidit in Dño, & erit Dns fiducia eius. Et erit tāquā lignū qd trāsplātatur super aquas, qd ad humorē mittit radices suas, & erit foliū eius viride. E regione autē de malis sic dicit. Maledictus homo, qui cōfidit in homine, & ponit carnē brachiū suū, & a Dño recedit cor eius. Erit enim tāquā miricę in deserto, & nō videbit eū venerit bonū. Sed habitabit inficitate in deserto, in terra saluginis & inhabitabili. Miricę enim nō eleuatur multū super terrā: quonia in superficie tātū habet radices suas. In terra saluginis, & inhabitabili, quonia sūt arbores infrugifere, atq; syluestres, quę nō hominibus sed feris fructus ferūt. Nec enim bonis se viles prębēt mali, sed alijs sibi similibus improbis. Vndē nec bonis fauorē cōferūt, sed malis. Hinc apud Iob dicitur. Vidi impiū firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Asserit se vidisse iustū firma radice: quoniam in oculis hominū sic apparēt. Hi enim eos qui huius mūdi bona ac fauorē aucupāt, homines felices vocāt, & eos dicūt multas habere radices. Cū enim impiorū splendorē videant, imperia, diuitias, gloriā, inuidēt illis, & eos beatos aestimant, & vsq; ad mortem mirantur eos. Tunc autem miserū exitum eorum cernentes, relictasq; diuitias ac diffusas inutiliter, & stultē; tunc illis maledicunt dicentes. Infelix, cui tantas congregauit diuitias! At vero iusti sapientes, & intelligētes, statim maledicūt pulchritudini eius. Cū alij illos mirantur, & verentur, & felices dicūt; tunc ista tanquā miseros maledicunt. Cū alij illis inuidēt, isti miserētur. Vident enim eorū inanem gloriā, & absq; fundamētō vilo, in puluere ac in superficie terrę posita. Quomodo poterit durare, aut crescere? Maledixi pulchritudini eius statim. Vndē & alibi dicit. Humectus videtur scirpus,

Psal. 1.

Sapient. 4.

Hier. 17.

Iob. 5.

Iob. 3.

simile. pus, antequā veniat Sol. Sicut enim scirpus antequā radijs Solis perfundatur, videtur viridis, & humiditate plen⁹: ex orto autē Sole statim arefcit. Sic mali ad tēpus honorē ac gloriā habere vidētur. Sed orto Sole, cū Deus hominū illuminat oculos, vt eorū male facta cōsyderēt, aut cū occasio se se offert, quę illos ostēdit, statim exsiccat, & pereunt: quonia nō habēt radices altas. *Omnis plātatio quā nō plātavit Pater meus, eradicabitur.* Vndē tuo tēpore eradicabūt. Nō de relinquet eis radicē, nec germē ait Prophetā. Omnia bona sua simul cū illo interibūt, memoria enim eorū cōparabitur cineri. Iustus vero tūc fulgebūt, quādō huius seculi lux in eo extingui videtur. Sic enim, & de eo dicitur. Et tāquā meridianus fulgor, cōsurget tibi ad vespērū. Hoc est, in hora mortis. Et cū te cōsumptū putaueris, orieris, vt Lucifer. Quia oritur quādō lux diei deficit. Quonia sūt in Deo radicati, & fundati. In memoria quippē aterna erūt iusti. Christ⁹ infructuosus statim maledicūt, vt in ficulnea visu est; Cū tamē nō esset tēpus ficorū. Fuit enim factū illud parabolicū, in quo nos intelligere voluit Dns, qd nullo tēpore debemus a bonis operibus vacare. Sed quacūq; hora Dns ad nos venerit, nō vacuos sed plenos bonis operibus nos inueniat: Ne si uenerit, & absq; illis nos repererit, maledicatur nobis, & extirpēmur. Ideo quippē de Iusto Hier. 17. dicitur. Et in tēpore siccitatis, non erit sollicitus, nec aliquādō desinet facere fructū, & nō timebit eū venerit aestus. Hoc est dicere. Iustus, etiā inter improbos, vbi est siccitas bonorū operū, facit ipse tamē fructū. Et nō timebit eū venerit aestus. Etiā in persecutionib⁹, & tribulationib⁹, in bono persistit. Alias arefcet etiā fides in te. Vndē enim securim ad radicē arboris positā, cū tot mala inter Christianos cōsydero, nec fit correctio illorū. Nec enim in plāris nouis fructū video bonū: quonia male colūtur. Nā in peccatis video vos, o Christi fideles, educare filios vestros: needū puella rationis vsum attingit, & iā leuitatibus, ac vanitatib⁹ indulget: & puellus balbutiēte lingua in ipsi exordijs loquelę, iā iurare ac mētiri incœptat. Si aliquod bonū video qd ex plāris antiquis reseruatū est, erit. Nā in nucis quia male colūtur, amarissimos fructus inuenio. Itē tertio sic incipe. In hoc Euāgelio Christus Dns cōtēdit homines aliquos seductos ad veritatē reducere, dolosq; eorū detegere. Putabāt quippē Pharisei omnē legis iustitiam in sola exteriori obseruantia cōsistere. Eosq; solos sanctos, ac iustos reputabāt, qui id faciebāt, nihil de interioribus curantes. Quos tamē Dns ab hoc dolo educere cupit, ostēdēs nō in exteriori obseruatia, sed in interiori charitate Dei iustitiā cōsistere. Sed aduertite, dñi mei. Pretioles res, quonia rare ac magne estimationis sūt, nitūtur homines arte illas imitari, si possent eas & ipsi facere, ac fingere. Ferrū falsum, aut cuprū falsum, & sophisticē factū, minimē reperitur: quonia horū abūdātia est, nec tātū aestimatur apud homines. Ceterū aurū falsum, & lapides pretiosi falsi passim reperūtur: quonia harū raritas est, & in magno pretio habētur, & ideo nitūtur homines, si possent per artē has res pretiosas cōdere, vt abūdāter habeāt, qd pretiosum, & rarū est. Quarē vellēt ex cupro aurū, & ex vitro pretiosos lapides fingere, ac gemas imitari. Hinc ars alchimica adinuenta est. Cupiditas quippē hominū eos persuasit qd ex cupro posset aurū verū cōflari qd tamē falsum est, quia hucusq; nō est visum verū aurū, ex cupro factū esse, sed sophisticū ac falsum dūtaxat. Sed multi in amētiā versi sūt, hęc quintā essentiā querētes, vt aurū verū ex cupro cōflarēt, quod tamē vsq; ad præsens, vt dico, factū nō est. Virtus quidē, fratres mei, pretiosissima res est, ac rara. Nec enim multæ venæ, aut cuniculi huius pretiosissimi aurū reperūtur. Vnus enim est fons, a quo oritur, & hic in cœlis est, nēpe Christus Dns noster, qui fons & origo totius nostrę iustitiæ est, atq; vera iustitia ab eo tāquā a fonte emanat. Cū ergo vena hęc tā alta sit, & tāta intercapedine ab hominibus carnalibus distās; adinuenētur aliqui alchimicā artē, ad fingēdū virtutis specimē, & similitudinē & suaserūt sibi metipsis, qd possent eis verā virtutē cōdere, & ideo statuerūt illā in istis exterioribus rebus, quas homines sua industria facere possunt ac operari. Hoc autē tali arte finxerūt, tātaq; similitudine virtutis effigie reddiderūt, vt nō homines in hoc exercitio periti ac sapiētes, qui cotem, & lapidē, in quo tactū aurū manifestatur, verū ne an falsum sit, habēt, nullus alius id agnoscere possit. Primi autē huius artis Alchimicę inuētores Pharisei fuerūt. Quos tamē Christ⁹ intellexit, & qd nō erāt fideles, ac vera metces eorū, sed sophistica arteq; quādā cōficta, atq; cōposita, nequid solidū, & verum, sed vitreū, atq; apparens adducerent ad decipiēdos homines, manifestauit. Vndē Paul. 1. Tim.

Malac. 4.

Iob. 11.

Psal. 111.

Mat. 21.

Hier. 17.

Mat. 3. C.

Luc. 3.

Alia moralitas seu generatio.

Tom. 11.

tiā in sola exteriori obseruantia cōsistere. Eosq; solos sanctos, ac iustos reputabāt, qui id faciebāt, nihil de interioribus curantes. Quos tamē Dns ab hoc dolo educere cupit, ostēdēs nō in exteriori obseruatia, sed in interiori charitate Dei iustitiā cōsistere. Sed aduertite, dñi mei. Pretioles res, quonia rare ac magne estimationis sūt, nitūtur homines arte illas imitari, si possent eas & ipsi facere, ac fingere. Ferrū falsum, aut cuprū falsum, & sophisticē factū, minimē reperitur: quonia horū abūdātia est, nec tātū aestimatur apud homines. Ceterū aurū falsum, & lapides pretiosi falsi passim reperūtur: quonia harū raritas est, & in magno pretio habētur, & ideo nitūtur homines, si possent per artē has res pretiosas cōdere, vt abūdāter habeāt, qd pretiosum, & rarū est. Quarē vellēt ex cupro aurū, & ex vitro pretiosos lapides fingere, ac gemas imitari. Hinc ars alchimica adinuenta est. Cupiditas quippē hominū eos persuasit qd ex cupro posset aurū verū cōflari qd tamē falsum est, quia hucusq; nō est visum verū aurū, ex cupro factū esse, sed sophisticū ac falsum dūtaxat. Sed multi in amētiā versi sūt, hęc quintā essentiā querētes, vt aurū verū ex cupro cōflarēt, quod tamē vsq; ad præsens, vt dico, factū nō est. Virtus quidē, fratres mei, pretiosissima res est, ac rara. Nec enim multæ venæ, aut cuniculi huius pretiosissimi aurū reperūtur. Vnus enim est fons, a quo oritur, & hic in cœlis est, nēpe Christus Dns noster, qui fons & origo totius nostrę iustitiæ est, atq; vera iustitia ab eo tāquā a fonte emanat. Cū ergo vena hęc tā alta sit, & tāta intercapedine ab hominibus carnalibus distās; adinuenētur aliqui alchimicā artē, ad fingēdū virtutis specimē, & similitudinē & suaserūt sibi metipsis, qd possent eis verā virtutē cōdere, & ideo statuerūt illā in istis exterioribus rebus, quas homines sua industria facere possunt ac operari. Hoc autē tali arte finxerūt, tātaq; similitudine virtutis effigie reddiderūt, vt nō homines in hoc exercitio periti ac sapiētes, qui cotem, & lapidē, in quo tactū aurū manifestatur, verū ne an falsum sit, habēt, nullus alius id agnoscere possit. Primi autē huius artis Alchimicę inuētores Pharisei fuerūt. Quos tamē Christ⁹ intellexit, & qd nō erāt fideles, ac vera metces eorū, sed sophistica arteq; quādā cōficta, atq; cōposita, nequid solidū, & verum, sed vitreū, atq; apparens adducerent ad decipiēdos homines, manifestauit. Vndē Paul. 1. Tim.

simile.

83



1. Tim. vlt. ait. Prophanas vocum nouitates denita, & oppositione falsi nominis sciētie. Imponunt enim fallum nomē sciētie, ac virtutis, ei quæ vera nō est, sed ab arte illa alchimia cōficta. Habēt quidē auri, & gēmarum splēdorē, & odorē, sed nihil amplius. Vnde hic ei dicit Dominus, & olim per Estā prædixerat: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū longe est à me. Solū q̄ apparet habēt. Substātiā verò virtutis minimē: quia sophistice hæc omnia cōficta sunt ab eis. Sic & nūc tēporis multi sunt in Christiana Republica, qui nihil aliud habēt virtutis, quā similitudinē eius: ceterū sic industrii virtutis imitatores, sic histriones ei⁹ facti ac simia, vt omnino omnibus tales appareāt, & nisi his qui veritatē eius norūt, omnibus alijs iusti sunt. Quoniā si in vera virtute examinaretur, atq; in charitate probetur, iā nō aurū sed cuprū, non argētū sed scoria apparebūt. De quib⁹ Esai. dicit, Argētū tuū versū est in scoriā, vinū tuū mixtū est aqua. Caminus enim ac cōflatoriū in quo verū aurum virtutis examinatur, charitas est. Si videris homines ad se & ad suū cōmodū omnia dirigentes, illorū dic non aurum verum, sed alchimiū, & sophistū esse. Sic istis contigit Pharisæis, hypocritis, actoribus ac histrionibus virtutis, qui in camino charitatis examinati ostēdebant scoriā, & fallaciā. Mandauerat enim Deus in quarto Decalogi præcepto, vt parentes honoremus, eis vires repēdēdo, quemadmodū, & Ciconia dicitur facere cū patres præ senectute sibi cibū acquirere nō valēt, ipsē illis administrāt, idē officiū eis in senectute præstātes, quod illis cū in nido pulli essent, præstiterūt. Sic & filij parentibus indigentibus victū quærere, ac administrare tenentur. Et hæc est lex pietatis ac charitatis. Isti tamē hāc Legē trāsgrediētes docebāt filios, vt id q̄ parentibus dare decreuerāt ad eorum sustentationē, & alimoniam; tēplo offerrent, & patrib⁹ dicerēt, se etiā id pro eis offerre, vt hæc sibi prouenirēt bona illa, ad quos ea quæ in tēplo offerebātur, pertinebāt. Quo nequi⁹ ex cogitari nō poterit? Nec tamē meliori fuco ac colore celatū. Celabāt enim rapinā illā altissime religionis virtute, ac similitudine. Religio quippē cultū offert Deo, in sacrificijs, orationibus, ac oblationibus, qua via magnū opus apparebat q̄ hortabatur. Ecce argumētū fallax q̄ faciebāt. Nō ne melius est Deo quā hominibus obsequiū præstare? Melius certe. Nō abnuo. Igitur melius erit,

Esai. 29.

Esai. 1.

rē tuā Deo quā hominibus offerre. Distinguo, Hypocrita mēdax: distinguo, nā Dialecticā scio. Quādo id q̄ volo Deo offerre, nulli est debitū, vllō modo cōcedo. Quādo verò illud alteri est debitū, vel ex iustitia, vel ex pietate, aut quacūq; alia valida ratione, tūc nego. Nec enim Deus ex alienis oblationes vult, nec qui tibi mādauit honorare patētes, subuenire miseris, debita persolvere; mādasset tibi, vt id nō faceres, sed tēplo suo offerres, aliās sibi ipsi cōtrarius esset, cōtra id q̄ dicit Paul. Fidelis est Deus, se ipsum negare nō potest. Nō enim vult vt patētes, aut cōsanguineos in graui, aut extrema, aut misera sorte relinquant, vt sibi offeras: quoniā charitas, quæ nostrarū actionū regula est, id tūc exigat, & postulat. Quare diuus Aug. Cū Episcopus esset, calices & vasa argētea, quæ cultui Dei dedicata erāt, præcipiebat cōflari, & distribui pauperib⁹, & Ambrosius suę Ecclesiæ argētū in redēptionē captiuorū dabat. Et quauis aliqui ob id murmurabāt, nihil ille faciebat, intelligēs hoc posse charitatē, quæ domina ceterarū virtutū est. Et q̄ plus admiratione dignū est, id est, q̄ supra. c. 6. retulimus ex Hieronymo, qui in Epistola quadā Exuperū Episcopi recomēdat, q̄ sacra Eucharistiā in cistella scirpea habebat, & sanguinē Christi in fictilibus vasis cōsecrabat. Quoniā argentū cōflauerat, vt in vsus pauperū distribueret; talis enim tūc vrgebat necessitas. Quod si talis nūc instaret, distribuere in pauperes Ecclesię ditiora ornāmēta oporteret, etiā si cultus diuinus minus splēdidē ageretur. Ecce cōflatoriū virtutū quid sit. Nēpe charitas, in qua examinata virt⁹ probatur. Quod isti nō faciebāt Pharisæi; sed potius hominibus alimētū auferebāt, vt ipsi abūdarēt. Et tamē Deus quod alteri debetur, sibi nō vult. Maritū habes, o mulier, cui mutua obsequia promisti, cū ille tuis obsequijs, aut adiuuētō indiget, nō vult Deus, vt sibi præstes. Exi ab Ecclesia, & concione, cū viri necessitas aut familię exigit, & occure illi. Hæc enim tūc est voluntas Dei, qui id dixit. Quos Deus cōiūxit, homo nō separet. Et tu alio tēpore cū ab his domesticis necessitatibus vacaueris, incūbes orationi, & lectiōni, aut cōcionibus, prout Deus dederit. Omnia enim tempus habēt, & omni rei suū tēpus est, & oportunitas, & Deus est, qui ad diuersa negotia diuisit tēpora: quoniam ordinatione sua perseuerant dies. Et tūc quādo necessaria es viro tuo, meritū q̄ tibi ex oratione proueni

2. Tim. 2.

Augus.

Ambros.

Hieron.

Matth. 19.

Eccle. 3.

Psal. 118.

re

re debebat, proueniet ex obsequio, quod marito tuo prebes. Et hæc doctrina Euangelica, & verissima est, cui nullus potest absque piaculo inficias ire. Scandalizati Iudæi ex hac Saluatoris doctrina, & quia dixerat: Ea quæ intrant per os, nō cōmunicant hominem. Cū Discipuli dixissent ad illū quod scandalizati fuissent Pharisæi in illo verbo, respondit. *Sinite illos; cæci sunt, &c. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur.* Iā in superioribus diximus Ecclesiā esse Dei plantationem, quæ ideo nunquā eradicabitur; & quod radix eius est fides, quæ nunquā ab Ecclesia deficiet. Ceterū propter peccata nostra permittit Deus, vt prouincia ista, vel Regnū à veritate fidei deficiat. Et hæc tēporibus plures hæreses, quæ vnquā pullularēt. Et timeo quod securis ad radicē arboris sit polita: cū iā viderimus hanc, & illā prouinciā, & alias, ex fide excisas esse. Quare valde timeo ne mala hæc etiā super nos inualeant. Olim enim mitioribus nos Deus castigabat flagellis tã quàm filios corrigēs. Nūc autē quasi hostes nos punit. Sic enim in suis Thren. Hierolacrymatur dicens. *Tetedit arcū suū quasi inimicus, firmavit dexterā suā quasi hostis, & cecidit omne quod pulchrū erat vasa in tabernaculis filię Sion.* Effudit quasi ignē indignationē suā. Tetedit, ait arcū suū quasi inimicus. Imō & firmavit dexteram suā, super illum quasi hostis. Solebat quidē Deus populum suum punire, non tamē quasi inimic⁹, sed quasi pater. Pater quippē atq; amicus si te percussit, nō id facit, vt te occidat, & perdat, sed vt te sanet, & emēdet. Vnde nō te ad mortē percutit. Inimicus, vt te occidat, & perdat, te percutit. Deus quidē multotiens populū Christianū plagis maximis percussit, & flagellis grauissimis, cæcidit. Verū experientia ipsa ostēdebat illa flagella esse patris. Quoniā etli diuturna erant mala illa, tamē radicē nō attingebāt, nec in fide vlla erat perturbatio, sed illa integra, in alijs gladius Domini grassabatur. Vidimus enim mirabilē rē in Ecclesia: viginti & nouē schismata Ecclesiā Dei sepe turbauerūt, & inter hæc fuit illud magnū, quod per Quinquaginta annos durauit, quo tēpore, duo simul & tres Pontifices erant, & alij huic, alij illi, alij alteri obediēbāt, absq; hoc q̄ certō constaret quis esset legitimus Pontifex. Nihilominus fides in sua semper integritate persistit. Nec cōtra illā aliquid aduersū accidit. Erāt etiam tūc tēporis crudelissimi Imperatores, hostes Ecclesiæ ac Pontificū, qui in illos maxime desequiebāt, quales fuerunt Sueuicę, & Banaticę Duces, & qui dicti sunt Enrici. Et cū hi Imperatores bella aduers⁹ Pontifices atrocissima mouerēt: Nunquā tamē sedē eius ausi sunt negare. Imō vnus ex illis crudelior qui Hæricus Æneobarbus dicebatur, cū excommunicatus esset à Papa propter suā inobediētiā, nudis pedibus super frigidā niuē gradiebatur, postulās à Pontifice, a cęsuris absolutionē. Alius etiā Venetias vsq; perrexit, & sub pedibus Pontificis se supposuit, ferēs vt ipsū calcaret. Et cū Imperator Pontifici diceret. Nō tibi sed Petro: eleuās se Pontifex sanctissimū pedē super colū Imperatoris posuit, dicens. Et mihi, & Petro. O mira res! adeo perstabat fides, vt inimicos maximos Pontificis illi tãta auctoritate subijceret. Et cū etiā rebelliones, ciuiles dissensionēs multæ fuerint etiā in nostra Hispania, nunquā tamē fides læsa est. Ceterū hac calamitosa nra tēpestate qua viuim⁹, quælibet, vel minima in Republica qualibet turbatio, in detrimētū fidei cedit. Nā quia Pontifex noluit rē iniustā, quā ab illo exigebat Hæricus octauus Anglię Rex illi cōcedere, nēpe q̄ cū illo dispesaret in matrimonio rato, & cōsumato, q̄ legitimē eū Catharina Ferdinādi, & Elisabeth Catholicorū Regū filia cōtraxerat, vt pellici suæ nuberet, protinus à sede Romana discessit, & se caput Ecclesię predicare fecit: ianuāq; cūctis, hæresibus ob hoc factū in Regno suo aperuit. Tã facili occasione ad tātū facinus excitatus est. In Gallia etiā vbi tātū veritas fidei viguit, vt Christianissimorū titulus Regibus illius prouinciæ cōcessus fuerit. Quia cōtra Regē suū indignati sunt subditi, propterea q̄ certā pecuniæ sumā ex Repub. cōsumperat, protinus in diuersas hæreses prolapsi sunt, verāq; fidē, quā patres eorū gloriosissime defensauerāt, abnegauerūt. Quid de Flādria, & Belgica dicā? Nā vel propter quædā tribura, quæ ab illis exigere volebat Hispaniarū Rex, vel quia officium Inquisitionis, q̄ est scutū fidei, illis secūdū morē Hispanię proponere volebat, cōfessim hæreticorū cōcionatores aduocant, vera fide dimissa, varias Caluinistarū, ac Lutheranorū hæreses amplexati sunt. Imō ipse Luther⁹, quia ipsi nō cōmiserūt Bullę Cruciatę predicatōnē, in Romanā Sedē, & in indulgentias Pontificum procacissime debaccharus est. Atq; vtinā nō eadē in nra Hispania ali quando attingant, (quod Deus auertat)

Matth. 3. et Luc. 3.

Thren. 2.

Tom. II.

g 4. timendum



timendum quippe iam id ubiq; gentium est. Spero autem in Dei misericordia, & in optimi, & religiosissimi principis cura, & Potificum, atq; Inquisitorum fidei vigilantia, quod id non fiet. Vides quod hæc Dei sagittæ ab arcu iræ suæ ad cor tanquam ad scopum dirigatur, cum & fidem quæ basis totius vitæ Christianæ est, à tot Ecclesiæ partibus diruant. Vides quomodo securis ad radicem arboris posita est. Cum fidem quæ radix est euellat, vel diuelli patiatur. Tenedit arcum suum quasi inimicus. Non amici, sed inimici iacula hæc sunt. Non sunt hæc sagittæ Ionathæ, quæ in altum dirigebantur ultra David, vt amicum non tangerent, aut ferirent, *no se passan por alto*, sed in radice, & in corde nos feriunt. Vnde Hierem. 30. id dicit Dominus. Plaga inimici, percussit te castigatione crudeli, & sequitur in Hierem. Et effudit quasi ignem indignationem suam. Antea misericordiam suam in nos diffundebat, nunc iram, & indignationem effundit. Scillabit super eos indignatio tua, ait Propheta, nunc autem effudit illam. Tunc quasi per guttulas stillabat ad nos ira Dei, nunc famem mittebat, alio tempore pestem, alio bella, nunc omnia simul effundit, famem, bellam, pestem, hæreses, omniaq; mala simul quasi ignem qui omnia deuoret, adurat, atq; consumat, quasi infestissimos sibi hostes, nos punit. Et occidit omne quod pulchrum erat visum in tabernaculis filia Siõ. Omnia pulchra & bona consumpta ab hoc igne videmus. Vbi constantia martyrum? Vbi confessorum austeritas vitæ? Vbi virginum candor? Vbi deuotio ac paupertas monachorum? Vbi valet eremi? Ibi enim pro hominibus Angeli reperiebantur, consumpta omnia, ac exterminata videmus. Vbi Aug. & Hier. qui tantis viribus defendebant fidem? Vbi Ambrosij qui fortiter Imperatoribus resistebant, obquamcunq; iniuriã, quam Ecclesiæ intulissent. Vbi Thomas Cantuariensis, qui ob defensionem iurium suæ Ecclesiæ, gladijs impiorum occubuit? Solebant esse munitiones ac mænia fidelium Episcopi aduersus temporales Reges. Iam hæc omnia consumpta sunt.

Thren. 2. Precipitauit omnia mænia eius, & dissipauit munitiones eius. Hi enim qui tanquam muri se opponere debebant potestatibus temporarijs, forsitan in temporalium rerum obsequia precipitati sunt. Munitiones autem quæ erant virtutum exercitia, maximè charitatis, & misericordie, in quibus fideles exerceri solebant, iam penè dissipata sunt. Quoniã misericordie

opera, nõ ea qua solebant diligentia sunt. Cum omnes ad elargiendas eleemosynas avari effecti sint. Et repleuit in filia Siõ humiliatũ, & humiliatã. Potius repleta est Ecclesia hominibus demissi cordis, qui ex timore mundano pusillanimes effecti, nihil magni apprehendunt, tamè aduersus eos, qui candide veritatẽ Euangelicã prædicant, forsitan sæuiant. Quoniã veritas hodie super omnes displicet Ecclesiasticis viris. Ad alia autem quæ ad Ecclesiæ maiestatem, non temporalẽ sed spiritualem conseruandam conueniunt, quasi brachia contracta haberent, sic quiescunt, & quasi elingues essent, ita silent, nisi Dominus huic dano, secundum suam misericordiam occurrerit, omnia in præcipitium ire nõ sine magno dolore videmus. Id enim comminatur Dominus vinee suæ per Esai. cap. 5. Et expectaui, vt faceret vvas, & fecit labruscas. Quoniã dulces deberent esse, & misericordes in pauperes, & in subditos, & tamen impij, ac amarissimi in omnes effecti sunt. Id circo ostendam vobis, quid ego faciam vinee mee. Auferam sepem eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Nõ putabitur, & non fodietur, & ascendent vepres, & spinæ, & imbribus cæli madabo, ne pluant super eam. Ministros Ecclesiæ minatur, qui sumus sepes, & maceria huius vinee, qui alijs intenti curis, hanc vineam minime, vt decet colimus. Et idco eam plenam spinis ac vrticis videmus. Itã quod possit huius tẽporis prælati illud Prouer. dici. Per agrũ hominis pigri trãsiui, & ecce totũ repleuerant vrticæ, & repleuerat superficiẽ eius spinæ. Et nubibus mandabo, ne pluant super eã imbrem. Nubes sunt prædicatores. Qui sunt hi qui, vt nubes volant? Nã quasi nubes verbi Dei rore perfundunt animas. Vt fructificet. His mandat Deus, vt nõ pluãt imbrem, hoc est, permittit, vt nihil quod vtile est animabus prædicemus, sed inania, & cõposita verba, quæ aures demulceãt, corda vero non irrigent, & hoc in vindictam eorum qui veritates Euangelicas ferre minime possunt. Nec enim possumus ita blandè modo loqui, cum durities vulnerum ignem adhiberi postulet? Vnde & concludit Hier. vbi supra dicẽs. Et dissipauit Dominus quasi hortum tentorium suum, & demolitus est tabernaculũ suum. Multæ enim Ecclesiæ, quæ hortus deuotionis, & ceremoniarũ cultus diuini videbantur, per hæreticos destructæ sunt, vt apud Anglos patet. Vbi maximè olim cultus Dei floruit. Et demolitũ est, hereditatem

Thren. 2.

1. Reg. 20.

Hiere. 30.

Thren. 4.

Dan. 9.

Thren. 2.

Thren. 2.

Esai. 5.

Prouer. 24.

Esai. 60.

Thren. 2.

hereditatem suam, id est, maximã partem Ecclesiæ per hæreticos. Obluioni tradidit Dominus festiuitatẽ, & Sabbathũ. Quoniã hæretici omnes festiuitates delent. Et in opprobrium, & indignationẽ furoris sui regẽ, & sacerdotem. Quæ omnia apud hæreticos adimplera ceruimus. Dominus autem miseretur nostri, & radices huius arboris in hac parte hereditatis suæ conseruet, & fructus ferre faciat, ne & nos sicut alij pereamus, & hortulus hic cum alijs dissipetur.

Alia moralitas seu concio. Accesserunt pharisæi ab Hierosolymis ad Iesum dicentes: Quare discipuli tui transgreduntur traditiones patrum? nõ enim lauant manus suas, cum panem manducant, quibus Dominus respondit. Quare vos transgredimini mandata Dei, propter traditiones vestras? Mira res! ex eo tempore quo Christus Dominus, veritatem docere cœpit, ac vitia, & crimina carpere, conseruit homines aduersus illum insurgere cœperunt, ipsiq; calumnijs, ac opprobrijs persequi, occasionesq; quærebant, quibus eius autoritatem minuerent. Nam vt ex Ioannis Euangelio colligitur; protinus vt Christus baptizatus fuit, atque in deserto tentatus, discipulos congregare cœpit, & eos docere de Regno Dei. Cæterum per annum integrum egit officium doctoris, non tamen prædicatoris, quoniam seorsum cum Ioanne Baptista, & discipulis suis vitam agebat, atq; eos docebat, nec in templo, aut synagogis adhuc concionabatur, & tunc omnes illum tanquam virum iustum venerabantur, eius modestiam considerantes, cum in publicos conspectus exibat pergens ad templum, & ad festa domus Israel. Tamen cum secundo anno à baptismo suo se populo manifestare cœpit, atque publicè hypocrisim, auaritiã, ac cætera vitia pharisæorum reprehendere, & zelo Dei accensus flagello quodam ex funiculis facto eiecerit ementes & vendentes de templo, & mensas numulariorum subuertit, & cathedras vendentium columbas, & turtures, quæ in sacrificiorum officia vendebantur; tunc protinus aduersus illum insurrexerunt, & sermonibus odij circumdederunt illum dicentes: Quod signum ostendis, quia hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem? Ab eo etiam die illum iniquo oculo aspiciabant, & Dominus etiam se ipsum ab illis cauebat, vt Ioannes docet cum dicit: Ipse autem non credebat semetipsum illis, ipse enim sciebat quid esset in homine. Hæc enim est veritatis conditio, & tale subeant periculũ,

qui iam prædicare nituntur: si enim concionatores religiosi nihil aliud quam ea quæ ad cultum Dei atinẽt, agerent, suis nocturnis, ac diurnis horis assilentes, nec populũ docere, aut carpere contenderet, nullus certè aduersus nos os aperiret. Cæterum si flagellis caedimus homines, oues, arietes, & pecunias subuertimus, agricolam carpimus, & mulieres, & viros, & sacerdotes, & magnates, & Reges reprehendimus, publicaq; voce arguimus, mensas numulariorum subuertimus, vsuras damnamus, qui eis vtuntur ad restitutionem obligamus, & eos ab solutionis beneficio indignos iudicamus, columbas, etiam ac turtures, quæ in sacrificia sunt, destruimus, ecclesiasticos viros etiam corrigere nitimur, vt spiritualibus vacent, vt terrena negotia omittant, vt suis sedibus quiescant, vt pauperi bona sua erogent, nec in consanguineorum suorum vsu distribuant, Regibus etiam, ac magnatibus intimantes, ne vlli noceant, aut iniustitiam faciant, aut violenter sua potestate freti, aliquid à suis subditis rapiant; iam tunc aperto Marte nos ferient, aduersum nos insurgent, multa mala criminabuntur, ac procaciter dicent: Quod signum ostendis, quia hæc facis? Quæ miracula edis? Quæ sanctitatis vitæ? Quis tibi hanc audaciam, aut libertatem concessit? Sed quod maius miraculum vis, quam quod sit qui veritatem tibi dicat, qui tanto odio persequeris illum? Sic isti quoniam Christus prædicabat illis veritatem, nimio odio persequebantur illũ, milleque oculis eum, atque discipulos eius circumspiciebant, si fortè inuenirent aliquid, quo illum possint accusare. Et cum id attentissimè quærerent, inuenerunt discipulos suos manducantes panem, absque lorione manuum, & accusauerunt eos apud magistrum, imò tacitè magistrum in hoc accusare volebant. Attendite, quanta sit vis malitiæ, quæ sic voluntatem, & intellectum obcaecat. Isti enim viri sapientes erant, imò cæteris sapientiores, & suã prudentia perspicere deberent, rem hanc tam facilem esse, vt propter eam nullus deberet in iudicium affetri. Sed quoniam malitia passio quædam est animæ, quæ illam totam occupat, id quod parum, aut nihil erat, magnum sibi videbatur. Nam cum malitia voluntatem occupet, propter propinquitatem, intellectum etiam inficit, & obcaecat: in prouerbio quippe est: Aliquid mali ex vicino malo; & itã intellectus à passione impeditus, non rectè iudicat.

Alia moralitas seu concio.

Ioann. 1.

Ioann. 2.

Matth. 21.

Ioann. 2.



cat. Sicut vinum propter eius fortitudinem cum ad stomachu dntaxat mittatur, tamē propter propinquitatem, & connexitatem, meatuum, & viarum virtutem suam, ac fortitudinem vsque ad cerebrum extendit, illudq; occupat, vt liberè non possit suo officio vri. Sic malitia quæ voluntatem præcipue occupat, cum illi vicinus sit intellectus, illum etiam occupat, ac inebriat, vt liberè non possit in suos actus transire, ac subinde non rectè iudicare. Quid dicam vobis? Affecta quippè voluntas ad vnum hominem stultum, facit vt intellectus iudicet, ac faciat stultum sapientem, & sapientem stultum, quæ est conuersio impossibilis, imò impossibilior, quam facere cœlum, terram, aut terram cœlum, stellas carbones, aut carbones stellas. Est enim passio veluti vitrum quoddam ob oculos positum, quod secundum colorem quem habet facit cætera videre, si rubeum est, rubea, & omnia apparent, & si viridè viridia: sic secundum affectum tuum iudicas omnia, vel præuè vel benè. Et quoniam ex odio opera Christi, Pharisei isti perspiciebant, quæ minima erant, sibi magna videbantur, imò & quæ recta praua. Quare illos Dominus hic cæcos dicit, cum ait: Sinite, illos cæci sunt. Sic hodie multi sunt homines in mundo huius conditionis, ac malitiæ, qui nihil bonum quod in proximo sit, aut credere volunt, aut videre, sed si quid vel minimū saltē apparens malum inueniant, illud detrectant, proscindunt, atque in æthera euehunt. Quibus similem pono statuam quam vidit Nabuchodonosor, quæ ex auro, argento, & ære constabat, pedes luteos habebat, & lapis qui sinè manibus abscisus est de monte, pedes luteos tetigit, & aurum & argentum, & æs omnia in puluerem, ac fauillam comminuta sunt. Sic sunt isti pessimi homines, qui cum in proximo suo sit aurū & argentum, hoc est, multa in illo bona splendiant, non illa tangunt; sed si habet pedes luteos, si rem minimam, & quantumuis absconsam, quæ reprehensibilis videatur. (Quis enim est homo, cui aliquid non inhæreat luti, cum habitet domos luteas? Aut quis sinè crimine viuit?) ibi feriunt eum lingua sua duriore lapide, qui sinè manibus abscinditur. Quoniam lingua volubilis, absque manutentione rationis lubricè labitur in quæuis iniusta, atque dolosa. Sic isti contigit Phariseis. Nam Christi discipuli humiles erant ac sancti, simplices,

simile.

Daniel. 2.

veraces, & absque duplicitate malitiæ. Tamen hæc omnia relinquentes, in pedes luteos, vel manus corporis non lotas ferunt, idque tanquam indignum facinus criminantur, & per hoc aurum, & argentum, & cætera omnia bona in nihilum redigere satagunt. Nonne vides aliquandò hominem rusticum, ac stultum, & simplicem, qui domum Regiam, aut Principis ingreditur, vbi multa bona sunt, quæ miretur, figurè optimè depictæ, vasa aurea, & argentea, tapetia serica, & aurea, & nihil horum animaduertit. Sed si fortè sinia quæ dā ibi est, cum qua pueruli ludunt, dimittens optima illa, ad monstrum illud videndum stupidus aperto ore properat, & accedit. Sic isti propter malitiam stulti, ac rustici effecti, cum in proximo sua multa sint ditissima bona, ac virtutis odorem reddentia; non tamē ea cernere volunt, sed illis prætermisissis, si monstri quid appareat, vel verbum non ita cautè dictum, aut opus non adeò circumspicte factum, illud aperto ore dilaniare, atque ridiculose propalare contendunt. Simile quid Paulo contigit, qui cum vitæ Romam duceretur, & post maris pericula ad Insulam Mytilenem applicuisset. Et Paulus sarmentorum congregaret aliquam multitudinem, vt pyra accensa homines calefierent, vipera à calore soluta, manui eius adhæsit: quod videntes homines dixerūt. Porro, hic homo quia homicida erat, vitio non finit eum viuere. At ille excutens bestiam à manu sua, absque vlla lachione permanens. Contigit aliquandò bonis, ac studiosis viris, ex hoc quod negotijs proximorum incumbunt, quod aliqua eis hæreat vipera, aliquod peccatū vel leue committant, aut ex hoc præfisci volunt, nonnullamq; corpori voluptatē licitā indulgere sibi, quod non ita cautè, aut circūspicte solet fieri, tunc omnes proclamant illū pessimū agere monachū, quod ridet, aut aliquod verbum non ita animaduertens ioculante protulit, illū maledictis proscindunt, quod etiā si clericus sit, ludit, disteria profert, cū feminis etiā gaudet loqui. At ille protinus viperā à manu excutit, peccatū illud veniale, quod ex minori cautela commisit, statim agnoscit, & à se expellit, & poenitet, & cautior alio in colloquio persiluit, & ipse ad sua studiosa exercitia reuertitur, cum tu in tuis malitiosis verbis persistas. Videte amore Dei quā magnus serpens erat non lauare manus discipulos antè comestione, propter quod illos

simile.

Act. 28.

illos dignos Dei vindicta iam iudicabant. Nec hoc solum videbis in aliquibus, quod parua crimina in alijs iudicent, ac condemnent, cum interim ipsi maioribus irretiti sint, vt illis contigit Phariseis. Verū quod magis mirandum est, ac vituperandum, quod ipsi eisdem vitijs, quæ in alijs condemnant, inuoluti sunt, & in se illa non vident, cum in alijs vituperent. Sic enim hominibus nonnunquam accidit, quod ea quæ in se videre renuunt, in alijs detrectant. Cum Moyses virgam à se proieceret, vertebatur in colubrum, cum verò illam in manu habebat, virga solummodò erat. Sic res eadem in alio proiecta serpens tibi apparet, cum in manu tua virga iusta & recta videatur, hoc est, in te ipso iustificari vis. Sic inhonesta mulier alias omnes feminas inhonestas sua lingua facit. Et mihi maximum indicium est, quod mulier est mala, quæ alias inhonestè detrectat. Bona enim, ac honesta femina, omnes vult etiam esse honestas, dedecus sexus sui æstimans, quod mulieres aliæ malæ sint. Eadem vitia in te parua, in alio magna videntur. Ideò etiam Nathan propheta, cum peccatum Regis Dauid vellet illi proponere, quando adulterio homicidium miscuit, in alio posuit peccatum, vt rectius illud intueretur Rex. Et parabolam illam de homine qui habebat ouem vnicam in delitijs, quam alter diues occidit, vt hospiti pararet cenam, recitauit. Quo audito Rex proclamauit, eum esse reū mortis. Quoniam in alio idem vitium, maius apparet, quam in nobis ipsis. Oportet ergo, vt homines seipfos antè oculos suos habeant (sicut animalia illa sancta coram facie sua gradiabantur) vt seipfos videant, & errata sua cognoscant, & alienis debitis parcant. Quid, o Pharisei cæci, condemnatis Christi discipulos, quia non lauant manus suas? Alijs maioris ponderis rebus incumbunt, in consortio Dei ambulant, nec in rebus istis minimis ad quas homines attendunt, ipsi intenti erunt. Nescio an tanta cura prouidere ea quæ homines videre, aut iudicare possunt, signum sit hominis multum sanctitati dediti. Nam qui de Deo curat, non tantum hominum temeraria iudicia æstimabit, vt quasi omnem sollicitudinem in eis euitandis ponat. Bonè Deus quomodò te Dei cultui incumbere æstimem, si totum te, vt eslugias malam hominum opinionem, & bonam habeas, intentum, & attentum, videor. Erat quadam vice Dominus Ie-

Exod. 4.

2. Reg. 12.

Ezech. 1.

sus in vna domo certi cuiusdam hominis, & vt iniicerent paralyticum coram eo, vt illum curaret, ruperunt tectum, vt per illud dimitterent illum, & tamen dominus domus nihil de hoc curabat. Quid hoc est rei? nunquid domus ista non habet dominum? Cur non clamat, quod eruatur domus eius? Habet quidem dominum, sed alijs maioribus rebus intentum, & ideò non curat de istis minimis. Habet secum in domo sua Deum, cui omni sua cura incumbit. Cur pro tantillis rebus clamabit? Sic discipuli Dominum suum habebant secum in comitatu, qui eos maioribus præficiat negotijs, quomodò curassent tantopere de lotionè manuum? Sed vide quid Dominus responderit hominibus istis, qui festucam in oculo fratris vident, & trabem quæ in oculo suo est non considerat. Quare vos transgredimini mandata Dei, propter traditiones vestras? Hic cautè aduertendum est, ne fortè quod isti Pharisei, ex certa malitia faciebant, modò inter Christianos aliquo modo ex zelo, non secundum scientiam operentur. Volo dicere: cauendū maximè est hic, qui hominum mandata custodiunt, & ad quorum munus ea facere custodire pertinet, ne tantopere hæc hominum mandata colat, vt Dei præcepta prætermittant, & obliuiscantur. Lex Dei, Caritas Dei, Pax Dei, amor & concordia proximorum, hæc finis legis Dei sunt. Hominū præcepta, traditiones, atque obseruantia, media sunt ordinata ad hoc, quod hæc facilius adimpleamus. Finis autem secum fert suam bonitatem, & ex se ipso illam habet. Idem enim est finis, vniuscuiusque rei, & bonū eius, media autem non ex se bona sunt, sed in ordine ad finem, vt patet de potionè amara, quæ quatenus conducit ad sanitatem, quæ est finis intentus ab infirmo, bona est. Igitur qui nimio zelo hominum mandata custodit, & custodienda ab alijs curat; caueat ne finē faciat mediū, & ex medio finē. Hoc est ne totum suum conatum in obseruationibus humanis ponat, quasi in illis consisteret finis, & diuina charitatis præcepta, quasi posthabeat, & tanquam media potius ad alia ordinet; quod esset præposterus ordo. Ne putet religiosus prælatus, cum religionis obseruantias custodiri fecerit, iam functū esse officio suo, nec aliā sibi curā superesse. Imò quod præcipue debet conari, hoc est quod Dei præcepta primū custodiantur, Pax & fraternus amor inter religiosos vigeat. Cæteraq; Dei præcepta obseruentur, & deinde

Luc. 5.

Matth. 7.

vt religiosae obseruantiae non pereant, sed prout possibile fuerit obseruentur, alias putans se religionem Christianam constitutur, hypocrisis potius Pharisaeorum constituit. Scopus suus charitas Christiana debet esse, & haec omnibus alijs anteferenda est: & si vt coalescat & vigeat opus sit cum alijs minoribus dissimulare, id agat tunc. Quid enim Bonum tibi videtur, si vt religiosus silentium seruet, praetermittat correctionis fraternae praecipuum? Vel si vt claustra obseruet, verbi Dei praedicationem quando populo necessaria est, omittat? Absit. Sed haec priora, illa posteriora sunt. Sic enim & finis erit finis, & media media. Et non praepostero ordine medium finis, & finis medium erit. Non debes plus ponderis de reubarbo sumere quam quod ad expellendam cholerae satis est. Alias si plus aequo ex illo sumimus, in maius malum nobis cedet. Non omnes vires tuas in humanis obseruantijs ponas; quonia non in illis suma perfectionis est. Sed quod satis est de illis, ad melius amplectenda charitatis praecipua. Sed dices: Leges ergo humanas ac statuta sacra ab hominibus ab antiquo instituta, per hoc destruiamus. Absit. Sed potius eas statuimus. Nam tunc stabiles erunt, cum legibus charitatis deseruierint. Si enim exterioribus tantum incubueris, dicetur tibi: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Imo ex interiori calore, exteriora debent incipere. Ideo enim exteriora bona sunt, quia ab interiori charitate proficiuntur. Sicut ex corporis calore, quod intra vestem est, ipsa vestis calida fit, secundum illud Iob: Nunquid non vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerint ab austro? Postea tamen ipsomet calore, quem vestis a corpore accipit, calefacit ipsum corpus. Sic corpus & substantia virtutis, charitas est, ac ceterae virtutes Christianae. Exteriores obseruantiae, vestes sunt, quae hoc corpus virtutis ornant, sicut vestium cultus ornat speciem mulieris. Sed ab intus debet communicari calor: quoniam in tantum bona sunt exteriora, in quantum ab interiori bonitate procedunt. Deinde ipsa exteriora opera calefaciunt, & conseruunt, imo aliquantulum augent interiora. Nec enim conseruabitur denotio in plateis, nec castitas in choris mulierum, nec abstinentia in comessationibus. Ecce quid Christus in hac docuerit doctrina. De munditia autem cordis (praeter haec quae hic a nobis dicta sunt, & quae sup.

c. 5. super illud, Beati mundo corde, quonia ipsi Deum videbunt diximus) videndus est Commentarius noster super Psal. 18. in illum versum: Fiat cor meum immaculatum, &c. fol. 351.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, & Sydonis. Et ecce mulier Chananaea a sinibus illis egressa, clamabat dicens ei: Misere mei Domine fili David. Filia mea male a daemonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli: Rogauerunt eum dicentes: Dimitte illam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel. At illa venit, & adorauit eum dicens: Domine adiuua me. Qui respondit, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa ait. Etia Domine, Nam & catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Quoniam Iudaei verbis Domini offendeantur, & indignos se sua praesentia ostendebant; simulque tempus appropinquabat quo significaret Dominus se relictorum populum illum, & ad Gentes per Apostolos suos Euangelium suum transmissurum. Ideo relicto illis venit in partes Tyri & Sydonis, vnde mulier haec Chananaea egressa est. Na Sydon primogenitus Cham celeberrima illa, & antiquissima Sydoniorum ciuitatem aedificauit. Marcus narrat, Cum Dominus esset in domo, vbi latere volebat, ibi ingressam esse hanc mulierem, & adorasse Dominum. Verum ita potuit fieri, vt prius in domo intrasset & adorasset eum, & non reddito responso inde egrederetur Dominus, & ipsa eum sequuta fuisset, clamans post eum, vt Matth. narrat: deinde domum ingresso Domino, ipsam adorasse eum.

Quoniam quae ad literam attinent, satis aperta sunt, aduertendum nunc est, quod pagana haec mulier, ac infidelis in exemplum, nobis hodie proponitur, vt fideles ac Christiani confundantur quod tales simus, vt pagani possint nos docere patientiam, fidem, atque perseuerantiam, & adeo debiles, ac imbecilles, vt fragilis femineus sexus nos fortiter instruere possit. In c. 38. Exo. mandauerat Deus, vt in ingressu ipso tabernaculi, fieret mare quoddam aquae in quo lauarentur sacerdotes, cum ingrederentur tabernaculum ad sua ministeria peragenda. Et quod circue circa mulierum specula ponerentur, in quibus se possent ministri circumspicere, an mundi, & recte

recte ornati, ad ministerium essent. Sic ingressum hunc introitum, ac vestibulum Ecclesiae suae speculis mulierum replet, & ornat Dominus; aliquas nobis proponens tantis virtutibus praeditas, vt in eis veluti in speculis viri & Dei ministri nos circumspicere, nostri quoque defectus agnoscere valeamus. Haec Chananaeam, humilitatis, ac perseuerantiae speculum, aliam Samaritanam fidei speculum, Magdalenam poenitentiae, Martham pietatis exemplar, & speculum. Speculis mulierum plenus est ingressus huius Ecclesiae, in quibus aspicere, & respicere nos ipsos possimus, imitantes tot bona, quae in istis mulieribus lucent. Igitur sacer Euangelista nobis narrat, quod pertesus Dominus sui populi incredulitatem ac perfidiam, dimissis illis ad terram paganorum, atque Gentilium transit, ad Chananaeos, scilicet, a Tyro & Sydone, in quibus plus fidei quam insulmet popularibus inueniebat. Sic enim & ipse aliquando dixit, cum tanta fidem in Centurione quodam perspexit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel: ideo dico vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno Dei; filij autem Regni eiicientur foras. Et per Prophetam dixit: Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, Populus autem meus, non cognouit iudicium Domini. Hierem. 8. Bruta ipsa rationis expertia, tempus suum agnoscunt, & obseruant. Dei autem populus ratione praeditus, imo & lumine fidei, illustratus, tempus iudiciorum Dei non agnoscit. Populi Gentium irrationabilibus operibus, vacans absque lege, aut lumine fidei, aduentus Dei, quasi hariolantes cognouerunt, & populus ipse cui, & promissus, & missus fuit, illud non intellexit: Ciconia, & hirundo praemeditantur ver, & subolent illud, imo quasi vaticinantur, frigidas relinquentes regiones, vt ad eas quae calorem habent transmigrent. Sic mulier ista Chananaea, tanquam hirundo ver legis gratiae pronosticabat, & subolebat, & ideo ex frigiditate Gentilium, ad calorem gratiae properabat. Videbatur sibi Sponsum audire dicentem, iam hyems, transijt, imber abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra; na infidelitas Gentium iam transibat, Nazareus, hoc est, floridus iam ad eos accedebat, odores suae gratiae, in omnes spirans, & suorum miraculorum, ac doctrinae, ad quem odorem hirundo haec, hoc est, mulier ista

Chananaea venit, vt calorem fidei, ac gratiae quareret. Mulier Chananaea, quae originem ducebat a puero illo Cham, procaci, ac pessimo, & inuerecundo qui derisit patrem suum Noe, cum illum ebrium, ac nudum perspexisset, & ideo maledictus est a patre. Iudaei autem erant ex filijs Sem, filius benedictus Noe. Nunc autem mulier ista filia maledicti Cham, venit vt fureretur benedictionem filiorum Sem. Nam illi iam degenerauerant, & ex benedictionis filijs, maledictionem Cham incurrebant. Ipsi enim nudauerunt patrem suum Christum in cruce, & irridentes illuserunt ei, propter quod iam maledicendi erant, & benedicenda Gentes, quae eum receperunt, & crucem & opprobria eius honorauerunt. Quare eis dixit Daniel. Semen Chanae, & non Iudaei: quia degenerastis in peccatum Cham, maledicentes patri vestro, & ideo maledicti eritis: Gentes autem, quae eum benedixerunt benedictae iuxta vaticinium Isaac, quo dixit: Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Ad hoc ergo venit mulier haec Chananaea, vt haec benedictionem fureretur, commutenturque manus, & dextera cadat super ipsam. Sic enim & Noe praedixerat: Dilatet dominus Iaphet, & habitet in tabernaculis Se. Quoniam licet populus ille, fauoribus ampliandus erat, tamen illis relicto propter incredulitatem illorum, ad habitandum in Gentibus deberet pergere Deus. Mira res: quod tanta esset fidei penuria inter Iudaeos, quod oportet Chananaeos maledictos a Deo aduenire ad supplendum eam. Ita contigit: Nunquam vidistis ciuitates aliquas, ac populos adeo steriles omnium fructuum, quod oporteat, a foris aduenire omnia, & vocantur hi lugares de a carreo. Sic in populo illo, tanta erat sterilitas fidei, ac bonorum operum, vt oporteret de foris asserre illa. Sic enim & fides Centurionis, & huius mulieris, & Samaritanae, & aliorum alienigenarum, illorum penuriam suppluit. Misera terra, vbi virtus quae in ea non est, a longe expectanda sit, nec in ea, vel iustus vnus sit, sed oporteat quod Deus, aliorum iustos illis mittat. Sic & aliqui populi sunt, quibus vitia & mala a foris adueniunt eis. *Vienen los peccados de a carreo.* Talis est Regum curia, cui cum multitudine hominum ad eam concurrerunt multitudo etiam peccatorum confluit. Cum ergo Dominus ad partes Tyri, & Sydonis perrexisset, ingressus est domum vna, vt quiesceret ibi paululum, & ca-

simile.

Iob. 37.

simile.

Marc. 7.

Moralitas
sen cocio.

Exod. 38.

Genes. 9.

Dan. 13.

Gen. 27.

Genes. 9.

simile.



Euangelium secundum Matth.

& tamen non potuit latere, fama enim eius ubiq; diffundebatur. Nam Deus ubiq; sit, se manifestat. Tam magna res est Deus, vt in anima quam habitat, quasi non capiēs in ea prorumpat per sensus, per os, per oculos, per manus, & per opera. Verū est nos non posse certō & indubitato scire, an habeamus Deū, vel non. Nam nemo scit, utrū odio an dilectione dignus sit. Ceterū indicia sunt multa, quibus coniecturari potest: quod Deus ibi sit, in prouerbio quippe est, quod amor, & pecunia non possunt latere. Quā amore Dei ardet, diuitijsq; suā gratiā plenus est; celari minimē poterit. Nam per omnes sensus odor Dei se transmittit. Et in prouerbijs ait Salomō: Nūquid potest quis abcondere ignem in suum sinum, vt vellimenta illius non ardeant? Deus autem noster, ignis consumens est. Et ignis per lumē, per calorem, per fumum, & per multa alia signa dignoscitur, vnde & Poeta quidam dixit.

Quis enim celauerit ignem? Lumine qui proprio proditur ipse suo.

Et ecce mulier Chananaea a finibus illis egressa. A finibus terrae egressa est mulier haec, vt Christum sequeretur. Apud Sapientem est haec sententia. Sapientis oculi in capite eius, oculi stultorum in finibus terrae. Iusti qui sapientes in Scriptura vocantur, alta respiciunt, in vnumq; finem, ac scopum oculos figunt, qui Deus est, ad quem omnia sua praeparat, atq; ordinant. Peccatores autem qui nomine stultorum in Scriptura comprehenduntur, habent oculos in pedibus, qui terram terunt; & ideo multos fines in terra habent, ad multaq; oculos suos diuertunt. Nam iam diuitias, iam voluptates appetunt, iam in ambitione rapiuntur, aliosq; diuersos fines concupiscunt, atq; sic ad diuersa respiciunt. Igitur quādo Deus animam alicuius a mundo distraeta, ad se trahit, euellit oculos eius a pedibus eius, & in capite suo collocat eos, vt iam non tot terrenos fines respiciat, sed ad vnum tantum scopum dirigat intentionem, qui est ipse Deus. Vnde & de eo dicit Psalmista: Qui posuit fines tuos pacem. Ergo le haze hazer pazes y regnas con los otros fines, & q; vnum tantum prosequatur finem, qui Deus ipse est. Cū ergo mulierem hanc ad se trahere voluit, ab alijs finibus separauit eā. Nam egressa de finibus Tyri & Sydonis sequuta est Christū, nec illum dimisit, donec petitionem suā assequuta fuerit. Sicut & Regina Sabbā egressa est a finibus terrae, vt audiret sapientiam Salomonis.

Prouer. 6. Deut. 4.

Prouer. 7. Eccl. 2.

Psal. 147.

Mat. 12. et 3. Reg. 10.

Nec enim alius finis est, praeter vnum Deū. Hunc sequere, o homo, & beatus eris. Haec ad pedes Dñi pronoluta, cū lacrymis postulabat, vt sanaret filiam eius, quae malè a dæmonio vexabatur. Matres quaedam sunt, quae patiuntur morbum filiarū, Tienen mal de hijas, quoniam sua leuitate illas inhonorant: sed quaedam filiae sunt, quae morbum matrum habent. Tienen mal de madres: quoniam pudorem filiarum suarum vendunt, & tamen hoc impunè faciunt. Nec vnquam matres videmus, propter tantum scelus punitas. Nisi forte dicatis mihi, quod Lycurgus Lacedaemoniorum legissator respondit cuidam interroganti, Cur in legibus suis nō decreuerit poenā pro patricidijs. Respondit quippe: Quoniam nunquā existimaui qd esset quispiam, qui patrem suū qui se genuit occideret. Sic quia id suspicari non potest, qd matres, quae pudoris filiarū debent habere curam, illum pro pretio distrahant, ideo non puniuntur. Sed si iam notum est, qd hoc scelus committitur, oporteret vt punirentur. Igitur mulier haec cuius filia immundum spiritū habebat, ad Christum Dñm accedit pro ea deprecās. Sic etiam deberetis parentes fideles facere, cum filij vestri, nec boni sunt, nec vobis morem gerunt, offerre eos Deo, illamq; pro illis deprecamini, vt sanet eos, spiritūq; nequā ab eis expellat. Sic enim & Iob faciebat, offerens per singulos dies sacrificiū pro suis filijs, ne forte peccassent contra Deum. Vt & dimitteret culpas commissas & committendas prohiberet. Igitur pronoluta ad pedes Christi mulier haec Chananaea, suspirijs, ac singultibus plena, lacrymis obortis dicebat: Misere mei fili David filia mea malè a dæmonio vexatur. Fili David a quo originem, secundū carnē trahis, qui pijsimus fuit Rex, & tu iure hereditario eandem pietatē consequutus es, vt ere ea mecum, & miserere mei. David filio suo eripienti sibi Regnum, & volenti tollere vitam, & proprias uxores foedanti pepercit. Et mortuum amarissimè luxit, & inimico suo Sauli, eius vitam expectanti, non semel pepercit, ita quod potuit coram Deo suam mansuetudinem proponere, atque dicere: Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius, vt propter illam Deus sibi misereretur. Haec ergo tanta pietas, ad te qui filius eius es, deriuata est, propter quod peto vt misereris mei. Fili David miserere mei. Misericordiam peto, non iustitiam, nam misericordia, secutior portus est peccatoribus. Quoniam in iustitia

8. Amos

Iob. 4.

3. Reg. 18.

2. Reg. 18.

1. Reg. 26.

Psal. 121.

Cap. XV.

Psal. 117.

1. Reg. 16.

Psal. 118.

Hebr. 1.

Eccl. 1.

tiae portu procellae sunt, ac pericula, ibi maxima peccatoribus imminet: solum iustus mansuetus est secundum illud. Haec porta Domini, iusti intrabunt per eam. Misericordia verò securus est peccatoribus finis, portus mitis, vbi tempestas iustitiae Dei silet. Adhuc vt protegar accurro, huc venio. De te audiui quod peccatores recipias, & hoc mihi audaciam praebet, vt ad te veniam: igitur miserere mei, quia filia mea, malè a dæmonio vexatur. Nec enim eā ferre possum. Terret me mille modis, oculos torquens, dentibus stridens, vultus in diuersa commutans, rugit, vlulat, clamat, plorat, ridet, quid illi faciam ignoro, nisi tu miserere mei, dæmonium ab illa compescas. Tu es filius David, qui admirabilis exorcista fuit, quippe qui cytharam tangens, spiritum malum a Saule expellebat: fac tu cytharam & tange eam, lignum sit crux, fides sint sacra membra tua, clauis vero sint instrumenta, quibus crudeliter membra tua extendantur. Tangantur fides flagellis, clauis, lancea, & spinis, vt hac suavissima harmonia territus dæmon, ab omnibus, & a filia mea recedat. Non illam praesentem fero, sed fidem meam adduco, quā tibi plus scio placere. Ad te venio, qui omnia potes, qui Deus de prope, & Deus de longe es, ideo miserere mei, quia filia mea malè a dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Verbum Dei silet. Quid hoc miraculi est? De Verbo Dei non dicitur, quod manet in aeternum? Non ne hoc Verbum est, non quod desinit prolatum, sed quod permanet natum? Quo Deus sibi ipsi loquitur, & ad nos mittit, vt per illud etiā loqueretur nobis. Multifarie, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus illis loquutus est nobis in filio. Si ergo a Deo venisti, vt Verbum Patris, vt loquereris nobis, cur siles & curtaces? cur responsum non reddis huic mulieri? Quis loquetur nobis, si tu siles? quis ea quae sunt in Patre annuntiabit nobis, nisi tu qui semper es in Patre? Si perennis fons deficit, vbi extinguemus sitim? De te quippe dicitur, Fons sapientiae Verbum Dei, in excelsis. O infelix mulier, cui soli perennis fons non fluit! Vbi Angeli potantur, & reficiuntur. Vbi omnes creaturae satiantur: tu autem ibi nec aquam inuenisti tibi. Sileat tibi qui omnibus loquitur? Infelicem te dicam, ac miseram: imò potius felicissimam, atque beatam, in meliorem enim

fortem tuam hoc cedit silentium Verbi, vt tuloquaris, & verbum tuum vim faciat Verbo Dei, vt loquatur, & operetur. Scitote fratres mei dilectissimi, quod Deus multoties tanquā si auarus esset, se habet, vt nos largi efficiamur, si letaliquandō, vt hominem ad loquendum incitet. Petita nonnunquā non cōcedit, vt desiderium iustorum excreseat, & cū desiderio coalescat amor, quo aucto & animae capacitas augeatur, vt plus capiat bonorum quae sibi Deus vult elargiri. Nec enim ideo Deus dissimulat, vt non tibi petita concedat, sed vt plus tibi tribuat quam postulas. Non tamen tantum capit, quantum ipse praebere vult, ideo expectat, vt animae tuae capacitas crescat, quae desiderio crescente augetur, & maior fit. Nam, vt ait Gregor. desideria dilata crescunt, & cū illis crescit amor, quo capacitas animae dilatatur, vt plus bonorum Dei capiat. Oratio quippe ideo comparatur thuri (secundum illud Psalmi. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo) quoniam thus nec fumigat, nec fragrat, nisi igni superponatur; sic nec orationis odor, ac fumus odoriferus ad Deum ascendit, nisi ex corde ignito procedat. Et hoc praestolatur Deus, vt cor tanquam carbo ignitus flagret, ibique comburatur thus, & sic nares Dei bono odore afficiat, excitetque illum. Qui etsi nec dormiat, nec dormitet; habet se tamen aliquandō tanquā dormiens, vt nos clamoribus, ac orationum nostrarum odoribus, nitamur excitare illū. Igitur id expectat Deus, vt flāmescat pectus, a quo & inflāmata oratio procedat. Insufflat Deus moras agendo, spiritusque eius succendit ignem, & id huic mulieri contigit. Qui tacendo, ac terga vertendo huic mulieri, plus eius animum inflāmabat, atq; ex profundo cordis clamabat post eum, dicens: Misere mei Domine fili David. Itā quod pertesi discipuli dixerunt ad illum: Dimitte illam, quia clamat post nos. Quid postulatis? O sacri discipuli: quod dimittat eā? Minimè faciet certè. Quis enim venator, quam semel accipit in venatione feram dimittet? Christus Dominus animarum venator est: de quo dici potest melius quā de Nemroth, quod sit robustus venator, coram Domino: cepit hanc apprehendere feram, ex Gentilitatis sylua egressam, cur eam a se dimittet? Non faciet equidem, donec omnino suam faciat, atq; condat, eo modo quo scit velle Deum. Amat enim Deus animas, patientia, humilitate, fide, ac perseverantia condi-

Gregor.

Psal. 140.

Genes. 10.



conditas. Dimitte eam, quia clamat post nos. Despachalla señor, arabad con ella. Ecce quāta veritate Ecclesia Catholica docet nos indigere sanctorum patrocinio, qui pro nobis ad Dominum intercedant. Nā si in carne positi tanta suis precibus a Deo impetrabant, quanto magis modo, qui cum illō in aeternum regnant. Videmus enim inter mundi huius Principes quōd primores & amicos suos, sic honorare solent, vt propter ipsorum preces, & auxilium, alijs etiā prouentus, & honores largiantur. Imō hęc est pars mercedis, quā remunerantur a Rege, propter sua obsequia, vt alij intelligentes id posse cū Principe in maiori honore, ac pretio eos habeant. Id etiā cum suis sanctis Deum facere minimē dubitādum est: apud quem nimis honorati sunt amici sui, vt ait Psal. 138. Psal. 138. Sedebat Maria Magdalena secus pedes Domini, summa tranquillitate, ac gaudio audiens verbum eius, Martha autem satagebat circa frequens ministeriū. Quā cōquestā est de sorore sua, & dixit ad Dominum. Domine nō est tibi cura, q̄ soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Ecclesia triūphans soror nostra est, nos enim cum illis fratres sumus: illa summi Dei contemplatione, & tranquillitate gaudet, Ecclesia militans est quā militat, & circa multa turbatur, ministerioque quotidiano deseruit, & hęc petit a Deo, vt dicat sorori suæ, vt eam adiuuet, vt Sancti fratres nostri, qui nos præcesserūt in premio, intercedant pro nobis ad Dominum, & q̄ adiuuent nos eorū merita, quos propria impediūt scelera, excuset intercessio, accusat quos actio. Vnde & in quadam collectā dicit Ecclesia: Tribue quæsumus Dñe, omnes sanctos tuos iugiter orare pro nobis. Iesus autē respondit, Non sum missus, id est promissus, nisi ad oues quæ perierunt dom⁹ Israhel. De hoc postea plura dicemus. Cæterum cū vidisset mulier se a discipulis adiuuari, iterum ante Dñm prouoluta ait: Dñe adiuua me. Non satis illi fuit, q̄ Apostoli pro ea intercederēt, sed ipsa etiā clamauit ad Dominū. Vt intelligat quilibet fidelis, nō sufficere sibi aliorum orationes, nisi ipse etiā se adiuuare cōtenderit. Quid millies religiosi viris inculcas, Orate pro me, Aue Maria offerte pro me, aut sacrificium missæ, & ipse nec Aue Maria dicis, nec fortē credis, tuis cupiditatibus intentus? Hoc illi faciunt, quod illi qui inuitati ad nuptias nolebāt venire, sed vnus dixit: Villā emi, rogo te habe me excusatū,

Psal. 138. Luc. 10.

Luc. 14. et Matth. 22

Alius iuga bouū emi quinq; rogo te habe me excusatū. Ac si diceret: Tu me excusa cū Deo, tu meam age causam apud illum. Ego enim, nec deprecari eum possum, multis secularibus negotijs irrecitus. Quendam virū sanctum meæ religionis agnouit, cui cum ab aliquo seculari dicebatur, vt adiuuaret eum, respondebat. A diuina tute, si vis, vt ego adiuuam te. Quidam iuuenis in eremo magnis agitabatur carnis illecebris, itā vt penē desperaret suam salutem. Adijt patrē quēdam senē, ex his qui ibi morabantur in eremo, & manifestauit illi, quantas carnis pateretur tentationes, vt oraret pro se ad Dominum, qui cū id aliquādiū fecisset, adijt iuuenem, & sciscitatus est eum quomodo ualeret: ipse dixit, quōd quotidie peius. Iterū senex orauit pro eo Dominum, & interrogauit iuuenē, si quietius se haberet, quo respondente, q̄ non, imō q̄ quotidie plus agebatur malum, Pater ille sanctus Dominū adijt, obnixēq; in oratione postulauit, cur iuueni illi tentationes illas grauissimas non remitteret: & reuelatum est ei, q̄ ipse esset in culpa, eo q̄ non se adiuuaret. Imō turpes cogitationes morositate foueret. Qua propter sanctus ille senex, tertio illum quæsiuit, quomodo se haberet: quo respondente, quōd multo peius quā vnquā, & quōd timebat se in desperationem venturum, ait ad eum senex. Saccum istum tritico plenum adiuuame, vt superius ducam illum. Accepit saccum super scapulas iuuenis, & ascendebat, cumq; ille ascendere niteretur, senex manibus suis de primebat saccum subrauerum: quod animaduertēs iuuenis ait illi: Hoc modo nunquā ascendemus. Respondit tunc sanctus senex: Nec tu poteris ascendere in cœlū, si volens ego te meis orationibus sursum leuare, tu cogitationibus tuis consentiens, atq; perseverans tua voluntate in eis deorsum de primis animā tuā, quā ego subleuare contendebā. Ecce quomodo opus sit, vt nobis sanctorū suffragia proflint, vt & nos etiā nos ipsos adiuuemus. Quod & hęc mulier Chananæa fecit. Nā post suffragiū Apostolorū pro ea, rursus illa instat dicens: Domine adiuua me. Cui respondit Dominus: Nō est bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus. Iam thus fumigare incipit, ac redolere, iā ad Dei nares ascendere videtur, & bono orationis odore eas afficere. Iam Verbū loquitur, quod antea silebat. Nā & si verbū quod protulit asperū videatur, tamen loqui qui antea tacebat, non malū signū beneuolentia

simile.

simile.

lentia est. Vnde & respondit mulier. Etia Dñe. Nā & catelli edunt de micis quæ cadunt de mēsa dominorū suorū. Fateor me esse canem, tamen ob hoc ipsum non postulo panem integrum, sed micas, ac fragmenta. Iudei sunt filij, illis multa bona præstas, reliquias illorū dūtaxat postulo, nā illis & ego satur, & filia mea salua permanebit. Verē ita est q̄ in Ecclesia iusti vicē gerunt filiorum, peccatores canū, non enim tu in domum tuā aliā seorsum ollā pro canibus paras, sed ex fragmentis, ac reliquijs, quæ supersunt de mensa filiorū, cibantur canes. Iusti ex pane integro, nēpē ex diuinis donis, aluntur, impij ex micis, quæ de illorum mensa cadunt. Hoc est de bonis temporalibus, quæ iusti a se abdicare nituntur, & cōtemptui habere. Ex ossē corroso, quod ex mensa filiorū eijcitur, cibatur canis; sic ex catino qui de mensa diuitis, tollitur, cibatur parasitus & detractor, & ex scuto quod de mensa aleatorū mittitur, alitur meretricula, de micis & reliquijs aliorū canes huius seculi cibum sibi parant. Item canis voracissimū animal est, ac inuidū valde. Nā si os corrosum, quod de mensa dominorū eijcitur, aliquis canis arripit illud in ore gerens fugiens alios, vt seorsum sibi dimittant corrodere, protinus alij canes, quasi inuidentes, latrantes, & ringentes dētib⁹ aduersus illū pergunt, vt capiāt ab ore si possint. Sic cūm ex mensa Regis aliquid cadit, si huic aliquod officium, vel beneficium tribuatur, quod iam corrosum, a domo Regis exijt, tot pensionibus, ac tributis dimittunt; tunc oēs alij illū persequuntur, inuidentes ei, Cur illi, & non mihi plus ego laboraui, & patres mei maiora exhibuerunt obsequia Regibus. Et si possent, ab ore eius raperent illud. Canis etiā famelicus, & auidissimus sibi panē ex ore filij, aut ex manibus rapit, etiā si illū suis vnguibus, aut dētib⁹ vulneret. Sic si aliquod ex tēporalib⁹ beneficijs alicui viro probo datur, nēpē Episcopatus, aut aliqua pinguis præbenda, aut honorificū munus; oēs contra illū insurgunt, & subtrahere nituntur, murmurantes aduersus eū, imō & vulnerantes eius honorē, ac opiniōē, nec quiescunt donec ex ore ab eis arripiant cibū. Itē videbis canes prærabie voracitatis, quā habēt, si os in ore accipiunt, postq̄ iam excoriarerūt illud, & quid quid carnis habebat deglutierunt, in duritie ipsius ossis dētes figere, vt ipsū frāgāt & commedāt. Sic sunt multi auari, qui nō quacūq; abudantia rerū saturātur, nisi in magnis se im-

Tom. II.

mergāt periculis, in quib⁹ nō solū dentes frāgāt, verū animam, & omnē rē familiarē amittant. Vt videbis aliquos, qui cū eo q̄ habent patrimonio, poterāt honestē vitā trāfigere, secundū q̄ eorū qualitas exigebat; nō tamē hac cōtēti medietate, se ipsos in tot negotia cōfundūt, vt ab eis euadere nequaquā possint, nisi & his quæ acquisierant, & his quæ antea habebāt deperditis, imō & vitā suspensione amittunt, quia cū alienis reb⁹ fugiūt & se rebellāt. Idē dices, de alio qui in domo, & in patria sua mediocrem vitā poterat agere: curiā ambitus & prætensiones eius querens, cōsumptis omnibus, pauper domū propriā redit. Quid hoc est, nisi in ossibus ipsis dētes frāgere, nō cōtēti his quæ sibi sufficerent? Id ergo significat mulier hęc Chananæa, cū ait: Etiam Dñe, nā & catelli edūt de micis quæ cadūt de mensa dominorū suorū. Nō se poterat vltra cohibere Ioseph, nec verus Christus, plus dissimulare mitericordiā suā, & quasi victus ab huius mulieris humilitate, ac fide, dixit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. O mulier quoniā tu, & alia similes tui, hoc nomē mulieris honoratis, q̄ rē mollē, ac imperfectā significare solebat, iā in te & cōsimilibus tuis fortitudinē, ac pfectionē magnā videtur præferre. O mulier quoniā hoc te nomine appellans, nō vitupero, sed potius honorē tribuo: quoniā postq̄ prudētissima illa mulier quæ mater mea est, Maria, virgo abstulit maledictiōnē quā super mulieres intulerat Deus; iā nō infame, sed honorificū, nomē mulierum est. Et ideo ipse matrē suā bis mulierē appellauit. In nuptijs cū dixit: Quid mihi & tibi est mulier? & in Cruce cū ea alloquēs, ait. Mulier ecce filius tuus. Ioannē Euangelistā in sinuās. Talis ergo mulier, tale honorificauit nomē, & ideo te mulierē voco. Magna est fides tua. Quia viros tua fide superasti, prius eras minima tanquā granū sinapis, nūc perseverantia creuisti in arborē, in cui⁹ ramis aues cœli, ego, discipuli mei, & Angeli requiescunt. Magna est fides tua. Vide quā magna, qm̄ montē vnū ex vna parte in aliā trāsferre fecisti: Me qui mōs sum quē Esa. mōtē appellauit, Cū dixit. Erit præparatus mōs domus Dñi in vertice mōtiū. Me igit qui mōs sum tua fide trāsulisti a populo Iudaico ad Gētes; nā illos in sua obstinatione tāq̄ a demonijs obsessos relinquens, a tua filia demoniū expellere volo. Fiat tibi sicut vis. Adimpleat q̄ vis: tua volūtas fiat, quoniā iā orationis tuæ odor, ad meas accessit nares: iā illo exci-

Genes. 48

Genes. 34

Ioan. 2. Ioan. 19

Esai. 24

h rasus



tatus sum, iam fidem tuam expertus sum. *Fiat sibi sicut vis*, Et sanata est filia eius ex illa hora. Per omnia Deus benedictus, qui cum sit fortissimus leo, se ab imbecilli femina deuinci permittat, vt ostendat quantum virtus, ac fidei perseverantia cum illo valeant, Amen. Secundò sic dices: Ex omni genere ac conditione hominum, nobis exempla in sacra Scriptura proponuntur, virorum, feminarum, puerorum, puellarum, simplicium, sapientium, minorum, atque maiorum. Quoniam virtus commune omnium hominum bonum est, & quilibet eam poterit & discere, & docere: non enim personas acceptat virtus, sed omnibus se communicabilem præbet. Et ratio huius est: Quoniam virtus est bonum animæ, cuius bona non minuuntur, eo quòd habeant multos possessores: sunt enim bona indiuisibilia, & tantæ sufficientiæ, ac valoris, vt à multis possessa, potius augeantur quàm deficient. Nec enim sunt sicut bona temporalia, quæ propter eorum insufficientiam si à multis possideantur minus habent, & si vnus ebrius est, alius esurit, & ideò omnes studiosi possunt esse, non tamen diuites. Ingressus ergo Dominus Iesus domum, voluit ibi secretè manere, sed non potuit latere. Nam virtus (vt statim dicebamus) ipsa seipsam manifestat: est quippe lux, quæ alia luce non indiget vt manifestetur: vt hinc discas virtuti incumbere, nec multum curare, vt virtus tua manifestetur: ipsa enim se manifestam dabit. Imò & ipse Deus hoc sub sua cura accipit, vt studiosum virum palam faciat. Nam Iob sanctissimus erat vir, & eius sanctitatis Deus præco, ac propalator fuit. Dixit enim ad Satan. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis super terram? Simplex, ac rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Non potuit latere: quia virtus seipsam prodit. Vel non potuit latere, quoniam diuinitas quæ intra humanitatis latibula delitescit, aliquando foras prodibat, & seipsam luce sua manifestabat. Nec enim sol radios suos occultare potest, etiamsi nubes inter illum, & nos interponantur, tamen radij suæ lucis per illas ad nos se transmittunt. Sic diuinitatis lumen, quæ sub humanitate, tanquam sub nube tegebatur, secundum illud Prophetæ, Solem nube tegam; tamen

Iob. 1.

simile.

Exch. 32.

per illam tanquam per capsulam vitream diuina Maiestas perlucebat, radijque eius non nunquam foris splendorem dabant, quo poterat diuinitas quæ intus latebat agnosci. Nec enim omnino maiestas illa sub humilitate latere potuit, quin radio vno suæ lucis mentem huius mulieris illustraret, quo ipsum credens omnia potentem, quæreret pro salute filia impetranda. Vnde sciens, quòd in illa domo erat, accessit ad eum adorans ac dicens. *Fili David miserere mei, filia mea malè à demonio vexatur.* Obserua. Petit salutem filia, & tamen dicit, quod misereatur sibi. Cur hanc misericordiam non petit filia, sed sibi? Quoniam intelligebat, quòd sepe Deus peccata patrum punit in filios, & filij mala in corpore patiuntur propter crimina patrū. Nā cum filius sit pars substantiæ patrum, castigando filios propter peccata patrum, est illos in repropria punire. In re, inquam, propinquiori quàm domus, aut ager. Et si in his hæreditatibus, aliquando nos punit Deus, quāto maior vindicta erit in filijs, qui propinquiores sunt? Infirmatur filius tuus, aut aliquod magnum malum ei accidit. Confitere peccata tua, & ad Deum conuertere, & fortè melius habebit. Imò & aliquando permittit Deus, vt in diuersa vitia filij prolabantur, tanquam imitatores peccatorum patrum, vt ipsi resipiscant. Tolle causam mali filij tui, quæ sunt peccata tua, & auferetur effectus, hoc est morbus filij. Secundò sibi petit misericordiam pro filia: Quoniam mala filiorum tanquam propria æstimare debemus, propter arctissimam coniunctionem substantiarum, vtriusque. Sic Iob quotidie sacrificia offerebat pro peccatis filiorum. Atque similiter mala proximorum tanquam propria habere debemus, vt illis misereamur, & eorum necessitatibus tanquam si nostræ essent prouideamus. Ideò quippè dicitur. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. *Filia mea malè à demonio vexatur (vale mal)* Quid mirū si diabolo comite malè ei omnia succedat? Quòd mirabile esset potius si benè ei aliquid eueniret. Hæc enim est differentia inter iustos, & peccatores, inter illos qui in gratia, & amicitia Dei sunt, & alios qui eius gratia, ac amicitia carent. Quoniam amicis Dei omnia cooperantur in bonum, siue prospera, siue aduersa, omnia in eius vtilitatem cedunt: nā cum omnia propter Deū patiuntur & faciunt, omnia merita eorum augent. Vnde per Esaiam dicit Dñs. Dicite iusto. Quoniam bene, *dalde de rodo*

Iob. 1.

Matth. 23

Rom. 8.

Esai. 37

de rodo

rodo el paraben al iusto: Si domus ruit, si res familiaris perijt, si sanus est, si morbo premitur, siue prosperè, siue aduersè ei res eueniant; dicite illi quoniam bene: omnia enim in bonum cedent ei, si tamen firmiter in Dei amicitia perseveret. Quoniam hæc exteriora mala nihil mali animæ inferunt, imò propter Deum perpessa augmentum, & renouationem gratiæ conferunt. Hoc enim est, quod Paulus dicebat. Propter quod non deficimus (in tribulationibus scilicet). Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur; tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Idem Salomon docebat dicens. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, sed quasi leo confidens absque terrore erit. Sicut enim leo fortissimus animalium ad nullius pauet occursum, vt alibi dicit Sapiens; sic iustus ad nullius aduersitatis occursum metuit, cum sciat omnia sibi in suum commodum euentura; etiam si res omnes suæ pereant, filij, domus, atque agri: quod in Iob perspectum est. Cum enim omnia bona sua diripiisset diabolus, simulque, & filios interemisset, in hæc sanctissima verba prorupit dicens. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sic nomen Domini benedictum. Et Tobias quibusdam opera sua bona improperantibus, cum tamen & cæcus, & pauper esset, & dicerent illi, Vbi est spes tua, quando sepeliebas mortuos? Respondit tamen eis, & dixit. Nolite ita loqui fratres: quoniam filij sanctorum sumus, & expectamus illam requiem quam Dominus daturus est eis, qui fidem integram seruant in illum. Dicite ergo iusto quoniam bene: E regione verò impijs hominibus, ac peccatoribus omnia malè eueniunt, etiamsi prospera & recta videantur. Vnde Esaias ait. Væ impio in malum: *Dal de rodo el pesame*. Si diuitiæ suppetant, si Episcopatus pinguis ei obueniatur, si sanus, si robustus, si omnia mundi ei feliciter accidunt, dicite ei: Væ impio in malum: Quoniam omnia sibi in condemnationem cedunt. Vnde & Paulus ait: Viri pessimi & peccatores proficiunt in peius: *Van sempre de mal en peor*. Malè in hac vita, sed peius in alia. Vnde & Dominus dicit.

Cor. 4.

Prover. 12.

Prover. 28.

Prover. 30.

Iob. 1.

Tobias. 1.

Esai. 3.

2. Tim. 3.

Matth. 16.

Tom. II.

cebat. Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Quod & ipsi, Sapient. 5. tunc cognoscent & dicent: Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam umbra, &c. Quid enim illi auaro diuiti præfuerunt diuitiæ suæ, cum modò æternis ignibus comburatur? Nec tamen guttulam habet aquæ qua refrigeret linguam tuam. Quid etiam contulerunt tot fructus vberissimi alteri diuiti qui blandiebatur animæ suæ, atque dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos? Et dictum est ei: Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam, & quæ parasti cuius erunt? Rectè ergo hæc mulier dicit. Filia mea malè à demonio vexatur? Qui non respondit ei verbum. Sed egressus est inde. Audite fratres mei, mihi que copiam facite, vt cum Christo egrediar, & dicam vobis duas egressiones, aut exitus quos Christus Dominus fecit. Alteram à Patre æternam, alteram à matre temporalem: à Patre egreditur accipiendo ab illo idem esse diuinum, potentiam atque substantiam Patris. Sed hæc est æterna, nec vllum aliquando habuit initium temporis. De hac enim Michæas propheta dixerat, Et egressus eius sicut ab initio à diebus æternitatis. Aqua egressione exorditus est Euangelium suum Ioannes cum dixit: In principio erat Verbum, &c. Hæc autem egressio inuisibilis erat, longeque à nostris conspectibus, nec poterat homo in carne viuens illam in illa videre, aut sequi. Quapropter secundam egreditionem temporalem in terris à matre exiens homo visibilis, indutus carne humana prothoparente edita, in qua homines illum audire, videre, tangere, atque sequi potuissent. De qua & Prophetæ dixerat. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Sic & verus Christi fidelis ad sui magistri imitationem & exemplum, duas etiam faciet egressiones, alteram inuisibilem, alteram visibilem: priorem Deo, posteriorem verò hominibus. Prima ea est quæ per gratiam fit, cum homo baptizatus renascitur Deo, de qua Dominus Nicodemo dixerat: Oportet vos nasci denuo. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Nam eū pri-

Sap. 3.

Luc. 12.

Mich. 6.

Ioann. 1.

Baruch. 3.

Ioan. 3.



mō homo in carne nascitur in materno utero, natura nascitur filius iræ cum primo parentis peccato super se. Cæterum cum baptisimi aquam accipit, regeneratur denuo & ex filio iræ fit filius gratiæ Dei, spolians veterē hominem cum actibus suis, & nouū induens. Vestem pelliceam mortuorū animalium exuens, & nouum induens hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, ut verbis utar Pauli. Et quemadmodum in illo ortu inuisibili, quo filius à Patre egreditur, communicat esse, potentiam, maiestatem, & auctoritatem Dei; sic in isto secūdo ortu, quo homo à fonte baptismatis filius Dei egreditur, cōmunicat etiam proprietates Dei, etsi non in ipsa proprietate nature, tamen in similitudine cum gratia. Deo enim similis efficitur in iustitia, in mūditiā, in virtutibus, & in omnibus quæ facit aut dicit, exemplar quoddam viuū refert ipsius Dei. Et sicut ibi Filius est vnus cum Patre; ita & hic iustus cum Deo, etsi nō tam perfecta vnione, alia tamen consimili illi. Nam vt Paulus ait, Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Communicat Spiritum sanctum, qui est spiritus Dei, ac vnio & nexus Patris & filij, & vnitur Deo per hanc gratiam Spiritus sancti, qui cum sit vtriusque nexus, eodem vinculo illi cōnectitur, nempe Spiritus sancti gratia. Sic enim & filius à Patre poposcit dicens: Peto Pater vt sint vnus, sicut & nos vnus sumus. Id est ad similitudinem nexus nostri, illi per charitatem Spiritus sancti, & nobis & sibi ipsis connectantur. Verum vt hanc egressiōem faciat homo, oportet, vt veterem Adam exuat, omniāque temporalia quæ ad hunc exitum impedimentū præbent, omittat. Sic enim præcepit Dominus Abraham dicens. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Imo & à se ipso egredi debet, vt Dominus docuit. Siquis venit ad me, & non odit patrem & matrem suam, insuper & animam suam; non potest meus esse discipulus. Et alibi. Qui vult venire post me, abneget se metipsum. Cæterum quoniā homo est animal politicum atque sociabile, & ex eius cōditione exigit conuictum cum alijs, nec sibi soli natus est sed etiam proximis; oportet vt secundam facit egressiōem, nempe, vt non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus bonus appareat, secundum illud Pau. Prouidentes bona non solum coram

Ecles. 3.

1. Cor. 6.

1. Ioh. 17.

Genes. 12.

Luc. 14.

Luc. 9.

Deo, verum etiam coram hominibus omnibus. Oportet enim exempla proferre, quibus proximi ædificentur, vt mortificationem Christi in corpore nostro etiam videant. Nec hæc secūda egressiō parui æstimanda est: quoniā maxime refert videre alios opera virtutis exercentes, sic enim & ego contendam eadem facere, cum videam alium mei similem ea facientem, & intelligo possibilem esse homini virtutis vsum, cum alium perspiciam illa vtentem. E contra vero maxime facit homines in virtute tepescere atque deficere, cum paucos videant sectatores virtutis. Duplici quippe ratione animus mihi minuitur, primò quoniā videns paucos virtutem sectantes, sua deo mihi, quod non sit multum vile negotium, cum tam paucos sectatores habeat. Illud enim negotium esse magni lucri intelligo, in quo video multos tractare; illud autem non adeò vile, in quo paucos negotiatores video. Sic ex paucitate studiosorum hominum caro syllogizat, non esse multum lucrum negotium virtutis. Secundò quoniā cernens alios à virtutis onere fugere, videtur mihi quod solum meis humeris illud relinquere velint, & timore coarctor atque exanimatus oneri subcumbere cogor. Si enim seculares clericis virtutis onus relinquunt, clerici religiosi; religiosus cum sibi totum pōdus cernit relictum, timet, & non vult illud solus super humeros suos tollere, & ideò de relictā virtute, & quasi à terris eliminata cœlum petit, & ad sidera aduolat. Nō sic debet fieri, sed alter alterum nostro exemplo ad virtutem excitare: id enim significabat Dominus volens quod cortinæ Tabernaculi ansulis sibi essent connexæ, vt cortina cortinam traheret. Atque ideo lex Domini iugum dicitur: quoniā in iugo non vnus tantum, sed duo vniri solent eo quod alterutrum debemus nos coadiuuare ad portandum Dei iugum. Sic enim & Paulus monet nos. Consolemur inuicem, & alterutrum ædificemur. Et Christus Dominus idem docuit cum dixit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Si enim exemplo tuo ego moueor ad bene operandum, iam glorifico Patrem meis bonis operibus. Et quia pauci sunt sectatores virtutis, non adeò in pretio est. Nec em̄ virtutis cultores sunt quibus honores impertiuntur, cū tamē honor sit propriū

Rom. 16.

Exod. 26.

1. Thes. 5.

Math. 15.

præ-

præmiū virtutis, sed hunc rapiunt profani, mundani, adulatores, negotiatores, qui quibus modis possunt mundi fauorem aucupant. Et quia homines vident non virtuti, sed humanæ prudentiæ præmia largiri, hoc sequuntur negotium, cui maxime mundus aridet. Nam etsi virtus propter se appetenda sit, tamen cum imperfecti simus, motiuo aliquo etiam si imperfecto solemus motu ad illam, & quomodocunque virtus accipiat postea illa tam dulcis & amabilis est, vt propter se ipsam deinceps ab hominibus appetatur. Nam & D. Augusti. in suis confessionibus fatetur, quod cum vidisset quanta veneratione fideles honorabant beatum Episcopum Ambrosium, hoc quasi quodam stimulo affectus est ad Christianā religionem. Nam cum homines ab imperfecto ad perfectum ordine nature progrediamur; prius hisce sensibilibus quasi insecuti rapimur etiam ad ipsa opera virtutum; deinde cum iam experimentum eius fecerimus, propter ipsam amamus eam; oportet enim nostra elica nos attrahere. Ex quo colligere licebit, quantum debent principes, ac maiores virtutem præmijs subleuare: & hoc fortè potissimum esset medium ad multos homines studiosos creandos. Sic enim & tuo exemplo excitando alios, & virtutem honorando, permanebit nobiscum in terris. Vnde Diuus Gregorius ad hoc propositum explicat id quod Dominus præcipiebat in Lege, nempe quod semper ignis arderet in templo: & quotidie foueretur lignis oliuarum ne extingueretur. Sic vt virtutis ignis semper luceat inter nos; oportet illum honore & exemplo fouere: nam vt ait Augustinus exempla seruorum Dei sunt veluti carbones vastatores, quæ animam amore virtutis flagrare faciunt, & quia hi deficiunt, clamat Propheta & dicit. Defecit sufflatorium de domo Dei, *Faltaron los atizadores de la virtud*, qui incendunt & ardere faciunt hunc ignem. Ideò oportet caput retorquere sicut in sacrificio turturis fiebat, & ad præteritos patres aspicere, atque ad pannos illos veteres admouere manus, vt cum Hieremia ab inferis subieuerimur. Igitur si Christianus hanc secundam egressiōem fecerit, plures post se rapiet suo exemplo, sicut & Christus Dominus fecit. Cum ergo egrederetur Christus de domo, mulier hæc Cananea post eum abiit clamans, vt sanaret filiam eius. Quo exemplo docemur non solum in domo sequi Domi-

Gregorius

Leuit. 6.

Hiere. 6.

Leuit. 1.

Hiere. 38.

Tom. II.

num, sed & per deserta & aspera loca vbi-cunque ipse ierit. Multi enim fortè si dimitterentur suis frui diuitijs, domus suæ delicijs, in tranquillitate & pace: sequerentur Christum, nulli nocerent, cui possent beneficerent, rem sacram audirent, concionibus interessent, confessiones, ac communiones frequentarent. Cæterum si quidpiam aduersum illos euenerit, quo pax, ac tranquillitas illa turbetur; protinus retrōcedunt, animum despondent, cunctaque bona quæ antea faciebant prætermittunt. Hi solum in domum suam sequuntur Dominum, cum tamen oporteat ex illa exire vt Abraham fecit. Inuenies etiam alios, qui si sibi copia fieret à Deo, vt diuitias possint vndequaque congregare, in suis voluptatibus expendere, honores ambire, thesaurizare: in alijs omnibus sequerentur illum, fidem integram seruarent, ieiunia Ecclesiæ obseruarent, sacris quotidie interessent, conciones libenter audirent, indulgentias quærent. Quid non facerent, si illa illis permitterentur? Cæterum si contraria suaseris, vt aliena reddant, iniusta lucra dimittant, pauperibus erogent bona sua, ne in arca putrescant, aliaque eis prædicaueris quæ omnino suis desiderijs aduersa sunt: iam nec conciones tuas audient, nec tibi peccata sua consistebuntur, nec à te consilium petent, sed alios quærent, qui cœlum illis ad libitum suum promittant. Et (heu magnum malum) inuenient eos. Id contigit iuueni illi, qui cum Dominum interrogasset quid faceret, vt saluus fieret, respondit ei. Serua mandata: Sed cum illi dicenti ea à iuuentute sua seruasse Dominus dixisset, Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo; protinus cecidit vultus eius, & abiit tristis: erat enim multas habes possessiones. Sic contigit aliquibus, qui malè partas diuitias à parentibus suis iure hereditario acceperunt, quas si dicas illis restituendas esse non acquiescent tibi, sed iridebunt te. Quod si dixeris bona conscientia posse eas habere, iam tibi credent & amabunt te. Sacra Scriptura vituperat Reges, qui non abstulerunt excelsa, & laudat Ezechiam Regem quia ea destruxit. Excelsa autem erant loca alta & amœna, in quibus homines animi recreandi gratia Deo sacrificia offerebant. Erant veluti sacella in locis virentibus collocata, populus autē propter suam voluptatem gandeat in illis sacrificare.

Matth. 19

4. Reg. 18

h 3



ficare, Domino autem id displicebat. Quoniam non vult Deus, ut tui cultus occasione voluptati operam demus. Credo enim quā plures esse homines, qui vellent, & Deo teruire, & simul suis voluptatibus indulgere, uno quod eadem res quæ Deo cultum offerret, esset vel voluptuosa, vel suæ voluptatis occasio, qualia multa modo inter Christianos cernimus. Sed id est quod Deus abhorret. Quare reges illi vituperantur, qui talia aut consentiunt aut permittunt, ut populus tibi subditus nimis sit voluptuosus, tamen in vestibus, quam in cibis, & potibus, quam in reliquis in quibus viget luxus. Ille autem rex gratus erit Deo, qui hæc à populo suo abstulerit, & ea ad rationis metam moderauerit. Igitur non solum in domo tua, hoc est faciendo voluntatem tuam, sed etiam per loca aspera, & tuæ aduersa voluptati sequi debes Christum, ut mulier hæc fecit. Christus autem tacebat. Non quia nolebat suam ei concedere petitionem, sed ut maioris perseverantiæ ac meriti materiam præberet. Gaudet enim Deus maximè nostris precibus, & ut in illis perseveremus, differt clargiri, quod maximè desiderat dare. Nunquam tibi accidit, quod homo eruditus ac eloquens venit ad te alloquendum in aliqua causa, quam etsi tu in primis verbis percipisti, & potuisses statim respondere, tamē tanta voluptate perfunderis audiendo erudita ac prudentia plena verba eius, ut dissimules, & differas responsum, ut illius loquelæ dulcedine perfruaris? Sic Dominus noster Deus, tanto gaudio afficitur nostra familiaritate ac oratione, ut etsi protinus cognoverit quid velimus, tamen ut in loquela cū eo perseveremus, nobis differt postulata concedere. Sic enim & ipse dixerat. Et delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Illos audire, cum illis esse, suæque loquelæ ac familiaritate lætari. Tot clamores emittēbat hæc mulier, ut discipulos iam pertosos compelleret, ut ad Dominum dicerent. *Mitte illam quia clamat post nos.* In hoc docēt facti discipuli homines nobiles, qui apud Regem primatum obtinent, ut pauperum ac miserorum patroni sint, eorumque causas ad reges referant, eosque ad illum introducant, ut ius suum ab eo expollulent. Certè tales magnum poterant Deo, & Reipublicæ obsequium præstare si vellent. Imò & in hoc gratissimi etiam regi suo efficerentur, cum tamen oppositum faciant, & nisi pro suis rebus, & cognatorum, vel eorum à quibus

simile.

Prover. 8.

bus accipiunt munera, vel accipienda sperant, non alloquuntur reges, nec quidquam curæ habent de pauperibus. Et certè ob hoc eos in illo loco coram regibus posuit Deus, ut pauperum curam haberent, & eorum patrocinia gererent. Sic enim dixit Mardocheus reginæ Esther consobrinæ suæ, cum ex captiua ad Regnum eleuata est. Petens enim, ut pro populo suo, quem perdere Amicus regis cupiebat, deprecaretur. Quis, inquit, scit, si ideò ad Regnum peruenieris, ut in tali tēpore parareris? Secundo instrui-mur in hoc, quantum nobis conferat bonorum, & Dei amicorum adiutamen. Nam si cur amici regis non possunt in eius fauore conseruari, nisi inuicem omnes se adiuuēt, ut nunc iste pro illo ad Regem loquatur, & obsequia eius erga Regem extollat, & alius vicissim pro isto, sic, ut anima in Dei amicitia conseruetur, multū ei prodest Dei amicorum de precatio, & iuuamen. Vnde & Job aiebat. Voca ergo si est qui te respondeat, & ad aliquem ianctoium conuertere. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit. Etiam Domine, nā catelli edunt de micis qua cadunt de mēsa dñorum suorū.* Magna hic ostenditur huius mulieris fides atque perseverantia, nec tanta esse poterat nisi idem Dominus, qui ex vna parte illam videbatur expellere, ex altera illi suppetias ferret, & intrinsecus adiuuaret. Ait quippè Sapiens Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, ut iterū fluāt. Nam sicut mare quod videtur omnia flumina sorbere, & exhaurire, per secretas tamē venas ac riuulos illis prouidet de aqua, ut iterum fluant; sic Deus, qui ex vna parte exhaurire videbatur fidem ac constantiam huius mulieris; per secretas tamen venas, intus in corde illam adiuuabat, ut à sua perseverantia non cessaret. Denique hæc perseverantia quasi victa. Dominus dixit. *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.* Felix mulier ac beata, quæ sua perseverantia, ad se Deum suum attraxit. Rectè merita est benedictionē ab eo consequi, quemadmodum & Jacob qui per totam noctem luctatus est cū Angelo, vicit eum, & noluit illū dimittere nisi prius benedixisset illi. Sic mulier hæc quæ tot horis luctata est cum Angelo illo magni cō filij, & sua perseverantia vicit illum, noluit eum dimittere nisi benedixisset prius sibi, & filia suæ. Habet enim se Deus quasi victus ab homine, ut nō vereamur illum crebro

Esther. 4.

Job. 31.

Ecles. 1.

simile.

Gen. 32.

bro

bro nostris precibus excitare, importunèq; semper ea quibus indigemus ab eo poscere. Tandē enim benedicet nobis: sicut & huic mulieri, cuius importunis precibus demonium à filia sua fugauit.

Miserere mei, Domine Fili David. Ecclesia nos docet, quomodo & resistere diabolo debeamus, & quo pacto ad perseverandum in pace & amore Dei nos habeamus. Instruit enim nos quomodo à diabolo fugere debeamus ad Deum, & quomodo in Deo quiescere, cum ad illum accesserimus. Nam cum in prima Dominica Quadragesimæ proposuerat quo pacto diabolus hominem tentat: nunc ostendit quomodo etiam Deus aliquando hominem tentet, non ut sciat quid in homine sit, cum sit omnisciens, sed ut illa occasione virtutes in eo augeat. Proxima Dominica nos equites fecit, præbens nobis arma, quibus fortissimos hostes nostros superaremus, nempe diabolum, mundū, atq; carnem. (Nam contra carnem ieiunium nobis iniungit: contra mundum desertū præbuit; & aduersus diabolum sacram Scripturam ostēdit;) nunc autem generalem quandam, ac communem armaturam præbet, quæ omnis generis hostes ac tentationes propellere valeamus. Et hæc est diuinū ac supernum orationis exercitium, tantò magis omnibus necessarium, quanto minus ab omnibus vlitatum; tam potens armatura, ut omnes aliās destruat & excellat. Audite, fratres mei. Condidit quidem Deus in vniuersa structura quasdam veluti vniuersales causas, quæ in se particularium effecta, ac virtutes continent. Sol vniuersalis causa est, qui eminenter in se cæterarum causarum virtutes, ac proprietates includit, illuminat, comburit, cæterosq; ignis effectus efficit, nec tamen ignis est. Generat hominem, ac plantam, nec tamen homo aut planta est. Sic in celo hoc spirituali, quod est Ecclesia hæc visibilis, ad similitudinem vniuersalis causæ orationem posuit Deus, quæ cæterarū virtutum causam apparet, non quia eas generet (solus enim Deus virtutū per se infusarum Pater est) sed quia ad acquirendam, & ad conseruandam eas, optimum ac potissimum medium est. Orante Cornelio, Angelus ei apparuit, & ut Petrum accerseret, monuit, à quo Christi fidem edoctus est. Ecce quomodo oratio quasi causa quædam, licet remota fidei ipsius fuit. Auget fidem, licet ipsa non sit fides, sed alterius virtutis actus, quæ religio dicitur: Adauge nobis fidem, dicet.

Moralitas seu cōcio.

Act. 10.

Luc. 17.

Tom. II.

bant utiq; discipuli Dño, tanquā oratio imporet augmentum eius. Charitatem etiam conseruat ac crescere facit, cum in ea maximè charitas exerceatur; cum tamen ipsa, non charitatis immediatè, sed religionis sit opus elicatum. Humilitatem, patientiam, spem, cæterasq; virtutes auctiores facit: quoniam in eius exercitio omnia virtutum opera in lucem prodeunt, operasq; suas exercent. Est enim veluti rota maior in horologio, ad cuius motum cætera rota mouentur. Non maior est oratio (multæ enim aliæ virtutes præminent) tamen cum ipsa in opus exit, cæteras etiam in opus trahit. Fides ibi credit, fiditq;, charitas etiam tunc in chorum salit (liquefcit quippè cor præ amoris tenerritudine in oratione.) Spes autem in alta se iactat, cum in oratione animus in Deū eleuatur: spe quippè tanquā ala quadam, usq; ad conspectū Dei se extollit oratio. In chorum hunc etiam humilitas exit, cursumque suum, ac opus exercet, cum suam paritatem, Deiq; celsitudinem fatetur. Sic & patientia expectat, & deniq; omnes virtutes oratio, quali in lucem prode facit, in chorumque coram Deo, cœli ibiq; educit, *Hæc sara de todas las virtudes*, ibiq; mutuo se agnoscunt, mutuoq; complexibus gaudent, in chorum salunt, operasq; suas quelibet edit, quod quī in tali exercitio expectus est, melius docere valebit. Namque ut altera Rachel pulcherrima virgo, atq; à vero Jacob adamata, virtutes, veluti oues ad pastum educit, (in oratione quippè virtutes, ex Dei colloquio pascuntur, impingunturq;) atque ad fontem adaquandas trahit, à cuius ore lapidē tollit, sponsumq; suum sibi obuiam habere mereatur. Nam in oratione ad Deum fontē viuū anima sitit, spiritumq; refrigerantem, qui aqua viua dicitur, suggit, omniaq; obstacula tollit, quibus ab eius dulcedine impediri solebant. Oratio gerit vicem humidis radicalibus in anima. Nam humidum radicale calorem naturalem conseruat in corpore: pascitur quippè calor humido illo, & in eo ardet, ac conseruatur, veluti lucerna in oleo, & in seipso transfert illum, ac conuertit. Sic oratio charitatem, quæ calor supernaturalis est animæ, conseruat: nam in ea pascitur, luet, ardet, ac demum in seipsam charitas illam, ac cæteras virtutes transfert, cum omnes ibi incrementū capere soleat, reparando damna, quæ quotidianæ negligentia accersere solent, sicut caloris naturalis diminutio per humidū radicale refarcitur. Vnde oratio est

simile.

Genes. 29.

simile.

Matth. 25.

h 4

oleum



oleum quo prudentium virginum lampades lucent, ob cuius defectum extinctae sunt imprudentium lucernae. Audeo dicere, penes impossibile est spiritualem vitam integram conferre absque orationis adminiculo. Extinguitur lucerna, ubi deficit oleum, deficit et oratione, lampades animae etiam extinguuntur. Quare te viam lucidiorem sole lampadem esse velim, o virtutum omnium conservatrix oratio, atque in hoc templo Dei vivit inter suspiria, flagellaque rugientem, in altaribus, capellisque strepentem, ut & animas quae te exercent illumines, & tepidas suspirando calefcere, ardereque facias. Et sicut uniuersalis causae vices gerit, sic & generalis medicina pro omnibus curandis languoribus erit, benedictaque; nulli nocua, omnibusque proficua erit. Pro carnis lenocinijs medicina erit abstinencia, contra mundi strepenti negotia desertum, aduersus diabolum sacra lectio, contra superbiam humilitas. At haec speciales medicinae singularibus aegritudinibus medentur, oratio vero omnibus accommodatissimum antidotum est. Quae aduersus carnis illecebras aptior medicina quam oratio? Quae omnia praeter Deum contemnit, affligitque seruum ne suis praestet impedimentum amoribus, mundum calcat, & omnia veluti stercora reputat, daemone fugat, superbiam eliminat, denique omnia vitia in exilium agit. Quare Paul. Ephes. 6. Postquam Christianum hominem Christianis etiam armis induerat, pro lorica iustitiam, pro galea spem, pro scuto fidem, pro gladio verbum Dei porrigendo; quasi vltimum colophonem addens subdit. Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes, in omni instantia, & obsecratione. Aesi aperte diceret: Singula vobis arma ad singulos hostes contuli, nunc autem accipite armaturam vnam, quae omnium vice gerit. Per omnem orationem, aesi oratio omnes debellaret hostes. Caeteris non semper uti poteris ut pote ieiunio, solitudine; hac semper & ubique bellare valebitis. Seiungit quippe oratio a terrenis mentem, celestibusque copulat ac vnit. Nam sicut cymba quae fune agitur, quanto plus finem versus aliam ripam agimus, tanto ab alia cymbam deuiamus; sic anima quae in hac corporis scapha inter caelum & terram stat, si fuerit huic, quae oratio est, manum apponimus, & a terra plus eam separabimus, & tanto magis Deo eam propinquiores reddemus. Igitur

Genes. 16.

Ephes. 6.

simile.

tur orationis virtutes, & alia quam plurima, in hac muliere Chananae quasi depictas videmus. Hac enim armatura, & diabolum prosligauit a filia, & ad se Dominum Iesum Christum attraxit. Nam ex omnibus cupit Deus, ut nos vtilitatem capiamus, atque exempla bonorum quae in eis fuerint imitemur. Et licet mulier haec pagana, atque idolatra erat; tamen fides, ac perseverantia sua digna est, ut imitemur illam. Debemus enim esse sicut apis argumentosa, quae non solum ex arboribus ad conficienda mella flores colligit, verum etiam ex alijs minoribus plantis & herbis, imo & aliquando ex spinis & tribulis. Sic anima hominis Christiani veluti sollicita apis ex omnibus commoda sua quaerere debet, & ex ipsis spinis elicere, quantum valebit, flores. Hoc est, etiam ex bonis quae in ipsis peccatoribus, aut infidelibus viderit sibi sumere debet exempla ad ordinanda albearia sua. Nam & de sancta Cecilia canit Ecclesia, quod tanquam apis argumentosa Deo deseruiebat. Et certe ex exemplo quod nobis muliercula haec hodie praebet, dulcia mella conficere possumus, suavesque considerationes elicere, ita ut possemus ei dicere: Mel & lac sub lingua tua. Omnia quippe quae loquitur dulcia & fide, ac deuotione plena verba sunt. Haec namque beata mulier hac se munuit orationis armatura, in qua perstas, palmam quam sperabat adeptam est. Audiuit Domini miracula, & quod propè illam regionem ambulabat, & exiens a terra sua illum quaesitum perrexit. Ecce vnum orationis effectum. Animam a terrenis diuellere, & illam Deo iungere, ut in exemplo cymbae statim diximus. Exiit ergo magna fiducia freta, animoque plusquam foemineo lacrymis plena, ad locum ubi Dominus erat. Ingressa ibique ad pedes eius prostrata, haec protulit verba. *Fili David, miserere mei, filia mea male a demonio vexatur.* Necesse est quam de Deo habemus, haec docet nos illi imponere nomina, nostrae indigentiae convenientiora. Haec illum vocat filium David, Messiam, pium, a Gentibus speratum, quemadmodum & David in necessitate positus mille titulos, ac epitheta, & cognomina Deo tribuebat: Deus refugium nostrum & virtus, adiutor in opportunitatibus, in tribulationibus quae inuenerunt me. *Miserere mei.* Non meam allego iustitiam, quoniam nullam ante te habeo, non mea merita quibus omnino careo: quoniam infidelis sum, & peccatrix. Nam si ad mea opera

simile.

Cantic. 4.

Psalm. 43.

respe-

respexeris, exclusa ero. Tuam allego misericordiam securam peccatoribus patronam, hanc ob oculos tibi pono, huic innitor, haec mea iustitia est: quapropter peto ut miserere mei: nam filia mea male a demonio vexatur. Contra aduersarium tuum a te superpetias posco, quod signum est me ad te ab aduersario tuo perfugere velle, tuamque factionis deinceps esse. Regale est auxilium quod tui volunt esse praestare. Tu ergo qui filius es David Regis, miserere mei: quia filia mea male ab aduersario tuo vexatur. *Qui non respondit ei verbum.* Quid hoc est rei, o bone Iesu? Quid nouitatis hoc praefert? Es verbum Patris, & filius? Ipsa es misericordia, & cetera? Quomodo verum erit quod per os David nobis intimare dignatus es, dicens: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur? Quomodo ergo confusam & verecundatam hanc dimittis mulierem, nec verbum vnum ei reddendo? Nonne tu in templis, & in Synagogis clamare consueueras, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos? Et per Prophetam praedixeras. Et erit antequam clamet ad me, exaudiam eos. Et tu ipse: Petite, aies, & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Quomodo ergo haec mulier fide plena petit, & races, & pulsat tuae misericordiae fores, & responsum non reddit ei? Perditum ac prodigum illum filium, qui omnem substantiam suam cum meretricibus deuorauerat, cum ad te venisset hac intentione, ut ante pedes tuos prostratus diceret: Pater peccaui in caelum, & coram te, & non sum dignus vocari filius tuus, precor te, ut facias me sicut vnum ex mercenarijs tuis: sic recepisti ut obuiam ei a longe venienti exires, nec patereris, ut omnia verba sua, quae praeparauerat dicere loqueretur, sed intercepti orationem eius, & summa cum pietate illi pepercisti; & huic mulieri clamitanti, ploranti, post te currenti, quae millies petitionem suam repetit, nec responsum quidem dignaris reddere? Quidnam mysterij hoc sit, fateor me prorsus nescire. Sed audite fratres mei. Aedificat enim Deus secundum fundamentum quod in cuiusque corde adinuenit. Eos quos fortes & validos inuenit maioribus difficultatibus obijcit, ut in illis eos probet, & virtutem eorum experiatur: debiles autem & qui minus viribus praevalent, in delitijs habet, blanditijsque suis eos curat in officio continere. Meretur quippe tentationes cum vnus cuiusque viribus, ut

Matth. 11.

Esai. 65.

Luc. 11.

Luc. 16.

vera sit illa Pauli sententia, qua dicit: Fidelis est Deus qui non permittit vos tentari supra id quod potestis. Veluti prudens pater qui duos habet filios; alterum validum & robustum; alterum imbecillum, infirmum, ac valetudinarium: primum laboribus obijcit, in agrum, ad vineas colendas, & ad caetera negotia laboriosa peragenda mittit: infirmum autem domi continet, delitijsque ac blanditijs fouet. Perditum filium qui dissurus ac pannosus venit ad patrem, stola prima induit, pro illoque occiditur vitulus saginatus, cum tamen filio qui domi semper fuit cum eo, nec haedus permissus sit, quem cum amicis suis ederet. Sic aeternus Pater, cuius prouidentia cuncta suauiter disponit, sic omnia dispensat, ut fortiores laboribus perficiat; infirmiores delitijs ac consolationibus internis in officio contineat, potentiorique maiora onera imperat. Vnde Esai. 28. dicitur: Non enim in ferris triturabitur git, nec rota plaustrum super cyminum circuibit, sed in virga excutietur git, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur. Hoc est dicere: Non erit omnibus aequalis labor. Nam git, ac cyminum trituratur virga, & pertica, hoc est, leuius quam triticum quod fortius est, & ideo durius triturandum, ne in per ferris ac rotis. Et sic se habuit Dominus cum beato Sixto, & beato Laurentio, illum enim tanquam senem decollationis duntaxat sententia ad se perduxit: Laurentius vero, qui iunior & fortior erat, maiora perpessus est. Vnde & ei beatus Sixtus dixit: Nos quasi senes leuioris pugnae cursum recipimus, te autem quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus; maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Et quoniam inuenit in hac muliere fortitudinem: nam et si mulier, fortis tamen, quoniam ex paucis, quas Sapiens dixerat se inuenisse, haec fuit vna; ideo constantiam eius ac fortitudinem probare contendit. Mulier quippe ex fortitudine viri fuit condita, hoc est, ex costa, & in adiutorium viri data, & ideo etiam ipsa habet suam fortitudinem; et si a viro, hoc est, Christo (despondi enim vos vni viro) communicata. Quare iam hoc nomen, Mulier, fortibus mulieribus tribuitur: nam & matrem suam in cruce mulierem vocauit, & Magdalenam post resurrectionem, cum dixit ei: Mulier quid ploras? Et hanc etiam modo mulierem nuncupat. Quare ipsa, quia mulier fortis erat, non despondit animam, sed magis clamabat: *Miserere mei, fili David.* Necesse

simile.

Esai. 28.

Prover. 31.

2. Cor. 11.

h 5



Necessitas quippe robur addit animo, no- uasq; vires, vt persistat. Sic enim & David dicebat: Ad Dominum cum tribulater clamaui. Et Dominus postquam ter Patrem rogauit pro carne sua, & no accepit responsum, tertio accedens ad orationem factus in agonia prolixius orabat, quali necessitas plus illum excitaret. Sicut Dux castri qui se ab inimicis circumsentrum videt, dum plus infestatur ab illis, maiori conatu resistit; sa- piusq; mittit ad Regem pro auxilio. Sic & anima in castello, corporis ab hostibus cir- cundata plures legatos in coelu mittere de- bet, vt sibi Deus auxilia mittat, & tanto ma- gis quanto plus inimicus infestat. Sunt enim animae aliqua parum discretæ aut prudentes, quæ nunquam orationi incumbunt, nisi cum læta illis succedunt, & ipsæ in tranqui- litate sunt, & cum aduersitas ingruerit, ta- cent, omniaq; remedia obliuiscuntur. Deficiunt enim, & derelinquit eas cor suum, nec in tribulatione posita animum habent de- precandi Deum. Insignis quidem stultitia ac ignauia. Imò modo plus clamare debes ad Deum, & inter ipsas positus tribulatio- nes ad ipsum suspiria, lacrymas, ac depreca- tiones mittere. Vnum enim verbum ex me- dio tuorū dolorum, quasi vi extractum; erit apud Deum efficacissimū. Tunc enim ma- gis hæc spiritus arma nec essaria sunt. & An- gelorum auxilia posce. Clama ne cesses, ne hælitæ, et si non ita feruenter, tunc videaris orare, tribulationibus attritus; tamen plus valet tunc vnum verbum ex medio cordis protractum, quam alio tempore plura verba. Giezi, uel Heliæ, cum Samaria ab inimi- cis obsessa esset, vidit multos currus igneos, hæc est, Angelos, qui ciuitatem ab hostibus defendebat. Furtim ab hac muliere hæc ar- ma surripes, clama cum illa, persequare Do- minum, in ista importunè, & fauorem inue- nies. Nonne vides, & Davidem in medio tribulationis clamantem? Ad Dominum cum tribulater, clamaui. Nonne vides Do- minum Iesum inter sanguineas guttas proli- xius orantem? Nonne & hæc mulierem con- sideras, dum acerbior est tribulatio, dum re- pulsam patitur, magis clamare & dicere: Miserere mei, fili David? Sic perseuera- uit clamans, vt discipulos excitaret ad de- precandum pro ea. Quod illa cernens, de nouo vires alluens; procidit iterum ante Iesum, dicens: Domine adiuua me. Nam (vt supra diximus) sanctorū auxilium illis pro- deit, qui etiā seipsos adiuuant. Id enim dixit

simile.

4. Reg. 6.

psal. 119.

Natham ad Bersabæ, cum illa veller à Rege 3. Reg. 1. David postulare, quod filium suū Salome- nem Regem faceret super Israël: Loquere tu (inquit) ad Regem, & ego tunc intrabo, & complebo sermones. Tu virtutum initia apprehende, manusque tuas ad opera bona applica, & tunc propitia tibi tota curia coe- lles erit. At ille respondit: Non sum mis- sus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et illa: Domine adiuua me. Et Dominus: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere ca- nibus. Tribus vicibus per nomē negatiuum, Non, huic mulieri respondit Dominus. Pri- mō tacendo, secundo dicendo discipulis: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Tertio ipse idem mulieri di- cendo: Non est bonū sumere panem filiorū, & mittere canibus. Et adhuc ipsa perseuerat pulsans: Vt saltem propter importunita- tem, quidquid habet necessarium conceda- tur ei, vt reuera factum est. Aduocatus nos- ter est Spiritus sanctus ad Deum. Nam, vt Paul. ait, Ipse postulat pro nobis genitibus innarrabilibus. Et Bernard. de Spiritu san- cto ait: Aduocatus noster ad Patrem in cor- dibus nostris. Officium autem aduocati est corrigere petitiones clientuli sui. Tu cau- sam apud iudicem agis, & scribis petiti- ones ad illum, sed ostendis eas aduocato tuo. Tunc enim ille corrigit eas, vel addendo quod deest, vel demendo quod superest: sic homo Christianus Deo suas porrigit petiti- ones; Spiritus sanctus qui aduocatus noster est, eas corrigit, vel demendo, vel addendo. Si enim id quod peto, vel aliquid eorū quæ peto, non æternæ meæ salutis conuenit; id Spiritus sanctus demit, non concedendo; quia non expedit salutis animæ meæ. Addit autem, cum occasiō præbet perseuerandi in oratione, vt huic mulieri fecit. Expedie- bat enim vt non semel aut iterum, sed multa adderet in oratione, vt nobis, & fidei, & patientiæ, & perseuerantiæ exemplum re- linqueret, & ipsa magis mereretur. Quodli- bet enim verbum suam augebat iustitiam, ferens patientissimè repulsam à Domino, & præcipue in ultimo verbo, in quo dixit ei Dominus: Non est bonum sumere panem fi- liorum, & mittere canibus. Ad quod mulier respondit. Etiam Domine: nam & catelli edūt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Emisit Noe ex arca columbam, quæ cum non inueniret vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad arcam. Iterum dimit- tit eam Noe, & tamē ipsa cum ramo oliuæ in ore

Roman. Bernar.

Genes. 8.

in ore, reuersa est iterum ad arcam. Christus Dominus à se repulit, ac emisit mulierem hanc, quæ cum non inueniret vbi requiesce- ret pes eius, nec etiam in discipulis inueniēs requiem, reue- sa est ad Dominum, qui ite- rum asperis verbis repulit eam, & tamē ipsa adhuc reuersa est ad arcam cum ramo oliuæ in ore. Nam verbis pacificis, & humilitate plenis, Dei misericordiam implorans, ad ipsum reuersa est. Signum pacis ac victoriæ est oliua, ipsa sua perseuerantia vtrunque consequitur. Tu ergo ad huius imitationē, in oratione perseuera, etsi modò videatur tibi nullum ex ea protulisse fructum, iterum ad arcam reuere, misericordiam cōstan- tissimè posce, nam absq; dubio sic faciens consequeris eam. Vnde & dixit ei Domi- nus: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Hoc volebat Deus, tuam tibi petitionem concedere, sed expectabat, vt & tu perseue- rantes pulsans; & feriens hanc petram edu- ceres oleum & mel. Vt & tu Christiane, discas à curis corporis aliquandò cessare, vt petitiones tuas ad Deū mittas, negotiaq; tuæ æternæ saluationis agas. O sancte vtriusq; personæ Spiritus, qui aduocatus nos- ter es ad Patrem in cordibus nostris, & Dominus noster in corde Patris, hanc diui- nam artem oratoriam clientulos tuos docere te petimus vt digneris: vt hoc deuotissimo exercitio, & fides, & charitas in nobis au- geantur, & sic concessa nobis gratia in præ- senti, in futuro vitam cōsequatur æternam. Miserere mei Domine, sili David, & c. Misericordiam quas Deus hominibus contulit, & quotidie confert, multæ sunt. Sic enim & Psalmista dicit: Misericordiam tuam multas, Domine. Mirabilis enim est Deus in miseri- cordijs, & per illas cognoscimus aliquid il- lius abyssi & pelagi suæ infinitæ bonitatis, quam per effectus agnoscimus, inter quos hi qui sunt misericordiam, abundant: hoc ma- ximè quod misericordiam magnitudinem in Deo dicit. Iustitia quidem manifestat nobis quod superior sit, quod authoritatem super omnes habeat. Misericordia autem declarat quod sit benefactor, omnis expertis miseriae. Misereri quippe alicuius est eius alleuiare miseria, quod qui in eadem iacet, facere minimè potest. Qui enim pauper est, quo- modo pauperem ab illa miseria subleuare poterit, cum ipse in eadem sit? Et infirmus, quomodo infirmo medebitur? Aut ignorans, quomodo ignorantem docebit? Oportet ergo vt sit sapiens qui ignorantem ab illa

Alia mo- ralitas seu concio. psal. 118.

miseria subleuet, sanus qui infirmo medea- tur, diues qui pauperi subuenire possit. Igitur quia misericordia Dei ad oēs se extendit hominum miseras; ostendit non solum su- perioritatem in Deo, verum etiam omnium miserationum carentiam. Vnde ille dicitur: Deus cui nihil deest; ex hoc enim Psalmista arguit Dominum esse Deum, cum dicit: Ego dixi Domino: Deus meus es tu: quoniam bo- norum meorum non indiges. Quare miseri- cordiam maximè Deum exaltat, hinc enim David dicit: Confiteantur Domino miseri- cordiæ eius. Hoc est, hæc misericordiam Deum exaltant, & dignum omnis laudis reddunt. Quid enim maius de Deo dici potest, quam quod est omnium miserationum subleuator? Atque ideo sic extendit misericordias suas Deus: quoniam per illas magnū sibi nomen acquirit. Quoniam de eo dicit Paulus, quod est diues in misericordia. Nam cum tot mi- sericordias creaturis communicat, acquirit sibi hoc nomen. Quæ enim creatura est, vel summa, vel infima, quæ Dei misericordiam non communicet? Quæ regio aut terra tam longè distans, qui Barbari, qui Scithæ, qui incognitorum, aut Indorum gens, ad quos Dei misericordia non peruenerit? Vnde & Psalmista ait: Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Quoniam super omnia opera eius extendit- tur, diffudit enim illam super omnia opera sua: esse enim ac conseruatio rerum, miseri- cordia est Dei. Cum ergo misericordia Dei omnes comprehendat, etiam ipsos peccato- res ac hostes suos, imò isti sunt qui meliorem partem accipiunt, cui de esse poterit? Qui So- lem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & peccatores. Omnes Dei misericordia attingit: nam à fine vsq; ad finem attingit. Duo extrema apprehendit, nempe bonos & malos. Iustos misericordia Dei in bonis operibus fecundos facit: malos autem etiam ferit radius aliquis huius lucis: nec enim effugere lumen Solis valemus. Nam etsi terga illi vertamus, oculos clauda- mus ne videamus illum, aut fenestras occlu- damus, lux Solis sic magna est, & ex alia parte sic subtilis ac penetratiua, quod clau- sis oculis in medio viarum senties quod dies sit. Nam ipsa lux Solis per palpebras sese ita subtiliter intronitrit, vt velis, nolis, sentias illam. Etsi terga vertis Soli, ipse videtur q̄ persequatur te. Sic & peccatori contingit, quod etsi velit, Deum fugere non valebit: nam ipse Deus persequitur illum. Si claudat oculos

psalm. 15.

psal. 106.

Ephes. 2.

psal. 144.

Ecl. 16.

Matt. 6.

Sap. 8.

simile.



oculos ne videat Dei veritatē, ipse per palpebras animæ ingreditur, fulgurq; quoddā sui luminis lentini facit, ita vt necias vnde veniat, aut quò vadat. Nec enim est qui se abscondat à calore eius. Omnia hæc in hac Chananitide muliere depicta videmus. Infidelis, à Deo maledicta, vt potè filia Chani, qui maledictus à patre fuit, quos Dominus delere præcepit, & à proprijs laribus pellere, vt illorum terram Iudæorum populo in possessionem daret. Hanc (inquam) Deus recipit, ad illā etiam Dei misericordia pertingit, hanc Sol illè calefacit, suosq; radios cum illa dispertit, imò in illa Gentium Ver incipere videtur, cum videamus ad illā Solum verum accelerare, & nouas plātas germinare facere. Attendite, fratres mei. Venit Christus Dominus vt peccatores venaretur, & ideo per deserta pergit, vt has feras quærat, & suis sagittis interficiat. Hoc mandatum accepit filius Dei à Patre, simile illi quod Isaac Esau filio suo mandauit, cum dixit ei: Sume arma tua, pharetrā & arcum, & affer mihi de venatione tua, vt comedam, & benedicat tibi anima mea. Pharetra & arcus Christi, verba & opera eius erant, quibus peccatores in cor feriebat, & eos venabatur, & ad Patrem trahebat. Sciebat enim hoc cibo vehemēter delectari Deum, illisq; benedictionem consequebatur, qui antea maledicti erant. Ideo ergo ad partes Tyri, & Sydonis pergit, vbi erat filij etiam maledicti, vt illis benedictionem impetraret. Tyrus enim venationē significat: ac si diceret: luit ad venationem ferarum, hoc est, peccatorum, *salto à casa de monteria*, vt de illo verius, & in meliori sensu dicatur. Sicut Nembroth robustus venator coram Domino. Robustus quidem Domini venator, qui tam feroces bestias interemit, quales sunt infideles, ac peccatores, & cum illis ianuas Ecclesie suæ ornat. Quemadmodum solent venatores ante portas suas capita aprorum, ac vrsorum, quos in venatione capiunt suspendere, & illis vespibula domorum ornare. Sic Dominus portas Ecclesie his apris ornare incipit, quæ sint indicia suæ dexteritatis in capiendis peccatores. Nempè hac Chananea, alia Samaritana, Magdalena, Mattheo, Paulo, & alijs similibus, quos eferitate mudi ad mansuetudinem sui Euangelij traxit. *Et ecce mulier Chananea, vrsus lenantada la casa.* Sed aduerte. Ipsa mulier post Christum clamans currit, cum tamen e regione deberet esse, quòd venator post feras currere solet,

Genes. 10.

Genes. 27.

simile.

& quàm maximo silentio potest ne excitata feræ fugiant. Sed mysterium hoc intelligite, fratres, venatio hæc ea est quam nos dicimus, *De oseo*, nempè cum alij feras abigunt, vt pergant propè venatores, & ipsi ad libitum eas sagittis suis trasfigant. Sic Deus animas, Spiritus sancti ductu ad se trahit, vt cum propè fuerint, iaculis suis illas feriat. Nam & ipse dixit: Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Deus enim sua gratia homines ad hominem Christum trahit, vt ipse sui amoris iaculis vulneret eos; quemadmodum ad David vrsos ac leones trahebat, vt ipse interficeret illos. Id enim videtur responsum illud Iacob insinuasse, cum dixit illi Pater. Quomodo tam cito inuenire potuisti fili mi? Et ille respondit: Voluntas Dei fuit vt cito occurreret mihi. Deus enim animas ad se trahit, easq; à mundo abigit, vt ad Christum venatorem veniant. Nec enim principiu, nec medium, nec finis nostræ conuersionis à nobis est, sed à Deo præcipue. Ipse enim incipit bona in nobis, ipse nobiscum ea perficit, & ad finem bonum perducit. Ipse quippè dat velle, & perficere, pro bona voluntate sua. Et cuius vult miseretur, & quæ vult indurat. Quosdā enim à se deterrit, alios ad se trahit. Iudam à se minauit, & expulit ab ouili ouium, à quo ipse abiit, vt ait Mattha. Igitur fera hæc ab Spiritu Dei, & Angelis venatoribus acta, ad pedes præcipui venatoris venit, vt eam ad libitum suum feriat & prosterнат. *Et ecce mulier Chananea, &c. clamabat.* Aucupes dicunt quod cum ad venationem ardeæ pergunt, cum accipiter ille qui illam occisorus est, emittitur contra illam, quasi instinctu quodam naturali percita, ac excitata crocitare ac clamare incipit, quasi iam mortem suam præuidēs. Sic mulier ista, cum se apud venatorem qui eam ferire debebat, inuenit, clamare incipit, vt miseretur ei. Ipse enim debebat vitam præteritam infidelitatis in ea interimere, & nouā gratiæ ei communicare. Aduertite tamen quid hæc mulier fecerit, vt hanc Dei misericordiam consequeretur. Primò enim à finibus illius terre infidelium egressa est. Per fines modò intentiones intelligimus: quoniam intentio finis est. Per quod instrumimur, nequaquā ad acquirendam Dei gratiam, aut misericordiam sufficere dimittere actum peccandi, nisi intentionem etiam delinquendi dimittamus. Quare valdè timeo multis peccatoribus, qui peccata sua quidem proprio Sacerdoti confitentur;

simile

Ioan. 6.

Genes. 27.

Philip. 4.

Rom. 9.

Matth. 23.

simile

fitentur; & actum peccati pro tunc dimitunt, intentionem tamen peccandi minime deserunt. Quare nihil eis prodest confessio. Quod & ipsa experientia testatur. Cum videamus illos protinus ad eadem peccata, sicut canis ad vomitum redire. Nam etsi hoc aliquando contingat ex vertibilitate liberi arbitrij, quo aliquando id quod modò maxime appetit, post paululū odio habet homo: tamē videntes inertiam ac tepiditatem, qua multi ex Christianis ad confessionis Sacramentum accedunt, cum mox illos ad vitia eadem redire conspiciamus, argumentum nō minimum sumimus, eos prauam intentionem peccandi non deseruisse, nec ex finibus illis egressos fuisse, sed peccatū falsa quadam lacrymula cooperuisse, & cum se ipsos seduxerint, existimant etiam Deum seduxisse, qui tamen nec falli, nec fallere potest: quoniam omnia nuda & aperta sunt in oculis eius, & non est creatura aliqua invisibilis in conspectu eius. Non sic debes facere, frater, sed omninò peccatum dimittere, radicitusq; à corde tuo expellere, ne radix aliqua peccati in te maneat, qua postea repullulare possit iniquitas, secundum illud Pauli: Nequa radix amaritudinis sursum germinans, & per eam inquinentur multi. Id enim sibi vult diabolus, vt aliquid præteritorum delictorum in corde situm remaneat, nam per illud reuiuiscere ipse faciet peccatum. Id est quod Pharao Rex Egypti volebat. Quod etsi populus ad sacrificandū Domino pergeret, tamen aliquid dimitteret in Egyptum, quod eum compelleret ad illuc redeundum. Nam prius copiam fecit illis eundi in desertum ad sacrificandū Deo, dummodò paruulos in Egypto relinquerent. Deinde vt saltim iumenta sua ibi remanerent, quasi impignorata pro reditu. Sic diabolus nititur vt aliquid ex præterito peccato in corde semper maneat, quo veluti impignoratum remaneat ad redeundum, & illud quod ibi remanet, vocet ad se, & trahat ad peccatum tanquam res eius, cui & affectum remanet cor. Sed non id vult Deus quod fiat, sed viri, mulieres, paruuli, & iumenta omnia ad sacrificium pergant: quoniam solemnitas grādis Domini est, ne quid in Egypto relinquatur, quod illuc animos appellere possit. Nihil peccati maneat, omnia eius omninò à corde diuellantur, nec pignus, nec obses eius in potestate tua remaneat, ne iterum illius occasione ad te hostis tuus reuertatur. Id est quod frequenter

Heb. 4.

Hebr. 12.

Exod. 10.

efficere solet diabolus. Si iste qui erat in concubinato, & cōfiteretur in Quadragesima, & iubetur relinquere concubinam; relinquit quidem, sed taliter q; vel ipsa grauida maneat, vel filium quem ei ex concubinato peperit, apud se habeat, vt his veluti obsidibus, atq; pignoribus iterum ad suum redeant peccatum. Vel si hæc non sunt, illa obligatio quam diceris habere, vt ei provideas, hæc faciet vt & illa ad te reuertatur, vel tu ad eam. Non id oportet, sed omnes radices has, atq; occasiones euellere debes. Nam vaxæ illæ quæ Arcæ Testamenti à Philisthæis ad Iudæam emissam portabant, relinquebant vitulos in terram Philisthinorum, & ideo etsi properabant cum arca ad populum Dei, tamen ibant mugientes recordatæ filiorum, quos relinquebant apud Philisthæos. Sic continget animæ, quæ aliquid sui desiderij in terrā peccati dimittit. Mugiet enim bos, & aliquando recalcitrabit: nam caro ad sua pignora, ad suos filios, hoc est, ad opera mala, quæ aliquando peperit, redire cōtendit. Quare paruuli etiam educēdi sunt de Egypto, hoc est, quædam etsi tepida desideria, vel aliqua ratio, quæ titulo honestatis palliatur, non vel has res paruulas permittere debes in Egypto remanere, hoc est, in peccato, ne iterum ad te reuertatur, vel tu ad illud. Hinc enim & Ioseph, nec ossa, nec cineres suos voluit remanere in Egypto: hoc est, nec memoria quidem præteritæ vitæ, nisi ad detestandum eam in te remaneat: nam cineres memoriam significāt. Sic enim tu debes in te delstruere peccatum, quemadmodum & Deus destructurus est peccatores, de quibus dicitur Malach. 4. Quod non derelinquet eis radicem, nec germen. Ita & tu non solum actū peccatorum, sed & intentionem, desideria, & occasiones, ex quibus prodeunt, diuellere debes. Certè si ita fieret, non tam cito ad semel dimissa peccata rediremus. Audi me, frater. Iustificatio motus instantaneus est, qui non fit in tempore, sed in instanti. Quasi per saltum ab vno extremo in aliud transit peccator, nempè à culpa ad gratiam. Morus autem qui fit in tempore, in vtroq; termino est vsq; ad finem motus. Nec enim totus est in termino à quo, aliàs non incepisset motus; nec totus in termino ad quem: nam iam cessasset motus; sed partim in vno, & partim in alio. Quemadmodum, cum aqua mouetur ad calorem, nec tota frigida est, aliàs nō expisset alterari per calorē, nec tota calida, vt ignis nam

1. Reg. 6.

Genes. 31.

Malac. 4.

simile.



nam tunc iam cessasset motus, adepto termino ad quem, sed diuissim est in vtroque, nec tota calida, nec tota frigida, sed medio modo paulatim à frigiditate ad calorem transeundo. Non id patitur iustificatio, quæ in instanti fit, nec patitur Deus quod aliquid voluntatis tuæ remanserit in peccato, aliquid in Deo; tunc enim nondum perfectus esset motus iustificationis. Sed totus in altero extremo debet esse. Non ut aqua tepida, sed ut omnino calida. Sic enim & ipse in Apocal. dicit: Vtinam frigidus esses aut calidus; sed quoniam tepidus es, incipiam te emouere ex ore meo. Non ita, sed per saltum transilire debes à culpa ad gratiam, fortiter ab vno extremo ad aliud attingendo. Sic enim dicitur: En iste venit saliens in montibus transiliens colles, similis capræ, hinnuloque ceruorum. Miratur Ecclesia in hac Quadragesima, videns peccatores transilire peccatorum foueas & hiatus, rupesque ac montes saltare, omnesque peccatorum difficultates vincere, ac veluti capræ, ac damulæ; ab vno extremo ad aliud celeriter transilire, ab extremoque peccati, ad gratiæ & amicitie Dei extrema se transferre, ut hæc mulier fecit egressa à finibus infidelium, & peccatorum. *Miserere mei, fili David.* Tu qui in hoc gloriaris, quod misericors sis, & in hoc tuam ostendis celsitudinem, nomenque tuum inter homines celebras, atque hoc odore ad te animas trahis: miserere mei. *Filia mea malè à dæmonio vexatur.* Quid mirum quod eam diabolus vexet, qui crudelissima quædã ac immanis est bestia, & carnifex humani sanguinis audissimus? Qui inimicitias aduersus hominem professus est. Quare cum illum sub sua habet potestate, nec Phalaris, nec Nero, nec Cariba, nec tyrannus aliquis inuenitur, qui sic mancipia vexet, sicut diabolus animas, quæ sibi per peccatum subduntur. Lacerat, diruit, membra disiungit, nec re in suo loco dimittit quam non separet, & malo aliquo afficiat. Sic enim & Dominus comminabatur, dicens: Tradidi eos in manus dominorum crudelium. Quomodo non immensos dolores in ea efficiet? Proh Deum immortalem! Quando membrum aliquod corporis ab alio per ictum aliquè disiungitur, quantum in corpore dolorem causat! Nam tanto conatu natura ordinem rerum amat, ut nunquam quiescat dolor, & naturæ ipsius gemitus, donec membrum ad locum suum naturalè redeat, & ordo naturalis, quem inter se partes corporis habent, conseruetur.

Apoc. 3.

Cant. 2.

Esai. 19.

simile.

Sed ordo animæ multo pulchrior est, quãdò plus naturæ artifex in spiritualibus sapientiam suam ostendere voluit. Et ideo animæ potentias superno ordine inter se composuit, ut inferiores superioribus, superiores Deo subiectæ, atque subordinatæ essent. Cum autem hostis animæ, qui diabolus est, eam per peccatum intrat; omnia hæc diruit, disiungit, & lacerat, potentias quæ in suis articulis inter se conglutinantur, disiungit nec vllam rem in suo loco dimittit, sed omnia transuersa in anima ponit, sursum, subrusque; voluendo. Carnem quippe quæ subrus rationem deberet esse, supra illam collocat, & quæ obedire tenebatur, imperium tenet, & ratio, voluntasque, quas Deo subditas esse oportebat, iam carnis, dæmonisque imperio subiunguntur. O miseram animam omni prorsus ordine disiectam! Quomodo ibi quiescet natura, donec potentia in suo ordine redigantur? Perpetuis cruciabitur doloribus, quoad vsque; quælibet pars in suum locum restituatur. Quare anima sic dilacerata ipsa sibi poena est, nec alium exigit tortorẽ quæ seipsam, secundum illam celebrem B. August. sententiam, qua dicit: Iussisti Domine, & ita est, ut animus inordinatus ipse sibi poena sit. Quis maior dolor in corpore esse poterit, quam membra disiecta tenere? Et quis maior in anima excogitari potest, quam inordinatè viuere, nec potentias suum locum tenere? Contritio, & infelicitas in vixis eorum: Semper enim membra confraeta talis anima habet. Ibi dolores, ut parturientis: quoniam semper desiderijs varijs grauida peccatoris anima ambulat, nec dolores cessant, donec ea in lucem & opus prodant. Bene ergo mulier hæc conqueritur ac dicit, quod filia sua malè à dæmonio vexatur. *Qui non respondit ei verbum.* Vulnerata iam est ardea ista, percussa est fera, licet in filitio, & occulte: ne si ictum præsentiret, fugas caperet & manus venatoris effugeret. Tacendo cor huius mulieris ferit, & ipsa veluti cerua à sagitta herboraria percussa maiori conamine ad fontem pergit, & sic feruentius sequebatur Christum, ita ut discipuli dicerent ad Dominum: *Dimitte illam, quia clamat post nos.* Venatores etiam sunt discipuli: ad hoc quippe ministerium vocauit eos Dominus, cum dixit illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Verum erant in officio venandi nouitij atque tyrones; noui autem venatores vellent statim interemptam, ac captam venationem: qui autem huius exercitij

August.

Psal. 117. Psal. 47.

enij experientiam habent; plus voluptatis capiunt, si differatur exitus venationis, ut videant accipitres volare, ad ardeam accedere, & illa vel volatu, vel vnguibus, vel ore se defendere. Vnde & eis respondit Dominus: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.* Sentit hunc secundum iustum mulier, & ideo crocitat, & clamat, dicens: *Domine adiuua me.* Ecce orationis perseuerantiam, multum enim valet deprecatio iusti assidua. Nec enim Deus molestiam sentit, propter importunitatem nostrarum orationum, imò id ipse vult ut instemus opportunè, & importunè. Ideo quippe oratio vocatur incensum, quod odoriferum est, ut intellegamus non fastidire Deum nostras orationes, etiam si importunæ sint, imò maxime placere illi. Quare David dicebat: *Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Ac si diceret. Thus redolens est oratio mea, nõ potest displicere tibi, sed peto ut acceptes eam. Nonne vides effectus omnes ad suas conuerti causas, ut ab ipsis semper id quo indiget, accipiant? Nonne vides terram, quasi apertam ore inhiantem, & cælum semper respicientem, ut ab eorum rorem & pluuiam recipiat, cæterasque influentias, quibus fructus suos proferre queat? Videmus plantas, herbas, & flores Solem semper insipientes, & quasi ipsum insequentes, ut calore suo viuificatæ prodeant, suaque pulchritudine ornent, suoque odore lætificent vniuersum. Oculi filiorum non aueruntur à parentibus, ut eos alant, nutriant, atque ad perfectum perducant, quo possint vitam absque indigentia transigere. Omnes ergo effectus in tuas videmus conuerti causas. Et causæ istæ, licet respectu talium effectuum, causæ sint; tamen respectu superiorum sunt effectus, ad quos ipse etiam attendere debent. Quare non possunt adeo intentè suis effectibus prouidere: cum & sibi necessarium sit etiam à superiori causa, quæ eis desunt mendicare. Solus Deus taliter est causa, quod nullo modo est effectus. Causa causarum est, omnium effectuum productrix; à qua omnis paternitas, id est, omnis casualitas in cælo & in terra nominatur, ut ait Paul. Qui à nullo accipit, nec mendicat, sed omnia ab eo. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ut dicitur Roma. 10. Vnde totus incumbit suis effectibus prouidendis, cum ipse nullius indigeat. Psalm. 15. Ego dixi, Deus meus es tu: quoniam bono-

Ioan. 5.

Psal. 140.

simile.

Ephes. 3. Rom. 10.

Psal. 15.

rum meorum non eges. Si ergo aliæ causæ, quæ ab alijs, & ab hac prima pendent, talè de suis effectibus curam habent, quanto maiorem prouidentiam hæc prima habebit, quæ nullius alterius indiget? Vides gallinam suis incubantem ouis, nec ab eis discedentem, ut suo calore foueat, atque in pullos conuertat; multo magis Deus suis assistit effectibus prouidendis, nutriendis, perficiendis, & conseruandis. Nam à principio Spiritus Domini ferebatur super aquas, vel ut alia litera dicit, Incubabat, hoc est, fouebat, perficiebat, & conseruabat. Si ergo omnes effectus ad suas conuertuntur causas, quæ deficere possunt, & de facto aliquando deficiunt, cur non ad hanc indeficientem causam conuertemur, nostraque omnia in eum projiciamus, ut ab ipso quod nobis deficit, accipiamus? Hæc autem conuersio per orationem fit; quæ mentem ad Deum eleuat, atque ab eo quod desiderat poscit. Præcipue cum mundus iste desertum quoddam sit, cui omnia necessaria adueniunt de foris, *Es lugar de acarreo:* emporium autem vnde necessaria sibi vehuntur, cælum est: Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. Vektor autem qui hæc huic deserto adducit, oratio est. Si quid tibi deest, mitte eam in cælum, & afferet. Deest tibi deuotio, salus, gratia, patientia, humilitas; mitte hunc vectorem, orationem dico: nam ipsa in cælum ascendit, cunctaque cælestia perlustrat, & onusta semper his bonis descendit. Vnde de sapiente muliere, hoc est, anima iusti, dicitur Prouer. 31. Facta est quasi nauis insistoris, de longè, hoc est, de cælo portans panem suum. Est enim scala illa quam vidit Iacob, per quam Angeli ascendunt, atque descendunt. Ascendunt portantes orationes nostras (ut dixit Angelus ad Tobiam. c. 12.) Ante Dei tribunal, & descendunt afferentes dona, quæ per talem nuncium ad nos mittuntur. Talem veredarium mitte: quoniam ipse veniet: onustus omnibus bonis quibus indiges, nõ reuertetur ad te vacuus, sed quæcunq; mandauerit, faciet, si tamen patienter tuleris & fortiter perseueraueris, sicut mulier hæc fecit. Quam cum canem nuncupasset Dominus, dicens ei: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus: non abnuit, sed respondit, dicens: Etiam Domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Ac si diceret: Fateor me esse canem, & ideo non peto panem integrum, sufficiunt mihi micæ, quæ cadunt de

simile.

Genes. 1.

Iacob. 2.

Prouer. 31.

Tob. 12.



de mensis diuitum. Omnes creaturæ micæ sunt, quæ ex mensa Dei cadunt. Sol vna mica est, & cælum, & Luna, & stellæ, micæ sunt, & nos cum paupere Lazaro ad mensam diuitum adistamus, non auarorum, sed maximè liberalium; cupientes saturari de micis quæ de mensa cadunt eorum. Nam omnia bona quæ hic accipimus, relata ad ea quæ ipsi possident, quasi micæ quædam sunt. Ipsi enim clarè vident Deum, nos per fidem duntaxat credimus in eum. Illi cum ex toto corde diligunt, nos tamen imperfectè multoties deuiantes ab illo. Illi vident illum sicuti est, nos in Sacramento velatum. Micæ sunt hæc respectu eorum, qui panem integrum comedunt. Tamen sicut famelici canes speramus eas. Sed dices: Quis huic mulieri hanc tantam fortitudinem, & constantiam dabit? Ipsemet Christus, qui eam videbatur repellere. Nunquam legistis in fabulis Poëtarum, quando Hercules luctabatur cum filio terræ, quoties eum in terrâ prosternebat, maiores vires à terra ipsa capiebat: quoniam mater illas illi administrabat. Sic cum videbatur Dominum hanc mulierem prosternere, ipse illi nouas vires subministrabat, quibus fortior aduersus repellentem se, si ita fas est dicere, insurgerebat. Vnde & dixit illi: *O mulier, magna est fides tua, etc.* Quasi admirans tantam eius fortitudinem hoc dicit. Et quoniam quasi violenter misericordiam suam detinebat Christus, idèo veluti impetuose illam modò profert, dicens: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Ipse eam nobis præstet conferendo hic nobis gratiã, & in altero seculo gloriam, Amen.

Alia moralitas sententia. Nunc autem vt alijs vicibus feci, postquam ordinatas iam quatuor conciones hic vobis proposui, carptim, & indifferenter nonnulla etiam scitu digna, circa hoc Euangelium attingam. Et primùm scitote multos sanctos Doctores dicere, quòd spiritus hic immundus, qui filiam huius mulieris exagitabat, erat spiritus fornicationis, & idèo Dominum ab ea fugisse; vt hoc facto doceret nos sic vitium hoc vincendū esse. Nā vt Augustinus docet, omnis Christi actio nostra est instructio. Sicut enim cum ficum arefacere fecit, quia non inuenit in eo ficus; fuit parabola in facto, per quod significabat populum Iudæorū arefaciendum esse, quia vero Messias non crediderunt (scit enim Deus, insensibilibus rebus loquelam tribuere) sic in hac fuga quæ videtur facere

August. Marc. 11.

ab hac muliere, instruere nos vult, quòd sic debemus peccata carnis ac fornicationis fugere. Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 135. art. 1. ad. 4. docet esse aliqua vitia, quæ facie ad faciem resistuntur, ac vincuntur; quædam verò quæ sic vires maiores capiunt. Vitia spiritualia, & præcipuè acidia in faciem ei resistendo melius vincitur. *Hærendole refert.* Acidia quippè (quæ est nausea quædam, ac fastidium rerum spiritualium) melius vincitur, considerando propius & frequentius spiritualia, quæ quanto plùs contemplantur, tantò vehementius hominis voluntatem post se rapiunt, animamque earum dulcedine magis afficiunt. Quare optimum remedium contra acidiã est rebus spiritualibus plùs intendere. Cæterum vitia carnalia, dum plùs considerantur, & cogitationibus trahuntur, plùs virium illis concresecunt, magis inflammantur, & extenduntur. Quare vitium hoc non facie ad faciem resisti potest, sed terga vertendo, atque à te quàm velociter repellendo, vt hodie suo facto nos docet Christus. Vnde & Paulus dicebat: Fugite fornicationem. Et titulus Psalm. 3. hic est. Psalmus Dauid pro victoria, cum fugeret à facie filij sui Absalon. Fugam vocat victoriam, & ira est: quoniam pulcher ille iuuenis Absalon carnis peccata designat, à quibus fugiendo palmam cõtra ea adipiscimur. Ioseph etiam relicto pallio fugit è manibus adulteræ mulieris, nec facie ad faciem huic hosti obuiam iri poteris. Fortissimus erat Dauid, & tamen quia vidit mulierem se lauante ex aduerso perijt in concupiscentia eius. Terga vertit fortissimus Dux Iosue Regi Haim, deinde eleuauit clypeum in altum & vicit illum. Quoniam fugiendo à carne, & leuando orationis clypeum in altum, hunc terribilem hostem subijciemus, qui se Regem facere nititur, & ingressum terræ Promissionis impedire. Vnde Diuus Petrus dicit: Vt per hoc efficiamini diuinæ confortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Fugiendo, & occidendo occasiones, perimitur hic inimicus. Hanc doctrinam confirmat Diuus Gregorius. 1. Reg. 6. altissimè declarando mandatū illud, quod Dominus dedit Sauli, præcipiens illi, vt pergeret contra Amalech: quoniam impedire conatus est introitum filiorum Israël in terram Promissionis, postquam ex Ægypto educti fuerant. Mandauit enim illi Dominus, vt penitus vniuer-

D. Thom.

1. Cor. 6. Psal. 3.

Genes. 39.

2. Reg. 17.

Iosue. 8.

2. Petr. 2.

Gregor. 1. Reg. 6.

vniuersam illam Gentem deleteret, nec vlli sexui, aut ætati parceret, sed lactentes pueros in vberibus maternis interficeret. Amalech interpretatur populus lambens, & significat carnis libidines, quæ auidissime has voluptates amat, & sic se in illis immergit, vt lambere illas videatur. Hæc impedimentum esse solet egredientibus de Ægypto, hoc est, de mudo, ne dulcedinem cælorum sentiant, & in eius contemperatione ingrediantur. Nihil enim ita solet infestare homines, qui à carnalibus voluptatibus ad spirituales se trãserunt, quàm monstrum hoc. Oportet ergo exercitum cogere contra illud, nec enim vna virtus ad debellandum illud sufficit, sed vniuersas phalanges virtutum instruere aduersus illud. Nam contra superbiam sufficit humilitas: aduersus iram patientia: contra gulam abstinentia; contra hoc verò vitium omnium virtutum aciem instruere oportet. Necessaria quippè est abstinentia, disciplina, humilitas, patientia, oratio, lectio, silentium, clausura, charitas Dei, fides, spes, denique omnium virtutum exercitus congregandus est contra illud, nec relinquendus est viuus vir, aut mulier, aut lactens infantulus. Vir est immundus cogitatus, mulier caro, quæ se amplexati cum immundis cogitationibus incipit, consentireque illis, & eis se subijcere. Oportet ergo, vt vir & mulier interimantur. Pessimus cogitatus cesset, caroque castigetur, nec ei assentiat. Nec hoc solum, sed & lactentes pueri moriantur, hoc est, iniitia huius tentationis, quæ veluti teneri pueri blandè se intromittere incipiunt, oportet vt etiam interimantur, & pereant. Nam si eos sinas in viros crescere, iam non poteris resistere illis. Attentè ergo respice (ait Gregorius) an infantulus iste Amalechita sit. Quoniam si coniugatus es, nonnulla huius rei licita tibi erunt; si verò alterius es sortis, non licent. Amalechita est, interice illum, quantuncuq; infantulus sit. Quemadmodum ignis scintillam, quæ vesti tuæ inhaesit, protinus excutis eam, ne de te dicatur quod Sapiens in Proverbijis dicit: Nunquid potest quis habere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Hoc etiam lamentabatur Hieremias in suis Threnis, cum dicebat: Sed & laminae nudauerunt mammæ, lactauerunt catulos suos. Laminae Tom. II.

dicuntur mulieres maleficæ, quas nos dicimus, *Brufas*, quæ puerulos lambunt, & sugunt. Et significant animas impudicas, quæ immundis cogitationibus peccus nudant, & aperiunt vt ingrediantur ad se, & ibi lactant eas, ac fouent, cum illis delectantur, & immorantur. Et quemadmodum gallina (vt paulò ante diximus) incubans super oua, ea fouet, & calefacit, vt ex illis pulli generentur, & nascantur: sic animæ nimis impudicæ, ac carnales faciunt. Fouent enim pessimas & mulierosas cogitationes, incubantes super eas, vt ex eis generetur peccatum, & in opus nascatur, & exeat. Id enim efficere solet morbosa delectatio in turpibus cogitationibus: nec pudicitiam seruare poterunt, qui immundas cogitationes à se quantocius non expellunt. Sunt enim Amalechitæ infantes statim interficiendi, secundum illud Psalm. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, *Scribarranos*. In petra, qui est Christus. Item cum populus Dei præliaretur contra Amalech, Moyses manus eleuatas cum virga habebat, & dum eleuaret manus Moyses, vincebat Israël, cum deprimebat eas, superabat Amalech. Maximum remedium aduersus hoc vitium est leuare manus ad Deum in oratione: nam sensuales motus animum deprimunt, oratio eleuat, & idèo tanquam motus contrarius illi vincit talem hostem. Hur, & Aaron sustetabant manus Moysi, ne deprimerentur: sic & ad subijciendum hunc hostem, oportet vt & alij suis orationibus te adiuuent: tam importunus ac perniciosus hostis est. Vnde & Dominus dicitur, nisi in ieiunio & oratione. Et per virgam quam eleuabat Moyses, possumus etiam intelligere Christi crucem, sub cuius vmbra ardor iste inordinatus refrigeratur. Sub arbore ficu confusus se inuenerunt primi Parètes nostri, hos bestiales motus sentientes; sed sub hac arbore potius vitium hoc confunditur & subijcitur. Vnde multi in remedium aduersus hanc tentationem quotidie crucis memoriã faciunt, per aliquam antiphonam & orationem. Et de sancta quadam moniali legitur, quòd eam has turpes in se sentiebat cogitationes, aut motus, pollice signū Crucis super cor faciebat, & protinus fugiebat ab ea. Quare post multum tēporis à morte, & sepultura sua inuen-

Simile.

Psal. 136.

Exod. 17.

Exod. 17.

Matth. 17.



ingentus est pollex integer, & incorruptus, & supra cor eius inuenta est crux ad figuram floris illij composita. Opera pretium existimaui huic doctrinae etiam addere, quod sancti Patres docuerunt nos, & experientia testatur. Impossibile ferme esse multum communicantē, & familiariter se habentē cum mulieribus, castē vivere. Nan quantunvis sancta sit, si frequens fiat, periculosa valde est. In ore omnium sententia illa Diui Bernardi est, Maius aestimare miraculum, inter mulieres castē vivere, quā mortuum suscitare. Et Hieronymus in regula Monachorum tom. 2. dicit: Nemo miles pergit ad bellum cum vxore. Foeminae enim cum viris habitantes germinant spinas, nec inter scorpiones, & serpentes quis ingreditur securus. Et in secunda regula, vt refert De structorium vitiorum, parte. 3. cap. 1. dixit. Quod tentatio illa vehemens, quam in carne sua pertulit Paulus, ortum habuit ex hoc, quod in comitatu suo ducebat beatam Techlam pulcherrimā virginem; propter quod compulsus est eam à se dimittere. Hoc etsi non tantū veritatis habeat, prodest tamen ad confirmandam hanc veritatem, quod magnum periculum ad castitatem seruandam sit conuictus mulierum, quantunvis sanctarum. Multos enim vulneratos deiecit mulier, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea: Qui timet Deum, fugiet ab ea (ait Sapiens.) Hodie multi ex his, qui sanctitatem nimiam prae se ferunt, cum mulieribus frequentissimē tractant, vt eas sanctas efficiant. Hoc ergo est, ait Gregor. Regem Israël aduersus Amalechitas pugnare, praedicatorum contra hoc vitium verba facere. Et super illud: Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israël: Nota, quod Christo contigit id, quod populo alicui qui petit iudicem inquisitorem, vt inquirat de aliquo magno negotio, quod ibi accidit. Rex, & Senatus eius iudicē illuc decernūt, vt de negotio illo ad quod postulatus est, ab illo populo inquirat, addita tamen potestate, vt postquam illud finierit, alia negotia aliorum populorum tractet. Sic populus Iudaicus hunc Messiam sibi promissum indefessē postulauit: concessus est illi, & missus ad illum; addita tamen potestate, vt post illius populi negotia ad Gentes conuertendas, aliquando se transferret. Et

Bernard.

Hierony.

Proner. 7.

Gregor.

simile.

ideò postquam Iudaeis praedicauerat; aliquando ad loca Gentium se transferebat, & ibi nonnulla negotia eorum tractabat, vel hanc Chanaanem, vel aliam Samaritanam conuertendo. Sic enim ait Paulus ad Rom. 15. Dico ergo Christum Rom. 15. Iesum ministrum fuisse circumcisionis, Gentes autem super misericordia honorare Deum. Quoniam Christus ministrare venerat populo Iudaeorum, qui circumcisione ab alijs distinguebatur: sed ex hac abundantia misericordiae etiam Gentibus aliquando per se praedicauit, & postea plenissimē per Apostolos suos. Quemadmodum mulier, quae plurimum habet lactis in mammillis, non solum filium suum, sed & alienum lactat. Vbera Christi, quae sunt viscera misericordiae plena (de quibus Sponsa dicebat: Quia meliora sunt vbera tua vino) adeò plena, & exuberantia veniebant, vt non solum filijs suis, qui erant Israelitae, sed etiam alienis, quales erant Gentes infideles, lac suae doctrinae ac misericordiae porrexerit. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Chrysostomus ait hic, quod se gessit Dominus cum hominibus, sicut famosus quidam medicus, qui antequam pericia suae artis manifesta fiat, gratis curat aegrotos. Caeterum postquam iam cognita tanta eius sufficientia est; magno pretio suas operas venit. Sic Christus Dominus in mundum veniens, vt sapientiam suam ostenderet, gratis omnibus beneficia praestabat; at postquam iam cognitus erat, magni aestimabat artem suam: volebat enim, vt maxima fide à se emerent operas suas. Nam & dicebat: Sicut credidisti, fiat tibi, hoc est, sicut mihi soluis, ita operas meas tibi impendo. Et quia magnum pretium contulit hae mulier (quoniam magnam fidem illi praestitit) ideò dixit illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Cum Helisaeus Propheta morti proximus erat, venit ad eum Rex Israël, & dixit illi Propheta, vt sumeret arcum cum sagittis, & eas iaceret contra Syriam. Fecit id Rex Israël tribus vicibus, & interrogauit eum Propheta, quoties iecisset sagittas contra Syriam. Respondit Rex: Ter. Et Propheta: Viuit Dñs (ait) si septies id fecisses, septies percussisses Syriam, nunc autē ter percuties eam. Prima quidē gratia gratis nobis conceditur à Deo, nullis in nobis praecedentibus meritis.

Rom. 15.

simile.

Cant. 1.

Chryso.

simile.

Matth. 8.

4. Reg. 13.

meritis. Caeterum augmentum gratiae ad mensurā tuae dispositionis, ac meriti datur, si enim te disposueris, vt tres, tres tibi gradus gratiae augebuntur, si vt septē, septem. Vnde quibus Deus hae beneficia impendebat, dicebat: Fiat tibi sicut credidisti. Quoniam si plūs fidei ac meritorum habuisses, plūs tibi tribueretur. Sed quoniam huius mulieris fides magna fuit, ad mensuram eius tribuitur quod petit. O mulier, magna est fides tua! Quoniam ita arcum extendisti, fiat tibi sicut vis. Solent animalia magna, atque ferocia rebus se minimis subdere, atque eas timere. Nam leo, de quo Sapiens ait, quod est fortissimus bestiarum, muri se subiecit, & illū timet, & elephas mustellam. Sic leo iste fortissimus de tribu Iuda, huic catellae se subiecit, dicens. O mulier, &c. Quoniam te catellis comparasti, hac tua tanta humilitate vixisti me: fiat tibi sicut vis. Et cum transisset inde Iesus, venit sicut mare Galilea. Et ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turba multa, habentes secum mutos, caecos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turba mirarentur, videntes multos lequentes, claudos ambulantes, caecos videntes, & magnificabant Deum Israël. Litera clara est. Spiritualiter autem multi sunt illi, qui corpore & mente tacentes sunt, sicut muti à Dei laudibus, de quibus dicitur Ezechiel. 3. Eris mutus, nec quali vir obiurgans. Claudisunt, qui vno pede rectē ambulant, & alio, quia curtus ac breuis est, claudicant. Hi sunt qui fidem habent sine operibus, in via Dei vno pede ambulantes per fidem, & alio curto claudicantes per prauam operationē: quibus. 3. Reg. 18. 3. Reg. 18. dicitur: Vsq̄quod claudicatis ad vtranque partem? Nam per fidem videntur accedere ad Deum, & per prauam operationem separantur ab eo. Quibus & Paulus dicit: Qui verbis consententur se nosse Deum, factis autem negant. Caeci etiam sunt qui aberrant à via Dei, quibus Esai. 59. dicitur: In tenebris ambulauimus, ac palpauimus, sicut caeci ad parietem, & quasi absque oculis attrectauimus. Debiles autem sunt, qui toto corpore imbecilles sunt, ex defectu virtutis operatiuae. Hi sunt qui ex deuotionis defectu debiles spiritu sunt, negligenterque, ac tepidē opera Dei exequuntur, quibus dicitur: Maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter. Tom. II.

Matth. 8.

simile.

Proner. 30.

Moralitas

Ezech. 3.

3. Reg. 18.

Tit. 1.

Esai. 59.

Hiere. 48.

Et. 2. Reg. 4. Miphiboseph, qui interpretatur vir confusionis, erat debilis pedibus: quoniam peccatores, qui coram Deo, & hominibus in die iudicij confundendi sunt, & fide & operibus debiles sunt. Vnde per Malachiam cap. 1. dicit Dominus: Si offeratis caecam ad immolandum, nonne malum est? Tunc oblationem caecam offerimus Deo, cum absque vlla attentione opera eius exequimur, hoc est, cum in laudibus eius, aut oratione, absque attentione animi ad id quod facimus, sumus; imò nec intentionem fugimus in illud opus bonum, sed consuetudine ducimur, & rapimur ad ea. Et si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? Claudam offerimus oblationem, cum solo corpore cultui Dei assistimus, voluntas autem longē ab illo est. Languida oblatio ea est, quae absque deuotionis spiritu offertur, & quando hae deuotio in maioribus reperitur, conqueritur Dominus per Esaiam, dicens: Omne caput languidum. Sanauit etiam alios multos: quoniam (vt Lucas cap. 6. refert) virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Vt adimpleretur quod Psalm. 102. dicitur: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Hoc est, totum te circumdat, & corpus, & animam operibus misericordiae, quae in te operatur. Iesus autem, conuocatis discipulis suis, dicit: Misereor turbae: quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducant, & dimittere eos nolo ieiunos, ne deficiant in via. Misericordia proprie est passio animi, & est tristitiae species; condolentia, scilicet, alienae miseriae, velut propriae. Sicut autem in Iesu fuit timor, & tristitia, ita fuit misericordia, ad verificandum verum animum humanum in ipso. Et dicunt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. Et cepit turba vt discumburent super terram. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo, & comederunt omnes, & saturati sunt, & quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum, extra paruulos, & mulieres.

2. Reg. 4.

Malach. 1.

Esai. 10.

Luc. 6.

Psalm. 102.



Moralitas Summa huius miraculi est, quod Christum sine cere querentibus, & in uocatione sua perseuerantibus; nunquam defutura sunt vitæ necessaria, qui tantam turbam paut, etiam non requisitus de cibo; imò qui omnes homines tam bonos quam malos pascit quotidie, nec nunc deleret credentes, diligentes, & sperantes in se. Hic igitur ipse factus docuit, quod Dauid uerbis expressit: Inquirentes (inquit) Dominum, non deficient omni bono. Item, Spera in Domino, & fac bonitatem. Reuela Domino uiam tuam, Nouit enim Dominus uiam immaculatum. Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Lege totum hunc Psalmum trigésimū sextum. Vult igitur Christus hoc miraculo docere, quod supra uerbis docuit: Primum querite Regnum Dei, & hæc omnia adijciuntur uobis. Primum hic obserua, quod Christus non uos panes creauit, sed panes multiplicauit. Habet enim Deus multa media, quibus suos pascit. Consuetum quidem medium, quo nobis uitæ necessaria dat, est labor manualis. Hoc enim medium ipse ordinauit, & instituit, cum dixit: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Hoc autem deficiente, habet Deus & alia media, quibus suis subuenire potest. Potens est enim Deus cibos creare, ubi prius nihil erat. Sic filijs Israel panes de celo dedit in deserto. Sic eisdem aquam de petra produxit. Sic Sansoni aquam dedit de dente maxilla molari asinina. Secundum potest & id quod modicum est multiplicare. Sic olim uidua Sareptana farinae auxit, ut per totum tempus sufficeret sibi & filio. Sic alteri uidua oleum in uase multiplicatum est, adeo ut inde omnia debita persolueret, sic Helisæus uiginti panibus centum uiros paut. Potest & Deus sine omni cibo corporali suos seruare. Sic enim Moysen quadraginta diebus conseruauit. Sic & Heliam. Hæc autem omnia ob id scripta sunt, ne statim diffidamus ac desperemus, si labore manuum nostrarum nos frustreretur, cum Deus etiam aliunde posset nutrire sperantes in se. Sed dicis: Scio quod possit Deus, sed an uelit hic dubito. Considera igitur præsentem historiam, & uidebis, quod etiam uelit. En uides quod tracentibus omnibus, Christus ipse de cibus uerba facit. Quod quid aliud indicat, quam ipsi curam esse de nobis? Id quod etiam uerbis exprimit, dicens: *Miseret me turbam.*

Psal. 36.

Exod. 16.

17.

Jud. 15.

3. Reg. 11.

17.

4. Reg. 4.

Exod. 24.

3. Reg. 19.

Præterea addit: *Nolo eos dimittere ieiunos.* Quid hoc aliud est, quam uolo eos nutrire? Ad hoc facit & illud, quod non semel tantum, sed bis turbas paut, ut nimirum ostenderet se etiam suos corporaliter nutriturum. Non igitur abs re Dauid dicit: Dominus sollicitus est mei. Et Petrus: Omnem sollicitudinem uestram projicientes in eum: quoniam ipsi cura est de uobis. Imò Christus ipse: Nolite (inquit) solliciti esse quid manducabimus, &c. Scit enim Pater uester, quia his omnibus indigetis. Vides omnia hæc eo tendere, ne Deo diffidamus. Neque abs re Scriptura tantopere diffidentiam hanc excludere conatur. Quid enim non malorum hæc diffidentia gignit? Vnde obsecro tot meretrices, fures, latrones, mendacia, fraudes, imò uide ipsa auaritia ortum habet? nisi ex hæc diffidentia. Econtra quid non bonorum secum adfert, quæ ab integra fide, & charitate proficiscitur uera in Deum fiducia? Hinc enim Dei amor, oratio, pia gratiarum actio proficiscuntur. Hanc igitur fiduciam hæc historia nobis persuadet. Tertio uides hoc exemplo Apostolorum, quam ardua res sit Deo fidere, maximè cum omnia desperata uidentur. Id, inquam, ex Apostolis discere licet. Neque enim ipsi suas infirmitates, & imperfectiones scribere uerentur. Viderant, inquam, Christum e quinque panibus satiasse quinque millia hominum, neque multum temporis intercesserat, & tamen nunc in præsentia necessitate constituti, non recordantur eius miraculi, imò quasi nihil unquam tale uiderint, impossibile iudicant in deserto loco tot homines pascere, id enim uerba ipsorum indicant. Hæc autem est natura tentationis, quod aufert memoriam præteriorum beneficiorum. Sic nobis contingit. Quis enim nostrum est, qui si vitam ante actam recogitet, non dicat? En tantopere Deus me paut, ab hoc periculo eripuit, à tali homine præseruauit, ad hæc bona puenit, &c. Omnes hæc dicimus, & tamen in præsentia necessitate constituti omnium præteriorum obliuiscimur, ac trepidamus, quasi nunquam nihil boni receperimus à Deo, ut merito nobis dici possit illud, quod olim Iudæis dictum est. Usquequò non credet mihi populus iste? Si hætenus te paut, ut ipse fateris, cur nunc dubitas? Si in omni uita transacta Deum bonum expertus es, cur nunc in præsentia necessitate, cum tyrannum iudicas? Cur non ei hunc

Psal. 39.

1. Pet. 5.

Matth. 6.

Marth. 4.

81. 3.

Num. 14.

8. 2.

hunc honorem tribuis, quod bonus sit? Putas ne in punè seres, quod tam indigna de Deo sentias? Qui nihil non agit, ut bonus agnoscat. An non grande peccatum est, Deum crudelem iudicare, cum omnia eius, & uerba, & facta clamant eum bonum esse? An non hoc est Deum quasi blasphemare, & mendacem facere? Igitur ideo præsentia mala immittit Deus, ut admo-neat præteriorum beneficiorum, ut sic ex præteritis beneficijs discamus sperare etiã præsentia. Qui in multis adiuuit, in uno non relinquet. Ad momentum (inquit) dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Quarto obserua, quod Christus tantum bis corporaliter paut turbas, ut ex præcedenti, & præsentia capitibus patet, sæpè numero autem spiritualiter, pane uerbi sui. Quo nimirum ostendit se magis propter animarum, quam corporum salutem aduenisse, simul & nos docens, maiori cura querendum esse panem animæ, quam corporis. Neque enim in solo pane uiuit homo, &c. Verbum Dei etiam sine pane externo potest utranque uitam conseruare, cum interim panis corporalis sine fide, & uerbo sumptus, nec corporis uitam diu seruare possit. Et hæc est allegoria huius miraculi, addendo, quod Christus bis turbas cibauit, sed primò quinque panibus, nunc autem septem. Duobus enim modis nos Deus spiritualiter pascit. Lege & Euangelio. Quinque panes hordeacei significat quinque libros Moysi. Sicut enim hordeum tuum quidem medullam habet scabro operam te torio; sic Moysi Lex sensum habet spiritualem, sed figurarum inuoluerò reatum. In Nouo autem testamento septem panibus nos pascit, qui sunt septem Sacramenta, præcipue Sacrosanctum Eucharistia, de quo dicitur quod est panis uitæ. Et Dauid: Adipe frumenti satiat te. Et alibi: Panis eor hominis confirmet. Hic est enim panis quem quotidianum, & supersubstantialè in oratione Dominica quotidie poscimus, ad confirmandas, & corroborandas animas nostras. Et hæc septem Sacramenta sunt illa septem spica uberes, & pulcherrimæ onusta granis, quæ detiorauerunt alias septem tenues, & uerdine percussas, & simul Egyptum, & uniuersum orbem, cum famès premebat frumento eptimo satiasserunt. Septem enim Sacramenta Ecclesiæ gratiam continent, & ea quasi granis onusta sunt (cum tamen in-

Psal. 54.

Psal. 147.

Psal. 113.

Gen. 40.

Tom. II.

tiqua uasa uacua fuissent) & hac gratia animas faciant, quæ à tempore Legis ueteris fame peribant: quoniam illa Sacramenta ueteris Legis erant infirma, & egea elementa (ut ait Paulus) nec satiare poterant: quoniam neminem ad perfectum adduxit lex. Et simul spicas tenues deuorant: quoniam uitia comprimunt, & adiuuant infirmitatem nostram. Vides igitur, quod Christus est is, qui corporaliter & spiritualiter pascit. Gustate igitur, & uide te quoniam suauis est Dominus, beatus qui sperat in eo, &c. Aduerte etiam quod cum discipulis consilium sumit de cibus horum hominum, ut nos doceret ab alijs debere consilia capere, ne in nostris actionibus erremus: cum ipse, qui magni consilij Angelus est, ad nobis præbendum exemplum id fecerit, nec despiciendus est aliquis qui utiliter consulere possit. Vnde Ecclesiast. 32. dicitur: Fili, sine consilio nihil facias. Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te. Moyses cum edoctus à Deo esset, tamen à Iethro socero suo consilium accepit. Et Proverb. 2. dicitur: Salus est ubi multa consilia, & qui sapiens est, audiet consilium. Plato etiam ad Demodorum ait: Vulgò dicitur, consilium res sacra est. Et si tanto honore digni habentur, qui regi sunt à consilijs, quanto magis Apostoli quos ipse Deus consulebat? In hoc etiam ostenditur Dei prudentia, quæ illas tres includit, quas Plato in diuersos diuidebat. Nam primam, quæ ad summam arcem celi pertinebat, summo Ioui tribuebat. Secundam quæ ad motum celi pertinet, quo generabilia sunt, secundis dijs, nempe Angelis dabat. Tertiam in hoc orbe sublunari, in quo uiuimus, demonijs, id est, spiritibus scientificis. Nos autem horum omnium prudentiam Deo concedimus primitus; causis autem secundis illæ primæ subordinatis secundarios aliquos effectus tribuimus. Vniuersalis autem omnium rerum prudentia, in Deo ipso est: quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit in celo, & in terra. Et idem Psalmista ait: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. *Miseret super turbam.* Hanc uerbis & exemplis semper docuit Christus suos. Hinc tanta cura in discipulos exarsit erga pauperes, ut cum mitterent aliquos ex eis ad prædicandum,

Galat. 4.

Heb. 7.

Psal. 33.

Eccles. 32.

Plato.

Psal. 137.

Psal. 144.

Galat. 2.



curam pauperum maximè commendabant eis, sic enim cum Paulo, & Barnaba fecerunt, dantes eis dexteram societatis ad prædicandum Euangelium, tantum ut pauperum memores essent. Hinc illa vox Pauli, 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et illa: Ego autem libentissimè impendam, & superimpedat ego ipse pro animabus vestris. Et si dimisero eos ieiunos, deficient in via: quia ecce iam triiduo susinet me. Illos qui ambulabant viam trium dierum ad sacrificandum Domino cum populo Israël, illos, inquam, pascit Deus Mannâ suo. Viam enim trium dierum petebat Moyses à Pharaone pro populo Dei, ut sacrificarent Domino. Hæc autem via trium dierum includitur in tribus partibus penitentia, nempe in contritione, confessione, & satisfactione. Hanc qui ambulauerit, cibabitur Mannâ illo celesti, hoc est, vero corpore, & sanguine Christi. Ne deficient in via: quoniam Sacramentum illud etiam viaticum est, & confortat ad peragendum iter: quemadmodum Helias in fortitudine cibi, qui sibi ab Angelo præparatus est, ambulauit vsque ad montem Dei Creb. Quidam enim ex eis, de longè venerunt. De longè veniunt peccatores ad Christum: quia longè à peccatoribus salus. Et abeunt in regionem longinquam cum filio prodigo. Sed si post multa flagitia commissa hanc viam trium dierum ambulant, & ad eum conuertuntur: iam sub cura sua, & in sinu suo suscipit eos. Nam in quacunque hora ingemuerit peccator, non recordabitur amplius Deus scelerum eius. Quod in filio prodigo, clare expressum est. Vnde Esai. 57. dicitur: Hæc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem, & sanctum nomen eius, in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, ut viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Creavi fructum laborum pacem ei, qui longè est, & qui propè dixit Dominus, & sanauit eum. Esto ergo humilis in oculis tuis, tu qui de longè venisti, & qui de propè, timeat, neque alta sapiat, & gratias agat. Vnde ergo nobis in deserto panes ut saturemus istos? Ecce imbecillitatem fidei discipulorum. Et ait illis Iesus: quæ panes habetis? Ecce exemplo suo nos docet, quomodo in mansuetudine suscipiendi sint imbecilles in fide. Nam & Basilus homil. 3. in Psalm. 14. docet, quod non est exprobrandum homini conuertenti se à peccato. Nec enim nouimus ynquam exprobrationem in utilitatem delinquentium assumptam esse. Et accipiens septem panes, & pisces, gratias agens fregit, & dedit discipulis suis. Gratias agit cum multiplicat materiam illam panum, in pauperum sustentationem, ut tu discas gratias agere Deo, cum inueneris occasionem benefaciendi pauperi: quoniam maius tibi ex hoc lucrum accersit. Quemadmodum Abraham cum tres illos Angelos in speciem virorum accepit, illos adorans inuitauit ad hospitium, dicens: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Vbi sic deprecabatur, ut illi ab illo gratias hospitij suscipere vellent, ac si ipsi potiùs gratiam illi præstitissent. Quod rei veritas est. Ita enim deprecatur, ac si ipse elemosynam in hoc esset accepturus. Et dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. Glossa interlinealis ait, quod spirituales scientiam tradidit eis, & per eos alijs. Vnde discere possumus illud Baruch. 4. Beati sumus Israël: quia quæ placent Deo, manifesta sunt nobis. Et comederunt, & saturati sunt. Ut sciamus, quod à Domino habeamus alimenta, & regramur ei, ne si pelsimè abutamur datis, indigni reddamur accipiendis, imò ipsis datis priuemur. Nam per Oleam Prophetam cap. 2. sic dicit Dominus: Populus hic non cognouit quod ego dedi eis frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei. Ideirò conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo. Quid est in tempore suo? Id est, cum iam maturæ erunt legetes, & vna, & oleæ, & magnam vobis fructuum suorum copiam promittant: tunc mitram grandinem, quæ destruat ea, ut ab ore vestro tanquam ab ingratis sumam cibum meum, quem vobis paraueram. Vnde subdit: Et liberabo sanam meam, & linum meum, quo operiebam ignominiam eius. Vbi nota quomodo verbo liberare vitur Deus, cum de lana, & lino agat sermonem. Quam obsecro patiantur, aut iniuriam, aut calamitatis miseriam lana & linum, quia eisdem promittit Deus liberationem? Nonne confusæ, & quasi capriuæ sunt vestes, quæ ad superbiam iactantiam, & ad impudicitiam fomentum ab hominibus multiplicantur? Nonne captiuum possidet vestimentum meretrix, & auarus? Et dimissa turba ascendit in nauticam, & venit in finibus Magedam. Statim post miracula

tracula edita Christus Dominus fugiebat turbam, quasi laudes humanas declinans, & eis terga vertens. Et venit in finibus Magedam. Marcus dicit in partes Dalmanutha: Nam vtrunque nomen habuit regio illa. Et plures codices Marci pro Dalmanutha Magedam legunt. Sic Glossa, & Lyra: licet etiam possemus dicere, quod vna pars illius regionis vocabatur Magedam, & alia Dalmanutha. Sicut in hoc eodem capite dicitur Dominum venisse in partes Tyri, & Sydonis, id est, locis propinquis ambobus, tam Tyri, quam Sydonis. Sic modò venit in partes, quæ proximæ erant Magedam, & Dalmanutha.

2. Cor. 11.

Exod. 5.

3. Reg. 19.

Psal. 118.

Luc. 16.

Exech. 18.

Esai. 57.

Basilus.

Genes. 18.

Glossa.

Baruch.

Oleam.

Ioan. 6.

Exod. 16.

tracula edita Christus Dominus fugiebat turbam, quasi laudes humanas declinans, & eis terga vertens. Et venit in finibus Magedam. Marcus dicit in partes Dalmanutha: Nam vtrunque nomen habuit regio illa. Et plures codices Marci pro Dalmanutha Magedam legunt. Sic Glossa, & Lyra: licet etiam possemus dicere, quod vna pars illius regionis vocabatur Magedam, & alia Dalmanutha. Sicut in hoc eodem capite dicitur Dominum venisse in partes Tyri, & Sydonis, id est, locis propinquis ambobus, tam Tyri, quam Sydonis. Sic modò venit in partes, quæ proximæ erant Magedam, & Dalmanutha.

Iesu, si certò constaret nobis, te illum esse verum Messiam, quem Propheta promiserunt: quia ergo vides nos tuæ doctrinæ sitientissimos, dociles, & promptos auditores, age, erudito, & doceto nos. Hactenus licet per te multa edita sint signa in his locis inferioribus, dum cæcis reddidisti visum, mutis loquelam, & claudis gressum rectum ac solidum, dum dæmoniacos liberasti, paraliticos curasti, paucis panibus multa millia satiasisti, aliaque huiusmodi: omnia tamen quæ vidimus, signa terrena sunt, & hæc aguntur in infimo mundo, propter quod signis aliquot supernaturalibus, & de cælo petitis, aut in aère expressis, ostende te illum esse quem multi credunt, & quæ videri vis. Age dum, huiusmodi signis confirmas mentes nostras, ut credamus tibi; hoc præstitit noster Moyses, qui de cælo fecit descendere Mannâ, hoc Helias quæ ignem. Hæc autem petitio, præter malitiam, quam præ se ferebat, arguebat etiam infidelitatem eorum, ut potè qui ad credendum tot signa poscebant: satis enim debilis est qui sine baculo ambulare nequit, & tenuem visum habere arguit, non posse videre absque conspicijs: sic maximam imbecillitatem fidei arguit, absque signis, & his maximis nolle credere. At ille respondens ait eis: Facto vespere, dicitis, serenum erit, rubicundum enim est cælum: & mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli iudicare nobis, signa autem temporum non potestis. Id est dicere, cum aduenit vespere ex inspectione dispositionis cæli, siue aëris conijctis, & prognosticamini futuram esse serenitatem, quod ex rubeidine cæli conijctis: quoniam videlicet tanquam ignem, & ad modum ignis rubicundum apparet cælum, quod solet esse futura serenitatis naturale indicium. Rursus mane facto ex rutilatione cæli prognosticantes quod futurum est, dicitis, Hodie tempestas erit, quoniam cælum videtur rutilare, siue rubere, sed cum tristitia, & obscuritate, vnde colligitur nubes esse in aère aquosas, aut densas, quæ ubi soluentur, tempestatem facient, pluuiam, aut ventos, aut alia huiusmodi, iuxta temporis conditionem, aut qualitatem nubium: atque ita ex his tenuissimis indicijs fallibilibus, ac parum certis potestis quod nondum est, sed adhuc futurum est, prænoscere & prædicere antequam veniat. Faciem etiam cæli, id est, dispositionem aëris nobis

Cap. X V I.



Accesserunt ad eum Pharisæi, & Saducei tentantes eum, & rogauerunt, ut signum de cælo ostenderet eis. Malitiosè hoc signum ab eo postulabatur, sicut supra post multiplicat

tionem quinque panum apud Ioannem conferentes miraculum illud cum illo quod fecit Moyses, cum pluit illis Mannâ ad manducandum de cælo: extenuabant id quod Dominus fecerat, petentes etiam tunc signum aliquod de cælo: ita verisimile est, & nunc hos Pharisæos audita fama miraculorum Christi, & signanter huius, quod in calce præcedentis capituli retulit Euangelista, de multiplicatione alia facta septem panum, cæleste aliquod signum ab illo petisse quo potestatem suam cælestem declararet, & se esse verum Messiam, ut si tale edere non posset reliqua omnia miracula eius calumniarentur, tanquam non diuina, & ex hoc occasionem sumerent omnia sua miracula extenuandi, & nihili pendendi, maximè hoc vltimum, quod iam celebre habebatur, & ut quidam recens Doctor insinuat, sic imaginamur Pharisæos ad eum accessisse, dicentes.

Salve Nazarene. Nos miro tenemur Messia desiderio, & multis iam annis ipsum expectamus, nec aliud perinde habemus in votis quam Messia aduentum, idèd prorsus te non grauamur recipere, o



sic diiudicare: si ergo ex tam facilibus iudicijs, quae futura sunt conijctis, quomodo ex tam efficacissimis, & apertissimis argumentis, quae ex tantis, & tam magnis signis factis sumi possunt, non valent colligere quis sim ego, aut vnde venerim, & quale sit hoc tempus novum, & insolitum, quod tamis fulget miraculis, & gaudet beneficijs? Tempus utique gratiae, & visitationis vestrae longè ab alijs seculis distans. Ex his proculdubio certè conijcere poteratis me esse verum vestrum Messiam: quare qui his signis credere non vultis, ne nunc quidem crederetis, etiam si de caelo signum vobis ostenderem. Hoc sic intelligit Divus Hieronymus, de signis, scilicet, primi aduentus. Faciem (ait) hoc est, dispositionem caeli nostris diiudicare ex observata consuetudine fallaci, ita ut discernatis quae dispositio caeli sit signum serenitatis, & quae pluviae ac tempestatis, & non potestis ex Scripturis infallibilibus discernere, & cognoscere signa temporum, quae vobis promissa sunt, hoc est, advenisse iam vobis Messiam expectatum, neque eum esse. Chryso- stomus verò, & post eum Theophylactus per signa temporum intelligunt signa vtriusque aduentus Christi: & signa quidem primi aduentus deberent fieri in terra: secundi verò in caelo, ut sit hic sensus. Sicut in caelo aliud cognoscitis esse serenitatis signum, aliud pluviae: ita si sapientes essetis, de me cogitare deberetis, quod alia sint signa huius aduentus, & alia futuri. Nunc opus est miraculis in terris, quae verò de caelo fient, usque in illud tempus reservabuntur, quando veniet filius hominis in maiestate sua, quando Sol, & Luna obscurabuntur. Nec abscondita huic nostrae lectioni haec Chryso- stomi interpretatio, ubi legimus: Signa autem temporum non potestis, supple, diiudicare. Hieronymi autem interpretatio ob id alijs praeferenda videtur: quoniam consentit alteri simili loco, qui apud Lucam est cap. 12. ubi similia Dominus obijcit tur- bis, dicens: Hypocritarum faciem caeli & ter- rae nostis probare, hoc autem tempus quo- modo non probatis? Signa autem tempo- rum, de quibus Dominus secundum hanc interpretationem loquitur, sunt, vel mi- racula quae Dominus edidit: nam secun- dum Esaię vaticinium demonstrabant ipsi esse Christum; nam ille dixit de temporibus Messiae: tunc aperiuntur oculi caeco- rum, & aures surdorum patebunt; tunc

Hierony.

Chry-
stophil.

Luc. 12.

Esai. 35.

saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: & alia similia: atque his operibus responsum dedit Dominus supra cap. 11. discipulis Ioannis interrogantibus, an ipse esset Christus. Ite, & dicite Ioanni quae audistis, & vidistis. Caeci vident, &c. signa aduentus sui proferens. Vel genera- lius signa temporum sunt omnia Prophe- tarum iudicia, & oracula, quibus signifi- cabatur tempus Messiae, inter quae praeter miracula à Messia edenda, sunt & alia, nempe finis Hebdomadarum Danielis, Tran- slatio sceptri Iudaici ad alienigenas, & id genus alia. Quare in textu Graeco vocat hy- pocritas hos Phariseos, eò quod simulant se cupere scire, an esset Messias, cum ta- men id ex operibus eius clarè coniectare possent.

Matth. 11.

Dani. 9.

Gene. 49.

Calet.

Hierony.

Aug.

Moralitas

Caletanus aliter interpretatur hunc lo- cum legens sic. Hypocritarum faciem quidem caeli diiudicare nostis, signa autem tempo- rum non potestis scire, & sic legit Hiero- nymus, hoc est dicere: Ex praecedentibus signis didicistis diiudicare futuram pluviam & serenitatem, & signa praesentia tempo- rum Messiae non solum nescitis, sed nec potestis scire ob vestram malitiam: nam sig- na temporum Messiae certiora & clariora erant, quam signa pluviae, & serenitatis: quare omnino inexcusabiles erant, & haec etiam bona est interpretatio. Divus Au- gustinus libro. 1. de quaestionibus Euange- liorum mysticè ferè hunc locum interpre- tatur, dicens: Sicut ex vespertina rubecine caeli colligitis serenitatem; ex matutina ve- rò tempestatem: ita ex sanguine passionis meae in vespere mundi effuso intelligere deberetis peccatorum indulgentiam homi- nibus oblatam, & e contra ex tristis rube- dine ignis praecessuri aduentum Domini, horridam novissimi diei tempestatem con- tra peccatores. Vel dic tu sic: quod sicut ru- bedo caeli in mane signum est tempesta- tis in vespere, & rubedo caeli in vespere sig- num est serenitatis in mane; ita effusio san- guinis Christi in circuncisione, quae fuit mane, signum existit profusionis ac tempe- statis eiusdem sanguinis, quae futura erat in vespere vitae Christi: effusio tamen illa, quam in sacrificio vespertino fecit in cruce, fuit signum serenitatis, quam in die resurre- ctionis accepturum erat corpus eius. Quod si naturalem rationem horum signorum scire cupis, scito hanc esse quod nubes densa ta- ctæ Sole obliquo, qualis est qui iam occidit, nigritiem

nigritiem praesferunt: quae ergo rubicun- dae sunt, non sunt adeo opacae & densae, sed penetrantur lumine quapropter in die posterum nullum indicant tempestatis ap- paratum, serenitatem ergo promittunt. Cui verò oriente sole, triste hinc inde & nubi- losum se exhibet caelum, plerumque solent ad primum orientis solis occursum dispergi nu- bes, quae tamen si densae sunt, quales cum triste caelum est, non dissipantur, sed excepti per eas radij solis videntur rutilare: postre- mo verò vesperi cum sol cum quo tota die sunt colluctatae, languescit, cõcurrunt, den- santur fiuntque imbres.

Moralitas

Matth. 12

Simile.

Philip. 3.

Deuter. 32

Simile.

Et adverte, quod in hac malitia aduersus Dominum Saducaei, & Pharisei simul con- niunt, cum tamen inter se in opinionibus dissiderent. Haec est enim haereticorum con- ditio, quod quantumvis inter se contrarijs sententijs digladiantur, tamen aduersus Ecclesiam omnes conveniunt, sicut vul- pes ille Sansonis in caudis vnitae erant qui- bus segetes incenderunt, sed facies erant diversae: singulari enim ad suas foueas ire contendebant. Sic haeretici, ut haeredita- tem Dei inflament, uniuntur, licet quilibet suam opinionem, & suum commodum qua- rat. Vnde & addidit Dominus dicens eis. Generatio mala & adultera signum quatit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae. Haec eadem verba supra capite. 12. eisdem dixit, ut intelligamus ea quae ad uti- litatem & correctionem pertinent saepius repetere, non esse Batalogiam, hoc est, in- utilem repetitionem, sed potius utilisimam. Nec enim qui artem pingendi alium docet, semel tantum dicit ei, hic ducere lineas de- bes, sed multotiens idem refert: sic qui ar- tem bene viuendi, alterum docere nititur, saepius eadem repetere non pigeat. Vnde & Paulus dicebat: Eadem vobis scribere mihi non pigram; vobis autem necessarium. Duplici ratione siquidem vocat eos gene- rationem adulteram. Primo, quia genera- tio est recedens à Deo legitimo marito, quemadmodum in Cantico à Moyse dicitur Deuteronom. 32. Haecine reddis Do- mino, popule stulte & insipiens? Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Do- mini Creatoris tui. Quomodo enim adultera mulier dicitur quae virum legitimum, cui semel est desponsata, deserit; sic generatio ista rectè dicitur adultera quae Deum ma- ritum legitimum cui adhærere deberet, & cui olim in legis susceptione desponsata

fuit, derelinquit. Altero modo dicitur ge- neratio adultera, id est, filij adulterini, fi- lij nothi, paternae probitatis haud quaquam imitatores, & à paternis moribus dege- neres. Atque ita comparatio debet fieri ad probos patres, nempe priscos illos Patriar- chas Abraham, Isaac, & Iacob, & qui ho- rum fuerunt imitatores, Samuel, David, Eze- chias, Esaias, & horum plerique consimi- les. Horum autem comparatione dicun- tur adulterina generatio & nothi filij, cum respectu aliorum quorum sunt in malicia imitatores, non adulterini hoc modo dicun- tur filij. Vnde alibi à Ioanne Baptista appel- lantur genimina viperarum, vel progenies, comparatione, videlicet, ad similes ipso- rum patres malos, de quibus aiebat Domi- nus. Quem Prophetam non occiderunt patres vestri? Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Nisi signum Ionae pro- phetae. Per quod intelligit miraculum Re- surrectionis, quod signum dicitur Ionae: quia in Iona abortio à pisce cete, ac post triduum saluo euomito praesignatum. Sed quoniam sententia haec supra explicatus, dicta est à Domino, capit. 12. & tamen nos properantes ad ea quae mores attingebant, eo quod Euangelium illud in quadam quar- ta feria Quadragesimae praedicaretur, bre- uiter illam explicauimus, operae pretium duxi in hoc loco diutius in ea immorari. Dominus sic ibi dicit: Generatio mala & adultera signum quatit, & signum non dabitur ei signum Ionae prophetae: sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit, & filius hominis in corde ter- rae tribus diebus, & tribus noctibus. Et pri- mo adverte, quod per cor terrae, vel signifi- catur sepulchrum Christi, vel potius infer- nus in quem descendit anima eius protinus atque à corpore soluta est: nam, ut ait Hieronymus, infernum esse in corde terrae, id est, in medio terrae, omnes perhibent. Et secundo declarandum est, quomodo intel- ligendum sit Christum Dominum fuisse tri- bus diebus, & tribus noctibus in corde ter- rae, ex quo simul apparebit quomodo Iona fuerit eodem tempore in ventre ceti. Difficultas autem in eo est: quia cum Do- minus post horam nonam diei Veneris sepultus fuerit, resurrexit autem mane diei Dominicae; inuenimus in hoc tempore tres dies, licet non integros, saltem ut vo- cant, partiales, nempe partem extremam diei Veneris, & totum diem Sabbathi, &

Luc. 3.

Matth. 23

Hierony.



partem primam diei Dominicae, sed non inuenimus tres noctes, nec totales, nec partiales, sed tantum duas, nimirum noctem quae praecessit diem Sabbathi, & quae praecessit diem Dominicam: non igitur apparet quomodo fuerit Dominus tribus noctibus in sepulchro, vel in inferno. Quam sit perplexa, & implicata haec difficultas, declarat varietas opinionum circa eius solutionem.

Primò victus difficultate quaestionis Paulus Nidel Burgensis in secunda parte summæ Paulinae, lib. 1. & lib. 2. ait, Christum fuisse in sepulchro tres dies integros, & tres noctes, sed non constare ex Euangelij, aut Christum mortuum esse feria sexta, aut Resurrexisse die Dominica: tantum constat diem mortis fuisse Parasceuem, quod potest intelligi de vigilia Paschæ, & ita dicemus mortuum fuisse feria quarta, & Resurrexisse die Dominica, & mansisse tres dies, & tres noctes integras in sepulchro. Nec constat, diem Resurrectionis fuisse Dominicam, sed tantum fuisse vnam Sabbathorum. Dicamus ergo Resurrexisse eum die lunæ, & mortuum die Veneris. Verum contra hoc est, quod & ex Euangelij, & ex traditione Apostolorum, & vsu vniuersalis Ecclesiae certissimum est, & diem Passionis fuisse feriam sextam, & diem Resurrectionis Dominicam.

Secunda opinio est Ioannis Feri, sermone 9. de Dominica Paschæ, ubi hanc docet solutionem: Christum fuisse tribus diebus, & tribus noctibus, non actu, & re vera, sed secundum exillimationem discipulorum, quippe qui non crediderunt ipsum Resurrexisse nisi vsque ad vesperam diei Dominici, sicut ait Ioann. cap. 20. Cum sero factum fuisset die illa: & vsque ad illud tempus putarunt discipuli ipsum fuisse in sepulchro, sed friuola est solutio: Dominus enim simpliciter loquitur se futurum tribus diebus, & tribus noctibus in sepulchro, & alioquin non bene accommodaretur figura Ionæ.

Tertia opinio est, Gregorij Nizeni oratione prima, de Resurrectione Domini, & Theophylacti super. 28. cap. Matthæ. dicentium tempus sepulture Domini computandum esse à nocte feriae quintæ, cum Christus instituit sacramentum Eucharistiae, in quo cum seipsum inuoluerit sacramentaliter significauit se esse tanquam mor-

tuum. Sed per se manifestum est valde extortam, ac molestam esse hanc interpretationem.

Quarta est, Eusebij Emysseni, & Caietani super. 12. caput Matthæi qui computant tempus huius tridui ab eo tempore, quo Christus captus est à Iudæis in horto: tunc enim iam haberi poterat pro mortuo, vnde dixit Dominus illis: Haec est hora vestra, & potestas tenebrarum, sed non possunt isti applicare illud, In corde terræ, quo modo fuerit ibi.

Quinta est Euthymij diectis, Christum, quidem praedixisse se futurum in sepulchro per tres dies, & tres noctes, postea tamen anteuertisse tempus hoc à se praedictum. Nam cum ad complendum hoc tempus oportuisset spectare noctem quae sequebatur diem Dominicam, vt sic transacta essent tres noctes, voluit tamen resurgere manè diei Dominicae: quia Iudæi constituerant custodire sepulchrum per tres dies vsque ad occasum solis diei Dominicae, sequenti verò nocte remouere custodiam à sepulchro; si autem Dominus expectasset noctem illam ad resurgendum, in qua Iudæi non custodiebant sepulchrum, fuisset suspecta illius resurrectionis, & probabiliter potuissent dicere Iudæi, quod falsissimè dixerunt, discipulos eius furatos esse corpus: quia tunc nulli essent custodes. Igitur vt hanc calumniam praescinderet, anteuertit tempus constitutum surgens manè diei Dominicae. Sed nullo modo probanda est haec interpretatio, seu fictio Euthymij. Primò, quia facit praedictionem Domini mendacem, & inanem figuram Ionæ, & arguit Christum mutasse sententiam ex accidenti; quasi verò Christus cum praedixit tempus illud trium dierum, & trium noctium, non sciuisset quid acturi erant Iudæi circa custodiam sepulchri, & secundum illud constituere tempus suae sepulture.

Sexta opinio, quae commemoratur à Hieronymo in Commentario huius loci, & ab August. lib. 3. de consensu Euangelistarum, capit. 24. & à Theophylacto super. 28. cap. Matthæi, & videtur esse opinio Beati Hilarij in Canone ultimo in Matthæum, quae talis est: Re vera Dominum esse mortuum, vel secundum animam in inferno per tres noctes, verum tamen loco primae noctis, debere accipi tres illas horas tenebrarum, quae factae sunt in morte eius ab hora sexta, vsque ad nonam, vt mem-

4. Opinio Eusebij, Emysseni, & Caiet.

5. Opinio Euthymij.

6. Opinio Hilarij, Hierony. August. Theophil.

rant Euangelista, quae tanta fuerunt, vt dies penitus obscuratus similitudinem mortis inferret. Quae opinio exiguum habet probabilitatem meo iudicio. Primò, quia illa obscuritas tenebrarum non potest verè dici nox nisi per similitudinem, & ita Dominus esset vsus vocabulo noctis equiuocè: nam aliae duae noctes sunt verae noctes. Deinde quia non ita certum est, Dominum mortuum esse durante illo termino tenebrarum, sicut haec opinio pro certo sumit.

Septima opinio, & probabilior prioribus est: tres dies, & tres noctes eo loco significare tres dies naturales, id est vnumquemque viginti quatuor horarum, non fuisse tamen integros illos tres dies, sed, vt ita dicam, partiales, & per figuram Synedochen, quae nomen totius accipit participans aliquam eius partem, & ita verum est, fuisse tres dies, & tres noctes Dominum in sepulchro. Hunc sensum accipit D. Hieronymus praeter ceteros omnes in Comment. super hunc locum Ionæ, & August. lib. 3. de Consensu Euangelistarum, cap. 24. lib. 4. de Trinitat. cap. 6. & lib. 3. de doctrina Christiana, capit. 35. & Epistola. 49. & Ioannes Cassianus lib. 5. de Incarnatione Domini. Beda in Homelia feriae quartae post primam Dominicam, Quadragesima. D. Thomas. 3. part. 9. 51. artic. 4. Denique est ferè communis opinio, & hanc etiam nos supra capit. 12. tanquam veram docuimus. Nihilominus perspicacius re. inspecta, hoc mihi se offert argumentum contra hanc sententiam, & est illud quòd à principio proposuimus. Vt aliquid verè habeat appellationem totius per Synedochè, debet aliquid aliquam eius partem habere: sed illud triduum sepulture Domini habet quidem partem trium dierum naturalium, sed non habet nisi duas noctes, nec tertiae noctis partem vllam habet, ergo. Verum pro defensione communis sententiae responderi potest, Christum Dominum, per tres noctes, & tres dies non voluisse significare distinctè tres dies artificiales, & tres noctes, & per illas definire tempus suae sepulture, sed voluisse per hanc veluti periphram, & circūloquutionem trium dierum, & trium noctium, exprimere tres dies naturales: siquidem dies naturalis definitur vna nocte, & vno die artificiali. Sensus igitur est: Dominum fuisse in corde terrae tres dies natu-

rales, videlicet, vel secundum totum, vel secundum partem. Ad veritatem igitur dicti Domini, non oportet exquirere tres noctes, & tres dies artificiales, sed tantum tres dies naturales.

Octaua opinio, & quae mihi magis placeat, alia est. Ad cuius intelligentiam praenotandum est, in Scriptura, & apud Iudæos duplicem fuisse usum dierum naturalium, vnum legalem in obseruatione, & celebritate festiuitatum in occasum Solis, sicut praecipit Dominus Leuit. 23. dicens: A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbathum vestra. Altero modo dies naturalis erat in vsu apud Iudæos iuxta communem loquendi consuetudinem, qua utebantur in omnibus suis rebus, & negotijs agendis, & haec dies numerabatur à media nocte ad mediam noctem, vt nos numeramus. Hoc posito, facile est respondere quaestioni politè, tres illas dies, & noctes sepulture Domini debere estimari, non secundum dies legales, sed secundum dies, vt ita dicam, vsuales, à media nocte ad mediam noctem, sic enim reperiemus in illo triduo non solum tres dies partiales, sed etiam tres noctes: nam sepultus est post horam nonam diei Veneris, ex quo die naturali habuit partem diei artificialis, scilicet, residuum lucis vsque ad noctem: habuit etiam partem noctis, nimirum vsque ad mediam noctem sequentem, quae pertinet ad diem Veneris: à qua media nocte vsque ad alteram mediam noctem, quae praecedit diem Dominicum, habuit integrum diem naturalem, artificialem quoque, & praeterea noctem, & quia Dominus resurrexit in diluculo diei Dominici, & habuit de illo die naturali priorem medietatem noctis, quae incipit à media nocte, & primam partem diei artificialis, quia surrexit in diluculo. Restat tamen probare hanc rationem congruentem Scripturae, & consuetudini Iudæorum: quod paucis ostendam. Primò apparet ex eo quòd Leuit. 23. praecipitur: primò, vt festum expiationis celebraretur decimo die mensis septimi: at verò paulò post praecipitur, vt festum illud agatur die nono mensis septimi: videtur igitur repugnantia, quae tamen tollitur secundum praedictam dierum distinctionem. Nam festum illud secundum diem legalem agebatur die decimo, secundum diem vsualem die nono. His potest addi, quòd Egyptij sic numerabant dies

8. Opinio Duplex vsus dierum Leuit. 23.

7. Opinio probabilior.

Hierony.

August.

Ioan. Cassianus. Beda. D. Thom.

Argumentum contrarium.



dies a media nocte ad mediam noctem, ut tradit Plinius lib. 2. capit. 77. Sic etiam Romanani, ut idem dicit eodem loco. Iudaei autem multas consuetudines acceperunt ab Aegyptiis, ut inquit Iosephus, utpote quibus cum ab initio versati fuerunt, & frequenter agebant commercia: tempore etiam Domini nostri erant sub Imperio Romanorum, & Herodes multa instituta Romanorum in mores Iudaicos inducere conabatur. Iansenius cap. 129. suae concordantiae ait, dies visualis Iudaeorum, non a media nocte, sed ab ortu solis incepisse, tum quia in exordio lib. Genes. sic numeratur dies ab ortu ad ortum, quasi prius fecerit diem Deus, deinde noctem, tum quia Iudaei numerabant horas diei ab ortu solis, ut patet in illa parabola Evangelica, Hora prima, hora nona, hora Vespertina.

Sed contra Iansenium tria sunt argumenta validissima. Primum quod Ioannis 20. dicitur, quod mane prima Sabbati cum adhuc essent tenebrae venit Maria Magdalena ad monumentum: quibus verbis Ioannes tempus illud tenebrarum ante ortum solis appellat iam diem Dominicum: non igitur dies incipiebat ab ortu solis. Secundum argumentum ex 1. Regum. 11. sic est. Venit dies crastinus, & Saul in vigilia matutina ingressus est in castra: ex quo significatur diem illum crastini cepisse ante ortum solis, utpote quem praecedit vigilia matutina. Tertium testimonium est ex libro Iona cap. 4. ubi dicitur hederam illam natam fuisse nocte, Deum autem excelsisse vermem qui die crastino ante diluulum eam corrodens absumeret: tempus autem illud antelucanum paulo inferius dicitur nox, quo tamen iam ceperat dies crastinus. His accedit, quod multi, & admodum graues Patres, ut Dionysius, Cyrillus Alexandrinus, & Athanasius, Gregorius Nazianzenus, & alij quam plures arbitrati sunt Dominum nostrum resurrexisse paulo post mediam noctem, quorum sententia secundum hanc opinionem nullo modo teneri posset. Et ad primum argumentum Iansenij responderetur, in prima creatione dierum, & noctium ita fuisse, ut ipse ait, ut dies praecederet noctem, & primus dies naturalis mundi inciperet ab ortu solis: ex eo tamen non concluditur idem fuisse in usu apud Hebraeos, quoniam contrarium nos ostendimus. Ad secundum argumentum responderetur dupli-

Iansenius.

Matth. 20.

Ioann. 20.

1. Reg. 21.

Iona. 4.

Dionysius, Cyrillus, Alex. d. v. nus, Athanasius, Greg. Nazianzenus.

citer. Primum, non valet: Iudaei numerabant horas diei a tempore matutino, ergo computabant dies naturales ab ortu solis: nam etiam in Italia numerantur horae ab occasu solis, nihilominus tamen in tractatibus omnibus negotijs dies naturales computamus a media nocte. Deinde Iudaei computabant a tempore matutino horas diei artificialis, quemlibet enim diem, & quamlibet noctem in duodecim horas diuidebant, non tamen inde computabant horas diei naturalis. Summa igitur nostrae sententiae haec est. (Cum dictum Domini de tribus diebus, & tribus noctibus super sepulturae, nec posset intelligi de diebus, & noctibus artificialibus, nam ita non sunt nisi duae noctes, nec de diebus naturalibus, computando eos, vel a vespera ad vesperam, vel ab ortu solis ad ortum, tum quia tali computatione extra celebrationem festiuitatum, non utebantur Iudaei, tum quia hoc modo in illo triduo non reperiuntur nisi duae noctes, nec a medio die, a meridie, scilicet, ad meridiem, quia licet ita reperiuntur etiam tres noctes, tamen hic modus computandi dies, non erat vsitatus apud Iudaeos.) relinquatur debere intelligi de diebus naturalibus computando eos a media nocte ad mediam noctem, sic enim in illo triduo inueniuntur tres noctes, & tres dies, & talis modus computandi solus vsitatus erat apud Iudaeos, ut a nobis ostensum est. Ergo signum non dabitur huic ad alteram generationem, nisi signum Ionae Prophetae. Noluit signa grandia, qualia illi in caelo petebant, eis ostendere: quoniam superbiorum est alta petere, secundum illud: Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebrae eius in alta surrectae: honorum autem est humilitatis signa proferre. Aegyptiorum incantatores fecerunt quidem serpentes ac ranas, non tamen cyniphes, quae res minime sunt: quoniam peccatores turpia, & immunda quidem scelera committunt, non autem humilia opera in quibus humilitas elucescat, faciunt. Audite Dauidem postquam iam vnctus erat in Regem, & Gigantem occiderat, qualiter de se sentiat. Sic enim ait ad Saulem Regem. Quem persequeris, Rex Israel, culicem vnum? Quare Christus Dominus de terra datus eis signum, nempe sepulturae, ac resurrectionis eius de sepulchro, &c. Vnde & subditur. Et relictis illis abiit. Nam Deus a superbis faciem auertit, & quia superbis resistit, & humilibus

Summa sententia.

Moralitas

Prover. 30

Exod. 7.

1. Reg. 24

Iacob. 4.

dat

dat gratiam, & ut ab illis tolleretur occasio illum tanto odio prosequendi. Et cum venissent discipuli eius transfretum, hoc est in vltiorem ripam, obliuiscunt panes accipere. Nam qui cum Deo ambulat, omnia temporalia contemnit: nec enim cum Moyses ascendit in montem cum Deo, secum detulit cibaria, nec eorum quidem recordatus est, nec Helias cum propter Deum peregrinaretur fugiens Iezabelis iram, de panibus cogitabat, sed ab Angelo & coruo, & vidua Dei prouidentia pascebatur, qui dixit illis. Inueniunt, & caute a fermento Pharisaeorum, & Saducaeorum: at illi dixerunt cogitantes inter se. Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus dixit. Quid cogitatis inter vos modicae fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, nec recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? Nec septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia non de pane dico vobis, caute a fermento Pharisaeorum, & Saducaeorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisaeorum, & Saducaeorum. Fermenti nomine in Scriptura significatur metaphorice quidquid serpit, & alia inficit, aut ad se trahit, vnde, & in bonum accipitur, ut supra capit. 13. cum Regnum caelorum assimilatur fermento abscondito, propter penetrationem ad bene reddendum totam farinam: hinc autem accipitur in malam partem. Et 1. Corinth. 5. & ad Galat. 5. quoniam mala doctrina, ut cancer serpit, & animas, velut pestis inficit, imò omnem veritatem eneruat: vnum enim mendacium sanae doctrinae admixtum totam illam inficit ac corrumpit: vnde in ea, ut ait Aristoteles; defectus est in non attingendo totaliter. Qui enim negat Christum instituisse hanc visibilem Ecclesiam, & qui negat Christum non esse in Eucharistia, aut cetera quae sunt vere fidei ipsum Christum totaliter negat: nec enim Christus est, qui non est in eucharistia, aut qui hanc visibilem Ecclesiam non condiderit: sicut qui negaret Petrum esse risibilem, ex consequenti negaret illum esse hominem: nec enim homo aliquis est qui non sit risibilis. Vel secundò pestifera doctrina Pharisaeorum, & Saducaeorum assimilatur fermento, propter hoc quod occulta eleuat ad similitudinem fermenti absconditi sub farina co-

spersa eleuantis totam massam: erat enim doctrina horum superba, quae cor eorum inflabat, ut ipsorum vanagloria attestatur, de quibus, & alijs similibus Paulus ad Colos. 2. ait: Inflatus sensu carnis suae, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum: hoc est, quod aliqui eleuantur super alios carnali superbia, ad carnales obseruantias alios instruentes, & propterea dixit: Inflari sensu carnis suae, hoc est, studiosa mente carnis suae carnali, non spirituali. Vnde & subiungit. Et non tenentes caput, ex quo totum corpus &c. Hoc est quod isti non attendentes ad Christum, in quantum est caput augmenti spiritualis: nec enim quae Pharisei, aut Saducaei docebant, ad augmentum spirituale dirigebantur, cum omnia essent carnales obseruantiae atque ceremoniae quae oculis hominum apparebant, & talis erat religio de qua loquitur Paulus: forte enim erat Gnostico-rum quae nihil solidum docebat, sed id solum quod homines perspicere possent: nec enim Christum docebat quatenus caput est augmenti spiritualis, quod fit ad similitudinem corporalis. Atque vti nunc non sint huic iusemedi Magistri in Ecclesia, qui obliuiscuntur ea quae ad charitatem Dei, & proximi pertinent, ea potius doceant & faciant, quae hominum oculos in admirationem rapiant. Licet Hierony. & Hylarius per fermentum Pharisaeorum obseruantias veteris legis intelligant: plerumque enim sancti Patres non tam quae Christus voluit in sententia dicere explicant, quam id quod suis aut nostris temporibus conueniens sit, docendi gratia interpretantur, & ut auerterent homines a legalium obseruatione, per fermentum hoc voluit intelligere illa: sic enim & Paulus ad Galat. 5. tales obseruantias legales fermentum vocat eum dicit. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Sed dices: Quomodo eum hoc Domini mandato stat, quod ipse dominus alias dixit, super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei, omnia ergo quaecumque dixerint vobis, facite? Respondendum tamen est, non hic sermonem fieri de vera doctrina, quam ipsi aliquando docebant, quae erat ex Legge, & Prophetis, sed de singularibus traditionibus ac mandatis, quae ipsi ex avaritia, & superbia illis imponebant, & multa quae ipsis Dominus mandatis contraria erant: de quibus supra eos redarguit Christus. Quod si iterum queras. Quomodo ergo Dominus apud Lucam per

Colos. 4.

Hierony. & Hylar.

Galat. 5.

Matth. 23

Luc. 12.



per fermentum hoc intellexit Hypocri-
sim Pharisaorum, cum ait, Attendite a fer-
mento Pharisaorum, quod est hypocrisis.
Sed dico, quod idem est hypocrisis Phari-
saorum, & eorum doctrina: tota enim ad hy-
pocritum tendebat, externa, quippe tantum
docerant, per quae apud homines spectabi-
les fiebant, nihil interim de charitate, mise-
ricordia, ac ceteris operibus quae nos vere
Deo commendant, curantes. Et si apud Mar-
cum dicitur cap. 8. Cauete a fermento Pha-
risaorum, & fermento Herodis, scito quod
Pharisei & Herodiani eiusdem erant se-
ctae, forte enim caput eorum sectae erat He-
rodes, omnes enim tendebant ad solam car-
nis iustitiam, nihil de spiritualibus curantes. Li-
cet etiam per fermentum Herodis intelli-
gere possimus eos, qui callide, & occulte in-
vidiantur Christo gratiam, & veritatem sub-
simulata Religione, & obseruatione necan-
tes: nam scriptum est, Modicum fermentum
totam massam corrumpit, &c. 1. Corin-
thi. 5. Expurgate vetus fermentum, quod est
hypocrisis, ut fitis noua conspersio sicut
estis azymi. At illi cogitauerunt inter se,
vel disceptabant inter se, vtrumque enim
dictio Graeca significat. Quia panes non ac-
cepimus. Potuit esse, ait hic Albertus, quod
discipuli putassent Dominum custoditum
velle panem illum a se sanctificatum, quo
pauit turbas pro benedictionis reueren-
tia, & pro miraculi memoria, sicut in
Exod. Cap. 16. iussit impleri gomor man-
na, & poni in arca foederis in testimo-
nium: sed quia Dominus non de huius-
modi reliquijs cogitauerat, sed meliorem
panem Ecclesiae dimittere volebat, hoc est,
panem viuum qui de caelo descendit, ut
det vitam mundo: ideo subiungit. Quid
capitis inter vos, modica fidei, quia panes
non habetis? Modice fidei, quid non nisi
parua cogitatis? Nondum intelligitis po-
tentiam meae deitatis, nec recordamini
mirabilia praeteritorum quinque panum?
Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauere
dum a fermento panum, sed a doctrina Phari-
saorum, & Sadduceorum. Oblerua, quod
si doctrina peruersa vocatur a Domino
fermentum: consequens est, quod vera, &
catholica doctrina vocetur panis, inde Esai.
63. dicitur. Qui habitatis terram Austri cum
panibus occurrere fugienti. Terra autem
Austri calida est, & luminosa corda, & illu-
strata spiritu intelligentiae designat.
Cauete a fermento pharisaorum Iosue ca-

Mar. 8.

Galat. 5.

1. Cor. 5.

Albertus

2. Tim. 2.

Esai 63.

Esai 63.

Iosue ca-

pit. 7. vbi nostra editio habet Acham vsur-
passe de Anathemate Hierico regulam au-
ream, vertunt quidem linguam auream,
& ita legit Origenes. Hierico autem, quod
interpretatur luna, praesens seculum de-
signat, quod sicut luna mutabilis est: cum
modo tibi plenus arrideat, & protinus
vacuus te deludat. Ille autem capit lin-
guam auream, qui adharet falsa doctri-
na, quae quamuis sit aurea omnibus co-
loribus recte loquendi ornata, tamen si
falsa, relinquenda est. Sic Origenes ex-
plicat illum locum Homil. 7. Quae alia est
ergo lingua aurea, nisi Lutheri, Caluini,
Pharisaorum, & aliorum haereticorum do-
ctrina, quam si acceperis, & in tabernacu-
lo tuo, hoc est, in animo tuo posueris,
peribis in aeternum, nec poteris veram ter-
ram promissionis vnquam ingredi. Iubet
enim Iosue, verus ille Saluator noster, &
qui multos filios in gloriam adduxit, ut
ait Paul. Anathema esse omne aureum,
quod in Hierico fuerit inuentum. Et quem-
admodum apud Iosue significatur haere-
ticorum dogma per linguam Hierico, ita
hoc in loco per fermentum Pharisaorum.
Cauete ergo a fermento Pharisaorum. Ge-
nes. 6. dicitur, Videntes filij Dei filias ho-
minum, acceperunt sibi in uxores. Ex his
colligimus quae damnosum bonis sit, cum
impijs conuersari: Commixti sunt inter
Gentes, ait Psalmista, & didicerunt ope-
ra eorum. Sic Israelitae inter Aegyptios con-
uersati, vix obliuisci potuerunt eorum iam
imbibitos mores: ob quam causam illis inhi-
bitum erat, ne vnquam amicitias, maxime
autem ne coniugia contraherent cum alie-
nigenis, ne ad idolatriam inducerentur.
Econtra autem Salomoe alienigenas ducens,
per eas seductus est. Idem contingit his fi-
lijjs Dei de quibus in loco praedicto fit ser-
mo. Hinc est quod in Scriptura vbiq; mo-
nemur vitare consortia malorum: sic Hie-
remi. capit. 51. Dicit: Fugite de medio Baby-
lonis, & saluet vnusquisque animam suam,
& Oseas cap. 4. Nolite ire in Galgala, neq;
in Bethanem, quae erant loca idolorum, &
supra capit. 10. In viam Gentium ne abie-
ritis. Et hic Cauete a fermento Pharisaorum,
nam sermo haereticorum, ut cancer serpit,
vnde cum huiusmodi, nec cibum sumere,
nec aue ei dicere. Irenaeus narrat se au-
diuisse a quibusdam discipulis Ioannis Eu-
angelista, quod cum ipse Ioannes, ob corporis
salutem habuisset necessitatem in balneo
se lauare,

Moralitas

Orig.

Hebr. 2.

Geno. 6.

Psal. 103.

Deuter.

3. Reg. 11.

Hiere. 51.

Osea. 4.

Matth. 10.

2. Timo. 2.

2. Ioanno.

Irenaeus.

se lauare, cum ibi vidisset Cherinthum ha-
reticum se lauante, noluit balneum ingre-
di, sed ait. Abeamus hinc: non enim decet
nos lauare, vbi Cherinthus lauatur. Ecce
quanta cura haeretici fugiendi sunt.
Venit autem Iesus in partes Caesarea Philip-
pi, & interrogabat discipulos suos dicens. Quem
dicunt homines esse filium hominis. Omnia
circuibat Dominus Iesus loca, velut Sol
cuncta perlustrans, ut omnibus suam lu-
cem praebat. Haec autem ciuitas Caesarea,
cuius hic Euangelista meminit, sita est ad
fontem Iordanis. Prius autem vocabatur
Panaea, verum postea Philippus filius He-
rodis, & frater illius Tetrarchae qui decol-
lauit Ioannem, in honorem Caesaris Au-
gusti Caesaream vocauit, ut author est Iose-
phus lib. 18. Antiquitat. cap. 3. Deinde Phi-
lippi Caesarea cognominata est, ad diffe-
rentiam eius, quam in Iudaea iuxta mare
Herodes maior magnis sumptibus extru-
xit, etiam in honorem Caesaris, in eo lo-
co, qui prius dicebatur Turris Stratonis, ut
Iosephus lib. 15. tradit, quae postea eodem re-
ferete lib. 20. cap. 16. in honorem Neronis ab
Agrippa Neronia vocata est. Terminus vero
erat Regionis Iudaeorum, vnde simul cum Iu-
dæa a Siris habitabatur, quae postea seditio-
nis inter eos causa fuit, ut est author Iose-
phus lib. 2. de Bello Iudaico. Hic autem pro-
cul ab Scribis & Phariseis haec discipulis in-
terrogatione facit, quatenus liberius ea quae
audiuissent dicerent. Nec tamen quaerit,
quid dicant Pharisei. Vtpote quorum te-
stimonium ob inuidiam contemnendum
erat, sed quid dicat plebs, quae simplicius
ea quae Christi erant sentiebat. Et licet
articulus Graecus addatur hic huic dictio-
ni, Filium hominis, hoc est, filius illius ho-
minis, non ob hoc additus est tanquam
singulari quodammodo ab alijs distincto,
ut de se tanquam de magna aliqua perso-
na quaereret, sed cum humilitatis gratia
semper se filium hominis vocet, articu-
lus Graecus solum significat ipsum non lo-
qui de quouis filio hominis, sed certo, nem-
pe se. Interrogauit ergo discipulos suos
dicens. Quem dicunt homines esse filium ho-
minis? Id est, me, quem tanquam despe-
ctum habet mundus, & tanquam ver-
mem, id enim filius hominis significat ibi.
Genesis. 6. videntes filij Dei, id est, mag-
nates, filias hominum, hoc, est ple-
beas. In hoc voluit nos docere Christus
Dominus, non esse contrarium virtuti, sed
Moralitas

simile.

Iosephus.

Idem.

Idem.

Genesis. 6.

Moralitas

illi maxime consentaneum, curare, ut non
sinistram, sed rectam de nobis homines
opinionem habeant. Hoc est dicere, haec
nobis cura debet esse, ut taliter viuamus,
quod nulla de nobis iuste apud homines
sinistra sit opinio, sed consilium illud ac-
cipere, quod parentes Sarae uxoris Tobiae
Iunioris illi dederunt, ut in omnibus se ir-
reprehensibilem exhiberet, exemplo Chri-
sti Domini nostri, cui cum insidiarentur ini-
mici, nihil minus rectum in illo inuenire
potuerunt. Quod & Psalmista affirmat di-
cens: Quae retur peccatum illius, & non in-
uenietur. Propter quod confidenter po-
tuit hostibus suis in facie dicere: Quis ex vo-
bis arguet me de peccato? Quare, & Sa-
piens nos admonet dicens: Curam habe de
bono nomine: hoc enim magis tibi prode-
rit, quam diuitiae multae, & magnae. Re-
uerentior quippe habetur apud sapientes,
& probos studiosus homo, quam diues:
qui enim procaciter, & inuerecunde pec-
care volunt, nihil curant, quid de illis ho-
mines ceteri sentiant. Quare ego soleo ex-
plicare id quod in Proverbio Hispano com-
muniter dicitur, Menester es Dios y ayu-
da, hoc est, quem timor Dei a peccato
non exteret, saltem pudor hominum
auertat: nam qui nec Deum timet, nec
hominem reueretur, necesse est, ut in vitio-
rum multorum barathra prolabatur. Ta-
men si quid sinistrum de te detrectant
homines, attende apud te ipsum, si oc-
casionem illis praebes, ut talia de te di-
cant, & ampura occasiones, & cessabit mur-
muratio. Si autem ipsi ex malitia sua pro-
ferunt, Deo causam tuam committe: quo-
niam ipse veritatem manifestabit; inter-
rim tamen propter Deum talia tolerare
non verearis: nullus enim homo vnquam
fuit, contra quem hominum linguae non
aliquid dixerint. Tamen si mendacium
est nec fundamentum habet, cito cor-
ruet. Hieronymus ad Furiam scribens de
viduitate seruanda sic ait. Sanctus amor
impatientiam non habet, falsus rumor ci-
to opprimitur, & vita posterior iudicat
de priore. Hoc est, quod si te modo vi-
dent honeste viuere, ex hoc colligent sic
antea vixisse, ac falsum fuisse rumorem
qui de te sparsus est. Vnde & subdit Hie-
ronymus. Fieri quidem non potest, ut abs-
que morfu hominum vita huius curri-
cula quis pertranseat, malorumque sola-
tium est, bonos carpere, dum peccantium
multitudo

Tobi. 10.

Psalm. 10.

Ioan. 8.

Eccle. 14.

Hierony.



multitudine putant culpam minui peccatorum, sed tamen cito ignis stipulae con-

Sed aduerte, quod hic dicit Dominus. quem dicunt homines esse filium hominis.

Matth. 12.

Hoc est, illi homines qui hoc nomine iuste gaudent, qui verè homines secundum

Esai. 5.

Etiam erat filius Dei, sed quoniam hoc erat magnum, tacebat, id autem quod humilitatis insigne præfer-

simile.

quoniam hoc erat magnum, tacebat, id autem quod humilitatis insigne præfer-

iaçaret, & ideo posuit Deus in ore Petri, ut ipsum filium Dei profiteretur, ut quod ipse tacebat Deus manifestum fa-

scinditur incertū studia in contraria vulgus.

Herodes dicebat, ipsum esse Ioannem Baptistam, existimabat enim transisse ani-

Herodes dicebat, ipsum esse Ioannem Baptistam, existimabat enim transisse ani-

Esai. 24.

Herodes dicebat, ipsum esse Ioannem Baptistam, existimabat enim transisse ani-

Leuit. 24.

quoniam nullo cæterorum hominum peccato debet contaminari. Respondens autem Petrus dixit. Petrus vice omnium hæc profi-

Iacob. 3.

Esai. 49. & Hic. 22.

qui nesciens Trinitatis mysterium excellentias Messiae accumulabat: sed naturalè generationem filij continua oratione con-

Esai. 66.

Galat. 4.

Luc. 1.

Ioan. 17.



bicitur autem & perficietur in patria, cum & cognitio clara, & perfectissima erit. *Beatus ergo es Simon Bariona.* Dux sunt dictiones, id est, filius Ionæ, ut intelligeremus, quod non ad omnes Apostolos, non ad omnes discipulos, non ad omnes fideles præfens sermo dicitur, sed quod inter Apostolos, ac Discipulos, soli Petro summus Ecclesiæ Pontificatus tribuitur à Christo, cæteri enim Episcopi singularium Ecclesiarum constituti sunt, Petrus autem omnium: & inter fideles, nec omnes fideles, nec omnes sacerdotes summum obtinere debent Pontificatum, sed solius Petri legitimi successores, quales ex antiquissimo Ecclesiæ, & omnium fidelium consensu sunt Romani Pontifices. Sed de hoc latior sermo statim habendus est. Et etiam, ut vult Caietanus, ut intelligeremus professionem Petri, qua Christum Dei filium confessus est, non esse de filiatione adoptiua, aut excellentiæ, sed de naturali intelligendam, ac si aperte diceret. Ita ego sum filius Dei, sicut tu es filius Ionæ. Ad hoc enim introducit sermonem Bariona, ut sensum reuelatæ diuinæ filiationis etiam ipse Petrus in exemplo propriæ filiationis intelligat clarius.

Caietan.

Quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Nam nec coniunctus erat Petrus consanguinitate aliqua cum Christo, nec ab eius consanguineis hanc confessionem accepit, sed ipse à superis tactus ex se ipso protulit, & ex diuina reuelatione ipse in illam prorupit à Patre internè edoctus, & ideo dicit, *Tibi*, quia hæc reuelatio, tunc temporis soli Petro facta est. *Caro & sanguis non reuelauit tibi.* Tota enim potestas creaturæ ad hoc mysterium pertingere nõ poterat, quinimò caro & sanguis tantis mysterijs impedimento esse solent: nam & Paulus dicit, quod caro & sanguis Regnum Dei non possidebunt. Et alibi: Postquam placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, ut Euangelizaret Filium suum in me, continuo non acquieui carni, & sanguini. Sciebat enim ea potius sibi impedimento fore, ad euangelizandum diuinitatis Christi mysteria: nam ad recipiendas Dei reuelationes, ad omnia alia claudendi sunt oculi, quemadmodum Moyses, & Helias velauerunt facies, ad Dei percipiendas reuelationes. Vnde & Moyses Deuter. 34. inter benedictiones quas super sacerdotes,

1. Cor. 25.
Gal. 1.
Exod. 3.
3. Reg. 18.
Deut. 34.

& Leuitas immisit, sic ait. Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nescierunt filios suos; hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua, o Iacob, & legem tuam, o Israël. Hoc est illi qui patrem, & matrem propter Christum negauerunt. In cuius signum Melchisedech, qui erat sacerdos Dei altissimi, sine patre & sine matre, & sine genealogia refertur esse à Diuo Paulo. *Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praualebunt aduersus eam.* Tibi dico, non alijs, quia tu es Petrus, hoc est, saxum, *pedra macho*, rupes firmissima, & super hanc petram, hoc est, super me qui petra sum, ut vult Augustinus, vel super hanc firmissimam confessionem quam modo fecisti, vel super te cui Principatum Ecclesiæ meæ committo (omnes enim hos sensus patitur hic locus, ut deinceps videbimus) *Edificabo Ecclesiam meam*, quæ quidem superædificatur Christo, qui est Deus, & homo, super quam fidem ea est, & super Petrum cui post se primatum Ecclesiæ suæ dat Christus, & ædificium Ecclesiæ super firmitatem sedis Petri, quæ est Romana Ecclesia perseverat. *Et porta inferi non praualebunt aduersus eam.* Hoc est, nec vires hæreticorum, nec infidelium, nec peccatorum, quæ ab inferis adiuuantur, quibus per portas inferi auxilia subministrantur: denique nec hominum potestas, nec diaboli poterunt aduersus eam praualere: aduersus eam dicit, non dicit aduersus diuitias, & delicias, & temporalem potestatem, sed aduersus eam quæ constat ex congregatione fidelium, in vna fide, spe, & charitate: hæc enim nunquam ab Ecclesia defutura sunt, quantumuis inimicorum eius persecutiones excrescant. Imò quanto plus aduersus eam pugnauerint, & contra temporalia plus præualuerint, tantò magis hæc bona spiritualia in ea accumulabuntur, & crescent, sicut in actis Apostolorum, & in primitiua Ecclesia visum est. Nam & de filijs Israël scriptum est, quod quantò magis eos Egyptij persequebantur, tantò magis multiplicabantur, & implebant terram. *Et tibi dabo claves Regni cælorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis.* In hac metaphora

Hebr. 7.

August.

Exod. 1.

cla-

clauium etiam insinuatur suprema potestas collata Petro: nam sicut cum Princeps ingreditur ad possidendam aliquam ciuitatem, clauis arcis, & portarum illius vrbs conferuntur ei, in signum supremæ potestatis super illam; sic ad ostendendum quod Petrus habet supremam potestatem super Ecclesiam, clauis eius ei promittit. Et in numero plurali dicit, quoniam dux sunt potestates eius, Petri, scilicet, & successorum eius, discernere, & definire quæ sint vera bona, & amplectenda, quæ dicitur clauis scientiæ, quæ significabatur in potestate illa quam sacerdos veteris legis habebat ad discernendum inter lepram, & lepram, & potestas iurisdictionis spiritualis, qua potest sententiam super peccata, & peccatores ferre, vel absoluendo, & penitentiam salutarem iniungendo, vel delinendo eos in suis vinculis peccatorum: quia sic eorum opera merentur, *Regni cælorum*, ait, non Regni terrarum, nam & ipse Dominus dixit, Regnum meum non est de hoc mundo: nec adhuc Christus accepit possessio nem regni terrarum, vsque in diem iudicij, quando omnia plenè subiecta erunt ei: nunc enim multas terras cognoscimus Christo Regi rebelles: Non aliam ergo potestatem ei tribuit quam spiritualem. Quare tota potestas Petri quam gerit in terris, est Regni cælorum, ad gubernandum mundum in ordine ad Regnum cælorum, in ordine ad salutem animarum, in ordine ad ea quibus Regnum cælorum in hominibus seruetur, ac augetur: quæ constat esse bona spiritualia: quò fit ut temporalia non comprehendantur sub potestate Petri, nisi in ordine ad spiritualia. Nam si Pontifici, & Episcopis aliqua temporalis iurisdictione conceditur, non est nisi ut per illam auctoritatem ad hoc melius possint ducere, aut coercere subditos, si opus fuerit, ad spiritualia munera exercenda. Si proventus temporales habent, id est, ut melius eleemosynas facere possint, atque misericordiæ opera exercere: ut sic animos subditorum filiali amore melius sibi concilient, & etiam ut illo temporali splendore, qui oculis hominum patet, maiorem apud illos auctoritatem videantur habere. Caueant tamen sibi Ecclesiastici prælati, ne nimium huic exteriori splendore confidant, & spirituale regimen ob illud obliuioni tradant: nam, ut supra cap. 5. ex Augustin. lib. de Pastore

Ioan. 18.

August.

Tomo. II.

retulimus, id est splendor temporalis in Episcopo, quod oleum in lucerna. Oleum quippe lucernæ necessarium est, ut in illo libum ardeat: quòd si multum olei lucernæ infunderetur, suffocaretur in illo linum, & non luceret. Bona temporalia necessaria sunt Ecclesiasticis, ut in illis uiuant, & per ea sustententur, & inter illum exteriorem splendorem qui oculis hominum patet, splendat, & luceat ille qui spiritualis est: quòd si toti omnino exterioribus negotijs, aut diuitijs acquirendis incumbant, spiritualis ille fulgor suffocabitur, & extinguetur, nec vel scintilla eius apparebit, sed fumus duntaxat extinctæ lucernæ, qui oculis mentis potius officiat, quam aliquod beneficium lucis illi ostendat. *Et quodcumque ligaueris super terram, &c.* Si propria clauium officia explicare intenderet, aperueris, & claueris dixisset: sed vbi ad ligandum, & soluendum transit, tacitis officijs clauium, potius adiungit officia potestatis promittisse in collatione clauium, ita quòd soluere est non solum à vinculis peccatorum, poenarum, præceptorum, iuramentorum, votorumq; liberare; sed à nodis emergentium difficultatum circa ea quæ sunt fidei declarando absoluere. Et similiter ligare, non solum est præceptis astringere ad ea quæ sunt Regni cælorum, sed etiam definiendo errores, ac hæreses arcere, ne credantur. *Super terram*, ait, ad differentiam eorum quæ sunt sub terra, ad quæ iurisdictione Petri non se extendit, nempe ad eos qui sunt in inferno, aut in Purgatorio: his enim etiam valeant indulgentiæ, potius est per modum suffragij, quam per modum absolutionis: transferunt siquidem à foro militantis Ecclesiæ ad forum Iesu Christi regnantis in cælo. *Erit ligatum & in cælis.* Ut ostenderet, quòd non ad libitum ligat, aut soluit, sed tunc eius sententia tantum modo ligat, aut soluit, quando id sit ratum in cælo, hoc est, quando sit clauis non errante in terris, & per hoc aperit, Petri actiones ligando, atque soluendo pertingere ad cælos: & ideo dicuntur clauis Regni cælorum. Ex quibus verbis colligitur præceptum confessionis. Nam si proprius sacerdos habet potestatem ligandi, atq; soluendi huic sibi subditum; ergo ille tenebitur ad dicendum peccata sua, super quæ sententia debet ferri: aliàs potestas Petri cassa est, & nullius roboris. Quemadmodum in ciuili regimine, quia prætori datur facultas cõdenan-

Præceptum confessionis.

simile.



di, aut absolventi reum; ex consequenti etiam datur ei potestas qua possit illum cōstringere, vt fateatur crimen, & reus etiam ex consequenti ad id tenetur: aliās quid illi talis proderit iurisdicōtio. Sed hęc clauēs promittuntur modo Petro non conceduntur: quoniam nōdum fusa sunt: fundi enim debent in fornace Crucis quando clauis & lancea Christi membra perfodient, & illo amoris igne ex illis clauis, clauēs hęc fusa exeunt. Et secundō quoniam oportet, vt Petrus aptior fiat ad aperiendum Regnum cœlorum, saxonese Pedro: antea quippē nimis rigidus, ac tenax erat parcendo: quoniam septem vicibus proximo iniurias dimittere, videbatur ei magna res, per mittatur ergo, vt miserabiliter peccet, & metu vnus ancillulæ neget Magistrum suum & perneget, & cum iuramento dicat, se talem hominem non nouisse, vt peccando discat peccatoribus parcere. Experiatur quid sit peccare, vt sic discat, quid sit indulgere. Debebat esse præcipuus Petrus ex cardinibus portarum cœli; oportebat, vt celeriter moueretur ad aperiendum: & ideo conueniens fuit, vt suis proprijs lacrymis humectaretur, vt sic velocius, & citius moueretur. Vnde vbi nos legimus, Domini enim sunt cardines terræ, potest ex Hebræo verti (vt à quodam perito huius linguæ audiui) humidi enim sunt cardines terræ, vt possint melius ad parcendum, & aperiendum cœlum moueri. Vnde D. Augustin. sermo. 129. de tempore: Durior Petrus erat, ait, & seuerus, ergo vt sententias temperaret, permittitur cadere in peccatū, & totius corporis morbū in ipso capite curat Ecclesiæ, in ipso vertice componit omnium membrorum sanitatem.

Matth. 18

1. Reg. 2.

August.

Alia moralitas.

Seneca.

Veni Iesus in partes Casaræ, & interrogabat discipulos suos dicens, quem dicunt homines esse filium hominis? Hic docet omnes, vt supra diximus, sic viuere, vt nullā occasionem demus propter quam alij detrectent de nobis, aut minus bene sentiant: nam Seneca, loquens de illa virgine Vestali, quæ pudicitia periculum fecit, deam extrahens à Tyberi cum Zona, sic ait: Melius tamen cum illa esset actum, si hoc quod euenit ornamentum potius esset pudicitia, quæ dubia patrociniū. Quasi damnans in hoc virginem illam, sic parum cautē vixisse, vt occasionem suspectæ pudicitia præbuisset, quam oportuit illo signo purgare. Nam

ita candidē agere debemus vitam, vt nullam occasionem sinistrae suspicionis demus, imō sic debemus viuere, vt nullus nos contemnat quasi se superiorem nobis in moribus existimando: sic enim debemus certare in rectē viuendo, vt semper ad meliora tendamus, ne segniter agendo, alij nos despiciant, & superiores euadant. Sic enim intelligit D. Hieronym. illud Pauli ad Titum. 2. Nemo te contemnat. Nam ait, quod significatio verbi Græcē, hæc est, cum quis confidens sibi se alio esse meliorem, eum despicit, sicut quidam dixit,

Secūdo per aërē, & pluris me noui esse quā so. Sensus ergo est: Nemo te contemnat: id est, nemo eorum qui in Ecclesijs sunt, te segniter agente sic viuat, vt se putet esse meliorem: qualis enim edificatio erit discipuli si se intelligat magistro esse maiorem? Vnde omnes Ordines Ecclesiastici debent satagere, vt seculares in virtute præcedant, quia vehementer Ecclesiam Christi destruit meliores laicos esse quam clericos.

Et sic intelligit illud ad Timotheum: Nemo adolescentiam tuam contemnat. Hinc discipulis modo dicentibus varias de illo sententias apud hominum vulgus ferri, respondit, Vos autem quem me esse dicitis? Quasi emphasi quodam dans intelligi altius debere illos de se sentire quam laicos. Respondens Petrus ait: Tu es Christus filius Dei viui. Singulis partibus huius sententiæ ponitur articulus apud Græcos, ac si diceret: Tu es ille Christus, ille filius Dei ipsius viuētis. Iesus autem dixit ei: Beatus es simon bartholomæus. Bar nomen Chaldaicum est, & significat filium quem Hebræi Ben, vocant, Iona autem contractum nomen est per synecopam, nam Iohana dicebatur pater Petri, vt apud Ioannem vocatur Petrus post resurrectionem, sed nunc consultō videtur sic eum nuncupasse Dominum quoniam Iona columbam significat, & Petrum vocat filium columbæ: vt ipsum à Spiritu diuino qui in columba significatur, loquentem commendaret. Quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Ac proinde iam non diceris filius Ioannis, sed discipulus illius qui verē est Filius Dei: perinde enim est, ac si quis homini plebeio in Regis aulam ascito, & singularem eius gratiam affecturo dicat, Felix tu, qui huius vel illius filius es: quoniam Rex te singulari donauit beneficio,

Hierony. Ad Tit 2

1. Tim. 4

simile.

Rayon

cio, dicerisque posthac Regni cancellarius, aut athesauris, &c. Hilarius carnem, & sanguinem Christi hic intelligit, vt sit sensus: Caro mea & sanguinis non reuelauit tibi: hoc est, quod ex me cognoscis, nō percipisti ex his quæ oculis tuis corporalibus in carne mea vidisti: sic enim habet Hilarius: Beatus hic qui ultra humanos oculos intendisse, & vidisse laudatus est, non id quod ex carne & sanguine est concurrens, sed Dei Filium cœlestis Patris reuelatione conspiciens, Caro & sanguis non reuelauit tibi, quoniam ad id non posset pertingere vniuersa carnis habitas, aut potentia. Ideo quippē secundum D. Augustin. in libr. de Trinitate præcipitur, quod mulier velet caput suum in Ecclesia, vir autem apertum capite oret: quoniam per hominem ratio superior intelligitur, quæ apertum capite absque vilo timore ascendat quantum potest in Dei notitiam: quoniam quanto plus melius exaltate illum quantum potestis (ait Sapiens) superualebit adhuc, caro autem, quæ rationem inferiorem designat, velet caput suum, nec ascendere festinet, sed in se ipsa constricta detineatur: nec enim ad tanta mysteria pertingere valebit, sed protinus deuicta succumbet. Nam quemadmodum Iacob cum Angelo luctans, vt ab illo acciperet benedictionem, & nomen suum manifestaret illi, claudus remansit; sic ad mysteria supernaturalia intelligenda, opus est, vt pes rationis humanæ claudicat, nec illi innitatur qui supernaturalia nomina, & mysteria scire desiderat. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Quomodo secundū literam locus hic intelligendus sit, infra, Deo dante, dicetur.

Hilarius.

August. 1. Cor. 11.

Eccle. 43.

Genes. 32. Figura.

Iacob. 7. Matth. 17.

Esai. 16.

Rayon

Deus multo auctior est in reddendo quam nos, addit adhuc aliud permagnificum beneficium dicens: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. Ac si diceret: Præter id quod Pater meus tibi tribuit, ego hoc tibi beneficium præsto, vt sis fundamentalis petra meæ Ecclesiæ, sic enim, & cum Baptista Ioanne se habuit supra cap. 11. Nam cum Ioannes de illo tanquam de vero Messia testimonium protulisset, statim ipse Dominus laudes eius coram omni populo prædicauit, illum & Angelum, & plusquam Prophetam dicens. Imō Sponsus & Sponsa in Canticis videntur inter se ludere ad statim soluendum, quod dicimus, Al iugo de iugo pagar. Nam si Sponsa Sponsum vocat fratrem, & ille illam vicissim sororem appellat: si illa Sponsum pulchrum, & decorum dicit, ille illam pulchram etiam bis nominat dicens: Ecce tu pulchra es. Si illa illud malum inter ligna sylvarum prædicat: ille illam liliū inter spinas appellat: vnde & Sponsa dicit: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Et alibi. Dilectus meus mihi, & ego illi, & ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Id modō & Petro accidisse videmus. Imō non solum statim retribuit nobis Dominus, sed & præuenit sapius nos in benedictionibus dulcedinis. Quis enim prior dedit illi, ait Paulus, & retribuetur illi? Et ego dico tibi, quod tu es Petrus. Secundum opera tua, ita & nomen tuum: quia fortē fidei confessionem fecisti, fortis etiam vt petra vocaberis: nam & propter hanc fortem fidem vocatus est Iacob ab Angelo Israël, id est fortis, ei dicente Angelo. Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Vbi & obseruare debemus, non mediocre esse laudem, quæ nomine geminato appelletur Simon Petrus: honorificum quippē valdē erat apud Romanos geminum nomen accipere à rebus bene gestis, sicut Scipioni geminatum est nomen, & simul dictus est Scipio Africanus ab Africa deuicta, & Octauius dictus est Augustus ab aucta Republica. At longē illustrius illud est, quod sanctus Petrus ab ipsa petra, quam ingenuē confessus est, nomen adipiscitur: nam petra ipse Christus est Filius Dei viui à quo Simon appellatur Petrus, quod Christo impositus, atque innixus, cum Christo

Matth. 11.

Cantic. 8.

Cantic. 7.

Cantic. 23.

ibidem.

Roman. 11.

Genes. 32.



communione habet naturæ, & societate spiritus iustitiæ, & vitæ, quod statim magnis sacrorum Doctorum autoritatibus comprobauimus. Hoc & ipse Petrus docuit quod hic expertus est. 1. Petri. 2. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides, viui superedificamini domus spirituales, in sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Ex hac ergo Petri confessione, & autoritate colligimus, quid deceat quemque fidelem & Christianum hominem, videlicet, vt & ipse Petrum agat, sit constans & solidus, & non vacillans in fide, fiatque templum Dei per cor humiliatum, & abiectum contritumque, in quo regnet Christus, vt & Deo offerat semetipsum hostiam spontaneam: offerat item gratias, preces, misericordiam, & sacrificium iustitiæ. Hæ sunt in quibus est laus & virtus sanctorum, imò que Christianorum officia dicuntur. Et circa hoc obserua, quanta sit magnitudo sapientiæ diuinæ, sicut enim singularem arguit excellentiam in eo quod minimum est magna & grandia efficere; sic excellentem arguit sapientiam, atque grande ingenium, in vno verbo multa dicere: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, condecens quidem est, vt sicut Deus se magnificum in dando exhibet, sic & sapientem in dicendo se ostendat: vnde ad ostendendam celsitudinem Petri, vnum tantum verbum protulit, quod est eum dicere Petrum, in quo quidquid dici potuit, dictum videtur. Quoniam si tu vno verbo vis explicare aliquem esse virum fortem, dicis, Est alter Hector: vt eloquentissimum vna voce proferas, Alter Cicero hic est: vt sapientem dicas eum, alterum Salomonem esse proferas. Quod si daretur aliquis homo notus, qui omnia hæc simul haberet, & me diceret illum esse, satis hoc vno verbo ostenderes, in me omnia illa bona fulgere. Sic in proposito. Quid enim est Petrus? petra. Quis est petra? Christus: sic enim, & Paulus ait: Petra autem erat Christus. Quid ergo erit Petrus nisi alter Christus? Quis tale inuenire nomen poterat, nisi ipsa diuina sapientia quæ illud imposuit Petro? Nam vt sciamus proprie aliquam rem nominare, necesse est naturam, ac proprietates illius rei callere: in hoc quippe ostendit Deus omnes scientias primo parati in fuisse, quod omnes res creatas ad eum at-

tulit, vt illis imponeret nomina, & omne quod vocauit Adam, ait Scriptura, ipsum est nomen eius: hoc est natura, aut quidditas eius. Agnouit enim omnium rerum naturas ac quidditates, & secundum illas nomina rebus imposuit, quæ eas significarent, sic quia Deus intellexit veritatem, & celsitudinem confessionis Petri, & quid per illam intus significare voluerit, qui renes & cor scrutatur Deus, nomen rei tam occulte, & magnæ conueniens illi imposuit dicens: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus. Et cum Deus punctim res omnes attingat, vt ne quid superabundet, aut deficiat, qualem illum tunc fecit Deus, cui tale nomen imposuerit, quod ipsum & Christum significabat dicens: Tu es Petrus. Hoc est alter ego. Alibi dixerat Dominus. Nemo nouit Filium nisi Pater, nec Patrem quis nouit nisi Filius. Si ergo Petrus, & Patrem, & Filium excellentissimè nouit, vtrique eum simillimum esse dices, salua tamen semper excellentia Deitatis. Quare & in effectibus illi similis est. Nam cum exigeretur numisma cæsus pro quolibet capite à Romanis, dixit Dominus Iesus Petro, vt iret ad piscandum, & in ore primi piscis quem attraxisset inueniret staterem, Da illis, ait, pro me & te: ac si vna esset vtriusque fors & peculium. Et cum offendisset Petrum à Roma exeuntem, dixit illi Petrus: Domine quo vadis? Et ille, Vado, inquit, Romam iterum crucifigi: quoniam crucifigendus erat Petrus, dixit ipse Christus, quod vadit Romam crucifigi, quasi crucifigendo Petrum, ipsum Dominum crucifigeret: erat enim Petrus, velut alter Christus. Item hæc similitudo etiam apparet in principatu. Dicit enim Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Hanc ergo fundamenti excellentiam quam ipse habet, etiam Petro communicat modò dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Quod & Augustinus docet dicens: Petrum etiam ecclesiasticum fundamentum Dominus nominauit: Christus etiam est Dominus vitæ & mortis, idem Petrus, quodecunque solueris super terram, &c. Quem vult occidit, & quem vult viuificat: nam ad eius imperium Ananias, & saphira mortui sunt, & Dorcas, siue Tabita vitæ reddita. Item Dominus Iesus sanabat omnem languorem, & omnem infirmitatem: Petrus etiam umbra sua omnem expellebat languorem. Item cælum Christus aperuit, Petro autem clau-

clauis Regni cælorum traduntur. Qui ergo cælum claudit, & aperit, non ne dicitur, quod est alter Christus? Vnde Chrysostomus ait: Vide autem quibus Christus dedit Petrum ad excelsam Dei intelligentiam: hæc enim ei se promittit daturum que sunt propria Dei, nempe claudere & aperire cælum, soluere atque ligare potestate quadam, portis inferni obuiare, & quod tam cælestia, quam terrestria, quam quæ in infernis sunt eius obediunt imperio. Et Leo Papa sermone tertio de anniuersario sic dicit: Tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ in potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et in episto. 89. Hunc enim in consortiū diuinæ veritatis assumptum, id quod ipse erat voluit nominare dicendo: Tu es Petrus. Vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret. Hinc colligere licebit quantum bonum est Deo seruire, cum id adipiscatur seruus Dei quod magnis viris non solum impossibile, verum & infania visa est, querere nempe, vt Dij nominarentur: id enim magna ambitione homines potentes aliquando procurarunt, & tamen hodie piscatori huic dicit Dominus, Amen dico tibi quia tu es Petrus, hoc est alter ego, qui sum petra. Cæterum id etiam hic attendere debemus, quod non solum in his proprietatibus voluit Christus, vt sibi similis esset Petrus, verum etiam in operibus virtutum. Nam & Paulus ait: Imitatores Dei estote, sicut & ego Christi. Si ergo Petrus alter Christus est, per omnia ei similis vt sit, oportet, hoc est, in liberalitate donandi delicta, in misericordia, in patientia, in charitate & humilitate: denique sicut sua erat absoluta potestas, ita & virtus esset consummata. Duo autem deberet aduertere qui locum Petri in Ecclesia tenet, qualis est Summus Pontifex, & post eum alij Episcopi, quod sicut nullus exteriorum est siue Rex siue Imperator, qui suam impedire potestatem possit, sic nec ipse illam impedire deberet: quoniam vox Petri fluctus quidam est sublimia queque subuertens, quod si seipsum impedit, quomodo hac tanta potestate vtetur? Quantum ad effectum quidem se ipsum impedire non potest, nec alius eum: quoniam & si malus sit, potestatem tamen illam quæ illi hic cõtulit Christus, non amittit, secundum illud quod Dominus ait: Super cæthedram Moyse sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt facit, secundum verò opera

eorum nolite facere. Cæterum quantum ad finem, seipsum quæ plurimi impediunt, finis enim est, vt ait Paulus, in ædificationem & non in destructionem. Et quantum adhuc finem se ipsos multotiens impediunt, cum populus in eis non videt, in quo ædificationem capiat. Oportet enim Episcopum, ait Paulus, irreprehensibilem esse, vt pote qui alios soluere, & ligare debet, vt ait Origenes, & propter hoc potestas verbi Dei non tantum in eis est imatur. Deberet esse vox eius quasi rugitus leonis, ita quod de eo possemus dicere illud Prophetæ: Leo rugiet, quis non pauebit, igitur his rationibus diceris Petrus. Verum & hic obseruandum est, Deum multasse nomen Petro, cum illi summum cõmiserit Pontificatum, vt ostenderet quod in Prælato, ac Dei seruo, ac ministro nihil præteritæ vitæ remanere debet, nec aliquid quod suboleat mundum, à quo tanquam selecti à Deo segregantur. Hinc Nazareus, id est, Deo consecratis non solum vinum prohibebatur, sed quidquid erat ex vino, aut vinum saperet, vel suboleret, vt vna, Acreta, aut acetum: quoniam qui Dei seruitio mancipatur, quidquid mundi vanitatem subolet, aut quicquid ex mundo est, relinquere debet. Hinc Pontifices mutant nomina, cum ad tantum munus esserunt, id in eo significare volentes. Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Cuius populus Israël præliabatur cõtra Amalech, Moyses super petram positus, eleuatis manibus cum virga orabat pro Israël, & Aarõ, & Hur sustetabāt manus eius: quoniam super hanc petram, que est Ecclesia, debemus subsistere & stare, vt orationes nostræ acceptæ sint apud eum: quoniam extra illam (vt sacri decernunt Canones) nulli vnquam potuit constare salus. Aaron autem qui erat sacerdos, & Hur, qui & seculares & ecclesiasticos referunt, brachia eius sustinebant; quoniam omnes debent Ecclesiam adiuuare, vt semper stet & perseveret. Et porta inferi non praeualebunt aduersus eam: nam scriptum est: Belabunt aduersum te, sed non praeualebunt: porta autem inferi sunt peccata, & hæreses, quibus tanquam per portas in infernum ingrediuntur homines. Et tibi dabo clauis Regni cælorum: modò promittit eas, sed non dat quoad vsque fiat secundum examen, primū enim fuit scientiæ, secundum autem erit conscientiæ: oportet enim Episcopos, & curam animarum gerentes quod sint homines, De scientia y conscientia, & sicut modò fides eius probata est, ita & charitas examinatur.



bitur, quando post resurrectionem dicitur ei ter a Domino: Petre, amas me, & in his duobus deberent examinari Episcopi, & ministri Domini. Deberent enim esse, & in fide stabiles, & in charitatis operibus efficaces. Debent enim semper esse parati reddere rationem de ea qua in eis est fide, ac spe: nam labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de manu eius, quia Angelus Domini est. Et in Rationali iudicij, quo erat indutus summus sacerdos, iubeat Deus, vt ponerent doctrinam, & veritatem, sed subinde mandauit lex, vt veetes quibus Arca Testamenti portabatur, semper essent in anulis arce, nec vnquam ab eis extraherentur: sic Episcopi & sacerdotes ministri Domini, quorum munus est Deum ipsi in manibus per plateas, & vias portare, semper ei per charitatis vincula inhareant: vt recte fidei, ac scientie charitatis vincula iungentes, ministerium suum absque vilo defectu impleant: nam, vt ait Hieronymus super epistolam ad Titum: Si Episcopi tantum vita sit sancta, sibi potest prodesse sic viuens, sed si doctrina, & sermone fuerit eruditus, poterit alios instruere, & contradicentes reuincere, ne alios seducant. *Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, &c.* Magna quidem sacerdotis dignitas, vt id possit quod nec Angeli, nec beati possunt, imo nec ipsa Dei genitrix Virgo, hoc est, dimittere peccata: nam nemo potest dimittere peccata nisi solus Deus, vel hi quibus ipse hanc potestatem tribuerit, hi autem soli sunt sacerdotes iurisdictionem habentes: & sententia Petri precedit sententia cœli, qua cœlum expectat, vt confirmet eam, & ratam habeat. Quare in confessione generali simili cursu dicitur: Confiteor Deo, & Beatæ Mariæ, & omnibus Sanctis, & tibi pater, vbi quasi equalem sacerdotem videtur facere cum Deo, & Sanctis: quoniam post Deum, qui tanquam principalis causa peccata dimittit, sequitur sacerdos qui instrumentaliter ad eorum remissionem concurrat. Sancti autem solum intercedendo. Sed illud interim aduertendum est, quod Hieronymus super. 44. cap. Ezechiel. docet dicens: Grandis quidem dignitas sacerdotis, sed grandis ruina eorum si peccant. Latemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum, non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti moeroris de sublimioribus

Malach. 2

Exod. 28

Exod. 37

Hieron.

Matth. 9

Bernard.

Hieron.

corruisse: nec enim solum pro nostris delictis reddemus rationem, sed pro omnibus quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti. Sed quoniam Euangelium hoc in festo Apostolorum Petri & Pauli in Ecclesia legitur, oportet ad notare hos duos Apostolos esse quibus huius Ecclesie Catholice edificium debemus: nam post Christum Dominum illi edificauerunt illam, Deus illis exemplar ostendit: Petro, dum in carne uiuere: Paulo, post ascensionem eius in cœlum, manus tamen ipsi operi huic admouerunt, atque primos lapides posuerunt, & sic in altam cacumen eius extulerunt, vt ab vniverso mundo expectari posset. Videntur quod fuerint ipsi Apostoli Magistri operum, quos Rex Hiram dedit Salomoni ad edificandum templum Domini. Nam Pater hos operarios Christo suo dedit, vt per eos Ecclesiam suam edificaret, sic enim & ipse Dominus testatus est dicens: Pater quos dedisti mihi seruaui eos. Videte ne forte ij duo Apostoli fuerint illi duo Magistri operum, quos in Exodo, cap. 31. elegit Dominus ad opus tabernaculi faciendum: ait enim Dominus ibi: Ecce vocaui ex nomine Be-seleel filium Huri de tribu Iudæ, & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabre fieri potest, ex auro, & argento, & ære, mar more, & gemis, & diuersitate lignorum, & dedi ei socium Ooliab filium Achefameth de tribu Dan. Ita & vocauit ex nomine Petrum, qui antea dicebatur Simon, & Paulum, qui antea dicebatur Saulus, & impleuit eos spiritu intelligentie, sapientie, & scientie, vt possint excogitare quicquid fabre fieri potest, in auro, argento, ære, & marmore, ferro, & ligno, nimirum vt in ferro, hoc est, duritie Gentilitatis, & in sacre Scripturæ auro operarentur, vtrumque populum docentes, sapientes, & insipientes ad Christum trahentes, peccatores ac iustos instruentes, absconditaque arcana in lucem promentes, mira atque pulcherrima efficiere opera, quibus Christi Ecclesia, & edificaretur, & decoraretur. Sunt etiam hi duo Apostoli illæ duæ columnæ, quas in vestibulo templi Rex Salomon posuit, quas vna cathena amba: tenebat, quarum vna vocabatur Iachim, quod dicitur firmitas, altera Booz, quod interpretatur fortitudo; quoniam super has duas columnas firmitas Ecclesie eniti-

3. Reg. 7

1. Cor. 15

Exod. 37

3. Reg. 7

enitur: doctrina quippe eorum est fortitudo eius. Iachim quæ dicitur firmitas significat Petrum, propter eius fidei confessionis firmitatem, super quam Ecclesie edificium innititur: sic enim dixit Christus. Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam: id est, super confessionem quam modo fecisti, sic enim multi Patres interpretantur, vt statim videbimus, Booz autem, quod significat in robore, Paulum designat propter robur, quod in prædicatione Euangelij habuit, & fortitudinem in amore Christi, a quo nec mors, nec vita, nec Angeli, &c. separare potuissent. Vna cathena ambos cinxit: quoniam propter eandem fidem ambo vno tempore ligati sunt; & vno die martyrio coronati, vt & mors, & vita in amobus similes essent, & de eis dicitur hodie Ecclesia. Gloriosi principes terre, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. **Deut. 17.** Hinnimirum sunt illi duo testes, ex quorum ore omne verbum stat: nam ambo pariter hanc contestati sunt veritatem quam credimus. Quare veritas duobus testibus omni exceptione maioribus contestata stare debet, vnde eorum ore, vel condemnabimur, vel saluabimur: nam si eis credimus salui erimus. Sin minus damnabimur. Sunt & illa duo luminaria, quæ Deus in cœlo posuit, luminare maius, vt præset diei, & luminare minus, vt præset nocti: nam Petrus Iudeis qui lucem habebant Scripturarum, prædicauit: Paulus vero Gentibus qui nocte ignorantie, & peccati tenebantur, vt ipse dicit. **Galat. 2.** Qui enim operatus est Petro in circumcisionem, operatus est mihi inter Circes. Sunt ergo luminaria super Ecclesie candelabrum posita, & sunt duæ oliuæ propter abundantiam doctrine quam effuderunt, quas vidit **Zachar. 4.** Zacharias Propheta: Vnde de eis dicit Ecclesia. Isti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum, habent potestatem claudere cœlum nubibus, & aperire portas eius: quia linguæ eorum clauis cœli factæ sunt. Ij sunt etiam duo magistri, qui nos Christi doctrinam docuerunt, sicut & Ecclesia dicit. Petrus Apostolus, & Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt Legem tuam Domine. Heliseus in duodecim bobus vnus arabat: Christus verus Heliseus in duodecim Apostolorum numero totam terram coluit: quoniam in omnem terram exiit sonus eorum; tamen ij duo Apostoli fuerunt duobus, qui plus ceteris laborauerunt, vt Paulus de se ait. Plus omnibus la-

borauit, & Petrus etiam maiorem sollicitudinem habuit, quia ceteris omnibus prælatas est: vnde & Iob. c. 1. dicebat. Boves arabant, & asinae pascebantur iuxta illas: hoc est, nos ignorantes, qui ex suo labore vera doctrina pascimur. Et sicut sacrificauit Heliseus boves, & in ipsis aratris combussit eos; sic isti duo Apostoli se Deo immolauerunt; nam & Paulus dicebat: Quotidie immolor propter vos, & quotidie morior propter gloriam vestram: & Petrus in aratro crucis se immolauit, & Paulus gladio sicut turtur iugulatus est, *Rebent aron arando.* Sunt & duæ illæ inauris res quas seruus Abraham posuit in auribus Rebecce, id est, Ecclesie, quas etiam Spõsus sponsæ suæ promittebat dicens: Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Aurum fuit Petrus, propter principatum quæ à Christo obtinuit inter alios, sicut aurum principatur alijs metallis: argentum fuit Paulus, propter sonum vocis suæ, quæ per omnes intonat Ecclesias. Verum tamen argentum hoc coniunctum erat auro: quoniam sua doctrina confessioni Christi innitebatur, & illi coniuncta erat, nec vilo modo separabilis ab ea. Vnde & audacter ad Galatas dicebat. Si Angelus de cœlo aliter Euangelizauerit, præter id quod Euangelizatum est, anathema sit, ac si diceret. Videte quam vera mea doctrina sit, vt si, per impossibile, Angelus aliud doceret, non deberetis ei credere, sed à vobis tanquam excommunicatū repellere, atque deterrere. Nunquam mundus tales duos viros habuit, alter enim fuit mundi caput, alter lingua eius: alter Ecclesiam quæ est in terris gubernauit, alter eam docuit: nam Petrum vice sui subrogauit Christus, cui & hodie dicit: Tibi dabo clauis Regni cœlorum: Et de Paulo dixit: Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram regibus, & Gentibus, & filiis Israël: Fuerunt formix, vel triumphalis curus, per quem Christus crucifixus vniversam terram deambulauit ambo hodie interfecti sunt: cœli tamen, vt de illis triumpharent, hodie à nostris conspectibus rapiunt illos, auferuntque eos à nobis, tanquam ab iniustis possessoribus: vt pote qui nec illis fidem quæ oportet adhibemus: summoque gaudio perfunduntur cœli ex eorum presentia, vt potest quibus plus honorantur atque decorantur, quàm ceteris omnibus luminaribus. In eccliam autem quendam magne admirationis rapiuntur hodie eccliole: cum illos tanta gloria præditos cœlos penetrare intueantur. Ad-

Iob. 1

Phil. 2

1. Cor. 15

Gen. 24

Cant. 1

Galat. 1

mirabantur caelestes spiritus videtes Domi-
num Christum, cum nostrae carnis substan-
tia superiorem ab eis locum ascendere, & di-
cebant. Quis est iste, qui venit de Edom, tra-
ctus vellibus de Borsai. Quanto maiore ad-
miratione rapiuntur videntes puros homi-
nes (Christum enim Deum, & hominem cer-
nebant esse) superiores illis, in meritis, &
in gloria euadere, & Petrum cum sui imperi-
ij insignibus Paulum, verò stricto gladio.
Con el esto que desnudo, coram omnium Impera-
tore in supremis ordinibus collocari. Sed
sicut respondit eis Christus. Ego qui loquor
iustitiam, & propugnator sum ad saluandū
sic Petrus potestatem accepit saluandi ani-
mas, & Paulus pro defensione iustitiae. Chri-
sti gladio impiorum occubuit. Terra quidem
gaudet qui tales homines à se enutritos mit-
tit in coelum, quod etiam letatur, quod suis
influentijs tales generauerit viros. Vnde &
Chrysostom. ait, se videre coelum, & terram
in praesenti solennitate certamen inter se
inire. Sed Petrus verso capite versus terrā
crucifixus est, ad ostendendum quod caput
omnis Ecclesiae praecipuum, nempe Christi
in caelis est, ipse autem vice eius erat caput
in terris: & ideo versus illas fixit caput, nā
eius imperium donec duraret terra haec, du-
raturum erat, donec consumpto mundo hoc
terreno, euacuet omnem principatum, & po-
testatem, vt ait Paulus. Qui Paulus magnus
Apostolus capite plexus est, vt confiteretur
vnum tantum caput esse in terra, nempe
Petrum eiusque successores, omnesque alios,
quantumcumque virtute insignes illi cedere
debere, nec se tanquam capita gerere: vñ
est enim caput in terris, nempe successor Pe-
tri, sicut est vnum in caelis, quod est Chri-
stus Dominus. Datur autem potestas Petro
in partes Caesareae Philippi, quam aedifica-
uerat Philippus in honorem Tyberij Cesa-
ris qui erat Imperator Romanus: vt daretur
nobis intelligi, quod Imperium Petri au-
ctius, & diuturnius deberet esse omni tem-
porali Imperio: nam sicut de Regno Christi
dictum est: Regnum tuum, Regnum omniū
seculorum. Idem de Imperio Petri dicendū
est, & de eodem dicitur Hierem. 1. Ecce de-
di te super Gentes, & Regna. Ciuitas autem
illa, & à Iudeis, & à Gentibus incolebatur:
vt ostenderetur super vtrumque populum
debere esse Petri Imperium. Quod in ima-
gine illa quā in somnijs vidit Nabuchodo-
nosor apud Daniele nobis descriptum est,
sicut in somnijs interpretatione illi dixit

Chrysos.

1. Cor. 15.

Psal. 144

Hiere. 1.

Dan. 2.

Daniel. Tu Rex cogitare coepisti in strata
tuo, quid post te futurū esset (haec enim est
regia cura, providere etiam in posterū: mul-
ta etiam Deus reuelat regibus propter cō-
mune bonum, quod sub illorum cura est, vt
etiā in somnio Pharaonis visum est ad pro-
uidendum futurę fami quæ instabat.) habe-
bat imago haec caput aureum, pectus argen-
teum, ventrem æneum, crura ferræa, sed pe-
des luteos; & lapis excisus sine manibus à
monte in pedes dedit, & illos, & totā imagi-
nem comminuit: lapis autem ille in mon-
tem magnum creuit. In hoc designatur Reg-
num Christi, quod fortius, & diuturnius cæ-
teris erit, cui omnia temporalia cedent, se-
cundum illud Pauli: Oportet illum regna-
re, donec ponat inimicos suos sub pedibus
eius. Comparantur autem Regna terræ sta-
tuæ: quoniam nullam consistentiam habent,
quia defectibilia, & temporalia sunt, & po-
tius statuam quā vera Regna representat,
vt pote prope diem defectura. Quatuor au-
tem metalla illa quibus imago constabat, sig-
nificabant quatuor Regna, nempe Regnum
Chaldeorum, Persarum, & Macedoniorum,
& Romanorum, quæ sunt quatuor ille bestię
quas Daniel vidit, ex quibus, & sauior, & fe-
rocior fuit Romana bestia, quæ cetera om-
nia Regna comminuit, & duræ seruituti,
perduritiem ferri significatę, subiecit, quæ
& Christianos crudelissimè persequuta est.
Pars autem lutea erat propter carnalia vi-
tia, quibus maximè indulserunt: pars ferrea
propter tyrannidem quam aduersus Chri-
stianos praecipue exercuerūt: sed petra quæ
est Christus, qui Petro, & nomen, & offi-
cium communicauit, & sine manibus excis-
sa de monte, hoc est, absque temporali poten-
tia, tetigit vltimum Imperium, nempe Ro-
manum, quod fuit pedes statuæ: tempore
enim quo Romanum Imperium in summa
erat celsitudine ac potentia, tunc sui Imperi-
ij sedem in Roma collocauit, ex quo per to-
tum mundum, & fides, & religio Christiana
emanauit, & principatus Christi per omnē
terram extensus est: Sic enim Paulus Ro-
mano. 1. ait. Fides vestra annūciatur in vni-
uerso mundo. Ceterę enim potestates, ac
principatus qui tunc fuerunt, huic cessere
Imperio. Vbi enim est Nabuchodonosoris
successor in Chaldea, aut Cyri in Persia, vel
Alexandri in Graecia, aut Iulij Caesaris
in Roma. Omnia ad Imperium Petri con-
summata, ac deleta sunt, & eius Regnū sicut
lapis minimus coepit; tamen iam vt mons
magnus

Genes. 41

1. Cor. 15

Dan. 7

Rom. 1

magnus creuit: quoniam per vniuersum or-
bem expansum est, cui cetera Imperia ce-
dunt, & coram eo superbia, ac vanitas eorū
consumpta est, eorum durities contracta,
tyrannis deuicta, insolensque Gentiū Impe-
rium infrenatum est; suum autem Regnum
ab vno in alium vsque in finem mundi dura-
bit. Quod Esai. cap. 26. in Cantico illo ceci-
nit dicens: Vetus error abiit, incuruauit ha-
bitantes in excelsis, ciuitatem sublimem hu-
miliauit, humiliavit eam vsque ad terram,
detraxit eam vsque ad puluerem, conculca-
bit eam pes pauperum. Gressus egenorum,
hoc est, pauperis piscatoris qualis fuit Pe-
trus Princeps Romanae Sedis. Vnde & Da-
niel in interpretatione somnijs illius dixit:
In diebus Regnorum illorū suscitabit Deus
caeli Regnum, quod in æternum non dissi-
pabitur, & Regnū eius alteri populo nō tra-
detur. Comminuet autem, & consumet vni-
uersa Regna haec, & ipsum stabit in æter-
num: quem dicunt homines, &c. Nunc exa-
minat Petrum in fide, postea Ioan. 21. exa-
minabit eum in charitate: quoniam haec duę
virtutes in praelato fulgere debent, nam fi-
des sola facit malum praelatum, sicut sola fi-
des malum Christianum constituit: vnde
quali per exaggeratione dicimus de Chri-
stiano qui solam fidem habet absque charita-
te, quod non est Christianus. quem dicunt
homines, &c. Grauis quidem ac difficilis que-
stio, vix enim scire possumus qui simus nos,
secundum illud Psalm. Mirabilis facta est
scientia tua ex me: & quomodo scire poterim
quis sit Christus. Respondens Petrus dixit:
Tu es Christi filius Dei viui. In sola Petri Eccle-
sia veritas lucet: nam vbi non est Petrus, te-
nebre sunt, secundum illud Esai. Quia ecce
tenebre operient terram, & caligo populos,
super te autem orietur Dominus, & gloria
eius in te videbitur, & ambulabunt Gentes
in lumine tuo: Et Psalmista ait. In lumine
tuo videmus lumen: nam in lumine verita-
tis Ecclesie videmus lumen veritatum fidei:
quod & August. in celebri illa sententia do-
cet: Euangelio non crederem, nisi me auto-
ritas Ecclesie comoueret. Petrus autē quali
vaticinatus se futurum caput Ecclesie, hanc
confessionem profert, dicens. Tu es Chri-
stus, &c. Singula verba mysteria habent: Si
enim in Conciliorum definitionibus non ea-
dumtaxat quæ definita sunt attentè per-
spiciantur, sed singula verba quibus defini-
tiones explicandæ erunt, summa attentio-
ne ponderantur; quantō magis in hac tam

Esai. 26.

Dan. 2.

Ioan. 21.

Psal. 138.

Esai. 60.

Psal. 35.

Aug.

altissima Petri definitione singula etiā ver-
ba attendenda erūt. Tu es Christus. Tu, dicit
secundam personam, sicut, Ego, primā: quia
ergo Christus secunda persona à Patre est,
dicit ei Petrus, Tu es: nā Deus dicit: Ego sum
qui sum. Et Psal. 2. Dominus dixit ad me, Fi-
lius meus es tu, ego hodie genui te. Ille au-
tem, dicit tertiam personam: vnde de Spiri-
tu sancto dicitur: Ille vos docebit omnia:
quia tertia persona Trinitatis est, & alibi:
Cū venerit ille Spiritus. Item, es, dicit esse
subsistens, perfectum, & æternum, secundū
illud Psal. Tu autem idem ipse es: & de Chri-
sto dicit Paulus: Iesus Christus heri, & ho-
die, & ipse in secula. Tu es Christus. Christi
dicit vnam diuinam personam in duabus
naturis, diuina & humana: dicit Deum, &
hominem simul, Deum æterno Patri cog-
nalem, hominem vñtam plenitudine gra-
tiæ, & sapientiæ absque mensura. Item dicit
vtramque dignitatem, regiam, & sacerdo-
talem, & in vtraque supremū. Filius Dei. Duas
filiationes Christi fatetur, sicut duas natu-
ras, diuinam, & humanam; vnam filiationē
æternam in qua à Patre accipit naturam di-
uinam, alteram temporalem, in qua à matre
accipit naturam humanam pro salute homi-
num, vnus tamen in vtraque est Christus fi-
lius hominis, & filius Dei viui: alij enim sunt
filij adoptiui, filij à bonitate Dei, de quibus
Ioan. cap. 7. ait. Dedit eis potestatem filios
Dei fieri: Id est non sunt filij Dei viui in
quantum viui: quia filiatio eorum non est na-
turalis, sed voluntaria, secundum illud: Vo-
luntariē genui nos in ipso, ante mundi con-
stitutionem. Vnde solus Christus est filius
Dei viui, in quantum naturale est viuenti-
bus generare sibi simile, sicut non potest
non viuere, sic non potest non gignere: eter-
naliter viuunt, & æternaliter gignunt. Vnde
Ecclesia in primā horam diei iacit hoc fun-
damentum, cum dicit: Iesu Christe fili Dei
viui, miserere nobis: vt hanc Petri confessio-
nem ante omnia alia verba proferat. Quare
Chrysostomus dicit. Nunquam per huma-
num os haec veritas sonauerat in mundo, so-
lus Petrus fuit primus qui confessus est hanc
veritatem, & per eam confessus est suū mu-
nus, atque suam dignitatem, & id quod ipse
confessus est omnes fideles profiteri debe-
mus. Vnde & Dominus respondit ei. Et ego
dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc Petram
aedificabo Ecclesiam meam. Hęc promissio fuit
quali suæ confessionis remuneratio: nam li-
cet gratia, & liberalitas Christi fuit ipsi
summam

Exod. 3.

Psal. 2.

Ioan. 15.

Esai. 16.

Psal. 101.

Hebr. 13.

Ioan. 1.

Iacob. 14

Chrysost.



summum committere Pontificatum; voluit tamen, ut aliquo modo videretur meruisse illum, ut inde maior sibi honor accresceret, quasi tantum munus meritis fuisset: sicut voluit quod obedientia Abraham fuisset quasi similitudo quedam meriti, propter quam promissus fuerit illi Messias: cum tamen id sub merito proprie cadere non potuerit. Ac si diceret Petro. Tu dixisti, Tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi: Quia tu es Petrus, &c. Beatior quippe est Petrus quia id videtur meruisse, quam quia habuit illum: quem admodum, & Dominus respondit mulieri acclamanti: Beatus veter qui te portauit, & vbera quae suxilli. Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Beatius est mereri Regnum Dei, quam esse matrem Dei: quoniam hoc non cadit sub merito, & illud est bonorum nostrorum operum premium. Et ideo de Ioanne Euangelista dicitur quidem, Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus: de Petro autem: Diligis me plus his? Sed dices, non ne Domine vtilius illi fuisset, quod tu diligeres eum, quam ipse te? Amor quippe tuus causa est omnium bonorum, quae a te recipit creatura. Quae admodum quia Ioseph dilexisti, eum Saluatorem fanis tempore fecisti: scriptum enim est. Erat Deus cum Ioseph, & erat vir in cuius ovis prospere agens. Sed licet ita sit amor Dei erga Petrum radix est, & causa eius quem Petrus habet ad Deum, nec poterat tantus esse sine Dei amore, quo illum praeuenit secundum illud Ioannis. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia prior dilexit nos; tamen voluit hanc cum Petro commutationem facere. Iugam al trocadero con el, huius honoris quem Petrus accepit ex eo quod est dilectus a Deo, ut dicatur Christus dilectus a Petro, & eos titulos illi conferre, quibus ipsemet Dominus honoratur: cum illum loco sui in terra relinquere debet. Qua propter sicut in remuneratione huius confessionis illi summum promittit primatum; sic & post resurrectionem quasi in praemium dilectionis Petri promissum tribuit principatum: ac si diceret: Quia diligis me plus his, pasce oves meas. Tu es Petrus, id est Petra proprius quam ceteri Apostoli, qui licet petrae fuerint fundamentales; tamen peculiariter Petrus dicitur Petra: quoniam ab ipso post Christum, ceteri omnes firmitatem susceperunt, sicut & ceteri Apostoli lucem fuerunt mundi; tamen Petrus maior Lux: nam ut Clemens ait, ei promissum est, ut

obscuriorem orbis plagam ut Sol illuminaret, nempe Romanum Imperium. Quare Petrus ceteris Apostolis collatus maior semper euadit: nam si cum Paulo conferas, in morte videbis discrimen: quoniam in morte Petrus Christo crucifixo assimilatur, Paulus vero Ioanni decollato: ut cognoscatur in terra solum Petrum esse caput, ut supradiximus. Ioannes vero fuit dilectus; Petrus vero diligens: Ioannes, in principio erat Verbum, dixit: Petrus, Tu es Christus filius Dei viui: idem enim sensus est vtriusque sententiae. Si Ioanni matrem suam commendauit, Petro Spousam: si Ioanni matrem ex qua natus est commendat, Petro Ecclesiam pro qua passus est committit: si Ioannem thesaurarium pretiosissimam Margaritam facit; tamen & ipsum Ioannem, & matrem sub cura Petri reliquit. Quare tu es firmissima Petra, contra quam nec inferni machinae preualebunt, sed omnes ad te tanquam ad tutum refugium fugient. Et sicut Iacob super Petram quieuit, & vidit secreta caelestia, sic qui in fide tua quieuerit, arcana Dei mysteria manifestabuntur ei. Tu es Petra, cum qua si quis fidelis Dauid voluerit pugnare, quemlibet hostem aut Gigantem quantumuis fortem prosterneat. Et postea inferi non praeualebunt aduersus eam. Bellabunt aduersum te, sed non praeualebunt, nec totius orbis potestas, nec philosophorum acuta argumenta, nec oratorum eloquentia, nec Caesarum potentia, nec infernorum Principis astutia contra te vllatenus poterunt preualere: quinimo, & charitas tua ita constans erit, ut nec mors, nec vita, nec superiora, nec inferiora, nec creatura aliqua ab ea te separare possit. Hoc est dicere, quod nec fides, nec charitas vnquam ab Ecclesia deficient. Et sicut Dauid indecens arbitrans coram Arca Dei cum pompa regia procedere, nudus coram ea saltauit, officium serui coram Deo exercens; sic Petrus tanquam Dei seruus, & mancipium se habuit: nam maiora a Deo dona accepit quam Dauid. Dauid enim Regem constituit Deus, Petrum vero Regem, & sacerdotem: illum suum ministrum in secularibus; Petrum suum Vicarium in Spiritualibus: illi Regnum Deus praestitit, huic summum Pontificatum: illum suorum mysteriorum consciuum fecit, Petrum sui corporis ac sanguinis ministrum, & consecratorem: illum coram Arca sua constituit, Petro vero suam dedit crucem, in qua Deo iungeretur. Quid ergo facere debet, nisi se humilem seruum Dei

Gen. 28.

1. Reg. 16.

Hierem. 1.

1. Par. 16.

Dei ostendere, & ponere os vbi Christus Dominus posuit pedes, ut deosculetur illos. Ut sic verso capite ad terram, oculos versus caelum haberet, vbi gaudium ac thesaurus suus situs est, ut exinde gratiam pro grege suo adipiscatur, qua pasua caelestia acquirere valeant. Et sicut hic illum Dauidi consecrimus, sic D. Hieronymus tom. 4. de vera Circuncisione, Petrum cum Abraham confert. Alius, inquit, Abraham Petrus, nescio an maior, certe quod sentio non secundus. Illi generatio larga promittitur, huic generatio pasuenda committitur. Ab illo iustificanda procedunt, in hoc iustificata fundantur; ita quod ille sperat, hic accipit. Illi dicitur, Faciam te in Gentem magnam, huic, Faciam te piscatorem hominum. Illi dicitur, In semine tuo benedicentur omnes Gentes, huic dicitur, Iudicabis duodecim tribus Israel. Illi, Ut stellae erit semine tuum, huic, Tibi dabo claves Regni caelorum: ac proinde ille seculum ditare seminis benedicti impletur, hic autem semen ipsum Euangelizaturus asciscitur. Abraham pro filijs claritas monstratur astrorum, sed Petro traduntur Regna caelorum, videlicet, ut in eis sine Petro, nec filij Abraham possint intrare. Hic ergo non quod circueisus sit iuxta Gentem suam apud Dominum gloriatur, sed dicit: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quae sunt ista omnia apud eum, qui praeter instrumenta piscatoriae artis nihil aliud habebat? Omnia, inquit vtrique, quae ad concupiscentias mundus ingerit, quae praepudia possint dici si congregantur ad lenocinia peccati. Haec est vera, & spiritualis circuncisio filiorum Abraham. Porta inferi non praeualebunt aduersus eam. Vide super hoc Commentarios nostros super Psal. 118. in illum versum, In generatione & generatione veritas tua, fundasti terram, & permanet. Tractat. 12. fol. 197. Et adde quod ideo Ecclesia comparatur terrae secundum illud Ecclesiast. 1. Generatio praeterit, & generatio aduenit, terra autem in aeternum stat: quoniam terra secundum se totam immobilis est, ac incorruptibilis, etiam si secundum partes moueatur, & corrumpatur. Et ratio est, quia omnes eius partes aequaliter respiciunt centrum, quare non poterunt omnes moueri versus illud. Sic Ecclesia licet secundum partes possit moueri, scilicet deficere, ut de facto in multis defecit; tamen quoniam tota illa centrum, hoc est, Christum aequali veritate intuetur, illumque tanquam centrum habet, non poterit vnquam tota deficere.

Hieron.

Gen. 12.

Matth. 4.

Matth. 19.

Matth. 19.

Ecclesi. 1.

simile.

Vnde Esai. 33. dicitur. Respice Sion ciuitatem Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clauis eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quoniam solummodo ibi magnificatus est Dominus noster. Et cap. 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Quinimo, & hoc addendum est, quod Paulus ad Hebraeos, ut ostenderet aeternitatem sacerdotij Christi, dicit illum cum iuramento factum fuisse sacerdotem, (secundum illud:) Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum: & sic Petro cum iuramento hanc sacerdotalem potestatem committit cum ait: Et ego dico tibi quia tu es Petrus. Multi enim tenent illam (& ego) positum esse ibi loco iuramenti, sacerdotium autem Aarom absque iuramento commissum est ei: quoniam non debebat in aeternum durare. Ex quibus colligimus, quod Ecclesia fundata super Petrum, est sancta Ecclesia Romana, quam nos colimus, & non Arij, aut Manichaei, aut aliorum haereticorum: quoniam contra illas iam praualuimus, contra hanc autem nullus ad huc praualuit, sed semper eadem perseuerat, ergo ipsa est vera Ecclesia Catholica, quam Christus Dominus super Petrum fundauit. Insuper omnes Sedes, quas ceteri Apostoli habuerunt, ab infidelibus deletae sunt, ut in Asia, Graecia, & Hierosolyma patet; sola Petri Sedes permanet: quod est magnum argumentum illam esse, cui dictum est, portas inferi non praualituras contra eam. Haec pro moribus componendis, & concionibus ad populum habedis dicta sufficiant. Nunc vero aliquot magnae dubitationes circa haec verba Christi ad Petrum dissoluendae sunt, quae licet a principio capitis, ut solemus poni deberent, tamen consulo huc remisimus, ut prius totam huius Euangelij historiam texeremus. Queritur ergo, an ex his verbis Domini ad Petrum colligatur, Ecclesiam esse fundatam supra Petrum? Ratio autem dubitandi sumitur ex Augustino, qui sermone tertio decimo de verbis Domini, ita hunc locum interpretatur, ut dicat, Ecclesiam non esse fundatam super Petram, id est Petrum, sed super Petram, qui est Christus, sic loquens. Tu es ergo, inquit, Petrus, & super hanc Petram quam cognouisti dicens, Tu es Christus filius

Esai. 33.

Esai. 54.

Heb. 7.

Psal. 109.

Prima dubitatio circa litteram August.



lius Dei viui: edificabo Ecclesiam meam, superne edificabo te, non me super te. Idem quoque habet tracta. in Ioanem. 12. 4. in hec verba. Super hanc, inquit, petram edificabo Ecclesiam meam: Petra enim erat Christus super quod fundamentum etiam ipse edificatus est Petrus: fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est, quod est Christus Iesus. Propter quod testimonium huius temporis heretici, & innouatores irident nos, quod exponentes propositam Christi sententiam, dicamus Petrum esse Petram, super quam fundata sit Ecclesia, contra Augustini explanatione, & Pauli vocem, nullum aliud fundamentum ponentis prater Christum. Imo videtur Augustinus in primo libro Retracta. cap. 27. retractare contrariam sententiam, si aliquando eam dixisset: Nam cum in libro quodam ait, dixi de Apostolo Petro, quod in eo tanquam in Petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantantur ore multorum, in verbis beatissimi Ambrosij de Gallo Gallinaceo hoc ipsa Petra Ecclesie Carente, culpam diluit: sed scio me postea sepius sic exposuisse quod a Domino dictum est, Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam: vt super hanc intelligeretur quem confessus est Petrus, dicens, Tu es Christus filius Dei viui: ac si Petrus ab hac Petra appellatus personam Ecclesie figuraret quae super hanc Petram edificatur, & accepit clauas Regni caelorum: non enim dictum est, Tu es Petra, sed tu es Petrus: Petra autem erat Christus, quem confessus Simon sicut confitetur tota Ecclesia, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum, quae sit probabilior, eligat lector. Hae ille. Alij vero sunt Patres qui per hanc Petram potius volunt intelligere confessionem istam quam Petrus professus est, ex quibus Hilarius lib. 6. de Trinit. sic habet. Super hanc igitur confessionis Petram Ecclesie edificatio est. Et post pauca loquens de fide Petri quam hic confessus est, Hae, inquit, fides Ecclesie fundamentum est, per hanc fidem infirmae apud eum sunt portae inferorum: haec fides Regni caelestis habet clauas, haec fides quae interris soluerit aut ligauerit, & ligata sunt in caelis, & soluta. Cyrillus etiam lib. 4. de Trinitate sic scribit. Petram opinor per agnominationem aliud nihil quam inconcussam, & firmissimam discipuli fidem vocauit, in qua Ecclesia Christi ita firmata, & fundata esset, vt non labere-

Idem.

Hilarius.

Cyrillus.

tur, & esset in expugnabilis inferorum portis in perpetuum manens. His adde, & Chrysostr. & Theophylactum, quorum ille in hunc locum scribens, Petram interpretatur fidem, & confessionem. Ille vero sic habet: Quia confessus erat eum Dei filium Petrus, dixit, quod haec confessio quam confessus erat, fundamentum erit futurum credentium, ita vt omnis homo extructurus fidei domum, hoc iacturus sit fundamentum. Sed quoniam heretici in hanc interpretationem pedibus eunt, vt a primatu fugiant, quem obnixè labefactare contendunt, ideo absque dubio tenendum est, per hanc Petram Petrum ipsum esse intelligendum: quod elegantissime hic probat Iansenius. Quam sententiam a Catholicis puto esse amplectendam, quae sic habet. Primum quoniam hic planus literae contextus demonstrat. Cum enim pronomen, Hanc, demonstrat aliquam Petram de qua fuit sermo, nec de alia Petra habitus sit sermo quam ea qui dictus est Petrus, satis liquet aliam Petram non monstrari per pronomen, Hanc. Ex mutatione autem generis, Hanc, nihil posse colligi, euident erit, si cogitemus Christum nec greco, nec latino haec dixisse sermone, sed lingua tunc Iudaeis vulgari, nepe Siraica. Non enim Dominus ei imposuit nomen grecum, Petrus, sed quemadmodum patet ex Ioanne primo capite, nomen Cephas, quod Siraicum magis est quam Hebraicum, nisi quod a Grecis addita est litera. S. nam Hebraice Petra dicitur Ceph: Siraice vero Cepha: quod nomen in biblijs Chaldaicis fere positum est, vt in Hebraicis est Selagh, vt Psal. 39. Et statuit supra Petram pedes meos: & alijs locis etiam quibus mystice per Petram Christus significatur, vt Num. 20. vbi dicitur Deum dedisse Iudaeis aquam de Petra, quam Paulus interpretatur significasse Christum. Si ergo cogitemus, Christum dixisse pro Petrus; & hanc Petram, Tu es Cepha, & super hanc Cepham edificabo Ecclesiam meam (quomodo certum est eum dixisse, vt iam patet ex Siraico Euangelio) nemo non mox certissimum esse videbit, non aliud esse intelligendum per id super quod dicitur edificanda Ecclesia, quam eum cui dictum est, Tu es Cepha. Sicut si apud nos diceretur: Tu es saxum, & super hoc saxum edificabo: nemo intelligeret aliud significari per saxum, & per hoc saxum. Interpres autem Graecus ideo videtur mutasse genus, quoniam pro nomine proprio viri, magis conuenit masculinum

Chrysostr. Theophyl.

Iansenius.

Ioan. 1.

Psal. 39.

Num. 20.

1. Cor. 10.

num Petrus. Hae Iansenius mea sententia doctè, & Catholicè differuit. Accedunt ad hoc quam plurima testimonia sanctorum Patrum, & prater ea quae hic refert Iansenius, ex Tertulliano, & Origene, Basilio, & Ambrosio, haec alia accipere. Primum Clemens Romanus in Epistola ad Iacobum, Simon Petrus, ait, vere fidei merito, & integre praedicationis obtentu fundamentum esse Ecclesiae a Christo definitus est. Theophylactus etiam in explanatione huius loci. Remunerat, inquit, Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod supra eum edificauit Ecclesiam. Eodem modo interpretantur Hieronymus lib. in Matth. 3. & Chrysostr. 16. Hilarius Cano. 16. in Matthaeo, haec verba ad eundem modum exponit, quoniam eius verba Erasmus contendat pertrahere in alium sensum, adiciens in margine scholium huiusmodi. Ecclesiae fundamentum est fides. Quibus verbis interpretari voluit Hilarius, quasi sentiret, fidem esse fundamentum, & Petram, non autem Petrum. Hilarius autem apertissime de Petro loquitur, vt legenti eius verba manifestum est. Sed vt etiam Erasmo donemus Hilarij mentem hoc loco non facile deprehendi, quid ad ea dicturus est quae idem hac de re in expositione Psal. 103. his verbis meridiana luce clarioribus scribit? Cum Iesus quaedam de passione sua loquutus ad discipulos fuisset, & Petrus tanquam indignum hoc de filio dederat, Petrus cui superius clauas caelorum dederat, super quem Ecclesiam edificaturus erat, aduersus quem portae inferi nihil valerent, qui quae in terris, vel soluisset, vel ligasset, ea in caelis, vel soluta persisterent, vel ligata: hanc itaque tali conuicio detestatum hoc sacramentum passionis, tali responso excepit. Vade post me Satana, scandalum mihi es. Tanta enim ei religio fuit pro humani generis salute patiendi, vt Petrum filij Dei primum confessorem, Ecclesiae fundamentum, caelestis Regni ianitorem, & in terreno iudicio iudicem caeli, Satanae conuicio nuncuparet. Gregorius etiam Nazianzenus sermo. de Machab. Hic vocatur, ait, Petra eiq; Ecclesiae fundamenta concreduntur. Inter Neothericos autem Caietanus, sic explicat hanc sententiam, vt de Petro intelligatur. Ad August. tamen respondetur primo, quod ipse in illo loco retractat, supradictato, non refutat nostram sententiam, imò electioni cuiusque relinquit quam maluerit acceptare, imò in alijs locis prater il-

Clemens Romanus.

Theophyl.

Hieron.

Chrysostr.

Hilarius.

Erasmus.

Hilarius.

Psal. 103.

Matth. 16.

Gregorius Nazianz.

Caietan.

Ad August.

Spodetur.

August.

lum quem ille citat, hanc nostram sententiam affirmasse videtur: nam Serm. 2. in Cathedra sancti Petri: Pro solemnitate deuotionis Petrus, ait, Ecclesiarum Princeps dicitur dicente Domino: Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. Petra dictus est, eo quod primus nationibus fidei fundamenta posuerit, & vt saxum immobile totius operis Christiani molem compagemq; contineat. At Dominus Petra pro virtute dicitur iuxta illud: Bibebant de spiritali conueniente eos Petra, Petra autem erat Christus. Redde ergo Petrus consortium meretur nominis, qui consortium meretur, & operis, imò in hoc testimonio sibi ipsi videtur respondere Augustinus argumento illo, quod illum dubium in hac re fecerat, nempe quod Paulus dicit, Fundamentum aliud nemo ponere potest prater id quod positum est, quod est Christus Iesus: nam ait quod Petrus meruit consortium nominis cum Christo, vt dicitur Petra, sicut meruit consortium operis, scilicet, vt esset fundamentum cum Christo: dicimus enim Christum fundamentum Ecclesiae, sed post eum Petrus, imò & ceteri Apostoli: nam & Ioannes duodecim fundamenta ponit ciuitatis nouae Hierusalem, quae sunt nomina duodecim Apostolorum. Et Paulus ad Ephe. 2. dicit nos super edificados super fundamentum Apostolorum, & prophetarum, ita quod Christus primum, & proprium fundamentum est, sed hoc simul cum nomine Petro communicauit: vt ipse post eum etiam esset Petra, & fundamentum Ecclesie suae. Vnde D. Basilius homil. 29. Petrus, ait, locatus in fundamento, tertio negauit, ipse dixerat: Tu es filius Dei viui; vicissim audierat: Tu es Petra, sed non qualis Christus, Christus immobilis Petra, Petrum propter Petram. Axiomata ergo sua alijs tribuit Christus, vt diues qui licet alijs det nihil sibi minuit, est enim perennis fons, haurire licebit, non exhaurire. Item Leo Papa sermo. 3. de Apосто. Primus Petrus est in Christi confessione, qui primus est in Apostolica dignitate: ideo beatus, quia Pater meus te docuit, nec terrena opinio sefellit, sed caelestis inspiratio instruxit. Sicut ergo Pater tibi indicauit diuinitatem meam, ego indicabo tibi excellentiam meam. Tu es Petrus, id est, cum ego sim inuolabilis Petra, & scilicet angularis faciens vtraque vnum, & fundamentum prater quod nemo potest aliud ponere; tu quoque es Petra qui mea virtute solidaris, vt quae mihi potestate sunt propria,

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

Apoc. 21.

Ephe. 2.

Basilius.

Simile.

Leo Papa.



pria, sunt tibi participatione communia. Super hanc Petram æternum ædificabo templum. Hæc vox vitæ est: ut suos confessores ad cœlestia prouehat; ita suos negatores ad inferna demergat, idcirco dantur tibi clauces: & licet hæc potestas clauium ad alios Principes Ecclesiæ committatur; tamen Petro singulariter creditur: quia cunctis rectoribus Christus præponitur. Cæterum auctoritates quas afferunt aduersarij ex Hilario, Cyrillo, Chrysostomo, & Theophylacto, nec illis patrocinantur, nec nostræ intelligentiæ quæ communis est, quicquid obsunt: (nam præterquam quod in alijs locis nostræ asserant sententiam, vt ex Hilario, & Augustino iam ostendimus, & ex alijs poteris videre apud Iansenium, nempe quod super Petram, quæ est Petrus, ædificata Ecclesia sit) etiam in his locis quos aduersarij afferunt id dicunt, in quibus interpretantur Petram fidem, & confessionem Petri, & fidem quæ intelligunt esse Petram: quæ sit fundamentum Ecclesiæ, non intelligunt, quemadmodum aduersarij, fidem cuiusuis hominis aut fidem in genere acceptam, sed singulariter fidem ipsius Petri, quam quandoque dicunt Petram, & fundamentum Ecclesiæ, aliquando ipsum Petrum, eo quod hæc duo in idem coincidunt: propterea quod Petrus Petra fit dictus, & fundamentum ratione suæ fidei solidæ. Et accipe hæc Theophylacti sententiam, per quæ & alios Patres intelliges: sic enim super hunc locum dicit. Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod super eum ædificauit Ecclesiam: quia enim confessus erat eum Dei filium Petrus, dixit, quod hæc confessio fundamentum erat futurum credentium. Ex quibus verbis patet cum Theophylacto, id est esse, Ecclesiam fundatam esse super Petrum, & super eius fidem & confessionem. De cæteris vide apud Iansenium. ¶ Iam supra cap. 10. egimus de primatu Petri supra cæteros Apostolos, modò autem etiam aduertendum est, quod etsi singulorum fides rectè dicatur fundamentum spiritualis ædificij, quod fidelis quisque sibi ædificat per virtutum operationem; totius tamen Ecclesiæ Christianæ fundamentum nullius fides dici potest, nisi solius Petri, qui primus inter Apostolos hanc fidem in Christum ex Patris reuelatione accepit, & professus est, quam excipiens ab eo tota fidelium Ecclesia contra omnes aduersariorum insultus fixa perseverat. Itaque sicut Abram per suam fidem

Theophil.

Gen. 17.

in Deum factus est Abraham, hoc est, Pater multarum gentium, quæ illius fidem erant imitaturæ: ita Simon per suam fidem factus est Petrus, hoc est, saxum, cui in ædificanda erat fidelium Ecclesia, quæ illius fidei debebat inniti, illiusque fidem exceptura ac imitatura. Quare Iansenius in hoc loco ad huc maiorem existimat hanc promissionem factam soli Petro, quam cæteris successoribus suis. Successores enim, ait, sicut capita sunt Ecclesiæ Christianæ totius, quæ illis in Episcopatu existentibus est in terris, ita etiam sunt fundamenta, & primi lapides super quos Ecclesia in terris existens fundatur. Petrus autem non solum fuit fundamentum fidelium qui cum ipso fuerunt in terris, sed totius omnino Ecclesiæ fidelium, qui post eum, vel crediderunt, vel credituri sunt in Christo: vnde quamquam quæ sequuntur Petro promissa, Et tibi dabo clauces Regni cœlorum, &c. æquæ pertineant ad Petri successores, atque ad ipsum Petrum, vt post dicitur: hæc tamē promissio: ædificabo Ecclesiam meam super te: propriè ad ipsum Petrum pertinere videtur, sicut illi proprium est nomen Petrus, & non commune cum successoribus: cuius nominis ratio explicatur his verbis. Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Sed licet hoc in honorem sancti Petri videatur posse dici: tamē quia apparet non nihil Pontificibus Romanæ Ecclesiæ subtrahere, hisce præcipue temporibus cum hæretici totam auctoritatem Pontificibus Romanis tollere nituntur, idcirco potius mihi dicendum videtur, idem in sententia illa omnibus Pontificibus dictum fuisse Petri legitimis successoribus, qui & Petri & fundamenta sunt Ecclesiæ, quibus in fidei definitionibus, non solum presentes, sed etiam futuri innituntur: nam ea quæ vnus Pontifex tam quoad fidem, quam ad mores rectè definit; omnes alios successores ligare, nullus verus orthodoxus negabit. Ergo non solum sunt fundamentum presentium, sed & futurorum: vt pote quos ligare suis definitionibus possunt, & ad quos eorum definitiones transeunt, & eas acceptant, & eis eorum fides innitur. Quod & Pelagius Papa sentire videtur Dis. 21. Can. quamuis, sic definiens. Sæcra Romana Ecclesia, nõ Synodis decretis, sed ipsa Domini voce primatum obtinuit, cum dixit, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: vbi ad omnem Romanam Ecclesiam, hanc vocem dicit esse prolatam, cui Romanus Pontifex

Iansenius

Pelagius Papa. d. 21. Can. quænis

Pontifex præest, ad quem suo modo dictam affirmamus. Satis est quod Petro singulariter demus, quod ipse primus fuerit purus homo, qui totius Ecclesiæ fundamentum constitutus sit, & qui etiam super alios coapostolos suos, qui simul fundamenta Ecclesiæ erant, primatum obtinuerit. Vnde Leo Papa distinct. 19. cap. ita Dominus, inquit. Sacramentum ita Dominus ad omnium prædicatorum officium pertinere voluit, vt in Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret, vt ab eo velut à quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exors sit diuini mysterij qui à Petro discederet. Et. d. 21. capit. In nouo. dicitur. Primus Petrus ligandi potestatem accepit, & licet cæteri Apostoli pari consortio honorem, & potestatem acceperint, ipsum verò Petrum Principem esse voluerunt. Diuus etiam Cyprianus lib. de simplicitate prælatorum. Quamuis, inquit, Apostolis omnibus post resurrectionem parem potestatem tribuat, dicens, Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; tamen vt vnitatem manifestaret eiusdem vnitatis originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Est igitur Ecclesia vna, sicut solis radij, cum sit vnicum lumen, & sicut rami arboris multi, cum tamen vnum sit robur eorum: riuus fontis multi, sed vnitatis seruetur in origine. Vnum est testimonium apud Origenem, in tomis super Mattheum, in tractatu ex his quæ nunc habemus, quod sic habet. Petra est omnis qui imitator est Christi, & super omnes huiusmodi ædificatur Ecclesia Dei. Si autem super vnum illum Petrum arbitraris vnuerſam Ecclesiam ædificari, quid dicis de Iacobo, & Ioanne filijs tonitruj, vel de singulis Apostolis? Ioannes Bonderius in concertatione aduersus huius seculi hereses tit. 31. art. 4. refert hunc locum, inter eos quos Lutherani inducunt contra primatum Petri dicentes, Ecclesiam non esse in primis fundatam super Petrum, sed super singulos quosque fideles: & ad hæc addit expositionem Origenis typicam esse, & secundum allegoriam, quæ ad confirmanda dogmata afferri non solet: idque ex eo liquere, quod Origenes portas inferni peccata, clauces Regni cœlorum virtutes, interpretetur. Et nos addere possumus, quod Origenes in multis seductus est. Nam in tractatu quodam, ex his qui nunc in Mattheum superiunt, videtur docere, quod Pontifex seu sacerdos habeat clauces, sed solum illi qui Petri sanctitatem imitantur eas habere possint. Qui error damnatus est in Concilio Tridentino Session. 14. Cano. 10. in hæc verba. Si quis dixerit, Sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, atque soluendi non habere: Anathema sit. Itaque vt dicta hic resoluamus, Christus ipse est Petra, & Cepha per naturam, fundamentum Ecclesiæ, ipse propriè, & per naturam, præter quod aliud nemo potest ponere, clauem David illius humeris Pater cœlestis propriè imposuit; sed hæc omnia etiam Simoni comunia secum facit, Petram illum appellans, super quam fundanda sit Ecclesia, ac clauces Regni cœlorum ei promittens, & demum committens.

Et tibi dabo clauces Regni cœlorum. Iam supra distinximus duplicem clauem; alteram scientiæ, alteram iurisdictionis, & potestatis: & prior est veluti dispositio ad alteram, ac si duæ vnus ostij essent clauces, quarum vna quidem non potest ostium aperire, sed tantummodo viam parat, vt altera clauis statim ostium aperire possit. Sic enim hic potestas ligandi, & soluendi est quasi secunda clauis, quæ seram aperit, & ostium, & discernendiscientia quasi prior clauis sic, quæ ostendit cui ostium sit aperiendum secunda clauis. Licet Theophylactus, & alij per clauces intelligant potestatem soluendi, & ligandi: hoc est, quæ soluunt peccata, & pœnas, vel ligant ad pœnas exoluendas: directè, vel non absolute à peccatis, quia non meretur penitens: ligant indirectè, dimittendo illum in suis peccatis. Et rectè quidem hæc duæ potestates duæ clauces Regni cœlorum dicuntur, vt quarum altera Regni cœlorum ianua aperiatur, altera verò claudatur. Potest etiam per has clauces intelligi plenaria ac suprema potestas gubernandi Ecclesiam Christi, sumpta metaphora ab eo quod communis vsus habet, cum ciuitatis potestas Regi traditur, ei clauces tradere ciuitatis: & cui clauces domus traduntur, ei totius familiæ ac domus committitur administratio. Vnde Esai. 22. pollicetur Dominus Heliacim filio Elchij, ministro Regis Ezechij, summam in aula Regis, & ciuitatis potestatem dicendo. Et dabo clauem David super humerum eius, & aperiet, & nõ erit qui claudat, & claudet, & nõ erit qui aperiat. Quare secundum hæc potestatem cõdere leges, & alia facere, quæ ad bonam Ecclesiæ gubernationem cõueniunt,

Cõc. Trid.

Simile

Theophil.

Esai. 22.



concedantur Petro cum successoribus suis. Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelo. Vincula dicuntur peccata secundum illud: Funibus peccatorum suorum quisque constringitur: praecipua etiam vincula dicuntur, quibus homines obligantur & constringuntur. Ligat ergo Pontifex, cum peccata non absoluit indignis, ut supra diximus: soluit, cum absoluit. Et de hoc ligandi ac soluendi modo communiter, & praecipue intelligitur haec sententia, quasi idem per hanc a Domino intelligatur, ac per illam Ioan. 20. Quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Secundo etiam ligat sacerdos ratione peccati, cum satisfactionem poenitentiae confitentibus imponit: soluit vero cum de ea aliquid dimittit, vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittit, ut Augustinus ait libro de vera, & falsa poenitentia cap. 10. Ligant per praecipua, cum leges obligantes ad culpam, vel poenam condunt, & cum sententiam excommunicationis aduersus aliquem inferunt: & solunt, cum vel a legibus hunc dispensant, vel ab excommunicatione absolunt.

Ioan. 20.

August.

Sixtus Senensis.

Turrecre.

Bernardus

Bernardus

D. Thom.

Et tibi dabo claves Regni caelorum. Hinc dubitari poterat, an summus Pontifex habeat secularis Imperij potestatem. Pro quo videndus est Sixtus Senensis Bibliothecae sanctae lib. 6. a nota. 72. in Matthaeum, super hunc eundem locum, & Ioannes Turrecremata presbiter Cardinalis lib. 2. summae Ecclesiae cap. 113. ubi expendens sententiam quandam D. Bernardi ex lib. 3. de consideratione ad Eugenium Papam, distinguit duplicem rerum temporalium potestatem: alteram Monarchiam, nempe eam quam Imperator in orbe exercet, & hanc dicit Papam non habere: alteram pastorem ad spirituale regimen atinentem, & hanc super vniuersum orbem habet Pontifex in ordine ad quam etiam de temporalibus dispensare, ac praecipere valet, & probat exercuisse multos Pontifices. Vide apud Sixtum Senensem loco citato. Et de priori intelligitur D. Bernardus in Lib. illo. 3. de consideratione ad Eugenium: nam post multa verba denique subinfert. Interdicitur dominatio, indicitur ministratio. Cui subscribetur videtur D. Thom. cum. 2. 2. quaestio.

10. art. 2. ait. Quamuis res Ecclesiae sint Papae, ut principalis dispensatoris; non tamen sunt eius, ut domini, & possessoris. Tunc praecipit discipulis suis, ut nemini dicerent: quia ipse esset Iesus Christus. Miro ordine diuina sapientia sua pandit mysteria: nam secundum Philotophum a facillioribus doctrina incipienda est, nec oportet statim Christi diuinitatem publicare, usque ad eius glorificationem, quae fuit post resurrectionem a mortuis. Nam videntes nunc eius humilitatem ac passionem, qui crederent ipsum esse Deum, aut verum Messiam? Sed postea simul cum humilitate passionis praedicarent gloriam resurrectionis: sed sufficeret eis modò praedicare hominibus poenitentiam, & Regnum caelorum, & quòd ipse esset aliquis magnus vir annuntians vitam eternam, tenerentque ipsi firmiter diuinitatis confessionem, quam fecerat Petrus: tamè adhuc rudibus hominibus tantum prout celarent mysterium: nam ut dixit Angelus Tobiae. 12. Sacramentum Regis abscondere bonum est. Et etiam quia sciebat Dominus, quòd Iudaei illum debebant occidere, quia dicebat se Messiam, & ne tempora a Patre definita praeniret, noluit eis ante tempus hanc offerre occasionem, & idèd praecipit eis, ut nemini dicant ipsum esse Iesum Christum, hoc est, Messiam Saluatorem. Ad quod pertinet quod subiungit. Exinde capit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Ac si diceret. Ecce rationem quare vobis praecipio ne meam pandatis diuinitatem: quoniam oportet primum hanc pati, sed cum a mortuis resurrexero, praedicabo gloriam meam: nam talis gloriae Christi propositio, & publicatio fuit praemium passionis eius, ut Paulus docet dicens: Humiliauit semetipsum, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Prius enim oportebat praecedere humilitatem passionis, secundum illud Sapientis dictum, Gloriam praecedit humilitas. In quo etiam eos docet, quòd illa deberet Dominus pati propter titulum Messiae, ne daretur illis praematura occasio ante tempus illum occidendi, & ne videretur affectator Regni, quod praese-

Aristot.

Tobia. 12.

Philip. 2.

Franc. 15.

praese-

Luc. 13.

Matth. 24.

Ephes. 2.

Colos. 2.

1. Esdra. 9.

Luc. 23.

praeserebat nomen Messiae. Quia oportet eum ire Hierosolymam. Ibi enim decuit illum pati: quia erat locus solennis, & sacerdotum, & religionis, & Regni, & ut adimpleretur quod ipse dixerat Lucae 13. Quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem. Et infra. 24. Hierusalem, Hierusalem, quae occidis Prophetas, &c. Nomen tamen ciuitatis significat pacem quam per passionem suam effecit Christus, ut dicitur Ephesi. 2. & Colossens. 2. Et multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum. Nam ut dicitur. 1. Esdra. 9. Manus magistratum fuit in transgressione hac prima. Et Lucae. 23. Stabant Scribae, & Pharisei, & Principes Sacerdotum constanter accusantes eum. Et tertia die resurget. Hoc dicit, ne nimis deijcerentur discipulorum animi praetrititia passionis, nec dubitarent de ea quam fecerant confessione deitatis. Merito Sponsa dicit: Mel & lac sub lingua tua: quoniam mel suum, ac dulcedinem suam abscondit Deus sub asperitate laborum. Postquam enim eos enarrauit, subdit: Post tres dies resurgam. Vnde & Ricardus dicit, quòd turbines illi, ac tremotus, venti, & ignes qui ante portam spe lunae, ubi erat Helias absconditus, transierunt antequam Deus appropinquaret; significabant, quòd prius turbines, ac ignes tentationis quibus decoquerentur, deberent transire per portas iustorum antequam ad visionem Dei deuenirent. Sed quoniam de hoc iterum cap. 20. rediturus est fermo, ad illum locum alia remittamus. Et assumens illum Petrus cepit increpare illum, dicens. Absit a te Domine, non erit tibi hoc. Assumit eum retrorsum, dimittens transire alios discipulos, ne videretur genus irreuerentiae coram alijs increpare magistrum: zelabat enim suam confessionem, & putabat filium Dei viuui non debere mori. Zelabat etiam amabilem Christi praesentiam, & abhorruit eum talia pati debere, & aequanimiter sustinere non poterat. Absit a te Domine. Horrentis est, quòd filius Dei intereat. Non erit tibi hoc, & pietate & amore victus id dicebat. Hieronymus dicit, quòd in Hebraeo habetur: Propitius esto tibi Domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro, Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea qua Dei sunt, sed Tom. II.

Hieron.

ea qua hominum. Satan non est nomen diaboli hic, sed significat aduersarium, hoc nomine eum repellens, tanquam qui aduersaretur Dei voluntati, quae erat ut ipse pateretur. Vade post me, dicit, ut adnotauit Hieronymus, diabolo autem dixit, Vade retro, non post me: quoniam diabolus nullatenus debebat sequi Christum. Petrus autem sic, imò & in ipsa similitudine mortis: Ac si diceret. In hoc tu meam debes se qui voluntatem, quae est Patris mei, non ego tuam. Scandalum est mihi. Saltè quantum est ex parte tua offendiculum, ac impedimentum ponis, ne ego patiar: vel meae carni scandalum ponis, dum horrorem mortis illi incuris, quam relicta suae naturae, abhorret & fugit. Vel eum vocat nomine daemones: nam licet haec suggestio non fuerit a daemone, sed ex amore carnali quem circa Christum habebat Petrus; tamen quia diabolus id volebat, etiam si diuerso fine a Petro, nempe ut salus hominum impediretur, idèd illum nomine diaboli compellat, licet non ut diabolum significet: nam ut ait D. Gregorius in praefatione super Iob capit. 4. Quemadmodum Simile, hi qui urbem aliquam obsident, non solum viribus suis eam impugnant, verum etiam sollicitant ciues qui intus sunt, ut deditionem faciant, aut ciuitatem tradant; sic diabolus aliquando domesticos nostros sollicitat; ut nos ad peccandum inducant, ut in Iob, & Tobia videmus. Et sic si tunc diabolus tantum mysterium intellexisset, sollicitasset Petrum, & alios ut impedirent illud, quemadmodum tempore passionis sollicitauit uxorem Pilati, ut impediret eam: sed quoniam ut diximus, haec suggestio non fuit a diabolo, sed ab effectu carnali; idèd dicit illi, Quia non sapis ea qua Dei sunt, sed qua hominum. Non dicit daemoneum, sed hominum: quoniam humano affectu tactus id dixerat. Antea cum ex Dei reuelatione loquutus est Petrus, & illum factus est filium Dei viuui, illum beatum dixit, quia carnem, & sanguinem non sequebatur: nunc quia ex affectu carnali loquutus est, illum tanquam aduersarium repellit: tunc enim bona incedebat via, nempe spiritus & Dei, nunc carnem sequitur, & sanguinem, quae obstant Regno Dei. Simul & perspicere quid homo a Deo adiutus, quid suae naturae relictus sit. A Deo adiutus

Hieron.

Gregori. 2. Simile.

Iob. 1.

Tob. 1.

Matth. 27.

Moralitas



adiutus Christum filium Dei fatetur, nunc sue nature relictus, ea quae sunt carnis capit: oportet enim Dei auxilium in quolibet opere nobis presto esse; alias nostra nos natura ad suos rapiet affectus: nam ut dicitur Romanor. 8. Qui in carne sunt, quae carnis sunt sapiunt, nisi supernaturali Dei auxilio ad ea quae sunt spiritus eleuentur. Vnde, ut intelligant debere discipulos sequi magistrum suum in ignominia suae passionis, subiungit & dicit. si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Si quis, ait, indiscriminatim absque acceptione personarum: vel dicit si quis; ac si diceret: Siquis est qui meam sequelam velit, rarus est enim qui id vult, sed ramen laudabilis. Quis est hic, & laudabimus eum? Vnde Matthae. 20. pauci electi, & Lucae. 12. Nolite timere pusillus grex: quia pauci erant qui ipsum pastorem sequebantur quoniam sequi Christum, opus virtutis est, virtus autem circa difficile versatur. Vnde in hoc verbo ostenditur difficultas huius sequelae. Vult, quoniam voluntarios ac hilares datores diligit Deus, non coactos: amicos enim vult Deus, non mancipia, qui amore ducti, non terrore coacti sequantur ipsum: ipsius enim verbum est illud: iam non dicam vos seruos, sed amicos. Et alibi dixerat: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Amore quippe nos deuinctos sibi vult, non terrore. Dulcissimus est Deus: quare propter se ipsum expetendus, & amandus, nam & Sapiens de hac sapientia quae Christus est, sic capit. 8. Sapient. dicit. Intrans in domum meam, hoc est, in conscientia mea, conquiescam cum illa: non habet amaritudinem conuersatio illius, nec coedium conuictus illius, sed letitiam, & gaudium. Bona exteriora, delitiae, ac diuitiae, & honores, vel secum multas afferunt amaritudines, vel saltem fastidium generant, vel coedium, vel satietatem; ita quod homo id quod prius avidissime volebat, iam fastidiat, & fugiat, ut in Amnon filio David cum sorore sua Thamar visum est. Vnde Rabanus in glossa dicit. Corporales delitiae corpus grauant, spirituales vero mentem releuant, & quanto magis esuriuntur, tanto amplius comeduntur: in illis appeti-

tus placet, experientia displicet. Augent spirituales delitiae desiderium, & quod magis sumuntur avidius amantur. Haec autem verba accepit Rabanus a beato Gregorio, in quadam homilia, qui eandem sententiam multo eloquentius dicit. Sic corporales delitiae, cum non habentur graue in se desiderium accendunt, cum vero habitae eduntur, comedentem protinus in fastidium vertunt. At contra spirituales delitiae, cum non habentur, in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, in illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat: in his autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parat: augent enim spirituales delitiae desiderium in mente, dum satiant: & quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius agnoscitur quod avidius ametur. Haec Gregorius. Seneca etiam carnis voluptatem docens contemnere, dicit. Voluptas corporalis fragilis est, & breui fastidio obiecta, quod avidius acta est, citius in contrarium recedens, cuius subinde necesse est aut poeniteat, aut pudeat quemcumque, in qua nihil magnificum, aut quod naturam hominis dijs proximi deceat. Res humilis membrorum turpium ministerio veniens, exitu foeda. Cum igitur diuina sapientia non habeat amaritudinem in conuersatione, nec coedium in conuictu, sed potius letitiam & gaudium, & ideo a sapore sapientiae, quali sapida scientia nuncupetur, cur non omnes voluntarie eam amplexabimur? Filius autem sapientiae est Patris, cur ergo non post illum volentes curremus? Maxime cum voluntas ad bonum naturaliter inclinatur, Deus autem sit omne bonum, & in Christo sint thesauri sapientiae, scientiae ac bonitatis Dei. Non ergo ad hoc bonum sequendum, & amandum oporteret cogere voluntatem, sed ipsa sponte ad tantum bonum suum properare deberet: nam amabile quidem bonum, ait Philosophus, unicuique autem proprium. Proprium autem bonum humanae voluntatis est bonum vniuersale, ad quod & intellectus hominis, & voluntas pertingunt: nam singularia bona etiam caeterae res amant, hoc autem bonum vniuersale solus Deus est. Cur ergo illum non voluntarie sequemur?

Ideo

Ideo ergo dicit, Qui vult, quia non coactos, sed spontaneos requirit sectatores. Quare quibusdam discipulis recedentibus ab eo, caeteris, qui remanserant, dixit Christus. Nunquid & vos vultis abire? Nec enim quemquam in domo mea coacte viuere volo. Post me: Nam (ut ait Bernardus) omnes volunt ad te venire, pauci tamen post te: vellent enim conglorificari tecum, sed non compati tibi: Vellent quidem gloriam tuam, sed abhorrent humilitatem passionis tuae. Esse beati cupiunt, labores autem perpeti recusant. Oportet ergo, si vultis venire ad Christum, ut post illum ambuletis eius sequentes vestigia, ut Apostolus Petrus nos admonet dicens. Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius: his ergo ait Dominus. si quis vult post me venire: hoc est, formam meam ante se habens praecedentem, ut dicamus cum Paulo ad Hebraeos capit. 13. Excamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes: Et Esai. 45. dicitur, Viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt, vincisti manicis pergent, teque adorabunt, & deprecabuntur. Sunt enim aliqui qui praepostero ordine volunt, non ipsi sequi Christum, sed quod Christus sequatur eos: volunt enim quod Deus velit quod ipsi volunt, & quod Deus approbet quod ipsi faciunt. Hi sunt qui contractus illicitos, sed lucro plenos agunt, & volunt quod sint liciti, etiam si contra omnia iura diuina, & humana pugnet, nec quiescunt donec inueniant, qui eos iure, vel iniuria, per fas vel per nefas approbent, quibus potius dicit Christus quod paulo ante dixit Petro: Vade post me Satana: tu enim potius debes ire post me, non ego post te, nisi ministerio daemonum agens te in tartara. Venire, non otium, sed negotium maximum est Regni caelorum acquisitio, & ideo non otiosos quaerit homines, sed in bonis operibus ambulantes: sic enim ad Tit. 2. ait Paulus: Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Vnde per Hieremiam cap. 51. ad id nos in-

uitat dicens. Venite, nolite stare, recordamini procul Deum, & Hierusalem ascendat super cor vestrum. Quare Dominus vineam, illos qui in foro otiosos stabant reprehendit, dicens. Quid hic statis tota die otiosi? Ite & vos in vineam meam. Non oportet otio vacare hominem Christianum, sed semper in hac vinea per bona opera laborare: ut sibi merx suo tempore auctior reddatur. Ite pedibus, & manibus in vineam meam, hoc est, affectibus & operibus satagite ad vitam pergere sempiternam. Venire, ait, non ire: qui enim vadit extra domum suam vadit, ille autem dicitur venire, qui in domum reuertitur suam. Ire post Deum, & ad Deum, non est abire, sed venire: quoniam Deus domus nostra, & requies nostra est. Vnde qui in illo est, in propria domo est, qui autem ab illo abest extra suam domum, & extra suum locum est. Iudas qui a domo Dei exiit, dictus est abiisse: Tunc abiit vnus de duodecim, ait Matthaeus: sed filius prodigus qui in domum Patris suis reuersus est, dictus est venisse. Venit, inquit, ad Patrem suum. Vnde Christus supra clamauit, & dixit. Venite ad me omnes. Venire enim ad me, non est foras exulare, sed intus exultare: venite ergo post me. Hoc est, post eas quas vobis promitto in Regno Patris mei, ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo: quemadmodum canem post te trahere soles, ostendendo cibum, quem tecum pro illo fers. Vnde cum Dominus discipulis suis dixisset. Nunquid & vos vultis abire? Respondit Petrus. Quomodo a te vnquam separari valebimus? Et Sponsa dicebat: Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. In odorem, non in saporem: hic enim per fidem adoramus ea bona, quae postea gustabimus, quorum odor tantus est, ut sufficiat ad sustentandam vitam iustorum in hac vita, inter tot pericula. Vnde Cant. 6. dicitur. Sicut turris David nasus tuus. Per nasum percipiuntur odores: per turrim fidem, quae altissima est, & altissima penetrat, intelligit: est ergo odoratus rerum altissimarum, quae per fidem nobis innotescunt: Vel turris quaedam fortissima

Tomo. II.

Euangelium secundum Matth.

fortissima, ac propugnaculum, quæ in malis omnibus constantes iustos tenet, ac eos à periculis protegit. Properabant ergo homines post Christum in odorem rerum altissimarum, quas illis prædicabat. *Abneget semetipsum*: hoc est sibi metipsum dicat, Non, abneget suam voluntatem, & appetitum, & cum aliquid poscunt minus rectum, respondeat illis, Nolo, Non facietis. Abnegatio ergo hæc consistit in propria voluntatis abnegatione, & in carnis mortificatione: hæc enim duo impedimento solent esse animæ ne sequatur Deum factorem suum. *Abneget semetipsum*. Non solum partem sed totum se ipsum abneget, in omnibus quorum causa est ipse, quia illa vana, vel mala sunt, & induat Deum quem confessus est Petrus, ut illius voluntas tam Deo, quam per Deum fiat, secundum illud ad Tit. 2. Abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & pie viuamus in hoc seculo. *Abneget semetipsum*. Obserua. Deus ea iubet quæ multum valent, licet parum sonent, ieiunare multos dies, frequentare Ecclesiam, & sacramenta: hæc quidem bona opera ex se sunt; tamen si absque interiori abnegatione propriae voluntatis fiant, etsi multum sonant, non tamen multum valent, imò forsan nihil: abnegare tamen se ipsum, propriae voluntati ac desiderijs obuiam ire, hæc parum sonant (surda enim aure in secretioribus animæ hæc fiunt) valent tamen non parum, imò multum: quoniam in hoc summa perfectionis Christianæ consistit, se ipsum, & omnia propter Christi amorem abnegare. Vbi & Gregorius doctrinam Domini admiratur, quam noua, quam alta, quam admirabilis sit. Quis vnquam Philosophorum, id docuit, ut homo se ipsum neget, suam deserat voluntatem, sibi ipsi quasi aduersarius irato vultu postulata neget, & dicat non? Ita est fratres mei. Nam in sua doctrina, apud Lucam, ante ista verba docuerat nos Dominus omnia nostra relinquere, ut Christum Dominum nudum sequeremur. Quoniam cum duo luctam ineunt, & alter eorum nudus est, alter vestitus; in hoc superior erit nudus, quod alter habet vestes quibus alium apprehendens prosternat, nudus autem

non habet: vnde alterius manus innitatur ad eum in terram proiciendum. Diabolus nudus venit ad certamen aduersum nos (nihil enim habet: quoniam propter peccatum omnibus Dei donis, præter ea quæ sibi naturalia sunt, spoliatus est; mentitus enim est cum ad Dominum dixit, omnia illa Regna quæ illi ostenderat sua esse.) Si ergo aduersarius nudus est, & tu vestitus, iam habet vnde te comprehendat, & prosternat. Nam vel per amorem rei familiaris, vel honoris, vel mulieris te apprehendens, in tartara præcipitem dabit: sic enim & Absalon capillis suspensus in quercu manens tribus lanceis est confossus: & inhonesta mulier apprehendit pallium Ioseph, ut illum ad illicitum concubitum compelleret: quare pallio dimisso in manu mulieris fugit, ne tantum facinus perpetraret. Idem fecit iuuenis ille, qui amictus syndone super nudo relicta syndone in listorum manibus nudus profugit ab eis. Quare docet Christus omnia hæc relinquenda esse à nobis, ne inimico ansam demus, qua manu nos apprehendens ad se trahat. Sed & addit Dominus, nec hæc nobis sufficere, nisi etiam nos metipsum relinquamus. *Abneget semetipsum*, ait Dominus: venerat enim Dominus ad reducendum hominem in illum statum, in quo ipse à principio illum constituerat per gratiam suam, & ut ipse homo in se destrueret quod ipse fecerat, nempe peccatum: & ideo iubet illi, ut abneget semetipsum, hoc est, quod ipse in se ipso destruat quod est per peccatum, ut fiat quod erat per gratiam: non sit iam quod hucusque erat, sed omnino alter fiat. *Abneget semetipsum*, ita ut possit in veritate dicere, non sum ego ille qui hucusque eram, sed alter omnino dissimilis: vsquead huc enim eram petrus peccator, & iam non sum is qui eram, sed petrus iustus, ut & Paulus dicebat: Viuo ego, iam non ego: ac si diceret. Talis sum, ut me ipsum negare possim, si enim quaritis à me, an sum ego Saulus qui persequebatur Christum, respondebo quod non, sed Paulus qui prædico Christum: quoniam mutatus sum in virum alterum, desuique esse is qui antea eram per peccatum, ut fierem

Luc. 4.

2. Reg. 18.

Gen. 39.

Marc. 14.

Gal. 2.

1. Reg. 10.

is

Cap. XVI.

is qui debueram esse per gratiam. Quare de filio prodigo, cum ad meliorem frugem conuersus est, dicit Lucas, quod est reuersus in se: antea enim erat alter à se per peccatum, sed per reditum ad Patris gratiam reuersus est in se, hoc est, in id quod erat quando in Patris gratia, & obedientia stabat. Vnde Prouerb. 12. dicitur: Verte impios, & non erunt, hoc est, si tu Deus peccatores ad te vertis, & conuertis, iam non erunt, id quod per peccatum erant, sed alij. Quo circa de cæco illo quem illuminauerat Christus, dicebant quod non erat ille, sed alius similis ei: quia peccator ad lumen gratiæ rediens, iam non est ille qui antea erat, sed alius qui solum in corporeis figuris illi similis est: tunc enim potero negare me ipsum, & dicere quærentian sim ego Petrus ille vsurarius, aut adulter & non sum, sed alius similis illi in facie corporis, sed non in vultu cordis: & hoc modo intelligit hunc locum Gregorius. Vel abneget se, fugiat à se, & à concupiscentijs suis, secundum illud Sapientis: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertes: & David fugiendo à facie Absalon vicit illum: & Iosue terga vertendo palmam adeptus est de Rege: Ahi & Esai. 48. dicitur: Egredimini de medio Babylonis, fugite à Chaldeis. Et. 2. Petr. 1. Per hoc efficiemini diuinæ confortes naturæ, fugientes eam quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Sed propriissime abnegare semetipsum, est voluntatem suam Deo offerre atque litare, ut non in voluntate hominum, sed in voluntate Dei, quod reliquum est viuat temporis. Id voluit Dominus ostendere nobis, cum apud Leuit. capit. 1. primum quod instituit sacrificium est holocaustum, in quo totum animal, quod immolabatur in honorem Dei, cremabatur: id enim significat holocaustum, id est, totum incensum: deinde cætera instituit sacrificia pacificationis, expiationis, & alia: ut ostenderet id primum ab homine velle, ut se totum ei offerat, voluntatem ei immolando: hoc enim est abnegare semetipsum: nam tunc reliqua ei erunt accepta sacrificia, quæ absque voluntate Deo tradita nihil valerent. Ut quid enim Deo animal tuum, aut rem tuam tribuis, si tua voluntas ab eo aliena est? Offer ergo te ipsum prius

Luc. 15.

Prouerb. 12.

Ioan. 9.

Eccles. 18.

2. Reg. 15.

Iosue. 8.

Esai. 48.

2. Petr. 1.

1. Petr. 4.

Leuit. 1.

Figura.

Leuit. 1.

Tomo. II.

in holocaustum Deo, ut cætera ei opera tua placeant: nam hoc sacrificium vocat Deus holocaustum in odorem suauissimum Domino: hoc est, maximè placitum Deo. *Et tollat crucem suam*: Tollat, ait, hoc est, voluntariè accipiat, ut supra diximus. Ideo quippè apud Leuit. præcipiebat Deus, ut qui offerret hostiam, manus suas super illam poneret, quasi ipse manibus suis, & voluntate illam offerret. Tu ergo manus tuas in cruce extende, hostiam viuam te Deo offerens. Aliqui enim talis sunt conditionis, ut oporteat Deum ipsum manus eius capere, & in cruce quasi per violentiam figere, eos varijs tribulationibus atterendo, quas ipsi ad hæc inuiti sufferant. Hi non ponunt manus suas super hostiam, sed potius à Deo quasi coactè imponuntur. Tollat ergo crucem suam, hoc est, cruciatum qui cum pro peccati mortificatione, & carnis castigatione contingit, ut Paulus. 1. Corint. 9. dicebat: Castigo corpus meum, &c. Et ad Galatas. 6. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Lucas addit, Quotidie: quoniam per seueranter, ac constanter id agendum est. Quare in oratione Dominica petimus panem nostrum quotidianum, hoc est, gratiam qua roboretur, & stabilietur cor, ad cuncta mala pro Christo perferenda. Et Iob offerebat quotidie sacrificium pro filijs suis, intelligens id maxime necessarium esse, tam pro quotidianis delictis, quam pro quotidianis tribulationibus perferendis. *Et sequatur me*. Perfecta imitatione virtutis: præcedere enim nemo potest eum, qui exultauit, ut gigas ad currendam viam, à summo caelo egressio eius. Concomitari etiam nemo poterit in passionibus: nam ut Thren. 1. dicitur, Non est dolor similis sicut dolor eius. Nec etiam in virtutibus, quæ speciosam reddunt animam: nam de ipso dicitur Psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominum: sequatur ergo necesse est, vel abscedat. Vnde Eccles. 23. dicitur: Gloria magna est sequi Dominum. Vel secundum Chryostomum, sic totam hanc intellige sententiam. *Si quis vult post me venire*. Si quis aurum daret, aut thesaurum præponeret, non vocaret cum violentia, sed omnes currerent homines,

Leuit. 1.

1. Cor. 9.

Galat. 6.

Luc. 9.

Iob. 1.

Psal. 18.

Thren. 1.

Psal. 44.

Eccles. 23.

Chrysof.

14

multa

multo magis quæ sunt promouentia in cœlum. Si enim natura non persuadet tibi currere, nec dignus es accipere: ideo non rogo, sed si quis vult venire, hunc uocet. *Abneget semetipsum.* Sensum, scilicet, affectum & intellectum. Christus non dixit neget, sed abneget, parua hac adiectione multam ostendens superabundantiam, usque ad quantum oportet abnegare se, usque ad inortem exprobrabilissimam. *Tollat crucem.* Idem Chrysostomus ait. Nullus recunderetur crucem, circumferamus eam, ut coronam: etenim omnia quæ secundum nos sunt, per crucem perficientur. Regnum, consecratio, propter hoc in domo, in ianuis, & in fronte seribamus eam. Quando igitur suggillaris excogita causam, & conditionem crucis. 1. Corint. 6. Empti estis pretio magno. Pretium crucem dixit, nec simpliciter eam digito insignire oportet, sed prius cum multa fide. Si ita insignaueris visui tuo, nullus prope stare poterit demonum videns ensem in quo plagam accepit. Si enim loca horrescimus, in quibus inciduntur damnati, excogitare debemus qualiter videat diabolus anima quibus caput eius abscedit. Crux demones non terribiles, sed contemptibiles facit. *Et tollat crucem suam.* Non meam, ne putet crucem Christi sufficere sine tua. Unde Gregorius, ait, Crux tollitur, vel cum per abstinenciam corpus, vel cum per cõpasionem proximi animus affligitur. Item cum sanguis effunditur. *Et sequatur me.* Ad hoc enim crux tollenda est, ut sequamur Christum: nam ut ait Chrysostomus, latrones, & sepulchorum violatores multa difficultia patiuntur: ideo causam adducit, ut propter eum sustineas. Item ut alias virtutes adducas. Ideo dicit, *sequatur me:* ut non solum fortitudinem quæ est in malis, sed & sobrietatem, & mansuetudinem, & omnem ostendat philosophiam: hoc enim est sequi Christum, ut oportet. Sunt enim qui diabolum sequuntur, & animas tradunt propter ipsam, vos autem propter Christum. *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.* Hæc iam supra cap. 10. explicata sunt, ibi videre poteris, licet pro nunc sic intellige, *Qui enim voluerit,* eo quod vitium est voluntarium, nam Genesi. 4. dicitur. *Subter te erit appetitus tuus. Animam suam,* ab animalitate dictam. *saluam facere,* vel in

persequutione negando ipsum Christum, ne occidatur, vel in delectabilibus carnis fouendo ne tristetur, *Perdet eam,* in gehenam si negat Christum, & si delectabilia sequitur. Iterum perdet: quia in affectu delectationis, in quo moritur, perpetuo manebit, & tunc, ut dicit Bernardus, in eternum non obtinebit, quod vult: & tamen quod non vult in perpetuum sustinebit, *Vel perdet eam,* secundum Albertum, quia cum semina boni sint sparsa in anima, tanto magis bonum naturale perditur, quanto vitium adimens bonum sepius iteratur.

Qui autem perdidit animam suam, per oppositum eligendo potius mortem, quam negare me, aut subtrahendo illicita, aut superflua delectabilia animalitati, vel certe faciendo bona, *Inueniet eam,* scilicet in vitam æternam: nam tunc disperdet animalitatem, ac brutorum vitam, & inueniet se vitam hominis rationalis agentem, nam quod plus honesta per rationem facimus, eò magis brutalis affectus minuitur ac perditur. Sicut Nabuchodonosor reddidit nobis sensus, & dicere poterimus cum eo: Sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem decoremque Regni mei perueni. Sicut enim homo euacuando naturæ bonum atque rationis, sensuum sequendo cupidines, commutatur in bestiales sensus & affectus; ita è regione faciendo opera rationis, & honestatis, paulatim redditur humanus honor, & Regnum rationis, & decoris. De Circe quadam incantatrice fingeant poëta, quod dabat hominibus flores quosdam, & herbas, quibus in belluas eos transformabat, sed si in alio horto alias herbas comederent, ad humanam formam iterum reuertebantur; sic homines qui sensualitatis floribus pascuntur, belluæ fiunt: quod si ex horto virtutis bona opera accipiant, & eis pascantur, ad priorem redibunt dignitatem. Unde & ad Nabuchodonosor dictum est prius: Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs erit habitatio tua. *Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur?* Plus enim valet bonum futuræ vitæ, quod anima per peccatum amittit, quam vniuersus mundus cum omnibus bonis quæ continet. Quid enim prodest homini rationali, cuius bonum est bonum rationis, imò & supernaturale, si

Bernard.

Albert.

Dan. 4.

si omnia bona huius mundi habeat: quæ tamen, ut Paulus docet, stercora sunt, si animæ lux cui æterna bona, vel mala expectat, detrimentum patiat? Unde Abacuch. 2. dicitur: *Væ qui multiplicat nō sua,* ut quid aggrauat contra se desum lutum? Nam humana bona non tam nostra sunt, quæ iumentorum, quibus sola hæc bona concessa sunt: his si infigitur animus, impeditur virtutis profectus, & nihil aliud est hæc temporalia bona quæreere, quam lutum aggregare: quoniam aurum & argentum ex terræ scoria sunt. Quare & Psalmista dicebat: *Infixus sum in limo profundi, & non est substātia. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Irredimibile quippe est damnum, quod anima per peccatum patitur, quacunque temporali commutatione.

Pro quo notandum, quod est commutatio retributionis, & est commutatio redemptionis: hæc commutatio datur pro anima saluata, secundum illud Psalm. 115. *Quid retribuam Domino?* Calicem salutaris accipiam. Calix sanguinis Christi datur pro redemptione animæ quæ saluatur. Sed pro anima condemnata nulla potest fieri retributio. *Quam ergo commutationem dabit homo pro anima sua?* hoc est, quam retributionem potest soluendo dare, pro anima sua redempta? Certè non sunt condigne pansiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Aut quam dabit pro anima perditā in inferno? Si enim daretur pro ea totus mundus, non liberaretur. Vel sic. Quam commutationem dabit homo? &c. hoc est, nihil terrenum pro ea poterit dare: nam Ezechiel. 7. dicitur: *Argentum eorum, & aurum eorum, non valebit liberare eos in die furoris Domini.* Et Prouerbio. 11. *Nō proderunt diuitiæ in die ultionis, iustitia autē liberabit à morte.* Et Iob, cap. 2. dicitur, *Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiat?* Certè decipimur tanquam pueri, qui gemmā pretiosam pro panno aliquando commutant, & latro fugit gaudēs, puerulus manet ridens & delusus. localia sunt, quæ mundus nobis dat, pro quibus, omnibus margaritis pretiosiores animam damus. Unde Prouerbio. 7. *Pretium scorti, vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam rapit.* Et Abacuch. 3. *Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito, Perpende*

singula verba. Hæc enim exultatio est malorum, sicut eius qui deuorat. Quem gustum accipit, qui edulia deuorat, abiq; hoc quod masticando eorum succo perfruatur? Pauperem, ait, si enim esset diues, haberet aliquid boni quod raperet, nunc autem quidquid est in mundo, egestas est. In abscondito: quia non securi nec quieti fruuntur mali huius mundi delitijs, sed quasi qui in abscondito malum perpetrat, multa timet, & ad quemlibet motum pauet, & quod magis dolendum est, instar irrationalium incidunt in muscipulam. Nam, ut dicitur Sapient. 14. *Creaturæ laqueus, ac muscipulæ sunt pedibus insipientiū.* Verè enim Syrenæ sunt carnis delitiæ, quæ blandè homines decipiunt ad mortem, à quibus tamen liberat diuina Sapientia. Et Prouerbio. 6. dicitur: *Vt eruaris à muliere aliena, & à blanda lingua extraneæ.* Et hoc deberet esse nobis admirationi, quod animalia semel capta periculum effugiunt, nos totiens capti ad mortem, ipsa pericula sequimur: quibus 2. Petr. 2. dicitur, quod talis cæcus est, & manu tentans obliuionem, accipiens purgationis veterum tuorum delictorum. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.* Nunc ostendit quando & quomodo hæc erunt, quæ dabit vitam æternam his qui temporalem pro eo dederunt: erit enim in die iudicij: quomodo autem fiet, certè reddendo vnicuique secundum opera sua. *Filius enim hominis venturus est:* quia in forma hominis in qua iudicatus est, iudicabit, secundum illud Ioann. 5. *Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Et Act. 18. *Statuit diem in qua iudicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.* Certitudinē autem aduentus ad iudicandum explicat, cum dicit, *Venturus est.* Quod enim venturum est, veniet, & non tardabit. Esaias. 35. *Ecce Deus noster adducet vltionem retributionis, in gloria Patris sui.* Ecce maiestas in qua veniet. Unde Daniel. 7. dicitur: *Dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum: & Luc. 20. Amodò videbitis filium hominis venientem cum potestate magna, & maiestate cum Angelis suis: nec enim eius maiestatem decebat, ut solus ad tantum munus veniret, sed cum Angelis suis qui coram eo assistunt ministrantes: Nam ut dicitur Daniel. 7. millia millia ministrabant*

Sapient. 7.

Prouer. 6.

2. Petr. 2.

Ioann. 5.

Act. 18.

Esai. 35.

Dan. 7.

Dan. 7.



bant ei, & decies centum millia assistebant ei. Et tunc reddet unicuique secundum opera sua. Hic est modus iudicij de quo Paulus, 2. Cor. 5. 2. Corinth. 5. dicit: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum. Et Esai. 16. Sedebit super solium in veritate, in tabernaculo. David iudicans, & quaerens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. Id etiam Sapientiae. 6. dicitur: Quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Non interrogabit hominem tantum, sed opera, quae testificabuntur contra hominem, secundum illud Ioann. 5. Opera quae ego facio, testimonium perhibent de me. Et non solum opera, imò & cogitationes scrutabitur. Sed quoniam haec forma iudicij explicatius infra cap. 24. & 25. ponitur, ibi Deo dante, plura de hoc finali iudicio dicemus. Ne autem haec omnino ieiunium in tanta re transeamus, accipe hanc Sapientiae sententiam ex cap. 5. Sapientiae desumptam, quae sic habet. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet illum corripens iudicium. In cogitationibus impij interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius: quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. In hac sententia explicatur haec sententia qua Dominus Iesus dixit. Et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Primò, quia nullus peccator poterit se in illo iudicio occultare. Secundò quòd nec iudex volet sua facta, aut cogitatus dissimulare: nam ait. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere: quoniam finaliter, nec homines poterit latere, Deum verò nunquam: nam, & Luc. 12. dicitur: Quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure loquuti estis in cubiculis, praedicabitur in tectis. Hoc nobis expressit Scriptura in peccato illo nefando, quod David commisit, adulterium scilicet, cum homicidio mixtum, & tamen utrumque occultissime perpetravit. Nilominus confestim misit ad eum Dominus per Nathan. 2. Reg. 12. dicens: Tu fecisti abscondite, ego vero faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis huius. Et sic per manifestam poenam, culpam tuam palam faciam. Non ergo iniquus in ultimo iudicio celari pote-

rit. Vnde Anselmus in suis meditationibus, sic ait. Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Secundum autem, scilicet, quòd iudex nihil tunc dissimulabit, ibi explicat, cum dicit: Nec praeteriet illum corripens iudicium. Vnde & Ecclesiastic. ultim. dicitur: Cuncta quae sunt adducet Deus in iudicium, siue bonum, siue malum sit. In eo autem quod subinfert. In cogitationibus impij interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad Deum veniet: utrumque probat: nam si cogitationes quae latentes sunt in illo iudicio discutientur & punientur: ergo à fortiori sermones. Interrogatio autem nec in cogitationibus, hoc est, de cogitationibus, discutendo, & inquirendo de illis, iuxta illud Psalmi: Dominus interrogat iustum & impium. Vel sic, quòd interrogatio fiet sibi ipsis à se ipsis, ut infra dicitur cap. 5. Impij in iudicio quaerent à se ipsis. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Et ad Roman. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, aut inter se inuicem cogitationum accusantium, aut defendentium. Ex hoc autem quòd cogitationes venient ad notitiam Dei, consequitur, quòd etiam & sermones audiet: hoc autem erit non ad approbationem, sed ad correptionem: quam correptionem Regius Propheta valde verabatur cum dicebat: Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripas me. Ecce quomodo probat quòd nullum tunc malum, quantumcunque occultum, siue cogitatum, siue prolatum latere poterit. Deinde probat, quòd iudex in iudicio non parceret, nec dissimulabit: quoniam iudex qui summè zelat pro observatione legis suae, non praeteribit iudicium contra transgressores legis: & hoc innuit cum dicit: Quoniam auris zeli, hoc est, Dei zelatis audiuit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Sed potest hic quaeri, an peccata per poenitentiam condonata, sint reuelanda in iudicio generali. Nam sunt aliqua argumenta quae probant, quòd non. Primò, quia quòd tectum est videri non potest; sed peccata per poenitentiam condonata, sunt tecta, sicut Glossa dicit super illud Psalmi: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: & Magister in 4. Sententiarum, dist. 4. 4. cap. 7. dicit: Non irrationabiliter putari potest peccata hinc per poenitentiam tecta, & deleta, illic etià regi alijs. Item Iacob. 5. dicitur: Quoniam chari-

Anselm.

Eccles. ult.

Psal. 10

Sapient. 5

Roman. 2

Psal. 8

Gloss. Psal. 21. Magister Sententiarum

charitas operit multitudinem peccatorum: sed hoc non est dictum quoad homines: quia apud homines occulta operiuntur sine charitate, ergo intelligitur in conspectu Dei, & per consequens multo magis in conspectu omnium hominum in iudicio. Sed in oppositum est Glossa super illud, 1. Cor. 4. Manifestabit consilia cordium dicens, quòd gesta, & cogitata bona, & mala nota tunc erunt omnibus. Et Bernardus tractans idem verbum dicit, Cunctaq; cunctorum cunctis arcana patebunt. Idem dicit Anselmus lib. de similitudinibus cap. 6. & textus Apostol. cum Glossa D. Thom. etiam, & multi Catholici tenent, quòd sic: quia omnia tam bona quàm mala nota erunt omnibus. Et ratio ad id cogit: nam sic expedit ad declarandam equitatem iudicij: nam per hoc quòd peccata bonorum ibi manifestantur, apparet misericordia Dei, quae illis praesto fuit, ut eos à peccatis erueret, & ad bona conuerteret: manifestare autem bona est ad hoc, quòd iustitia Dei praemiantis ea eluceat. Et regione autem in malis ostensio malorum erit ad manifestationem iustitiae Dei, tunc punientis, ostensio vero bonorum ad manifestationem diuinæ misericordiae praecedentis. Manifestatio autem haec peccatorum quae boni commiserunt, & à Deo eis dimissa sunt, non cedit in infamiam, nec in verecundiam bonorum, sed ut boni ob hoc gratias Deo referant, & gloria Dei saluantis & liberantis eos ibi manifestetur. Et sic verificatur illud dictum Pauli supra citatum. 1. Corinth. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Et per hoc respondetur ad argumenta in contrarium facta. Ad primum quidem, quoniam peccata dicuntur tecta quantum ad erubescendum, non enim de eis tunc erubescunt iusti, non tamen quantum ad scientiam: quoniam manifesta omnibus erunt peccata Magdalenae, & Pauli: & sic interpretari debet Magister, vel forte quòd fuit contrariae sententiae, in qua non est tenendus. Ad tertium per idem patet: quia non reuelantur ad poenam iustorum, sed ad hoc quod diuina misericordia, & iustitia manifestetur: quòd hoc ex eplo manifestatur. Si ego debitor erā Regi in mille ducatis, & ille pro vno pondio illa mihi dimisit, omnibus amicis meis liberalitatem illam Regis praedicare deberem, postea ab eis, ut pro me gratias

1. Cor. 4.

Bernard.

Anselm.

D. Thom.

1. Cor. 5.

simile.

Regi pro tanto beneficio referat: sic quia peccatum mortale poenae aeternae debitor me constituerat, & mihi illud remittendo in poenam temporalem commutauit, quae nullam habet proportionem cum aeterna, magis debet optare, ut tantum beneficiū omnibus palam fiat. Secundò, nā quilibet bonus maxime gaudebit de liberatione sua, & proximi: si ergo boni ignorarent gratiam sibi, & alijs factā, magna ab eis materia gaudij subtraheretur. Nec erubescencia hic timenda est: quoniam sicut Deus potest facere, ut combustibile appropietur igni, absq; hoc quòd comburatur, sic potest facere quòd notitia peccatorum omnibus pateat, absq; verecundia in alijs, & quòd tu illud scias, absq; hoc quòd de illo erubescas: quoniam Deus potest suspendere rerū qualitates cum voluerit. Praeterea si notitia multorum hominum causaret in te erubescenciam, ergo notitia vnus qui sciret peccata tua, cauaret in te aliquam erubescenciam: sed certū est, quòd Deus & anima Christi, & Angelus qui fuic custos tuus scient peccata tua, & tamen non causant erubescencia in coelis, ut patet: ergo. Sed secundo queritur, quae erunt istae interrogationes cogitationum? Respondetur, quòd de tribus interrogabit te tunc iudex, maxime si fueris dominus, vel Praelatus, au in honore aliquo constitutus: interrogabit quippe te qualiter tu vixeris, qualiter subiectos rexeris, & qualiter bona tibi concessa expenderis: quoniam ipse omnium supremus iudex est, a quo nulla potest fieri appellatio, quia Altissimus: coram eo nulla potest fieri aduocatio, quia iustissimus: & corā eo nulla recipietur excusatio, quia sapientissimus: nulla sumetur dilatio, quia strictissimus: nullius personae, vel muneris acceptio, quia fidelissimus est. Interrogabit ergo te primū qualiter vixeris, secundū illud supra citatum testimonium, ex cap. 6. Sapientiae: Praebere aures vestras vobis qui continentis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū: quoniam data est vobis potestas a Domino, & virtus ab Altissimo. Qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur. Secundò interrogabit te qualiter subditos rexeris, eo quod ex magna parte subditorū malitia in caput superiorū retorquetur: sic enim Sap. 4. dicitur: Ex iniquis oēs filij qui nascuntur, testes sunt nequitiae aduersus patres, in interrogatione sua, id est, tū in interrogatione parentū, quā filiorū, hoc est, subiectorū, & praelatorū. Quare D. Augustinus optinus

Sapient. 6.

August.

optimis verbis non solum praelatos, sed etiam laicos dominos monet, ut curam habeant, quomodo iuste, & pie sibi subditi vivant, dicens in epistola ad Bonifacium. Quaso, mi frater, quaeio, omnibus subiectis, & bonae voluntatis in domo tua a maiore, usque ad minimum, amore & dulcedine Regni coelestis, amaritudinem, & timorem gehennae annuncies, & de eorum salute sollicitus, ac vigil existas: quia de omnibus tibi subiectis qui in domo tua sunt ratio non domino reddes. Hec ille. Interrogabit te tertio qualiter bona tua expenderit, sicut Luc. 16. habetur de villico diffamato apud dominum suum, cui dictum est. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae. Et ideo debemus summam curam gerere harum ratiocinationum, ne inueniamur multum debitores: nam Job. 9. dicitur: Si repente interroget, quis respondebit ei? Quali dicat, Nullus. Ceterum de equitate iudicis, & diaboli contra nos allegationibus & calumnijs, deuote scribit Beatus Augustinus ad supradictum Comitem Bonifacium dicens: Expectatur dies iudicij, aderit aequissimus iudex, qui nullius poterit personam accipiet, cuius palatium auro argenteoque; nullus Episcopus, nec Abbas, nec Comes corrumpere potest. Adstabit omnes animae, ut referat vnaquaeque secundum illud quod in corpore gessit, siue bonum, siue malum. Praesto etiam erit diabolus aduersarius, & recitabuntur verba professionis nostrae, & obijciet nobis in faciem qua die peccauimus, & quo loco, & quid boni tunc temporis facere debebamus; & si tales inueni fuerimus, exultabit ille aduersarius in conspectu pijsissimi iudicis, superior se esse nobis clamans, agens talem causam apud talem iudicem. Habet enim tunc dicere ipse diabolus. Aequissimè iudex, iudica illum esse meum ob culpam: quia tuus noluit esse per gratiam. Tuus est per naturam, meus autem per miseriam. Tuus ob passionem, meum ob suasionem. Tibi inobediens, mihi obediens: a te accepit immortalitatis stolam, a me pansom qua indutus est tunica. Tuam vestem amisit, cum mea veste huc aduenit. Quid apud eum impudicitia faciebat? Quid intemperantia? Quid auaritia? Quid ira? Quid superbia? Quid cetera membra, vel vicia? Dimisit te, confugium fecit ad me, & meas sorores video comitari cum illo. Aequissimè iudex, iudica illum: quia iustitia & iudicium praeparatio sedis tuae. Iudica illum esse meum, & mecum esse danandum. Haec omnia, quae adhuc attulit, mea esse cognosco, meus esse voluit, & mea concupiuit: ideo mecum puniri debet; haec Augustinus. Igitur non praeteriet illum

Luc. 16.

Job. 9.

August.

Psalm. 38.

corripies iudicium. Vltimò, ut habeas quid de hoc tremendo iudicio dicas, obserua, quod iudicium istud comparatur arcui, sicut dicitur Glos. psal. 59. sa sup illud Psal. Dediisti metuere tibus te significationem, ut fugiat a facie arcus. Primò, quia antequam Deus feriat, timorem incutit: vnde Glo. ait: Arcus meus extensus iam minatur, sed nondum ferit: quia iudicium nos terret, sed nondum danat. Vnde Psal. A iudicij enim tuis timui. Narratur de duobus militibus, qui ex Christiana deuotione ad visitanda loca sancta profecti sunt, & cum intrassent in vallē Iosaphat, vnus ex eis quasi per iocum adaptauit sibi vnum magnum silicem, & ait socio suo. Volo mihi parare locum pro die iudicij, & volo lenis experiri, an esset aptus sessioni suae, sed dicit super illum, & oculos in caelum, vbi Dominus debet apparere leuauit, & tatus subito timor, tremor, & horror membra eius inuasit, ut vix per socium suum inde leuari, aut abduci potuerit. Et asseruit quod ab illa hora, & deinceps, usque in diem mortis, nunquam iudicium nominare audiebat, quin tremere, & concuteretur omnia ossa eius. Secundò comparatur iudicium arcui: nam chorda arcus, quanto magis flectitur atque retrahitur, tanto magis percussum ferit; sic quanto magis iudicium legis differtur a peccatore, & quanto diutius expectatur, tanto grauius iudicium accipiet. Vnde Rom. 2. dicitur: Tu autem secundum duritiam tuam, & impoenitentiam, thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei. Et Valerius Maximus dicit: Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditateque supplicij grauitate compensat. Et sicut videmus, quod resilio arcus, reflexio est a sua naturali habitudine, & reuertitur: ita Christus in iudicio, qui ex natura sua misericors sit (quia filius Matris misericordiae ex vna parte, & ex alia filius Patris misericordiarum, ut dicitur. 2. Cor. 5.) flectetur quodammodo per arcum rigoris, & iustitiae, & emittit sagittas dirae sententiae, dicens: Ite maledicti, in ignem aeternum, Matt. 25. Tertio comparatur iudicium arcui: quoniam arcus secundum Isidorum. li. 18. Etim. c. 9. dicitur: quia curuatur arcus, ut arceat hostem: & sic fiet in die iudicij. Vnde Anselmus in meditationibus suis, ait: O angustiae. Hinc erunt peccata accusantia, inde deterrēs iustitia, subitus horredum chaos inferni patres, desuper iudex iratus, intus conscientia vrens, foris mundus ardens. Peccator sic deprehensus, in quam partem se premet constridus? Vbi latebit? Haec ille. Et ideo ante iudicium para iustitiam, ut dicitur Eccles. 18. Amen dico vobis, sunt quidam

Glos.

psal. 118.

simile.

Roman. 2.

Valerius Maximus.

simile.

2. Cor. 5.

Matt. 25.

Isidorus.

Anselmus.

Eccles. 18.

de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec filium hominis videant venientem in Regno suo. Ne putaret discipuli id quod modo dixit in tempora longa differendum, & ob id minus crederetur. Promittit etiam in presenti vita post breue tempus se reuelaturum quibusdam suam gloriam & regnum suum, & cum solita sua asseueratione promittit dicens. Amen dico vobis. Quod Lucas quasi exponens dictionem Hebraeam Amen, vertit dicens, Dico vobis verè. Hoc autem variè a doctoribus intelligitur. Nam quidam intelligunt, istud dixisse Dominum de sua Transfiguratione: nam eam omnes Euangelistae post haec verba subiungunt, velut ostendere volentes impletum tunc fuisse, quod his verbis Dominus fore promissum: tunc enim quidam illic stantes (nempe tres Apostoli quos secum sumpsit) viderunt eum venientem in Regno suo, hoc est, in ea claritate qua veniet ad iudicandum, & quacum Sanctis suis in aeternum regnabit. Aut simpliciter, venientem in Regno suo, hoc est, apparentem in gloria Regni sui. Vnde cum Marc. & Lucas dicunt, Donec videant Regnum Dei, intelligunt donec videant gloriam, & maiestatem Regni Dei. Alij hoc intelligunt de gloria in qua ab omnibus Apostolis videndus erat post resurrectionem, & in ipsa Ascensione, & hic fortè proprius est sensus: tunc enim viderunt omnes in Regno suo, secundum quod & Dominus ipse eis dixerat in vltima Coena, Amen dico vobis, non bibam amplius de genimine vitis huius, donec bibam illud vobiscum nouum in Regno meo: nam & tunc dixit illis, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Tunc etiam illum viderunt de victa morte triumphasse, ac glorioso & impassibili corpore surrexisse, & in ipsa ascensione Angeli eius dixerunt. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum, sic veniet. Dixit autem, Quidam, & propter Iudaeos, & alios qui tunc eum sequebantur, & postea reliquerunt eum, & propter turbam, quae adhuc ibi cum discipulis suis stabat, ut Luc. & Marc. supra dixerunt. Alij, inter quos Gregorius, dicunt hoc impletum, cum per praedicationem Euangelij gloriosè Christus in toto orbe resplenduit: nam cum dicitur, Donec veniat, illo signo videtur innui non tam cito adimplendum esse: nam praedicatione Euangelij Regnum Dei dicitur: sic enim intelligitur illud quod dixit Dominus. Si ego in digito Dei eicio daemonia, profectò peruenit in vos Regnum Dei, hoc est, Euangelij praedicatione per me, & discipulos meos: nam illis praecipit Dominus, ut praedicarent aduenisse Regnum Dei: quod Paul. Rom. 5. magni

Luc. 9.

Marc. 9. Luc. 9.

Matt. 26.

Act. 1.

Marc. 8. Gregorius.

Luc. 11.

Rom. 5.

facit dicens: Habeo gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non effecit Christus in obedientia Gentium, verbis & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti, ita ut ab Hierusalē per circuitum, usque ad Illyricum replerem Euangelium Christi. Haec autem gloriosa Christi noticia per vniuersum orbem vigesimo anno a sua passione adimpleta est, quo tempore plures ex suis superstitēs fuerunt. Qui autem ex hoc loco colligunt, Ioannē Euangelistam non fuisse mortuum, minimum probabilitatis habent: cum non in singulari sit, Quidam, sed in plurali, Quosdam dixerit esse, de quo Deo date super Ioannē disputabimus: nam Ecclesia Ioannē tanquam coelestem iam agentem vitam colit. Porro gustare mortem, sicut videre mortem, secundum phrasim Hebraeam, pro hoc quod est experiri mortem sumitur, alludens forsitan ad causam mortis, quae nimirum fuit gustatio esus vetiti: nam primis parentibus dictum est: In quacumque die gustaueritis ex eo, morte moriemini. Albertus sic hanc sententiam explicat, quod cum plura de sua passione dixisset Dominus, confirmat modò ea quae de resurrectione dixerat: ut tolerabilior sit inuitatio ad patientiam. Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus, nempe Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui non gustabunt mortem: nam mors gustata fert mortem, sicut quaelibet res gustata fert seculum suum saporem: boni autem gustant mortem, quia summis labijs solum attingunt illam, cum mox veniant ad vitam: iniqui autem bibunt illam, imò inebriantur ea, cum semper ea crucietur, sicut Hierem. 25. dicitur: Bibentes bibetis. Et bibite & inebriamini.

Albertus

Hierem. 25.



Post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, & ecce appaerunt eis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, Moysi vnū, & Eliae vnū. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit



uit eos, & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde, & accessit Iesus & tetigit eos, dixitque eis: Surgite & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte precepit Iesus dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Si de gloria transfigurationis intelligitur dictum illud in calce superioris capituli relatum; congrue hæc historia post illa verba ab Euangelistis textitur: ut ostenderetur esse impletum, quod promissum erat à Christo. Si vero alio modo aliquo ex supra relatis intelligitur, possumus dicere, hic voluisse Dominum exemplar quoddam suæ maiestatis, in qua dixerat se venturum, ostendere: ut hi quibus dixerat non visuros mortem, donec viderent filium hominis in gloria sua, prælibarent quædam, & prægustarent futuræ gloriæ, quæ postea perfectissime fruituri erant. Albertus sic hoc caput cæteris annectit. Habitus Ecclesiæ fundamentis, nēpē doctrina, & miraculis; nunc ea tægantur, quorum virtute claves faciunt quæ faciunt. Vnde in hoc capite tægantur resurrectio & passio. Vel melius, quia dictum est, quod omnes claves Regni celorum collatæ sunt ministris, ostenditur hic quale est Regnum, quod referant, sicut & infine præcedentis capituli promissum est. Vnde fit mētio de gloria resurrectionis, quæ subsequitur meritum passionis, & effectus, tamen super dæmonem impediētē, quæ etiā ad libertatē filiorum, quæ perfectissime efficiet: prius tamen circa licet aliquam dubiam expedienda sunt, breviter tamen, cū ad tertiā partē D. Tho. pertineat, ibique ad lōgū visenda sunt. Primo queritur, quomodo hic Matth. dicat: Post dies sex, cū Lucas post octo dies ferē dicat hoc cōtingisse. Facile hoc ab Augustino, & alijs dissolvitur. Quoniam Lucas numerat, non solum medios dies, sed etiā extremos, primū scilicet, & ultimum, qui fuit octavus. Et dicit ferē quoniam post medietatē primi, ante medietatē postremi, id forsitan cōtingit. Matthæus verò solos medios dies annumeravit. Secundō queritur, quid sit transfigurari? Respondeo, quod est transformari. Transformari, est mutari secundum quantitatem, aut qualitatem. Nā cū figura circa extremitatē corporis cōsideret (nā figura est quæ termino, vel terminis cōprehenditur) quæcunque mutatio circa extremitates corporis cōsideretur; transfiguratio dicitur. Vnde & Satanas hoc modo transfiguratur se in Angelum lucis, secundum qualitatem, & in re-

Albertus

August. Luc. 9.

surrectione omnes mutabimur secundum quantitatem, & qualitatem, & secundum lineamenta. Et quia Christus hic est immutatus, secundum claritatem corporis novam, quam assumpsit: ideo propius dicit transfigurari. Vnde D. Hieron. ait: Quod dicit Euangelista, Transfiguratus est ante eos: nemo putet pristinam eum amisisse formam, vel veritatem corporis, vel assumpsisse corpus spirituale, vel æreum; sed quomodo sit transfiguratus, Euangelista demonstrat dicens, et resplenduit facies eius, sicut sol, &c. Vbi splendor faciei demonstratur, & candor vestium describitur, non substantia tollitur, sed gloria mutatur, & transformatio splendore addidit, non faciem subtrahit. Hec Hieron. Ecce quid sit transfigurari. Tertiō queritur, an claritas Christi in transfiguratione, fuit claritas gloriæ. In hoc Doctores, & D. Thomas sic respondent: Quod illa claritas, secundum causam, & essentiam, fuit claritas gloriæ, non autem secundum modum essendi. Nā claritas gloriæ in anima beata derivatur in corpus in resurrectione: in transfiguratione autem Domini claritas gloriæ ex Deitate, & felicitate animæ derivata est. Ex divina quippe dispensatione factum est, ut claritas animæ à principio in corpus Christi non redundaret, quatenus incarnationis mysterium expleret, quod in corpore opaco, & passibili, & simili nostris corporibus expleri debebat. Sed in transfiguratione permixta est anima Christi, ad tempus illam diffundere claritatem in corpus; quomodo in resurrectione fiet. Est autem hoc discrimen quod tunc illa claritas erit naturalis corporibus gloriosis; nunc verò in Christo fuit velut transitoria passio. Sicut visio essentia: divinæ fuit in Paulo, quando raptus est ad tertium cælum, transitoria, quæ tamen beatis naturalis, & permanentes est. Quod & D. Hieron. docet, sic dicit: Qualis venturus est Christus tempore iudicandi; talis Apostolis apparuit, & transformatus est Dominus in eam gloriam, in qua postea venturus est in regno suo. Nec mirum quod visio beata producat efficienter claritatem corporis beati, licet illa sit spiritualis, hæc corporalis: nullum enim inconueniens est, quod spiritus agat in corpus: nā Angelus in corpus agit, & anima rationalis spiritualis, cū sit forma corporis humani, illam corpoream pulchritudinem tribuit. Licet posset dici, id efficere animam beatam, in quantum illa visio beata est instrumentum divinæ virtutis, quæ ad animas & corpora attingit: nēpē à fine, usque ad finem fortiter, hoc est, ad quolibet extrema. Ex his aliud oritur dubium, an hæc derivatio claritatis animæ, ad corpus

Hieron.

D. Thom.

Hieron.

corpus Christi, fuerit miraculosa. Nā fuit naturalis anime Christi, ergo non fuit miraculosa. Nā redundaria prius impedita, per miraculum habet postea suum cursum naturalem. Sed tamen hoc dicere maximè ignorantia est. Nam licet claritas gloriæ relata ad animam Christi non erat miraculosa, sed naturalis (siquidem anima illa erat perfecte beata) tamen relata ad corpus Christi, erat miraculosa: nā corpus Christi erat tunc passibile, & opacum, sicut corpus nostrum, ut supra diximus. Quod verò corpus passibile, & opacum resplendat sicut sol, ingens miraculum est. Nā quia gloria anime non taliter effusa est ad corpus, sed per modum passionis transcurrit; ideo remansit corpus passibile, & mortale, sicut nostrum. Igitur utrumque fuit miraculum, & quod corpus Christi ab instanti luce conceptionis non fuerit splendens, & quod sic fulserit in transfiguratione. Sed primum illud fuit antiquum, & vniuersale factum dispensatione diuina, ut locus daretur passioni; hoc autem secundum fuit miraculum speciale, quo præstitum est, ut corpus mortale, & opacum splendesceret in monte Thabor. Quartum dubium est, quomodo Apostoli potuerunt intedere in faciem Christi transfigurati: cū illa claritas tanta fuerit, ut impediret humanum intuitum, plusquam lumē solis. Ad quod respondet Durandus quod Christus moderatus est lumē illud, vel quod verius est, confortauit visum Apostolorum, ut videri possint. Quare non est verum, quod Henricus Gadauensis dicit, Visionem illam fuisse imaginariam; alias Christus non fuisset verè transfiguratus, sed imaginario tantum, quod nullatenus potest sustineri. Quintum dubium est, quomodo Moyses, & Helias illic apparuerunt in propria persona, an in corpore proprio, vel alieno? Ad quod respondet D. Thomas, p. q. 45. quod in propria persona apparuerunt. Dicitur enim, quod Moyses, & Helias adstiterunt Domino: alias non essent testes veritatis, si non eorum personæ apparuerunt, sed tantum imaginaria. Quare non tenenda est glossa, super caput nonum Lucæ, quæ hoc dicit: Sed Helias apparuit in proprio corpore, non ex cælo empyreo allato, sed vel ex paradiso terrestri, si adhuc est, vel ex alio loco eminenti, in quem curru igneo raptus est. Moyses verò apparuit in propria anima, sed in corpore assumpto, sicut solent Angeli hominibus apparere in corporibus assumptis. Et licet Hieron. in hoc loco dicat, Moysen resurrexisse à mortuis in proprio corpore; explicandus tamen est, cū D. Thomas 3. art. quod verè apparuit eius anima in corpore assumpto. Quod autem scribit Augustinus, lib. de mirabilibus Scripturæ, c. 10. Moysen resurrexisse à mortuis in proprio corpore; non est tenendum: nā vel liber ille falsò adscribitur Augustino, ut ait D.

Durandus

Henricus Gadauensis

D. Thom.

Hieron.

D. Thom.

August.

Th. vel quod dubitatio, & non asserendo illud dixerit: licet Iansen. dicat, quod in lib. 3. de Mirabilibus Scripturæ, c. 10. omnino contraria sententia docuerit, dicens Augustinus, ut in hoc loco predictus Doctor refert. Sextum dubium est, quomodo discipuli intellexerunt illos esse Heliam, & Moysen: cū nec Petrus, nec alij, ipsos unquam viderunt, nec eorum imagines, quæ prohibita illi populo erant. Ad quod respondetur, Verisimilius est, Petrum eos cognouisse, ex colloquio eorum cum Domino Iesu, in quo, aut Dominus eos, propriis cōpellauerit nominibus, aut ipsimet expresserint qui fuerint. Fieri enim potest, ut uterque diceret, per quæ Christi mortem ipsi facta, vel verbo prophetauerunt. Ut Moyses quidem dixerit: Sic Christum in Cruce sustolli debere; quomodo in deserto exaltauerit ipse serpente. Helias verò sic illum debere expandi in cruce, quomodo ipse expansus fuit super mortuum puerum, ut illum viuificaret; ac sic illum torrente passionum pertransito subleuatum in gloriam, quomodo ipse transito Iordane curru igneo raptus fuit in cælum. Vltimum queritur quis nam fuerit hic mos, in quo transfiguratus est Dominus. Cōmuniter dicitur, quod fuit mos Thabor, clatus Barac, & Deborah victoria, qui & Thaburius dicitur à Iosepho. Egelippus Tabyriū illum appellat. Mos est mediæ capæ Galileæ in tribu Nephthalim, à parte Boreali, in ascensu sublimis ad stadia 30. admittens planitiem mirè rotundam, per stadia 20. D. Petrus in 2. Cano. c. 1. nominat illum sanctum: mirum ex reuelatione hac rara, & sacrosancta. Lucas ait Christum in eo ascendisse, ut oraret; certe non pro se, sed pro nobis, & id orauit, ut in gratia discipulorum fieret hæc transfiguratio. Huiusmodi autem transfiguratio, inter alias rationes quas dicitur sumus, ideo facta est, ut declararet se verum esse Messiam, illum qui non solum in se præditus sit maiestate diuina, & perpetua felicitate; sed etiā cōmunicatur sit felicitatem omnibus in ipsum credentibus. Atque adeo Christus hæc transfiguratione manifestè cōprobat; quod et si videatur mundo & carni abiectus, contemptus, & dānatus: tamen si aperias ipsum, quod fide viuam fiet, videas plane eum esse, re ipsa quæ alias sepe verbis se esse prædicauit. Ego sum, inquit, lux mundi. Ego sum resurrectio & vita. Ego sum via. Quæ Paulus inter sapientiam nostram, iustitiam, sanctificationem, & redemptionem nostram vocat. Et ad Colos. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei. Transfiguratur autem Christus coram nobis, seu fidelibus; quod opponitur nobis videndus, credendus, & cōcipiendus animo filius Dei viuens, potentia & virtus eius. Coram quibus verò non transfiguratur Christus, illis idē manet quod iudicis, & impijs Getibus, his stultitia,

Iansen.

August.

Egelippus

2. Petr. 1.

1. Cor. 1.

Colos. 2.

stultitia,



illa, illis offendiculū, vtrūq; autē vilis, & cō-
 tēpta persona, vt Paul. dicit. 1. Cor. 1. Hęc autē
 Christi transfiguratio, typus eius erat, quę
 non solum in ipso, sed in omnibus eius mem-
 bris, & electis futura est.
 Mystērium hoc, fratres mei, his qui omnē
 spem suam in alterius seculi bonis sitā habet,
 magni solatiū est. Quoniam hodie corā quin-
 que testibus omni exceptione maioribus, ali-
 quam nobis manifestationem facit Dominus
 illorū quę speramus benorum. Radiū quendā
 ostendit nobis illius claritatis, quā iulli tunc
 habebunt in Regno Patris eorū. Initiū quod-
 dā, ac signū illius gaudij, quod in Dei visione
 cōstitit, atq; symbolū quoddā glorię corpo-
 rum, quā tranfacto hoc corruptionis, ac mor-
 talitatis termino, in statu immortalitatis ha-
 bebunt: ostēditur etiā hic fructus iustitię, quę
 colligūt illi, qui in hoc valle miserię in lacry-
 mis semināt. Seminatur corpus animale, ait
 Paulus, surget corpus spirituale: seminatur in
 corruptione, surget in gloria. Iusti corpus hoc
 animale semināt, illud viuū sub terra sepeliē-
 tes cōtinua mortis cōsideratione, atq; sicut hi
 qui grana semināt; sic illud in terra proiciūt,
 frigori, ac a sū illud relinquentes, & vt illud
 prætereuntes conculcent si velint. Ceterū in
 cāpi Iosaphat area, illud spirituale colligunt,
 hoc est, spiritui omnino subiectū; ita qd super
 illud continuō perfectū dominū gerat, ad li-
 bitumq; illud per aera volitās, & vbicunq; vo-
 luerit, ferat. Quoniā tūc subtilitatē, claritatē,
 celeritatēq; ac pulchritudinē spiritus comuni-
 cat. Itaq; his qui carnis mortificationē sequū-
 tur, festū hoc propriū est: qm ostendit eis ter-
 minum, quē per carnis mortificationē conse-
 quantur, qui est immortalitatis, ac claritatis
 eius status. Vnde historia hęc illā doctrinam
 sequitur qua carnis mortificatio docetur. No-
 bis dixerat paulō antē Christus Dñs. Qui vult
 venire post me, abneget se metipsum. (Hęc
 enim verissima est mortificatio, vt superiori
 capite diximus, propriā denegare voluntatē)
 & tollat Crucem suā, hoc est, labores oēs pro
 Christo ferat, & sequatur illū. Vt ergo ostē-
 dat, quo iter istud tenderet; post hęc verba
 corā discipulis, quos hoc docuerat, trāsfigura-
 tur: vt intelligas talem esse tunc mortificatio-
 nis finem, atq; hoc esse iter quo illuc tendere
 debes, nec despondeas animū, nec cesses, nec
 aliam tibi viā accipias; certō sciens carnis de-
 litiās in præcep̄ te ducere, quem eius mortifi-
 catio ad immortalitatem perducit. Post sex
 dies autem hęc trāsfiguratio facta est: quoniā
 die septima requieuerat Deus ab omni opere
 qd parrarat. Qui enim in sex diebus, quibus

præsens status durat, nec otiosē, aut ignauē vi-
 xerit, sed se claris, ac bonis operibus mancipa-
 uerit, meritorijq; actionibus incubuerit; hic
 in die octauo, vt Lucas dicit (qui est dies re-
 surrectionis, septimū sequens, qui diē mortis
 iustorū significat, in quo requiescunt a labori-
 bus suis) resurrectionis præmiū accipiet: nam
 ibi nō coronabitur, nisi qui hic legitimē cer-
 tauerit. Et Iacobi. 5. dicitur, Sufferentiam Iob
 audistis, & finem Domini vidistis. Hoc est di-
 cere: Si id quod in fine consequutus est Do-
 minus Iesus, nempē corporis gloriam, acci-
 pere vultis; oportet vt labores, ac tentatio-
 nes æquo animo feratis, vt Iob fecit. Tres
 duntaxat suorum discipulorum ab alijs segre-
 gavit, coram quibus transfiguratus est: nam
 pauci sunt electi, qui gloria perfruuntur: quo-
 niam pauci sunt, qui viam perfectionis in ve-
 ritate sequuntur. Nam præter hoc quod pau-
 ci sunt fideles, qui veritatem Euangelicam
 profiteantur; paucissimi sunt inter eos, qui
 viam Euangelicā in veritate sequuntur. Proh
 dolor, quot sunt, qui hypocritim potius quā
 veram virtutem sequuntur. Ferē tota Chri-
 stianorum vita, in exteriori cultu sese exer-
 cet, cū interim de interna, ac vera charita-
 te, patientia, ac humilitate nulli cura sit.
 Vnde & Dominus apud Michē. cap. 7. con-
 queritur dicens. Vā mihi, quia factus sum,
 sicut qui colligit vvas post vindemiam. Nam
 eo tempore quo iam vvx ex vitibus auulsæ
 sunt, remanent ipsæ vites folijs coopertæ, &
 ornatæ, ceterum nil fructus sub se habent,
 nisi vnum aut alterum racemum, quem vel
 quia immaturus erat, aut ob paruitatē nō vi-
 sus; vindemiatores reliquerunt. Sic ferē om-
 nes fideles, qui vites sunt huius vineæ Do-
 mini, quæ est Ecclesia, aut palmitēs veræ vi-
 ris, quæ est Christus, folijs abundant, hoc est
 exteriori cultu, ac similitudine virtutis se se
 vestiunt, intus autem omni fructu vacui sunt.
 Vnus, aut alter iustus, qui ob eius humilita-
 tem, aut paupertatem ab hominibus nō cōs-
 picitur, derelinquitur solus: vel quia inutilis
 reputatur apud mundanos, quia non eo-
 rum sequitur viam, nec eis in suis vanis præ-
 tensionibus fauet: aut quia acerbis eis vide-
 tur, eō quod eorum carpit vitia, tanquam a-
 cresta immatura despicitur: quia mittit eis
 ob oculos ponens: quæ tamen quia eorum
 præuoluntati contraria est, amarē sapit
 illis. Quare postquam alieni, mundus scili-
 cet, ac diabolus, vineam eis vindemiauerunt,
 ac vastauerunt; hos paucos, ac dispersos ra-
 cemos Dominus colligit, quos in torculari
 suæ

suæ crucis premens, in cellam vinariam
 postea secum colligit. Sexcenta millia vi-
 rorum arma capientium egressi sunt ex
 Egypto, duo autem soli ex eis terram pro-
 missionis intrauerūt. Ex tot milliaribus ho-
 minum, quos Dominus ad suam Ecclesiam
 ex Egypto, hoc est, ex tenebris peccatorū
 vocat, aut ad Religionem inuitat, paucissi-
 mi sunt qui saluentur: quod maximē dolen-
 dum est. Magnum quippe negotium, ac dif-
 ficillimum est, homines in vitam æternā in-
 trare propter quod magno atq; assiduo au-
 xilio Dei indigemus, vt id peragam. Quod
 tñ nos tanquam rem minimā æstimationis
 tractamus. Petrus autē, Ioānes, & Iacobus,
 ad hoc mysteriū soli vocati sunt. Petrus autē
 significat fidē, quā ipse præ ceteris maximē
 confessus est. Ioānes charitatem refert, quia
 præ ceteris magis dilectus, quam & in suis
 scriptis maximē cōmendatam reliquit. Iac-
 obus autē luctator dicitur, vt intelligamus,
 quod hęc tria necessaria sunt, ad hoc, quod
 Dominum in sua gloria videamus, nempē
 sanam fidem habere secundum illud Pauli,
 Increpa eos durē, vt sani sint in fide: simul
 & charitatem Dei, & proximi. Hęc enim
 est fides iustificans, nimirum ea quæ per
 dilectionem operatur. Oportet autem luctā-
 tam inire cum mundo, & diabolo, & car-
 ne sua. Et qui hęc tria non habuerit, non
 videbit Regem in decore suo: & ideō pau-
 ci sunt qui illum transfiguratum vident.
 Nam loco fidei quam debetis Deo, vobis-
 cum, & cum pecunia vestra fidem solum
 habetis, de ea quæ ad Deum pertinet, pa-
 rum aut nihil curantes. Loco Dei, & pro-
 ximi charitatis, proprio ardetis amore. Vn-
 de Dominus ait. Tota die expandi manus
 meas ad populum non credentem, sed cō-
 tradicentem mihi. Loco pugnæ quam cum
 prædictis hostibus deberetis habere, vobis-
 cum, & cum proximis vestris belligeratis,
 vnde omnia cædibus ac homicidijs plena
 sunt. Et transfiguratus est ante eos. Voluit
 vt gloria animæ suæ miraculosē redunda-
 ret in corpus, ipsumq; gloriosum redderet.
 Nam, vt supra diximus, miraculosa fuit hęc
 claritas: quoniā non erat connaturalis statui
 passibili, quem tunc Christus gerebat. Et
 resplenduit facies eius, vt sol. Mihi splendi-
 dior apparuit facies eius quā Sol: sed quia
 nullum lumen aliud excellentius quā So-
 lis nouimus: ideō Soli cōparauit illud, quo
 Christi facies splenduit. Vestimenta autē eius
 facta sunt alba, sicut nix. Imō plus quā nix:
 Tom. II.

sed quia nulla alia res candidior niue nobis
 nota est: ideō rei magis notę nobis illum cā-
 dorem cōparauit; nam & Marcus dicit, sic
 cādidus apparuisse vestes eius, quales fullo
 non posset facere, etiam si multa cura vellet
 lauare vestes. Hoc est dicere, sic candida
 erāt, vt nulla arte humana, ac naturali tam
 candida fieri valerent. Quare supernatura-
 lis candor erat ille. Et apparuerunt Moyses, &
 Helias loquentes cum Iesu. Moyses legislator,
 Helias zelator legis: Moyses, vt esset testis,
 Christum Dominū obseruasse Legem eius,
 secundum quod scripta erat, & quod esset
 verum quod ipsemet Christus protulit: Nō
 veni soluere Legem, sed adimplere. Helias
 etiam, vt testimonium faceret, non solum
 quod obseruasset legem, sed quod summo
 zelo eam studuerit, obseruadam. Et loque-
 bantur, ait Lucas, de excessu, quem com-
 pleturus erat in Hierusalem. Excessum
 vocat mortem, ac passionem suam, in qua
 amor excessit omnem metam, & passio om-
 nem dolorem superauit. Quis enim maior
 amoris excessus excogitari potest, quā
 animam suam pro inimicis suis dare? Prop-
 ter nimiam charitatem suam, ait Paulus, Ephes. 2.
 qua dilexit nos, cū essemus mortui pecca-
 tis, conuiuificauit nos in Christo. Et Ioan. 3. Ioann. 3.
 ait. Sic Deus dilexit mundum, vt filium
 suum vnigenitum daret. De excessu etiam
 dolorum ait apud Hieremias. O vos om-
 nes qui transtis per viam, attendite, & vi-
 dete, si est dolor similis sicut dolor meus,
 sed sicut musica in luctu, ita luctus in mu-
 sica: importuna videtur narratio. Ad quid
 enim in die glorię ac maiestatis suę de mor-
 te eius sermonem interferit Dominus? Præ-
 cipue cū tam ignominiosa fuerit. Voluit
 Dominus clarē ostendere, illam debere
 esse viam qua ad gloriam transfigurationis
 peruenire deberet, & ipse, & nos, nempē
 pe crucem ac mortem eius, & vt nos
 compateremur illi, si conglorificari volu-
 mus cum illo: deinde, vt quantumuis no-
 bis prospere arrideat mundus, ne obliuif-
 camur mortis, ac laboris: quoniam nullus
 fixus status præsens est, quin contrarijs
 euentibus pateat. Vnde & Sapiens nos
 admonet dicens. In die bonorū, ne im-
 memor sis malorū. Ac si diceret. In die salu-
 tis infirmitatē cogita: in die letitię, ne obli-
 uiscaris iustitiā, quoniā omniū rerū vicissi-
 tudo est, nec res mutabiles, quales sunt præ-
 sentes, tanquam fixas, ac stabiles sumas.
 Illi vero dormiebant. Ait Lucas. Mirares
 est,



est, quæ maximè humanam indicat fragilitatem ac miseriam. In tanta gloria, quâdo præcipue vigilare deberet, vt eam apertis oculis specularëtur, dormiuit, & oculos clauduit. In lectu quâdo Dñs pro illis vigilabat, orabat, agonizabat, atq; sanguineum sudore fundebat, tunc etiã dormiebãt. Quid hoc attestatur, fratres mei? Quod nec ad prospera, nec ad uerla vires habet natura nra. In horrore præ nimia tristitia dormierunt, hic etiã præ nimia letitia dormiuit, quoniã ad vtrũq; imbecilles sumus, nec in prosperis, nec in aduersis stamus. Nam nec gloria, quã præsentem habet nostram excitat naturã, nec timor mortis eam sic terret, quin in vtroque dormiat, deficiat, imbecillitatẽq; suã ostendat. Petrus tanto gaudio affectus fuit, cũ se corã tanta cerneret maiestate, vt quasi extra se raptus, nec sciens, nec intelligẽs quid dixerit, sic effatus fuerit. Dñe bonum est nos hic esse, si vs faciamus tria tabernacula. Tibi vnũ, Moysi vnũ, & Heliam vnũ. Hoc (referẽte Luca) tunc dixit Petrus, quãdo vidit magnos illos viros Moysen, & Heliam discedere à Christo. Hoc autem dixit, nesciens quid diceret, & ita in rei veritate fuit. Primò quoniam petebat quod bonum est duntaxat, cũ tamen Dominus ad id quod optimum est nos creauerit, nepe ad seipsum, qui summum bonũ est. Parũ à Dño postulas, Petre, nõ solum bona, sed optima etiã ab eo absq; hesitatione posce: quoniam ad optima bona creauit te. Et cuius erũt optima queq; Dei, nisi iustorũ. Cur hæc minima bona petis. Cũ non sint nisi guttulã quãdã illius abyssi bonorũ, qui nobis præparatus est ab origine mundi. Secũdò, nesciebat quid diceret; quoniã in hac vita querebat ædificare, que tũ transitus solũ est ad aliã. Nescis o Petre, quod nõ habemus hic manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus, vbi quiescem⁹, & in æternum manebimus? Ex hoc discas, quã alienæ sint cogitationes hominũ à cogitationibus Dei. Nam homo ea quæ sunt carnis cogitat, Deus autẽ ea quæ ad spiritũ attinet animo versat. Ideo per Esai. dixit. Sicut exaltatur cœli à terra, ita exaltatæ sunt cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Tractabat Dñs cũ Helia, & Moysen de morte sua, quã passurus erat in Hierusalem; Petrus autẽ de ædificandis hic domibus sollicitus est. Extra chorum saltas, o homo. Et altera vice loquutus est ad discipulos suos de passione, ac morte sua, ipsi autem tunc petierunt ab eo sedes ad dexteram, & ad sinistra in regno

Hebr. 13.

Esai. 55.

suo. Non id cogitabat tunc Dñs certè. Dñe, si vis. Cautè, ac auimaduertenter loquitur modò Petrus, diuinã submittens voluntati quod ipse volebat, timens ne iterum corripere retur à Domino, sicut paulò ante contigerat illi, qui Christo dicenti se passurũ in Hierusalem, dixerat. Absit à te, Domine, nõ erit tibi hoc. Et quia hoc ex affectu carnali ad Christũ dixerat; durum accepit ab eo responsum. Nam dixit ei, Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea que Dei sunt, sed que hominum. Ideo quasi periculum passus, cauti⁹, & humili⁹ loquitur dicens. Domine, si vis. Non tibi aduersus esse volo, sed tuã id relinquo voluntati. Solet enim peccator cauti⁹ ex casu resurgere, ac humili⁹. Non recordamini quod Petro contigit, in vitima cœna? Quã constantè, & confidenter dixerit, se nõ solum non negaturum Christum, verũ & libentissimè pro eo mortem obiturum? Et tamen postea ter lapsus est negãdo, & cum iuramento pernegãdo Magistrum suũ. Et ideò post resurrectionẽ, quali qui ex lapsu moderatior ac cauti⁹ surrexisset, cum coram alijs interrogasset eum Dñs, dicens: Simon Ioannis diligis me plus his? quasi metuens ac cauens sibi ipsi, non ausus est confidenter affirmare, sed dixit: Dñe, tu scis quia amo te: secũdò interrogatus idem respondit. Et ad tertiam interrogationem contristatus respondit. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Nec ausus est dicere, quod plus alijs Christum Dominũ diligeret. Ecce quomodo cautos reddat lapsus ipse peccatores. Quare cũ surgis à peccato, caue, ne iterũ corruas, sed optimè vide, quibus causis & occasionibus inductus es ad peccandum, & ea fuge, atq; declina: si in tali cõiuctu, ac familiaritate, aut consortio offendiculum tibi perspicis fuisse ad peccãdum, ab ea totis viribus cauere ac fugere debes: nõ vt ait Hieronymus, nemo iuxta serpentes securus carpit somnos, nec experiri debes vires tuas, putans te in periculo positũ posse euadere: nam vt ipse Hieronymus ait, fatius est non posse perire, quã iuxta periculũ non perijisse. Sicut melius sibi consuluit, qui per potem fluuium transiuit securus, quã ille qui per ipsum flumen transiens vix euasit. Vterq; trãsiuit fluuiũ, sed ille prior meli⁹, & securius, ille alius magno cũ discrimine vite. Sic qui occasiones cauere, securi⁹ euitat periculũ, quã qui in illis positus magno cũ periculo vix euadit. Vnde virtutis actus nõ

Matth. 6.

Ioann. 21.

Hierony.

Idem.

Simile.

con

consistit in experiẽdo qualis sis in periculo, sed in cauẽdo, & in fugiẽdo illud. Nec enim debes feram in circò expectare, sed ab ea longius abire. Alias ante illud Sapiẽtis dicenti. Qui amat periculũ, peribit in illo. Sic ergo Petrus sui periculũ iã ex pertus, cauti⁹ hic loquitur dicẽs. si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnũ, Moysi vnũ, & Heliam vnũ. Et tu Petre, & alij cõdiscipuli quid debetis facere? Cur vobis etiã nõ facietis tabernacula? Cur tui & tuorũ curã nõ habes? Nõ mirũ. Quĩ ille qui semel Dei amore imbutus est, sui obliuiscitur, vt aliorũ curã gerat. Scit em̃ quod si ipse de ijs que ad Deũ prinet, curauerit, ipse Deus sui vicissim curã habebit. Scriptũ quippe est ab ipso Petro, quod omnem sollicitudinem nostram projiciamus in Deum: quĩ ipsi cura est de nobis. Vt & Psalmista dicit. Iacta super Dñm curã tuã, & ipse te enutriet. Ac si diceret. Si tui oblitus de Deo, & proximo cogitaueris; Deus recordabitur tui, & te nutriet ac liberabit. Deus enim tibi pauperũ curã cõmisit: quare inurbanè nimis, ac crudeliter facis, cum pauperi in Dei nomine à te poscẽti elemosina, Deus, respondes, te adiuuet. Remittis enim illũ Deo, qui illũ tibi iam cõmiserat: Idẽ quippe est ac si amico tuo per seruũ suũ aliquid postulãti, respõderis. Det tibi herus tuus, quod me poscit dare; ego enim nolo dare. Vide quã insipida, ac procax responsio hæc ad Dñm Deũ tuũ sit. Bonũ est nos hic esse. Tã citò Petre, vis beatitudinis bonũ, qd maximũ est? & multa pro tãto bono prius cõmutãda sunt. Expecta parũ, vt prius cruci affixus illud merearis. Pri⁹ cathenis duabus vincus, quatuor quaternionibus missũ tradaris custodiẽdus, prius iniurias, cõtumelias pro Chri nomine à tribunalibus portes. Procin⁹ beatus vis esse? nõ itã cõuenit. Tm̃ quippe præmiũ oportet, vt pri⁹ magnis opib⁹ recte mereat. Et ecce nubes lucida obũbrauit eos. Quĩ lex noua lucida est, secundũ illud Psal. Preceptũ Dñi lucidũ illuminãs corda. Lex autẽ vetus in nube caliginosa data est, quĩ umbratica erat, secũdũ illud Pauli, Vmbrã habes lex futurorũ bonorũ, nõ ipsã imaginẽ rerũ. Nã lex noua ipsã veritatẽ cõtinet, quã lex vetus adũbrabat. Et ecce vox de nubẽ dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit, ipsum audite. Eadẽ vox & in Baptismo intonuit: Sed tũ regenerãti sumus per Chm in filios Dei, nunc autẽ ostẽdit nobis hæreditas, ad quã per hæc filiationẽ asciti sumus, secundũ illud: Si filij, & hæ

Roman. 8.

Tom. 11.

& filiationẽ, & hæreditatẽ & gratiã, & gloria, meritũ, & premiũ. Secundũ illud Petri. Regenerauit nos in spem vltã, per resurrectionẽ Iesu Chri ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibile, incontaminatã, & inaccessibile, & cõseruatã in cœlis. Et ad Hebrẽos ait Paul. Per quẽ multos filios ad gloriã adduxerit. Sed quĩ nũc nobis Chram, vt Doctore proponit, ideò dicit. ipsum audite. Et hoc Patris verbo colligit, qd Chrus sit verus Deus: quĩ dicit. In quo mihi bene cõplacuit, nã Deus in nullo sibi cõplacuit, nisi in seipso. Si ergo in filio suo gaudet, & cõplacet, ergo filius ipsemet Deus est, qui Patris, nec nõ eadẽ persona, ergo Christus est iste filius Dei. Assumpsit Iesus petrũ, & iacobũ & iohannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Festũ huius mysterij, & Chri Dñi & nrũm est. Quia scilicet capitis, oportet vt sit etiã membrorum. Nã in ipso capite manifesta est gloria corporis eius, quã fortius erat ppter meritũ passionis suæ. Et quia gloria Christi est causa nræ resurrectionis, secũdũ illud Pauli. Si Chrus resurrexit, & nos resurgemus; hinc fit, vt sit etiã hæc festiuitas nostra. Nam & nos in similitudinem eius resurgemus. Vbi & altera causa letitiæ adest. Quoniam hæc festiuitas nõ solum est animarum, quarum gloria in corpus debet redundare; verũ meritorum & corporum, & carnis nræ, quã nos tanto amore prosequimur: Quoniam illa tunc sana, in terra, immortalis, impassibilis, incorruptibilis, atq; pulcherrima persistabit. Ideo quippe Mare. & Lucas dicũt, quod post dies octo hoc mysteriũ factũ est: quia octaua dies Resurrectionem significat, quã post sex dies laboris quibus viuimus, & post septimum diem, quo morimur, in octauo die subsequẽda est. Vnde titulus Psal. 8. est, Psalmus pro octaua, id est, pro Resurrectione, vt D. Gregor. ibidẽ explicat. Voluit Dñs aliquã nobis manifestationẽ futurorum præmiorum facere; vt sic animos caperemus ad illa prosequenda, tantipræmij cupiditate allẽcti. Quẽadmodum cũ misit Moyses exploratores, qui aliquos fructus ex terra promissionis afferrent, quibus audiores redderet Iudæos ad expugnãdũ illã. Vnde vnas, sic⁹, ac malogranata adduxerũt. Hi enim fructus dulces sunt, & suauitatẽ cœlestẽ significant, præterquam quod malum granatũ coronã habet, quẽd significat præmiũ: vt sic & nos bonorum cœlestium dulcedine afficeremur, & ad hostes debellãdos animati⁹ quiores redderemur, nec vllã nobis obstacu

1. Petr. 1.

Hebr. 2.

Alia Moralitas seu concio.

1. Cor. 15.

Marc. & Luc. 9.

Psalm. 18.

Gregorius.

Numer. 13.

lum



lum pateremur, quin illud fortiter rumpentes, ad tantu bonum acquirendu properarem? Vnde Petrus, qui vnus ex exploratoribus huius glorie fuit hodie, hoc testimoniū in 2. Epistola. c. 1. Reddit dicēs. Nō enim indoctas fabulas sequuti, (hoc est illas qui Metamorpholin apud Poetas dicuntur, in quibus fabulose transfigurationes referuntur, vt patet apud Ouidiu in suo Metamorphoseos) notā fecimus vobis Dñi nri Iesu Christi fidē, ac prāscientiā: sed speculatores facti illius Maiestatis, & gloriae Christi, ibi oculis proprijs perspexim⁹. Voluit Deus vt mihi videretur, faciē pāni, ex quo immortalitate induēdi sumus, ostēdere, vt nō pigritemur emere illū, & omnia quae habem⁹ pro illo cōmutare. Nā si illo induti fuerimus, nec calor, nec frigus nocebūt nobis. Sūt enim hęc vestimēta alba sicut nix, hoc est, nulla res quę oculis nrīs obiecta est, cādidior illis esse potest: si ergo hęc facies prima huius pāni est, quid erit intrinsecus, quando corpus & anima Dei gloria repleta erūt: Hos autē discipulos testes oculares huius tanti mysterij voluit esse: vt potē quibus arcana sua confidere solebat. Et quia Petro clauēs iā Regni cōlorū promiserat, nōnnullam haberet noticiā illius Regni, cuius iam tor erat futurus. Ioānes autē dilectus eius erat, quare ei arcanum hoc celandum non erat. Et Iacobus primus martyr ex Apostolis faturus erat; oportebat habere clariorē noticiā boni illius, pro quo pati debebat, vt sic fixior in eius confessione persisteret, & vt Hispania nra haberet vnde gloriaretur; sciētēs hoc quod nō leuiter credidimus, sed oculari testi prābuerimus fidē. Secundō, vt nos doceret, ne credamus negotia nra maiora quibuscūq; amicis, sed paucis, & his selectis, secundū illud Sapiētis. Multi pacifici sūt tibi, consiliarius autē, hoc est, ille cui secreta tua credas, vnus de mille. Et alibi, Negotiu tuū cū amico tracta. Sūt enim quidā similes Lacui Alphaticis, de quō Plinius, & Iosephus narrant, quod omnia grauiora & ponderosa, qualia sūt plumbū, & ferrum, super vndas fert, nec ea submergit, verū leuia, qualia sūt ligna aut plumę, protinus in eo submerguntur. Sic sūt quidā homines adeo fatui, vt ea quę nullius momenti, aut ponderis sūt, in secreto pectoris submergūt, vt nō pandāt ea: ceterū res quę sūt alii cuius ponderis, quę maius secretum posebant, ea in propatulo ferunt, in lingua, & in ore, vt omnibus manifestēt, Sultitia grā-

Ouidius.

Eccles. 6.

Prover. 25

Plinius.

Iosephus.

simile.

dis est hęc profectō. Vnde Sapiens Eccle. 20. ait. Fatuo nō eris amicus in perpetuū. Alij verō sūt, qui etsi lingua secreta nō pādāt, nō signis, ac nutibus ea proferunt; ita vt oēs ea intelligāt. Simile: arca vitree, quam etsi pluribus clausuris feris, nō poteris occultare quę intus habet: quoniā vitru transparentis est. Sic illi vitrei videntur esse: omnia enim quę celare deberēt, & ipso solo aspectu manifestāt. Cōtra quos Eccle. 27. dicit. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, id est, perdit el credito, & nō inueniet amicū ad animū suū. Christus igitur negotia sua quę omnia grauisima erāt, his tribus fidelissimis amicis fidebat. Et duxit illos in montem excelsum. Quoniā iustorū vita ascensui cōparatur: semper enim ascendūt, & vadūt de virtute in virtutem, & ascensiones in corde suo faciunt. Ad hūc montē nos inuitabat Esai. dicens. Venite ascendamus in montē Dñi, & ad domū Dei Iacob. Et transfiguratus est ante eos. Iā supra explicatum est quomodo facta fuerit hęc transfiguratio. Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sūt alba sicut nix. Imō multo plus. Per vestimēta iusti intelligūtur, secundū illud Esai. Viuit Dñs quia his omnibus, sicut ornamento vestieris. Vide autē quanto excessu se efferat lamē Solis super cādorem niuis: quoniā eo, & multo maiori humanitatis Christi splendor superat aliorū corporum beatorū claritatem. Iusti quidē, ait Dñs, fulgebūt sicut Sol in Regno Patris eorum. Christus autē super omnem Solem. Vnde Ioan. in Apocalypsis, ait. Ciuitas illa, non eget Sole, nec Luna: quia lucerna eius est Agnus. Qui in modū lucernę suauiter, absq; vlla oculorum læsione ciuitatem illā illuminat. Ex quo colligere poteris, quanta luce ciuitas illa abundet. Si enim quodlibet corpus gloriosum, sicut Sol lucebit; vide quid tot Soles faciant; Et si super hęc corporis Christi claritatem addideris, qui in immensum aliorū splendore excedit: nulla poterit fieri cōparatio ad illius supernę ciuitatis splendore. Hęc autē claritas, ac splendor corporum, ex anima redūdabit ad illā. Nā sicut lucerna limpida, in vitrea capsula inclusa, foras mittit suę claritatis radios: sic anime claritas, quę tanquā limpidißima lucerna, sub vitrea corporis carne cōtinebit, ex se mittet tot radios ad corpus, vt tanquā Sol splendescere videatur. Et apparuerunt Moyses, & Helias loquentes cū Iesu. Helias vnus erat, Moyses mortuus fuit: vt intelligamus, quod viuorum, & mortuorum Deus est,

Eccles. 20.

simile.

Eccles. 27.

Psal. 83.

Esai. 2.

Esai. 49.

Apoc. 21.

simile.

est, Moyses legislator, Helias Propheta, vt sciamus quod seruire legem, & credere Prophetis debemus, si ad illum statum ascendere cupimus. Patris vox audita est, & nubes lucida obubravit eos. Quę nubese-rat Spūs sanct⁹. Videtur mihi fratres mei, hoc factū simile esse, sicuti quando rex ad comitia cōuocat magnates regni, ac procuratores ciuitatū, vt filiū suū vnigenitū regni sui successorem iuret. Sic hodie Rex regū, Deus Pater, ad comitia cogit magnates, ac procuratores vniuersi, vt hñm suū vnigenitū, per quē fecit secula, heredē vniuersorū iuret. Auditur Patris vox dicētis, Hic est Fili⁹ meus dilectus, quasi hoc esset pponere, quid in illa congregatione iurandū esset. Quod antea Dauid proposuerat dicēs. Ego autem cōstitutus sum Rex ab eo. Magnates sūt Helias, & Moyses, alter loco omnium viuorū, alter loco omnium mortuorum. Iurant illum quem Deus constituit iudicem viuorum, & mortuorum. Petrus loco totius vniuersalis Ecclesię, cuius erat caput, id ipsum iurat, quod & antea publicē confessus fuerat dicēs: Tu es Christus, id est, Rex, Messias, Filius Dei viui. Iacobus tanquā procurator totius Hispanię, cui prius Euāgelium prādicauit. Ioānes tanquā totius Alie procurator, cui tanquā Episcopus prāfuit, deniq; viui, ac mortui vniuersalis, ac particularis Ecclesię omnes illum tāquam vniuersorum Regē iurant, summūq; Pōtificē esse secundū ordinem Melchitedech, coram tota Trinitate fatentur. Pater hoc suo ore confirmat dicēs, Hic est filius meus dilectus: & Spiritus sanct⁹ ibi assisit in nube, quasi obubravit eos: vt ostenderet talē cōfessionē, sine suo lumine nō posse ab hominibus fieri. Et loquebatur Moyses, & Helias de excessu passionis Chři. Fuit enim excessus amoris, quia nō solū pro amicis, verum pro inimicis animā suā posuit. Vel de excessu, quia amor, vt ait Dionysius, facit extasim, hoc est, animā extra se rapit, vt sui oblita de amico curā gerat. Quare corp⁹ amantis debile, ac languidū solet esse. Qm anima amico intēta, illud quasi deserere solet. Hinc vox illa Spōsę. Nunciate ei, quia amore langueo. Et quoniā in Christo hunc excessum, ac extasim amor debet face-re, cū animā propter nos ā corpore separauit, ita quod ex infirmitate, ac debilitate carnis mortuus est, vt Paul. ait, ideō de illo loquebatur excessu. Sed cur hunc in medio glorię suę sermonē interfecit. Nimirum ait Chrysolom. vt doceret, nos prius nos oportere cōmori Christo, quā cōglorificari cum Christo. Verū iterū rogo. Bone Deus, si hominem ad tantā gloriā destinasti, cui prius pateris, vt moriatur, corrumpatur, delinat esse, & amarissimū mortis calicem bibat: Si caro eius immortalitate, ac splendore, & pulchritudine tāta induēda erat, cur prius pateris illā fœtore, ac verimibus contabescere? Certē vt nram ignorantia instrueret, docens nos illā esse viā, qua ad tm bonū peruenire deberemus. Sicut em̄ faber grāuis cū arēā imaginē fundere nititur; prius metallā ipsā liquefieri finit, ex quib⁹ imago fusilis fabricat, ita quod metallā ipsa liquefacta, & penitus ab igne assumpta, ipsam imaginē fortē ac solidā faciat, qđ qui ignoraret, existimaret illa metallā omnino perdere velle artificē: sic supernus ille immortalium rerū artifex facit: Vt corpus hoc mortale, passibile, graue, ac debile, fiat solidū, & immortale, impassibile, ac sanū; oportet quod prius corrūpatur; debilitetur, sub terra conditū putrescat, ac fundatur: vt in die Resurrectionis, omnis mali, ac doloris expers illud realumamus, secundū illā Pauli sententiā, Seminatur corpus animale, surget corpus spūale: Seminat corpus animale, surget corpus spūale: Seminat in corruptione, surget in gloria. De his ergo loquebatur Helias, & Moyses cum Christo. Et illū in medio habebāt, atq; in illū oculorū acie figebāt: qm lex, & Prophetę Christū Dñm aspiciēbant, qm ad illum omnia tendebāt. Scrutamini Scripturas, ait Dñs, qm ipse testimoniū perhibēt de me. Et si credidissetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me em̄ ille scripsit. Et alibi, Necesse est adhuc impleri oia quę scripta sūt in Lege, & Psal. de me. Et Psal. In capite libri scriptū est de me. Qm ipse erat velut sūma toti⁹ Legis, ac Scripturę: sicut em̄ in capite libri, vel capituli veluti in sūma scribit quod quid in illo cōtinet, sic Chrus erat sūma omniū quę in Scriptura cōtinebatur. Finis em̄ legis Chrus, ait Paul. id est, scop⁹ erat in quē attēdebat lex. Petrus tali gaudio veluti extra se factus, dixit ad Christū. Dñe, bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, &c. Cogitabat quippe forsitan ipse, quod Iacob⁹ deberet esse in vno tabernaculo cū Moyses, Ioānes in alio cū alio, ipse autē ad pedes Christi volebat remanere, hoc sibi pro summo gaudio, & honore existimans esse. Dicebat autē hoc nesciēs quid diceret, qm volebat victoriā sine bello, gloriā absque pœna, & vitā sine morte, atque impedire nitebatur Christi Dñi passionem: & ideō nesciebat quid diceret. Magna sūt sacrę

simile.

Psalm. 2.

1. Cor. 15.

Ioann. 5.

ibidem.

Luca. 4.

Psal. 39.

simile.

Rom. 10.

2. Cor. 13.

Chryso.

simile.

1. Cor. 15.

Ioann. 5.

ibidem.

Luca. 4.

Psal. 39.

simile.

Rom. 10.

simile.



Scripturæ mysteria. Est quippe sacra pagina, veluti quædam auri, aut argenti fodina, in qua & ipsa glebæ terræ illius grana auri sunt, & scoria ipsa in igne purgata & in aqua lota, argenti & auri minutulas profert: sic diuina eloquia, etiam in his quæ minora videntur, aurum & argentum emanant. Hæc enim Petri ignorantia, ac stultitia magnum in se continet Sacramentum. Per hoc enim datur nobis intelligi, quàm longo intervallo beatitudinis bonum nostræ naturæ vires excedat. Si enim radius quidam paruus, qualis in transfiguratione illius gloriæ Dei apparuit, sic rationem hominis turbauit, vt quasi mente alienatus nesciret quid diceret Petrus; quid faceret plenè illa completa beatitudo, atque felicitas, qua in clara Dei visione beati fruuntur. Certè sic superat vires nostras, vt nullatenus animæ nostræ potentia illam capere possint, nisi intellectus noster lumine gloriæ roboratus, ad tantum bonum capiendum eleuaretur. Sicut enim visus noster Solis radios videre in ipso Sole nequit, nisi forte aliqua re roboratus id valeat: sic inò multo minus noster intellectus in diuinam essentiam intendere valeret, nisi à lumine gloriæ roboraretur, vt possit. Vnde in hac visione Apostoli dormiebant: nã quasi deficiens natura, & rati limitis lassata fulgoribus, a somno oppressa est. Sicut qui suis humeris impar onus semel portauit, præ lassitudine à somno capitur. Omnem quippe humanum captum hæc beatitudo excellit. Si enim parua hæc demonstratio homines obruit, quid in tota sua potestate faciet? Vnde Iob 26. dicitur. Ecce hæc ex parte dicta sũt viarum eius, & cum paruam stellam sermonum eius audiui, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Sed attēde, quod hodie in monte Thabor transfiguratur, vt sue beatitudinis gloriã ostēdat. Alia vice in monte Caluario, in alia differenti figura transfigurabit. Hic enim gloriosus apparuit, illic foedus apparebit. De illo enim Esa. dixerat. Vidimus eum, & non erat ei aspectus, nec decor, & quasi leprosus, & percussus à Deo, vnde nec reputauimus eum. In monte Thabor qui floribus, ac rosis virebat, Caluarie mons Caluarijs, ac spinis scatebat. Ille inter duos Prophetas stabat, hic inter duos latrones pēdebat. Ibi vocē Patris ipsū honorantis audiebat. Hic voces carnificum ipsum blasphemantium auscultabat. Ibi vestimenti gloriæ indutus erat; Hic nudus & in cruce pendens apparebit. Transfigure-

simile.

simile.

remus ergo nos cum illo, intueamur caput nostrum & compatiatur ei: vt eius sanguine abluti mereamur cum illo in gloria Patris sui transfigurari. Amen.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum & transfiguratus est ante eos. Iam supra cap. 5. ascenderat Iesus in montem, cū discipulis suis: modò etiã ascendit, sed cū paucioribus; nã doctrina Christi excellēs est, ac valde difficilis, paucisq; cognita: sed eius experientia ac dulcedo paucioribus, inò quàm paucissimis nota est. Oportet quidem Christi doctrinã agnoscere, & ad hoc, ascendendū est in montem cū alijs discipulis, vt Deus nobis illam reuelet, quã altior nobis est: nã hoc nõ sufficit, sed illã in nr̄is operibus experiri debemus, & eius gustare saporē, cum his tribus discipulis, cū quibus ad orandū, in montem ascendendū est: vt nobis id cōcedatur nã hoc paucorū est. Est autē hæc doctrinam sapere, eius in nobis experientia habere, omnibus benefacere, nulli nocere, quin potius in te ipso sustinere lesionē, quã alijs nocere, vel eã inferre. Hoc autē quã paucorum est, audi Paulum sic dicentem. Scientia inflat. Hoc est dicere. Potestis quidem doctrinã Christi scientia habere, sed cum illa simul superbia intumescere, ac inflari, & in carnis desiderijs, permanere. Oportet ergo simul cum eius scientiæ sapore experientiam habeamus. Vnde subinfet Paulus: Caritas verò edificat. Scientiam quidē didicerat Petrus, in monte prius cum alijs discipulis ascendēdo, experientia autē quę in charitate accipitur, nunc in monte Thabor cū paucis addiscit. Vnde mox edificare voluit, cū dixit. Faciamus hic tria tabernacula, &c. Ideo autē vtrūq; hoc est, rã scientia, quã experientia in monte discitur: quoniã in vtroq; difficultas magna est. Nã & virtus versatur circa difficile, & qui addit scientiam, addit & laborem. Quare summo cum labore sudandū est, & ardua quęq; ascendenda sunt, vt hæc adipiscamur scientiam. Id circò quippe Philosophus obscurissimè se scripsisse dixit, vt non nisi aptis & habilibus pateret ad suam scientiam aditus, & deinde eam scientiam maximè estimarent, quæ tanto labore, ac difficultate parta esset, & iterum atque iterum illi vacarent, vt tanquã habitus penè immobiliter intellectui inhaereret. Sic & in Euangelica doctrina elaborandum est, tam in opere, quàm in scientia, vt non tanquã dispositio citò moneatur, sed tanquam habitus summa cum difficul-

Alia Mo
raltas seu
concia

5. Cor. 3.

Ibidem

Ecclesi. 10

Aristot.

tate

tate diuellatur. Et quoniã via qua ad montem ascenditur, arcta nimis, ac ardua est, vt quocunq; declines, siue ad dexteram, siue ad sinistram, in præcepitum feraris; sic mediū debestenerere in vita Christiana, ne si in aliquod extremum declinaueris, præceptis in peccatum labaris. Et transfiguratus est ante eos. Dupliciter hoc intelligi potest. Ante eos, id est coram eis, vel ante eos, hoc est prius quàm ipsi. Sic enim intelligitur illud, Qui post me venit, ante me factus est, id est prior, & anterior me. Quare in hoc sensu accipere possumus hæc verba, sicut & Beatus Augustinus accipit in libris de doctrina Christiana, vt dicamus. Sic oportuit, vt se Deus prius transfiguraret, quàm homo, quatenus homo possit transfigurari? Nam si Deus id prius non fecisset, non poterat id homo facere. Volō dicere, quod homo factus ad imaginē Dei, quò postea per peccatã maculauerat, atque deformauerat: oportebat ergo, vt imago hæc in homine reformaretur & ad primam transformaretur figuram, quod minimè fieri poterat, nisi exemplar esset præsens. Nam cū imago deformatur, non potest ad priorem redire figuram, nisi præsens sit primum exemplar, ad quod reducenda est. Ergo oportebat, vt Deus esset præsens, ipse enim exemplar fuit, ad cuius similitudinem homo cōditus est. Deum autem nemo vidit vnquam, est enim omnium oculis inuisibilis. Oportuit igitur vt Deus in forma visibili transfiguraretur, quatenus presente primo exemplari, ac ob oculosposito, imago hominis ad eius similitudinē reformaretur. Et hæc fuit natura humana, in qua diuina natura veluti transfigurata apparuit, vt & Propheta verè potuerit dicere. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cōuersatus est. Et alibi. Videbit omnis caro pariter salutare Dei nostri. Et ipse Dominus ad Philippum diceret, Philippe qui videt me, videt & Patrem meum. Igitur ideò transfiguratus est, vt nos per illum transfiguraremur. Ad autem quomodo factū sit, audi. Paulus dicit de Christo. Qui cum sit splendor Gloriæ, & figura substantiæ eius: Non dicit illum figuram Dei, sed figuram substantiæ Dei; nam aliæ imagines non sunt figuræ substantiæ, sed accidentiũ; similatur quippe imago picta coloribus imaginis viua, & figuris; tamen nares illa non odorantur, nec aures ille audiunt, nec oculi vidē: nec corpus illud pictum viuunt. Christus autem est figura substantiæ Dei, cui in

Augusti.

Coloss.

Baruch. 3.

Esaia. 40

Ioan. 14.

Hebraic.

Genesi.

Genesi.

Genesi.

eadem numero substantia assimilatur. Est enim eiusdem diuinæ essentia cum Patre: nam vt idem Paulus ait, est imago Dei inuisibilis. Hoc est, refert Deum in eo quod habet inuisibile, & inaccessible, quod est eius substantia & esse: in hac ipse inuisibilitate assimilatur Deo: quia eandem inuisibilem substantiam gerit. Ab hac ergo figura transfiguratus est, non eam dimittens, sed aliam in extremitate indicens, nempe figuram humanam, in qua visibilis apparuit, vt per illum & nos à culpa in pristinam gratiam transfugeremur. Et videte quantum ab exemplari nostro deficiueramus, quod ipsemet imaginis pictor eam non agnoscit, sic quoddam fatuus virginibus dixit: Amen dico vobis, nescio vos. Et nonnullis dicentibus, Nō ne in nomine tuo prophetauimus? & demonia eiecimus? & virtutes multas fecimus, respondit illis. Nescio vos. Quid hoc miraculi est, quod imaginē suã ipse artifex non agnoscat. Non ne manū tuã in illa agnoscis? ligillum, ac stigmata tua? Minimè quidē: quia signū meū, quo ego illam sigillaui, fuit gratia, & charitas, at hæc non video. Nam argentarius in signo agnoscit opera sua, & ideò fur ne agnoscatur in argento quod furatur, figuram delet. Sic diabolus id ab animabus nr̄is abstulit per quod poteramus agnosci, quod essemus Dei. Quid ergo faciendū? Exemplar hoc, nempe Christū, ob oculos ponamus, vt ad instar eius mores nostros, ac vitam componamus. Quemadmodum cū vas è conflatório nõ exiit ad libitū artificis, illud frangēs iterum in conflatorium mittit: sic debes corpus tuum frangere, & macerare, & in ignē mittere, quod rãdem in morte tua faciendū est. Nec hoc sufficiat, nisi etiam animã ab illicitis cōpescueris desiderijs, & in Christi amore renouaueris omnia. Eph. 4. Vt renoueris spiritu mentis tuæ, & sic similitudinē pristinã restituas tibi. Nã & artifex quædam vasa frangit, ac cōminuit ex ira, quia nõ secundum formã à se preparatã exierūt, sed alia ad prælū refert, vt emendata in vsu ad quẽ ipsi volebat, utilia sint. Sic Deus reprobos in suis peccatis permittit, electos autē secundum pristinã imaginē emendat, vt vsui Ecclesię sue sint. Nã quos præsciuit, & prædestinauit cōformes fieri imagini filij sui. Reprobos autem lege sua, quę est virga ferrea, cōminuit, atque ad inferni parietes allidit in perpetuum. Sic enim legem suã vocat Psalmista cū dicit. Reges eos in virga ferrea, & tanquã vas figuli confringes eos. Dicitur autem

Coloss.

Matth. 25

Matth. 7.

simile.

simile.

Roman. 8

psalm. 24



autem lex virga ferrea, quoniam temper in-
tegra manet, nec ulli cedit respectui, nec
personam alicuius accipit. Pessimus aut homi-
nes plumbam illam vellere facere, ut suam cederet
voluntati? Refert Arist. quod in insula Lesbia
sunt lapides adeo duri, ut nullo instrumento
cedant, nec frangi possint, ut aequales regula
reddantur. Et ideo ibi utuntur regulis plumbis,
ut quia lapis ad regulam non se frangit,
regula ad suam duritiam retorquetur, sic
pravi homines facere volunt, nec enim ipsi,
ad regulam diuinam se, aut mores suos con-
ponere volunt: & ideo nituntur, ut ipsa lex
Dei ad suam voluntatem reflectatur, nec
quiescunt donec inueniant aliquem, qui ius-
tificet opera sua, ac si secundum legem Dei
essent facta. O intolerabile malum, quod
velis legem Dei plumbam facere, ut ad tuam
retorqueatur voluntatem, cum tamen virga
ferrea sit, quae ob nullam humanam rationem
flecti potest. Nam lex Decalogi indispen-
sabilis est: leges humanae multas patiuntur
exceptiones, lex diuina nullam. Contingit
his, licet illis, qui ad palos ludunt: nam cum
globum versus palos proiciunt, ut in illos
ingrediens eos prosternat, si globus non re-
cto itinere ad locum ubi pali sunt positi, per-
git, ipsi cum corpore faciunt quod globus fa-
cere debet, seipsum retorquentes in locum
ubi vellent globum tornabilem pergere. Sic
illi qui in operibus suis recto itinere non
pergunt ad veritatem Evangelicam seruan-
dam, signis ac natibus insinuant se velle, ut
quo ipsi vadunt lex diuina pergeret, mille-
que sophismata machinantur, ut confesso-
res ad suam trahant opinionem, atque ad li-
bitum eorum Euangelium interpretentur:
quod detestandum quidem malum est. Au-
dit Iob inter Dei flagella sic dicentem. Si se-
quutus est oculus meus cor meum. Hoc est,
si forte ideo haec flagella merui: quia ratio
mea, quae est oculus meus, sequuta est desi-
deria praua cordis mei, ea approbans, atque
iustificans. Nunquam hoc feci, nec vir pro-
batus id facere debet, sed potius quod cor, ubi
desideria generantur, & voluntas quae dicitur
cor, regulam rationis sequatur, & secun-
dum illas operentur: non autem ordine pra-
postero ratio sequatur desideria inutilia
cordis approbando ea, & iudicando, ut tan-
quam sibi conuenientia fiat. Ideo ergo nos
frangere nititur Deus, ut conformes reddat
imagini filii sui, qui est imago Dei inuisi-
bilis, per bona opera in hac vita: non in alia
in seipso nos transfigurabit, secundum illud

simile.

simile.

Iob. 31.

Colos. 1.

Ioannis. Scimus enim quoniam cum apparuit,
similes ei erimus. Alius sensus est, quod tras-
figurauit se coram discipulis suis, quod quo-
modo factum fuerit supra docuimus. Et ap-
paruerunt Moyses, & Elias loquentes cum eo.
Quoniam & lex vetus, & lex noua, per Chri-
stum interpretanda erant, secundum spiri-
tualem sensum, quem homines cortici lite-
rae adherentes ignorabant: nam litera, ait
Paulus, occidit, spiritus autem viuificat. Qua-
re discipulis suis aperuit sensum, ut intelli-
gerent Scripturas, eo modo quo intelligen-
dae erant. Et vox patris audita est, Hic est filius
meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum
audite. Quoniam doctrina Christi multa con-
tinet, supra mores hominum, oportuit ut voce
Patris approbaretur, quatenus homines non
illam auderent impugnare. Tota enim do-
ctrina Christi in his duobus pedibusambu-
lat, ut faciamus bona, & patiamur mala, prop-
ter Deum. Et licet primum omnibus bonum
appareat, & nostrae naturae consonum, ut fa-
ciamus bona (quod testatur gaudium, quo
perfundimur, postquam bene operati sumus):
secundum tamen valde difficile nobis appa-
ret, quod postquam hominibus bona opera
praestiteris, mala si ipsi intulerint equo ani-
mo ferre debeas. Sed tunc ipse, cui auscultare
secundum praeceptum Patris debemus, id
verbo, & exemplo docuit. Nam ipse multa
mala patientissimè passus est ab hominibus,
cum tamen multa bona opera a Patre suo,
ostenderit illis. Quare postquam haec verba
protulit, discipulis suis manifestauit quan-
ta passurus esset in Hierusalem, a Principi-
bus, & a Gentibus, quae tamen ipsi non intel-
ligebant, & absconditum erat verbum istud
ab eis. Ita arduum sibi videbatur, quod prop-
ter bona eis praestita, tot retribuere ipsi
mala Christo. Et cum altera vice coram Pe-
tro haec eadem dixisset, corripuit eum Pe-
trus dicens. Absit a te Domine, non erit tibi
hoc. Sed responsum est illi a Domino. Vade
post me Satana: quia non sapis ea quae
Dei sunt, sed quae hominum. Hoc est, Nescis,
quod lex Dei iustissima iubeat, sed ea quae
hominum corruptissimè mores ferant. Itaque
bonum pro bono referendum est, & simili-
ter pro malo. Sic enim & Apostolus do-
cet dicens. Nolite malum pro malo redde-
re, nec maledictum pro maledicto. Exem-
plo Christi Domini, qui cum malediceretur
non maledicebat, cum pateretur non
comminabatur. Tradebat autem iudicanti
se iniuste.

1. Ioan. 3.

2. Cori. 3.
Luc. 7. li.

Ioan. 10.

Matth. 16.

1. Petr. 3.

1. Petr. 2.

Et

Aliam... Et assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, &
Ioannem fratrem eius. Petrus significat pre-
latos, Ioannes contemplatiuos, Iacobus acti-
uos: nam coram his tribus transfiguratur
Christus. Et duxit illos in montem. Hic est
mons Thabor, qui veniens lumen interpre-
tatur, de quo & Psalm. 88. dicitur: Thabor,
& Hemnoc; in nomine tuo exultabunt. Et
transfiguratus est ante eos. Graece est, Metha-
morphos, quod significat, Transformatus est.
Quid autem sit haec transformatio, vel trans-
figuratio, per periphrasim explicat eam Lu-
cas, dicens: Et factum est dum oraret, facta
est species vultus eius altera. Et resplenduit
facies eius sicut Sol. Est Scripturarum con-
suetudo, cum quippiam voluerit quod supra
naturam est extollere, ut cum illo faciat
huius rei comparationem, quod secundum
naturam maxime tale inuenitur. Vt Psalm. 118.
In via testimoniorum tuorum delectatus sum,
sicut in omnibus diuitiis. Et iterum: Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua; super mel
ori meo; Et Psalm. 8. Iudicia Domini deside-
rabilia super aurum, & lapidem pretiosum
multum, & dulciora super mel & fauum. Sic
quia nil est in natura clarius Sole, aut can-
didius niue, ideo cum illis sit haec compara-
tio, cum tamen multo maior fuerit, tam lux
Christi, quam candor. Est enim speciosior
Sole (haec diuina sapientia, quae est Chri-
stus) & super omnem dispositionem stella-
rum, lucis comparata inuenitur prior. Tanta
autem luce resplenduit Christi corpus, ut
ex illa colligeremus, quanto maius est lumen
animae: ut potest quae capacius subiectum est
lucis. Quemadmodum in fasce maius lumen
est, quam in stupa: eo quod capacius rectum
luminis est fax, quam stupa. Et apparuerunt
cum eo Moyses, & Elias. Vnus mortuus, al-
ter viuus, ut significarent Christi mortem,
& resurrectionem, & ut nos simus viuui Deo,
mortui autem mundo, iuxta illud Paul. Col. 3.
Mortui estis, sed vita uestra abscondita est
cum Christo in Deo. Respondens autem Pe-
trus, dixit: Improprie hic capitur respondere.
Non enim quasi interrogatus Petrus respon-
sum reddit. Sed respondere dicitur, quatenus
ad id, vel ex eo, vel super eo, quod cernebat,
verba faciebat, ut ad rem coram se exhibitam
responsio fieri intelligatur, non ad illum in-
terrogantem, cum nemo illum interrogauerit.
Quemadmodum, ex epli gratia, si quem
videam coram me, facientem quod honestum
non est, quod videns, dicam illi: Non bonum
est quod facis, quodammodo respondere di-

simile.

Psalm. 88.

Psalm. 118.

Psalm. 8.

sapient. 7.

Colos. 3.

simile.

cor, licet nil ab illo interrogatus: quatenus
super, vel ex eo quod video loquendi occa-
sionem sumo. Et hic modus vtratus est in
Euangelis. Domine, bonum est nos hic esse.
si vis, faciamus hic tria tabernacula, &c. Hoc
autem (ait Lucas) dicebat nesciens quid di-
ceret. Vide ignorantiam Petri. Christo vo-
lebat hic facere tabernaculum, aut casulam,
quae coeli capere non possunt. Moyse aliud,
qui negauit se filium esse filiae Pharaonis, &
contempsit Regis palatium. Et Helix aliud, Hebr. 11.
cuius dignus non erat mundus: & ideo a con-
spectu hominum ablatum est per aera. Nes-
ciebat ergo quid diceret: quia non habebat
hic manentem ciuitatem. Sed Paulus sciens
quid diceret, aiebat: Scimus quia in terre-
stris domus huius habitationis dissoluatur,
quod domum non manu factam habemus in
caelis. Et quoniam praemio ipso ob oculos
posito, potius mouemur, quam Solis pro-
missionibus, ut cum video aureum scutum,
magis allicior ad opus, quam cum soli pro-
missioni credebam. Ideo modo praemium
ante discipulorum oculos proponitur, ut illo
vifo, vehementius rapiamur ad illud. Nam
(ut Solon ait) nulla Respublica contineri
potest, sine praemio, aut poena. Et etiam,
vifo tanto thesauro, omnia pro illo alacri ani-
mo expedamus, ita ut dicere audacter pos-
simus, quod religiosus quidam dixisse fer-
tur. Accusatus enim, ac grauiter a cognatis
reprehensus, quod cautam ac aspernam
vitam ageret, Respondit: Talia audiui de
vita aeterna, quod non curo quantum mihi
constet, & quid pro ea expendam. Hic est
filius meus dilectus. Ipse filius naturalis, nos
adoptiuus per gratiam. Ideo quippe iusti com-
parantur capillis Christi. Apocal. 1. Quonia
capilli non sunt de capitis substantia, scilicet,
ex carne, aut osse, sed de eius virtute. Sic
sancti non de substantia deitatis nati, aut ge-
niti sunt, sicut filius Dei, sed de virtute sub-
stantiae eius, videlicet gratia. Vnde non na-
tura, sed gratia sunt iulli filii Dei. Volun-
tarie enim genuit nos in ipso, ante mundi
constitutionem. Comparantur autem capil-
lis albis, tanquam lana: quoniam lana ex
ouium manibus est, iusti autem tanquam
oues, ad dexteram erunt: dealbauerunt enim
vestes suas in sanguine Agni. Et ideo per
vestes Christi albas, quas hodie ostendit,
intelliguntur iusti. Vnde Ioannes in Apoc.
eos indutos vestibus albis vidit. Et D. Anto-
nius vidit animam Pauli primi eremita,
candidiorem niue caelos penetrantem, ut re-
fert

Luc. 9.

Hebr. 11.

Hebr. 13.

2. Cor. 5.

Solon.

Apoc. 1.

Iacob. 1.

Apoc. 7.

5



fert Hieronymus in eius vita. Quia non solum in sanguine Christi, in Baptismo eas dealbauerat, verum & lacrymis poenitentiae lotas eas candidas fecerat. *In quo mihi bene complacui.* In secundo Adā sibi placet Deus: quia in primo sibi displicuit, cum dixit: *Poenitet me fecisse hominē. Ipsam audite.* Confirmat quod Moyses eis mandauerat, dicens: *Prophetā suscitabit vobis Dominus de patribus vestris, tanquam me ipsum audietis. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam.* Tum prae fulgoris magnitudine, tum prae voce: quia altitudo montis, solitudo, & silentium, & transfiguratio plena erant horrore. *Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam.* Quia discipuli debent humiliari, intellectu, & affectu. *Prouerb. 2. Inclina cor tuum ad cognoscendum prudentiam. Et Ezech. 2. Vidi, & cecidi in faciem meam.* Vbi Gregorius ait: *In quantam miseriam cecidimus, qui ipsum bonum ferre non possumus, ad quod creati sumus.* Daniel enim 10. etiam dicitur: *Vidi visionem hanc grandem, & non remansit in me fortitudo.* Vbi Hieronymus: *Quantō quis (ait) ampliora quaesierit, tanto magis ad inirma collabitur, si ignorauerit mensuram suam. Et accessit Iesus, & tetigit eos.* Ita & Daniel 10. dicitur: *Manus tetigit me, & erexit me super genua.* Et Ezech. 2. *Statuit me super pedes meos.* Quare accedere debemus ad illum, ut tangat nos, sicut fecit Iacob, accedens pro benedictione ad Isaac. *Genes. 27. Et dixit eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Si enim Moyses, & Helias perseuerassent cum Iesu, vox Patris videretur esse incerta, cui dedisset testimonium, an Moyse, an Helia, an Christo. Licet allegoricē, id videatur significare, quod ablata nube vident Iesum, & Moysen, & Heliam euanuisse: quia postquam Legis, & Prophetarum ymbra discessit, quae velamento suo, & Apostolos texerat, Christi veritatem vidimus. Nam Apostoli Iudaei fuerunt, & eis fuit reuelata Scriptura: unde operuit cedros ymbra Dei. Sed Lucae vlt. aperuit eis sensum: quia notum lumen in Euangelio reperitur. Obserua, quod in hac transfiguratione significatur transfiguratio corporis mystici, in quo facies sunt clerici, ac religiosi: quia sicut per faciem agnoscitur homo, sic per clericorum, ac religiosorum vitam deberet agnosci Christus. Et sicut in nulla parte corporis indecentior est macula, quam in facie: sic clericis inde-

Deut. 18.
Prouer. 2.
Ezech. 2.
Gregor.
Dani. 10.
Hierony.
Dani. 10.
Ezech. 2.
Genes. 27.
Luc. vlt.
simile.

corum valde est quodcūq; peccatū. Quare *Leuit. 12. arcebat a sacerdote, qui habuisset aliquā maculam: Qui habuerit maculam (ait Lex) non offerat panes Deo suo.* Igitur haec facies debet transfigurari in Solem: quoniam sunt lux mundi. Et sicut de Christo Summo Sacerdote legitur *Apoc. 1. vbi dicitur: Facies eius, sicut Sol lucet in virtute sua* (hoc est, in Meridie, quando plūs calet, & lucet,) sic ad eius similitudinē Ecclesiastici viri debent lucere, per scientiam diuinorum, & ardere per charitatis amorem. Si enim cor sic immutatur, etiam in exteriori conuersatione ac facie, haec transfiguratio videbitur: nam Ecclesiastici. 13. habetur: *Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala.* Et *Prouer. 25. Cor gaudens exhilarat faciem.* Per vestimenta autem intelliguntur laici, ac seculares. Sic enim habetur *Elai. 49. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his veluti ornamento vestieris. Haec autem vestimenta debent consuiuitate fidei, & charitatis. Quare quicumque se, vel alium separat a Deo, dilacerat vestem suam. Debet etiam haec vestis se coaptare Christo per imitationem, iuxta illud Pauli: Imitatores Dei estote, sicut filii charissimi.* Vnde huic vesti sufficit, quod in se sit alba, & munda, sicut alij non luceat: quod tamen non sufficit faciei, qui sunt clerici. Imo oportet ut alios illuminent, sicut Sol. Sed prohi dolor, quomodo videmus adimpleri *Elai. vaticiniū. c. 13. dicentis: Obtenebratus est Sol in arcu suo. Nā quādo Sol patitur eclypsim, omnia absq; colore apparent. Sic quādo lux scientiae, aut charitatis ardor, in viris Ecclesiasticis deest, praua omnia videntur, & absque virtutis colore. Alij verō sunt qui nec imitari, nec transfigurari possunt. Hi sunt qui in suis peccatis statum fecerunt, nec ab eis iam recedere volunt. De quibus Hierem. 13. dicitur: Nunquid potest Aethyops mutare pellem suam? Et Amos vlt. Nunquid non ut filij Aethyopum estis vos? Obserua deinde ex Hugone, quod quidam se figurant, alij denigunt, alij transfigurant. Figurant se mulieres, quae se stibio, aut alia quavis re pingunt. Quibus *Elai. 57. dicitur: Ornasti te Regio vnguento. Tales enim videntur doctrinae Christi contradicere velle, qui supra cap. 5. dixit: Non potestis vnū capillum album facere, nec nigrum. Nam ipsi nigredinem suam in albedinem commutant, aut conuertunt, quasi contradicentes Christo. Imo Deum, & naturam corrigere volunt,**

Leuit. 12.
Eccles. 13.
Prouer. 25.
Elai. 49.
Ephes. 5.
Elai. 13.
Hierem. 13.
Amos vlt.
Hugo.
Elai. 57.

qui illas, vel pallidas, vel nigras fecerit. Et quasi vellent dicere, quod indiget natura ipsa, sua correctione. Defigurant se hypocritae, qui exterminant facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Alij se in diuersas formas transfigurant, ij sunt adultores, qui tanquam Chamaleones se in formas diuitum transfigurant. Quare sic transfigurari non est bonū, sed sicut Christus. Hoc autem per sex dies debet fieri, qui in typo operis sex dierum adumbrati sunt, & per sex personas, quae huic mysterio interfuerunt. Prima die facta est lux, quae designat cogitationem, ut homo cognoscat Deū, & seipsum, ne de illis dicatur illud Psalmi: *Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulat.* Huic operationi adaptatur Simon Petrus, qui obediens, & agnoscens interpretatur. Secunda die factum est firmamentum, & diuisa sunt aquae ab aquis. Nam etsi a cogitatione sui incipiat vita beata, in presentis tamen etiam oportet secundo, quod homo separet cor suum a delicijs carnis: nam per firmamentum intelligitur cor, quod firmum debet esse, & stabile. Per aquas quae sub firmamento sunt, delicijs carnis: per eas quae super firmamentum, spirituales delicijs intelligendae sunt. Cui operationi respondet Iacobus, qui interpretatur luctator: quoniam ad hoc faciendum maxima indigemus luctatione. Tertia die protulit terra herbam virentem, & facientem fructum. Per hoc autem significatur recta cuiusq; operatio, ad quam homo post cognitionem sui, & delectationem carnis refrigerationem, se accingere debet. Huic respondet Ioānes, qui interpretatur gratia: nam sicut terra sine semine fructificare non potest, sic nec homo sine gratia opera meritoria exercere valet. Quarta die facta sunt luminaria, quae praesent diem, ac noctem. Oportet enim ut post supradicta cor humanum illustretur sapientia, quae est rerū diuinarum cognitio, quae per Solem significatur, & scientia, quae de humanis notitiam generat, quae per lumen, & stellas significatur. Nam postquam praedicta habuerit, his duobus donis maxime ornatur. Vnde *Elai. 28. dicitur: Quem docebit Dominus scientiam? Quem intelligere faciet auditum? Ablatos a lacte, a uillos ab yberibus. Hoc est, eos qui a carnis voluptatibus se abstraxerunt. Huic respondet Helias, de quo *Eccles. 48. dicitur: Surrexit Helias Propheta, quasi ignis (hoc dicit quantum ad cognitionem de diuinis, quae inflamat, & illuminat, & rapit ani-**

qui illas, vel pallidas, vel nigras fecerit.
qui exterminant facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes.
Alij se in diuersas formas transfigurant, ij sunt adultores,
qui tanquam Chamaleones se in formas diuitum transfigurant.
Quare sic transfigurari non est bonū, sed sicut Christus.
Hoc autem per sex dies debet fieri, qui in typo operis sex dierum adumbrati sunt, & per sex personas,
quae huic mysterio interfuerunt.
Prima die facta est lux, quae designat cogitationem, ut homo cognoscat Deū, & seipsum,
ne de illis dicatur illud Psalmi: Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulat.
Huic operationi adaptatur Simon Petrus, qui obediens, & agnoscens interpretatur.
Secunda die factum est firmamentum, & diuisa sunt aquae ab aquis.
Nam etsi a cogitatione sui incipiat vita beata, in presentis tamen etiam oportet secundo, quod homo separet cor suum a delicijs carnis:
nam per firmamentum intelligitur cor, quod firmum debet esse, & stabile.
Per aquas quae sub firmamento sunt, delicijs carnis: per eas quae super firmamentum, spirituales delicijs intelligendae sunt.
Cui operationi respondet Iacobus, qui interpretatur luctator: quoniam ad hoc faciendum maxima indigemus luctatione.
Tertia die protulit terra herbam virentem, & facientem fructum.
Per hoc autem significatur recta cuiusq; operatio, ad quam homo post cognitionem sui, & delectationem carnis refrigerationem, se accingere debet.
Huic respondet Ioānes, qui interpretatur gratia: nam sicut terra sine semine fructificare non potest, sic nec homo sine gratia opera meritoria exercere valet.
Quarta die facta sunt luminaria, quae praesent diem, ac noctem.
Oportet enim ut post supradicta cor humanum illustretur sapientia, quae est rerū diuinarum cognitio, quae per Solem significatur, & scientia, quae de humanis notitiam generat, quae per lumen, & stellas significatur.
Nam postquam praedicta habuerit, his duobus donis maxime ornatur.
Vnde Elai. 28. dicitur: Quem docebit Dominus scientiam? Quem intelligere faciet auditum? Ablatos a lacte, a uillos ab yberibus. Hoc est, eos qui a carnis voluptatibus se abstraxerunt.
Huic respondet Helias, de quo Eccles. 48. dicitur: Surrexit Helias Propheta, quasi ignis (hoc dicit quantum ad cognitionem de diuinis, quae inflamat, & illuminat, & rapit ani-

mam ad superiora.) & verbum ipsius, quasi facula ardebat. Quod dicit quantum ad scientiam de inferioribus. Quinta die fiunt pisces, & aues de aqua: quia habita cognitione praedicta, homo temporalia fastidiet, & delideret aeterna. Nam auis nunquam descendit ad terram, nisi propter necessitatem. Cui operationi respondit Moyses, qui fuit assumptus ab aquis. Sexta die homo factus est ad imaginem, & similitudinem Dei. In quo significatur, quod omnia praecedentia secundum rationem debent fieri. Nam in hoc homo est similis Deo, qui omnia fecit in numero, pondere, & mensura. Huic respondit Iesus: quia in filio est aequalitas, ut Hylar. & August. dicunt. Ergo si homo praedicta haec habuerit, transfigurabitur cum Christo, & erit facies eius ut Sol (nempe homo interior) & vestimenta eius erunt candida sicut nix, id est, corpus. Vnde *Eccles. 9. dicitur: Omni tempore sint vestimenta tua candida. Ut vestimenta sint opera, quae calefaciunt animam, turpitudinem tegunt, & ornant, sicut vestes. Et descendentes illis de monte, praecipit Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.* Prima causa, quare hoc eis praeeperit, fuit, ne incredibilis esset gloria futuri Regni, quam in illius transfiguratione ostendit, propter ignominias passionum, quas in proximo erat passurus. Secunda, ne rudibus, & pusillis crux sequens maius scandalum faceret, retrocedendo ab hac fide, propter humilitatem passionis Christi. Et quia. 25. *Prouerb. dicitur: Gloria Dei est celare verbum.* Vbi Hieronymus ait: *Gloria Verbi incarnati est, magis carnis infirmitatem, quam diuinitatis virtutē ostendere.* Vnde & in ipsa transfiguratione, & statim post eam mentionem facit suae passionis. *Donec filius hominis a mortuis resurgat.* Tunc enim erit tempus narranti eius gloriam, cum iam per mysterium resurrectionis eam Pater omnibus manifestauerit. Scriptū quippe est *Eccles. 8. Omne negotio tempus est, & oportunitas.* Nam & alibi dicitur: *Ex ore stulti reprobabitur parabola: quia non dicit illam in tempore suo. Quoniam sacra eloquia (ait Hieronymus) ibi sunt lecta, in quibus animae requiescunt, dicere autem ea opportunē, est veluti malis aureis ea ornare. In hoc etiam vult Dominus condemnare leuitatē aliquorum, qui si quā spiritualem consolationem a Deo acceperunt, vel aliquod singulare donum a Deo sortiti sunt, protinus omnibus manifesta esse volunt.*

Hylar.
August.
Eccles. 9.
Eccles. 9.
Prouer. 25.
Hierony.
Eccles. 8.
Eccle. 20.
Hierony.



volunt. Cum tamen Dominus huius conditionis sit, ut secretum poseat a suis amatoribus, nec sibi placeat ut quos animæ fauores faciat, statim proferat. Etenim mysterium Regis abscondere bonum est. Quare Sponsa se dicit fuisse eum Sponso suo: quasi omnia arcaana debeant esse, quæ cum animabus verus Sponsus tractat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scriba dicunt, quod Heliam oportet primum venire? At ille respondens, ait eis: Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quacunq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Discipuli tanquam illiciter & simplices, hunc aduentum Helias non ex ipsa Scriptura, sed ex traditione scribarum & Doctorum intellexerant. Ex quo colligi potest, quantum damnum falli doctores miseræ plebeculæ inferre possunt, quæ illis credere necesse habet; cum ipsa nil de sacris Literis intelligat. Et tamen deberent facere quod hic discipuli fecerunt. Interrogare homines doctiores, in quibus nulla praua opinio alicuius erroris fuerit, ut ab illis malè edocta ediscant, & sinceram veritatem addiscant. Pharisei quidem docebant populum, Heliam venturum esse ante aduentum Messias, secundum Malach. prophetiam ex capite ultimo: non tamè discernabant inter primum, & secundum aduentum. Dominus autè hoc discipulos suos hic docet, Heliam quidè præcessurum esse vtrunq; aduentum suum, sed in priori venisse Heliam, non in persona propria, sed in spiritu. Et hic fuit Ioannes Baptista. Nam & Angelus eius prædicans natiuitatem, sic dixerat: Et ipse præcedet illū in spiritu, & virtute Helias. Luc. 1. In secundo autè aduentu ipsiusmet Helias persona veniet, ut ex sanctis Patribus accepimus. Vnde dicit: Helias quidem venit, & fecerunt in eo quacunq; voluerunt. Quoniam multoties permittit Deus malos quidquid volunt exercere in bonos; ut illos tanquam fornax probet. Tertullianus totam hanc sententiã de Ioanne Baptista intelligit, vel saltem posse intelligi, dicit: Ita quod nulla hic fiat memoria de Helia Tesbyte, ut sit hic sensus. Ita quidem verum est, iuxta scriptam prophetiam, debere Heliam præuenire Messias aduentum, qui omnia restituet. Verum hoc dico vobis, quod Helias iste, qui aduentum Messias præueniturus describitur, iam venit, & non fuit agnitus. Nec

obstat huic intelligentiæ, quod Matth. dicit: Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Nam tempus illud futurum ad prophetiam refertur, ut sit sensus. Ita quidem verè dicit Scriptura, venturum esse Heliam, & restitutum omnia. Quo modo etiam illa interrogatio discipulorum Ioannis: Tu es qui venturus es: debet intelligi. Est enim sensus: Tu ne es ille Messias, què Scriptura multò antè prædixerunt venturum ad populi liberationem? Sed ut in textu Græco priori loco, per præsens tēpus sit sermo: Helias quidem venit, id est Heliam oportet venire suo tempore, iuxta Prophetæ verbū. Et cum aduenit, eius officium erit restituere omnia. Dicitur autè Heliam debere restituere omnia in suo aduentu, secundum communem loquendi cōsuetudinē, qua eum qui plerūq; innouat, & ad statū meliorem reducit, dicitur restituere, aut corrigere omnia. Quod quidè accipiebant ex verbo Malach. dicentis: Ut conuertat corda patrum in filios, & parare Domino plebem perfectā. Imò non primum hoc loco Ioānes Helias nominatur, & omnia restitutus prædicatur; verum etiam ab Angelo hæc ita prædicta sunt, antequam ille in vtero cōciperetur. Sic enim de eo Patri Zacharie dixit Angelus Gabriel: Spiritus sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos filiorum Israel conuertet ad Dñm Deum ipsorum, & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Helias: ut cōuertat corda patrū ad filios, & incredulos ad prudentiam iustorū, parare Dño plebem perfectam. Sic & aliàs Saluator coram turbis dixerat: Si vultis accipere, ipse est Helias qui venturus est. Hæc Tertullianus. Caterum licet hæc sententia possit stare cum vero sensu literæ: tamen quia iam ex sanctis Patribus accepimus, quod Helias in secundo aduentu sit venturus ad destruendū Antichristum, & aliqui id negant: ideo securius erit primū amplectere sensum, ut de vero Helia, qui præueniturus est secundū aduentū, intelligatur illud: Helias quidè venturus est: & de Præcursoe Baptista intelligatur sequēs, scilicet, Helias iam venit, quia venit in spiritu & virtute Helias. Sic enim Hieron. Chrysost. Theophil. super hunc locum. Gregor. etiam hom. 21. in Ezech. & August. in varijs locis, locum hunc intelligunt, imò ipsum Malachias testimonium id videtur explicare, cū infert: Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Quibus, verbis secundus aduentus explicari solet in Scriptura, ut Ioel. 2. Sol conuertet

Malach. ultimo.

Luc. 1.

Gregor. August.

Malach. ultimo.

Luc. 1.

Tertul.

uertetur in tenebras, & antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et Sophonia. 7. Iuxta est dies Domini magnus. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis: Paulatim enim habiles fiebant ad intelligenda diuina mysteria. Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo, genibus prouoluit ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam, & obruli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens Iesus, dixit: Generatio incredula, & peruersa, quousq; ero vobiscum? Usquequò patiar vos? Adferre huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo demonium. Et curatus est puer ex illa hora. Lunaticos non solum naturali morbo laborare, ex hoc loco est euidentissimum (dæmonio namq; obsessum fuisse hunc lunaticum, & à dæmonio curatum, Euangelistā commemorat.) Lunatici itaq; non dicuntur, quasi à sola Luna vexati: sed quia secundum diuersos Lunæ respectus, & varias Lunæ immutationes, obsessos homines torquent obsidentes dæmones: idq; ut creaturam Dei bonam mali dæmones hoc callido consilio infament, quæ est sanctorum plurium sententia. Vel quod certis tēporibus ex Lunæ influentia cerebrum magis est dispositum ad suscipiendū influentiam dæmonis, quam alio sit tempore. Quemadmodum hi quoq; qui naturali tantum infirmitate laborant, ad certas quasdam Lunæ mutationes plus minus torquentur se sentiunt, iuxta quod amplius multiplicatur, vel sursum trahuntur humores mali, vel iuxta quod cerebrum magis euacuatur, vel alia huiusmodi causa consimili. Quare Marcus operationi dæmonis tribuit cadere in ignem, & aquam istū lunaticū. Nam dicit pater pueri loquendo de spiritu immundo; frequenter mitit eum in ignem. Vnde non oportet dicere, & naturali morbo laborare, & simul fuisse dæmoniacum, ut dominus Caietanus vult. Et increpauit eū. Per hoc conuenit falsum esse quod calumniabantur Pharisei, quod in Beelzebub eijceret dæmonia. Si enim ex pacto cū eis expelleret, non inuiti dæmones exissent, nec increpando, nec cum dominio eis imperaret Dominus. Constat autem relictantēs exisse ab hoc lunatico: cum ut alij Euangelistæ narrant, discerpens eum exierit ab eo, ita ut mortuus crederetur puer. O generatio mala, & peruersa! Peruersum hūc dicit, non quomodo libet malum, sed illum, qui ita

tenax est malitiæ, ut nulla ratione ad meliorem frugem reduci potest. De quibus intelligitur illud Sapientis: Peruerbi difficile corriguntur. Et quanquam his verbis Dominus nonnullam indignationē, & iram ostendisse videatur, ex his tamen quæ sequuntur demonstrauit se, non hominibus, sed vitio iratum, cum (ut adnotauit Hieronymus) subiicit. Adferre huc illum ad me. Non enim sic indignabitur, ut à beneficiendo desisteret, sed sic ut beneficijs adhuc nouis illos ab infidelitate, cui indignabatur, amouere studeret. Docens certè & nos, non hominibus, sed vitijs indignari debere. Et quomodo id nos demonstrare ac declarare possemus, fecit illum adduci ad se: non quia impotens erat absens illū curare, quod aliàs cum alijs fecerat, sed ut turbis ostenderet difficultatem rei, & magnitudinem mali, quam dæmones in nobis exercere cupiunt, si à Domino sinerentur. Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo, genibus prouoluit ante eum. Venit ad turbam descendens de monte, ut se miseris gentibus adaptaret. Id enim poscebat Dauid, cum dicebat: Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Et alibi Psalm. 113. Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quo fundasti eis. Quoniam etsi Christus aliquando ad altā ascendebat: descendebat nihilominus ad campos, ut turbis quæ secum ascendere non valebant, beneficeret. Genibus prouoluit ante eum. Nam ut dicitur Philip. 2. In nomine Domini Iesu omne genua flecti debet. Et Esai. 45. dicitur: Mihi incuruabitur omne genu. Et Mich. 6. Curuabo genu Deo excelso: Sed obserua, quod genu flexio humanitati Christi sit, prostratio autè Deitati. Sic Magi procidentes adorauerunt puerum Iesum, tanquam eius diuinitatem profitentes. Nam curuamus genu in signum, & protestationem, quod per peccatum lapsi sumus; & erigimur significātes, quod per Christum erecti sumus à lapsu. Prosterminur autem ante Deum, in signum quod sumus nil, & ex nihilo. Erectio autem est recognitio maiestatis de nihilo in altum erigentis nos. Dicens, Domine. Cui subest, cū volueris, posse. Sapient. 12. miserere. Quia tibi proprium est misereri semper & parcere, & Pater misericordiarum es, & Deus totius consolationis, qui consolatus nos in omni tribulatione nostra, ut dicit. 2. Corint. 1. Filio meo. Vis enim naturæ poscit, ut illi ego Pater miserere, & misericordiam tuā illi queram. Quia lunaticus est. Modo quo statim explicui-

Eclesi.

Moralitas

Psalm. 113.

Philip. 2. Esai. 45. Mich. 6.

Sap. 12.

2. Cor. 1.



plicuimus. Porrit enim esse (ait Albertus) quod deficiente Luna quæ mouet humidum, oppilarentur ei viæ aurium, & venæ mouentes linguam, humido a capite discedente, & sic redeunte mense surdus, & mutus efficeretur.

Esai. 52. Et significatur in hoc, quod populus Iudæus est surdus, & est inobediens Deo, secundum illud Esai. cap. 52. Quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? Et mutus. Ut dixit Esai. cap. 56. Vniuersi canes muti non valentes latrare. Vnde & comparat eos Sodoma, quæ interpretatur mara, aspera, difflora, inobediens, & surda. Nam sapes cadit in ignem, & crebro in aquam. Quærebat dæmon occidere infirmum istum per elementa; ignis autem, & aqua sunt quæ citius hominem perimunt: nam ignis sua acuitate vehementissimè, & celerrimè corpus dissoluit; aqua verò citius imè vias spiritus occupat; ignis autè iste est vel libidinis, vel iræ, vel estus auaritiæ. Nam Prover. 30. dicitur: Ignis nunquam dicit, sufficit. Et Job. 37. Ignis est usque ad consumationem deuorans, & omnia eradicans genimina. Aqua autem voluptatem significat, quæ libidinem nutrit. Psalm. 68. Intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Nam voluptates animam meam ad se traxerunt. Et Hierem. 3. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi: Periji finis meus; & spes mea à Domino. Vel per ignem intellige concupiscentiam, ad quæ sequitur voluptas. Vel sic, sapes mittit eum in ignem, & crebro in aquam. Ut intelligatur quomodo peccator de vno in aliud transeat vitium, & cum diabolus iam accepit potestatem super cor peccatoris, ipsum per diuersa vitia diuerberat, ut & sic intelligatur illud Psalmi: In circuitu impij ambulat. Nam iam in hoc, iam in illud vitium labitur, & cum iam omnia experti fuerint, iterum ad priora redeunt. Quare D. Hieronym. in Epist. 2. ad Marcellam sic ait: Peccatores sunt veluti scenici histriones, qui plures personas induunt, nunc Herculis, nunc Veneris, nunc Cybelis. Sic mundani nunc ira perciti, nunc Venere lubrici, nunc cibo saturi, tot personas, quot peccata, & cogitatus in seipsis induunt. Vnde Psalmista dicit: Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad Christum rediges. Quia iam non tua est, sed plurimorum. Et sicut Luna plures ostendit facies, sic peccator plurimorum vitiatorum imaginem gerit. Quare Sapiens dicit: Stultus vt Luna mutatur. Et sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

Esai. 56. Vniuersi canes muti non valentes latrare. Vnde & comparat eos Sodoma, quæ interpretatur mara, aspera, difflora, inobediens, & surda. Nam sapes cadit in ignem, & crebro in aquam. Quærebat dæmon occidere infirmum istum per elementa; ignis autem, & aqua sunt quæ citius hominem perimunt: nam ignis sua acuitate vehementissimè, & celerrimè corpus dissoluit; aqua verò citius imè vias spiritus occupat; ignis autè iste est vel libidinis, vel iræ, vel estus auaritiæ. Nam Prover. 30. dicitur: Ignis nunquam dicit, sufficit. Et Job. 37. Ignis est usque ad consumationem deuorans, & omnia eradicans genimina. Aqua autem voluptatem significat, quæ libidinem nutrit. Psalm. 68. Intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Nam voluptates animam meam ad se traxerunt. Et Hierem. 3. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi: Periji finis meus; & spes mea à Domino. Vel per ignem intellige concupiscentiam, ad quæ sequitur voluptas. Vel sic, sapes mittit eum in ignem, & crebro in aquam. Ut intelligatur quomodo peccator de vno in aliud transeat vitium, & cum diabolus iam accepit potestatem super cor peccatoris, ipsum per diuersa vitia diuerberat, ut & sic intelligatur illud Psalmi: In circuitu impij ambulat. Nam iam in hoc, iam in illud vitium labitur, & cum iam omnia experti fuerint, iterum ad priora redeunt. Quare D. Hieronym. in Epist. 2. ad Marcellam sic ait: Peccatores sunt veluti scenici histriones, qui plures personas induunt, nunc Herculis, nunc Veneris, nunc Cybelis. Sic mundani nunc ira perciti, nunc Venere lubrici, nunc cibo saturi, tot personas, quot peccata, & cogitatus in seipsis induunt. Vnde Psalmista dicit: Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad Christum rediges. Quia iam non tua est, sed plurimorum. Et sicut Luna plures ostendit facies, sic peccator plurimorum vitiatorum imaginem gerit. Quare Sapiens dicit: Stultus vt Luna mutatur. Et sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

Prover. 30. Ignis nunquam dicit, sufficit. Et Job. 37. Ignis est usque ad consumationem deuorans, & omnia eradicans genimina. Aqua autem voluptatem significat, quæ libidinem nutrit. Psalm. 68. Intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Nam voluptates animam meam ad se traxerunt. Et Hierem. 3. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi: Periji finis meus; & spes mea à Domino. Vel per ignem intellige concupiscentiam, ad quæ sequitur voluptas. Vel sic, sapes mittit eum in ignem, & crebro in aquam. Ut intelligatur quomodo peccator de vno in aliud transeat vitium, & cum diabolus iam accepit potestatem super cor peccatoris, ipsum per diuersa vitia diuerberat, ut & sic intelligatur illud Psalmi: In circuitu impij ambulat. Nam iam in hoc, iam in illud vitium labitur, & cum iam omnia experti fuerint, iterum ad priora redeunt. Quare D. Hieronym. in Epist. 2. ad Marcellam sic ait: Peccatores sunt veluti scenici histriones, qui plures personas induunt, nunc Herculis, nunc Veneris, nunc Cybelis. Sic mundani nunc ira perciti, nunc Venere lubrici, nunc cibo saturi, tot personas, quot peccata, & cogitatus in seipsis induunt. Vnde Psalmista dicit: Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad Christum rediges. Quia iam non tua est, sed plurimorum. Et sicut Luna plures ostendit facies, sic peccator plurimorum vitiatorum imaginem gerit. Quare Sapiens dicit: Stultus vt Luna mutatur. Et sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

Psalm. 11. In circuitu impij ambulat. Nam iam in hoc, iam in illud vitium labitur, & cum iam omnia experti fuerint, iterum ad priora redeunt. Quare D. Hieronym. in Epist. 2. ad Marcellam sic ait: Peccatores sunt veluti scenici histriones, qui plures personas induunt, nunc Herculis, nunc Veneris, nunc Cybelis. Sic mundani nunc ira perciti, nunc Venere lubrici, nunc cibo saturi, tot personas, quot peccata, & cogitatus in seipsis induunt. Vnde Psalmista dicit: Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad Christum rediges. Quia iam non tua est, sed plurimorum. Et sicut Luna plures ostendit facies, sic peccator plurimorum vitiatorum imaginem gerit. Quare Sapiens dicit: Stultus vt Luna mutatur. Et sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

Hieronym. in Epist. 2. ad Marcellam sic ait: Peccatores sunt veluti scenici histriones, qui plures personas induunt, nunc Herculis, nunc Veneris, nunc Cybelis. Sic mundani nunc ira perciti, nunc Venere lubrici, nunc cibo saturi, tot personas, quot peccata, & cogitatus in seipsis induunt. Vnde Psalmista dicit: Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad Christum rediges. Quia iam non tua est, sed plurimorum. Et sicut Luna plures ostendit facies, sic peccator plurimorum vitiatorum imaginem gerit. Quare Sapiens dicit: Stultus vt Luna mutatur. Et sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

simile. Luna plures ostendit facies, sic peccator plurimorum vitiatorum imaginem gerit. Quare Sapiens dicit: Stultus vt Luna mutatur. Et sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

Eccle. 27. Sicut crescente Luna, crescit mare; sic peccatorum actibus multiplicatis, habitus etiam

vitiatorum augetur. Quocirca Esai. dicit: Impiorum cor quali mare feruens. Feruet enim desiderijs vitiatorum. Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula, & perversa. Incredula cœtis, ac factis meis; perversa, id est, in peiorem partem versa. Hæc sunt duo peccata, de quibus Olee. 10. dicitur: Corripietur propter duas iniquitates suas. Generatio mala, & incredula. Generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius. Psalmi. 77. Perversa quoad mores. Deut. 39. Generatio praua, atq; perversa, hæcine reddis Domino? Quousq; ero vobiscum? Usquequo patiar vos? Roma. 9. dicitur: Sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum. Quare non dicit hoc Dominus, tædio victus, sed quasi improbens improbitates eorum, quæ poterant benefico ingeminare tristitia, secundum illud Psalmi. 115. Vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secrete, & dixerunt ei: Quare nos non potuimus eicere illum? Accesserunt quidem aulæ familiaritatis, quam cum illo gerebant. Ad Iesum. Magistrum veritatis, vt adimpleret illud Ecclesi. 5. Appropinquate ad me indocti. Et cap. 6. In omni animo tuo accede ad sapientiam. secreto. Vt potè timentes se, propter demerita sua amisisse gratiam curationum. Nam qui malè vtitur dono sibi gratis concessò, meretur amittere illud. Vel propter veritudinem, quam incurterant, ex hoc quòd non potuerant curare dæmoniacum illum. Vel etiam declinantes publicam correctionem suæ modicæ fidei. Et quia Christus Dominus omnia illis seorsum explicare solebat. Quare nos. Quibus, scilicet, clauis Regni cœlorum tradidisti, & dixisti, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus confessionem nostram: non potuimus eicere illum? Dixit illis Iesus propter incredulitatem vestram. Incredulitas duobus modis dicitur. Vno modo ex parte crediti: quia non omnia quæ credenda sunt, credit aliquis. Et sic non fuerunt discipuli increduli. Secundo modo ex parte crediti: quia actus eius non ita fortiter innititur pei inæ veritati, propter se, & super omnia, quin aliquatulum innitit velint humanæ rationi, & sic fortè discipuli fuerunt increduli. Nam vt ait Gregorius: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Hæc dicit Albertus: Verum fatius est dicere, quod hic sumitur incredulitas pro dissidentia, vel fidei imbecillitate. Nam vt Iacob. 1. dicit: Qui

Esai. 57. Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula, & perversa. Incredula cœtis, ac factis meis; perversa, id est, in peiorem partem versa. Hæc sunt duo peccata, de quibus Olee. 10. dicitur: Corripietur propter duas iniquitates suas. Generatio mala, & incredula. Generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius. Psalmi. 77. Perversa quoad mores. Deut. 39. Generatio praua, atq; perversa, hæcine reddis Domino? Quousq; ero vobiscum? Usquequo patiar vos? Roma. 9. dicitur: Sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum. Quare non dicit hoc Dominus, tædio victus, sed quasi improbens improbitates eorum, quæ poterant benefico ingeminare tristitia, secundum illud Psalmi. 115. Vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secrete, & dixerunt ei: Quare nos non potuimus eicere illum? Accesserunt quidem aulæ familiaritatis, quam cum illo gerebant. Ad Iesum. Magistrum veritatis, vt adimpleret illud Ecclesi. 5. Appropinquate ad me indocti. Et cap. 6. In omni animo tuo accede ad sapientiam. secreto. Vt potè timentes se, propter demerita sua amisisse gratiam curationum. Nam qui malè vtitur dono sibi gratis concessò, meretur amittere illud. Vel propter veritudinem, quam incurterant, ex hoc quòd non potuerant curare dæmoniacum illum. Vel etiam declinantes publicam correctionem suæ modicæ fidei. Et quia Christus Dominus omnia illis seorsum explicare solebat. Quare nos. Quibus, scilicet, clauis Regni cœlorum tradidisti, & dixisti, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus confessionem nostram: non potuimus eicere illum? Dixit illis Iesus propter incredulitatem vestram. Incredulitas duobus modis dicitur. Vno modo ex parte crediti: quia non omnia quæ credenda sunt, credit aliquis. Et sic non fuerunt discipuli increduli. Secundo modo ex parte crediti: quia actus eius non ita fortiter innititur pei inæ veritati, propter se, & super omnia, quin aliquatulum innitit velint humanæ rationi, & sic fortè discipuli fuerunt increduli. Nam vt ait Gregorius: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Hæc dicit Albertus: Verum fatius est dicere, quod hic sumitur incredulitas pro dissidentia, vel fidei imbecillitate. Nam vt Iacob. 1. dicit: Qui

hesitauerit, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo astitmet homo ille, quòd aliquid accipiet à Deo. Amen quippè dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicitis monti huic, Transi huc, & transibit. Hoc est, si habueritis perfectam, & feruentem fidem (nam fides per charitatem feruet) granum quippè sinapis, vt supra diximus, tritum alta cerebri conscendit, & ad spiritualiores sensus se confert, & corruptos humores euacuat à capite. Sic fides superiorem potentiam, & magis spiritualem, & abstractam occupat, hoc est, intellectum, & ibi, cum perfecta, ac feruens per charitatem est, impedimenta quæque repellit, quæ eam non sinunt operari. Vnde sicut granum sinapis tritum acre est; sic & fides omnem naturalem rationem superat, consumit, atq; in suum obsequium deponit, & euacuat. Quare hic pro magna fide, non in quantitate, sed in virtute, ac qualitate sumit granum sinapis. Granum quippè sinapis paruum est in quantitate, sed magnum in virtute. Sic qui humiliter se submittit fidei, & Dei veritati, magna potest, vt ait Paulus: Cum enim infirmior, tunc fortior sum, & potes. Id est, cum ratio humana infirma reputatur respectu fidei. Dicitis monti huic, transi huc, & transibit. Hoc ad literam aliqui viri sancti operati sunt. Nam de quodam Episcopo, qui dicebatur Gregorius, legitur libro. 7. Ecclesiasticæ historiæ. c. 25. quòd hoc sua fide fecerit. Restrictus enim est mons magnus, vt dilataretur eius Ecclesia, ad preces eius. Et ad orationes Diui Bernardi lapis quidam translatus est, qui impediebat eius hortum. Quòd si de Apostolis non legitur hoc vnquam fecisse; tamen alia maiora miracula fecerunt. Nam multos suscitauerunt mortuos, quod maius miraculum est, & si opus fuisset, potuissent facere. Dixit enim hoc Christus Dominus, quasi gratia exempli, rem magnâ, & maximè difficilem proponens eis, qualis esset mollem tam magnam, vt est mons, in aliam partem mouere solo verbo; quod tamen virtute veræ ac perfectæ fidei fieri potest. Hoc & Psalmista videtur præcinnisse, cum dixit: Transferentur môtēs in cor maris. Psalm. 45. Et Esai. 64. A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis contabesceret. In quo sensu dixit illud Paulus. 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: quod alij sic vertunt: Si habuero totam fidem, hoc est, perfectissimam fidem, ita quòd nil deesset ad eius

integritatem, & perfectionem. Augustinus autem per montes intelligit dæmones, qui per superbiam ascendere voluerunt in montem excelsum, quos tamen virtute fidei expellunt Christiani. Vnde Hierem. 51. dicitur: Ecce ego ad te mons pestifer, qui corruptis vniuersam terram. Et nil impossibile erit vobis. Secundum illud Marci. 9. Omnia possible sunt credenti. Et Luca. 7. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Et ratio est: quia fides innititur omnipotentia Dei, & non rationi humanæ, quæ infirma est, & ideo omnia potest. Fidei etiam subiectum est veritas diuina, & ideo omnia vincit, iuxta illud. 2. Esdr. 4. Super omnia vincit veritas. Hoc autem genus dæmoniorum non eicitur, nisi in ieiunio, & oratione. Hic queritur, quodnam genus dæmoniorum sit hoc, quod vexabat puerum istum, ad quod expellendum, & ieiunium, & oratio exquiruntur? Caieta. & alij dicunt, per hoc genus dæmoniorum intelligi quodlibet genus malignorum spirituum. Sed certè videtur aliquod particulare genus designasse, cum dicit singulariter, hoc genus. Et ideo alij dicunt, hoc designasse lunaticos, sicut erat puer ille. Sed tamen alia genera dæmoniorum sunt perniciosiora, cur ergo illud genus peculiarem exposceret medicinam? Et ideo dicendum est, fortè per illud genus intellexisse peccata assueta, & in naturam per consuetudinem versa, quæ magnam præ se ferunt difficultatem. Nam alij Euangelistæ dicunt, quòd ab infantia hoc dæmonium vexabat puerum istum. Vnde & Sapiens dicit: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Nam & August. ait: Dum feruitur libidini, facta est consuetudo; & dum feruitur consuetudini, facta est natura. Vnde & Sapiens in Ecclesi. dicit: Curua cervicem filij tui in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans est: ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illum; ne in turpitudinem illius offendas. Quare iuuenes maximè tenentur in adolescentia parentibus suis subdi, ne præcipientes ruant acti vehementissimis iuuentutis passionibus. De quo consule Commentarios nostros in Psalm. 118. tract. 2. fol. 67. in illum Versum: In quo corrigis adolescentior viam suam, &c. Hoc ergo genus dæmoniorum (ait Dominus) non eicitur, nisi in ieiunio, & oratione. Supra hoc explicuimus. Et præter rationes, quæ ibi attulimus, accipe modò alias. Nam per orationem & ieiunium

simile. 1. Cor. 12. Bernard. Psalm. 45. Esai. 64. 1. Cor. 13.

August. Hierem. 51. Marc. 9. Luc. 7. 2. Esdr. 4. Prover. 22. August. Ecclesi. 30.

Gregor.

Alberto

Iacob. 1.

Euangelium secundum Matth.

& ieiunium anima, & corpus sanantur. Oratio quippe sanat pestes mentis indeo-
ta, & ieiunium infectam libidinis carnem
curat. Ille autem puer, & nequitijs carnali-
bus, & spiritualib' subiacebat: & ideo opor-
tebat utriq; malo mederi. Vnde & Tob. 12.
dicitur: Bona est oratio cum ieiunio, & elee-
mosyna. Nam his duobus alis volat oratio
ad Deum, ieiunium eam celerem facit: nam
crapula grauat animam, eleemosyna gra-
tam eam reddit: eod quod cum muneribus
pergit ad iudicem, quibus eum ad se allicitat.
Deut. 16. Ideo quippe p[re]ceperat Deus: Ne appareas
in conspectu Domini Dei tui vacuus. Vnde
Chryf. & Chryl[ost.] dicit: Nil est validius homine
deuote orante cum ieiunio, & eleemosyna,
si habet. Quia tunc corpus oratione non sedat,
& eleemosyna ad exaudiendum adiuvat.
Psalm. 34. Quocirca & Psalmista Psal. 34. dicebat: Ego
autem cum mihi molesti essent, inducbam
me cilicio, & humiliabam, id est, affligebam
in ieiunio animam meam, & oratio mea in
finem meum conuertetur. Hoc est, tunc ani-
mę, & cordi meo erit proficua oratio, & in
commodum meum conuertetur, cum ieiunio
fuerit macerata caro, ne fadetur. Eleemosy-
nam autem hic non adiungit, quia non om-
nes habent unde corporalem faciant elee-
mosynam. Caietan[us] putat, quod ex parte
expellentis d[em]onia requiratur fides, & ex
parte eius a quo expellitur, oratio, & ieiun-
ium. Nos autem dicimus, quod totum re-
quiratur, etiam ex parte eius a quo expelli-
tur. *Conuersantibus autem eis in Galileam,*
dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in
manus hominum, & occidetur, & tertia die
resurget. Et contristati sunt vehementer. Causam
libertatis a d[em]onibus insinuat fore passio-
nem suam: & ideo post hoc miraculum, de
ea mentionem facit in Galilea. Quia ibi post
resurrectionem suam debebat apparere eis,
Marc. 16. vt Marci ultimo dicitur, quod post Christi
resurrectionem venerint discipuli in Gali-
leam, in locum ubi constituerat illis Iesus. Nam
ibi populus, qui ambulabat in tenebris, vidit
lucem suę resurrectionis; significans quod
transfiguratione facta in homine, de vitijs
ad virtutes, de virtute in virtutem, de exilio
in patriam, latus & gloriosus occurrit Do-
minus. *Filius hominis.* Non ex concupiscentia
natus; & ideo nec peccatum ex natiuitate co-
trahens, vt dicitur. *2. Petr. 2.* Qui peccatum
non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.
Sed nominat se modo filium hominis, vt in-
sinuaret naturam, in qua pati deberet. Non

enim secundum diuinam, qua est filius Dei,
sed secundum humanam, qua est filius ho-
minis, passus est. Nam vt ait Paul. mortuus
est ex infirmitate carnis. Et. *1. Petr. 4.* dicit,
quod Christus passus est in carne. Iam autē
tertio passionem suam p[re]dicat nobis, vt
nunquam a memoria nostra excidat, sed po-
namus hos sermones in cordibus nostris, vt
dicitur *Luc. 9.* & *Hierem. 3.* Recordare pau-
peratis meę transgressionis, absynthij, &
fellis. Memoria memor ero, & tabescet in
me anima mea. Sed de hoc infra latius. *Tradi-*
dendus est in manus hominum. Christus D[omi]n[us]
traditus est a Patre, iuxta illud *Rom. 8.* qui
proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit illum. Traditus est a seipso,
vt dicitur *Esai. 53.* Eod quod tradidit in mor-
tem animam suam. Traditus est etiam a disci-
pulo. Cum diabolus misisset in cor, vt tra-
deret eum Iudæis. *Ioan. 13.* Traditus est a Iu-
dæis, vt infra cap. 26. & *Ioan. 19.* Propterea
qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.
Sed a Patre traditus est in reconciliationem,
a seipso in hostiam, a Iuda Iudæis, a Iudæis
Gentibus, a Gentibus in mortem. *In manus*
hominum. Hoc est, peccatorum G[en]tium, qui
ministri erant sceleris, cuius inuectores
fuerunt Iudæi. *Et occidetur.* Vt reuera fe-
cerunt. *Tertia die resurget.* Hoc subiungit, ne
abundantia tristitię absorbeantur. Vnde
Osai. 6. dicitur: Viuificabit nos post duos
dies, & in die tertia suscitabit nos. Contri-
stati sunt autem Apostoli vehementer, pro-
pter Magistri sui absentiam, sed postea in
resurrectione maxime gauisi sunt. *Et cum*
uenisset Capharnaum, accesserunt qui didragma
accipiebant, ad eum, & dixerunt ei: Magister
vester non soluit didragma? At: Etiam, Et cum
intraisset in domum, prænente eum Iesus, dicens:
Quid tibi videtur, Simon? Reges terra a quibus
accipiunt tributum, vel censum a filijs suis, an ab
alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ie-
sus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scanda-
lizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, &
cum piscem, qui primus ascendet, tolle, & aperto
ore eius, inuenies staterem. illum sumens, da eis
pro me, & te. Primo sciendum, quidnam sit
didragma. Erat quippe genus monetę ar-
gentę, cuius pondus erat duorum dragma-
tum. Calepinus, & Nebrisen[sis] interpretan-
tur, *Adarme*, quod idem valebat, quod apud
nos vnus argenteus. Vnde didragma idem
erant ac inter nos duo argentei. Hoc autem
erat tributum, quod pendebant Iudæi Ro-
manis, in signum subiectionis: quod primo
dicunt

Cap. XVII.

dicunt impositum eis fuisse a Pompeyo, de-
inde ab Augusto sub Præside Syriae Cyrino,
& quod postea Vespasianus eis imposuit, vt
quilibet Iudæus solueret Capitolio, vt Iose-
phus de bello Iudaico refert. Quare stater
erat moneta valens quatuor dragmas. Nam
stater Atticus erat moneta duarum dragma-
tum, licet aliquando sumatur pro pondere
quatuor dragmarum. Sed stater Hebræus
(qui secundum aliquos eiusdem p[ro]deris erat
cum siclo Sanctuarij, & eum solido) est mo-
neta aurea quatuor dragmarum. Ita Couar-
rubias ex Budeo refert. Itaq; didragma erat
pondus duorum argenteor[um] Castellanorum,
quilibet enim vnus dragmę pondus habet.
Et quia Petrus pro duobus soluere debebat
quatuor didragmata (vt potē pro se, & pro
Magistro suo) ideo staterē obtulit, qui qua-
tuor dragmas apud Iudæos valebat. Hoc
supposito, quidam Neoterici, inter quos Ti-
telmanus, & Claudius Guilleildus dicunt, q[ui]
tributum hoc soluebatur, non viritim per
singula capita, sed quod paterfamilias vnum
soluebat didragma pro se, & aliud pro
sua familia, quod tributum erat impositum
omnibus transeuntibus per ciuitatem Ca-
pharnaum, ita quod si solus transiret, vnum
didragma solueret, si verō cum familia, aut
comitatu alterum pro illa dragma solueret.
Alias si pro singulis deberet soluere capiti-
bus, esset intolerabile onus. Nihilominus
verosimilius est, hunc censum impositum
esse singulis capitibus in subiectionis signū,
nec ita magnum tributum esset duos argen-
teos pro singulis capitibus solui, cum modō
maiora tributa singulis ciuib[us] a Principi-
bus Christianis indicuntur. Nam Domi-
nus dixit: Da illis pro me, & te, id est, pro
mea persona, & tua. Alias dixisset, pro me,
& meis discipulis. Igitur quoniam Christus
Dominus domicilium paternum, vel habi-
tationem habebat in Capharnaū, ad quam
ciuitatem ex Nazareth se transtulit, vel
quia Nazareth (cuius vicus reputabatur in-
cola Dominus) erat vicus Capharnaum:
ideo exactores tributorum Capharnaum ab
illo, & discipulis tributum hoc exigunt.
Magister vester non soluit didragma? Nam
pro reuerentia tanti viri non ausi sunt hęc
ab illo petere. Sed Petrum eius discipu-
lum adeunt hac intentione, vt ipse hoc Ma-
gistro suo diceret. *Cum autem intraisset do-*
mus, prænente eum Iesus, dicens: Quid tibi
videtur, Simon? Reges terra a quibus accipiunt
tributa, a filijs suis, aut ab alienis? At ille

dixit: Ab alienis. Respondit ei Iesus: Ergo
liberi sunt filij. Hoc est dicere: Si filij Regum
sunt liberi a tributis; ergo quidam filius
summi Regis liber erit. Nam per filios Re-
gum non solum intelligebantur filij Hero-
dis, qui erat proximus Rex Galileę, sed
etiam filij Cęsar[is], qui erat tunc supremus
Imperator, & Rex Regum. Et sic rectē
concluditur. Filij Regis liberi sunt. Et sub-
ticitur quod ex hoc inferitur. Ergo & ego li-
ber sum: quia filius naturalis Dei, imō &
Dauidis Regis secundum carnem. Nec ex
hoc inferri debet liberos esse a tributis om-
nes Christianos: vt potē qui filij Dei sunt
per gratiam, & fidem, quam acceperunt in
Baptismate. Sic enim, & inferres omnes
homines liberos esse a tributis, quia filij Dei
per creationem sunt. Nam ad literam Do-
minus de filiatione naturali loquitur. Et ea-
dem est ratio, si plures haberet filios natu-
rales: quoniam Reges temporales a filijs
naturalibus suis tributa non exigunt, quę
tamen accipiūt, & ab amicissimis quos loco
filiorum habent. *Ne autem scandalizemus*
eos, &c. Scandalizemus (ait) quoniam etiam
ipse Petrus, qui mediator hic interfuerat,
fuisset scandali causa, quod esset actiuum,
datum. Nam cum non omnes scirent Chri-
stum esse filium Dei, iuste scandalum acci-
perent, ex eo quod non vellet soluere tri-
buta, quę omnes alij soluiebant. Nam cum
altera vice discipulis dicentibus illi: Scis
quia Pharisei, audito verbo hoc scandali-
zati sunt. Respondit eis: Sinite illos, &c.
Hoc ideo dixit, quia scandalum illud erat
acceptum, non datum, sicut fuisset p[re]sens.
Nec obstat huic veritati testimonium Hie-
ronymi lib. 3. in Matthæum, quod Erasmus
in annotationibus suis super hunc locum, vt
videtur malitiosē adducit, in quo sic ait
D. Hieronymus. Dominus noster, & secun-
dum carnem, & secundum spiritum filius
Regis erat, vel ex Dauid stirpe generatus,
vel Omnipotentis Verbum Patris. Ergo tri-
buta quasi Regum filius non debebat. Sed
quia humilitatem carnis assumpserat, de-
buit adimplere omnem iustitiam. Sed nos
infelices, qui Christi censemur nomine &
nihil dignum tanta facimus maiestate. Ille
propter eximiam charitatem, & crucem
sustinuit, & tributa reddidit: nos pro illius
honore tributa non reddimus, & quasi filij
Regis a vectigalibus immunes sumus. Ex
quo loco colligit Erasmus, q[uod] Hieronymus
videatur hoc arrogantia tribuere, quod Ec-
clesia,

Iosephus.
Covarub.
Budeus.
Titelm.
Cland.
Guilleil.

Hierony.
Erasmus

Quid sit
didragma
Calepinus.
Nebris.

Euangelium secundum Matth.

clericali grauentur tributa pendere Principibus, cum hodie summa pietas habeatur, pro immunitate clericorum modis omnibus digladiari. Hæc Erasmus, Cui ne pro aculeis aculeos referamus, breuiter seruata Euangelica modestia respondemus, Hieronymum non loqui de eo tributo, quod omnibus Principibus huius modi eorum subditi debent; sed de eo tributo, quod omnes debemus Christo, qui cum talis ac tantus pro nobis uectigalia soluerit, cur nos miserum (inquit Hieronymus) qui Christi seruos nos esse profiteamur, maiestati ipsius debitum seruitutis tributum non reddimus? Quinimò alias locus hic Hieronymi Ecclesiasticam immunitatem multum confirmat. Dicit enim, Nos pro illius honore tributa non reddimus, significans Christianis Principibus, in honorem Christi altaris ministris libertatem concessam, & iure ac merito concessam, quod honor Christi sic exigeret, quodque clerici veluti filij Regis habendi essent. Sed quaeritur cur Dominus, qui habebat loculos apud Iudam, non soluit ex illis pecunijs didragma? Respondetur, id fuisse, quia illas pecunias habebat ad elargiendum eas pauperibus, & noluit ex his in alios usus transire: ut doceret nos, ne pecunias pauperum in nostros usus conuertamus, sed semper illas pauperibus reseruemus. Et secundo in hoc instruire vult ne prælati bona communitatis in suos usus peculiare conuertant. Nam pecuniæ illæ quas Christus Dominus in loculis habebat, erant etiam pro discipulorum indigentibus reseruata. Inuenisse autem Petrum in ore piscis, quem hamo extraxerat staterem, id significare videtur: Quoniam Christus Dominus Apostolos, & discipulos suos fecerat piscatores hominum per Euangelij prædicationem; debent homines (quos tanquam pisces maris dixit Abacuch esse) staterem, hoc est, stipendium, & alimenta prædicatoribus tribuere, secundum illam Pauli doctrinam. 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? Nam & Lex dicit: Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? Sic homo, qui hamo Euangelij ab ore diaboli est extractus, staterem habet in ore, ut gratias ore referat, & manibus alimentum præbeat. Huic pisci, qui staterem aureum habebat in ore, similes illi sunt, qui nec cogitant, nec loquuntur nisi de auro, & pecunijs acquirendis. Quare hi

opus habent Petro, qui staterem ex eorum auferat ore.

Cap. XVIII.



In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in Regno caelorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum caelorum. Aliqui existimant hanc contentionem discipulorum inter se de primatu habuisse ortum, ex hoc quod Dominus pro se, & Petro soluisset didragma, ex hoc quod Matthæus subiungit. In illa hora accesserunt discipuli, &c. Sed tamen hoc non tam verum est. Nam alij Euangelistæ hanc contentionem etiam commemorantes nullam mentionem fecerunt de didragmate. Et præterea quod magis vrget, quod Dominus in domo existens in Capharnaum iusserit Petro ire in mare ad piscandum illum piscem, in quo erat stater, & ut ex Marco liquet, contentio hæc inter discipulos facta fuit in via. Nec etiam ortum habuit ex hoc, quod clauis Petro promississet, & quod tres tantum ex eis in montem duxerit: cum id quod ibi actum erat, ignorauerint. Sed ex hoc occasionem sumpsisse arbitror, quod Dominus de passione sua, & resurrectione loquutus est, cuius ante hanc contentionem meminerunt tres Euangelistæ: tunc enim post resurrectionem æstimabant futurum esse Regnum Messie, quod illi expectabant temporale. Sic enim infra cap. 20. contigit duobus filijs Zebedæi, qui postquam Dominum loquentem de sua passione, & resurrectione audierunt, æstimantes Regnum eius tunc futurum; perierunt duas sedes ad dexteram eius, & ad sinistram. Item in vltima Cæna rursus ad memoriam passionis contentio exorta est inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Ex quo eorum ignorantia ante aduentum Spiritus sancti colligitur, ut potè qui exultimassent Regnum Christi temporale futurum; & eorum vanitas, qui de primatu sic inter se contenderent. Quas tamen imperfectiones suauissimè Dominus Iesus ferebat.

Sed

Cap. XVIII.

Sed hic oritur dubium, nam videtur hic apertam esse contradictionem inter Euangelistas. Nam Lucas cogitasse discipulos de primatu, ac eam cogitationem Dominum cognouisse, ait. Marcus autem dicit, eos inter se disceptasse: & Matthæus, Apostolos accessisse, & interrogasse, quis esset maior. Marcus verò refert, illos vocatos fuisse à Domino, & interrogasse, quid in via loquuti fuissent, & illos siluisse. Sed ordo historiarum hic fuit. Prius in via cogitatio hæc de primatu subiit eorum animos, & verbis inter se disceptauerunt de illo: Dominus autem virtute sua diuinitatis, absque hoc quod præsens esset, vanas eorum cogitationes intellexit, & disceptationis verba audiuit. Cum autem venissent domum, interrogauit eos, quid in via tractassent, & illi præ verecundia siluerunt. Postea autem cum omnes illos ad se vocasset, resumptis vicibus interrogauerunt Dominum, quis esset maior in Regno caelorum, scientes nil illum latere potuisse: & ideo mutasse quaestionem. Nam in via tractauerunt, quis eorum esset maior, nunc præ verecundia honestantes quaestionem, solum interrogant, quis esset maior in Regno caelorum. Et sic ex tribus Euangelistis, quod vnus tacuit, alius expressit, quod familiare inter illos solet esse. Sed quod dicit, In illa hora, idem est, ac si diceret, In illo tempore: non enim verisimile est, quod eadem hora qua Dominus præcepit Petro, ut iret ad piscandum hoc contigerit, cum prius Petrus iuisset, & adduxisset staterem. Nam huic quaestioni omnes duodecim præsentis fuerunt, ut ex Marco constat, qui dicit, aduocasse Dominum duodecim. Per Regnum autem caelorum, discipuli intellexerunt Regnum Messie; quod etiam in terris expectabant, diuinum tamè & cælestem esse crediderunt. Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & ait. Rudibus, ut tunc erant discipuli, opus erat, ut non solum verbis, verum etiam rebus ipsis, veritas quæ illis dicebatur, significaretur. Sicut olim cum ipsi populo voluit significare captiuitatem Babylonicam præcipiebat Hierem. 28. ut cathenis ligneis, deinde ferreis collum suum cingeret: & alia multa solebat Prophetis mandare, ut vel ipsi rerum significationibus rudis populus intelligeret, quod verbis solis capere non poterat. Paruulum vel puerum minimum adhuc, & tenellum infantem (quem Sanctus Anselmus asserit fuisse diuinum Martialem, qui fuit ex numero

Tom. II.

septuagintaduorum discipulorum, cuius extant duæ Epistolæ) Nizephorus libro. 2. Nizephorus histor. cap. 16. dicit, fuisse Ignatium, de quo videnda est Glossa capite vnico de sacra vocatione. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum caelorum. Hoc est, quod quales sunt paruuli per ætatem, tales efficiamur per voluntatem. Quod dupliciter fit (ut rectè annotauit Iansenius) nempe benè, & malè. Iansenius. Malè enim imitamur paruulos, dum pueriliter dissipamus, nenias, & absurda sectantes, & delitijs carnis nimis blandè indulgentes. Cuius pueritiæ Paulus arguebat Corinthios, quod sicut paruuli circumferebantur omni vento doctrinæ, & fluctuabant: quod ad Ephesios. 4. damnat. Nam paruuli propter abundantiam humiditatis in cerebro mutabiles sunt, & facillè in diuersa fluctuant. Benè autem illos æmulamur, dum imitamur illorum innocentiam, & sinceritatem, ita ut vacemus omni malitia, inuidia, dolo, ira, ambitione, atque nos hortatur Petrus in. 1. Epistola, capite. 2. cum ait: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo. Vtrūque autem complexus est Paulus, cum ait: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Itaque vult docere nos, ut efficiamur similes paruulis in honorum contemptu, & submissione. Vnde videri potest, Dominum, cum requirit hic ut efficiamur similes paruulis, respexisse ad illorum quantitatem; ut sicut illi sunt parui corpore, sic nos simus parui animo. Quare Chrysostomus homil. 59. super Matthæum, ait: Quando Petrus prælatas est, humanum quid passi sunt discipuli; dolentes non solum quia Petrus soluit staterem, sed quia clauis Regni suscepit, & beatus prædicatus est. Interim tamen nulla seculi cura tanguntur. Nos verò neque ad hos discipulorum defectus peruenimus, nec enim curamus, quis sit maior in caelis, sed quis erit ditior in terris. Tunc Dominus. Vos quaeritis, quis sit maior, ego dico, qui se ceteris humiliorem non effecerit, Regno caelorum indignum iudico. Posuit etiam ob oculos paruulum, qui nec inuidere voluit, nec maiorem gloriam expectare. Non ergo fat nobis est fortitudo, aut prudentia, nisi humilitas adsit, & simplicitas. Paruuli si verberentur, non afficiuntur odio.

n 2

odio

Luc. 9.

Marc. 9.

Nizephorus

Ephes. 4.

1. Petr. 2.

1. Cor. 14.

Chrysostomus

Hierem. 28.

Anselm.

Luc. 22.

odio, nec si laudantur arrogantia. Ideo vt
arbitror valde paruulum ibi Dominus sta-
tuit, qui nec ira, nec superbia, nec infania
maculatur. Vide vero quam possit homo
suam flectere voluntatem, vt paruulus sit.
Et Dinus Basilus respondens ad quaestio-
nem. 216. Ipse Euangelij locus (inquit) nos
admonet quid velit, nempe, vt excellen-
tiam non quaramus, vt solent paruuli. Tunc
vero Regnum Dei accipimus, vt paruuli,
qui cum discunt, non contradicunt, non di-
sputant, sed Dei praecipia cum fide, & obe-
dientia recipiunt. *Et qui susceperit vnum paru-
ulum talem in nomine meo, me suscipit.* Paru-
ulum, vt diximus, non dixit aetate, sed
virtute. Ideo non istum dixit paruulum, sed
talem. Tales enim paruuli sunt, qui illius
paruuli humilitatem, & simplicitatem mor-
ibus exprimunt. Suscipere autem, quod hic
dicit Christus, non tantum sonat in hospiti-
um suscipere, sed generalis videtur esse
vox ad obsequium quodlibet, vel corporale,
vel spirituale, vt illum dicaris suscipere,
quem in aliqua re adsumas. Quomodo
cum apud Paulum dicitur: *Suscipite inui-
cem, sicut & Christus suscepit vos in hono-
rem Dei.* Est sensus. Adiuuate vos inuicem,
vobis inuicem proficite, vos inuicem ve-
here, atque promouere in bonis laborate.
Me suscipit. Id est, id omne mihi factum re-
puto. Sic enim in communi modo loquendi
solemus dicere: *Quod mihi facis, non mihi
facis, sed Deo; volentes significare non tan-
tum nobis id fieri, sed etiam Deo, aut non
tam nobis quam Deo, qui illud sit remune-
raturus, aut vindicaturus tanquam sibi fa-
ctum.* Denique significatur, sic praemiandos
fore tales susceptores paruulorum, non qua-
liter homines solent praemiare, sed sicut
Deus beneficus esse solet in eos, qui sibi ali-
quod praestant obsequium. Quare autem ta-
les, & ipsum Christum, & Patrem suum (vt
ait Marcus) suscipere dicuntur, rationem
reddidit Lucas, cum dicit: *Nam qui minor
est inter vos omnes, cordis scilicet humi-
litate, inter vos omnes, hoc est, qui om-
nium vestrum maximè est alienus a superbia,
& ambitione; hic est maior, vel vt habent
Graeci, hic est magnus apud me scilicet, &
Patrem meum, nempe magnus in Regno
caelorum.* Et ex hac ratione patet ad quid di-
ctum sint sententiae superiores. Vnde Ambr.
lib. 7 in Lucam, ait: *Qui enim imitatore
Christi recipit, Christum recipit; & qui ima-
ginem Dei, Deum. Et quia imaginem Dei vi-*

Rom. 15.

Ambros.

dere non poteramus, facta est ad nos per In-
carnationem Verbi praesentia, vt nobis diui-
nitas reconciliaretur. *Qui autem scandalizauerit
vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit
ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius,
& demergatur in profundum maris.* Expedit ei.
Intelligi potest improprie ad hunc sensum.
Dignus est talis vt supēdatur. Vel sic. Vtile
est illi ad expiationem grauisissimi peccati, per
mortis temporalis supplicium puniri: vt mor-
tem euadat aeternam, quam comeruit. Vel ad
hunc sensum. Melius illi fuisset ante scanda-
lum hoc commissum supplicio ignominioso
vitam finire, quam huc deuenire, vt animam
proximi scandalo suo perderet. Et haec vide-
tur conuenientior interpretatio. Proculdu-
bio enim, quod per se malum non est, cuius-
modi est temporaliter puniri, praefendum
est, & magis optandum eo quod est per se
malum, vt est scandalizare proximum. Mola
autem asinaria pro lapide molari accipitur.
Sic enim in Graeco legitur apud Marcum
Lyhos milycos, id est, lapis molaris. Quare
autem hoc in loco dicatur mola asinaria, du-
plex ratio assignari potest. Vel enim ab
alino circūagitante lapide asinaria mola di-
citur, vt significetur lapidis magnitudo: vel
lapis inferior ille magnus immobilis, cui in-
nititur superior, qui agitur ac teritur, mola
asinaria dicitur, quod tanquam asinus pon-
dus graue ferat, propter quod etiam asinus
molaris dicitur ac inuenitur appellari, quo-
modo asinum nonnunquam appellamus ho-
minem ad ferendum onera idoneum. Itaque
mors violenta per hoc designatur. In more
quippe fuit olim, teste Hierony. vt maximè
facinorosi homines ligato ad collum saxo in
profundum demergerentur. Vt intelligatur
quantum aestimet humiles Deus, vt qui eos
scandalizauerit, graui debeat subiacere sup-
plicio. Et vt intelligamus non minimū pec-
catum esse scandalum, cui talis decernitur
poena. *Vt mundo a scandalis. Necessè est enim
vt veniant scandala. Verū tamen vā homini illi,
per quem scandalum venit. Vā mundo a scan-
dalis.* Hebraismus est. Ac si diceret. Infelix
est mundus propter scandala, & offendicula,
quae pusillis asidue immitit. Pro quo nota,
quod praepositiones, a, vel, ab, nunc cau-
sam designant, vt in hoc loco; nunc rem
aliquam praesidere rei per ablatiuum signi-
ficata, vt Iosaphat erat a Commentarijs, id
est, praerat Commentarijs. 2. Reg. 8. nunc
comparationem, vt Paulus ait. 2. Corint. 11.
Nil minus feci a magnis Apostolis, hoc est:

Hierony.

2. Reg. 8.

2. Cor. 11.

Luc. 18.

Nil

Nil minus quam Apostoli magni. Et illud
Luc. 18. Descendit hic iustificatus ab illo,
id est, praeter illo, aut plusquam ille, vt ait Hier-
onymus: Itaque mundus infelix est propter
scandala. *Necessè est enim vt veniant scandala.*
Non absoluta necessitate, quasi Deus aliud
non posset efficere, nec homo singularia
illa euitare; sed significatur quid certo futu-
rum sit, tali loquendi modo, ac si dicamus.
Proculdubio ita est futurum, semper ita res
se habebit, non est quod expectes aliud. Sic
enim, cum omnino certissime futurum ali-
quid significare volumus, dicere solemus,
Oportet te hoc agere, necesse est vt facias.
Ita Chrysostomus hic. Vel necesse est vt
veniant scandala, non absoluta necessitate,
vt diximus, sed ex suppositione, supposita ho-
minum praua inclinatione ad malum ab ado-
lescentia sua. Quemadmodum videntes ho-
minem voracem, & intemperatum dicimus:
Necessè est hunc aegrotare. Sic dicitur: Ne-
cessè est vt veniant scandala. Quomodo si
quis consideratis naturae hominum inclina-
tionibus, dicat: Necessè est vt fiant genera-
tiones, & commixtiones conjugum. Per
quod nulli hominum adimitur libertas ab-
stinendi a coitu, quia necessitas illa genera-
liter enunciatur, nec tamen in aliquem ca-
dit singulariter hominem. Sic & hic non
dicitur: Necessè est, hunc, vel illum scanda-
lizari, sed generaliter necesse est vt veniant
scandala. Quare haec necessitas non est
referenda ad Dei prouidentiam, & praer-
ordinationem, vt sit sensus, non quod Deus
praerordinauerit fieri scandala, aut haereses;
sed tanquam qui prauidens homines
relictos suae libertati illa facturos, disposuit
illa fieri permittere in bonum suorum ele-
ctorum. Ad eum enim ille bonus est, vt nul-
lum malum fieri permetteret, nisi propter
bonum aliquod. Et sic etiam intelligi-
tur illud Pauli: Oportet & haereses esse, vt
qui probati sunt, manifesti fiant. Id est, hic
est finis, propter quem Deus permittit fieri
haereses. Vnde & subdit Dominus. *Vā au-
tem illi homini, per quem scandalum venit.* Quo-
niam etsi id Deus permittat, non tamen ne-
cessitatem imponit, & ideo liberè scanda-
lizat quilibet. Quare, Vā illi. Ceterum
scandala, de quibus Dominus loquitur, sunt
laesiones, irrationes, & persecutiones ius-
torum, mala exempla doctrinae, & postre-
mo etiam bona, & licita quaedam, sed indis-
cretè, aut inopportune facta. *si autem ma-
nus tua, aut pes tuus scandalizat te; absconde*

Chryf.

simile.

2. Cor. 11.

Tom. II.

*eam, projice abs te. Bonum est ad vitam ingredi
debilem, vel claudum, quam duas manus, vel
duos pedes habentem mitti in ignem aeternum.*
*Esse oculus tuus scandalizat te; erue eum, &
projice abs te. Bonum est tibi vnum oculum ha-
bentem in vitam intrare, quam duos oculos ha-
bentem mitti in gehennam ignis.* Hoc super
caput quintum explicuimus. Vbi per ma-
num, vel oculum res nobis charas, vel ne-
cessarias intelleximus, imò & affectus no-
stros; quos omnes, si impedimento nobis
fuerint ad salutem, relinquere debemus.
Ceterum, vt optime adnotauit Caietanus,
ideo membra gemina, manus, & pedes, &
oculos in hanc methaphoram attulit, & non
caput, nec ambas manus, nec ambos pe-
des, seu oculos eruendos censuit; vt signifi-
caret non impossibilia, & intolerabilia, no-
bis praecipere, quae facere impossibile no-
bis, aut intolerabile est. Si enim quod scan-
dalizat te, non potes a te seiungere, vel quia
caput tuum est, vel quia non est membrum
tuum, ita quod in tua sit potestate separari
ab illo, vel quia vtraque manu carere non
potes; non inducitur tibi a Domino abscisio.
Sed ne perplexus relinqueris, hoc tibi re-
medium superest, vt attendas tibi & caueas,
ne scandalizans te, habeat effectum in te,
& ne tu consentias peccato, aut ruinae tuae,
propter suasionem alterius. *Videte ne con-
temnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vo-
bis, quia Angeli eorum in caelis, semper vident
faciem Patris mei, qui in caelis est.* Quoniam
proprium est hominibus humiles, ac paru-
ulos despiciere, ideo monet nos ad id cauē-
dum: quoniam Angeli qui semper Deo as-
sistunt, eorum agunt causam, atque defen-
dunt. Sed de hoc plura statim. Redeamus
iterum ad Euangelium.
*In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum,
dicentes: Quis putas maior est in Regno caelo-
rum? Superba, & vana cogitatio haec fuit,
cum tamen Tob. 4. dicatur: Superbiam in
corde tuo nunquam dominari permittas.*
Quis putas, &c. Bene Dominum de hoc in-
terrogant: nam vt habetur Prouerb. 16. Spi-
ritum ponderator est Dominus, qui me-
rita vniuscuiusque pensare valet. *Maior est.*
Augustinus docet, quod in his, quae non
mole magna sunt, idem est maius quod me-
lius, id est, Quis erit dignior, aut melior,
occasione forsitan desumpta ex hoc, quod
ab ipso Domino audierant, cum dixit: *Qui
fecerit, & docuerit, hic magnus vorabi-
tur in Regno caelorum, id est, melior, & iu-*

Caietan.

Moralitas

Tob. 4.

Prouerb. 16.

August.

n 3

rior,

Euangelium secundum Matth.

10b.1. **Rior.** Vnde quidam Philosophus, cui pusillus as corporis a quodam viro improbo obiecta est, respondit, Non quod magnum est, bonum est, sed quod bonum est, magnum est. In quo sensu potest etiam accipi illud Iob. 1. Erat ille vir magnus inter omnes orientales. *In Regno celorum.* Quia (vt supra diximus) non contendebant de Regno terreno, sed de Regno celorum, in quo bonum est magnum esse, licet non sit bonum, videri sibi esse magnum. *Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum.* Aduocans, hoc est, ad sui confirmationem vocans. Nam supra dixerat cap. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et Esai. 9. Paruulus datus est nobis. Paruulus autem minor est paruo, & ille est qui reputatione sui etiam paruis minor est, quale est illud. 1. Cor. 15. Ego enim sum minimis Apostolorum. Ecce paruis minor. Qui non sum dignus vocari Apostolus. Ecce minor minimis, qui paruis & minoribus minores sunt, vt ipse Apostolus ad Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc. Supra etiã dixit Dominus. Qui minimus in Regno celorum, maior est illo, nempe Ioanne Baptista, qui maximus est inter natos mulierum. *Statuit.* Hoc est, firmiter collocavit, vt a mente nunquam excideret. Nam humilitas in imo stans, firmo stat pede, sed superbia in ventum elata eliditur. Vnde Psal. 35. dicitur. Non veniat mihi pes superbia, & manus peccatoris nõ moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare. Non enim poterit quis in statu superbiae firmiter stare, quin a Deo elidatur secundum illud: Deicisti eos, dum alleuarentur. Vnde Dani. 10. dicitur: Sta in gradu tuo. Qui est gradus pulueris & cineris. Sic enim dicitur Eccles. 10. Quid superbis terra, & cinis? *In medio eorum.* Quasi humilitas sit veluti centrum virtutis, ad quam omnes virtutes respicere debent, vt conferuentur. Sicut enim clavis, quæ est in medio ædificij, omnes alios lapides sustinet, sic humilitas conferuatrix virtutum est, sicut superbia dissipatrix. Nam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde ipse Dominus Lucæ. 22. dicit. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et Roman. 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Imò humilitas virtus est, cuius centrum ubique est, circumferentia nusquam. Vbi cumque enim sit humilis, semper se corde tenet in imo, nunquam reputat se in sum-

mo. Vnde Paulus dicebat: Fratres, ego non arbitror me comprehendisse. Vel sic: In medio, hoc est, in corde quod in medio est, sicut Dominus dixit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Nam vt Sapiens alibi dixit: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Et dixit: Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis. Conuertitur, qui se retrorsum agit, ac ponit, sicut ille qui recumbit in nouissimo loco: nam & Iordanis conuersus est retrorsum, vt Iosue. 3. dicitur: Steterunt aquæ Iordanis, descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes. Nam ex hoc quod conuersæ sunt, eleuatae sunt, iuxta illam Domini sententiam: Qui se humiliat, exaltabitur. Quoniam nũ conuersi fueritis, gaudium suum vibrabit. Et Zachar. 1. dicitur: Conuertimini ad me, humilem, scilicet, & paruulum. Qui enim conuertitur ad se, ad sui cognitionem reuertitur, sicut quando conuersus est filius prodigus, dicitur. ad se fuisse reuersum. *Et efficiamini sicut paruulus iste.* Paruuli enim mites sunt, & innocentes, iniuriarum immemores, non ambitiosi, nec libidinosi. Vnde Verius: *Credulus, incultus, simplex, placabilis, insons, castus, ouans, ploras, humilis, retinens cito credit.* Nam de primo horum dicitur Psal. 34. Innocentes, & recti adhaeserunt mihi. Et de secundo dicitur ad Ephes. 4. Sol nõ occidat super iracundiam vestram. Tertium autem prohibet idem Paulus, cum ad Gala. 6. dicit: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et de quinto Leuit. 25. Non quaras ultionem, nec memoreris iniuriæ ciuium tuorum. *Non intrabit in Regnum celorum.* Hoc est, in gaudium Regni. Dicitur autem intrare, quia continuis profectibus oportet intrare eum, qui intrare desiderat. Quare Iob. 22. dicitur: Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum. Et Psal. 33. Quis ascendet in montem Dñi, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, id est, tam cogitatu, q̄ opere mundus. Nam Christus est ostium Regni celorum, vt ipse dicit: Christus autem humilis est, & in ostio humili altus impingit, & redit retrò. Quare ostium istud tam humile, superbũ capere nequit. Vnde Christus Ioan. 14. Nemo venit ad Patrem nisi per me: vt potè qui humilis sum. *Quicumq̄ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste.* Solum humilitatis docet, iuxta illud. 1. Cor. 14. Malitia paruuli estote, sensibus

Philip. 3.
Matth. 11.
Eccle. 15.
Iosue. 3.
Psal. 7.
Zach. 1.
Luc. 15.
Psal. 34.
Ephes. 4.
Galat. 6.
Leuiti. 25.
Iob. 22.
Psal. 33.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
1. Cor. 14.

Cap. XVIII.

bus autẽ perfecti estote. Et quæ stulta sunt mundi. *Et est maior.* Id est, est, vel erit, habes causam, quæ facit eum maiore. Maior utiq; alijs non sic se habentibus. Nam scriptũ est Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Et Prouer. 29. Superbũ sequitur humilitas, humilem spiritu suscipiet gloria. Et. 1. Petr. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis. *Et qui susceperit vnũ paruulum talem, in nomine meo suscipit.* Qui susceperit charitatis beneficia ministrando, vt supra diximus ex Paul. Rom. 15. Et. 2. Timot. 3. Si hospitio pauperes suscepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationẽ patientibus ministrat. *Num paruulum.* Vnũ dicit paruulũ. Paruus enim paruis contentus est. Et licet aliquis plures non possit suscipere, vnũ autẽ quis non valeret? Et quoniam vicarij Christi, qui per hos paruulos intelliguntur, nõ cũ pöpa seculari, aut maximo comitatu, sed soli, & paucis assueti debet esse, id nõ est qui exultationem prætere exere possit, quominus illos suscipere valeat. Veniunt enim in nomine Christi, in figura humilitatis, & paupertatis eius, nõ autẽ veniunt in nomine Nabuchodonosor Regis Babylonis, in cuius nomine venit Holofernes, omnia vastans, & consumens, cuius ferocitatẽ animi nemo mitigare potuit. Vnde Luc. 10. dicitur: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Supra. 10. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. *Qui autẽ scandalizauerit vnũ de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Sensus est. Principes amant sui similes, atq; ad suã contumeliam pertinere putat, si quis aliquẽ e magnatibus contumelia affecerit, & in se collatu beneficiũ arbitratur, quod in illos fuerit collatu. Ego mei similibus delector, tantaq; apud me gratia est humilium, atq; simplicium, vt qui vnquam ex his receperit, qui mihi fidunt, totiq; pendent ex me, id muneri se mihi impedisse sciat. Qui verò ex his vnũ, qui mihi in humilitate, atque simplicitate adherent, scandalizauerit, pœnas daturus est atrociores, quã si demergatur in mari. *Qui ergo scandalizauerit vnũ, &c.* Scandalizat autẽ actiue alterum, vt supra dictum est, qui dicto & facto minũ recto occasionẽ dat ruinæ. Quod Rom. 14. dicitur: Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratribus, vel scandalum. Vnde August. sic intelligit illud Psal. 49. Aduersus filium matris tuæ ponebas scadalum.

Id est, contra pusillos, qui sunt filij matris, & non patris: quia non sunt apti ad comedendum solidum cibum in mensa patris, sed lac ad vbera matris, quibus Paul. 1. Thes. 2. ait: Factus sum paruulus in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. Non dicit, pariat, sed foueat, tanquam paruulos; pusillos autem hic vocat infirmos, & imbecilles in fide, de quibus. 1. Cor. 8. dicitur: Videte ne forte hæc licentia vestra offendiculũ fiat infirmis. Hi enim lacte pascendi sunt, & blanderer educandi. Vt Esai. 66. dicitur: Ad vbera portabimini, & super genua blandietur vobis. *Id enim dicit: Qui in me credunt.* Vt ostendat imbecillitatem eorum esse in fide, de quibus dicitur Lucæ. 8. quod ad tempus credunt, & in tempore tribulationis recedunt. Nam si fortes essent in fide, non scandalizarentur. Scriptum est Prouerb. 12. Non contristabit iustũ quidquid ei acciderit. De quibus Paul. ait: Infirmitas in fide assumite. Et quidẽ secundum consequentiam literæ dici deberet: Qui non suscipit paruulum talem in nomine meo, me non suscipit. Quæ res omne punitionum genus excedit. Tamẽ quia rudes, & insensati homines magis mouentur pœnis externis, molam potiũs & submerisionem posuit: nec dixit molam collo eius suspensum iri. Sed expedit (inquit) huiusmodi, si hoc pareretur, nam id melius esset ei, vt ostendat grauius quoddã, & acerbius malum hunc manere. Sicut igitur superiori sententia omnes nos ad beneficentiam excitare voluit, sic hæc sententia omnes nos terrere voluit, ne offendamur simplices. De em est, qui retribuere vult, quidquid in suos beneficij contuleris, & Deus itẽ est qui vindicare vult eorũ offensam. Hinc Abraham dicitur: Benedicã benedicientibus tibi, & maledicã maledicentibus tibi. Genes. 12. Sic per Moysen dicitur. Exod. 22. Si læseris eos, clamabunt ad me, & ego audia clamorẽ eorũ. Idem Deut. 15. & 24. Sic & Psal. 104. ait: Nolite tangere Christos meos. Et præmiserat: Corripuit p̄ eis Reges. Super enim etiam Regna perdidit Deus, ppter vnũ hominem iniuste læsum. Sic Egyptũ puniuit propter Saram vxorẽ Abraham: sic & Regẽ Abimelech propter eandẽ causam: sic ppter Dinam filiam Iacob violatam omnes Sichimitæ perierunt. Sic propter vxorem Leuitæ ludibrio expositam tota ferẽ tribus Benjamin periit. Sic propter Prophetas iniuste occisos Hierusalẽ deuastatur. Idem Iudæis Christus minatus est. Matthæ. 23.

Iob. 22.
Prouer. 29.
1. Petr. 5.
Rom. 15.
2. Tim. 3.
Luc. 10.
Matth. 10.
Rom. 14.
August.
Psal. 49.

1. Thes. 2.
1. Cor. 8.
Esai. 66.
Luc. 8.
Prouer. 12.
Genes. 12.
Exod. 22.
Deut. 15.
Psal. 104.
Genes. 12.
Genes. 20.
Genes. 34.
Leuit. 19.
Matth. 23.

ut veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. Hæc Scripturæ exempla attendant hi, qui leue peccatū iudicant pauperes opprimere. Nihilominus sanguinem Dominus omnium celus, pro redimendis illis quamlibet contempit, quam pro summis Monarchis effudit, atq; in die iudicij non minus pro pauperibus, quam pro magnatibus rationē exigat Dominus. Itaq; qui putant esse leuē iacturam, eum expilant, affligunt, reijciunt hamiles, & tenues, Christum ipsum qui est sapientia Patris, stultitiæ condemnant, qui pro talibus seruadis pretiosum sanguinē effuderit. Vnde hoc accipe documentū. Nulla alia re magis lucrari potes, quam benefaciendo Christianis. Stat enim sentētia hæc: Qui puerum suscipit, me suscipit. Nulla alia re certius tibi periculum, ac perditionē adleiscis, quam lædendo simplices illos. Stat enim sententia: Qui tangit vos, tangit pupilam oculi mei. Item ista: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis. Hæc de his, qui extertē offendunt ac lædunt. E uāgelicos illos pueros. Non minus autē hæc Christi verba ad eos referuntur, qui spiritualiter offendūt simplices, hoc est, qui falsa doctrina, vel peruersa vita, alios a salute remorantur, aut in exitium ducunt. His enim melius fuisse cū mola asinaria demergi in profundo maris. Vide D. Grego. libro. 1. Pastoral. cap. 2. Per molam asinariam (ait) secularis vitæ labor, & circuitus exprimitur. Nam in circuitu impij ambulat. Per profundū maris æterna damnatio. Qui ergo sub spiritu sanctitatis alios destruit verbo vel exēplo, melius erat ei, ut sub exteriori habitu hūc terrena constringerent acta, quam quod sacra officia cæteris in culpa imitabilem demonstrarent. Quia si solus caderet, tolerabilior eum poena cruciaret. In eius figurā mulier quædam fragmine mola desuper iacta occidit Abimelech. Et vnus Angelus fortis sustulit lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare, quasi per hoc instrueremur, qd poena debita his, qui huiusmodi peccatis inuoluti alios scandalizant, hæc sit quam hic exprimit Christus. Contra quos spiritualiter clamat. Væ mundo a scandalis. Quod graue autem peccatum sit scandalum, ex his patet. Primò, quod Christus violentā mortem potius ferendam docet. Secundò, quod Væ, exclamat, quod pierunq; in Scriptura certā damnationem innuit. Tertio, quia scandalum charitatē oppugnat, quæ summa est Christianismi. Quarto, quia perdit eum, pro quo

Zachar.

Gregor.

psalm. 11.

Iud. 9.

apoc. 8.

1. Cor. 8.

Christus mortuus est. Hinc Paul. 1. Cor. 8. Sic (enim ait) peccantes, & infirmorū conscientias percutientes, in Christo peccatis. Item Rom. 14. Noli cibo tuo illam perdere, pro quo Christus mortuus est. Apud Ezechielem: Sanguinem huius se requisiturum dicit de manu eius, cuius negligentia alius periit. Quanto magis ab eo, qui data opera alium perdit. Væ igitur mundo a scandalis. Væ illud, non tam comminantis, quam dolentis est. Vnde magnitudinē clementiæ in Christo considera, qui non modò nullā molestiam ex aduersariorum duritia capiebat; veruetiam stendo & dolendo, ac damnationem prædicendo, ad sanā eos mentem reuocare conabatur. In hoc enim differt hostis a patre. Quod hostis quidē comminando perdere conatur, quemadmodum de Pharaone scribitur Exod. 15. Euaginabo gladiū, interficiet eos manus mea. Pater verò cōminando, seruare conatur, & dolet, si quādo poenā infligere cogitur. Hinc Esai. 1. dicitur: Heū, cōsolabor ego sup hostib⁹ meis. Et Ezech. 6. Heū, ad omnes abominationes dom⁹ Israël: quia gladio, fame, & peste morituri sunt. Prius enim gemit vindictā, quam eam infligat. Væ mundo. Id est. Væ prauis hominibus, si enim hic dicuntur mundus, sicut & Ioan. 1. In mundo erat, & mundus eum non cognouit. Hoc est, prauū hominē nō cognouerunt illum. Et illud Ioan. 7. Me odit mundus: quia ego testimonium perhibeo, quod opera eius mala sunt. Et illud Ioan. 15. Ego elegi vos de mundo. Ad mundum enim pertinet quidquid scandalizat. Veri enim lucis filij neminem scandalizant, imò viuunt sine offensione, & querela, lucētq; tanquam luminaria in medio nationis prauæ, cōmendantq; se ad omnē conscientiam hominum in cōspectu Dei. Ex quo colligo, paucos esse qui de mundo non sint; cūm passim apud omnes scandala, & praua opera conspiciantur. Necessē est enim, ut veniant scandala. Hoc iam supra explicuimus. Hieron. hic ait: Sicut necesse est ignē calere, niuemq; frigere; ita necesse est, ut iniquitas mundi erroribus pleni scandala pariat, perfectōrū verò charitas, pietatis operibus luceat. Verūtamen, quia nulla necessitas cogit humana corda esse iniqua, quæ tamē quia iniqua sunt, scandala mouēt; ideo væ illi cuius vitio veniunt. Vbi obiter notandum, qd scandalū dicitur obex, positio obicis, casus impactio pedis, obex in via morū est omne dictum, vel factū minus rectū, ad quod offendi potest spiritualis pes proximi.

Roma. 14.
Ezech. 3.

Exod. 15.

Esai. 1.
Ezech. 6.

Ioan. 1.

Ioan. 7.

Ioan. 15.

Hieron.

proximi. Positio obicis est scandalizantis operatio mala, vel affectio mentis. Casus est impletio peccati, quæ dicitur Scandalum passuum. Si autē manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice abs te. Bonum est tibi, cū vno oculo ad vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Hic docemur, ut prauas euitemus societates, quæ nobis scandalo esse possent. Nam ideo Roboam maximam partem Regni sui amisit, quoniam iniquis adhæsit, eorumque consilium sequutus est, relictis melioribus, & antiquioribus. Vnde Prouerb. 22. dicitur. Noli esse amicus homini irato, nec ambules cum viro furioso, ne fortē discas vias illius, & sumes scādalum animæ tuæ. Et alibi, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam (Vesirise ha de sulibreca) & addit. Bonum est tibi, &c. Significare volens melius esse, ut vel soli, vel cum paucis amicis saluemur, quam cum plurimis perdamur, quemadmodum quisque præstare iudicat manu, vel pede amputato temporalem vitam conseruare, quam illis seruatis totum corpus perdere. Ideo eorum tantum membrorum meminit, quæ bina habemus, ut sunt manus, pes, oculus; quò significaret confortium hominum quæ nobis sunt, velut altera manus, vel pes, vel oculus. Quod si sigillatim per manum, pedem, vel oculum, diuersa intelligere placeat (quoniam Marcus tres de his habet distinctas sententias) per manum intelligi poterunt hi qui nobis, velut collaterales sunt, ut amici, & vxor: per pedem ministri, qui vbiq; nostri causa discurrunt: per oculum Doctores, & magistri. Aut per manum amici, quorum opera vtimur, per pedē, hi quibus innitimur, ut parentes: per oculum, charissimi, ut filij, & vxor. Gregorius verò libro. 6. Moralium, cap. 26. sic explicat. Si oculus vitæ contemplatiuæ nocet, quia non valet summa contemplari, melius est tibi luscum esse, ut intres in coclum, quā cum duobus oculis cadere in infernum. Sunt enim qui addicti contemplationi eorum, quæ assequi nequeūt, in peruersa dogmata cadūt. His melius fuerat, ut vitæ actiuæ mola, qua adstricti in circuitu laboris verterentur, ad eorum collū colligaretur, ut in profundum seculi demergerentur. Hoc itaq; experientia

3. Reg. 12.

Prou. 22.

Eccles. 13.

Gregor.

docet maximē his temporibus, in quibus quāmplurimi, qui volentes alta sapere in maximos errores districti sunt. Quibus latius fuisset alia via perfectionem querere, quam alta conscendentes præcipites ruere. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Hic etiam explicat horum pusillorum dignitatem, quippè qui tanta polleant autoritate apud Patrem, ut pedagogos habeant Angelos, qui semper Dei vultum contemplantur. Nam ut dicitur Sapi. 6. Pusillum, & magnū ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Et Lucas, Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri dare vobis Regnum. Et præterea quia humiles, & pusilli, etsi per se impotentes sint ad vindictam sumendam, & ad se defendendum; tamen habet Angelos, qui eorum causam agūt apud Deum, defertētes, & accusantes apud illos, qui ipsis iniuriam aliquam intulerunt, & scandala obiecerunt. Esse autem Angelos deputatos super res corporeas ad custodiam hominum, docet D. Tho. prima parte. q. 112. & quest. 113. Nam in omnibus rebus, tam humanis, quam naturalibus potestas particularis gubernatur a potestate Regis, vel Imperatoris: & inter Angelos illi, qui superiores sunt natura, & præsent inferioribus, habet scientiam magis vniuersalem, & per vniuersaliores species intelligunt; virtus autem cuiuscunq; corporis est indiuiduata per materiā, & determinata ad hic, & nunc: sed formæ immateriales, quales sunt Angelorū, sunt abolutæ a materia, & intelligibiles: ergo si inferiores Angeli, eò quod habent formas magis particulares, per superiores gubernantur; multo magis corpora per Angelos regi debent. Vnde Aug. 3. de doctrina Christiana, & Gregorius, 4. dialog. docent, quod in hoc mūdo visibili nihil nisi per Creaturam inuisibilem disponi potest. Et quia, ut Gregorius docet, omnia corporalia per spiritualia gubernantur. Videmus enim in corpore hominis omnia membra per oculum gubernari, & oculus spiritualior est inter alios sensus: oculus verò per pupillā regitur, quæ adhuc delicatior, spiritualiorq; est: omnia autem membra per animam, quæ substantia spiritualis est, licet incōpleta: & deniq; ipsa Anima per Angelos, qui completa substantia sunt. Ceterum peculiariter Creatura rationalis, qualis est Homo, custodia Angelorum indiget. Quoniam secundū rationem

De Ange.
lis concio.

Sapien. 6.

Luc. 12.

D. Thom.

August.
Gregor.



diuinæ providentiæ, mobilia, & variabilia, per immobilia gubernantur. Videmus enim corporalia per substantias incorporeales, & immobiles gubernari: nã Angeli sunt Rectores orbis, & corpora inferiora, quæ etiã secundũ substantiam variatur, mouetur per superiora corpora, quæ secundũ substantiam inuariabilia sunt. Imo & nos regulamus conclusiones, in quibus potest esse diuersitas, & variabilitas opinionũ, per principia quæ inuariabiliter tenemur. Affectus autẽ hominis est variabilis, ergo indige inuariabiliter substantiarũ custodia. Sic enim Psal. 90. dicitur. Angelis suis mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. Et Psal. 33. Immittit Angelũ Dñi in circuitu timentiu eũ, & eripiet eos. Quod etiã patet ex capite. 13. Exodi. Et ex Dani. c. 10. & Apoca. 12. & alijs locis. Quod autẽ singulis hominibus singuli Angeli deputentur, & ex providentia Dei colligi potest, cuius executio est custodia Angelorũ. Nã providentia Dei aliter se habet circa res incorruptibiles, quã circa corruptibiles: quia providentia Dei precipue se ostendit erga ea, quæ perpetuo manent, ad alia quippẽ solũ se habet, in quantum ea ordinat ad res perpetuas. Vnde Diuus Hieronymus super hunc locũ ait. Magna est dignitas animarũ, vtynaqueq; habeat ab ortu natiuitatis suæ in custodia sui Angelũ delegatũ. Quod ex alio simili Scripturæ loco colligit. Nã Actuum 12. Cum Rhode puella nutiaret Petrũ stare præ foribus, alijs dicebat Angelũ eius esse. Cũ enim dicuntur quidam Angeli horũ, vel illorũ, significare videtur Angeli, qui illi, vel illi sunt a Deo deputati. Vnde Hiero. super caput vltimũ Blaię ait. Quod autẽ vnusquisq; nostrũ habeat Angelos, multę Scripturæ doceat, e quibus illud est. Nolite contemnere vnum de minimis istis: quia Angeli eorũ videt quotidiẽ faciem Patris mei qui in cœlis est. Et puella Rhode Petrũ Apostolũ nutiãte, alijs Angelũ ipsius esse dicebat. Origenes tamẽ ex hoc loco nõ intelligit, nisi qd iustis solũ Angeli sunt deputati; nã de iustis dicitur xat est hic sermo. Et proponit inquirendũ, an iustis deputentur Angeli a Sacramẽto regenerationis, hoc est, a Baptismo, an ab ortu natiuitatis; quia scilicet eos præuidit Deus fore iustos, & in suũ Regnũ prædestinauit. Sed vsus iã obtinuit, qd a natiuitate hominis deputatur ei vnus Angelus. Ita docet D. Th. in art. 5. huius quæstionis. 113. Nã ea quæ supernaturali: et diuine datur hominĩ, eodẽ est Christianus; a Baptismo ei incipiunt,

Psalm. 90.

Psalm. 33.

Exod. 23.

Dani. 10.

Apoca. 12.

Hieronym.

Actor. 12.

Hierony.

sed ea quæ sunt providentię diuinæ, quæ homini in quãtũ habet naturã rationã obueniunt; ex tũc exhibentur, ex quo nascendo talẽ naturã cõcepit: & tale est beneficiũ custodię, vt dictũ est. Vnde in libro de diligẽdo Deo, citatur illa D. Hieronymi sententia, sic enim habetur caput. 12. Maximũ æstimo, & illud fuisse beneficiũ, qd Angelũ pacis ab ortu natiuitatis meæ, ad me custodiẽdũ vsque ad finẽ meũ mihi dedisti. Vnde quidã Sãctus ait. Magna est dignitas Animarũ, vt quæq; habeat ab ortu natiuitatis suę ad custodiã sui Angelũ delegatũ. Et hæc providentia diuina etiã ad reprobos se extendit: quoniã generalis est. Nam in plura, & grauiora, nonnunquã incidet peccata, & grauius dæmones in eos desequunt, nisi Angelus custos obstaret. Vnde singulis Prouinij Angelos esse deputatos colligunt Sãcti, ex illo Deuter. c. 32. secundũ Septuaginta. Cõstituit fines Gentiũ, secundũ numerũ Angelorũ Dei, sed quoniã peculiaris est quædã Dei providentia circa electos, quos ad æternã vitã præparat; hinc Scripturę peculiariter dicit Angelos mitti in custodia, & protectionem iustorũ. Vnde Theophil. Omnes (inquit) homines, & maximẽ fideles suos Angelos habent. Et D. Chrysost. intelligit, idẽ dictũ de Angelis pusillorũ quod semper videt faciem Dei; vt significetur Angelos eorũ esse excellentiores. Illo enim significari illorum præcipuũ honorẽ. Hinc fortẽ ortum habuit illa multiplicatio deorum apud Gentes, vt alius sit qui in vtero assistat puero, alius qui in cunabulis, alius qui iã puero, alius adolescenti, aut viro, &c. vt Augustinus refert in libro de Ciuitate Dei. Nos tamẽ vnũ, & eudẽ Angelũ ponimur, a natiuitate vsq; ad mortẽ a Deo ad id munus deputatũ. Nã pueri in vtero materno eodẽ Angelo quo mater custodiuntur: quia puer est aliquid matris, sicut fructus in arbore pẽdens est aliquid arboris, vt probabiliter docet. D. Th. ar. 5. ad. 3. argum. Sed qm Euangeliũ hoc in festiuitate S. Michaelis, & sanctorũ Angelorũ canitur, præter ea quæ dicta sunt, est aduertẽdũ, maximẽ cõdecẽs, ac iustũ esse, vt homines, qui peccatores sumus, Angelos veneremur in terris: qm ipsis gaudiũ est in cœlis, super vno peccatore penitentiã agẽte. Secũdo, qm debitores illis maximẽ sumus, præcipue vltimis tribus ordinibus, qui ad custodiã nostri deputati sunt, qm & animas, & corpora nostra magna cura custodiunt, ne in illis ledamur, iuxta id qd ex Psal. 90. citauimus, vbi dicitur, qd Angelis suis

Exod. 32 secundum Septuaginta.

Theophil.

Chrys.

August.

D. Thomã Alia moralitas, seu conuio Angelorum.

Luc. 15.

Psal. 90.

Deus madauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Pedagogi quippẽ noliti sunt, qui in manibus nos portant, ne aliquã læsione accipiamus. Deinde festiuitas, ac celebritas sanctorum Angelorum in Dei gloriam etiã redundat, sicut in gloriã terreni Principis cedit, quod multos ministros habeat, & illos nobiles, atque potentes: nam dicitur in Prouerbij. In multitudine populi dignitas Regis, in paucitate ciuium ignominia Principis. Sic in laudem & gloriã Dei cadit, quod tot millia Angelorum ministrantium sibi habeat, illos tanto decore, ac potestate fulgentes, ita quod quilibet per se multorum annorũ spatia in sui contemplatione requirat, & simul omnes nõquã videantur intellectus cõtemplationem fatiare. Quare Aristoteles qui in beatitudinis verã cognitionem, proprius ad veritatẽ accessit: perfectã beatitudinem collocauit in contemplatione substantiarum separatarum, sic existimãs illas esse tot perfectionibus, ac virtutibus refertas, vt in æternum possent animam in sui contemplatione beatam, ac lætã continere. Ioan. in Apoca. scribit se vidisse Angelũ Domini sic gloria, decore, ac chritate circũdatum, vt exillimaret illum esse Deum, & idẽ illam voluisse adorare; nisi ab ipsomet Angelo prohibitus fuisset, vt innotescat quanta sit Angelorum claritas, ac species. Si enim tam decori sunt serui, quanta erit eorum Domini gloria, ac pulchritudo? Accedit ad hoc, quod cum ipsi sine requie, ac sine in Dei laudibus occupatur Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth proclamantes; iustum est, vt nos aliquando in eorum occupemur laudibus. Nam ipsi laudantes Deum, nostros in hoc defectus suppleat, cum peccatores simus, & non sit speciosa laus in ore peccatoris. Ceterũ opera quæ boni Angeli fecerunt, quibus beatitudinem quam modõ possidet meruerunt, secretẽ in hoc Euangelio tãgitur. Nã volo vos scire, fratres beatitudinẽ mercedis, ac præmij locum obtinere: præmium autẽ, aut merces, nisi pro aliquo merito non datur: quare nulla creatura pura hanc possidet beatitudinem, nisi prius aliquo actũ eam meruerit. Et Arist. dixit, beatitudinem esse præmium virtutis. Quæ autẽ fuerit hæc operatio bonorum Angelorum, qua tantam felicitatem meruerint, in hoc Euangelio secretẽ ostenditur. Nam cum ad Discipulorũ quæstionem Dominus paruulum in medio

Prou. 14.

Aristot.

Apoc. 19.

Eccles. 15.

Aristot.

eorum stauisset, ostẽdens oportere nos paruulos & humiles fieri, de his loquens, mentionẽ sanctorũ Angelorũ facit dicens, quod Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris; tacitẽ insinuare videtur hanc fuisse bonorum Angelorũ virtutẽ, nempe humilitatem, qua faciem Dei meruerunt videre, sicut & malorum fuit superbia. Pro quo scire oportet ex Diui Thomæ doctrina, in prima parte, quod a principio, quando Deus cœlũ & terram creauit, omnia hæc loca habitatoribus repleuit, nam terrã, plantis, ac animalibus; aquas, piscibus; ærem auibus, cœlos, stellis, alios Sole, aut Luna, aut alijs planetis adimpleuit; empyreum verõ cœlũ, quod pro curia sua elegit, Angelicis spiritibus repleuit, qui altiores gradus ceteris terrenis creaturis sunt. Et sicut hominẽ in terrestri Paradiso cõdidit, secundũ aliquorũ opinionẽ, sic & Angelos in cœlesti. Nam sicut Paradisus terrestris est optimus locus terræ, & idẽ in illo posuit hominẽ qui ceteris terrenis præest; sic empyreum cœlum melior est locus cœlorum, in quo & perfectiorem creaturam, qualis est spiritalis, collocauit. Et sicut inter animalia diuersæ species reperitur alia alijs perfectiores, sic inter Angelos contingit. Ipse illos optimis refertos virtutibus creauit, licet inter illos alius alio excellentior sit, quilibet tamen in sua specie perfectissimus est. Sed inter ceteros, vnũ omnibus præstantem condidit. De quo Prophe- Ezech. 28. te dicere solent, plenum esse pretiosissimis margaritis, ad insinuãdas clarissimas perfectiones, ac virtutes, quæ in eo fulgebant. Quod si D. Thomæ credimus, Angelus, quãto maior est in naturalibus, tantõ in supernaturalibus perfectior fuit, ita qd Angelus beator in gloria, in perfectionibus naturalibus etiã præeminẽtiõr est. Quoniã sicut videmus artificem operis lapidem delicatius, ac accuratius quã alios polire; ex eo colligimur in meliori loco adificij se velle illũ collocare ad maiore eius pulchritudinẽ. Sic omniũ artifex Deus Angelũ illũ, in quo plures virtutes naturales collocauerat, & manũ suã in eo delicatius posuerat, ad maiore etiã gloriã elegit; & in meliori loco collocare illũ instituit, vt sic pulchritudo ei perfectiõr cõstaret: cũ supernaturalia dona in naturalibus fundentur. Præcipue qd in Angelis, nec erat caro, nec impedimentũ aliud, quominus totis suis viribus naturalibus, antequam beateretur, ferrentur in Deum, sicut in homine plura impediunt, ne toto suo conatu feratur in

Ezech. 28.

simile.

in Deū. Quare ratione inter homines, nō qui perfectior in naturalibus est, in supernaturalibus etiā excellentior erit: in Angelis autē quā tale obstaculū nō erat, toto suo conatu quā uehebatur in Deū. Quare, qui maiores habuit vires naturales, fortiori vi ad Deū se cōuertit, ac ideō eminentiōrē locum in gloria obtinet. Huic autē doctrinē ex eodē Doctore addēdū est, Angelos, ac homines creasse Deū in sua amicitia, ac gratia: quoniā cū illos beatitudinis cōpotes cōdidisset; oportuit ut ipsa principia, quibus talē finē adepturi erant, simul pręstitisset. Sic enim, & a principio orbis cōditū, fecit Deus cum omnibus vegetabilibus; virtutē simul cū eorū esse cōtulit, qua suos fines adipisci valerēt. Nā sicut dicitur Genes. 1. Germinet terra herbā virē tē, & facientē fructū, cuius semē in semet ipsa sit super terrā. Vbi & Aug. docet omnibus rebus suā virtutē contulisse Deū, qua suos possent allequi fines. Quare cū Angelos ad beatitudinem adipiscendā creasset, etiā si finis iste omnes vires naturales superet; tñ cōdecens fuit, vt simul illis infudisset mediā, quibus talē cōsequerētur finē. Hęc autē sunt gratia, & charitas, & ceterā virtutes per se infusæ. Igitur ex his fundamentis meā faciliē capietis doctrinā. Creauit Deus vnū Angelū pręstatiōrē ceteris, tā in bonis naturalibus, quam in gratiis, vt sic & perfectius per fidē agnosceret Deū, & feruētius per charitatē ferretur in illū. Ille tamē cōtrarium fecit. Nam cū se tanta perfectione constantem vidisset, cum eam protinus referre deberet in Deū, in sui ipsius cōtēplatione, & amore potius constitit. Et intelligens per fidē, quod soli Deo debebatur beatitudo absq; merito, visum sibi fuit iustū, vt sibi etiā propter se beatitudo deberetur, & quod per semetipsum proprijs viribus deberet eam adipisci, nec aliud ab eo debere exigi, quam naturalis perfectio, ac vis. Et hoc est, quod dicitur voluisse esse sicut Deus, cū dixit, Ascendam in cœlum, sicut ero Altissimo. Non cōcupiuit esse Deum (hoc enim satis sibi cōstabat impossibile esse, nec in Angelo sapiētissimo tā crassa ignorantia potuit eadere) nec minus optauit non esse subditus Deo (hoc enim fuisset desiderare se nō esse, cū optinē nō esset nullā creaturam subsistere posse, nisi sub potētī manu Dei) sed id sibi persuasit, quod deberet ipse suis naturalibus virib; adipisci, id quod sine speciali, ac supernaturali Dei auxilio cōsequi nō valebat. Hoc autē solius Dei proprium

Genes. 1.
August.

Esai. 14.

est, cui beatitudo, ac felicitas sua naturalissima est. Sic in sui cōtēplatione se immergit, tantumque sibi ipsi placuit, vt gratiā Dei, quasi superflua sibi vilipēdio haberet, sibiq; dari voluit beatitudinē ob sua naturalia, sicut & Deo propter seipsum debita est. Id enim est, qđ B. Anselmus dixit, qđ Angelus appetiuit id, ad quod peruenisset, si stetit. Desiderauit enim beatitudinē, quā cōsecutus fuisset, si modū in appetēdo seruasset. Hoc ergo fuit mali Angeli peccatū, & eorū qui illū in peccato secuti sunt. E regione vero sanctorum Angelorum virtus humilitas fuit, sicut in beato Archangelo Michaele visum est, & in ceteris qui illū secuti sunt. Ipse enim cum dracone pugnas debellauit eum, & a cœlo deterruit, sicut Ioan. in Apocal. ait. Factū est prælium magnū in cœlo, Michaele & Angeli eius prælīabatur cū dracone, & nō valuerunt, nec locus eorum inuentus est amplius in cœlo. Cōsiderauerūt quidē hi facti Angeli pulchritudinem suā, sed enim in Creatorē suū mox reulerunt, nec sibi ipsis placuerūt, sed ad cōditōrē suū totis suis virib; sūt reuersi. Hic em lud; inter Deū, & hūmili accidere solet, similis lusui globi correa cœi. Nā cū ad te ab altero cū quo ludis, mittitur globulus, teneris ptinus illū ad eū qui misit referre. Nā si vel tātillū in manu detines, iā tibi ad defectū imputatur, qui dicitur (calētar la pelota) & super funem, aut lineā signatā debes illū referre. Nā si in aliqua re offendit, perdidisti ludū. Sic humilis mox vt beneficiū aliquod a Deo accepit, ad illum referre saragit, nec sibi de eo placere vult, ne defectū in hoc ludo faciat, & nec sibi, aut suis virib; tribuit, ne in aliqua re creata offēdat, & etiā ad defectū imputetur sibi. Sed omnia creata transcendēs super omnia Deo gratias refert, tāquā bonorū omniū author. sic enim & Iob dicebat. Si vidi Solē cū fulgeret, & Lunā incedentē clarē. Hoc est, nec in bonis spiritualibus, quæ per Solē, nec in tēporalibus, quæ per Lunā significātur, superbiui. Si osculatus sum manum meam ore meo, Hoc est, nō mihi retuli gratiā, sed Deo. More hominū loquēs, qui ob beneficia ab alio accepta eius manus deosculantur. Vel nō deosculatus sum manum meā ore meo, hoc est, nō me adorauī, sed Deū. Mos enim antiquis fuit, osculando manum propriam alterum adorare. Quod est iniquitas maxima, & negatio cōtra Deum altissimū. Deū enim omniū bonorū authorē negare videtur, qui sibi ea quæ sunt Dei tribuere ausus fuerit.

Anselm;

Apoc. 12.

simile;

Iob. 31.

fuerit. Quid enim habes quod nō accepisti? ait Paulus, si ergo nihil habes, quid gloriaris, quasi non acceperis? igitur mali statim puniti fuerūt, sicut & boni cōfestim premiati. Nec enim opus erat lōgius tempus expectare: qm Angeli inflexibiles sunt, immobiliterq; apprehendunt, nec vnquā a sententia semel accepta recedūt: quare non opus erat illos expectare, cū nec mali vnquā ad pœnitentiā reuocādi essent, nec boni a sua prima sentētia retrocedere possint; sicut homines qui cū veritabilis arbitrij simus, faciliē a bono in malū, & e contra trāsimus. Quare nobis cōuenit, vt indutiā dētur, quibus ad meliōrē frugē conuerti possimus. Hęc ergo est festiuitas Angelorum, in qua licet B. Michaele festiuitas celebretur precipuē; non ideō fit quod ipse sit inter omnes Angelos maior, solūmodo enim pręstet illis, qui sunt administratorij spiritus, in ministeriū missi ppter eos qui hęc hereditatē capiūt salutis. Sunt enim nouē Angelorū ordines, vt nos docet Ecclesia. Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubin quoq; atq; Seraphin, inter quos ordines primi dūtaxat huic mūdo deputātur. Angeli qui curam hominū gerunt, in particulari vnus vni deputatus, vt diximus. Archangeli, qui toti vni cōmunitati pręstunt, vel populo, vel collegio, vel monasterio. Principatus curā gerunt vnus Prouincia, vel Regni, inter quos Michaele principatū obtinet, vt Daniel. 10. habetur, vbi dicitur. Ecce Michaele vnus de principibus venit ad ad me. Hoc est, maior inter Principatus, licet super se alios ordines habeat, neimpē Potestates, Virtutes, &c. Sed qm ex his tribus ordinib; tot beneficia homines accepim; quibus & Michaele pręstet; ideō illum, & illos in Angelorum festiuitate celebramus. Quapropter in Hymno dicitur. Collaudamus venerātes omnes cœli milites, sed precipuē Primatem cœlestis exercitus Michaelem in virtute conterentē Zabulum. Est enim velati Capitaneus, & Dux illorū Angelorum, qui sunt milites custodientes, & pugnātes pro nobis. Sumus namq; nos oues, Christus Princeps pastorum, Angeli Pastores minores, qui nos a lupis, & leonibus protegūt, & veluti canes, bestias arcent. Omnes enim sunt administratorij spiritus, missi in ministeriū, propter eos qui hęc hereditatē capiūt salutis. Sūt etiā multi. Nā author nature ea quæ sunt perfectiora in natura, in numero etiā multiplicauit, sicut & corpora cœlestia, quæ perfectiora sunt terrenis; ideō & maiora etiā in quātitate sūt. Sic & An-

1. Cor. 4.

Hebr. 8.

Dan. 10.

Hebr. 1.

Iob. 25.

geli, quia perfectioris sunt nature plures ceteris speciebus sunt. Vnde & scriptū est. Nō est numerus militū eius. Atq; plures remāserūt, quā ceciderūt: qm in hisquæ carnis impedimēta nō habent, plures sunt qui cōsequūtur finem suū, quā qui ab eo deficiūt. Sic & Daniel ait. Millia millium ministrabāt ei, & decies centena millia assistebant illi. Ij sunt illi viri fortissimi, qui lectulum Salomonis, hoc est, Ecclesiā ambiūt, ad bella doctissimi, dæmonijs potētiores: quippe quos a nobis arcēt, ac propellūt, nā & Gabriel Dei fortitudo nūcupatur. Ij sunt custodes positi super muros Hierusalem, qui die, ac nocte non tacent. Et plures sunt quā dæmones, vt diximus; nā & Heliseus dixit puero suo, Plures nobiscum sunt, quā cū illis, cui & ostendit multos currus igneos custodientes ciuitatem. Hi autem Angeli erāt, cū scriptū sit, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammā ignis. Sunt autem potentissimi & fortes, nam vnus illorū cētum octoginta millia virorū vna nocte interfecit ex exercitu Senacherib. Et vnus solus omnia primogenita occidit in terra Egypti; quāo magis plures simul. Quare ex hoc fiducia magnam accipere debemus, vt nō timeamus diaboli potētīā, aut immīnētīā quæq; mala, tales custodes habētes. Et vt magis cōfidamus orationes nostras Deo, & Sanctis eius cōmendari, sicut eas p Angelos Deo pręsentari, & offerri docet Scriptura. Quid ergo erit cœlestem illā Hierusalem, tot illustribus ciuib; ac incolis habitatā, ac Sacrum illud Palatiū, tot ministris abūdās intueri? Qui nullatenus, nec per momētū a Dei sacris ministerijs deficiūt, semper Deo summas canentes laudes. Ibi Seraphin ardēt, Cherubin luēt, discurrūt Virtutes, Dominationes imperāt, gubernāt Potestates, Throni fulgurāt, Archangeli ordināt, ministrāt Angeli, deniq; omnes absq; vnus momēti cēssatione in suis integri ministerijs persstāt, atq; officio suo absq; vlla defectiōne quiescūt; incūbit. Quod si Regina Sabā tātā in admirationē rapta est, ordinē ac habit; ministrorū Salomonis cōspiciēs quātā nobis admiratio erit, ac stupor, cū tot millia ministrorū sine cēssatione vacatiū Deo cōspexerimus. Quorū freti auxilio, vtinā ad cœlestia redam; animos. Ceterū id qđ dicitur, Angelos semper videre faciē Dei, sic intelligēdū est. Quod Angeli etiā cū non sunt in cœlo, sed ad nos missi; nō carēt beatifica Dei cōtēplatione, sed vbiq; sint Dei persstruuntur clara visione, atq; ratione talis cōtēplationis dicūtur esse in cœlo. Vnde Gregorius libro

Dan. 7.

Cant. 6.

Esai. 62.

4. Reg. 6.

Psal. 103.

Tob. 12.

3. Reg. 10.

Gregor. libro

Euangelium secundum Matth.

libro. 2. Moral. c. 2. ait. Et facie ergo Patris se-
per videt, & tamē ad nos veniunt: quia & ad
nos spiritali presentia foras exeūt, & tamen
ibi se vidē recesserāt per internā contempla-
tione seruat. Nunc ad literā redeamus. *Enit-
entia filius hominis saluare quod perierat.* Adhuc
aliam humiliū dignitatē hic addit Dñs. Nam
non solū Angelos istis pusillis deputauit ad
custodiā, verū etiā ipse filius hominis ad illos
saluādos venit. Ac si diceret. Si ego filius ho-
minis veni, vt saluē quod perierat, proindē
qui meus esse voluerit cauere debet, ne quod
ego saluauit, aut saluū volui, ipse rursum per-
dat. Simili enim ratione, & Paulus vsus est,
vt nos a scādalis dehortaretur, dicens ad Ro-
man. 14. Noli cibo tuo illū perdere, pro quo
Christus mortuus est. Et 1. Cor. 8. Et peribit
in tua cōsciētia frater, pro quo Christus mor-
tuus est. Sic autē peccātes in fratres, & percu-
tiētes cōsciētiā eorum infirmā, in Christum
peccatis. Hinc vides, vnde x̄stimā dus sit Chri-
stianus, nō ē diuitijs, aut sapiētia, alijsq; exter-
nis, sed quod Angelos custodes habet, quod
etiā Filius Dei propter eūdem venerit, quod
& Pater Cœlestis eius curā habet. Hæc enim
sunt quæ in Christiano cōsiderare debes. Nā
& Patrem, & Filium, & Angelos offendis, cū
fratrē tuū, vel minimū scandalizas. Hoc igitur
vult Christus, si tibi occurrerit Christianus,
qui auxiliij tui indigeat, noli attendere
humilem ipsius speciem externā, sed atten-
das quæ modo dixi, & nisi saxo durior sis ad
misericordiā præstandam fleēteris. E contra
si iræ, vel vindictæ cupiditas incitat te, vt
proximo malum inferas, noli attendere illam
humilem proximi conditionem, sed cogita
diligenter quis sit quem offendere paras, nē-
pē hic, cui Angeli seruiūt, propter quē Chri-
stus venit, quē Deus ipse curat, illudq; perpe-
tuū mēti imprime. Qui vos tangit, tangit pu-
pillā oculi mei, & si aliquid tibi est diuini ti-
moris, abstinebis ab iniuria pximi. Itaq; Sū-
ma huius textus est, fideles sūmo in pretio ha-
bēdos, vt quibus nedū Angeli, sed Deus ipse
minister: nec alia cautā est, quod Apostoli tā-
ta promptitudine fidelium commoditatibus
seruiēūt, ac pro eorū salute, nil non malorū
sustinuerunt, quā quod viderunt ipsos etiā
Angelos, imō & Christū ipsum fidelibus ser-
uire. *Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum
aites, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit no-
naginta nouem in deserto, & vadit querere eam
quæ errauit? Et si contigerit, vt inueniat eā, amē
dico vobis quia gaudebit super eam, magis quā
super nonaginta nouem, quæ non errauerunt. Sic*

Rem. 14.
1. Cor. 8.

Zachar. 2.

non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis
est, vt pereat vnus ex pusillis istis. Ex hac conclu-
sione patet ad quid Dñs hæc parabolā addu-
xerit, nēpē, quanta cura Deo sit vnus tātū
pusilli salus. Ob quod cauendum ab eorum
scandalo. Nā tanta cura Deus satagit perdi-
tas oues ad caulas reuocare, sicut pastor qui
ouem perditam, & errantem querit, eaque
inuenta maximo gaudio afficitur. Cæterum
quod hic dicitur quis gaudere super vna oue
reperita, magis quā super nonaginta nouē sal-
uis; intelligendū est de maiori gaudio actua-
li. Certum em̄ est maius esse gaudiū habitua-
le super pluribus, quā vna. Sed qm̄ de recentē
bono nouū, & actuale est gaudiū; magis gau-
dere dicitur super vna, quā super pluribus.
Sed qm̄ in Commentarijs nostris super Psal-
m. 118. super versū vltimū vltimi octonarij, Erra-
ui sicut ouis quæ perierat, plurima de hac pa-
rabola diximus, idē illuc remittentes lectō-
rem, nec repetere ea, nec plura addere modō
in animo est. Ad alia ergo transeamus. *Si autē
peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum,
inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus
eris fratrem tuum, si autem te nō audierit, adhibe
tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel
 trium testium stet omne verbum. Quod si non au-
dierit eos, dic Ecclesia. si autem Ecclesiam non
audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.*
Hactenus humiles multiplici ratione cōmen-
dauit, modō extendit doctrinā respectu fra-
trū peccātiū. Scire enim oportet qualiter
cū fratribus errātibz nos gerere debeamus.
Postquā enim docuit, te non peccare in fratrē
tuū, te aduersus illum per superbiam eleuādo,
nec scandalizādo illum, aut despiciendo, mo-
dō docet qualiter te habere debeas, si frater
tuus peccauerit. In te, ait, ad differentiā pec-
cati in alium. Nam peccatum cōtra te, tuum
est condemnare, & accusare. Vel in te, id est
coram te, vel sciente te. Tunc enim, quia scā-
dalizat te, peccare videtur in te frater tuus. Ad
differentiā Ethnicorum, quorum correctio nō
speratur, licet secundū se correctio fraterna
ad omnes se extēdat, qm̄ actus charitatis est,
quæ etiā inimicos cōprehendit. Per accidens
autē, si eorum correctio nō speratur, quod re-
gulariter ita est, nō tenebimur corripere il-
los. Et etiā dicitur frater ad differentiā patris,
contra quē nō licet processum hunc fraterne
correctionis prosequi, vt hic docet Caietanus.
Nec enim fas est, nec corā testibus, nec corā
Ecclesia proprium conuenire parentē. *Vade,*
Nō expectādo scilicet, vt ille ad te veniat, vel
obuius tibi sit, sed tu potius, vade ad quæren-
dum

Caietanus


Cap. XVIII.

dum etiam. *Et corripe eum.* Non sat est quod in-
indulgeas illi iniuriā, & beneuolē te cum illo
habeas, sed oportet etiā, vt salutē animæ illi
queras, correctionis fraternæ adhibēdo ver-
ba. Vbi aduertēdū est, quod quia præceptū
hoc est affirmatiuū, obligat pro loco, & tēpo-
re. Et propterea, tunc intelligitur exequen-
dū, quādō creditur opus esse ad salutē fratris.
Inter te, & ipsum solum. Vt ex modo hoc monē
di colligat frater, te illius salutem expetere.
Si enim corā alijs corripes, iam vel ipsi sunt
apud alios infamati, aut de eo te vindictam
sumere velle existimaret. Sed cū secretō
illum admones, verbis pacificis, & beneuolis,
quid aliud quā charitatis tuæ erga eum opus
poterit suspicari. *Si te audierit,* pœnitēdo scilicet.
Vbi ostēditur nō oportere nos esse cer-
tos, q̄ frater noster emendabitur, aut q̄ fru-
ctiuosa erit nostra admonitio; sed etiam, si de
hoc dubitemus: id enim insinuat Dominus
cū dixit. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.*
Vt illius salutem tuū lucrū estimes, ac non
secus ac tuum magnum lucrū putes, & de
illo gaudeas. Ideo quippē Paulus eos quos cō-
uerterat, gaudium suum, gloriam, ac diuitias
nuncupabat. *Si te non audierit, adhibe tecum
adhuc vnum, vel duos testes.* Sicut qui corre-
ptionem fraternā est facturū debet esse talis,
qui possit esse utilis, & cui fides adhiberi
possit; sic testes, qui adhibendi sunt, tales o-
portet vt sint, qui honorē fratris tui maximi
x̄stimēt, & de quibz frater nō possit malū a-
liquod aduersū te suspicari. Cū enim hic or-
do charitatis potius quā iustitiæ sit; maximē ad
bonum proximi attendendum est, ne villo mo-
do ledatur, vel quā minimo detrimento suo
fiat. *Vt in ore duorum, vel trium testium stet om-
ne verbum.* Nam ad duo hi testes viles erunt.
Ad salutē fratris, qui forsan corā testibus ad-
monitus respiciet, vel ad hoc, quod bono pu-
blico consulatur, si ille non fuerit correctus,
procedendo cū illis testibus corā Ecclesiæ iu-
dicio, pro communi fratris, & aliorum bono.
Quod si nō audierit eos. Hinc clarē constat, te-
stes ad correctionis actum induci, *Dic Eccle-
sia.* Nec ratio, nec vsus suadet congregandam
esse Ecclesiam ad corrigēdum fratrē impœ-
nitentem solius peccati in me cōmissi, sed tā-
ratio, quā vetustissimus mos habet, vt dicatur
capiti Ecclesiæ, ac per hoc appellatione Ec-
clesiæ hoc in loco, non solū Ecclesia non
Acephala, sed etiā prælatus Ecclesiæ, qui ordi-
narius index est impœnitentis intelligitur.
Si autem Ecclesiam non audierit. Nam si eā au-
dierit, & fratri, & Ecclesiæ sit satis, si frater
pœnitet, & respiciat. Si autē Ecclesiam nō

luerit audire, sit tibi sicut Ethnicus & publi-
canus. Hoc est, sicut Gētilis, qui inter credē-
tes in Deum non computatur, & Publicanus
infame hominum genus apud fideles. Nā iam
trina monitio præcessit à te solo, à testibus, ab
Ecclesia, & idē iā ex cōmunicari poterit: sed
de hac materia vidēdus est. D. Tho. 2. 2. q. 33.

D. Thom.
Moralitas,
scu concio
de corre-
ptione fra-
terna.
Nunc iam ad altiora ascendamus. Prelen-
sentis Euangelij doctrina, fratres charissimi,
quātō Christiano homini propissima est (vt
potē, cuius professio, & munus leges charita-
tis sunt) tantō longior ab ea in expositione
ipsa abest. Et quamuis ego existimē hoc præ-
cipuē ex paruitate charitatis, qua nos inuicē
diligimus, ortum habere, & quia non multū
estimamus damnum spirituale proximorum,
nec illos animæ occultos languores corpora-
libz morbis præponere nouimus; ac idē nō
ita compatimur animæ vulneribus, sicut cor-
poris langoribus; sed tamen id & iam in cau-
sa esse existimo, quod verbi Dei prædicato-
res, ac cōfessores, nō id fidelibus intimamus.
Et tamen deberemus esse eorū excitatores,
qui curis terrenis occupati horum omnium
obliuiscuntur, nisi frequenter eorum memori-
am excitemus. Verū est, quod materia hæc
per totū anni cursum nō occurrit, nisi in vna
Feria tertia in Quadragesima, in qua Euan-
gelium hoc recitatur. Vnde Dominus huius
mādati nos memores esse voluit. Dico quod
Dominus hoc præceptum ad memoriam re-
uocauit: quoniā illud naturæ præceptū erat,
sed oblitum, sicut & multa alia. Tamen cū
Christus Dominus tanquā Sol in hunc mun-
dum venerit, vt obliuioni tradita illustraret,
& prauē intellectu in verum sensum manife-
staret; voluit hodiē ex proposito docere il-
lud, & dixit. *Si peccauerit in te frater tuus, cor-
ripe illum inter te, & ipsum solum.* Ad cuius in-
tellectum notandum, quod homo potest con-
siderari, vel tanquam singularis persona, vel
tāquam huius corporis communis membrū,
vt Paulus docet. Cum ergo homo peccat, vel
contra seipsum peccat, vt potē cōtra rectum
proprie rationis vsū, & quia membrū huius cō-
munis corporis est, cōtra ipsam etiā cōmuni-
tatē delinquit, sicut qui lædit digitū, & ipsi
digito dānū infert, qm̄ nō ita bene se habet, cū
sit extra suā naturāle dispositionē, & toti cor-
pori, cui nō ita cōmodē læsus digitus officiū
præstat, sicut cū sanus erat. Quare Chirurgus
vel Medicus, cū digitū illū læsum curant, nō
solū quid illi cōferat, sed quid etiā toti corpo-
ri respicere debet. Nā tales digito possēt ap-
plicare medicinas, quæ & si vlnus illius sa-
narēt, toti tamē corpori officerent. Cū igitur
homo

simile.



homo peccator; & in se, & in bonū cōmune delinquat (nā & sibi nocet, cū per peccatū à sua naturali dispositione recedit, quā est secundū rectā rationē agere: & in publica cōmoda etiā peccat, qm̄ malus civis, nō sic prodest reipub. ac bonus) duabus etiā medicinis eget, altera quē malū illud curet, in quātū officit bono cōmuni, altera quā illi medeatur in quātū sibi ipsi nocet. Et in quātū est cōtra suū propriū bonū, medetur illi per correctionem fraternā, qm̄ ex charitate illū corrigo, vt emēdetur. In quātū est cōtra bonū cōmune medicina est accusatio, & denuntiatio, quā illū ante iudicē cōuenio, vt in illū cōmunē vindictā exerccat. Quare maximē hęc inter se differūt ex parte finis. Nā finis correctionis fraternæ est correctio proximi particularis, vt à suis defectibus cesset, quod hic explicat Dñs dicens: *si te audierit, lucratus eris fratri tuū.* Finis autē accusationis, aut denuntiationis, potius est bonū publicum, vt & reipublicæ fiat satis, contra quā fur, vel hæreticus deliquerūt, & cæteri timorē habeant, ne huiusmodi facinora cōmittāt. Quod Paul. docet. Peccantes corā omnibus argue: vt & cæteri timorē habeant. Quare hęc debet esse scelerū publicorū, illa & occultorū. Hinc sequitur aliud discrimē, differūt enim in genere virtutis: hic enim est actus iustitię, ille charitatis, quę est propria Christiani hominis virtus. His suppositis, asserimus, qd correctio fraternā primū est præceptū iuris naturalis, quod omnes generaliter obligat. Homo quippē inter cetera animalia politicum, ac sociabile est, quod cōmunes reipublicas cōstituit, & non sicut cetera animalia, quę nō verbis, quę conceptū animi explicēt, sed vocibus dumtaxat suas affectiones sibi inuicē exprimunt: homines autē verbis animi cōceptiones exprimentes, monitis, ac rationibus inter se vitam agunt, & vnus alterum docet, atq; gubernat. Quod autē hoc præceptū sit naturalis iuris ex hoc cōstat, quod inter Gētiles in vsu fuit. Cicero quippē in libro de Amicitia docet, quod amici se inuicē corrigere debeant, atq; monere. Quod sententia Catonis cōfirmat dicētis, aliquando vtiliores esse inimicos, quā amicos. Illi enim minis à nostris vitijs nos deterrēt, quod amicus nō facit corrigēdo. Et Seneca in suis Prouerbijs ait, Vicia si feras, facis tua. Idē. Etiā cōsuetā vitia feruamus, nisi reprehēdiā. Vnde Plutarchus in libro de differētia amici, & adulatoris, ait. Nihil est tam propriū amici, quā de defectibus arguere. Hinc & antiquū illud prouerbiū dimanauit, Amicus speculū. Nā sicut speculū absque lo-

1. Tim. 3.

Seneca.

simile.

quela, si me in ipsū circūspicio, admonet me, vel macula, vel fæditatis alicuius, sic amicus corrigēdo me meorū defectū aduertit. Quare se inuicē, quasi in speculo amici circūspicere debēt, vt quos in alio errore, aut negligētias aspexerit moneant. Quod fortē nobis significare voluerūt duo illi Cherubin, qui in tēplo erāt mutuo se circūspiciētēs, & arcā Testamētī in medio tenētēs: qm̄ amici vn⁹ ad alterū attētē circūspicere debet, si legē, ac Testamētū Dei obseruet, & inuicē se corrigāt, ac emēdēt. Quod etiā adūbrabant animalia illa sancta, quā alis suis alterum alterū percūtebat: qm̄ iusti inter se, alter alterū correctione fraterna ferit. Scriptū quippē est. Ferrū ferro exacuitur: sic homo hominē corrigēdo exacuit. Sed qm̄ hoc præceptū charitatis est, ad nouā legē etiā pertinet, in qua omnia præcepta charitatis sūt. Nā vt Paul⁹ docet. Omnes in vno spiritu, omnes in vno corpore baptizati sumus, ita qd vnū mysticū corpus cōstitui-mus omnes fideles, cuius caput est Christus, Nos autem singuli alter alterius mēbra, & vnōque vegetamur spiritu, sicut mēbra corporis, nēpē illo qui charitatis est: qm̄ charitas est anima omniū virtutū. Sicut enim in corpore naturali manus stomacho deseruiūt vehēdo cibū, & ministrādo illi, stomach⁹ autē manibus ministrat illas suo cibo digesto alēdo, pedes oculos sustinēt, oculi pedes illumināt, ne offēdāt. Sic in isto corpore mystico, pauper diuiti debet ministrare, diues verō debet pauperē alere. potētes, ac fortes, debiles sustinere tenētūr. Illi qui oculorū officii agunt, quales sunt sapiētēs, & Doctores, ignorantēs docere debēt, sicut & antiqua Græcorū historie narrāt, Quod duo amici, quorū alter erat cecus, alter claudus, cæc⁹ claudū super humeros ferebat, claud⁹ verō cæci vestigia illuminabat, illi vias ac pericula quæ oculus cernebat lingua sua ostēdēdo. Sic ergo in ista Christiana republīca, ita debemus alter alteri officii oculorum præstare. Nā vt dicitur in Prouerbio Hispano. *Mas veen quatro ojos que dos.* Nec enim nobis solis nati sumus, verū etiā proximis. Ait quippē Cicero. 1. lib. de Officijs. Præclarē scriptū est à Platone. Nō nobis solis nati sumus, ortusq; nostri partē patria vindicat, partē parētēs, partē amici. Atq; vt placet Stoicis, quę in terris gignūtur ad vsū hominis omnia creati, homines verō hominū causa esse genitos, vt ipsi inter se, alius alij prodesse possit. Et Spiritus sanctus per Salamonē ait. Vnicuiq; mādauit Deus de proximo suo. Qui autē hoc mādātū negligūt, nō Christū Dñm sed pessimū fratricidā Cain imitantur, qui malorum

3. Reg. 6.

Pro. 27.

1. Cor. 12.

simile.

Cicero.

Eccles. 17.

Genes. 4. caput

caput dicitur. Postquā enim iniquē occiderat Abel fratrem suū interrogat⁹ à Dño, Vbi est Abel frater tuus? respōdit. Nescio Dñe: Nūquid custos fratris mei ego sum? Ita Custos debes esse fratris tui, nili quod hoc impius Cain, & eius sequaces non intelligunt. Ethoc quod sit præceptū diuinum, ex ipsa verborū consequētia in hoc loco colligitur. Nā postquā Dñs magnificis verbis dixerat, in quātō pretio apud ipsum essent animę nostræ, & quod reliquit nonaginta nouē oues in deserto, vtvnam perditā recuperaret, tan taq; cura, ac labore eam quæsiuisset; cōclufit ac dixit. Sic non est voluntas antē Patrem vestrū qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis, atq; protinus intulit dicens: Si autem peccauerit in te frater tuus, corripere eum inter te, & ipsum solum. Ac si diceret: Hęc est Patris mei voluntas, vt eam curam quam ego habui ad saluandas animas, talem habeat vnusquisq; de proximo suo, ne anima eius pereat. Et sicut ego mandatum habui à Patre meo, vt homines perditos lucrificarem; sic vnusquisq; vestrum curare debet, vt lucreretur fratrem suum. Si igitur generale præceptum est omnes obligas ad mortale, oportet scire quomodo, & quādo obliget. Ad quod generali quadā doctrinā respondebimus, cum singularia non cadant sub scientia. Primum omne peccatum mortale est materia huius præcepti: quia per mortale verē perditur frater, & si corrigis illum, lucraris. De peccatis autem venialibus nō teneor corrigere: quoniam per illa non perditur frater, nisi quando ex veniali possem colligere periculum probabile peccandi mortaliter. Vt si iuuenem lasciuum viderim ingredientem domum alicuius meretricis, vel alterius periculosa mulieris. Secundō debet esse peccatum occultum, hoc enim verba ipsa sonāt, cum dicitur, Si peccauerit in te, vt iam explicuimus. Occultum autem in præsentiarum dicimus, quod testibus probari non potest, ita quod faciāt fidem: & peccatū hoc modo occultū nō est materia alterius iudicij nisi correctionis fraternæ dumtaxat, ita qd nulli dicere possum, nec iudici, nec prælato. Non disputo modō, an sint aliqua peccata tā nocua bono cōmuni, & tā perniciofa, vt absq; hac correctione, publice potestati, aut prælato denuntianda sint: quoniam hoc altioris est disputationis, sed ea dumtaxat hic docere intendo, quæ cōmuniora sunt. Etiā in præsentē dicit occultum id quod nec publicū est, nec notorium.

Tom. II.

hoc est, quod & si testibus probari possit si ad iudicium deferretur; tamen nec probatum est, nec ad iudiciū delatum, nec publica sententia declaratum. Et hoc etiā est materia correctionis fraternæ, licet non solius, sed etiam denunciationis, & accusationis. Possent enim talia scelera in iudiciū differri. Tertio debet esse peccatum præsens, nō quod iam præteritum est & emendatū: nam si iam correctus est frater, superflua est tua correctio. Non est perditus, quomodo tu illum lucrari vis? Verū est, qd si præsens malum sit leue, tamē timetur maius dānum in futurum; teneris tunc illi malo maiori quantum in te fuerit obuiare: vt si illum leuiter iratum vides aduersus alterum, tamen timeatur, qd si parua illa scintilla nō extinguitur, poterit magnam siluam incendere; danda tunc est opera, vt extinguatur, nec crescat. Quarto debet esse spes aliqua emende fratris. Nam si talem illum scis esse qd deterior fiet, vel non proderit illi tua correctio; non teneris. Erit enim tunc oleum super ignem fundere, vt plus ardeat: sed tunc fumendū est Sapiētis cōsiliū quod dicit, Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Et alibi. Noli arguere derisorem, ne oderit te: argue sapientem & honorificabit te. Da sapienti occasionē, & addetur sapiētia. Doce iustū, & festinabit accipere. Ac si diceret, Stultū, ac procaçē dimitte, sapientē corrige qui intelligit, & iustū qui se corrigere satagit. Verū est, qd debent esse probabilia indicia quibus mouearis ad suspiciōnē hanc, qd non accipiet correctionem tuā, aut quod deterior fiet: nā in dubio corrigere debes. Quinto debet procedere ex charitatis visceribus: quare & verba ipsa blanda, ac amore plena debent esse. Ideo quippē dicitur. *si peccauerit in te frater tuus, ad insinuandum qd amore fraterno debemus fratres corripere.* Samaritanus ille apud Lucā, oleū & vinū super vulnera illius, qui incidit in latrones fudit. Vinū mordet, oleū lenit: quoniam vulnera animarū fratrum, & asperitate iudicij, & correctione charitatis debēt curari. Et quoniam, vt diximus, correctio hęc non est opus iustitiæ, sed charitatis, non vino, sed oleo debes in illa vti, ita quod totum amor sit. Nam correctio hęc est quædā spiritualis elemosyna, quę corporalib⁹ antefertur: aliā, quæ ex iustitia, est iudici debes relinquere. Ipse vinum & flagella adhibebit; tibi oleum sufficiat modō fundere. Sexto debent aliæ circumstantiæ generales, nempē loci, temp⁹

Eccles. 32.

Prouer. 9.

Lu c. 10.

o ris.

ris, & opportunitatis & modi concurrere: ne tibi contingat illa Sapientis sententia qua dicit. Ex ore stulti reprobabitur parabola: quia non dicit illam in tempore suo. Hoc autem prudentia ipsa docebit, & Deus etiam illi qui recta intentione procedit. Nec haec circumstantiae regula aliqua praestringi possunt. *si ergo te audieris, lucratus eris fratrem tuum, nec debes ultra procedere: nam allequuto sine, cessant media, atque motus omnes; lucratus es animam fratris tui. O si scires quam tuum lucrum feceris, plus est animam fratris tui lucrari, quam solem ipsum. Quantas diuitias existimasses consequaturum, si sole ipsum lucrateris? Pulcherrimum luminare, quod gemmas, aurum, argentum, ac preciosissima gignit metalla. Pretiosior multo ante Deum est anima una, quam omnia corpora caelestia. Et quia solus Deus animarum pretium scit, pro quibus & se ipsum dedit, solus ipse eas aestimare nouit. Nam, ut ait Sapiens: Spirituum ponderator est Dominus. Et alibi. Appendit autem corda Dominus, sed alij non valuerunt iudicare honorem animarum sanctarum. Tanta quippe est dignitas animae, ut nec ipse homo qui eam portat, illam agnoscere valeat: nescit enim quid intus portet, secundum illud Psalmi: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Eo modo loquendi quo dicere solemus, cum quis multos habet thesauros, atque diuitias, *Fulano no sabe lo que se tiene*, sic homo nescit quid secum portet. Et quia dignitatem animarum non agnoscit, ideo non eas aestimat homo. Deus autem in maximo pretio habet animas, utpote pro quibus suum sanguinem fudit & suam vitam expendit. Gaudet caeli, & letantur Angeli pro vnus animae conuersione ac salute. Perpetue quid ille pastor fecerit pro recuperanda oue perditam per rupes, per abrupta, per montes, vallesque; eam quaesuit; inuentam super humeros posuit, atque ad caulas gaudens reduxit, omnia magalia quasi ad festum inuitas, pro oue perditam quam inuenerat. Idem in muliere illa quae dragmam perditam inuenit videmus, & in patre illo qui perditum filium tanto gaudio recepit, & eum amplexatus est. Sic tu gaudere debes, quod animam vniam tua correctione lucratus fueris, pro qua Christus mortuus est. Vnde Iacobus, ait: Fratres mei, si quis vestrum errauerit a veritate, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui conuerterit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte & ope-*

Prouer. 16
Prone. 21.
Sapient. 2.
Psal. 138.
Luc. 15.
Iacob. 5.

rit multitudinem peccatorum. Id quod est proprium charitati, attribuitur huic operi charitatis, quod est correctio fratris, nempe operire multitudinem peccatorum. Quid si nec sic emendauerit se frater? Certè ultra progrediendum est, aliaque conuenientiora media adhibenda. Quemadmodum peritus medicus prius faciliora tetat media, deinde duriora adhibet, denique si haec non sufficiunt, usque ad sectionem membri procedit. Dieta prius tentat infirmo medicari, deinde amara potione, ac flegbothomia, quod si nec hoc prodest cauterium adhibet: denique secatur & vrit. Sic tu si prius blande & christianè corripiens fratrem nil fecisti, iam duriora remedia quaere, illum coram testibus admone: hoc non profuit, dic Ecclesiae. Si non hoc sufficiens fuit medium, tanquam desperans de sua salute, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: seca eum, diuide a consortio reliquorum fratrum per sententiam excommunicationis, tanquam separatim membrum putridum. Aliqui, inter quos Caietan. dicunt testes non esse accersendos, nisi cum peccatum est publicum secundum modo dicto, hoc est, quod possit testibus probari, licet non sit probatum: sed conformius videtur huic Euangelio, etiam de peccato occulto intelligi. Sed si nec sic correctus fuerit, dic Ecclesiae. Hoc est praelato Ecclesiae visibilis. Ecclesia enim haec visibilis est quae caput habet visibile, nempe Christum Dominum, qui se hominibus visibilem praebuit, secundum illud. Post haec in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et vicarius eius etiam visibilis est. Illi ergo dicendum est, qui fratri praestitit tanquam pater, non tanquam iudex: vnde tunc prelatus non potest in illum animaduertere tanquam iudex, procedendo ad publicam punitionem, sed tanquam pater dulciter & charitatiuè admonere, & aliquam ei secretam correctionem adhibere, si criminis necessitas id exigerit. Quod si correctus fuerit, ibi cessandum est: sin verò, excommunicatione feriendus, vel alijs legum poenis puniendus: iam enim tunc transit in alium ordinem iuris. Excommunicatione autem quoddam exilium spirituale est a communicatione fidelium, a qua iam isti excluduntur, ne sicut scabiosa ouis alias inficiat. Haec sunt quae in comunibus concionibus possunt populo dici, nam aliae difficultates Theologicis disputationibus relinquendae sunt.

si autem peccauerit in te frater tuus, va- de, & corripere eum inter te, & ipsum solum. O verè eodem.

simile.

Caietan.

Baruch. 3.

Alia modo, & corripere eum inter te, & ipsum solum. O verè eodem.

O verè pulchra & notatu dignissima regula, imò & necessaria, ut pax internos conseruet, charitasque foueatur, & coalescat. Cum enim vita nostra non sit iustitia, sed iustificatio, non perfectio, sed tendentia ad perfectionem, imò nil aliud quam domus quaedam in qua varia genera morborum conspiciuntur; non parum refert scire qualem te erga aliorum infirmitates exhibeas. Pauci enim sunt qui aliorum vitia rectè tractare possint. Aut enim omnino tacemus & dissimulamus, aut pius iusto facinus. Et tamen Innocentius dist. 83. cap. error, sic ait: Error cui non resistitur, approbatur. Negligere quippe cum posses perturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere: nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obuiare. Quare D. August. 1. lib. de Civitate. c. 9. egregie docet causam propter quam in hac vita boni simul flagellantur cum malis. Nempe quia neglexerunt cum possent, malos corrigere. Flagellantur, inquit, simul, non quia simul agant mala vitam, sed quia simul amant temporalem vitam, non quidem aequaliter, sed tamen simul, quam boni contemnere debent, ut illi correpti, atque correcti consequerentur aeternam; ad quam consequendam si nolent esse socij, ferrentur, & diligerentur inimici: quia donec viuunt, incertum est utrum voluntatem sint in melius mutaturi. Quare non utique parem, sed longe grauiorem habent causam, quibus per Prophetam dicitur. Ille quidem in suo peccato moritur, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Ad hoc enim speculatores, hoc est, populorum praepositi constituti sunt in Ecclesijs: ut non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiusmodi culpa penitus alienus est, qui licet praepositus non sit, in eis tamen quibus vitae huius necessitate coniungitur, multa monenda, vel arguenda nouit & negligit, euitans eorum offensiones propter illa quibus in hac vita, non ut debuit vitatur, sed plusquam debet delectatur. Vnde, duobus pedibus compassionis & charitatis: tunc enim non indignabitur, secundum illud Hierem. c. 10. Corripere me Domine, sed non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et Prou. 17. Plus profuit blanda correctio apud prudentem; quam centum plage apud stultum. Et Paul. 2. The. 6. Nolite quasi inimicum aestimare eum, sed corripite ut fratrem: vnde Ambros. super illud Psalm. 118. Qui timent te videbunt me & letabuntur, ait. Plerisque iusti aspectus

August.

Ezech. 33.

Hierem. 10.

Prouer. 17.

2. The. 6.

Ambros.

admonitio correctionis est, perfectioribus latitia est. *Inter te & ipsum solum.* Ne forte publice correctus, & de suo crimine manifestatus humanam amittat verecundiam, & negligat corrigi, & dicatur illi illud Hierem. 3. Hierem. 3. Frons meretricis facta est tibi, erubescere noluisse. Item Augustinus super epistolam Ioann. & habetur. 23. quaestio. 5. capit. 23. 9. 5. Non putes. Non putes, inquit, te amare tunc seruum tuum, quando ei non das disciplinam, aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis: non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad emendandum & corrigendum. Idem Fausto ait, Quid faciet Ecclesiae medicina salutem omnium materna charitate conquirens, tanquam inter freneticos, & lethargicos aestuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere, vel debet, vel potest? Vtrisque necesse est, ut sit molesta, quae neutris est inimica. Nam & frenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari, sed perseverat diligentia charitatis freneticum alligare, & lethargicum stimulare, ambos amare, ambo offenduntur, sed ambo diliguntur: ambo molestari, quoadu egri sunt indignantur, sed ambo sanari congratulantur. Et in epistola ad D. Hieronymum idem Augustinus, ait. Nescio utrum Christianae amicitiae putandae sint in quibus magis alet vulgare Proverbium, Obsequium amicos, veritas odium parit; quam Ecclesiasticum, Meliora sunt vbera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Corripiendus est ergo frater, non adulandus. Non enim Christus Dominus in hoc loco ait, Adulare eum, sed corripere eum. Haec tamen Augustinus. Sed quoniam frater tuus est, blande ac leniter corripiendus est. Vnde Hieronymus super illud Prover. 29. Qui vehementer emungit elicit sanguinem. Qui modestè, inquit, alloquitur proximū, gratū accipit responsum: & quasi de vberibus de quibus lac quarebat, butyrum exprimit. Sed qui inepto verbo rixā, & discordiā ex fraterno corde prouocat, quasi necessarium ultra modum emungens, sanguinem elicit. Haec Hieronymus. Quare qui nimia seueritate fratres suos corripuit, similes sunt, ait D. Bonauent. illi qui patellas veteres resciciunt, qui dum foramen vnum vno ictu mallei obstruere volunt, vel multa foramina faciunt, vel patellam omnino confringunt. Quid enim aliud est correctio, nisi fratris fracti reparatio? Vnde Eccles. 21. Sapiens, ait: Cor impij quasi vas confractum. Si ergo reparaturus patellam, id est mallei

Hierem. 3.

August. 23. 9. 5.

Idem

Terentius

Prouer. 27.

Hieron. Prover. 29.

D. Bonauent. simile.

Eccles. 21.



mallei temperas, quare ad reficiendum cor peccatoris contractum, correptionem non temperas? Vicia siquidem animi (authore Seneca) sicut vulnera carnis leuiter tractanda sunt. Pius enim, ait Ambrosius, proficit amica correptio, quam turbulenta. Tales etiam similes sunt barbitonforibus, qui sine aqua capillos capitis, aut barbæ radere volunt. Quid per aquam quæ barbam humectat, nisi lenitas designatur, quæ correptionem præire & comitari debet. Iuxta illud quod Paulus scribens ad Galatas, ait: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite huiusmodi in spiritu lenitatis. Volebat Apostolus barbam radendam humectare qui in spiritu lenitatis fieri præcipiebat. Grauisimū sanè est ab ignorante barbitonfore nauacula dentata, sine aqua radi. Quid enim est dentata nauacula, nisi mordax, & aspera correptio, quæ illos qui male raduntur (idest ineptè & asperè reprehenduntur) cogit cum abundantia lacrymarum faciem rigare? Noli ergo aquam dimittere in barbam radendam, lenitatem & mansuetudinem in correptione faciendam. Aufer dentes à nauacula, idest cõuitiū à correptione, vt malos capitis ac barbæ pilos, idest excessus, & crimina fratris, furari potius quam violenter auferre videaris. Qui enim iumentum suum onerare volunt, mollia supponere cõsueuerunt, ne onus superimpositum iumentum lædat, dorsumque eius totum excoriet. Ille etiam qui quadrigam facillè trahere vult, modulos quadrigæ vngere solet, vt ab equis leuius, & suauius trahatur. Sic tu preces, supplicationes, supponere debes, vt onus correptionis frater facillè portare sine aliquo nocimento possit. Vel hinc discant prælati subditos suos cum mansuetudine corripere, quando obstinati, & rebelles non sunt. Discant etiã iram in correptione sibi subicere, & nõ ab ira & indignatione subiectari. Quod de iusto Malachia docet Bernardus, quod scilicet, ira in manu eius erat. Vocata veniebat, nutu & non impetu ferebatur. Qua cum vellet vrebatur, & cū nollet non vrebatur. Vnde de Moyse de vindicta Dei aduersus Ægyptios verba faciens, ait Exod. 15. Misi isti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam. Nõ mittunt iram, sed potius ab ira mittuntur, qui iræ suæ impetum sequuntur. Mitte ergo & tu qui quis sis ante te irã tuã, exemplo Dñi, vt non ex impetu, sed maturo & libero cõsilio, & animi lenitate, vel parũ exequaris vin-

simile.

Galat. 6.

simile.

similia.

Bernard.

Exod. 15.

dictam. Animaduerte quod de viro stulto dicit Iob: Cum apprehenderit eum gladius, subistere non poterit. Per gladium irã intellige, qui stultũ apprehendere dicitur, cum ab ira superatur. Multo profecto melius est apprehendere gladium, quã à gladio apprehendi. Id est irã cohibere, quã ab ira superari. Non te superet ira, ait Iob. Hoc est quod de iudice Christo Sapiens, ait. Acuit diram iram in lanceã. Irã suam ille acuit, qui illam cohibet, & animo suo dominatur, & deliberato & pendenti iudicio fratrem corripit, aut vindictam in eum peccantẽ exercet. Ille vero ab ira acuitur qui non nutu, sed impetu fertur. Modestia igitur & animi mansuetudo & lenitas in correptione adhibenda est. Ecce quid D. Bonau. doceat: Deinde prudenter, & discretè frater corripendus est, & cum grano salis, prouidens scilicet pudori eius. Quare prius secretè corripendus est. Corripe illum, ait, inter te & ipsum solum. Personarum etiam status percipiendus est. Nã vt D. Hieron. docet, non sanat oculus, quod sanat calcaneum. Quare cum sene & veterano parcius agendum est, vt ait Seneca. Et D. Paulus. 1. Timor. 2. Seniore ne increpaueris, sed obsecra, vt patrẽ. Cũ iuvene verò qui blandã nõ accipit correptionem, durius agendũ est, incutiendo scilicet timorẽ. Vnde August. ait: Sicut meliores sunt quos amor corrigit, ita peiores quos non corrigit timor. In his tamen etiã modus seruandus est, & de leuioribus leuius corrigendus est frater, ne cõtra culices cū gladio pugnare videant. Ceterũ quã maxime ante oculos habendũ est, id erit, vt ex amore & charitate correptio procedere videatur. Hoc est enim quod Dñs significare voluit Esa. 2. (vt docet D. Bona.) cum dicit: Egredietur virga de radice Iesse. Nam per virgam correptio, per Iesse quod incidiũ interpretatur, amor designatur. Vnde de virgam de radice Iesse exire, est correptionem de radice charitatis procedere. Si te non audierit. Sunt corda quorundam hominũ perditorum, ait D. Bonauen. similia carnis veteris gallinæ, quæ nec coqui possunt, nec dentibus, aut vnguibus carpi, correptionem scilicet, nullo pacto ferentia. De quibus Salomon, ait Prou. 25. Non amat pestilens eum se corrigere. Imò tales sunt similes equis scabiosis, quorum si vulnera tangas, fremere, atque calcitrare solent. Tales etiam diabolo similes sunt, qui corrigi non potest. Vnde idẽ Salomõ ait: Qui odit correptionem, vestigiũ est peccatoris. Peccatorẽ

Iob. 41.

Iob. 26.

Sapient.

Hieron.

Seneca.

1. Tim. 2.

August.

D. Bonau.

Esa. 2.

D. Bonau.

similia

Prouer. 25

Ecl. 25.

vocans

vocans diabolum per anthonomasiam. Sicut enim vestigiũ pedis omninõ asimilatur; sic qui correptionem non audit, diaboli vestigiũ, ac expressam similitudinem in corde suo habet. Arguentem autem & corripientẽ odio habere; leuis cordis magnũ indicium est. Vnde Sapiens, ait Ecl. 20. Non murmurauit correptus vir prudens, & disciplinatus. Nam quemadmodũ doliũ inane, & vacuum cū malleo percutitur maxime resonat; si verò plenu fuerit, nullũ strepitum facit, sic qui vacui sunt diuina gracia, & sapientia, cū corripuntur, murmurare solent: pleni autem tacent, & sustinent, imò æquo animo audiunt & corriguntur, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Vt perspicias quã turpis res sit peccatum, utpotè quod tali poena mulsetur. Nec enim quis separare poterit fideles à cõmunionẽ Sacramentorum & reliquorum fidelium, nisi solummodò peccatum. Amen dico vobis quacunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cõlis: & quacunque solueritis super terram, erunt soluta & in cõlis. Quam potestatem ligandi, aut soluendi promiserat Petro; hanc eandem omnibus discipulis cõmunicat: vt non solũ timeatur sententia Petri, sed cuiuslibet sui prælati, suæque Ecclesiæ sententiam timeat. Et idẽ hæc verba exponenda sunt sicut supra capite. 16. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terrã de omni re quacunque petierint, fiet alijs à Patre meo qui in cõlis est. Hoc est cicerere, tanta est potestas Ecclesiæ super homines, cui denuntiandus est frater impenitens; quod si vel duobus tantũ consentientibus impetratur sunt illi quidquid volẽt, multo magis totius alicuius Ecclesiæ iudiciũ sit per timeendum, & quod illa voluerit à Deo sit approbandũ. Vnde satis patet, potestatem illam ligandi, atque soluendi, de qua supra dixit Dominus, pertinere ad totam ipsam Ecclesiã, cui frater est denuntiandus. Vel dic quod cū iam iam declarasset Ecclesiæ, eiusque potestatem iudiciariam; declarat modò accumulando dona Ecclesiæ, potestatem impetrandi à Deo omnia. Idem enim est, ac si diceret: Dixi modo vobis potestatem vestram circa iudicia, iterum dico non eandem, sed aliam vestram cõmunẽ potestatem, nempe quod si duo ex vobis, scilicet discipulis meis, fidelibus meis. Idẽ quippe non dixit omnes, nõ de vniuersali Ecclesiã duntaxat intelligeretur. Nec etiã dixit, multi, nõ priuilegium hoc ad magnas Ecclesias tantũ restringeretur. Sed dixit, si duo;

Ecl. 20.

simile.

Tom. II.

vt etiam minimi numeri fidelium quanta sit vis explicaretur. Consenserint super terram. Nam sicut supra declarando potestatem ligandi, atque soluendi, dixit: Quacunque ligaueritis super terram; vt intelligeremus materiam ligandi, atque soluendi esse illa quæ sunt super terram; itã declarando potestatem impetrandi apponit super terram, vt ostendat quod materia huius consensus sunt illa, quæ sunt super terram, hoc est, si consenseritis etiã super terram, hoc est, si eundem sensum habueritis, non circa ea duntaxat quæ sunt in cõlis, & in inferno, vel circa credenda, sed etiam in his quæ sunt super terram, nempe circa agenda, sustinenda, patienda, & huiusmodi occurrentia in terris. Quare in potestate ligandi, atque soluendi restringit illam, ad ea solũ quæ sunt super terrã. Hic auget & accumulatur ad potestatem Ecclesiæ, quod non solum circa cõlestia, sed circa terrena consensus eorũ erit efficax. De omni re. Nulla excipitur. Quacunque petierint. Hic explicatur, quod de petitionibus fidelium loquitur quarum explicat efficaciam, si ex consensu charitatis fiant. Charitas enim fidelium quæ in bonum consentiunt, hanc vnitatem cõsensu facit, ac per consequens hanc vim impetrandi. Fiet, non dicit faciunt, quod non de potestate factiua miraculorum, sed de impetratiua tractat. Illis, ait, non contra illos, aut præter id quod illi intendunt. Vt intelligas non promitti exauditionẽ, nisi secundum voluntatem petentium, quam haberent si cuncta nossent quæ Deus nouit. Nã vt, ait August. Bonus est Dominus negans quod volumus, vt tribuat quod malemus, si omnia videremus quæ Deus videt. A Patre meo, qui in cõlis est. Pater quippe est à quo petunt, impetrabuntque, si inter se ex charitate consenserint. Grata quippe maxime Patri nostro est hæc charitatis cõnexio. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Ac si diceret: Ideo tantam efficaciam habet petitio duorum vel plurium consentientium in vnum: quia ego sum in medio eorum præbens suæ petitioni efficaciam. Itaque ipsi iam nõ petunt, sed ego in ipsis peto. Dicit autem in nomine meo, ad differentiam humanæ amicitia, aut humanæ concordia, quæ licet sit laudabilis, tñ nõ gaudet hoc priuilegio diuinae præsentia. Nõ sunt enim in Iesu Christi nomine vnanimis, quibus aliud viuere est, quam Christi. Ibi sum in medio eorum. Nõ dicit

August.

o 3

Euangelium secundum Matth.

dicit, Ero, quia nescit futurum Deus, qui eternitate sua semper ad se omnibus. Sum, ait, non in illo generali modo essendi, quo est praesens omnibus rebus; sed speciali quadam assistentia gratiae suae operans intus in eis, & extra pro eis. Non enim minus efficit cum praesens est in medio eorum fidelium, qui in nomine eius congregantur; quam cum erat in medio discipulorum, cum in carne conuersabatur cum eis, de quo me-

Ioann. 17.

tionem fecit Ioannis. 17. cum ait: Cum essem cum eis, seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi ego custodiui. In medio eorum, ait, hoc est, more iudicis, qui medius est inter actorem & reum, nequaquam in partem aliquam declinans. Iudex quippe in medio debet esse, nec propter metum aut praemium in alteram partem contra iustitiam declinare; tunc enim & pax & iustitia conseruabuntur. Sic enim & Christus Dominus post resurrectionem suam stetit in medio discipulorum suorum, & dixit eis, Pax vobis. Circa hanc Saluatoris sententiam aduerte, quid Diuus Gregorius dicat, & refertur de penitencia, distinct. 3. capit. Septies, & de iure iurando, cap. Quemadmodum. Vbi sunt, ait, qui Ecclesiae conuentum praesument contemnere, & venerandae congregationi preces solitarias antefere, si duobus, vel tribus simul positus Iesus in medio se futurum, & omnia promittit, quae postulari fuerint praestitutum, quid non dabit plurimae? Ergo si duo ex vobis consenserint super terram de corrigendis peccatoribus, vel excommunicandis rebellibus, vel per charitatis concordiam quamlibet rem, de omni re quamcumque petierint, scilicet, pie, perseueranter, pro se, ad salutem, fiet illis a Patre meo qui in caelis est. Habebunt enim illud, ut diximus, vel aequale tunc, vel quando expedierit. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo. Id est, ad salutem propriam, vel alienam quaerendam, vel gloriam nominis eius manifestandam. Ibi sum

Ioann. 20

ait: Sumat mediam mediator Dei, & hominum, qui in medio doctorum inuenitur est. Medius stetit ad baptismum, medius pepedit in Cruce, resurgens quoque stetit in medio discipulorum, medius etiam ad iudicium veniens segregabit haedos ab agnis. Sunt duo vel tres, sed non congregati, qui contra se inuicem inuehantur, inuicem mordent, & inuicem consumuntur. Sunt congregati, sed non in nomine Domini, quorum consensus

Gregorius

in fraudulencia, in malitia, in vanitate, in augetis diuitijs, in cubilibus, & impudicijs, & iniurijs suis vlciscendis. In nomine Domini congregati sunt, qui ipsius gloria amulantur, ipsius spiritu feruent, ipsum in omnibus, & per omnia fidei oculis, & mundo corde non desinunt intueri. Ibi prorsus in medio est se se omnibus offerens, omnes attrahens, & se ipsum impertiens vniuersis. Vnde Ioan. 20. capite cum fores essent clausae, stetit Iesus in medio. Item in medio quasi communis adiutor. Lignum quippe vitae plantatum est in medio paradisi: Tunc accedens ad eum Petrus dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Sumpta Petrus occasione ab eo quod Dominus dixerat, Si peccauerit in te frater tuus, &c. interrogat quoties debeat homo dimittere fratri contra se peccanti vsq; septies. Forfan Deum ex hominum conditione iudicans qui parci sunt, & quasi auari ad dimittendum proximis contra se errantibus. Sed Dominus plus dixit, quam ipse Petrus putarat, cum ait: Non dico tibi vsque septies, sed septuagies septies. Numerus finitus pro infinito, ut ait Hieronymus. Augustinus enim perfectionem tribuit numero septenario cum libr. 11. de ciuit. Dei, cap. 11. ait, quod numerus septenarius significat perpetuitatem. Nam totus impar primus numerus ternarius est, qui non habet medium, nec quomodo in numeros aequales diuidatur: nam vnitas numerus non est, sed principium numeri. Totus par est numerus quaternarius, ex quo etiam constat septenarius, qui consistit ex duabus medietatibus, & quae libet ex duabus vnitatibus, & ex his numeris impari, ac pari. Vnde pro perpetuitate saepe ponitur, & vniuersitate, ut est illud, Septies in die cadit iustus & resurgit, id est, toties quoties ceciderit, resurgit. Sic hic toties quoties te offenderit debes dimittere illi. Septuagies septies id est septies septuaginta septies vicibus, quae faciunt quadringenta nonaginta octo vices. Et hoc excedit humanum posse in peccando vna die: non enim tot vicibus poterit vnus homo in vna die peccare. Vel secundum August. vndecies septem faciunt septuaginta septem, & per vndecim significat transgressio: per septuaginta septem autem De calogus: per inobedientiam septem capitalium vitiolorum violatus, & per septem omne tempus, ut diximus: & tunc sensus est. Quod in omni transgressione, & omni inobedientia,

Petrus de Rabena.

& omni plenitudine vitiolorum, & omni tempore semper sit paratus dimittere fratri delinquenti. Et sic nullus terminus ponitur misericordiae infinitae, quam & tu imitari in tuo infinito debes. Vnde Ezech. 18. dicitur: In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum suarum amplius non recordabor. & Ecclesiast. 28. Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata soluetur. Homo homini referuat iram, & a Deo querit medellam. Ex his colligere poteris quanto maiora conferat Deus, quam ea quae nos aut cogitare, aut sperare possumus. Putabat Petrus se valde excelsitate si septimam offensam peccantibus remitteret, forte iudicans illum secundum hominum conditionem, qui parci nimium sumus ad dimittendum: & tamen inuenit illum sic largitum, ac liberalem ad dimittendum, ut non solum septies, sed septuagies septies dimittendos esse declaro, numerum finitum pro infinito ponens. Simile quid Abrahamae contigit, Genes. 18. cui cum Dominus declarasset se velle perdere Sodomitas propter eorum nefanda crimina, Abraham cum Deo contendens, non videri sibi equum quod perderet iustum cum impiis, interrogare aulus est Dominum, an propter quinquaginta iustos ceteris peccatoribus parceret: cuius Dominus affirmasset. Rursus, si propter quadraginta iustos iustus indulgeret alijs, petijt. Annuit Dominus, & dixit quod sic. Rursus Abraham inuit, Quia semel coepi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Delebis propter quadraginta? Non delebo, ait Dominus. Ne queso, inquit Abraham, indigneris. Dile si loquar. Si inuenero triginta, indulgebis? Indulgebo, ait Dominus, propter triginta. Quia semel, inquit, coepi, loquar. Quid si inueni fuerint viginti? Non interficiam propter viginti, ait Dominus. Obsecro, inquit, ne irascaris. Dile si loquar adhuc semel. Quid si inueni fuerint decem? Non delebo propter decem. Ecco quomodo misericordia Dei amplior quae existimauerat Abraham inuenta est. Nam cum prius per quinq; iustos numerasset septem, & Dominum facilem ad dimittendum inuenisset, rursus per numerum denarium qui duplo maior est quam quaternarius, descendebat vsq; ad decem: sic & Petro modo, ut visum est accidit. Atque ut hanc Dei propensionem, ac penam incredibilem liberalitatem ad dimittendum ostenderet; hanc subtilitatis parabolam Dominus: Ideo assimilatum est regnum caelorum homini regi, qui voluit redu-

Ioann. 20.

Hierony. August.

Prover. 24.

August.

Ezech. 18.

tionem ponere cum seruis suis. Et cum coepisset rationem ponere, oblatas est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, insit eum Dominus venditari, & uxorem eius & filios, & omnia quae habebat, & reddi. Prociens autem seruus ille erabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. Et prociens conseruus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videtes autem conserui eius, quae fiebant contristati sunt valde. Et venerunt & narrauerunt Domino sua omnia quae facta sunt. Tunc vocabit illum Dominus eius, & ait illi Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit, & te miserum conserui tui, sicut & ego tui miserus sum? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitum. Sic & Pater meus caelestis faciet vobis, si non remisistis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Prius totam communiter explicemus parabolam, ut deinde minutatim eam explicare vtilius valeamus. Rex ille Pater est caelestis, homo debitor peccator, qui peccando fit Deo debitor, soli quippe Deo peccat, contra quem peccando poene etiam debitor fit. Cum debitoribus rationem ponit Deus: quoniam a peccatoribus vult placari, & suum honorem, cui per peccatum derogatur vult restitui. Decem millia talentorum debet: quoniam in multis offendimus omnes, & septies in die cadimus, propter magnitudinem, & multitudinem peccatorum, quibus Deum offendimus. Magnum quippe valde debitum est quo peccatum obstringitur Deo: tum propter grauitatem, quia peccatum contra Deum infinitatem quandam contrahit ex parte eius contra quem peccamus; tum propter frequentem iterationem, & multitudinem peccatorum. Tanto namque est quod in Deum committitur peccatum grauius omni eo quod in hominem committitur; quanto magis ipsius maiestas omnibus excelsior, & in mensum superat quidquid est in hominibus. Ceterum tanto obstrictum debito iubet Dominus venditari cum omnibus quae ipsius sunt, quoad

Eccles. 28.

Terribi-

Moralitas

Terribi-

Genes. 18.

Terribi-

Euangelium secundum Matth.

terribilia inferni tormenta minatur peccatori, si non reconcilietur per penitentiam, ut talibus comminationibus ei metum incutiat, ne peccata peccatis accumularet. Debitor Regis comminatione exterritus, coram eo in terra procumbens, ac dilationem supplicij petens, peccator est comminationibus Domini exterritus ante actorum malorum agens penitentiam, & penitendi, vitamque in melius commutandi indutias postulans. Rex precibus flexus postulati dilationem dat & remissionem: quoniam benignus Pater celestis bonitate supplicium semper vota excedens, & tepus concedit penitendi, & praeterita omnia peccata dimittit ei qui serio conuertitur ad Deum, omnia eius peccata oblivioni tradens. Seruus conseruum habet debitorem, quonia alter alterum offendit, nec quisquam est qui non aliquando a proximo laedatur in aliquo, siue in corpore, siue in re, siue in nomine, siue quomodolibet aliter, debitum tamen conserui exiguum est, cetum tantum denariorum, cum debitum serui erga Dominum, absque proportione maius sit, decem videlicet, millium talentorum. Quoniam absque proportione grauiora, & numero maiora peccata illa sunt quibus Deum offendit homo, seruus Dominum; quam ea quibus homo offendit hominem; seruus conseruum. Contingit enim centum vicibus offendi Deum, ubi non semel proximus offenditur; cum e contrario nunquam contingat, vere offendi proximum, nisi simul & Deus offendatur grauius, cuius est praecipuum diligere, non offendere proximum: denique tanto grauior est vnaqueque offensio qua homo offendit Deum, ea qua offendit hominem, quanto in infinitum magis distat Deus ab homine, quam ab homine homo. Centum denariorum debitum solui postulat seruus conseruo, quando pro offensa in se commissa exposcit vindictam. Seruus in conseruum manus iniicit, & stringit apprehensum gutture, cum Rex nil tale in seruum egisset, sed tantum comminando insisset vendandi eum, &c. quoniam pro leui offensa solent subinde homines multo grauiora ab inuicem vindictas exposcere, quam exigat Deus pro peccatis plurimis, atque grauissimis. Et quoniam ad vindictam ardentes sunt homines erga se inuicem, cum sit Deus longanimus diu comminans antequam feriat, nec tam per se vindictam querens, quam vindictae comminationem territans, ut non ultra debita homo accumularet. Seruus rogat conseruum & solutio-

nem pollicetur, sed nil a conseruo impetrat, quando is qui offensus est, nullis flecti patitur precibus eius qui lesit, quin ius suum extremum exigat, & vindictam quam meditatatur exerceat, etiam si pro tua illi pollicetur is qui offendit damni reparationem, aut rationabilem pro offensa quantitate satisfactionem. Vbi & hoc notandum, minori humilitate flecti Regem Dominum, ubi maiori non flectitur homo seruus. Minor siquidem est humilitas, ubi seruus procidit ad pedes Domini, quam ubi seruus procidit ante pedes conserui. Quanto enim persona cui fuit humilitas aestimatur vilior, tanto est humiliatio illi cui exhibetur gloriosior. Maiorem siquidem humilitatem monstrat, qui etiam inferiori se subijcit, quam qui tantum superioribus. Attamen supplicatione flectitur Deus a seruo, qua reuocit flecti seruus a conseruo. Mittit seruus pro centum denarijs conseruum in carcerem, donec reddat vniuersum debitum: quoniam pro leui offensa plenam exigit homo vindictam, nil de suo volens iure concedere, ubi Deus liberaliter totum dimittit tam immensum debitum. Tristantur conserui, quoniam non potest non vehementer displicere Sanctis, & Angelis, & ista crudelitas seruorum aduersus inuicem, qui tam liberalem erga se experiuntur Dominum, Domino referunt negotium: quoniam sancti homines, & Angeli Dei pro merita afflictorum, & eorum qui opprimuntur, querentium & non inuenientium a fratribus misericordiam, orant, & diuinae iustitiae rectitudinem aduersum illos pauperum oppressores inuocant. Rex audito nuntio seruuum vocat & condemnat: quonia Deus in nouissimo die, quando clamorem exaudiet oppressorum, & sanguinem eorum exquiret ad iudicium euocabit huiusmodi seuera oburgatione. Rex seruuum increpat: quia confusione publica huiusmodi homines iudex, coram adstantibus omnibus confundet. Ex probatur tunc seruo debitum dimissum, cuius alioquin nunquam mentionem facturum erat Dominus: quoniam peccata quae Deus dimisit homini, ad ultionem reuocat in eo qui noluerit proximo misereri. Tunc iratus dicitur qui prius tantum comminabatur, & quodammodo iram simulabat: quoniam in die illo implacabilis erit ira Dei, qui in hoc mundo placari per penitentiam poterit. Tunc iratus Rex dure loquetur seruo crudeli: quonia tunc loquetur ad eiusmodi in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Tunc expro-

bitur eis quod Dominum habentes, tam admiserunt atque condonandum faciem; ipsi noluerint proximis misereri. Tortoribus tradentur, quando in ira iudicis proferetur aduersus ipsos sententia. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius illic. Permanebunt in aeternum damnati, donec reddant vniuersum debitum: quoniam tormenta perferent in aeternum damnati: eo quod secundum condignitatem rigorosae iustitiae diuinae, nunquam erit perfecta ipsorum satisfactio, propter quod aeterna patientur tormenta, & sumus tormentorum eorum ascendet in secula. Hanc interpretationem ex quodam non contemnendo Doctore hic placuit transcribere: quoniam breuiter totam optime explicat parabolam. Nunc latius illam, prout ad populum interpretari debet, explicemus.

Matth. 25 ¶ In hac parabola satis clare exprimitur nobis quis sit Deus, & quis sit homo, quaque longo intervallo bonitas Dei ab hominum distet impietate. Igitur Rex iste, qui voluit rationem ponere cum seruis suis, Deus est, qui ab hominibus suorum operum rationem exactur est. Ipse quippe Rex ille est, de quo Paulus dicit, Regi seculorum immortalis inuisibili honor, & gloria. Seculorum dicitur, quoniam praesentis, & futuri seculi Rex est, nec enim Rex Hispaniae, aut Franciae, aut Angliae duntaxat est; sed seculorum Rex dicitur, hoc est, omnium Regno norum tam huius seculi quam alterius, tam caeli, quam terre. Rex Regum, & Dominus dominantium, & Princeps Regum terrarum, in quo omnium potestatum, & potentatum summa est & Imperium. Immortalem eum vocat, non enim temporalis Rex est, & caducus, sicut alij Principes terrarum, de quibus Psalmista dixit. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de Principibus cadetis. Nam sicut moritur pauper, ita & diues, & sicut agricola, sic & Rex. Sed immortalis Rex est, qui solus habet immortalitatem: quoniam solus ex natura immortalis est, & non ex gratia ab alio praestita, sicut caeterae res mortales. Inuisibilem autem dicit Deum: quoniam rerum inuisibilium, qualia sunt aeterna, Dominus est. Nam ut Paulus ait, Quae videntur temporalia sunt, quae autem non videntur aeterna. Et quoniam rex iste cui omnes reddere debemus rationem inuisibilis est, ideo habet in hoc mundo Vicarios visibiles, homines scilicet, sicut & nos, quibus suas com-

Cap. XVIII.

mittit vices, donec ipse iterum visibiliter veniat ad has exigendas rationes. Tunc enim euacuabit omnem principatum, & potestatem, ut Paulus ait. Vnde Roma. 13. Ipse Paulus dicit. Non est potestas nisi a Deo. Quae autem sunt a Deo ordinata sunt, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et infra. Non sine causa, gladium portat vindex in iram ei qui malum agit. His ergo delegauit vices suas, ut de his centum denarijs iudicent atque cognoscant, nempe de his temporalibus rebus quae minima sunt: nam maiora debita, cordium cogitationes, ac desideria, ipse sibi reseruat: ut Sophon. dixit. Ego, ego ipse scrutabor Hierusalem in lucernis. Nam sicut lucerna abscondita illuminat, sic Deus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Ut ostendat quod etiam minimarum rerum de beatitudine exigere, seruiniuum vocat hoc iudicium; quoniam in scrutinio etiam minima quaeruntur; in iudicio diuino tam de mortalibus, quam de venialibus rationem sumus reddituri, nec erit cogitatio aliqua, aut verbum otiosum, de quo non debeamus rationem reddere, ut ipse Dominus dixit. Et ut doceat quanta hoc diligentia debeat ferri, dicit quod in lucernis hoc scrutinium fiet. Nam quando tu in domo tua summa diligentia aliquam rem vis quaerere, accendis lucernam, & euertis domum, & omnes recessus eius perquiris, donec inuenias quod quaeris, sicut diligens mulier illa fecit ad quaerendam perditam dragmam. Sic Deus omnia interiora cordis perscrutabitur, nec quicquam occultum erit ei: Quoniam nulla creatura inuisibilis est oculis eius, qui lucidiores sunt quam Sol, penetrantes usque ad diuisionem animae, & spiritus, compagum quoque ac medullarum. Hoc ergo iudicium filius Dei facit. Nil enim aliud est Deum rationem querere cum seruis suis, quam iudicium iniquitatum nostrarum facere. Et quoniam tale, ac tam integrum, ac seuerum debet esse, ideo Psalmista dicebat. Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. In his enim rationibus quas diligentius perspectas habemus; debitores maxime nos inueniet Deus. Quare & idem Propheta dicebat. Si iniquitates obseraueris Domine, Domine quis sustinebit? Omnes quippe iustificationes nostrae tanquam pannus menstruatae. Maxime quando in oculis Domini apparent. Quare optimum consilium erit,



vt nos metipso iudicemus, ne iudicemur à Domino. sumpraq; operum nostroru ratio-
ne, pro posse nostro Deo satisfaciamus; ne
in inmensum debito protracto soluere ni-
me valeamus. *Et oblatu est ei vnus qui debe-
bat ei decem millia talentorum.* Hinc perpen-
dere poteris, vere Dei cultor, quanta Deo de-
beamus. Si enim ille qui primus casu Deo
offestur, tam eximiam debet quantitatem,
quid nam erit de illo quem Deus expropo-
sito ad exigendam rationem quaerit? In
quam magna quantitate illum debitorem
inueniet? Tot enim sunt Dei beneficia no-
bis exhibita, tantaq; nostra ingratitude, ac
sacordia erga eum, quod ille qui minus de-
bet, casuque se illi offert, intanta maneat
quantitate obligatus, vt nec ipse, nec omnia
que possidet, nec vita sua, nec si mille (vt ita
dicam) habuisset vias ad soluenda debita
sufficerent. Imò nec adminimam debi-
torum partem valeret. Quid erit de illo que
Dominus ex proposito quaeret? Qui multi-
plicat peccata, & accumulatur, & delicta quo-
tidie auget. Hic nec perpetuo addictus in-
ferni carceri ad plenum soluet debitum in
aeternum. Sed quare hic non immerito po-
terit, quid causa sit ex qua tanta sacordia in
hominibus oriatur, vt ille qui primus se se
offert Deo, tanta pecuniarum debitor inuenia-
tur, vt nec ipse vllomodo sufficiens sit ad sol-
uendum? Vel si elarius vis questionem au-
dire, Vnde tanta procaelia ac inuerecundia
in peccatore in offendendo Deum suum, vt
ita effrenate post peccata rapiatur, quod ta-
nta sit debitor quantitatis, atq; maiestatem
Dei offendere audeat? qui tanta potestatis
est, vt de eo dicat Psalm. Qui respicit ter-
ram, & facit eam tremere: qui tangit mon-
tes, & fumigant. Quam questionem Psalm.
etiam his verbis facit. Vt quid irritauit im-
pius Deum? Quomodo homo audet irritare
ac sublanare Deum? Ad quod & ipse respō-
det subinferes. Dixit enim in corde suo, Nō
requirit. Hæc est vna radix ex qua tot pro-
deunt peccata, nempe quod sic se habet pec-
cator, ac si nullus esset qui rationem suor-
um operum exigat, cum tamen sit terribi-
lis exactor Deus, qui vsq; ad vltimum qua-
drantem requirat. Hæc apud se cogitabant
impij cum Sapient. 2. dicebant. Venite, fruamur
bonis quæ sunt, & vtamur creatura in
iuuetute celeriter, vino pretioso, & vngue-
ro nos impleamus, & non pertranseat nos
flos temporis. Coronemus nos rosas ante-
quam marcescant, nullum pretium sit, quod

non pertranseat luxuria nostra. Et quid ad
tantas vos mouet delicias ac luxum? Nec
enim, aiunt, habebit memoriam operum
nostrorum. De quibus & Esai. 29. dicitur. *Esai. 29.*
Vt qui profundi estis corde, vt à Domino
abscondatis consilium. Quorum sunt inte-
nebris opera, & dicunt, Quis videbit nos,
aut quis nouit nos? Hi sunt qui putantes se
esse sapientes stulti facti sunt. Et quasi sua-
dentes sibi ipsis, quod Dominus non intel-
ligat eos. Ac si lutum diceret ei qui se fin-
xit, Quare me fecisti sic? Homo autem lu-
tum est in manu Domini, qui sicut illum ex-
lato cōdidit, ita & in lutum conuere po-
terit, & nihilominus homo aduersus Deum
extollitur, ac si nullam suorum operum ra-
tionem haberet Deus, dicens inter se. Quo-
modo scit Deus? & si est scientia in excelsis?
Et illud Iob. Nubes latibulum eius, iuxta
cardines cœli perambulat, nec nostra con-
siderat. Quos D. Augustinus Sermone. 20.
super Matthæum tanquam stultos ac insa-
nos irridet dicens. Stulte, mediocri diligen-
tia quam tu in domo tua geris, quid famuli,
filij, ac vxor, aut famula faciunt intelligis,
& id Omnipotenti non concedis, quod tu
impotens ac imbecillus facere potes? Qui pla-
tauit aurem non audiet: aut qui finxit ocu-
lum non considerat? Qui corripit gentes,
non arguet, qui docet hominem scientiam
Non ergo à Deo celari poteris, & si ascen-
deris, aut descenderis in abyssum, & si sump-
seris poenas diluculo, & habitaueris in extre-
mis maris. Hæc ergo prima radix est tanta
sacordia. Secunda, quoniam tales cogitant
non esse Deum, vel saltem sic se in operi-
bus suis gerunt, ac si non crederet esse Deum.
Sic enim & Psalmista ait. Dixit insipiens
in corde suo, Non est Deus. Id est, sic se ha-
bet in operibus suis, ac si intus sibi ipsi dice-
ret, Non est Deus, qui facta nostra prohibeat,
aut puniat. Illos qui nō putabant ope-
ra nostra inquirere, impios vocauit; hos au-
tem qui dicunt, non esse Deum, stultos di-
xit. Dixit insipiens in corde suo, Non est
Deus. Et quid inde euenit? Corrupti sunt,
ait, & abominabiles facti sunt in studijs
suis, non est qui faciat bonum, non est vsque
ad vnum. Diuus Gregorius docet, quod &
si peccator multis sit implicatus vitijs; tamē
si ad huc fidē habet quod Deus sit, qui hæc
vetat, & punit, ad memoriamq; reuocat im-
mania inferni tormenta; se se aliquando, vel
timore saltem corripiat, ne sic libere libidi-
ni seruiat, quin aliquando hæc memoria re-
primatur.

Esai. 29.

1. sal. 72.

Iob. 22.

Agust.

1. sal. 93.

1. sal. 138.

1. sal. 13.

Gregorius

primatur, nec taliter dulcescant vitia, quin
hac amaritudine perfundatur. Et quoniam
aliqui semetipso tradiderunt vitijs, ne hac
consideratione petulantis carnis voluptas
minus sibi sapiat, amittunt fidem, apud se-
metipso cogitant non esse Deum, aut pro-
hibitorum, aut vindicatoreum. De quibus,
& Paulus dicit. Quidam relinquentes bo-
nam conscientiam circa fidem naufragau-
erunt. Hoc est, vermem illum aut morsum
conscientiæ extinxerunt, ne suas miseret vo-
luptates, *Porque no les aguen sus contentos.*
Et hoc fuerunt periclitates in fide aut pe-
nè illam amittentes, aut sic se gerentes,
ac si illam non haberent. Rectè autem nau-
fragi voce vtitur. Nam sicut cum procella,
aut tempestas nauim quatit, dum gubernacu-
la non laxantur, spes salutis ad huc est;
nunc has, nuncillas merces in mare proijciē-
do; tamen si gubernacula deseruntur, nulla
iam salutis spes restat. Sic in homine pecca-
tore contingit. Nam si fides quæ gubernacu-
li vices gerit in eo permanet, etiā si alia
effundantur virtutes, spes adhuc restat in eo
quod fidei veritas illum aliquandò ad por-
tum reducet. Cæterum si hæc amittitur, cū-
cta iam desperanda veniunt. Sicut merca-
tor qui creditū amisit; nil aliud quam crux
illi sperandum est: nam iam vitiiorum tem-
pestas illum in profundū obruet. Sic enim
& apud Sapientem dicitur. Impius cum in
profundum venerit peccatorum contem-
net. Hoc est, contemptui habet virtutes, &
quasi Deum contemnens libenter post vi-
tia rapitur, *Alca la mano de la labor,* vitijs ad-
tē radicaliter heret, atq; indissolubili quo-
dam nexu eis copulatur, ita quod nulla res
mundi illum ab illis auertere queat. Hos di-
uus Bernardus Sermon. 1. de Aduertu, illis cō-
parat qui in aquis suffocantur. Solent enim
huiusmodi adquamcunq; rem offenderint
manum mittere, vt illa subleuentur ab aquis,
quidquid res illa, sit siue ramusculus, siue spi-
netū, sicq; rem illam manu adstringunt, vt
potius ferant manum abscondi quam il-
lam amittere. Sic hi qui iam vltimum vale
virtutibus dixerunt, sic vitijs ac concupiscē-
tijs suis hærent, vt nec infirmitas, nec Dei
flagella, nec ipsa mors ab illis diuellere va-
leat. Ecce radices tam magni debiti. Quid
ergo faciet peccator tantis obligatus ratio-
cinij? Vtiq; imitetur hominem istum, pro-
cidat ad pedes Dei. Antea superbia elatus
à collo tuo iugum Dei excussisti; & ibi ad
aptari poterit illud Hierem. A seculo con-

1. Tim. 1.

Simile.

Simile.

Prover. 18.

Bernard.

Simile.

Hierem. 3.

fregisti iugū, rupisti vincula, dixisti, Nō ser-
uiam. Nunc procide, & prosterne te, &
humiliare coram Deo tuo, iugumq; eius sua-
uissimum accipe super ceruices tuas, ac de-
precare Dominum dicens. Patientiam ha-
be in me, & omnia reddam tibi. Agnosce
debitum, & indutias postula. Nam qui abs-
condit scelera sua, non dirigitur, qui autem
reliquerit, & confessus ea fuerit, misericor-
diani consequetur. Vnde & David dice-
bat. Iniquitatem meam ego cognosco. Satis-
facere propono, dicens. Omnia reddam
tibi. Nempe oculos, manus, pedes, & omnia
membra mea, quibus antea vsus sum ad pec-
candum, deinceps vtat ad Deo seruiedum:
vt adimpleas illud Pauli. Sicut exhibuistis
membra vestra seruire iniquitati ad iniqui-
tatem, ita nunc exhibete seruire iustitiæ in
sanctificationem. *Et omnia reddam tibi.* Quid
habes, o peccator, quod reddas Deo tuo?
Non ne omnia bona tua ipsius Dei sunt?
Quid enim habes quod non accepisti? Nam
nec fortunæ bona, nec naturalia tua sunt. Si
enim tua essent, non posset Deus ea à te au-
ferre absq; iniuria, cum tamen hodie te vi-
deam diuitem, cras pauperem, hodie pul-
chrum, cras deformem, modò sanum, statim
debilem. Gratiæ autem dona à Deo solo
sunt, nisi quod aliquandò liberum arbitriū
tuum ad ea suscipienda concurrat secundum
illud August. Qui fecit te sine te, non salu-
abit te, sine te. Nil aliud tuum video ita pro-
prium sicut peccata. Nam perditio tua ex
te Israël: & Psalmista pluries peccata, sua
vocat. Peccatum meum contra me est sem-
per. Dele iniquitatem meam. Et, Deus vi-
tam meam anūtiavi tibi. Id est peccata mea.
Cum ergo peccator se omnino impotentem
ad soluendum inueniat, debet cum David
dicere. Quid retribuam Domino pro om-
nibus quæ retribuit mihi? Calicem salutis
accipiam, & nomen Domini inuocabo. Hic
calix passio Christi est, per quam peccato-
res saluamur: nam ibi soluta sunt debita no-
stra. Et hanc solutionem Deus libentissimè
acceptat, & obligationes, ac chirographa,
quæ aduersus peccata nostra habebat, delet
atq; dilacerat, & dicit. Omne debitum di-
misi tibi: Delet enim quod aduersus nos erat
chirographum, donans nobis omnia delicta,
vt ait Paulus. Somniauit pincerna Pharao-
nis, quod exprimeret vvas in calice Regis:
quod interpretatus est Ioseph, debere ipsam
in pristinum locum restituī. Nam cum cali-
cem hunc in Regis mensa ponimus, delicta
nostra

Prover. 28.

1. sal. 50.

Rom. 6.

August.

osee. 3.

1. sal. 50.

1. sal. 115.

Colos. 2.

Gen. 40.



nostra nobis donantur, & in pristinam dignitatem restituiuntur.

Simile est regnum eorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Hic Rex homo Christus Dominus est, qui etiam sit Deus, est tamen humanatus Deus. Homo & Rex, pacificus atq; amabilis. Qui rationem exigit a seruis suis. Ipse enim constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum, etiam in quantum homo. Sic enim plures sancti, inter quos Augustinus, & diu^s Thomas intelligunt illud Ioannis. Potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Ut per hominem iudicentur homines, & Deus & homo illos iudicet, qui Deum, & hominem offendere ausi sunt. Tam exacte autem rationem hanc a nobis exiget, ut vsq; ad vltimum quadrantem rationem reddere debeamus. Cunctorum quippe criminum rationem tunc sumus reddituri, ut & ipsi iusti quasi in summa angustia constricti videantur. Sic enim & Iob dicebat. Vere scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere vnum pro mille. Et paulo post; Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Hoc est, in illis rebus etiam, quas maiori puto me iudicio circumspexisse, debitorem me inuenio, & ex mille rebus quas a me exiget, vix vnam soluere potero. Qua propter mihi vnicum manebit remedium, ut cum seruo istoprocidentis eum deprecer & obsecrem iudicem. Quare & Petrus dicit qd iustus vix saluabitur. Hoc est, quod cum maxima difficultate reddet rationem suorum debitorum in illo die. Et sic intelligunt quidam parabolam illam virginum prudentum, quae non voluerunt oleum alijs communicare dicentes, Ne forte non sufficiat nobis, & vobis. Quilibet enim iustus existimabit tunc omnia opera sua necessaria sibi esse ad soluenda debita sua, nec sibi superesse quid alijs tribuat. Et cum cepisset rationem ponere cum seruis suis, oblatu est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. In propatulo serimus peccata nostra, nimirq; manifesta omnium oculis videntur esse, cum tam cito tot mala inueniat in nobis Deus. Cum cepisset, inquit, rationem ponere. Volo clarius dicere, fratres mei. Tam licetiose ac liberè homines delicta committunt, ut non solum Deus, qui cordium conscius, ac inspector est; verum etiam homines qui faciem solummodo vident, ea prospicere possint. Scripta

August. D. Thom. Ioan. 5.

Iob. 9.

1. Pet. 4.

Matth. 25

quippè ea in fronte deferunt: publica enim sunt ferè omnia crimina, quae hoc tempore homines perpetrant. Nam (proh dolor) haec misera aetate homines, quali pronobilitate ducunt esse peccatores. Imò iocum exillimant scelera perpetrare, ut optimè de eis dici possit illud Sapientis. Quasi per risum stultus operatur scel^o. Quare ipsi se quasi de re grandi de suis criminibus iactant, efferunt, atq; laudant. Sunt enim illi de quibus Esai. ait. Peccatum suum quasi Sodoma praedicauerunt, nec absconderunt. De quibus dicitur. Qui letantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis; Ita quod in vultu ipso quasi scripta serant peccata sua, & dicatur de eis illud Esai. Agnitio vultus eorum respondebit eis, *En el pelo de la ropa se les ve*. Sunt enim hodie hominum peccata veluti Aegyptiacae tenebrae, quae palpari poterant. Virtutes, si quae sunt, hoc tempore inter homines, sic occultas video atq; celatas, ut opus sit linceis oculis qui viscera penetrent, ad hoc quod deprehendatur, quo in angulo cordis litae sunt, cum tamè virtus occultari nequeat: se ipsam enim quasi Lux per sensus prodit, atq; per poros quasi sudor effluit. Sic enim dicitur; Man^o meae destillauerunt myrrham primam. Hoc est, virtutes quae myrrhae comparantur, & quod animam a corruptione est factore seruent, quemadmodum & myrrha corpora. Nam propterea olim myrrha vngebantur cadauera, ne vel corrumpere, vel foeterent. Haec ergo virtus per man^o, hoc est per opera destillatur, & patet. Quare hodie omnia veluti diuersè fiunt. Nam virtus, quae quia Lux est, oibus manifesta esse deberet, sic occultatur, ut non sit ocul^o qui eam aspiciere valeat. Vitia verò quae veluti tenebrae in abscondito esse deberent, omnibus palam fiunt. Protinus ergo se se offert tam magnus peccator. Tange montes, & fumigabant. Mox signa produnt, quibus agnoscat malitia etiam in moribus, hoc est, in illis qui maioribus praesunt gradibus. Qui debebat ei decem milia talenta. Per denarium numerum intelligit diuus Augustinus Decalogum, & in quolibet precepto debebat hic homo mille talenta. Quodlibet autem talentum centum quinquaginta libras iustiponderis habebat. Vnde in quolibet mandato viginti quinq; millies deliquerat. Per talentum autem peccatum intelligitur, quod grauius quolibet talento est. Sic enim Zachar. cap. 5. ait, se vidisse impietatem in amphora inclusam, cuius os talento plumbeo claude-

Prov. 10.

Esai. 3.

Prov. 2.

Esai. 3.

Exod. 10.

Cant. 5.

Esai. 14.

August.

Zachar. 5.

claudebatur. Haec est malitia in anima inclusa, atq; peccati potèdere in visceribus occlusa, ita quod nullo remedio ad eam pateat aditus, ita illam peccati plumbeum talentum occlusam tenet. Igitur cum tantum esset de bitum, non potuit seruus ille soluere. Nam homo impotens est ex se ad soluendum, & satis faciendum Deo, nec vniuersa eius substantia ad id valet, nisi Dei misericordia subleuetur. Potest quidem per se peccare, non tamen potest per se satisfacere pro peccato. Peccare valet, sed non soluere, cadere, non tamen a casu se erigere. Recordatus est quia caro sunt, ait, Psalmista, spiritus vadens, & non rediens. Qui potest quidem per se a Deo separari, non tamen per se ad illum reuerti. Cum ergo non habuisset seruus ille vnde solueret, iussus est venudari ipse, & vxor eius, & filij, ut vel sic saltem partem debiti solueret, etiam si totum reddere non valeret. Quid autem hoc significet, audite. Nimirum quod Deus, non ipsum peccatorem solum puniat, verum etiam omnes coadiutores peccati, & delicti conscios, & consortes. Ita quod si coniux tibi causa peccati est, ut Iezabel fuit Regi Achab, ipsa quoq; tecum punienda venit. Similiter & filij. Nam si inuitatus ad nuptias Regni caelestis, propter vxorem negligis, ut ille qui dixit, vxorem duxi, & ideo non possum venire; ipsa etiam plectetur vxor. Quemadmodum ita primorum parentum peccato ambo simul plexi sunt. Vel per vxorem intellige carnem tuam, quae tibi sollet esse maximum instrumentum peccandi: per filios opera tua quae a te tanquam proles tua procedunt. Et tunc intellige, quod corpus & animam, opera & cogitatus, membra corporis, & potentiae animae, simul in reprobo punienda sunt: eo quod fuerunt in illo fomenta, & instrumenta peccandi. Nam de eis dicitur. Descenderat in infernum cum armis suis. Hoc est, cum omnibus illis membris ac potentijs, quae tanquam arma ad peccandum illos adiuerunt. Sed hoc adhuc aliud in se includit mysterium. Circa quod sciendum, quod ex peccatoribus aliqui se ipsos vendunt, alios autem Deus vendit. Beatus Petrus dicit. Qui facit peccatum, seruus peccati est. Et rationem huius Paulus reddit. Quoniam cui homo obedientiam praestat, illius & seruus efficitur. Qui ergo peccato ac malitiae obedientiam dedit, ex consequenti illius seruus, & mancipium efficitur. Ceterum sunt aliqui peccatores, qui se ipsos tanquam mancipia peccatis tradiderunt, ac

Psal. 77.

Luc. 14.

Gen. 3.

Ezech. 32.

2. Pet. 2.

Rom. 6.

vendiderunt, ita vt quasi necessitate quadam amara duci videantur ad peccatum: quemadmodum mancipium coacte ducitur ad seruiendum domino suo, de quibus dicitur. Venudari sunt, vt facerent malum. Videbis homines sic pecunijs addictos, qui quasi venditi ac traditi eis, sic earum incremento incumbant, siue vsuris, siue rapinis, latrocinijs, aut simonijs id faciant, nihil curant. Alios intuearis sic carnalibus voluptatibus ac mulieribus deditos, vt nullus sit seruus pecunia emptus sic domino suo traditus; vt isti mulierculis quarum appetunt concubitu perfrui. De quibus dicit Paulus. Qui desperantes se ipsos tradiderunt impudicitiae. Talis fuit Rex Achab, de quo. 3. Reg. 21. Scriptura diuina testatur dicens. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venudatus est, vt faceret malum in conspectu Domini. Qui cum esset Rex ingenio liberali ac pio, quod inuoruit cum fames vniuersam premeret Samariam, cum audiisset mulierem quadam suum proprium manducasse filium cum altera vicina sua, tunc scidit vestimenta sua, & apparuit cilicium quo intus indutus erat. Imò & Deus ipse suam laudauit humilitatem, cum ad Prophetam Heliam dixit. Nonne vidisti Achab humiliatum in oculis meis? Ex quo deprehendi poterat ipsum bonae indolis ac liberali ingenio esse. Tamen vendidit se, totumq; se commisit Iezabel vxori suae, quae idolatra ac pessima erat, atq; eius consilio multa nefanda scelera perpetravit. Nam & templum Baal construxit, Prophetas Domini occidit, Heliam Thesbytem comprehendere voluit, ac decollare. Innocentem Naboth doio interfecit, vt eius potiretur vinea, aliaque nefanda crimina fecit, vt illi omnium foeminarum nequissimae morè genereret. Vendidit enim se illi, totumq; eius se tradiderat pessimae voluntati? Homines quam plurimos offendes, alias probos, bonoq; ac liberali ingenio praeditos, verumtamen si se alicui vitio tradunt, sic illi addictos, vt multa opera sibi omnino, suaeq; conditioni indigna eos facere videas. Cur hoc nisi quia se peccatis illis omnino tanquam mancipia vendiderunt? Verum isti ipsi se vendunt peccato. Ceterum alios Deus vendit. Hi sunt illi qui sic procaciter vitijs adhaerent, vt Deus iam illos quasi a se auersos proiecerit, nec curam eorum iam amplius videatur habere. Licet sufficiens auxilium quo possint ad ipsum conuerti nunquam eis negauerit. De quibus dicit Paulus, quod Rem. 1. propter

1. Mach. 2.

Ephes. 4.

3. Reg. 21.

Rom. 1.

Euangelium secundum Matth.

propter eorum contumaciam in peccando tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant quae non oportet. Ita quod iusto suo iudicio permiserit Deus indurari corda eorum, ac veluti Pharaones fieri, quibus nec vulnera, nec plagae, nec terrores, aut exhortationes sufficere possunt, ut a peccati seruitute redimantur. Imò sicut tempore Antiochi Hebrei ducebatur amara necessitate ad sacrificia, sic & isti ad peccandum. Vnde per Moysen dicitur. Quomodo persequetur vnus mille, & duo fugarent decem milia? Non ne ideò quia Deus suus vendidit eos? Vnde tanta imbecillitas in peccatore? Tam infirma resistentia ad peccandum, quod quaecumque vel minima occasio eos videatur veluti impellere ad vitia, nec vlla eis remedia valeant? Non ne quia Deus suus vendidit eos? Tradidit enim illos Deus propter eorum delicta peccatis, ut ne resistere quidem valeant, sed daemones, & passionis victorum, ac ignominiae dominantur eis. Sed quid hoc miraculi est, Domine Iesu, ut animas quas tuo pretioso sanguine emisti, ut Paulus ait, Empti estis pretio magno; ac à seruitute diaboli liberaasti, iterum eas diabolo tradas ac vendas? Quod nam precium tibi conferre poterit diabolus aut mundus quod tuo aequiparet pretiosissimo sanguini? Possunt illi nisi blasphemias, & opprobria aduersum te, Dñe Iesu, reddere? Cur ergo illas illis iterum tradis? Audite me, o verè Christi fideles, & ego respondebo vobis pro Deo. Scitote quod eodè pretio quo prius animas Christus emit, ac à potestate diaboli redemit, eodem easdem illi venditas tradit. Nā animas quas sic omittit, (& vā illis quas sic omittit) permittit & vult, ut sanguis suus, nullo aestimabilis pretio, quo prius eas mercatus est, iam non illis proficit, sed ad se reuertatur, ut alijs utilis sit, quem sibi ipsi peccator nocuū fecit. Et quod nec confessio, nec cōmunio, nec alia sacramenta illis proficiunt, sed omnia sibi in vacuum cedant, & tamen quod alijs proficiunt quos ipsorum loco sufficit Deus. Attēdite amore Dei. Sanguis Christi in animabus nostris id proportionabiliter videtur efficere, quod sanguis hic corpus in corporibus ipsis efficit. Quoniam sanguis in venis, & in corde, quae vasa eius sunt, signum vitae est, effusus autem à venis signum mortis est. Nā ea proportione qua sanguis effunditur, & vita ipsa minuitur. Vnde sanguis appellari solet. vehiculum animae: nam in sanguine quasi in vehiculo quodam

2. Mach. 6

Dent. 32

1. Cor. 6

simile

anima graditur; ita quod simul cum sanguine, & anima effunditur. Sic ergo de sanguine Christi dices. Qui si in corde, & animae, & potentis eius, intellectu scilicet, & voluntate ac memoria, quae sunt veluti animae venae, conseruatur, signum spiritualis vitae est in homine Christiano, cum ipse Dominus dicat: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et, Qui manducat me, viuet propter me. Caterum effusus, calcatus, atque contemptui habitus, signum mortiferum est. Quod & Paulus seuerissime testatur ad Hebraeos. 10. dicens. Irritam quis faciens Legem Moysi, absque vlla contradictione duobus aut tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui sancto contumeliam fecerit? Somnium illud quod supra retulimus quod vidit Pharaonis pincerna, nempe quod putabat se exprimere vnam in vase Regis, fuit praesagium quod deberet restitui in locum praestinum. Sic si in Regio vase quod est anima, nos sanguinem huius botri cyprae exprimimus, & conseruamus, in Dei reconciliabimur amicitia. Procinus quod Vago Holofernis cubicularius vidit sui ducis ac domini sanguinem in pavimento effusum, intellexit Dominum suum mortuum esse. Sic cum nos aspexerimus per solum effusum, & conculcatum nostri Domini ac Principis sanguinem, colligere possumus animam nostram esse defunctam. Sanguis Abel de terra clamabat petens vindictam: nam sanguis Christi ex proprio vase ac calice, hoc est, ex corde, misericordiam postulat: ceterum ex terra vbi effusus, aut conculcatus fuerit, iustitiam Dei aduersus ingratos peccatores interpellat. Vnde & Iob clamabat. Terra, ne operias sanguinem meum, & ne inueniat in te locum latendi clamor meus. Ea propter in Lege veteri, cum prohiberet Deus ne carnem cum sanguine homines illi comederent, rationem subiungebat dicens. Eo quod anima animalis in sanguine eius est. Per illud quippe ad haec tanta mysteria volebat aperire viam, indicans nobis, quanta huic diuino sanguini reuerentia deberetur, nec debere nos illum à nobis effundere, aut contemnere: quoniam vita nostra in illo est. Cum igitur peccator hunc sanguinem parvipendens dispergat, pretiumque tale munus habeat, hoc eodem pretio illum vendit Deus, illum in

Ioan. 6

Heb. 10

Gen. 40

Indit. 14

Gen. 4

Iob. 16

Leuit. 8

Gen. 9

in

in suis peccatis dimittēs, nec illi sanguis iste proficius erit, & ad alios eius utilitas transtiet. Id enim videt significare quod Dominus ad Regem Achab dixit. Canes lingent sanguinem tuum in agro Naboth. Quoniam alij peccatores utilitatem capient ex hoc sanguine Christi, quem iste cōtempserit. Quocirca non permittit Deus, ut pretium illud quo Iudas vendidit Christum, in sua remaneret potestate, sed illud templo restituit, ex quo ager Acheldemach, hoc est sanguinis, emptus est in sepulchram peregrinorum. Quoniam peregrini ac alienigenae, quos Dominus loco horum peccatorum ad se adducit, pretio illo fruuntur, quod ille despexit & à se proiecit, & hoc ad Ecclesiam redit in aliorum profectum, ac utilitatem, & tu suspensus pereas ac desperatus cum Iuda absque Dei misericordia & pace, & tibi dicatur illud Psalmistae. Non sit tibi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis tuis. Omnesque maledictiones quas Psalmista contra Iudam traditorem protulit, te quoque, similiter comprehendant. Nec sit tibi adiutor, nec qui recordetur tui. Vā, vā illi fratres mei, quae Deus sic vendit ac peccatis tradidit, melius illi fuerat non nasci, quam cum Iuda similiter perire. Igitur cum seruus iste ob suam ignauiam ac negligentiam tantum debitum cōtraxerit, volebat illum Dominus suus tradere ac vendere cum omnibus bonis suis, nisi ipse id interceptisset agnoscens Domini sui bonitatem, & prociēs ad pedes eius cum lacrymis postulasset dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Effuderat pretium sanguinis Christi super terram, nunc prosternit se, ut iterum illum lingat ac sumat. Prostratus Dominus illum in horto sudauit, & prociēs peccator illum ex eo loco quo Christus eum effuderat colligere sagit ac desiderat. Patientiam habe in me, &c. Procedit ei obuiam antequam exequutio fiat, sicut fecit Abigail cum Dauid, & sic placauit iram eius, & propositum in melius mutauit. Patientiam habe in me. Indutias poscit, ut possit soluere. Olinus Deus fratres mei, protinus vlcisceretur scelera, nec interstitia peccatoribus dabat. Nam cum populus murmurasset contra Dominum in deserto, & carnes postulasset, & ei dedisset coturnicum copiosam multitudinem; tamen cum in ipso ore adhuc carnes haberet, eos vltus corum erant in ore ipsorum, & ira Dei incubuit super eos. Nunc autem facilius est Deus

3. Reg. 21

Matth. 27

Psal. 108

1. Reg. 25

Psal. 77

ad concedendum indutias peccatoribus. Multum expectat tempus, ut soluendo simus. Antea erat Deus velut alter Dauid victor, ac sanguinolentus. Mille millia hominum in deserto prosternens, & occidēs. At postquam factus est homo, & percussus est propter scelera nostra à planta pedis vsque ad verticem capitis, ut alter Iob, iam & eius patientiam imitatus multa scelera suffert, & vindictam differt. Didicit enim ex his quae passus est compassionem. Vnde ei dicere iam possumus. Patientiam habe in me, &c. Misereatur autem Dominus, omne debitum dimisit ei. Quid hoc miraculi est? Huc deuenerunt ille minae quibus seruus minabatur praecipiens, ut omnia sua venderentur. Et modovna eius serui lacrymula sic placatus est, ut & debitum omne dimittat illi. Ita est, dilectissimi fratres, ita est facilis Deus ad condonandum delicta propter vnum, Peccavi, innumeras delet iniquitates. Quinimo hac ratione Deus tot mala peccatori minatur, ut ijs terroribus concussus conuertatur ad Deum. Non infligit illi mala quae cōminatus est. Ideo minatur, ut non faciat. Propter reā expectat Dominus, ut misereatur, ait Propheta. Ideo latrat canis, ne te mordeat. Cum Iudex vult, ut reus fugiat, cum strepitu intrat domum illius; ceterum cum illum ex improviso vult capere, calceos panneos portat, ne vel vestigia eius sentiantur, & fugiat reus. Sic Deus ideò strepet minis, ut in terroribus eius iram fugiamus. Volebat Deus destruere populum illum, & hoc dicit Moysi. Ad quid Domine? Tu dele illum, quid opus est illud Moysi denuntiare? Ideo dicit, ut non faciat, ut Moysi pro populo deprecanti dimitteret illius noxam. Denuntiat Ezechiae Regi per Esaiam Prophetam quod moriturus esset. Ad quid hoc, si eius volebat exitum? Ideo fecit, ut non moreretur, sed timore mortis deprecaretur Deum, & cōsequeretur ter quinos annos vitae. Ideo clamans ingreditur paradysum Deus. Adā, Adam, vbi es? ut hoc strepitu Adā respiceret, & tegetur turpitudinem ac confusio-nem suam. Propter eā ergo mala nobis minatur Deus, ne infligat, nempe si non respicerimus. Sic enim & Psalmista ait, Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Nam infirmitates faciunt homines properare ad Deum. Et Propheta alius ait. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discunt omnes habitatores terrae. Sic enim & seruo huic contigit. Nā cum Dominum iratum

Esai. 30

simile

Esai. 38

Psal. 15

Esai. 26

iratum

iratum aduersum se vidisset, respicit, & veniam petit ac impetrat. Sed dices. Nunquid mutatus est Deus? de quo scriptum est, Ego Deus & non mutor? Minime gentium: Quoniam hæc fuit Dei voluntas. & determinatio, vt huic seruo petenti sibi veniã parceret: & consiliũ eius fuit, vt Ezechiel oranti quindecim annos adderet vitæ. Hæc enim erant mediã à Deo ordinata, vt illis parceret. Quare posito medio subsequutus est effectus. Vnde orationes ac bona opera hominũ magnè sunt efficacis, mediã quippè sunt à Deo ordinata, quibus salutè consequuntur. Vnde Deus nõ mutatur, quippè cuius consiliũ fuit tali saluare medio. Quod si executioni non mandasset, nec salutem consequutus fuisset; quo circa tu mutaris, non autem Deus. Quod si aliquo modo mutari dicitur, respectiue dicitur. Quemadmodum absq; mutatione columnæ modò est mihi ad dexterã, modo ad sinistram, quia ego ad dexterã illius, ex sinistra metra stuli. Sic Deus respectu tui dicitur mutari: quia tu potius mutatus es. Ipse nanq; in vno semper perseverat consilio, quod est iustos premiare & impios punire. Si tu à malitia ad iustitiã trãsis, non Deus sed tu mutaris: ipse enim in suo semper permanet consilio. Et hoc est quod August. dicit, quod Deus mutat opera, sed non consilium. Quod & similiter huic seruo contingit. Qui tamen offendit protinus in ipsa ianua, ac vestibulo portæ quemdam conferuũ suum, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. Et providens conferuus ille dicebat, patientiam habet in me, & omnia reddam tibi. Vidimus quomodo se habuerit Deus cũ homine, videamus modo quomodo se habeat vnus homo cũ alio sui simili homine. Tenens, ait, suffocabat eũ, dicens, Redde quod debes. O impia ac crudelis hominũ cõditio. O pessima omnium malorum ingratitude. A pedibus surgis confessoris, vbi tibi Deus decem millia remisit tanta, hoc est, quã plurima, & immania peccata, & si tibi ab aliquo tui simili homine, vel minimam acceperis iniuriam, manibus tuis ab eo vindictam sumis, suffocas eum, nõ quiescis, donec quomocunq; vindices te, cum tamen scriptũ sit. Qui vindicari vult, à Dño inueniet vindictam. Tenens suffocabat eum. Hoc ad literam sic hodie fit. Nam si debitum pecuniarum est quod tibi proximus tuus debet, in carcere ipsum detrudis, vt tibi fame, & fetore pereat, nec vis illũ expectare, vt panem suũ, aut vinum, aut alios

simile.

August.

Ecclesi. 28.

fructus colligat, vt tibi soluere possit debitũ. Si autem alterius generis iniuria est, omnium Ordinum religioni sufficere non valent, vt iniuriolam tuam condones illi, quin potius ab eo vindictam expetere totis viribus niteris. Quod si in manus non venerit vt punias illum, vitam suam amatè trãligere facis, semper tuam aduersus illum iram, timendo. Et hoc nõ solum Deum offendit, verum etiam homines scandalizat. Hoc enim refert, cõseruos id Domino dixisse. Cũ enim fratres tuos tuo crimine scandalizas; quasi ipsi fratres scandalizati coram Deo te aculassent, sic Deus in te anamaduertit. Peccata enim quæ alios scandalizant, maximè Deus persequitur. Ipse enim supradixit, Vx mundo à scandalis. Necessè est enim, vt veniant scãdala. Verumtamen vx homini illi, per quẽ scandalum venit. Et dixit illi Dominus. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, non ne oportuit te misereri conferuũ tui, sicut & ego tui miserus sum? Aduerte (vt Chrysostomus hic adnotauit) quod antè cũ huius serui grande debitum vidit Rex, non illum vocauit nequam, cũ tamè modò quia in misericors cõseruo fuisset, ipsũ nequã appellauit. Deindè debitũ suum liberaliter condonauit Dominus: iniuriam tamen proximo factã minis, & rigidè vindicauit. Quia in re nos certiores facere vult Deus, quantum nos estimet, cũ suas iniurias facilè remittat, in eas tamen quæ contra nos sunt feruerrimè animaduertat. Ipse quippè dixit. Qui vos tangit, tangit pupilam oculi mei. Et Ecclesi. 28. Homo homini referuat irã, & à Dño querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse dũ caro, sit referuat iram, & propitiationẽ petit à Deo. Quis exorabit pro peccato illius. Aduerte etiam quod eadem hic seruus verba dixit conferuo suo, quibus ipse misericordiã à Domino suo impetrauerat, & tamen nil illi profuit. Quare similis fuit seruus iste (ait Chrysostomus) homini qui fluuiam per pontẽ trãsiuit, & tamen pontẽ illum euertit, ne alius per eum transeat. Sic iste hinc verbis à culpa ad gratiam transiuit, nec tamè passus est, vt alius eadem fruere gratia per illa. Tradit eum tortoribus, &c. Hic poterit tractari, quomodo peccata redeant per ingratiudinem, & quod seruus iste suffocans alferum, mundus sit, qui obsequentes sibi miris suffocat modis, dicendo, Redde quod debes. Plus ferculorum redde, paucum enim comitatum habes.

Chrysost.

Ecclesi. 28.

Chrys.

simile.

habes, sericis & aureis induere vestib; aliã minor alijs existimaberis. Redde plures equos, plures quadrigas, lautiores cibos; & sic suffocat, & opprimit obsequentes sibi. Deus autem potius debita sua remittit, vt perpendas cui magis seruire deceat. Sic & Pater vester celestis faciet vobis, si nõ remiseritis, vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Hoc est, nõ fictè, nam Spiritus sanctus disciplina effugit fictum. Nil enim amaritudinis in corde manere debet. Nequa radix amaritudinis sursum gremiãs, & per eam inquinatur multi, vt ait Paulus.

5ap. 1.

Heb. 12.

Cap. XIX.



Factum est, cum con-
summasset Iesus sermo-
nes istos, migravit à Ga-
lilæa, & venit in sinib;
Iudæe, trans Iordanem.
Hæc migratio eadẽ vi-
detur cum illa, cuius
meminit Ioannes. c.

Ioan. 10.

Deut. 24.

10. describendo specialiter locum trans Iordanem, vbi Ioannes baptizauerat, Et sequuta sunt eum turba multa, & curauit eos. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes, si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa? Malitiosa fuit hæc interrogatio, ait Origines, nam si diceret quavis causa soluendum esse coniugium, accusarent eum, tanquam legis violatorem. Si diceret nulla causa soluendum, accusaret quod cum muliere peccatis assueta communicare iuberet. si licet homini, dimittere uxorem suam quacunq; ex causa? Hoc est, an quælibet causa sufficiens esset, ad hoc quod vir dimitteret uxorem suam. Nam Moyses Deuter. 24. generalibus verbis vtitur dicendo. Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & nõ inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatẽ, scribet libellam repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Et propterea in quæstionem vertebatur tunc inter Pharisæos, sicut modò inter Theologos in. 4. Sentet. de causa libelli repudij. An quælibet causa reddens uxore suam exosam viro, sufficeret ad licitè dimittendũ uxorem. Qui respondens ait illis. Non legitis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos. Testimonio Scripturæ eos docere satagit Dominus, vt qui quæstionem de lege mouent, non ipsum

Tom. II.

Dominum respondentem, sed legem ipsam audiant. Nam cũ nec in productione piscium, aut auium cæterorum animalium, non inueniatur fieri mentio de masculino, & femina, sed de sola productione hominis dicitur, Masculum & feminam creauit eos; per hoc significatur, Deum statuisse coniugium, quod in solo homine locum habet. Itaque hoc testimonio nititur probare Christus Dominus, quod Deus instituerit coniugium hominis, idque inter vnum, & vnam. Licet Hieronymus, & Theophilus sentire velint, quod Dominus hoc testimonio probare vellet, quod liceret viro dimissa vxore aliam ducere: quia dictũ est singulariter, Masculum, & feminam, non autè fœminas, quas vtique cũ viro creasset, si voluisset eũ vna relicta aliam ducere. Tamen potius id quod sequitur videtur adduci à Domino ad id probandum. Sed aduertendum est, hoc testimonium, Masculum & feminam creauit eos, ad id fortè etiam adductum à Domino, vt in memoriam, reuocaret, quomodo Scriptura in hominum productione nunc singulariter loquatur, nunc pluraliter, eo quod duo primi homines ex vno homine substerunt indistinctione sexuum, ita vt ex ipsa creatione monstratum fuerit eos, & si duas personas, esse tamen quodammodo vnum, hominem. Vnde dicit Scriptura. Creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. In Genesi quidem legitur, quod Adam dixerit, hæc verba: sed quoniam instinctu Dei ea protulit, Deo illa attribuit Christus. Nam verba quæ Dei afflatu Adam protulit, absque dubio ipsius Dei verba sunt. Dominus Caietanus, cũ diuo Augustino existimat his verbis voluisse explicare Dominum, quæ nam personæ secundum naturam habiles essent ad matrimonium, quæ vero non. Et quia secundum naturam solummodò coniugium inter patrem, & matrem est interdictum (cũ inter fratres ac sorores in principio fuerit habitum) ideo harum solum meminit. Verum tamen, vt alijs videtur, magis apparet significatum his verbis, maiorem, ac inseparabiliorem debere esse coniunctionem hominis cum vxore sua, quàm cum parentibus proprijs, idque ideo quia prima primi mariti vxor, de ipsius viri parte formata

Hieron. Theophil.

Genesi. 1. 2.

Caietanus August.

P. formata

formata est, quomodo non formatum homo de parentibus suis: Deo per hoc significare volente coniuges inter se se coherere debere, perinde ac si unus esset homo, & ad hoc a se institutos, ut per carnalem copulam vna essent caro. Et hoc est, quod sequitur. Et adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Adhærebit, inquit, non cuiuscumque mulieri sed uxori, non cuiuscumque sed propriæ. Vel adhærebit per amorem, diligendo scilicet eam, ut proprium corpus, & per cohabitationem ad vinculum perpetuum. Nam his verbis perpetuitas coniugij significatur. *Et erunt duo in carne vna.* Alij, inter quos Titelmanus, explicat hoc ratione proli, id quod est duo esse in vna carne, nempe proli, quæ ex eis communiter gignit. In qua quodammodo est uterque parens. Qui sensus etiam Hieronymo tribuitur, quia dicit, Premium nuptiarum est ex duobus vna carne fieri. Sed tamen hic sensus, licet verus sit, tamen non recte coniungitur illationi quæ protinus facit Christus, dicens. *Itaque iam non sunt duo sed vna caro.* Nec ex Hieronymi testimonio talis sensus recte deducitur, ut intuitu patebit. Verum apud Græcos per accusativum dicitur. Erunt duo in carnem vnam, pro eo, quod est dicere, Erunt vna caro, seu vice vnus carnis. Et est Hebræis familiaris huius sermonis color, secundum illud. 2. Regum. 7. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Id est. Ego ero ei ut pater, & ipse erit mihi ut filius. Et illud, Factus est Adam in animam viventem, pro eo quod est anima vivens. Dicuntur autem duo coniuges vna caro, non tantum propter carnalem commixtionem (propter quam Paulus ad huc locum alludens dixit, Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur) sed etiam ob vnam, & communem vtriusque corporis potestatem. Nam sicut ait Caietanus, ponentes res suas in comuni, sunt duo seu multi in re vna communi illis. Ita maris & femine coniugium in hoc consistit, quod ponit carnes suas in comuni inter se, ita quod sunt duo in carne vna communi vtriusque. Et quia dicit simpliciter, & absolute, Erunt duo in carne vna, non ad horam, vel ad tempus, hinc percipies non convenire permixtionem meretrici, adulterine, aut concubinarie esse duos in carne vna. Quoniam inter tales non est communitas carnis simpliciter, & absolute, sed secundum quid, scilicet ad horam, & ad tempus. Nam si Paulus dicat. 1. Corint. 6. Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur

Titelm.

Hieron.

2. Reg. 7.

Gen 1.

Caietanus

1. Cor. 6.

tur cum ea; intelligitur quod de facto & secundum quid sit verum illos esse duos in carne vna, non autem simpliciter & absolute, ut patet. *Itaque iam non sunt duo sed vna caro.* Hanc conclusionem infert Dominus Iesus, per quam vult declarare, non magis posse separari virum ab uxore, quam possit in duo diuidi caro vna, ex quo secundum diuinam institutionem iunguntur in carne vna. Et non dixit vnus spiritus, aut vnus animus sed vna caro, ut intelligamus coniugium non tollere diuersitatem personarum, non consistere in communitate animæ, aut spiritus. Nam cuiuslibet coniugij proprius restat spiritus, propriusque animus sed in communitate carnis: quoniam neutrius caro remanet propria sed communis vtriusque; redita est; qua ratione non duo secundum carnem, sed vna caro sunt. Et quia hi qui res suas communes habent, non sunt secundum aliquid sui indiuisi, sed exteriorum dumtaxat rem habent indiuisam, sed qui carnes proprias habent communes, non hic aut nunc, sed absolute, quia caro pars altera essentialis est hominis compositi ex anima & carne; ideo per verbum substantiuum significantur indiuisi, dicendo, Non sunt duo sed vna caro. Ex hoc enim quod adiungitur, Sed vna caro, significatur, quod non sunt duo secundum carnem, quæ est altera pars substantialis eorum. Illi autem qui res tantum habent communes, non dicuntur absolute esse vnum secundum substantiam, sed secundum res exteriores dumtaxat. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Quod dicit, non quos, cum tamen de pluribus sit sermo, quia de pluribus, ut de vno loquitur, de coniugibus scilicet duobus, & de vna carne. Vel dicit illud, Quod, referre coniugium, quod scilicet coniugium Deus, non homo coniunxit, instituendo communitatem corporum in duabus personis idoneis. *Homo non separet.* Ac per hoc respondetur directe ad questionem propositam a Phariseis, Si licet homini quacumque ex causa dimittere uxorem suam. Et est responsio negatiua: quia ex hoc quod Deus coniunxit coniugium, non tantum temeritatis esse debet homo, ut separet coniunctum a Deo. Aduertendum tamen, quod sicut duas infert Dominus conclusiones, duplici de causa significatur diuortium non licere. Quia scilicet, & est contra naturam, & contra Dei legem, & constitutionem. Contra naturam enim est, ut vna caro diuidatur: contra legem, ut

hoc

hoc distrahatur quod Deus coniunxit. Homo, inquit, non separet. Quia Deus quod coniunxit, solus separare potest, quemadmodum & facit per mortem alterius coniugum. In Græco legitur. Quos Deus coniunxit. Nec consequitur ex hac sententia non licere coniugibus ex mutuo consensu se diuinis mancipare obsequijs religionem intrado: non enim homo (inquit Hieronymus) sed Deus separat, qui & coniunxit. Dicunt illi. *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij & dimittere.* Legem legi obijciunt, ac si dicerent, Si Deus instituit coniugium inseparabile ab homine, quo pacto Moyses statuit legem delibello repudij? Deut. 24. *Et ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic.* Hoc est dicere. Non sponte sed corde vestro non credente, sed existente duro ad diuinam legem recipendam. Per hanc duritiam intelligitur Iudæorum firmatus animus, in hoc quod volebatur, sicut aliarum nationum mariti, habere facultatem dimittendi uxorem: constat enim apud Romanos id moris fuisse. *Permisit vobis dimittere uxores vestras.* Nec enim Moyses mandauit dimittere uxores, sed hoc secundum permissionem erat. Cæterum dato quod uxores dimitterent, mandauit, ut darent eis libellum repudij. *Ab initio autem non fuit sic.* Ex hoc probat, quod fuit permissio: nam ab initio instituti coniugij non fuit sic. Nec enim tunc fuit libellus repudij, nec dimissio uxoris, nec fuit sic separabile coniugium, sed inseparabile ab homine: quia a Deo factum ac institutum. Ex hoc enim quod ab initio non fuit institutum coniugium separabile, sed inseparabile, consequens est, ut ista nouitas declinatio quædam a lege prima sit, ac per hoc permissio. Et sicut nec ab initio hoc non fuit, sic nec modo in lege noua debet esse, in qua (præter communia officia, & communem proli educationem) est sacramentum quod omnino indissolubile quoad vinculum facit matrimonium. Quare D. Augustin. libro. 3. confessionum. c. 6. ait. Quod non omnia omni ætati congruent, nec iuste indignantur Manichæi, cum audiunt illo seculo licuisse iustis aliquibus, quod isto non licet illis. Et quia illis aliud præcepit Deus, aliud istis, pro temporalibus causis, eum eidem iustitiam vtriusque seruiert. Cum in vno homine, & in vno die, & in vniuersis ædibus videant aliud alijs membro congruere, & aliud iam dudum licuisse, &

Hieron.

Deut. 24.

Deut. 24.

August.

Tom. II.

post horam non licere. Quædam in illo angulo permitti aut iuberi, quæ in isto iuste vetentur & vindicentur. Nunquid iustitia varia est, & mutabilis? Sed tempora quibus præsent non pariter eunt. Tempora enim sunt multa. Hic dubitantur a Theologis multa, quæ consulto illis dimittenda censeo, cum non sit mei instituti nisi ea dumtaxat, vel quæ ad sensum literalem, vel moralem pertinent enarrare. Caietanus tamen hic hanc mouet quæstionem, quæ indecisa propter opinionum diuersitatem est. An in lege veteri diuortium cum libello repudij fuerit licitum? Et explicans suam propriam proximam sententiam asserit, nec omnino licitum, nec mortaliter illicitum fuisse. Nam quod non fuerit omnino licitum ex parte virorum, textus hic docet, dicens esse permissionem factam Iudæis, propter duritiam cordis eorum. Permissio enim constat quod sit malorum. Item id confirmat pena diffinita maritis dimittentibus uxores, Deuter. 24. nempe quod non possent easdem viduas, aut repudiatas, iterum ducere in uxores. Cæterum quod non fuerit mortale peccatum, ex ipso modo quo lex ista lata est, colligitur. Sic enim hæc lex dimittendi uxorem aut dandi libellum repudij lata est, quemadmodum, & alia leges, ut tibi patet. Secundum id manifestatur ex hoc, quod Malachiæ. 2. dicitur. Quam odio habes, dimitte, dicit Dominus Deus Israel. Nefas enim apparet tribuere Deo, dicere, Dimitte uxorem, si crimen esset. Tertio id confirmat, quia licitum erat vxori dimissæ nubere alteri, ut patet dicto capite 24. Deuter. Sed dices. Si quod Deus coniunxit homo separare non debet, quomodo diuortium illud lege soluebat coniugium? Ad quod responderis, quod lex ista diuortij, & si permissua fuit, cum auctoritate diuina erat facta, ut ex verbis Malachiæ, & Deuter. patet. Ergo ostendere vult Dominus coniugium ex institutione diuina coniunctum, non directe sed cum obliquitate aliqua separatam esse in diuina lege veteri: nimirum fragilitati illius populi id Domino permittere. *Dico autem vobis, quod quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur, & qui dimissam duxerit in uxorem, moechatur.* Cum Marcus dicat, hoc Dominum domi dixisse discipulis, & ex Matthæo, & precipue ex Luca patet: id etiam præsentibus Phariseis dicitur

Caietanus

Deut. 24.

Malach.

Deut. 24.

p. 2

difficultas

difficultas gignitur, quomodo hæc cohererent. Quæ tamen facile diluitur dicendo, Dominum hæc bis dixisse, semel publicè, & semel priuatim. Sed secundo oportet aduertere, quod illa exceptio nisi ob fornicationem, non est referenda ad totam orationem, sed tantum ad partem præcedentem, ut non significetur licere ob fornicationem aliam ducere: sed tantum significetur, licitum esse dimittere vxorẽ ob fornicationem, & sic sit sensus. Quicumq; dimiserit vxorẽ ob fornicationem (quod aliter nõ licet) & aliã duxerit, mechabit. Id quod magis patet ex exemplaribus Græcis, quæ nõ habent exceptionem, nisi, sed quicumq; dimiserit vxorẽ suã, non ob fornicationem. Et Euangelium Syriacum, referentelâsenio, habet. Quicumq; dimiserit vxorem suam non aduiteram. Hunc autem verum esse sensum præter Ecclesiæ Doctõrũ auctoritatẽ, ex eo patet, quod reliqui duo Euangelistæ exceptionem hæc, quæ omitti potuit, omiserunt, absolute pronuntiantes omnẽ eum adulterare, qui dimiserit vxorẽ suam, & aliã duxerit, ac proinde etiam eum qui dimiserit ob fornicationem, si aliã superduxerit. Addit autem hanc exceptionem Matthæus, ne videretur iam Dominũ contra id quod supra dixerat capite, 5. nullam relinquere dimitte di vxorem causam. Et quia interrogatio Pharisæorum non solũ fuit, an liceret hominĩ dimittere vxorẽ suã, sed etiam in quacunq; causa id liceret. Quia vt solus Matthæus commemorat: ipse solus hic conuenienter narrat relictã a Dño vnam dimitte di vxorẽ causam: Sed quod hanc voluit Dominus esse causam ob quam liceat dimitte di aliam ducere. Quæ sententia ac interpretatio D. Hieronymi est. Vel poteris dicere qd exceperit Christus fornicationem: quia de illa in presentiarũ nil voluit diffinire. Quicumq; ergo dimiserit vxorẽ suã, nisi ob fornicationem, ac si diceret, Nil modo de hoc diffinire volo, nolo me modo in hoc intromittere, sed præter hoc quicumq; dimiserit vxorem suam, & alteram duxerit, mechatur. Et licet contraria sententia videatur esse D. Ambrosij super primã Epistolam ad Corint. tamen eius sententia in hoc recipi non debet. Nam omnium Doctõrum doctrinã aduersa est, & Scripturarum auctoritatẽ, imò nec consentit alijs ab eodem Ambrosio dictis. Nã eodẽ loco asserit, non licere mulieri discedenti ob fornicationem mariti nubere alteri, cũ vtriq; coniugium hac in parte idẽ sit ius. Et super Lucã docet,

Euangelij Syriacum.

Hieron.

Ambros.

nullũ coniugium dissolui posse, nisi tantũ fidelis cũ infidelis, quod Dñs nũc dicit, Quod Deus coniunxit, homo nõ separet. Itaq; recte sentiunt qui cõmentariũ illũ asserunt nõ esse Ambrosij, sed ab aliquo insertũ ei? expositioni, si modo tamẽ totũ opus cõmentariorum in Epistolas sit eius: nã & de eo non sine causa à quibusdã dubitatur. Præter quã qd D. Aug. qui scripta à diuo Ambrosio diligetissimẽ obseruauit, eã in libris ad Pollentiu, vbi hanc quæstionẽ tractat, nõ præterisset, & eam cõtasset pro se Pollentius, si eo tẽpore fuisset in libris diui Ambrosij. Vltimò hęc aduertẽdũ, quod sicut Dñs hac sua doctrinã hactenus habita directẽ prohibere voluit diuortiu in lege veteri permissum, itã & pluralitatẽ vxorum quæ tunc etiam permittebatur, vetare intendit. Ad hoc etiã valẽt Scripturæ in principio Genesis citate. Quia enim dicit, Mascululũ & fœminam fecit eos, non autẽ fœminas, significatum est, vnum vnã cõtentũ esse debere. Sic quia dicit, Adherẽbit vxori suæ, non autem vxoribus: & erunt duo in carne vna, nõ autẽ tres, aut quatuor; significatur ex primẽua Dei intentione, ad quam Christus coniugij rationem iam reduxit, inter duos sanctum coniugium esse oportere, quod ex ipsius Christi verbis aperte consequitur. Si enim quicumq; dimissa vxore aliam duxerit, mechatur, ergo nõ licet vni simul plures habere vxores, alioquin posset dimissa vxore aliam superducere, si etiam retenta priori vxore aliã aut alias adiungere posset. Quæ collectio est Innocentij cap. gaudentius, extra de diuortijs. Cætera dubia circa hæc materiã, à Theologis Scholasticis requirere: mihi enim hæc apparent satis ad literalem textus expositionem, maximẽ quod supra Cap. 5. plura de hoc scripta dedimus. Dicunt ei discipuli eius, si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Discipuli audieres hæc nouã de matrimonio doctrinã, timẽt nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud. In Græco est Chorusi, & similiter in eo qd post sequitur, Qui potest capere capiat. Significat autẽ capere hæc nõ proprie intelligere, sed capace esse, atq; intra capacitã cõprehendere. Est ergo sensus. Nõ omnes comprehendere possunt hoc verbum, vñ intra se capiant & amplectantur illud. Id est, non cuiusuis est, non quilibet ad hoc aggrediẽdum, aut ad statum tam sublimem suscipiẽdum sufficit: eo quod in carne præter carnem viuere, non omnibus commune est. Sicut cũ dixit Dominus Iudæis

August.

Innocent.

August.

Ioann. dæis apud Ioanem. Sermo meus non capit in vobis. Quod nõ est aliud, quàm Vos non capitis sermonem meum. Id est, non eũ suscipitis nec approbatis. Cũ autẽ dicitur, Nõ omnes capiunt verbum istud, pronomen istud, denõstrare videtur id quod dicebant Apostoli, Non expedit nubere, verbũ istud scilicet de nõ in eundo matrimonio consiliũ cælibatus, quod discipuli attigerant. Nubere autẽ proprium est mulieribus, sed in terpres illum vsurpat loco verbi Græci, quod significat nuptias inire, cõmune tam viris quàm fœminis. Igitur ait Dñs, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Non dicit, Sed qui voluerint: quoniam nõ est volentis neq; currentis, sed Dei miserentis à quo datur donũ virginitatis seruandẽ. Virginitatis enim custodia intelligitur in abstinentia à nuptijs. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt. Hoc est, sunt aliqui qui absq; genitalibus ex vtero prodeunt, vt multi nascuntur cũ quatuor digitis tantũ. Vel per hos intelligit illos qui nascuntur frigidi, & impotentes ad generandũ, quã nimia frigiditatem ex defectu caloris sufficientis in generatione cõtrahunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Vel violẽter, vel propter infirmitatẽ. De ijs autem duobus dictis non loquitur Christus. Sed de tertijs, de quibus infert, Et sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt. Nõ membrorum abiectione sed abiectione officij generandi, seu potius voto virginitatis. Castratio enim non solum abiectionem vsus significat, sed etiam potestatis. Ea propter infirmitatẽ, quo homo se priuat potestate vtendi se ipso, ad officium generandi. Propter Regnũ cælorũ. Hoc est, vt expe ditius ea quæ sunt Regni cælorum exequantur. Nã innupti cogitant quæ Dñi sunt, quomodo placeant Deo: coniugati autẽ ea quæ hominũ pensant, quomodo coniugij placeat, & diuisi sunt per sollicitudinẽ temporaliũ. Quid ad hoc testimonium respondere poterunt Lutherani, qui castitatis votũ execrantur? Si hoc ita esset, cur Christus laudat eos, qui se castrauerunt propter Regnũ cælorum? Cur Apostolus, i. Corint. 6. cælibatũ & perpetuam castitatem suadet? Cur licitũ erit votum castitatis semel factum frangere? Cũ Dauid dicat, Vouete, & Dño reddite Deo vestros Psal. 75. Et alibi, Tibi reddã vota tua: & Ecclesiast. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio, sed quodcunq; uoueris, redde. Nec hanc seruare impossibile est;

1. Cor. 6.

3. Cor. 6.

Psal. 75.

Psal.

Eccles. 5.

Tom. II.

cũ multos videamus Christianos castissimẽ vixisse, imò & apud Gentiles id memoriẽ produnt historia multã, maximẽ Deo id nobis misericorditer largiente. Sed quoniam id difficile est, nõ id præcipit Dñs, sed consulit. Ideo enim subiicit dicens, Qui potest capere capiat. Hoc est, nõ præcipio, sed vnũquenq; in sua libertate relinquo, Non dicit qui vult, sed qui potest: Quia etiã velis, te tamen sentis minus validũ ad tantã perfectiõnis munus; non es de numero eorum qui possunt capere. Verum est, qd onus hoc, non nostris viribus fidentes, sed Dei auxilio innixi tentandum sit, etiam si me viribus minus validũ sentiam, Dei tamẽ innixus auxilio id tentare potero, dicendo nimirum cum Augustino. Domine da quod iubes, & iube qd vis. Quare potentiam ad continentium se iã habere is confidere potest qui se sic sentit affectum, vt speret à diuino spiritu ad ea cõmoueri, huic cõsultit, vt quia capere potest, capiat. Qui autem nõ sic se affectum sentit, huic, quia nedum capere potest, non consulitur, vt se se ad capiendam ingerat. Potest tamen talis, si velle eam assequi potentiam, vt & ipse de numero fiat eorũ, qui possunt capere. Potest enim eam petere, petendo autem assequitur: quia omnis qui petit, accipit. Vnde in expositione secunda super Matthæum, quæ nomine Chrylostomi circumfertur, recte dicitur. Non dixit, Nõ omnes possunt, sed, Nõ omnes capiunt, id est, omnes quidem capere possunt, sed tamen non omnes capere volunt. Quod autẽ dicit, Quibus datum est, illud ostendit: quia nisi auxilium gratiæ acceperimus, nil ex nobis valemus. Quoniam autem volentibus gratia non denegatur, in Euangelio Dñs dicit, Petite, & dabitur vobis. Sic & diuus Hieronymus, His, inquit, datũ est à Deo, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent laborauerunt. De quo statim plura fortẽ dicturi sumus. Ecce quæ ad literã attinent: & hæc dicta sufficiant. Nunc autem ad spirituales sensus transeamus, si prius adnotauerimus ea quæ in calcæ præcedẽtis capituli dicta sunt, nos aduonere, cuiusdã figure in veteri Testamento notatu dignissimã. Legimus enim Deum præcepisse Moysi, vt faceret duas tubas argenteas, simulasq; designasse ad quid, & quãdo eis vti deberent. Post ingressum autẽ terræ promissæ tubarũ vsus potissimum fuit in Iubileo, de quo sic scribit Moyses, Numerabis tibi septẽ hebdomadas annorũ, & clãges bucina, & sanctificabisq; annum quinquagesimum, & vocabis

August.

Luc. 16. Chryst.

Luc. 16.

Hieron.

Moralitas

Num. 10.

Deut. 16.

P 3

vocabis



vocabis remissionem, & reuertetur homo ad possessionem, &c. Si attendas parabolam supradictam videbis, & spiritualem annum remissionis, in quo spiritualiter remittuntur quae illic temporaliter. An non tibi videatur annus remissionis, vbi Rex ille potens decem millia talenta simul remittit, & seruo, & ingrato, citraque omne meritum? Quod autem ipse semel obtinuit, hoc nos quotidie obtinemus. Regnum enim Christi Regnum gratiae, hoc est, Christus tale Regnum instituit, in quo semper prelo esset gratia, semperque resurgere liceret, quantuncumque labi contingeret, quandiu hoc Regnum staret. Et hic est verus Iubileus quem Christus attulit. Sic enim per Prophetam dicitur. Spiritus Domini super me, &c. Praedicare annum acceptabilem Domino. Audiens enim Christus a Patre, Hic est filius meus dilectus, &c. annunciauit nobis, quod per ipsam ad Patrem inueniamus aditum. In Christo enim est remissio, & satisfactio pro peccatis nostris, & per ipsum Patri sumus reconciliati. Nunc igitur licet cuique ad possessionem suam redire, qui domum, vel possessionem, vel semetipsum vendiderit, nunc redimere potest. Imò quod maius est, etiam si in posterum aliquid vendiderit, nunc redimere potest. Nul lum peccatum tam grande, quod non inueniat remissionem. Hunc Iubileum Christus per tubas illas promulgauit, Apostolos scilicet, aliosque praedicatores, qui potissimum in hunc usum electi fuerunt, vt scilicet praedicarent per nomen Christi poenitentiam, & remissionem in omnes Gentes: id quod Paulus egregie facit. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, &c. Imò quotiescunque alicuius Apostoli solennitatem colimus, admonemur hunc Iubileum iam proclamatum ac denuntiatum. Nemo igitur desperet. Si ad desperationem te adigit peccatorum multitudo, habes seruū hunc cui decem millia talenta remissa sunt. Si magnitudinem peccatorum, habes Petrum negantem: si turpido peccatorum; habes Mariam Magdalenam, itemque mulierem in adulterio deprehensam. Si diuturnitas peccatorum, habes Latronem in mortis articulo respicientem; si relapsus in peccatum, habes hic expressam auctoritatē de dimittendo fratre septuagesies septies. Quod autē hoc remissionis anno remissum non fuerit, in aeternum remitti non poterit. His conuenit &

tempus hoc Aduentus, quo admonemur quando, a quo, & per quem Iubileus ille inceperit. Nō abs re igitur Paulus nobis loquitur. Fratres, qui iam iustificati estis, & Christum induistis, hora est iam de somno surge re. Exigit hoc tempus, ne simus ignaui spiritus, ne itertamus, sed perficiamus quod inchoatum est. Credebamus olim salutem esse in rebus temporalibus, eramus incerti de salute aeterna, non habebamus expressam condonationem peccati, nunc habemus expressam condonationem peccati, habemus spiritus pignus vitae aeternae, certum praemium est positum, certa profugia sunt proposita. Stertere illos non admodum mirum fuit, quibus non erat certa salus proposita: nos qui omnia certa habemus quid ad huc fugimus? Impius es si non credis, ingratus es, si nō pro tot beneficijs vicissim corpus tuum impertias tua opera, ignaui si non contendas consequi. In eum modum Paulus hortatur. 2. Corint. 7. Has ergo habentes promissiones, charissimi; mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Et. 2. Petri. 1. Quomodo omnia nobis quae diuinae virtutis suae, quae ad vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute per quam maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per haec efficiamini diuinae consortes naturae, fugietes ea quae in mundo est concupiscentiae corruptionem. Subinferens, Vos igitur omnem curam subinferentes, &c. Haec enim si vobiscum adsint, &c. Et cui aut nō prelo sunt haec, ecce est, obliuionem accipiens purgationis, &c. Quid autē huiusmodi hominibus expectandum sit, terribile exemplū serui illi nos docet, nempe quo nouissima eius peiora futura sint prioribus. Melius enim erat ei via veritatis nunquam agnouisse, quam agnitā deserere, vt dicitur. 2. Petri. 2. In hoc autē capite etiā ostenditur, quomodo in hoc anno Iubilaei, hoc est in aduentu Christi ad priorē possessionem redimus. Nā vt hic ait Dñs, ab initio non fuit institutum matrimonium, vt dissolui possit, nec vt dare libellus repudij, sed quod propter coniugē deberet homo relinquere patrem & matrem suam, & adherere uxori suae, nec quod plures uxores haberent viri, sed duo tantum in carne vna essent. Postea autē propter duritiam hominum permissum fuit diuortium, & pluralitas vxorum. Ceterum in nouo Testamento ad priorē possessionem redimus. Nā nec libellus repudij pro diuortio faciendo, nec pluralitas vxorum iam in usu vnquam erit.

Isai. 61.

Matth. 3.

2. Cor. 6.

2. Cor. 7.

2. Pet. 1.

2. Pet. 2.

erit. Sed sicut ab initio masculum & feminam fecit eos, sic & modò. Et factum est cum consummasset Iesus omnes sermones hos, migravit a Galilea, & venit in fines Iudaeae. Haec enim pluribus descripsit quae Christus Dominus in Galilea, Tyro & Sydone, Samaria, Iudaea; vel docuit, vel operatus est, & quomodo vbiq; ostenderit signa suae clementiae, & omnes inuitaret ad vitam. Nunc incipit narrare quae Christus vltimò in Iudaea fecit, docuit ac passus est, idq; admodum ordinatè. Primo quae cis Iordanem, deinde quae in Hierico, Bethphage: postremò, quae in Hierosolymis acta sunt, quibus & Euangelium suum concludit. Venit ergo in fines Iudaeae. Exemplum habent praedicatores, ne in vno loco semper praedicent, ait hic diuus Thomas: Alijs in ciuitatibus, inquit Christus, oportuit me Euangelizare. Migravit a Galilea. Praedicator migret, & relinquat mundum: Nemo enim militans Deo, implicat secularibus. Et nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro: aprus est Regno Dei, Vos enim de mundo non estis ait Dominus discipulis suis, Ioannis. 25. Et apud Esai. c. 40. iubetur praedicator super montem ascendere. Et sequuntur eum turbae multae. Sic conueniunt ex pietate, vt doceantur & infirmifanentur. Hos deuotio pietatis, illos stimulus adduxit. Et accesserunt ad eum Pharisaei & tantos eum. Multas a Christo quaestiones interrogant, & cum ab omnibus superati euaserint, nec tamen ad huc cessant: Nimirum stimulante eos inuidia. Natura enim inuidi est, quod non cessat occasiones quaerere, etiā si videat se nil proficere, imò quò min⁹ proficit, eò magis ardescit inuidia: id quod hic in Pharisaeis vides. Aduerte deinde quid interrogent. Magnum aliquod sit oportet, quod sancti illi in corde versant. Audi. sicut homini dimittere uxorem. Nec simpliciter interrogant, an in aliquo casu matrimonium possit dirimi, sed addunt, Quacumque ex causa. Vides quomodo se ipsos prodant. Si quem videas alsidue medicos inquirentem, intelligis, quia infirmus est. Et sic cum videas virum siue mulierem, de dimittendis vxoribus vel viris interrogantes; cognosce quod vir iste lasciu⁹ est, mulier meretrix. Nam in matrimonio castitas delectatur: libido autem quasi vinculo coniugij alligata torquetur. Quod ergò Deus coniunxit, homo non separet. His verbis matrimonium summè commendatur. Quae autem maior commendatio esse potest, quam quod a Deo in-

Moralia.

2. Tim. 2.

Luca. 9.

Joan. 15.

Isai. 40.

simile.

Tom. II.

sicutum tanta diligentia est? Ex hoc enim coniugalis status Deo placere probatur, quod vel solum, si debite praesetur, omnia matrimonij onera leuia facere sufficeret. Quid enim leue esse potest, vbi status aliquis Deo displicere conuincitur? Quomodo sperare poterit opera sua Deo accepta esse, qui in damnabili statu est? Ecce quid non facile foret, qui scit statum suum placere Deo? Quomodo non sperabit Deo placitura opera tua, quando ipse Deo placet? Hinc sapiens Ecclesiastes. 9. Comede panem tuum in laetitia: quia opera tua placent Deo. Perfruere vitam cum vxore quam diligis cunctis diebus vitae instabilitatis tuae, qui dati sunt tibi sub sole, omni tempore vanitatis tuae. Haec est enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras sub sole. Sed o infelices coniuges, quorum paucissimi haec attendunt, vt non mirandum sit, tam onerosa esse eis omnia, ac erumnis plena. Deinde cum Christus tam diligenter hic coniugij institutionem repetat, quid aliud innuit, quam Deum ipsum maximam pro hoc statu curam gerere? Id autem & summam consolationem praebet coniugatis, nempe quod Deus pro ipsis curet. Deo autem curante, quid deesse poterit? Benedictio enim Domini diuites facit, dicitur Proverbiorum. 10. Demum & ex hoc loco satis innuitur quomodo in coniugio viuendum sit. Primò cum dicitur, Quod Deus coniunxit, homo non separet, cauendum admonet adulterium, & hoc est bonū fidei. Deinde ex verbo, Relinquet homo patrem, & matrem suam, & adheret vxori suae, mutua charitatem & obsequia persuadet, quod est aliud bonum matrimonij. Sic enim & Paulus ait. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Et Ecclesiastes. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, Vir & vxor bene sibi consentientes. Demum ex verbo, Erunt duo in carne vna, hortatur, vt alter alteri onera portet ac ferat. Sic enim Paul. Gala. 6. Haec omnibus Christianis praecipit, quanto magis coniugatis, qui vna caro sunt. Ac per id quod Christiani sunt arctius quoque vinculum habent. Ceterum ex hoc matrimonij vinculo grandia colligit mysteria. Paul. ad Rom. 7. dicens. Quae sub viro est mulier viuente viro alligata est Legi, postquam autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a Legge viri. Quod hoc idem Dominus hoc loco docet. Sed vide quid ex hoc inferat Paulus. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis Legi per corpus Christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo.

Ecclesi. 9.

Prover. 10.

Ephes. 5.

Ecclesi. 25.

Galat. 6.

Rem. 7.

p 4



Deo. Sensus est. Lex damnat, ac maledictio nem in seculum transgressio: scriptum est enim, Maledictus omnis, qui non permanferit, in omnibus verbis legis. Huic maledictio omnes obnoxij sumus, quando quidem omnes peccamus, nec quisquam liberatur. Quam diu vir uiuit, hoc est, uetus homo. Cum autē hic moritur, id quod in baptismo fit (illic enim sepelitur ac nouus relurgit) iam liberi sumus à legis maledictio, sicut mulier mortuo viro libera est: sic à libi loquens de hoc vinculo ad altiora ascendens ait. Sacramentum hoc magnum est: ego autē dico in Christo, & in Ecclesia. Quibus uerbis innuit eodem modo Christum unitum esse Ecclesie, quo coniuges inter se ununtur. Quam Pauli sententiam profundius prosequentes, hæc ipsa uerba quæ de carnali coniugio superius dicta sunt, ad hanc spiritualem unionem quoq; referamus. Primo uerissimè hic impletum est quod dicitur, Masculum, & femina creauit eos. Masculus & femina, & eadem nature sunt, humane scilicet, nam & Christus homo est, licet cum hoc Deus sit. Differunt autem sexu. Nam Christus, ut masculus spiritum dat Ecclesie, illa, ut femina uerbo Dei concipit ac parit filios, adeo que multos, ut ipsa secum miretur apud Esaiam. Quis, inquit, genuit istos mihi, ego sterilis, & non pariens. Ad hoc pertinet quod singulariter dixit, Masculum & femina creauit eos. Non enim est nisi vnus Christus, vnus mediator Dei, & hominum, nec est aliud nomen sub celo, in quo oporteat saluos fieri credentes. Sicut enim per vnum hominem mors, sic per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sic non est nisi vna Ecclesia. In cuius figura, non fuit nisi vna arca, in qua saluati sunt à diluuiio: vnaq; tantum mulier quæ in deuastatione Hierico viuere permittitur, nepe ea que exploratores Iosue excepit. Nescit Christus nisi vnā Ecclesiam, nescit Ecclesia nisi vnū Christum. Masculum igitur, & feminam creauit eos. Nec minus & illud in hoc coniugio impletum est quod subdit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Quomodo autem Christus reliquerit patrem propter uxorem suam, Paulus ostēdit cum dicit. Cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum. Et nimirum propter amorem huius mulieri: deniq; adeo reliquit Patrem, ut diceret, Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me. Hoc est dicere, qd sic se habuit ac si derelictus esset à Patre, & ipse dereliquisset eū;

Ephes. 5.

Esai. 49.

Acto. 4.

1. Cor. 15.

Iosue. 6.

Phil. 2.

Matth. 27.

& sic passus est ac si purus esset homo, cū diuinitas ibi abscondita fuerit, & à sua maiestate superfederit. Possumus ergo sic dicere, ad tempus reliquisse Patrem, dum cū hominibus conuersatus est, tanquā si esset purus homo uisus est, ut aglutinaret sibi uxore. Nā & si patre nunquā reliquit, sic se habuit tanquā si nō habuisset Patre Deū, cum tanquā si esset purus homo, sic conuersatus, sic passus est. Nec enim simpliciter assumpsit Ecclesiam, scilicet in uxore, sed cū ipsa omnia habere uult comunia. Hic igitur cōsidera, quid uterq; ipsorum habeat. Ecclesia enim ex se, nil ferē nisi peccatū, mortē, dānationēmq;. In hoc autē Christus, ut se uerū ostenderet spōsam, non aliter se gessit quā si propria essent. Pōdus enim peccatorum nostrorū quo ad infernū usq; de primebamur, in se recepit, pro peccatis nostris doluit, satisfecit, orauit. Id qd pulchrē Esaias ostendit dicens. Omnes enim nos sicut oues errauimus, & posuit in eo iniquitates omnium nostrorū. Merito igitur Paulus Ephes. 5. dixit. Tradidit semetipsum pro ea, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, &c. Et e contra quidquid diuinitatis, & diuinitarū habet Christus (est autem plenus gratia, inuitia, & beatitudine) id quoq; Ecclesie comunicat. Qui enim corpus suū, & se ipsum donat quomodo non omnia donaret? Atq; hoc est quod Paulus toties Christum dicit iustitiā nostrā. Sic ad Ephes. cū Christū dicit excitatū à mortuis ad dexterā Patris collocatum, statim sequenti capite subdit. Nos quoq; per Christū uiuificatos, & collocatos in celestibus; ut ostēdat omnē sponsi dignitatem sponsæ quoq; conferri. Cū igitur Ecclesiam in uxorem assumpsit, sequitur, & illud qd nūc vna caro sunt, & vnum corpus. Hinc Paulus nos toties corpus Christi appellat. 1. Corint. 1. Quod euidentius Ephes. 5. Nos, inquit, membra sumus corporis ei, & de carne eius, & ossibus eius. Quomodo igitur Christus non diligeret, foueret, & protegeret carnem suā, que nos sumus. Nemo enim carnem suam odio habuit. Quis non ex animo gaudeat hoc audiens. Quod igitur Deus sic coniunxit, nulla separabit creatura. Quis nos separabit à charitate gratiæ Christi? Hæc sunt quæ Paulus ex carnali illo coniugio collegit. Verē igitur dictum est, Declaratio sermonum tuorum illuminat. Et quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, &c. Ex hac sententia, qd coniuges separari non poterunt nisi ob fornicationem & adulterium, ingens nobis

Esai. 53.

Ephes. 5.

1. Cor. 1.

Ephes.

1. Cor. 1.

Ephes. 5.

Rom. 8.

Psal. 118.

nobis cōsolatio præstat. Quod enim Christus alijs coniugibus præcepit, quomodo non in sua uxore, Ecclesia uidelicet, seruetur? Nunquā igitur Christus dimittit Ecclesiam, nisi fornicata fuerit, & se prius subduxerit. Quemadmodū Iudam propter crebras fornicationes, vel Synagogā repudiavit. Verē magna cōsolatio, qd Deus nunquam relinquit nos nisi prius reliquerimus eum. Vnde Esai. 49. dicitur: Si potest obliuisci mulier infantis uteri sui. Et cap. 54. Ecce enim in manibus meis descripsi te. Et iterum, Ad punctum dereliqui te, & in miserationibus magnis congrabo te. Iuravi ut non irascar tibi, fœdus pacis meæ non mouebitur. Vnde igitur ne à tanto coniuge te separet, quo præsentem omnia habes, quo absente nil habes. Et circa illud. Propter duritiā cordis uestri permisi dimitti uxorem, ait Hugo, quod sic hodie propter duritiā suam multis permittitur dimittere Ecclesias de quibus uixerant; ab initio autem non fuit sic: quia antiquitus solebant accipi Ecclesie propter zelum animarum, & præbendæ propter zelum Dei principaliter, secundum illud Proverbiorum. u. Qui suscipit animas sapientis est. Nunc autem non propter animas suscipitur Ecclesia, sed propter diuitias, cuius signum est, quod propter ditiores dimittitur pauperior. Contra quos Hierem. 2. dicitur. Induxi uos in terrā Carmeli, ut comederetis fructus eius, & optima illius; & ingressi contaminastis terram meam. Non expedit n ubere. Quoniam leuius uidetur cum concupiscentiis nostris bellum gerere, quā cum muliere perniciosa. Nam, ut ait Hieronymus, si fuerit iracunda, si malis moribus, luxuriosa, gulosa, uaga, ebriosa, iurgatrix, & maledica, seu quodlibet huiusmodi, uelimus, nolimus sustinenda est. Cū enim liberi essemus, uoluntate subiecimus nos seruituti. Nā 1. Cor. 7. 1. Corinh. 7. dicitur. Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Qui dixit illis, Nō omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris uero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Hieronymus super cap. 14. Zacharia super illud, Quod qui festum scenophegie celebrant habeant salices in manibus suis, dicit, medicos docere, qd si quis florē salicis siue populi aqua mixtum biberit, & omnis in eo frigescat calor, & libidinis uena siccat, ut non possit filios generare. Tales ergo festiuitates exercent tabernaculorum. Moralitas Et sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter

Esai. 49. Esai. 54.

Prouer. 11.

Hierem. 2.

Hierony.

1. Cor. 7.

Hieron.

Moralitas

Regnum Dei. Hi sunt qui voto religionis se aditrixerunt. Circa quod notandum, quod Leuit. 3. duo genera sacrificiorum ponuntur. Alterum quod dicebatur holocaustū, quod significat totū incensum, in quo non offerebatur femina, nec pars aliqua illius sacrificij alicui cedebat, sed totum in honorem Dei cremabatur. Aliud uocabatur pacificorum sacrificium, & alio nomine dicebatur salutare, in quo, & masculus, & femina offerebantur, in quo minutia, ac intestina cum alijs, simul cum renibus cremabantur, in quo pars sacerdotibus, & pars offerentibus cedebat. Quæ duo sacrificia, teste Ysichio Doctore antiquissimo, duos status referebant, ac significabant qui in Ecclesia sunt, quorum alter altero perfectior ac melior est. Holocaustum, in quo integrum in honorem Dei cremabatur animal, religiosorum statum significat, in quo totos se offerunt Deo religiosi, corpusque suum, atque animam simul illi in sacrificiū offerunt, nec partem aliquam nobis reseruamus, ne nobis forte contingat quod Ananiæ, ac Saphiræ coniugibus, qui non perfectè hoc holocaustum obtulerunt partem bonorum suorum occultè reseruantes: propter quod repentina morte à beato Petro interfecti sunt, ut in Actibus Apostolorū legitur. Atq; ideo in hoc sacrificio femina non offertur: quoniam nil debile, ac imperfectum, nec qd carnem sapiat in eo debet offerri, sed totum perfectum ac integrum, & spirituale in honorem Dei cedere debet. Alterum autem sacrificium, quod salutare dicebatur, coniugatorum statum refert, in quo & femina offerebatur: quoniam simul cū illa carnis officia exercendo offertur sacrificium hoc. In eo offerebantur renūculi, & intestina; principium namque, ac uis generationis, in renibus consistit, unde per hoc significatur quod officia ipsa carnis quæ in coniugio interuenire solent, Deo offerri debebant, ac propter finem à Deo ordinatum exercenda sunt, ut & coniugium sit sanctum, & thorax immaculatus. Minutiores autem partes animalis in illo offerebantur: quoniam ipsæ parua res, ac minime, quas coniugati exercere possunt, elemosinæ, orationes quas recitant, nempe Rosarium beatæ Virginis, ac eius officium, Missæ quas audiunt, & alia bona opera, quæ respectu quidem perfectorum minora sunt, & respectu tot sollicitudinum pauciora; etiam hæc Deus acceptat, ac sibi

Leuit. 3.

Ysichius.

Act. 5.

Euangelium secundum Matth:

offerri gaudet ac possit. Partem enim maximam suae vitae his officijs macipatam habent matrimonio iuncti: quoniam ut Apostolus dicit, diuisi sunt. Sic enim, ait. 1. Corinth. 7. Mulier innupta & virgo cogitat quae Domini sunt, quomodo placeat Domino, mulier nupta cogitat quae viri sunt quomodo placeat viro, & diuisa est. Et sic de viro dicere poteris. Nihilominus sacrificium eorum acceptum Deo est ac salutare simul atque pacificum: quoniam pacem inter homines componit. Nam, ut diuus Gregorius docet, in opere tabernaculi viri magna offerebant dona, mulieres etiã sua localia Deo dabat, quae etiã accepta ferebat Deus. Quoniam & si conjugatorum sacrificium non adeo magnum ac illud est quod religiosi offerunt; nihilominus etiã eorum status acceptus ac placitus Deo est. Religiosi autem sunt qui se castrauerunt propter Regnum caelorum, cum etiã à licitis delectationibus abstinere volunt propter Deum, quidquid perfectionis apicem impedire potest repellendo. Perfectio quippe Christiana vitae in charitate consistit, quae hominẽ Deo conglutinat, atque coniungit, in qua vnione tota nostra perfectio consistit. Charitas quippe sic vnit animam cum Deo, quemadmodum corpus animae copulatur: ex quo id manet, quod anima sit in corpore, & corpus in anima. Sic ex vnione charitatis anima vnitur Deo, & Deus anima, secundum illam Pauli sententiam. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Corpus quidem est in anima, sicut continens in contento, anima quippe continet corpus & ei vitam, ac motum subministrat: sic anima diligentis Deum ab eo continetur, fouetur, atque mutatur: in ipso enim mouemur & sumus & viuimus. Quod si hoc in corpore verum est, multo magis in anima diligentis Deum, quae illi per charitatem arctius inhaeret. Anima est in corpore sicut forma in subiecto, sicut valor in aqua calida. Hac similitudine potest dici, quod Deus sit in anima per charitatem: quoniam charitas est forma qua perficitur anima, & quemadmodum ex vnione animae cum corpore remanet vita, & ex diuisione mors: sic ex vnione animae per charitatem cum Deo vita spiritualis animae remanet: quae vnitas si dissoluatur, mortua remanebit anima, atque tali orbata vita. Hinc enim. 1. Ioann. 3. dicitur: Scimus quod traslari sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Et

Gregorius.

Simile.

2. Cor. 4.

1. Ioan. 3.

subdit. Qui non diligit, manet in morte. Itaque coniugium hoc animae cum Deo, charitas operatur. Qui enim in charitate manet, cum Deo copulatus est. Vnde & Sponsa dicebat: Dilectus meus mihi, & ego illi. Ac si diceret: Para en vno somos, porq̃ nos queremos bien. Anima quae Deum diligit & ipsam Deum, para en vno son: quoniam inuicem sese diligunt. Igitur cum omnis vitae Christianae perfectio in charitate sita sit, ille status perfectior erit, qui propinquior est charitati, magisque adiuuat ad consequendum, vel augendum illam. Duas autem nobis Deus reliquit vias ad consequendam charitatem. Altera est regalis, & communis, camino carretero, qui est Decalogi obseruantia. Altera est consiliorum adimpletio, quae est veluti semita, ac compendiosior via, qua ad perfectionem peruenitur. Quae licet prima facie horrida, ac dura appareat; his tamen qui per illam pergere incipiunt, faciliior, ac planior magis ac magis videtur. Sunt enim consilia veluti scutum quoddam, quod Decalogum ipsum protegit, atque defendit, vt melius obseruetur. Sunt etiam veluti pignus, ac sponsio quaedam, qua melius reliqua praecipua obseruentur, sicut & Abbas Moyses in collationibus Patrum dicebat: Ieiunia, vigiliae, meditatio Scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in eis consistit disciplinae finis, sed per ea peruenitur ad finem. Nam in religione impedimenta charitatis expellimus, & virtutes, quae charitatem aduocant, amplectimur, quod maxime fit per obedientiae votum. Nam, vt D. Thom. docet. 2. 2. quaestio. 104. articulo. 3. Licet obedientia non sit maior omnium virtutum; tamen in eis quae ad perfectionem adiuuant, inter praecipuas computatur. Perfectio quippe consistit in hoc, quod spretis temporalibus, homo Deo se coniungere satagat: ergo virtutes illae quae ad contemptum temporalium, quae aeterna impendere solent, plus adiuuant, propinquiores erunt charitati. Sed obedientia est huiusmodi: quoniam quanto maior res est quam propter Deum spernimus, plus charitati tribuimus; sed obedientia maiora propter Deum dimittit, eo quod bona nostra in tres diuidimus classes. In prima ac minori classe sunt bona temporalia extrinseca, qualia sunt diuitiae; media sunt bona corporalia, vt sunt integritas, salus, vita; suprema sunt animae bona,

Cantic. 9.

Simile.

Abbas Moyses.

D. Thom.

na, inter quae voluntas praeminet, quae in toto homine Reginae partes exequitur. Et quoniam obedientia, non diuitias, non corporis bona Deo offert, sed propriam dat voluntatem, quae radix omnium aliorum est; ideo hunc primatum inter alias virtutes habet. Qui enim voluntatem propriam a se abdicat; radicem omnium malorum, quae charitate impedire solent aufert. Nec enim bona temporalia impedimenta charitati praestant, nisi quando voluntas eis inordinate afficitur. Radix omnium malorum (ait Paulus) est cupiditas. Non diuitiae, sed cupiditas diuitiarum, non honor, sed eius cupiditas; charitatem impediunt. Vnde Gregorius ultimo Moral. dicit: Obedientia potior est victimis: quoniam per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Hinc Samuel dicebat: Melius est obedire quam sacrificare. Qui enim voluntatem suam Deo tribuit; id quod ipse Deus cupit dar. Nam ideo Dauid dicebat: In me sunt vota tua Deus. Hoc est non quae extra me sunt desideras, sed quae intra me sunt cupis, hoc est, cor meum. Nam & te audio dicentem: Fili praebe mihi cor tuum. Et ab Abraham vnigenitum filium suum petisti. Nec tamen, quia voluntatem meam alteri subdo, me ipsum minuo, quia prius me libertate mea quae potior in me est, quinimo libertatem ipsam perheio, illam subdens bono, auertentque quantum possum a malo. Nil enim magis aduersum voluntati, quam peccatum, a quo quantum mihi possibile est illam auerto. Potentia quippe peccandi, non potentia, sed impotentia est. Deus enim peccare non potest, & tamen summa libertas est: & Apostoli in gratia confirmati mortaliter amplius non peccauerunt, imò nec in sensu composito peccare potuerunt supposita gratia, & tamen libertatem minimè amiserunt, sed illam bono tanquam necessitate quadam subdiderunt. Hinc diuus Augustinus in epistola ad Armenarium, ait. Felix necessitas, quae in meliora compellit. Non te pigeat vouisse, sed magis gaude, non tibi licere quod cum tuo graui damno licuisset. Sed dices: Qui frangit votum quod semel fecit, & contra illud operatur, grauius peccat, ergo non est utile vouere. Nego consequentiam. Quoniam non est culpa voti, vt ita dicam, sed mea qui praua voluntate contra votum facio. Si enim super pontem pergis qui ruinam minabatur, & fractus erat, & cadis; tunc pons

1. Tim. 6.

Gregorius.

1. Reg. 15.

Psal. 55.

Proue. 23.

Gen. 22.

August.

Simile.

fuit tui casus causa. Si autem optimum ac fidelem ascendis equum, & cadis ab eo; tua culpa fuit, qui attem equitandi ignoras. Obedientiae votum non est pons confractus, sed equus velox, quod celerius caelum petas: si tu ab illo cadis tua magna culpa est, qui te firmum in tali equo continere non voluisti. Ecce quomodo qui religionis perfectionem vouent, sunt qui se castrauerunt propter Regnum caelorum. Vnde talibus eunuchis per Prophetam dicitur: Ne dicat eunuchus, Lignum aridum sum. Qui tales, etsi carnales filios non procreent, spiritualia tamen opera, quae potiora sunt, maxime gignant. Tunc oblatus sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus vero ait illis: Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim Regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Mos erat pueros offerre antiquioribus (ait hic diuus Tho.) qui benedicebant & orabant pro eis, significantes benedictionem a Deo esse. Domino offerebant experti quam eius tactus esset salutaris. Hinc accepit Ecclesia, vt paruulis aliqua sacramenta dentur, vt contra daemones firmentur. Discipuli autem increpabant eos, non pueros ipsos, sed offerentes illos (vt ex alijs Euangelistis colligitur): existimantes Domino molestos esse. Diuus Hilarius, cap. 19. super Matth. ait: Paruuli qui offeruntur, Gentes sunt, discipuli prohibent: quia cupiant prius Israelem saluari, vetat vero eos Dominus: quia talium est Regnum caelorum. Impositione enim manuum, & precatione Christi cessante etiam legis opere, accepturi erant Spiritum sanctum. Discipuli vetabant eos. Et tamen scriptum est, noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse bene fac. Herodiana crudelitas est nascentem persequi puerum, & Aegyptiacos occidere paruulos. Iesus vero ait illis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere: talium est enim Regnum caelorum. Non dicit istorum, sed talium: ad significandum Regnum caelorum esse qualitatis existentis in paruulis, nempe innocentiae: nihil enim inquinatum intrabit in Regnum caelorum: vel humilitatis quae significatur per paruulos, vt supra dixit Dominus. Nisi efficiamini sicut paruuli. Ac si diceret: Quia Regnum caelorum est talium, hoc est, innocentum quales sunt paruuli. Et rursus talium, hoc est, humilium animo: sicut isti sunt paruuli corpore: id enim significat

Isa. 56.

D. Thom.

Hilarius.

Proue. 3.



ficat illud, Cū esset paruulus in oculis tuis, hoc est, humilis. Vnde & Symō de Casia, lib. 9. capit. 45. Talium, ait, est Regnum cœlorum: quoniam in Regnum Dei nemo nisi ignorans ingreditur, aut si deliquit, ad innocentiam reuertitur. Ideo paruulos complexus est, indicans, neminē superna dignū benedictione, nisi innocens. Sunt enim innocentes, aut qui innocentiam seruarunt, aut qui amissam per poenitentiam recuperarunt, aut quæ in Purgatorio fiet. Et diuus Chrysost. homil. 65. Dominus docens tremorem contemnere, manus imponit, & his Regnum pollicetur. Nos igitur si regnare volumus, studeamus eam virtutem cōsequi. Ab omnibus enim passionibus vita paruulorum libera est. Si vapulant à matre, ei accedunt, matrem licet pannosam, pro Regina non commutant, vltra necessitatē nil querunt, paruo lacte contenti sunt, rerum magnarum iacturam non dolent, nec venustatem admirantur. Faciamus ergo nos voluntate, quæ faciunt paruuli natura. Hæc Dominus Pharisæorum arrogantiam odians docuit, ne discipuli etiam in Iohescerent, videntes se tanto pretio haberi, simul vt versutiam fugiamus, simplicitatem sectemur. Fuit versutus Saul, Dauid verò simplex. Et cum imposuisset eis manus, abist inde. Ecce quomodo Dominus ceremoniarum Ecclesiæ institutor fuerit ac magister. Quare non mirum, quod Sacramentorum gratia per impositionem manuum in Ecclesia datur. Vnde Ecclesia paruulos suscipit ad baptizandum & confirmandum, quod hæretici insanè reprehendunt. Nam Numer. 14. dicit Dominus: Paruulos qui ignorant boni & mali distantiam, introducam in terram. *Numer. 14.* *Genes. 17.* Præcepit Deus, vt infans octo dierum circumcideretur: & puer paruulus Samuel oblatu est in templum. Tetigit ergo Dominus paruulos. Multipliciter tangit Dominus, flagellando, secundum illud Iob. Manus Domini tetigit me. Consolando, vt Daniel. 8. Tetigit me & statuit in gradu meo. Beneficia conferendo, vt paruulos istos. Et id quod Isaac dixit Jacob: Accede sili mi, vt tangam te, & benedicat tibi anima mea. Tangendo quippè paruulos; humiles sua benedictione dignos esse significat. Nam, & Proverbiorum. 29. dicitur: humilem spiritu suscipiet gloria. Et Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni

faciam, vt habeam vitam æternam? Hic adolescens diues, imò & Princeps inter Iudæos propter magnas diuitias quas habebat, non malignè interrogauit Dominum, sed sincero animo ad sequendum Dominum propenso. Magistrum eum vocat: quoniam omnium bonitatis ipse magister est. Vnde Deuteronom. 8. dicitur: Sicut homo erudit filium suum, sic Dominus Deus tuus erudit te. Bonum autem illum dicit: quoniam scriptum est, Bonus Dominus & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. *Deut. 8.* *Natur. 1.* *Iohan. 6.* Quid boni faciam? Id & Ioan. 6. interrogabant Iudæi Dominum. Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est Dominus Deus bonus. Cæteri Euangelistæ aut, respondisse Dominum, Nemo bonus nisi solus Deus; tamen potest dici, vtrumque respondisse Dominum: quoniam & interrogans bis etiam bonum geminauit. *Exod. 31.* Vnus est bonus Deus: quoniam bonus Deus est, bonus essentialiter, causaliter, exemplariter, & finaliter. Et sic nihil est bonum, nisi in quantum illud participat bonum, & in quantum ab illo est, & in illo diuinum bonum splendet, & ad ipsum tanquam ad finem ordinatur. Sic Exod. 31. dicitur: Ego ostendam tibi omne bonum. Id autem, Nemo bonus nisi solus Deus, intelligitur omniquaque: omnis enim creata res admixtionem habet mali naturæ, vel moris. Quo nos docere vult, vt cum ab hominibus laudibus efferimur, aut tanquam doctores, ac magistri ab alijs habemur, retorqueamus proprias laudes in laudem Dei. Et reuocare ad memoriam debemus, tam proprios, quam laudantium communes defectus: nã sic nos humilitate proficimus, & Deum honoramus, in quo, & à quo est omne bonum. Nam quia ipse iuuenis Christum purum hominem arbitrabatur, & illum dicebat bonum: ideo Dominus bonitatem in Deum retorfit, quippè qui & principium & finis omnis boni est. Et vt ipsam iuuenem instrueret, ne propterea quod mandata Dei seruasset, in superbia eleuaretur: quia solus Deus bonus est ex se, cætera omnia ab ipso bonitatem mendicant. *Matth. 23.* Si autem vis ad vitam ingredi serua mandata. Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit, Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem, & diliges proximum tuum sicut te ipsum. His verbis Dominus & liberi arbitrii

vim ostendit, dum dicit, Si vis, & solam vitam æternam vere esse vitam, dum interrogatus de vita æterna, responderet, si vis ad vitam ingredi. Illa enim verè vita est, & quæ sola hoc nomine gaudere debet, in qua nullum habet mors locum, sed totum vita est. Ostendit etiam se nullo modo contrarium esse Legi: cum eam iubeat impleri, imò nec alia requirit quam legis obseruantiam, cum dicit, Serua mandata. In quo & confutatur error dicentium, opera non esse necessaria ad salutem, sed tantum fidem exigere. Qui vtique si interrogarentur, quæ ratione quis vitam æternam assequatur, nolent eum Domino dicere: Serua mandata, sed tantum inculcarēt, Crede in filium Dei. At Dominus nunc fidem exigit, nunc opera, pro occasionis opportunitate; significans, & fidem, & opera esse necessaria ad salutem. Cæterum adolescens iste audiens necessarium esse mandatorum obseruantiam ad salutem, & æstimans, alia præcepta esse præter legalia, quæ ei vitæ fierent causa (audierat siquidem Christum sicut & noua quædam promittentem, ita & noua quædam præcipientem hominibus) & ideo interrogat, quæ nã essent ea præcepta quæ sibi seruanda forent. Et vt Dominus ostenderet, non de alijs, quam de illis quæ in lege scripta erant se loqui, respondendo subiungit, enumerando aliqua ex mandatis, ea scilicet, quæ sunt secundæ tabulæ, & ad proximos pertinent. Et quidem (vt diuus August. 8. de Trinitat. capit. 7. annotauit) cum dilectio Dei, & proximi duo sint præcepta ex quibus tota lex pendet & Prophetarum, plerunque Scriptura pro vtroque vnum ponit, siue tantum Dei (vt est illud Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & iterum. 1. Corinth. 5. Quisquis diligit Deum, hic cognitus est ab illo) siue tantum dilectionem proximi Scriptura commemorat, sicut est illud, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, Galat. 5. & illud, Omnis lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Et ob hanc causam forte cū in hoc capite numerentur præcepta Decalogi, nil dicitur de præceptis ad Deum spectantibus: nec enim vnum præceptum sine alio impleri potest, & ideo Scriptura sæpe pro vtroque vnum solet ponere. Mihi videtur, quod quia scienti legem Christus loquebatur, ea tantum commemorat illi præcepta, quæ ad proximum spectabant: eo quod

difficilius adimplerentur à diuitibus: nam diuitiæ solent homines aduersus proximos indurare, vt in diuite Epulone visum est. Nō homicidium facies, non adulterabis. Futura pro imperatiuis, more Hebræorum, ponit, vt est illud, Omnis vallis implebitur, pro impleatur. Sed ex hoc loco oritur dubium, quomodo si adolescens etiam præceptum hoc de dilectione proximi seruauerit (quod patet ex Luca, qui refert, quod intuitus illum Dominus dilexit eum) & in dilectione proximi reliqua præcepta includantur. Quomodo, inquam, potuit illi aliquid deesse? Ad quod facile responderetur, quod aliud est loqui de eo qui vult ad vitam ingredi, & aliud de eo qui vult perfectionis aggredi viam. Nam volenti saluari, sufficit decem præceptorum obseruatio: volenti autem perfectionis viam ingredi, adhuc sibi consiliorum semita deest. Quod hic Christus Dominus ostendit. Nam cū iuuenis respondisset (omnia hæc custodiui à iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest?) Sub intulit Dominus. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. Quare id quod dicit, Adhuc vnū tibi deest, non est sic accipiendum quasi vnū istud sic ei defecerit, vt sine illo non posset ingredi ad vitam: sed quia iuuenis cū dixit, Omnia seruasse illa à iuuentute, id est pueritia sua, quæ fuit, Quid adhuc mihi deest? Hoc est, quid præter ea facere possum, vt habeam vitam æternam? Respondit Dominus: Adhuc vnū tibi deest. Id etiam poteris facere, & adicere factis, vt commodius vitam consequaris. Ac si quis ea quæ sufficerent ad negotium aliquod iam fecisset, & alius diceret illi. Adhuc vna tibi restat facienda res. Et daret consilium quo facilius negotium suum perageret. Nō quod illud necessarium esset præter id quod fecerat: sed quod commodius & facilius & rectius per illam rem illud compleret: sic in proposito. Adhuc vnū tibi deest. Non quod sine isto non posses habere vitam: sed quod per istud certius & verius, & plenius sis habiturus vitam æternam. Vnde & subdit, si vis perfectus esse. Hoc est, si vis tibi nil deesse, quod faciat ad obtinendam vitam æternam: nam perfectum est cui nil deest. Vade & vende, etc. Potest tamen etiam intelligi vnū illud, quod dicit Dñs ei deesse, necessarium fuisse ad salutem, quod cū ipse diues esset, deerat ei cōtempus diuitiarum, nimisq;

nimis afficiebatur diuitijs suis, vt patet ex sequentibus, & in eis nimis confidebat. Quandiū ergo in hoc erat affectu, vnum ei deerat ad salutem necessarium, nimirum vt si non diuitias suas, saltem affectum hūc abijceret. Itaq; quod dicitur, Si vis perfectus esse, hunc habet sensum. Si vis nil tibi deesse quod ad salutem consequendam sit necessarium, Vade & vende omnia. Non q̄ vendere omnia sit necessarium ad salutem; sed quod Dominus id consulat ei, qui affectu illo impediēbatur ab ingressu Regni cœlestis. Secundū enim hunc sensum, non est intelligendum vendere omnia necessarium esse ad perfectionem hoc modo intellectam, sed consilium esse, ac modum, quo necessaria illa ad salutem perfectio optime habeatur. Sed licet hæc interpretatio sit iansenij; tamen quia videtur non posse stare cum eo quod Lucas refert, nempe q̄ Dominus dilexit iuuenem istum, quem tamen non dilexisset, si in eo talem affectū diuitiarum, qui vitam impediret, respexisset: ideo in priori explicatione potius persistendū est. Nisi dixeris, quod licet hic affectus diuitiarum non tātus adhuc esset in iuvene isto, q̄ impediret vitam per peccatum mortale: tamen quia tantus erat, vt iam iā proximus esset mortali lapsui Dominus præuenire volens dixit, hoc sibi ad vitam deesse, nempe vt talem relinqueret affectum, qui se propediem in mortale peccatum esset precipitaturus. Sed non opus est his angustijs nos premi, cum prima interpretatio ac commodatissima sit. Si vis perfectus esse, nimirum non perfectione absoluta qualis in alia vita erit; sed ea perfectione quæ in hac vita accidere potest, & quæ huic conueniens est in corpore hoc vitam agentis. In hoc autem verbo Dominus Vigilanti errorē dānat, qui teste Hieronymo, assererat melius esse, si quis moderatē rebus suis vteretur, pro loco & tempore occurrens necessitatibus pauperum; quā si semel omnia relinquat. Verba Hieronymi, hæc sunt. Quod autem Vigilanti asserit, melius eos facere, qui vtuntur rebus suis & paulatim fructus possessionum diuidunt pauperibus, quā si possessionibus venditis simul omnia largiuntur. Nō eis à me, sed à Domino respōdebitur. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ex qua D. Hieronymi interpretatione colligitur, ipsum de consilio, non de præcepto intelligere textū istum. Verūm ex hoc loco dubium insurgit,

Hierony.

an perfectio vitæ Christianæ consistat in consilijs, an in præceptis. Nam q̄ in consilijs sit, locus iste docere videtur: sed quod in præceptis potius consistat, patet, quia in duobus præceptis dilectionis vniuersa Lex, & Prophetæ pendent, vt Dominus docuit. Ad quam quæstionem D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 3. respondet dicens, Perfectionem vitæ Christianæ per se quidem, & essentialiter consistere in obseruatione præceptorum, non quorumlibet, sed illorum duorum quæ peculiariter dicuntur præcepta dilectionis: quia is verè perfectior est, qui perfectius hæc implet præcepta, & perfectiorem habet charitatem; secundario verò & instrumentaliter consistit in obseruatione consiliorum: quia per hæc sicut per alia præcepta promouetur homo ad obseruationem præceptorum charitatis. Aliter tamen per præcepta, & aliter per consilia. Nā præcepta alia à duobus præceptis charitatis ordinantur ad remouendū ea quæ sunt charitati contraria, cum quibus scilicet, charitas esse non potest. Consilia verò ordinantur ad remouendum impedita actus charitatis, quæ tamē charitati non contrariantur. Sicut est matrimoniū, occupatio rerū tēporaliū, & alia huiusmodi. Vnde August. in Inchiroidio dicit. Quæcūq; mandata Deus, ex quibus vnū est, Nō mō habentis, & quæcūq; non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus vnū est, Bonū est homini mulierem non tangere; tunc recte sunt, cū referuntur ad diligendū Deū & proximum propter Deum, & in hoc seculo & in futuro. Igitur, si vis perfectus esse, ait Dominus, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Vt insinuat, q̄ perfectio non consistit in abdicatione tēporalium, sed in sequendo Christum, vt statim prolixius videbimus. Et habebis thesaurum in cœlo. Ecce quod supra diximus, nimirum quod hauii qui bona nostra, ac thesauros in cœlum transtulerunt, sunt pauperes. Cum autem audisset adolescens verbum, abiit tristis; erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in Regnum cœlorum. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quā diuitem intrare in Regnum cœlorum. Ecce quid faciat diuitiarum amor. Hic enim affectus difficilem reddit aditum Regni cœlorum. Et quia hic præoccupauerat animum huius diuitis, abiit tristis. Imō Origenes refert ex quodam

D. Thoma

August.

August.

August.

August.

August.

August.

Origenes.

Euan.

Euangelio quod tunc temporis circumferebatur; quod iuuenis hic auditis Domini verbis cepit scalpere caput digito, *No le comia alli.* Nec enim habere diuitias, sed eas appetere in culpa est. Vnde diuus Augustinus in Inchiroidio, cap. 18. Non enim, ait, est incarendo difficultas, nisi cū est in habendo cupiditas. Et in Epistola. 34. ad Paulinum, & Therasiam. Quomodo cū superflua, & terrena diliguntur, arctius adcepta quā concupita constringunt. Nā vnde iuuenis ille tristis abscessit, nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud enim est iam nolle incorporare quæ defunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa enim velut cibi repudiatur, ista velut membra proscinduntur. Hic adolescens eos significat qui quærent ab alijs consilia, quæ si sibi non placēt, contristantur. Nam Prouerb. 18. dicitur: Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Idest, nisi eis dixeris quæ ipsi volunt. Abiit tristis: quia minoris est meritū relinquere possessa, quā voluntatem possidendi. Scriptū quippè est, Felix qui non abiit cum tristitia super mentem suam. Paulus ait: Seculi tristitia mortē operatur. *Erat enim habens multas possessiones.* Eccles. 5. dicitur: Quid prodest possessori nisi quod cernit diuitias oculis suis? *Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in Regnum cœlorum.* Non quia diuitia secundum se impedimenta sint ad Regnum cœlorum, imò dantur ad hoc à Deo: & Aristot. dicit. Diuitias esse instrumenta beatitudinis: sed affectus hominis nimis inordinatus ad diuitias habitas, qui valde frequens est; & difficilem reddit aditū ad Regnū cœlorū. Propterea enim scriptū est. Diuitia si affluant, nolite cor apponere. Vnde Hilarius can. 12. in Mattheum ait: Quam difficile, hoc est, quam rarum: non enim criminis est habere, sed modum in habendo non retinere. Sed periculosa res est velle discedere. Famulatus enim Dei rem huius seculi sine vitijs nō assequetur. Quare diuitibus specialis difficultas occurrit ad intrandum in Regnum cœlorum, vt statim dicemus. Et Beda libro. 3. in Marc. cap. 10. Aliqui, inquit, habent diuitias & amant eas, & hi sunt auari, alij non habent & amant, & ij sunt cupidi & gremiosi. Alij habent & non amant, vt Abraham & Patriarchæ: alij nec habent, nec amant, sicut sunt viri & perfecti religiosi, qui sunt munito crucifixi. Vnde Salomon Eccles. 4. ait. Qui amat diuitias, fructū non capiet ex eis.

August.

Prouer. 18

Eccles. 14.

2. Cor. 7.

Eccles. 5.

Aristot.

Psal. 61.

Hilarius.

Beda.

Eccles. 4.

Fieri tamē potest, vt qui amat diuitias, exutis cupiditatis retinaculis, per gratiam Dei ianuam intret cœli. Nam & Dauid cor diuitijs non apposuit. Dicebat enim Psal. 61. *Psal. 61.* Vnicus & pauper sum ego. Nec Abraham qui Deum filio suo prætulit. Sapiens autem in Prouer. dicit: Qui festinat ditari non erit innocēs. Et licet si beatus sit diues qui post aurum non abiit, tamen quis est hic, & laudabimus eum? vt dicitur Ecclesiastic. 31. *Et Eccles. 31.* iterum dico vobis. Acti diceret: *poco he dicho, mas os digo. Facilius est camelum perforamen acus transire, quā diuitem intrare in Regnum cœlorum.* Aliqui per camelū intelligunt animal illud gibbosum & magnum, & tunc est hyperbolica locutio, quæ frequens esse solet in sacra Scriptura, in quo nil aliud intelligi voluit, quā esse valde difficile, vt diues obtemperet Euangelicæ doctrinæ, pro qua etiam potest sumi Regnum cœlorum. Sic Genes. 7. hyperbolice dicitur, Rupti sunt omnes fontes abyssi, & catharactę cœli aperte sunt: sic enim dictum est ad insinuandam inundationis magnitudinem, quæ tanta fuit, vt fundamentū cœli videretur secundū vulgarem opinionem dissipatum, & catharactę cœli, quæ sunt fenestræ, aut viæ occultæ, per quas de cœlo aëreo, secundum plebis opinionē pluuia venit, viderentur aperte. Suspiciatur enim plebs stulta, quod apertis illis fenestris deorsum funditur pluuia, & illis ocululis continetur. Item Deut. 9. *Deut. 9.* hyperbolice dicitur, Vt possideas ciuitates ingentes, & in cœlum vsque munias. Item Num. 13. Vidimus, aiunt, ciuitates peringentes vsque ad cœlos. Vidimus viros, & eramus sicut locustæ corā eis. Quod si in toto rigore sumatur, vt dicat impossibilitatē, cū prius tantūm difficile dixerit, Fortè dicendum est difficile esse aditum diuiti in Regnum cœlorum, ea ratione, quæ dicta est, nempe quia difficile est eū abstrahi ab amore diuitiarum, nec eis sepe abuti: impossibile verò, tum quia quandiū manet confidēs in diuitijs, non potest ingredi, tum quia non sua virtute, sed sola Dei gratia, eaq; efficaci & potente potest à fiducia, amore, ac abusu diuitiarum abstrahi. Sed melius est dicere, esse hyperbolicam loquutionem, pro eo q̄ est valde difficile, vt modò diximus. Sicut Eccles. 22. dicitur: Arenā, & salem, & malfam ferri facilius est ferre: quā hominem imprudentem. Quo aliud non significatur quā difficultatē esse ferre hominis insipientiam. Sic cū dicitur, Prouer. 17. Expedite magis

Psal. 61.

Prouer. 28.

Et Eccles. 31.

Gen. 7.

Deut. 9.

Num. 13.

Eccles. 22.



magis vix raptis fatibus occurrere; quam fatuo confidenti sibi in stulticia sua hyperbolice significatur omnino non expedire, sed homini periculosum esse occurrere vel se stulto. Et illud, Si potest Æthiops mutare pellem suam, & Pardus varietates suas. Et vos potestis benefacere, cum didiceritis malum. Non quod absolute istud sit æque impossibile, atq; illa, sed hyperbolica loquutione significatur istud admodum esse difficile. Ac quemadmodum etiam in proposito, non tam significatur impossibilitas, quam difficultas. Quod patet clarius ex Luca. Qui cum dixisset, quam difficile qui diuitias habent in Regnum Dei introibunt; pro probatione huius subdit. Facilius est enim, camelum per foramen acus transire. Non ergo hac sententia nisi magna significatur difficultas, quæ per præcedentem sententiam significatur. Quam difficile qui pecunias habet, ad cuius probationem hæc à Luca adduntur. Alij per camelum, non animal, sed funem potius nauium, quo anchora alligatur, intelligunt. Dicitur enim & funis ille camelus à Græcis, methaphora ab animali desumpta: propter ipsius grossitatem, & tortuositatem. Non quod possibilis & facilis sit funem talem transire per foramen acus, quæ ipsum animal: sed quod aptior videtur comparatio funis cum acu, quam animalis cum acu. Alij, inter quos Albertus, & Caietanus, per camelum intelligunt quidem funem, tamen per foramen acus volunt intelligere portas ciuitatis Hierusalem. Nam in muro Hierusalæ propter bella finitima magnæ portæ conclusæ fuerunt, & paruulæ portulæ apertæ, quæ foramen acus propterea quod strictæ erant, vocabantur, per quas animalia oneraria, nisi depositis sarcinis introire non poterant. Sic nec diues intrare poterit arctam coeli ianuam, nisi saltem onera diuitiarum deponat affectu. Hoc autem nulla autoritate fuleitur. Quare verisimilius est, Dominum de animali, quod camelus dicitur loquutum fuisse, quod cum maximum sit & tortuosum, aptè cū foramine acus comparatur quæ minimum est, nec tortuositatem admittens, in quo difficultas, de qua loquitur, maxime exaggerat, ipsaq; cameli cū diuite cōparatione pulchre significatū est, diuites in modum camelorum onustos esse diuitiarum sarcina, ac veluti gibbo quodā inæqualitatis coram Deo deformatos esse. Et proinde non posse per angustam, & arctam portam, quæ ducit ad vitam, intrare, nisi, vt

diximus, sarcinas affectu deponant. Vel sic; Facilius est camelum, &c. hoc est, quemcūq; peccatis onustum. Nam camelus licet magnum sit animal; tamen quasi adhuc vellet esse maius, habet gibbum in dorso, in quo significatur peccatis superbia, & maxime diuitiam. Sic enim Paulus Timotheum instruens, ait: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Deū viuū, & inefficentem incertitudinē diuitiarum opponit. Hinc Proverb. 11. dicitur: Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Et. 28. Qui festinat ditari non erit innocens. Redarguendi tamen, & cū imperio monendi sunt diuites, ne superbe supra se efferantur. Ideo quippe in veteri legi gibbosi à sacerdotio arcebantur: quoniam non superbos, sed humiles ministros vult Deus. Itē super camelum sine ligamine iacet sarcina: sic super peccatores peccatū. Ipsi enim assueti peccatis, sic se præparant ad onus illorū portandū, sic se coaptant, vt absque ligamine, aut industria aliqua diaboli, ipsi super se talia onera portēt, atq; sustineant. Multos enim peccatores inuenies qui absq; vilo diaboli adiumento peccent: transit enim iā consuetudo in naturā, & potest dici naturalis malicia illorū. Naturalia autem nō indigent arte, sed per se sustinentur. De quibus per Prophetā dicitur: Ephraim vitula docta diligere triturā. Id est, quæ nullo agricolæ conamine, ipsa se gratis iugo subdit. Camelus etiā facile ad terrā inclinatur, nec sursum respicere potest propter gibbum, sic impij peccatorum sarcina grauati. De quib; dicitur: Oculi stultorū in finibus terræ. Vnde mulierē per infirmitatē deorsum corpore inclinatam, solus Dñs erigere potuit. Hī sunt mystici illi cameli qui Esai. 60. promittuntur ingressuri portas Hierusalæ, cū dicitur. Inundatio camelorū operiet te, Dromedarij, Madiā, & Ephra. Quæ admodū & in hoc loco, & in Esaiā adnotauit Hieron. qui in Esaiā scribens, & hæc sententiā tractans, Facilius est camelū, & confirmat eam intelligentiam quam vltimo loco adstruximus, dicens. Difficultatem rei propositæ, non impossibilitatem. D. August. lib. 2. de Quæstione Euangelica. c. 47. & post eū diuus Gregor. libro. 35. Moral. cap. 12. Per diuitem intelligunt omnem cupidum, & huius seculi dilectorem, per camelum autē ipsum Christum: quia humilior, in se onera nostra sustinuit. Et tunc sensus est, facilius esse Christum pati pro dilectoribus seculi,

1. Tim. 6.

Prover. 11. Idem. 28.

Sapient. 12.

Osea. 10.

Eccles. 2. Luc. 13.

Esai. 60.

Hieron.

August. 2. Gregorius.

seculi: quam delectores seculi ad Christum posse conuerti. Per acum enim intelligunt passionem ipsam pungentē, per foramen acus passionis angustias. Vel per foramen acus intellige fidem vulnerum Christi, qui in aduentu primo perforatus est, & in secundo perforabit ad modū acus. Vnde Cantic. 2. dicitur. Colūba mea in foraminibus petra. Hoc est, quod anima peccatoris in vulneribus Christi, qui est petra, felle peccati deponit, & fit colūba. Et Esai. 2. Ingredere in petra, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini. Exod. 26. legitur, quod cortina templi facta sūt opere plumario, hoc est cū acu (sue labor de aguja) per quas significatur prælati protegentes, & ornantes Ecclesiam, qui facti sunt boni opere acus Christi, hoc est lanceæ & clauorum opere, quæ velut acus corpus suum perforauerunt, & per eius passionem genus humanum iustitiam assequutum est. D. Hilarius Cano. 19. ait. Camelus Gente significat vestimento Baptista assutas. Camelus verberibus obedit, ieiunij est patiens, oneri succūbit: ita & Gentes. Acus est prædicatio Euangelij, per quam corporum vulnera asluuntur, dissoluta vestimenta retexuntur, mors ipsa cōpungitur. Per hoc ergo Euangelium facilius Gentes intrat, quā opulenta gloriantis in lege. Auditis autem his, Discipuli mirabantur valde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem iesus dixit illis. Apud homines impossibile est: apud Deum autē omnia possibilia sunt. Audientes Discipuli difficultatem penē impossibilem dixerunt. Quis ergo poterit saluus fieri? Hoc est, quis diuitum saluabitur? Vel sic generaliter id dicant: quoniam ferē omnes homines, vel sunt diuites, vel appetunt esse diuites, & non diuites, sed appetitus diuitiarum rem hanc difficile facit, vt statim dicemus, & ideō generaliter dicunt, Quis poterit saluus fieri: sed tamen Deo omnia possibilia sunt. Nam vt Angelus Gabriel dixit. Non erit impossibile apud Deū omne verbum quod mēte cōcipi potest. Et Gene. 18. dicitur. Nūquid Deo quidquā difficile erit: Ex quo intelligimus necessariū esse Dei specialissimū auxiliū, vt saluemur, contra Pelagiū, Quapropter etiam si nostris viribus diffidamus, Dei tamē implorandū est auxiliū, etiā in rebus impossibilibus nobis, vt potē cui nil est impossibile. Sic enim & Paulus ait, Omnia possum in eo qui me cōfortat, & uncreffo dens Petrus dixit eis. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quis ergo erit nobis etc.

Cant. 2.

Esai. 2.

Exod. 26.

D. Hilari.

Luc. 2.

Philip. 4.

Amē dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim indicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Occasione sumpta ex præcedentibus Christi verbis, hanc suo & Discipulorum nomine Petrus interrogationem facit. Ac si diceret. Nos hoc accepimus consilium, vt omnia propter te bona nostra relinquamus. Quem ergo thesaurum, aut quam propter hoc mercedem habituri sumus? Vbi Origenes ait. Quænam hæc omnia sunt, quæ reliquisse cum suis condiscipulis se iactat Petrus? Nunquid thesauros magnos, aut opulenta prædia dimiserunt? Nunquid Mileuitanum Ducatum, aut Indorum aurum & argentum? dissoluta retia, cymbam, aut nauiculam dirutam certē, arundinem cum seta & hamo, capsulamque vermiculispenam. Quomodo ergo auli sunt dicere se omnia reliquisse? Cur ergo hæc tanti aestimas, Petre, vt propter ea thesauros à Christo promissos velis? Attendite. Minimum quidem erat, quod Petrus, & alij Discipuli reliquerant: magna tamen fuit voluntas, ac promptitudo animi, quæ ea dimiserunt: quoniam si plura habuissent, eadem voluntate, ac facilitate quæ cetera abiecissent. Deus autem non tam pensat quantum, quam ex quanto. Nam Deus, non eadem mensura metitur quæ sibi donatur, quæ homines. Duabus mensuris homo metitur ea quæ alteri donat. Alteram habet in se ipso, hoc est voluntas, & amor, & ad eius mensuram ea quæ amico porrigere debet, ponderat. Quare qui multum diligit, multum porrigit. Altera mensura est exterior, quæ ea quæ donat metitur, nempe vel modium tritici, vel libram argenti? Igitur homo qui beneficia ab altero recipit, non internam mensuram voluntatis attendit, sed exteriam, quæ dummodò cumulata sit, nil ad eum de voluntate magna, vel parua pertinebit. Tribue multum illi, quoniam sine volens, siue inuitus id facias, nihil ille pensi habebit. Deus autem è diuerso procedit. Nec enim tam externā opera, quam internam recipit voluntatem, quasi magna sit, etiam si

Moralitas seu concio.

Origen.



minima offeras, magna tamen in conspectu eius apparebunt. Quod in oblatione viduae illius apparuit. Quae & si duo tantum minuta intulit in gazophilatium: quia tamen ea magna praestitit voluntate, ut si plura habuisset, plura obtulisset; ideo acceptabilior fuit eius oblatio quam aliorum. Quoniam Deus pius respicit voluntatem, quam externa munera, & si voluntas ei placet, quodcumque munus obtuleris acceptabit. Quod in oblatione duorum fratrum Cain scilicet & Abel, clare patuit. Ait quippe Scriptura. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Prius excepit Abel, deinde munera eius: quoniam id quod prius respicit, facies est animae, quae voluntas est. Abel quippe prius cor suum dicavit, deinde munera obtulit: & ideo Deo placuerunt. Cain vero cor suum sibi reliquit, & tantum exterius munus Deo praestitit: & ideo repulsam passus est. Plus tribuit (ait D. Ambrosius) qui arborem simul & fructus, quam qui tantum fructus praestat. Arbor & radix omnium operum nostrorum voluntas est; fructus autem sunt opera. Qui ergo voluntatem simul cum operibus offert, plus tribuit, quam qui opera, ac qui munera dumtaxat confert. Magis volo fontem, quam riuos ex illa fluentes. Da mihi fontem, & tibi sint riuus. Da mihi auri minam, & tu accipe glebas. Fons est cor, ac voluntas; haec Deus sibi elegit. Fortiter respondit Quintus Fabius Maximus quibusdam populi Romani subiecti; qui cum ei munera magna auri, ac argenti offerret; magnanimitate quadam respondit, dicens. Populus Romanus, non tam aurum, quam auri Dominos vult. Deus Optimus Maximus, non tantum auri, quam auri quaerit. Sic enim & Paulus ait. Non enim vestra quaerimus, sed vos. Et ipse Dominus per Salomonem ait. Fili praebe mihi cor tuum. Id etiam Abraham dixit Regi Sodomorum. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Id etiam tibi dicit, cum ait, Fili praebe mihi cor tuum, cetera tibi sint. Qui enim hoc offert Deo, facile cetera omnia ei cum opus fuerit donabit. Igitur quia Petrus & alij eius discipuli cor suum, ac voluntatem Deo obtulerant; ideo dixit, eos omnia reliquisse: quia omnium rerum voluntatem a se abdicauerant. De quo infra latius dicemus. Et sequitur sumus te. Parum fuisse omnia reliquisse, nisi id propter Christum fecissent, ut illum promplices, & expeditiores sequerentur, alioquin & Philosophi multi suas res dimiserunt, non tamen propter Christi sequelam;

Genes. 4.

Ambros.

2. Cor. 12.

Genes. 14.

Prover. 23.

& ideo nil illis profuit. Origenes Thebeum quendam haec fecisse commemorat, quod omnem suam substantiam tradiderit populo Thebanorum, propter libertatem animae suae, & exemplum vitae facilioris, ut se beatum ostenderet gentibus, nec indigentem hoc mundo. Et Craton Philosophus docuit Discipulos suos facultates suas vendere & continere, sed non docuit ea pauperibus largiri, sed potius ad captandam hominum laudem inutiliter dispergere. Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, etc. Non dixit, Quod vos qui reliquistis omnia (ut optime adnotavit Hieronymus) sed qui sequuti estis me. Nec enim perfectio in abdicatione rerum temporalium consistit, sed in Christi sequela per charitatem. Perfectio quidem hominis Christiani in unione ad Deum sita est, ut proximè diximus, quoniam perfectio cuiuscunque rei in hoc quod suo principio coniungatur consistit, & quanto propinquior, & similior quaelibet res suae causae fuerit, tanto perfectior est, ut patet in calore, qui tanto perfectior est, quanto plus actiones ignis imitatur, ut potest qui fortius comburit, perfectior est in genere caloris. Omnium autem rerum principium Deus est, cui cetera omnia assimilari cōtendunt, & praecipue homo qui ad hoc fuit cōditus, ut Deo per gratiam & gloriam uniretur. Quia igitur charitas hanc unionem supernaturalem facit, quia hominem Deo iungit (habet enim excellentissimi vim amoris, quae facit ex duobus unum) ideo in illa hominum, ac Angelorum perfectio consistit. Quare Paulus charitatem vinculum perfectionis vocat: quoniam tanquam nexum quodam animam Deo iungit, ac ligat, in quo perfectio nostra consistit. Nos enim conglutinamur Deo tanquam causa supernaturali, quae nobis, & gratiam, & gloriam debeat conferre, ac ideo est virtus per se infusa & supernaturalis, ac proinde nec viribus nostris acquisibilis. Et hoc est sequi Christum. Nam licet charitas nos ei coniungat, tamen semper ipse praecedit, longèque nos semper superat, & quantumcumque nos post illum properemus, semper ipse antecellit nos. Hinc Sponsa ipsam salientem contempletur, cum dicebat. En iste venit saliens in montibus, transiliens colles: Similis caprae, hinnuloque; cervorum. Quis poterit apprehendere illum? Quare & ipsa Sponsa dicebat. Trahe me post te; curremus in odorem unguentorum tuorum. Hoc est, quantumcumque curramus, nunquam ante te ibimus, imò nec compares ambulabimus, sed semper post te curremus. Id enim est

Hieronymus

Coloss. 3.

Cant. 2.

Ibidem. 1.

est quod Iacob Esau fratri suo dixit, & nos Deo poterimus dicere. Praecedat Dominus meus, & ego paulatim sequar vestigia eius. Quocirca propter hanc rationem iusti qui Christum sequi contendunt, omnia sua dimittunt, quod illum expeditius, ac celerius sequi valeant, scientes divitias gravare valde animam, & quasi compedibus, ac catenis ipsam ligatam tenere, ne posset sequi factorum suum. Hinc enim Hebraei divites, graves, ac ponderosos appellat. Nam ubi nos legitimus (Abraham autem erat dives valde) Hebraei dicunt, Erat nimis gravis, quasi divitiae gravidine quadam animas impediunt, ne possint currere in Christi sequelam. Ob hoc igitur eas a se abdicant iusti: quod celerius post eum currant. Hoc typice exprimit animal illud, quod Ezechiel vidit, habens quatuor facies hominis, Vituli, Leonis, atque Aquilae. Quod animal Christum Dominum exprimebat, qui fuit Aquila secundum divinitatem, & homo secundum humanitatem, & fuit homo in conversatione, Vitulus in Passione, Leo in Resurrectione, atque Aquila in Ascensione. Rota autem quaedam animal istud sequebatur: quocumque pergebat, ita quod eleuabatur a terra, & deprimebantur, cum vel animal in terra sistebat, vel ab ea resurgeret, & eleuaretur. Rota autem haec iustos referunt, qui post Christum totis viribus pergunt seipsum tanquam rotas celeritate quadam impellentes, vel tentationibus projecti, aut devotione, & amore impulsu, tanquam Rota in huius mundi circulo rotantes, in obedientia mandatorum Dei, in religione, vel extra celeriter ambulantes, quocumque spiritus eos propellat: nam spiritus vitae erat in Rotis, id est gratia, & Spiritus Sanctus, qui eos impellit. Est enim gratia (ait Augustinus) anima animae, vita spiritus. Et non revertentur, cum incederent animalia illa. Sancti quippe qui Christum sequuntur, minime retrocedunt: quoniam nec ipse Dominus unquam respexit retrò, sed semper faciem ad labores convertit, vultumque suum integrum illis praebuit. Obfirmavit faciem suam contra Hierusalem (ait Evangelista quidam) ubi ut pateat respexit. Quare & de animalibus sanctis etiam dicitur, quod unusquisque coram facie sua gradiebatur, vultum scilicet ostendendo laboribus. Vel dicimus Christum sequi: quia in hac vita illum comprehendere non valeamus. In hac quippe via per fidem ambulamus, non per speciem. Hic sequimur: illic consequimur. Haec vita est via: illa terminus. Hic

Genes. 13.

Ezech. 1.

August.

Zac. 9.

Tom. II.

motus: in illa quies est. Sic enim & Paulus ait. Sequor autem, si quomodo comprehendam, Et alibi. Sic currite, ut comprehendatis. Vos ergo qui sequuti estis me, ait Dominus, apprehendistis me. Et in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. In regeneratione, hoc est, in ultima resurrectione, quae dicitur propriae carnis regeneratio: nam eadem caro quae nunc est, regenerabitur. Et sicut homo in ventre matris suae, prius habet formam imperfectam embryonis, quam perfectam hominis. Aequatur figuram & speciem: sic corpus cum moritur, seminatur corpus animale, foetum, corruptibile, infirmum, surget autem spirituale, hoc est spiritui facile obediens, subtile, gloriosum, incorruptibile, ac forte, ut ait Paulus. Cum sederit filius hominis, in sede maiestatis suae. Hic coram Rege nullus sedet, & si quis sedet datur ei ignobile scabellum: ibi sedebitis coram Dei maiestate, super duodecim sedes. Et sicut ipse sedet in sede Maiestatis suae, sic & ipsi coram illo sedebunt: quoniam in eo quo ipse quiescit, quiescunt & illi. Ille in maiestatis suae comprehensione quiescit, in cuius visione ipsi quietem accipiunt. Iudicantes duodecim tribus Israel. Magnus honor est in hac vita esse iudices, ac ministri Regum, qui simul cum illis iudicant eorum interiores, ac subditos. Ceterum Sancti simul cum Deo iudices Regum erunt, ac Imperatorum. Iudicabunt Sancti nationes, & dominabuntur populis (ait Sapiens) & regnabit illorum Rex in perpetuum. Liber apertus est (ait Ioannes, & Daniel) hoc est Dei scientia, & libri aperti sunt) hoc est Sancti: quoniam in eorum vita suam legem condemnationem reprobi. Illic enim quid non fecerint, & quid facere deberent videbunt. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, ait Sapiens. Et omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. Hoc non debet, ut iacet ad litteram intelligi. Nec enim centum patres, aut matres est recepturus, qui unum pro Deo reliquerit. Sed sic intelligendum est. Dabitur ei res una, quae plusquam centum patres, aut matres profit. Nam si propter Deum unum patrem carnalem dimiserit: ipsum Deum loco Patris accipiet, qui plus ei quam centum patres, imò quam mille valebit. Hinc Psalmista ait. Quoniam

Philip. 3.

1. Cor. 9.

Simile.

1. Cor. 15.

Sap. 3.

Dan. 7.

Apo. 20.

Sap. 4.

Psal. 26.

q. 2. pater

Euangelium secundum Matth.

patet meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Hinc & ipse Dominus nos admonet, ut in oratione nos ipsum Patrem inuocemus, dicentes. Pater noster. Et alibi Hierem. 3. Et nunc inuoca me, Pater meus es tu. Si dimittis matrem, ipse pro mille matribus erit. Nunquid obliuisci potest mulier infantis uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, ait Dominus per Elaiam. Et per Oseam dicit. Et ego quasi nutrens Ephraim: por: abam enim in brachijs meis. Quod si dimiseris filios propter Christum, Scias quod ipse poterit tibi dicere, id quod Helcana dixit Anne uxori suae, quae flebat, eo quod non habebat liberos. Nunquid non ego melior sum tibi, quam decem filij. Quod si filius fructus est uentris tui, quis dulcior fructus quam ille quem opera tua pro Christo facta parient tibi? Et si in filijs memoria tua perseverat, memento quod scriptum est, In memoria aeterna erit iustus. Memoria quippe filiorum in pronepote finitur. Si relinquis uxorem, ipse est sponsus & sponsa. Exierunt obuiam Sponso, & Sponsae. Donaria quippe nobis tribuit tanquam sponsus, voluptatibusque ac delitijs implet sicut sponsa. Dimisisti fratres, ipse caro & frater noster est. Vade & dic fratribus meis. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum dixit Dominus Magdalenae. Et quia diuidit nobiscum hereditatem, hoc est Regnum caelorum. Quare Paulus coheredes nos vocat Christi. Verum si agrum, aut domum reliquisti, domum non manufactam habes in caelis. Hoc est, ipse Deus, qui solus non est factus. Secundo sic intellige. Centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Hoc est, duplex accipiet premium, hic in praesenti seculo centum pro vno accipiet, & vitam aeternam possidebit in alio. His enim qui thesauros in pauperes distribuunt, duplex occurrit merces. Quoniam in praesenti seculo ea Deus illis multiplicat, & in futuro vitam conferat aeternam. Domino quippe sceneratur, qui miseretur pauperi. Et ubi nos legimus, Tota die miseretur & commodat, legit Augustinus. Tota die sceneratur. Et ideo quotidie lucratur. Atque hoc restat diuiti remedium ut salu fiat, nepe ut in eleemosynas bona sua distribuat. Hoc enim, ait Chrysostomus, facit pietas, quod impossibile possibile reddit. Si dicitur, impossibile esse diuitibus intrare in Regnum caelorum; sed si eleemosynas facit, facile intrabit. Et si dicitur, Facilius est Camelum, hoc est funem intrare per foramen

acus, si in fila redigas funem, & quodlibet poterit per foramen acus ingredi. Sic si in pauperes distribuas diuitias tuas, partem huic hospitali, partem huic coenobio, aliud illi pauperi in cibum, alij in dotem, & sic poteris intrare per angustam Paradisi portam. Vel tertio centuplum accipiet: quia in comparabiliter valet plus quod accipit, secundum illud quod Gene. 26. dicitur. Seminavit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, &c. Paucis propter Christum omiserunt Discipuli, ea tamen facilitate, ac voluntate, ut si plura habuissent, eadem facilitate etiam ea reliquissent. Philosophi dicunt ita inter se connexas esse virtutes, ac ligatas, ut qui unam habuerit, reliquas omnes habere necesse sit, quod si non in actu, saltem in habitu. Quod est dicere, si studiosus non omnia opera virtutum exercet in actu: habet tamen sufficientem dispositionem in anima ad ea exercenda, cum se obtulerit occasio, aut possibilitas ad tale opus virtutis exercendum. Verbi gratia. Pauper studiosus liberalis est ac magnificus, non quidem in actu, quoniam non habet possibilitatem ad haec exercenda, deficit quippe ei materia talium virtutum, quae sunt diuitiae, quas si habuisset magnificus, ac liberalis esset. Sic Discipuli pauca quidem reliquerunt, habebant tamen in anima eam dispositionem, ac vim, ut si plura habuissent, ac maiora etiam reliquissent. Quare de eis dicitur, Beati pauperes spiritu, hoc est, qui in voluntate omnia parumpendunt. Amen dico vobis, &c. In rege: oratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, & vos, &c. In regeneratione, hoc est, in illo immortalitatis statu, ac Regno, sedebitis super sedem, &c. nam in hoc temporali, caduco, ac prope diem perituro Regno, parum id aestimandum est. sedebitis & vos. Magna quidem res. Nam in hoc mundo, cum in praesepio esset Christus, nec coram illo Reges sederunt, sed potius procidentes adorauerunt eum: sed ibi, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae; & ibi Discipuli super duodecim sedes sedebunt coram eo. Ante eius conspectum fugit Caelum, tremunt Potestates, adorant Dominationes, ante cuius Thronum, Reges coronas a suis capitiibus deponunt, Seraphinque tremantes alas colligunt; ibi coram eo sedebunt iusti, super duodecim sedes, per quas vniuersitas iudicium significatur, simul cum Christo, tanquam assessores eius

Genes. 26.
Alia moralitas. Sen concio.

Cap. XX.

eius vniuersas iudicantes gentes. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Sic honorabitur quemcunque voluerit Rex honorare. Sic enim clamabat Aman coram Mardocheo. Et omnia qui reliquerit, &c. centuplum accipiet. Hoc est, bona spiritualia, quae in immensum excedunt temporalia. Quare apud Lucam spirituales fructus numero centesimo comparantur. Nota excessum quem numerus centesimus facit unitati: quoniam hunc bona spiritualia supra temporalia efficiunt; Vnitas quippe non est numerus, sed principium numeri: numerus autem centesimus est omnium numerorum maior, quoniam illic finitur omnis numerus, & de nouo incipit vnitas, aut dualitas. Sic bona temporalia non absolute bona sunt, sed initia quaedam figurae bonorum. Quis tu hic, aut quali quis hic, dixit Deus vni diuiti. Spiritualia autem bona vere bona sunt, quae omnem adimplent mensuram bonorum. Vide ergo quantum tibi conferatur praemium: nam ob ea quae nil sunt, ea quae omnia bona sunt tibi praestantur. Quare sic intelligit D. Augusti. illud Pauli. Tanquam nil habentes, & omnia possidentes; quia licet non habeamus temporalia quae nil sunt; habemus tamen spiritualia quae omnia in se continent bona. Nam qui dona haec Dei habet, ipsum Deum habet, in quo omnia continentur bona. Vnde habet centum patres, matres, atque patres, &c. quia Deus omnium horum vices superabundanter adimplet. Et aduerte quod duo praemia hic promittit Christus diuitibus, qui bene suas diuitias distribuunt; alterum in praesenti seculo, alterum in futuro; & tamen sufficiebat diuitibus quod Dominus eos doceret diuitiarum contempnum, & ab earum seruitute liberaret eos, praeter hoc quod etiam eis praemia aeterna promitteret, ut propter primum beneficium dumtaxat ei semper parere tenerentur. Sicut satis erat populo Israel quod illum Dominus ex captiuitate Aegyptiaca liberasset, ut sepe suis esset adstrictus obsequijs: praeter hoc quod etiam eis terram fluentem lac & mel pollicitus esset. Promittit ergo diuitibus Deus quod eos faciet suarum diuitiarum dominos; cum illos eas contemnere docet, atque a se facile abdicare cum oporteat. Imo quod illum faciet persecutorum dominum, eo quod illas parumpendat propter ipsum Christum. Vnde Marc. 20. dicitur. Qui reliquerit patrem aut matrem, &c. cum persecutionibus: quoniam omnium horum

dominabitur, sicut populus Israel qui ex captiuitate omnium diuitiarum Aegypti dominus effectus est, ipsumque spoliavit cum dimisit eum; sic cum quis haec omnia reliquerit, tunc eorum dominus efficietur conferendo ei in hac vita gratiae donum, quae omnia contemnere valeat, & in alia gloria, in qua in pace cum Deo requiescat. Euangelium hoc in festis sanctorum Monachorum legitur in Ecclesia, qui relictis vilitas, omnibus Christum sequuti sunt. Et in festo sancti Antonij, qui auditis verbis Domini quae dixit adolescenti postulanti quid faceret, ut saluus fieret, respondit, Vade, vende omnia quae habes, &c. Id opere executus est, & protinus omnibus abdicatis eremum petijt, ubi sanctissime pluribus annis vixit; atque idem fecit beatus Franciscus. Et quidem tales verba haec dicere potuerunt, quae Petrus Domino dixit. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Nam & si retia dilata dumtaxat, & nauiculam paruum reliquissent: tamen quia voluntatem, ac desiderium omnium rerum dimiserunt, illamque soli Deo subdiderunt, ideo vere dicere potuerunt se omnia reliquisse. Voluntas quippe ac desiderium sunt retia, & nauicula, quae sic irretitos, ac costrictos miseris mortales in huius seculi insanis aquis tenent. Retia quidem sunt hominum vana, ac inutilia desideria, quae infinitas res veluti gradae rete comprehendere solent. Quot enim, & quam diuersa desideria irretire solent? Iam diuitias superfluas desideras, & ut eas acquiras, mare, ac terras circuibis, alterius poli incolas, Graecos, ac Scythas, barbarasque gentes, tumetique Oceano proximas non relinquis. Omnia haec in hoc rete comprehendere satagis. Quod si te honoris desiderium, quod ambitio dicitur, occupat, quot retia tendis? Quot fauores requiris? Amicorum Regis, Curialium, Consiliariorum, vel eorum qui eis familiares sunt, Familiarum potentium, aut earum quae pulchritudine sua alios allicere solent, ambicijs suffragia, munera tribuens, nec mendacibus, ac adulationibus parcens. Bone Deus, nullum lapidem immotum relinquet, ut officia, ac dignitates quas appetunt consequantur. Rete non paruum est desiderium carnalium voluptatum, quae multa fila confuit, multos inuenit modos, ut hac foemina fruatur, illam aliam seducat promissis, mendacibus, periculis, lenonibus eas sollicitans, omnia tentans, omnia periclitans, ut cupita voluptate

Psal. 127.
Iester. 6.
Luc. 8.
Simile.
Esai. 22.
August. 21. Cor. 6.
Tom. II.

fenatur. Magnum recte desiderium homi-
nis certe. Et tandem hæc omnia quæ irre-
tita in desiderij sui rebus habet, in nauic-
ulam voluntatis effundit, quæ hæc om-
nia recipit, amat, talibusq; desiderijs assen-
titur, ubiq; in illis placet, atq; eis irretita, ac
impedita nonnunquam tanto pondere pres-
sa submergitur. Hæc ergo retia, hanc nauicu-
lam Petrus cū suis socijs omiserat, nēpe horū
honorū desideria simul cum voluntate, imō
relictiunt retia sua aliquādo homines: qm̄ cū
voluntas hæc bona, vel has voluptates falli-
dit tanquam defessa dimittit: carnales ho-
mines tunc quasi relictiunt distatam: talium
rerum cupidinem, eam fouere nituntur, ac
confouere, & suscitare mille rebus inuen-
tis, quibus appetitum succident, vt vires re-
parent, & iterum ad voluptates piscandas
redeant. Hinc de istis Propheta dixit. Vt
iniquè agerent laborauerunt. Quoniam se
ipsos ad malum, etiam si minus apti tibi vi-
dētur, inuitant. Igitur qui harum rebū de-
siderium, ac voluntatem reliquit: potest in
veritate dicere se omnia reliquisse. Hoc em̄
enigma quoddam est, quod diuus Ambro-
sius docet dicēs. Omnia potes relinque-
re retinendo. Quid hoc mysterij est, aut quæ
res est retinendo omnia relinquere. Omnia?
quis Ædip? hoc ænigma edisseret? certe mo-
do dicto id poterit fieri, nēpe hæc omnia
à voluntate eradicando ne illi inhæreāt, nec
cor eis apponendo, sed superponēdo. Tunc
enim eas res possidet quasi non possideret.
Si enim illis non es affectus, facili negotio
eas à te abdicabis. Qui habent vxores tan-
quā non habentes sint, & qui vtuntur hoc
mūdo, tanquā si non vtantur. Si enim ab his
rebus alienā habes voluntatem, sic eas habes
tanquā si non haberes, cū eas cū opus fuerit
dimittere non formidabis. Ceterum quoniā
actus exterior est bonæ voluntatis manife-
statiuus, hinc fit quod multis viris perfectis
non sat sibi visum est voluntatem à diuitijs
auertere, verū etiā eas opere ipso abdicare,
vt sic manifestum fieret eas radicibus dimi-
sisse, vt ad Abraham dicit Deus. Nunc co-
gnoui quod timeas Deū. Hoc est opere ipso
feci agnoscere timorem Dei, quem intrus ge-
rebas, cū non dubitaueris immolare mihi fi-
lium tuum. Secundò id faciunt iusti intelli-
gentes id quod D. Augustinus dicit. Nimi-
rū quod bona tēporalia habita auidius cōe-
piuntur. Crescit amor numi, quanta ipsa pe-
cunia crescit, & vt tale euadant periculum
à se ea abijciunt. Quid ergo erit nobis? Hæc

cura debet angere animū cuiuslibet Chri-
stiani. Quid erit mihi in illa æterna vita?
quid tibi hæc de hæc præsens quippe vitā tan-
quam dies externa quæ præterit. Lino & ipsi
impij hæc agnoscūt, cū dicant: Comedamus
& bibamus, cras enim moriemur. Et Paulus
de vita præteriti ait. Donec hodie cognomi-
natus inter vos, id est, donec præses vita durat.
Quid hoc stultitia, tantam adhibere dilige-
tiam pro vno die, tantam quæ ignauiam, ac
solicitudinem pro æternitate habere? Vel quid
erit nobis, quō mihi eundem est? Quem fi-
nem tenere debeo, an bonorum, an repro-
borum? Tantam nauare operam in vitā, &
nihil de termino cogitare? Hæc sanctos cura
anxios sollicitos tenebat, ita vt corporum or-
bliti, ea dumtaxat quæ sunt animæ cogita-
rent. Et omnis qui reliquit fratrem, aut sero-
rem, aut matrem. Iam supra diximus, quod
amor facit diuisionem, sed vt maiorem faci-
at vnionem. Gladium veni mittere in ter-
ram. Veni enim separare filium aduersus pa-
trem suum, &c. Et amor comparatur mor-
ti, vbi dicitur, Fortis est vt mors dilectio.
Mors quippe diuisionem facit animæ & cor-
poris, quæ ita vnita sunt, vt multi Philosophi
existimauerint simul cum corpore animam
perire, ac si vna tantum res essent, & tamen
eas mors diuidit. Verum mors in diuisione
terminum facit, amor verò diuidit, vt magis
vniat. Amoris quippe effectus est vnionem
facere amanti cum amato. Hinc amplexus
adiuuenti sunt, ad significandum desideriū
quo appetit amans, ubi vnum facere aman-
tem. Vnde Paulus ait. Qui adheret Deo,
vnus spiritus est cum eo. Nam ob hoc so-
lum debent separari filij à parentibus, ma-
riti ab vxoribus, cum scilicet impedimen-
to tibi sunt ne Deo coniungaris. Centuplum
accipiet. Attulit fructum alium centeli-
mum, &c. Et vt tot facias numeros, oportet,
vt aliquid à te proiecias. Qui chartis
ludunt, aliquando chartam aliquam à se
proijciunt, vt aliqua eis inhæreat quæ plu-
res numeros faciat. Sic & tu debes facere.
Aliquando figuram à te dimittere, hoc est,
nihil in pulchritudine tua confidere, sed
potius eam scindere, si occasio tibi ruinæ est.
Aliquando ensem vindictæ, aut cupidita-
tem, vasa voluptatis proiece, vt plus me-
ritorū acquiras. Multi autē erunt primi nouissi-
mi, & nouissimi primi. Hoc est, multi primi
erunt nouissimi, & nouissimi erunt primi.
Dixerat Dñs, quod qui reliquisset patrem
& matrem, &c. centuplū esset accepturus, ex
quo

psalm. 29.

1. Cor. 15.

Matth. 10.

Cant. 8.

simile.

Hierem. 9.

Ambros.

1. Cor. 7.

Genes. 22.

August.

quo sequeretur quod melior esset conditio
diuitum, & generaliter eorum qui plurā re-
liquerunt, quam qui pauca dimiserunt: vn-
de multi antecellerent Apostolos, qui pau-
ca, vel ferè nulla reliquerunt: ideo ad obuiā-
dum huic intelligentiæ hanc subiungit sen-
tentiam, in qua hoc docere voluit. Quod mul-
ti nouissimi in hac vita, quoad res, honores,
& reliqua temporalia, erunt primi in alia vi-
ta, & e conuerso multi primi honoribus, &
reliquis rebus temporalibus affluētes, erunt
nouissimi in alia vita: quia non censum, sed
affectum, non quantum, sed ex quanto of-
fertur, pensat Deus. Vel dic quod hoc loco
hanc parabolam adijcere voluit Dominus,
vt doceret suas promissiones iam ante posi-
tas generaliter factas esse omnibus, quicun-
que eius verbis fidem haberent, & præsta-
rent obedientiam, nulla habita ratione Ge-
tis, aut carnalis originis. Posset & genera-
liter loquendo multos dicamus ex ijs,
qui prius videbantur, vel ad tempus fuerunt
primi, postmodum fieri nouissimos, & e con-
trario, propter quorundam peccatorum con-
uersionem, & aliorum iustorū auersionem.
Vel intellige de Gentibus quæ præfata
sunt Iudæis, qui primi fuerant, vt ipse Dñs
Luc. 13. dixerat peculiariter Iudæis. Nescio
vos vnde sitis. Discedite à me omnes opera-
rij iniquitatis. Ibi erit sletus & stridor dētiū,
cū videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & om-
nes Prophetas, vos autē expelli foras. Et ve-
nient ab Oriente, & Occidente, & Aquilo-
ne, & Austro, & accumbēt in Regno Dei, &
ecce sunt nouissimi primi, & sunt primi qui
erāt nouissimi. Et Paulus Ephesiorum. 2. In
Christo Iesu, vos qui aliquando eratis lon-
gè, facti estis propè. Et inter vocatos qui
prior est reputatione sui, fit nouissimus retrī-
butione: quia omnis qui se exaltat humiliā-
bitur. Et hoc intendit instruere per totū se-
quens capitulum.

Luc. 13.

Ephes. 2.

Cap. XX.



SIMILE est Regnum
celorum homini patri-
familias, qui exijt pri-
mo manē conducere ope-
rarios in vineam suam.
Conuentione autem fa-
cta cum operarijs ex de-
nario diurno, misit eos

in vineam suam. Et egressus circa horam ter-
tiam vidit alios stantes in foro otiosos, &
dixit illis. Ite & vos in vineam meam, &
quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem a-
bierunt. Iterum autem exijt circa sextam, &
horam nonam, & fecit similiter. Circa vnde-
cimam verò exijt, & inuenit alios stantes, &
dixit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Di-
cunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis.
Ite & vos in vineam meam. Cum serò autem
factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori
suo. Voca operarios, & redde illis mercedem,
incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum
venissent ergo, qui circa vndecimam horam ve-
nerant, acceperunt singulos denarios. Venientes
autem primi arbitrati sunt quod plus essent
accepturi. Acceperunt autem, & ipsi singu-
los denarios. Et accipientes murmurabant ad-
uersus patremfamilias. Hi nouissimi vna
hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui
portauimus pondus diei & æstus? At ille re-
spondens vni eorum dixit. Amice, non facio
tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti
mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo
autem, & huic nouissimo dare sicut & tibi.
An non licet mihi quod volo facere? An
oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?
sic erunt nouissimi primi, & primi nouissi-
mi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.
Parabola hæc subiuncta videtur ad expli-
candam hanc sententiam à Do-
mino propositam in præcedenti capitulo.
Multi autem erunt primi nouissimi, & no-
uissimi primi. Nam Græca exemplaria con-
iunctionem habēt causalem subiunctā, sic
dicendo. Simile est enim Regnum celo-
rum homini patrifamilias. Et in duobus
codicibus Latinis manuscriptis sic etiā
inuenitur. Colligitur etiā ex hoc, quod
in fine parabola repetendo sententiam, cū
explicanda seruit parabola, dicitur. Sic e-
runt primi nouissimi, & nouissimi primi.
Quare idem est sensus huius sententiæ in
vtroque loco, nēpe is quem ex Luca
in calce præcedentis capituli adduximus.
Quo circa scopus præcipuè intentus in hac
parabola propositione à Domino vide-
tur esse, vt ex ea benignitate de qua agi-
tur in parabola patris familias, nēpe
quod ij, qui in vineam laboraturi vene-
rant nouissimi, sic facti sunt primi, vt &
prius, quā alij mercedem reciperent, &
maiorē, quā vel ipsi, vel alij existimauerūt
qui verò primi venerāt, sic facti sūt sine om-
ni iniustitia nouissimi, vt & postremo loco



Euangelium secundum Matth.

mercedem suam reciperet, & minorem acciperent, quia sperauerunt: ex hac, in qua, benignitate intelligam, etiam in nouissimo die, cum tunc esset huius diei, in quo operari licet in vinea Domini, ex Dei benignitate futurum; ut qui hic reputati sunt nouissimi, tunc praeferatur his qui habitati sunt primi in vinea Dei laborantes, utque est diuerso sine omni iustitia, ac iusta querimonia, qui hic primas tenere visi sunt, tunc postremas teneant. Hoc est, ut Apostoli, & abiecti homines, Scribis & Pharisaeis praeferantur, Gentiles Iudaeis, qui & primo vocati fuerunt a Domino, & primas partes in vinea Dei, & Regno caelorum sibi vindicauerunt. Quare hunc parabolam Scopum attendentes, id quod ad illam refertur etiam attendendum est, reliqua vero, quae ad complementum similitudinis allata referuntur, non ita anxie querenda sunt. In parabolis enim (ait D. Chryso- stomus, hoc loco, & alibi) non oportet nimia singulis verbis cura perangi, sed cum quid per parabolam intendat didicerimus, inde uilitate collecta, nil ulterius anxio est conatu inuestigandum. Igitur cum dicitur. Simile est Regnum caelorum, idem est, ac si diceretur, simile quid accidet in Regno caelorum, quale est quod fecit quidam pater familias. Quare hic Regnum caelorum pro eo quod proprie significat hic sumendum est, nempe pro illo Regno Christi, quo partim in terris regnat per fidem, & partim in caelis per gloriam. Hoc est pro Ecclesia partim in terris uilitate, partim in caelis triumphante. Vtrumque enim statum oportet nomine Regni caelorum hic comprehendere: quia operari pertinet ad statum praesentem, merces autem ad futurum. Secundum pro parabola intelligentia aduertendum est, apud Iudaeos horarum iniuriam incepisse ab ortu Solis, ita ut ex orto Sole prima inciperet, deinde secunda & tertia &c. Parabola uero refertur, ac si in Aequinoctio accidisset. Nam qui undecima hora vocati sunt, paulo ante Solis occasum laborauerunt. Et quem admodum noctem in quatuor uigiliis diuidebant, ita diem in quatuor partes praecipuas praescindebat (scilicet) Mane, tertiam, sextam, & nonam. Denarius uero numisma erat apud Romanos, quod unius diei laboribus respondebat. An autem dragmam ualeret Atticam uel tres solidos, partim refert. Et illud, An oculus tuus nequam est? sic potest intelligi. An tu propter meam bonitatem moueris erga cooperarios inuidia? Nu-

Chryso.

quid mea bonitas, & liberalitas tibi fieri debet in occasionem inuidiae, & murmurationis erga proximum tuum? Sed melius est, ut oculus hic sumatur pro oculo inuido, & illiberali. Ac si diceret, Si tu maleuolus es, & inuidus, ego certe non tui sum similis, sed bonus sum, liberalis, & beneficus. Recte autem per oculos malum intelligitur inuidia, quae non aequis oculis aspicere patitur inuidum bona proximi. Quem malum oculum Marc. capite. 7. cum reliquis malis expressit commemorat dicens. Ab intus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, &c. Apud Hebraeos quippe oculus bonus pro animo liberali, & benefico ponitur, malus pro prauo, & inuidenti: eo quod oculus inuidi, ut diximus, ex alterius felicitate torqueatur. Prioris exemplum habetur Prouer. 22. Vbi pro eo quod interpretes noster recte vertit, Qui pronus est ad misericordiam benedictus, Hebraei habent, Bonus oculo, uel bonus oculus benedictus. Hoc est, is qui commouetur facile etiam ad misericordiam flebitur conspecta alterius miseria. Unde sequitur, De panibus eius dedit pauperi. Posterioris exemplum est Prouerborum. 23. Nam ubi nos legimus, Ne comedas cum homine inuido, Hebraei habent. Ne comedas cibum oculi mali. Illud autem, Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: multi enim sunt uocati, pauci uero electi, sic coherent. Nam secunda est prioris addita ratio, quia quamuis multi fuerint uocati, hoc est uniuersus ille populus Israel: tamen pauci ex eis fuerunt electi, & ideo nouissimi quales fuerunt Gentiles, qui fuerunt electi, praecedunt multos ex illis in Regno Dei. Veldic, quod ex parabola forte colligi poterat, omnes homines esse electos, quoniam omnes omni hora uocati sunt ad vineam, & omnes eodem sunt donati praemio; quasi respondens tacitae objectioni, ait Dominus. Ne putetis ad hoc adductam hanc parabolam, ut ostendatur omnes homines esse electos, quinimo dico uobis quod etiam ex ipsis uocatis pauci sunt electi. Caietan. uero sic exponit. Erunt nouissimi primi, quod non beator erit qui plura reliquit, sed quae gratia Dei praerem constituet. Nam haec parabola ad hoc ordinatur (scilicet) ad aperendum quod gratia Dei, absque iustitiae praedicio, non datur secundum opera, labores,

Marc. 7.

Prouer. 22.

Prouer. 23.

Caietan.

Cap. X. X.

temporalia bona, & similia, sed secundum diuinam uoluntatem, ut nec Apostolos, qui minima reliquerunt, nec illos qui modicum operari tempus ad epi sunt, post habeamus in gratia Dei, nec illos qui multum laborant, aut multa largiuntur, in eadem gratia proponamus. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Ac si diceret. Non miremini sic disponi differentiam electorum: nam quemadmodum inter multos uocatos ex gratia Dei aliqui sunt electi, ita inter ipsos electos per eandem Dei mirabilem dispositionem nouissimi erunt primi. Unde repetit illud aduerbium, Si, hoc est, eodem modo, quo inter uocatos haec est differentia, quod gratia Dei & iustitia interuentibus, pauci ad uitam aeternam eliguntur: ita inter electos sic haec differentia, ut tandem nouissimi hiant primi, &c. Dici nihilominus potest. In hac parabola id uult docere, quid ualeat eius gratia supra nostra opera. Nec enim opera nostra ex se digna sunt supernaturali praemio, ut cum iam superno praemio aequalitatem iustitiae constituent. Gratia autem nulli debita est: nam si ex operibus esset gratia, iam non esset gratia, sed merces, ut Paulus infert. Igitur si gloria sine gratia non adipiscitur, gratia autem prima nulli deberetur, sed mercede gratuito confertur; nemini facit iniuriam Deus, si huic nouissimo tantam confert gloriam quantum primo. Quoniam huic tantam contulit gratiam, ut in breui temporis spatio tantum mereretur, sicut alter in maiori tempore, secundum illam Sapientis sententiam ex. 4. cap. Sapient. quae dicit: Consummatus in breui expleuit tempora multa. Verbi causa. Ponamus hominem quendam iustum, qui per quinquaginta annos Dei obsequio dicatus sancto & religioso uixit, & conferamus illum cum Latrone, qui breuissimo tempore in Cruce audit & meruit a Domino. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso; potuit esse ut ambo ante tribunal Christi positi, tantam mercedem acciperet latro, sicut ille alter. Eo tamen non potuit iustam contra Deum querimoniam habere: quoniam uoluit Deus tantam gratiam huic in illo breuissimo tempore conferre, qua merita tot annorum alicuius adaequaret. Et cum haec nulli sit debita, nulli faciet iniuriam, sed licuit ei facere quod uoluit. Et hic est optimus, & altissimus sensus, quem Dominus Caietan. profert. Sed antequam ad proxima accedamus, hanc breuissimam praeter modum dictam interpretationem accipe. Hic pater familias Deus est, qui tanquam

Rom. 11.

Sap. 4.

Caietan.

Pater cuncta iustitia, ac suauitate gubernat, secundum illam Sapientis sententiam: sap. 14. Tua autem, Pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat. Vineam autem Domini, uel animam, uel Ecclesia sua est, sicut postea prolixius dicemus. Christianos autem locat ad laborem huius vineae, spe mercedis quam in uita aeterna nobis collaturus est. Venit primo mane, & hora tertia, & meridie, & ad uesperum: quoniam et si Deus per singula momenta ostium animae nostrae pulset, & per Ezechielem praedixerit, Quod in quacumque hora peccator peccatum suum fleuerit, consequetur ueniam: tamen efficaciter non semper peccatorum corda tangit, sed certis temporibus, quando sibi bonum esse uideatur. Quare aliquos statim in prima aetate, ut ad uitam rationis perueniunt, ad se efficaciter conuertit, alios in media aetate, alios in uelutima, ut Latronem & alios: tamen secundum exigentiam temporum, nunc plures, ac efficaciores praedicatores, ac sanctos adiutores legat. Inuenit eos in foro expectantes conuictorem: quoniam Deus illos maxime, qui fide ac spe praediti sunt, ad se trahit per charitatem. Alios autem uidit otiosos, & conduxit in vineam suam: quoniam Deus non eis duntaxat, qui auiditate quadam gratiam suam expectant, eam tribuit; uerum etiam illis qui peccatis animam suam non ocludunt, ne ad eos intret gratia Dei. Sed adueniente nocte, hoc est, uel in uita uel in fine mundi in particulari, aut uniuersali iudicio, praecipit procreatori dominus suae (hic est Christus, qui constitutus est a Deo iudex uiuorum, & mortuorum) ut unicuique operariorum mercedem suam soluat, incipiens a nouissimis. Hoc est quod multi eorum, qui postremi ad Deum conuersi sunt, morte praeniente citius praemiantur quam alij, qui primi uenerant, sed scitius obierunt. Sed alij uidentes hos denarium accipere, existimauerunt se plus accipituros fore: Non quod inter sanctos post hanc uitam ignorantia aliqua sit, cum omnes ueritatem ipsam aspiciant clare, sed secundum rationem inferiorem, quae non est illustrata gratia ac superno lumine, sic poterat uideri, quod quia plus laborauerant, plus etiam debuerant accipere. Id autem non sic apparet superiori rationi, quae lumine fidei perfusa mysteria fidei penetrat, ac intelligit. Et murmurabant aduersus patrem familias. Non est murmur, inuidia, aut contentio in-

sap. 14.

Ezech. 8.



Euangelium secundum Matth.

ter sanctos; sed etiam loquitur hic Dominus secundum quod poterat iudicare aliquis, qui non plene opera Dei intelligit. Respondit autem eis Dominus, efficaciter concludens: Quoniam ipse nemini facit iniuriam, eo quod unicuique tribuit secundum quod opera exigunt, & sic unicuique quod suum est confert, hoc est, quod suis operibus debetur. Si alteri plus tribuit, non huic iniuriam irrogat, ut potest cui nihil quod ei debebatur, abstulit: si alteri forsan plus gratiae contulit, quia ipse voluit, & propter causas quas ipse solus nouit (si tamen voluntatis Dei est aliqua causa, sed ipsa omnium rerum prima ac principalis causa) si, in qua huic plus gratiae tribuit, quae opera eius sic intensi meriti fecerunt, ut adaequarent alterius, qui plus laborauerat opera; nulli iniuriam facit, ut dictum est: quia prima gratia nulli debetur, sed gratuito conferitur. Hoc autem est intelligendo parabolam sigillatim de singularibus personis. Idem autem sensus erit, si illam de vniuersali Ecclesia intelligamus, quae a primo iusto, usque in finem vna & eadem perseuerat, & in diuersis statibus, ac temporibus, semper Deus operarios conduxit in eam. Nouissimi, qui ad hanc Ecclesiam venimus, Christi cultores (quoniam Ecclesia, quae modò est, Christiani dicuntur) sumus. Praecesserunt enim nos, qui in lege naturae, & scripta in veteri Dei cultu vixerunt. Vnde Ioannes nobis dicit: Filij, nouissima hora est. Et alibi: Nos sumus in quos fines saeculorum deuenerunt. Et propter abundantiam gratiae, quam effudit in nos abunde, per lauacrum regenerationis, & renouationis, & per caetera sacramenta, quae in nulla alia lege sic copiosa sunt; et si iugum quod portamus suauis sit, & leue: plus tamen meremur quam illi, qui in lege illa onerosa, & graui plus nobis laborauerunt. Nam Dominus discipulis suis, Ioannis. 4. cap. dixit: Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Quare vnus Christianus iustus collatus cum vno iusto Iudaeo, qui plus laborauit portans onera legis quam ille, nihilominus continget quod maiorem mercedem ille Christianus accipiat, qui tamen non tantum laborauit, propter abundantioris gratiam quam in sacramentis recepit. Cuius etiam quam illi praemiamur, eo quod Christianus statim post mortem mercedem accipit, nisi ipse impedimentum praestet, quod tamen illis non contingebat. Ideo non possunt murmurare aduersus patrem familias: quia totum hoc est gratia Dei, ut diximus.

1. Ioan. 2.
1. Cor. 10.
Ioan. 4.

Ecce sensum parabolae sic communiter explicatum. Nunc eo modo, quo proponi populo haec parabola solet, eam applicemus, altissime prius eam sic exponendo; & quia in Septuaginta praedicatur, sic incipies. *An non licet mihi quod volo facere?* Videatur mihi, fratres charissimi, hoc sacrum tempus, quod ex hac die Ecclesia nouis modis celebrare incipit, esse Vigiliam quandam pro toto Quadragesimae ieiunio, quod instat, ut ab hoc die ad illud incipiamus preparari. Hodie quidem nos operarios esse ostendit, Dominica sequenti agricolae, ut doceamus laborem non esse a nobis alienum, sed ita proprium ac operarijs fodere, & agricolis arare & seminare. Ob oculos etiam nobis praemium ac mercedem ponit: ut facili nobis efficiatur labor tantae mercedis spe subleuati. Sensus autem huius parabolae additis sumi sunt. Intendit quippe inter alia Christus Dominus in ea ostendere libertatem summam, quam gerit in suae familiae gubernatione, quam praecipue homines constituimus. Et hanc libertatem specialiter manifestat in effectibus gratiae, quorum nullam aliam vult reddere rationem quam meram voluntatem suam, dicens: *An non licet mihi facere quod volo?* Nulla certe alia ratio est, sed sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Hunc ad se trahere, illum dimittendo, huic auxilio efficaci succurrere, quod alteri minimè praestat, absque alicuius maiori vel minori merito, sicut in rei veritate contingit, quod ad primam consequendam gratiam nulla praecedunt merita: caput erit obrundere rationes quaerere, cum nulla alia sit, nisi mera ac Dei efficax voluntas, gratia ac liberalitas sua, quam cum nulli debeat, placuit ei potius huic, quam alteri eam praebere: quia sic apud se ab aeterno disposuit, ac irridens nos liberè respondebit, quae rentibus: *An non licet mihi facere quod volo?* Et haec est sufficientissima ratio. Quare D. Paulus, cum ad hanc difficultatem peruenit, nullam se rationem aliam fatetur inuenire, nisi se in incomprehensibilem mysteriorum Dei altitudinem rapere, & post grandem tantae rei contemperationem, quali extra se raptus sapientiae, & scientiae Dei! quae incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vias eius! Quare magnitudo huius mysterij me etiam quasi raptum, ac suspensum tenebat, timidusque non audebam illud populo propalare. Verum cum aduertissem in hoc Deo meo videri iniuriam facere,

Moralitas seu conicio,

Rem. 24

Cap. XX.

face, quasi tante libertati, ac potentiae inuiderent: ruptis scilicet ossibus, illud iam mundum manifestare decernit. Hoc quippe mysterium potentiam ac maiestatem Dei nimis extollit ac magnificat. Quod ex sua sola voluntate tam magnum, tantaeque magnitudinis praedest, quale est Regni caelorum largitio. Hoc Iosephum Iacobi filium celeberrimum in mundo fecit, quod sua voluntate aliena hominibus dabatur, cum fames totam opprimeret terram. Ideoque omnes gentes illum timebant, & reuerentur, ita ut fratres eius illum adorarent super terram; quod fame inualecente, ipse solus alimentum praebet hominibus, idque in sua sola esset potestate constitutum. Hoc etiam Dei maxime auctoritatem extollit, ac potentiam magnificat, quod animatum alimentum ac cibum, sine quo viuere nequeunt, in eius sit voluntate constitutum, in quo praeminet alijs creaturis. Solus enim Deus gratiam, & gloriam dare potest, quae animae alimenta sunt, nec in hoc ab aliquo dependet: nam Iosephus superiorem Pharaonem habebat; Deus autem maiorem se habere non potest, sed totum hoc gratiae negotium sola mera sua voluntate peragit, cum solus ipse conferre queat. O altitudo diuinitarum potentiae, & maiestatis Dei! in quo infinita eius potestas maxime lucet & fulget, quod in sua sola situm sit potestate, aeternum Regnum caelorum cui placuerit conferre, absque hoc quod nulli auxilium sufficiens ad hoc quod conuertatur, neget (quinimo v. D. Thom. 4. contra Gentes docuit, & efficax etiam te probis esset, si illud admittere vellent) nihilominus in sua situm sit potestate, illud cui placuerit praestare, atque hunc, illo omisso, ad Regnum caelorum eligere. Quod optime Deus expressit, cum Prophetam Hieremiam misit in domum figuli, ut ibi loqueretur illi. Nam cum ibi venisset, vidit figulum ex eadem massa facere aliud vas ad bibendum, & ad mensam pro honore collocandum, & aliud ut feces reciperet, alijsque vilioribus ministrarijs deseruiret, & interitiones, & igne comburatur, deformare. Aspexitque illum, cum volueret lutum in rotam, vasque aliquod non sibi placeret, aliquando ad rotam illud reducere & emendare, aliquando illud proiecte, & parieti iratus conglutinare, & ibi illud relinquere lutum haerere. Quid in hoc docere nos vis, o bone Deus! Vtiq; vti intelligas, o homo, quod sicut lutum in manu figuli, ita tu

Gen. 42

Hier. 18

Ibidem

sis in manu mea. Et quod non debeas a me auferre libertatem circa te, quam habes singulus erga lutum. Ego enim te ex luto plasmaui, & in voluntate mea situm est quidquid ex te mihi placuerit facere. Quod si hunc volo parare, ut se deat mecum in mensa mea, ibique mecum in summo honore sit, ut in Paulo feci, atque in hoc deseruiat, ut in eo mea resurgat misericordia: alium assumere volo, ut in eo mea manifestetur iustitia, & interitiones, & ignem inferni, ut Pharaon illum mea gratia fouens, alium suae relinquat malitiae: non hoc mihi poteris ad culpam inuolare, sicut nec figulo, ut idem faciat in vas quae fingit ex eadem massa luti. Et si hunc volo, quia a mea descendiuit voluntate, ad parietes inferni allidere, ut cum Iuda feci, illum iterum ad normam a qua excidit, reducere, ut cum Petro operatus sum, id sciat in mea esse situm potestate, ac voluntate, nec vlli in hoc vel minimam iniuriam irrogare, sed huic iusto iudicio me punire, alterum gratia mea & misericordia saluare velle. Hoc enim me est potestatis, ac magnitudinis. Hinc enim & Paulus ait: An non habet potestatem figurus luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Haec ergo mirabilis Dei libertas in effectibus gratiae in praesenti Euangelio nobis manifestata sit. Circa quod asserendum est, quod Deus in effectibus suis libera ac voluntaria causa est, in hoc sensu quod operatur quomodo & quando vult, nec in hoc ab aliqua causa pendet. Nec enim sic philosophandum est de Deo ac de Sole, & Luna, quae cum vniuersalissima causa sint, tamen naturaliter, & ex necessitate operantur. Nec enim quando vult Sol illuminat & calefacit terram, aut Luna in frigidat, sed naturaliter id faciunt, nec aliter facere valent, nisi Deus aliter disponere voluerit. Necessario enim ignis comburit, aqua in frigidat, & caetera elementa suos effectus producant. Deus autem in omnibus effectibus suis liber est. Nam in actionibus illis ad intra, quae in diuinis illis personis extant, nempe in actione illa qua Pater generat Filium, uterque Spiritum sanctum spirat, nec causa, nec effectus interueniunt, sed simplicissima quaedam ac perfectissima actiones sunt. Caeterum in actionibus illis, quae effectus dicuntur, & sunt, cum libertate se habet Deus. Nam quando voluit, condidit mundum, & iterum quando ipse videbitur, destruet illum. Item causa ipsa secundum Dei voluntatem suos producant effectus. Nam quando

Reg. 9



quando ipse vult, Sol illuminat, & quando ipse vult, radios retrahit, & mundum in tenebris tenet, vt in Domini passione fecit, & sic in alijs omnium caularum effectibus liberè procedit Deus. Tamen in his quæ sunt gratiæ, plus hæc summam libertatem ostendit. Nam in naturalibus tanquam causa naturalis se habet Deus, ac si necessario, & non liberè operaretur. Regulariter quippè semper curat. Cælo, igne, & cæteris causis conseruit. Et hæc est Dei iustitia, quæ in omnijs eius effectibus splendet, de qua Sapientia dicit, Quod estuduit illa super omnia opera sua. Hoc est dicere. Iam quod Deus mundum sua voluntate creauit ac condidit, & nihil absq; suo generali concursu moueri potest, aut conseruari, ipsemet Deus seipsum obligauit ad conseruandum ordinem istum, & iustitiam hanc debitam non tam creaturis, quam ipsi Deo, qui hæc condidit; ac proinde in suo ordine conseruare sibimet ipsi debet, secundum illam Pauli sententiã: Fidelis Deus, seipsum negare non potest. Hoc est, cum Deus iustus ac verax sit, & ipse sic ordinauit fieri: sibi debet talem ordinem illæsum seruare, quod sine ipsius concursu fieri non potest, vt Soli lucem, cælo motum, terræ virtutē, animalibus deniq; quo alantur, præstet. In ordine autem gratiæ totum est gratia. Conferre gratiam, est gratia, conseruare gratiam, est etiam gratia, nullum enim debiti nomen ibi est. Nec etiam ille modus iustitiæ, quam modò diximus, ibi interuenit; sed cuncta ex gratia, misericordia, & liberalitate Dei procedunt. Quis enim prior dedit illi, ait Paulus, & retribuetur ei? Nec enim vlll aliquid debet Deus, nisi ex mera voluntate sua, ex qua cuncta hæc gratiæ bona procedunt. Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas (hoc est diuitiæ) à Deo sunt. Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit & dirat, humiliat, & subleuat. Cuncta hæc ex Dei voluntate procedunt, & quod hic in sublimitate spiritus sit alium sibi ipsi relinquendo, quod in præsentia parabola depictum sic accipite.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Regnum cælorum, vt à principio statumimus, Ecclesia vtraq; tam militas quam triumphans est: quoniam vtraq; vna est, hoc dempto, quod in præsentia seculo rotam se in merendo occupat, in futuro autem fruendo eo quod per bona opera hic

meruit. Sed quoniam præfens Ecclesia originem ab ea quæ in cæli est, ducit, nomine eius nuncupatur, eo modo loquens, quo qui à Roma originem trahit Romanus dicitur, & qui à Toletis Toletanus. Radicem autem ac originem suam in cælo habet Ecclesia, hoc est Christum. Ioannes in Apocalypsi vidit Ecclesiam Dei descendentem de cælo tanquam sponsam ornata virtute suo. Ex nobilibus natalibus potest dici quod orta sit hæc Ecclesia. Si Iesus dicitur est Nazareus, quia in illa ciuitate nutritus est; cur hæc Ecclesia non dicatur Regnum cælorum, si ab ea originem trahit, & eius influentijs nutritur? Igitur negotium huius Ecclesiæ eo modo contingit, sicut cuidam patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Hic paterfamilias Deus est, qui vtriusq; familiæ moderator est, tam terrenæ, quam cælestis, secundum illam sententiam Job ex cap. 34. qua dicitur: Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quæ fabricatus est? Quem Paulus etiam Regem vtriusq; seculi nominat, apud quem totius imperij ac regiminis summa est: *Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam.* Ecclesia quæ Regnum cælorum dicitur, mox vinea nuncupatur, hic vinea dicitur præfens Ecclesia, quæ tamen in cælo paradysus appellatur: quoniam hic operandum est: vt ibi pro mercede gaudia recipiamus. Hic tristari oportet, vt illic gaudeamus. Nam tristitia nostra (vt ait Dominus) vertenda est in gaudium, & labor in otium commutabitur. Ideo etiam dicitur vinea, cuius fructus vinum est quod iustificat cor hominum: ad insinuandum quod labores, quos in hac vita patimur, gaudium, & læticiam æternam merebuntur. Exire autem primo mane, significat quod Deus gratia sua nos præuenit. Nec enim nos in hoc negotium Regni cælorum intrare possemus, nisi Deus ipse sua gratia nos præueniret, atq; anticiparet. Sic enim illud Job ego intelligo, cum dicit: *Visitatus eum diluculo.* Licet etiam in hoc instruamur, quanta cura Deus nostra salutis negotia tractet. Videtur enim somnum, & quietem sibi ipsi surripere, vt super nostra negotia vigilet. Quod si illi possibile esset, absq; dubio faceret. Fecit enim cum potuit, nempe cum homo factus noctes ducebat insomnes, vt de nostra salute cogitaret; vt cum peccator è somno suo euigilet, omnia parata, Dei gratia præueniente, inueniat. Eo modo quo diligens ac sollicita mulier manet

simile.

manet assurgens; omnia quæ necessaria sunt viro suo parat: vt cum ipse è somno suo pigro euigilauerit, ea omnia pro voluntate sua inueniat. Ita enim & de illa dicit Sapiens: De nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Sic bonus Deus cum peccatore facit, vt dum ipse vitij indulget, Deus diluculo consurgat, vt ei parerentur remedia. Et quado plus somno suæ voluptatis opprimitur: tunc Deus soliticius ea quæ ad salutem suam conferunt, quarat: tunc ei præparet prædicatorem, confessorum, confutorem, qui illum à peccato excitet; vt cum ipse euigilauerit, omnia hæc parata inueniat. O maxima erga nos pietatis dignatio, quando peccator dies ac noctes in peccatis suis transigit: tunc tu, ô bone Deus, primò diluculo surgens eius quaris salutem ac correctionem, & in serò ipse sua negotia peracta inuenit. Hoc est quod multoties per Prophetas tuos Dominus intimat, dicens: Et misi ad vos seruos meos Prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens. Et Psalm. ait: *Adiuuauit eam Deus mane diluculo.* Et Cant. 7. *Mane surgamus ad vineas.* Hæc est Dei inspiratio, quæ in ipsius hominis diluculo ipsum vocat ad vineam suam. Puerulum per Baptismum ad se trahit, alterum ad religionem inuitat. Mane surgamus ad vineam. Deus manicat vt te vocet: tu diluculo surge, vt eius vocationi respondeas. *Qui exijt primo mane.* Hic Dei exitus effectus amoris est. Proprium enim amoris est extasim facere. Amor quippè amantem extra se rapit, vt relictis proprijs, amati negotia peragat. Quem effectum amor etiam in Deo facit, secundum illam D. Dionysij Theologi celebrem sententiam, qua sic dicit: *Audendum est & hoc pro veritate dicere, quod ipsa omnium rerum causa aliquando extra se sit ad omnia exteriora prouidenda.* Vt & per hoc discat Christianus, quod si forte amat proximū suum, negotia propter eius salutem relinquere debeat. Exeat extra se à suis delictis ac concupiscentijs prodeat, ea aliquando relinquat: vt proximi sui necessitatibus cõsulat. Non sibi soli, sed etiam alijs utilis sit, exẽplo Patriarchæ Abraham, qui ad portam domus suæ in ipso seruore diei sedebat, vt præstolaretur peregrinos, & eos in hospitium reciperet. Propter quod Angelos meruit in hospites habere, qui magna domui suæ promissa referrent. In quo illi damnantur homines impij, qui ianuis clausis intra domum suam cõmorantes sibi ipsi,

& suis delictis indulgent, nec quidquam de aliorum necessitatibus cogitant. *Aperi ianuam, ô diues, & pauperem recipito hospitio.* Vide quis per portam tuam transeat: & si nudus est, vesti illum: si famelicus, pascere illum: si infirmus, curam habe de illo: ne claudas portam transeunti, nec domus tuæ, nec cordis tui. Audi Ioannem dicentem: *Qui habet substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* Vide quomodo dicat, *Clauserit.* Et Job dicebat: *Si despexi prætereuntem, eod quod non haberet indumentum, & absq; vestimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est.* Charitas quippè non claudit, sed aperit viscera, & arcam, & crumenam, & exijt. Amoris exitus hic fuit, in quo Deus ad nos, & propter nos exiuit. *Conducere operarios in vineam suam.* Cum Paterfamilias exiuit ad forum, & hos homines inuenit ibi: nec erant operarij vineæ suæ, nec non erant, sed indifferenter se habebant. Si enim Paterfamilias eos cõduxisset, fuissent operarij, sin autem minime. Cum homo in huius mundi forum per natiuitatem carnis ingreditur, non statim operarius est vineæ Domini: quia non confessim ingreditur ordinem gratiæ, quoniam gratia non est homini naturalis, sed supernaturaliter addita. Quarè suæ relictus naturæ, dum Deus illum non vocat, nec concludit, nec operarius est vineæ, nec non est, sed indifferenter se habet. Potest quidẽ esse, si Deus illum elegerit: quoniam habilis ac capax est gratia, quod non habent bruta, nec lapides. Hoc quippè est hominem ad imaginem Dei esse conditum: habere habilitatem & capacitatem, vt Deus in illo esse possit, tam per gratiam, quam per gloriam. Habet quippè intellectum, qui adiutus lumine fidei potest Deum agnoscere in hac vita, quatenus est obiectum supernaturale, & in alia confortatus lumine gloriæ ipsam Dei essentiam potest videre. Habet etiam voluntatem, quæ gratia, & charitate imbuta, in hac vita & in alia potest Deum supernaturaliter diligere. Verutamen fides hæc, ac charitas, non sunt homini naturales, sed addita suæ naturæ, & veluti sculpturæ quædam ac gemmæ, quæ in animæ suæ potentijs, tanquam in aperituris quibusdam sculptæ sunt, *son esmaltes puestas en estos entaxes, que Dios en su alma puso capaces del,* secundum illam celebrem D. Augustini sententiam non semel à nobis adductam,

D. Aug.

E. Ies.

2. Tim.

Rom. 11.

Eccles. 11. 2. Reg. 2.

Prover. 31.

Hiere. 7. Psal. 45. Cant. 7.

D. Dion.

Genes. 18.

1. Ioh. 3.

1ob. 31.



adductam, qua sic dicit: Possē habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturā est hominum, habere autē gratiā est fidelium. Itaq; operarios istos in foro esse, significat capacitatem, quam habet homo ad ordinem gratiā, & si illam nō ingrediatur quoad usq; Deus cum vocet ad illam. In verbo autem, Conducere, ostenditur liberum arbitrium, quo Deus sua voluntate Deo assentitur. Nec enim per vim, tanquā mancipium illum ad laborem vineā perducit; sed tanquā liberum locat illum, vt sua voluntate, licet spe prāmij allectus, ad illum pergat: vt per hōi confundantur haretici, qui nos tanquā stipites existimant debere trahi ad Deum. Quoniam et si Propheta dicit: Conuerte nos, Domine, ad te, & conuertemur; alibi tamen dicit Dominus: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Deus vocat: sed homo respondet. Præuenit nos Deus sua gratia, sed nos per liberum arbitrium assentimur illi. Et si Sponsa in vno loco dicit: Dilectus meus mihi, & ego illi; in alia etiam dicit: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Hos enim motus, exitus, ac reditus, oportet quod sint in amore: quoniam si Deus me vocat, ego respondere illi debeo, & etiam vocare illum. Itaque liberē homo respondet Deo. Et hoc est conductum laborare in vinea Dei ex denario diurno, hoc est, qui decem denarios, siue minutos, aut aliud genus monetæ varet. Et significat præmium iustorum, quod est æterna beatitudo. Nam quemadmodum denarius numerus vltimus est omnium numerorum: nam cum ad denarium numerum accedimus, deinde ad vnitatem redimus; nō decimus enim numerus decē & vnus sunt, & duodecimus decem & duo: vnde denarius numerus omnes alios numeros in se claudit. Sic beatitudo est vltimum omnium bonorū, quod in se cætera omnia bona claudit, sicut denarius alios numeros. Est enim beatitudo omnib; numeris absoluta, vt potē, quæ secundum Boëtium, est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Quinimō sicut ex numero denario alij emanant numeri, & ipse in omnibus alijs numeris participatur: sic bonū beatitudinis origo est omnium bonorum, ex cuius participatione cætera omnia bona sunt. Quid enim est beatitudo, nisi Deus? Et quæ sunt omnia vera bona, nisi quædam huius summi boni participationes? Guttæ quædam, quæ ex illo profundissimo abyssō stillantur, & in quo cætera omnia bona tanquā in cōpendio quodam

Micr. 31.

Cent. 6.

Soctius.

continentur. In hoc denario est imago Cæsaris impressa: quoniam præmium iustorum est imaginē Dei in seipso prospicere, quam hic in vmbra & pictura videmus. Atq; hoc conuenientissimum fuit, vt in ipsa mercede esset depictū præmium: vt hoc vires adderet ad operandum. Ac si Pater ipse familias, cum homines istos mittebat ad operandum in vineam suam, ostendisset eis præmium, dicens: Aspiciate, Hoc vobis pro mercede donare debeo: laborate. Sic fides nobis hic repræsentat imaginē quandā præmij, quod sumus recepturi. Ac si diceret: Simile huic debet esse præmium, Imaginem scilicet pulcherrimam Dei, quā sub vmbri in hac vita nobis fides ostendit. Vt si fingamus, quod quando Saul promisit filiam suā in vxorem ei qui Philistinū occidisset; ostenderetur Dauid in quadam tabula ad viuū picta Michol, & diceretur illi. Huic simillima est virgo, quam accepturus es in sponsam, si Philistinū deuiceris. Sic fides suis vmbri tanquā in tabula ac speculo quodā ænigmaticē nobis quandam similitudinē ac imaginem præmij, quod sumus accepturi ostendit, vt sic promptiores ad operandum reddamur, & vt sic vmbra veritatis cupiditatem nobis generet. Vocatur autē denarius diurnus: quoniam in beatitudine omnia sunt in luce, nam tenebræ in ea non sunt vllæ, sed ipse Sol iustitiæ eos semper in lumine tenet, nec dies ibi ad vespem declinabit. Hæc ergo est merces operatorum in vinea Dei. Nec tamen hoc sufficere videbatur, sed diligens hic Pater familias hora tertia, hoc est, inter horam nonam & decimam ad forum iterum reuersus est, & inuenit alios ibi esse, & eodē pacto cum eis inito, misit eos in vineam suam. Et iterum alios otiosos vidit, & similiter misit in vineam suam. Non omnino otiosi erant homines isti, aliquid enim in foro agebant; sed quoniam sola ea opera, quæ pro consequendo Regno cælorū sunt, digna sunt hoc nomine, & cætera otiosa sunt, vt potē, quæ ad finem non conducunt, idē otiosos illos dicit: quia nondum laborauerant in vinea. Nullam quippē aliud negotium existimet se habere Christianus, præter hoc quod ad salutem eius æternam ordinatur. Cætera enim non negotia, sed negotiosa sunt, vt supra me dixisse memini. Idē quippē dicitur simile Regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: quoniam in rebus magni momēti oportet quod occupetur verus Christi cultor,

simile.

1. Reg. 17.

tor, ac sapiens. Præterea quia anima sine charitate otiosa est, sola enim charitas otiositatem nescit: de illa quippē dicit Ambrosius, Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia: & Gregorius de illa dicit, quod operatur magna, si adest, si autem operari renuat, amor non est. Charitas manus præbet Christiano, sine qua, ac si absq; manibus esset, nihil quod meritorium sit operabitur. Quid faciet sine manibus homo? Nihil omnino certē. Da mihi in arte pingendi quantumcunq; perfectissimum, si tamen non habet manus, quid faciet? Et si calamum, colores, & cætera omnia suæ artis instrumenta habeat, quid faciet? Et si dicis ei, Cur non operaris? Respondebit utiq; Quia non habeo manus. Quia manus in homine sunt organum organorum. Sic homo sine charitate. Nam fides per dilectionē operatur, ait Paulus. Qui etiam docet, quod & si instrumenta ad operandum abundēt, vt si linguas hominum habeat, & Angelorum, & si prophetiam, & scientiam, & nouerit mysteria omnia, & si fidem habuerit, ita vt mōtes transferat: sine charitate tamen nil illi omnia instrumenta illa proffunt: quoniam caret manibus, quibus operetur. Igitur quia operarij isti nondum ordinē gratiæ per charitatem intrauerant, otiosi dicuntur, quantumcunq; alia opera agerēt. Circa vndecimam verō, cum iam Sol ad Occasum accederet, alios vidit in foro, & dixit: Quid hic statis tota die otiosi? Responderunt: Quia nemo nos conduxit. Nunquam deficit peccatori excusatio aliqua ad excusandas excusationes in peccatis. Samaritana illa dixit: Non habeo virum. Paraliticus alius, Non habeo hominem. Nunc autem id non poteritis dicere Christiani. Prædicatores quippē habetis qui vos ad vineam conducant. Et multo minū religiosi id dicemus, qui tot habemus voces quotidie, quibus ad laborē vineæ inuitamur. Si tamen ego nulli assentio, sed in mea otiositate maneo, vā mihi erit. Et acceperunt singulos denarios. In eadem moneta fit solutio omnibus beatis: quoniam omnibus pro mercede datur Deus. De Hierusalem quippē cælesti ait Psalmista: Cuius participatio eius in id ipsum. Vnum quippē bonum est, quod omnes beati participant, nempe Deus, in cuius clara visione beantur. Quare ex parte obiecti vna est omnium beatitudo, nimirum ipse Deus. Discrimen autem ex parte beatorum videntium Deum stat: quoniam vnus excellentiū, quā alius huius visionis sit

Ambros.

Gregor.

simile.

Galat. 5.

1. Cor. 13.

psal. 123.

particeps. Ac si Rex militibus omnibus solueret stipendium in pecunia eiusdē metalli, hoc est, omnibus in scutis aureis si lucretur debitum, sed aliquibus daretur scutū maioris ponderis auri, quā alijs. Vt si vni daretur scutum valens quatuor alteri valens decem, alteri centum vel plus. Sic Deus omnibus beatis in auro illo purissimō suæ essentiæ mercedē soluit: quoniam omnes Deum ipsum vident. Cæterum huic plus valet hoc aurum, quā illi: quoniam excellentiū, ac meliū, & aliū hanc diuinam visionē communicat. Sicuti omnes stellæ ex eadem Solis luce participant, & ex ea lucēt: & tamen aliqua alijs lucidiores sunt: quoniam plus de luce Solis illis communicatur, quā alijs. Sic beati omnes splendoribus illius Solis, qui est essentia diuina, fulgent; nam idē radij illius Solis vocantur splendores sanctorum, verū vnus alio plus fulget: quia magis de illa luce participat. Hinc Pauli ait: Stella differt à stella in claritate. Vel vt D. Thom. docet. Sicut omnes huius populi vicini eodem fonte potantur: tamen vnus alio plus aquæ recipit: quia maioris capacitatis habet vas, quod plus aquæ capit, quā aliud. Sic in beatitudine omnes eodem fonte potantur & satiantur, nempe ex diuina visione, de qua Psalmista præcinebat, dicens: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, cæterum vnus alio plus haurit, quia capacius habet vas, hoc est, animam. Quam maiorem capacitatem facit charitas & lumen gloriæ, quod illi respondet. Dilatat quippē charitas animam, vt plus de Deo capiat, si ita fas est loqui. Hinc enim Dominus per Psalmistam dicebat: Dilata os tuum, & implebo illud. Lumen autem gloriæ fortorem reddit intellectum, vt longius prospicere valeat, pluraq; de illa immensitate luminis intelligat. Ecce vnitatem, & diuersitatem præmij beatorum. Sed inuidebant operarij alij alijs. In beatitudine nulla est inuidia, quilibet enim suo præmio contentus est. Tamen ait Chrysost. quod in hoc significatur magnitudo præmij, quæ tanta est, vt si inuidia locum posset habere, alter inuideret alteri de tantū boni maiori communicatione. Et murmurabant aduersus Patrem familias. Hæc murmuratio (vt paulo ante diximus) secundum rationem inferiorem, quæ altissimas causas ignorat, considerari debet. Secundum quattu videretur alicui iniustum fuisse, quod homines veteri Legi subditi (quæ grauis erat: nam manus Moyfi, ait Scriptura, erant graues)

simile.

simile.

1. Cor. 15.

D. Thom.

simile.

psal. 42.

psal. 80.

Chrysost.

Exod. 17.



grates) postponantur hominibus Nouæ Legis, quæ suavis est. Nam manus Christi sunt torribiles, hoc est, leues & faciles, & quoddam illi, & melius & prius præmium accipiant. Illi enim vineti in lybno detinebantur, isti autem mox ad cælum volāt. Et sicut si contingeret duobus merces, aut præmium ab aliquo dari: sed tamen huic confestim, vt perfecit opus, alteri vero transacto prius anno, poterat hic alteri dicere citius fuisse, quam ipse præmiatus. Nam et si ambo mercedem acceperunt: hic tamen protinus ab opere perfecto accepit, ille post annum. Sic nobis & illis contingit. Vnde Paulus ait: Hi omnes testimonio fidei probati defuncti sunt, nondum acceptis promissionibus: Deo pro nobis melius aliquid providente, vt non sine nobis consummarentur. *Amice, non facio tibi iniuriā, &c. Multi enim sunt vocati, &c.* Hoc est, in voluntate Dei est electos à multitudine semouere. Igitur in hac parabola, datur nobis intelligi quanta sit Dei libertas in suis operibus, & maximè in his quæ sunt gratiæ, quæ absq; vllius dependentia in manu sua sunt; vt ex hoc homo maximum timorem ac reuerentiam erga Deum accipiat, adimplens illud Pauli: Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Et intelligens totum suum bonum in manu ac voluntate Dei situm esse, illi se subijciat, illi se subternat, ac timeat valde illum offendere, à quo omnia sua bona pendent. Inualecebat fames super terram, & oppressi Egyptij venerunt ad Ioseph atq; coram eo prouoluti dixerunt: Salus nostra in manu tua est, tantummodo respiciat nos Dominus noster, & leti seruiemus Regi. Sic cum videamus orbem in perpetua fame propter peccatum, & quoddam in vno solo Ioseph, hoc est, Christo Domino nostro, tota mundi redemptio est; quid agendum, nisi coram eo prosterni, ac dicere ei: Salus nostra in manu tua est. Et illud Psalm. 30. In manibus tuis sortes meæ; vt legit Augustinus, qui dicit, quod fors non cadit sub merito, sed bona fortuna, fors bona cecidit huic, & mala fortuna illi. Sic gratia & electio Dei bona fors est, quæ non cadit sub merito, sed in manu Dei sunt hæc sortes, qui eas educit ac prodit, huic albam, illi nigram tribuens. (Nigra quippe fors reprobis omnibus cadit) vel eas dat bonis effluentes, his quibus vult. Hinc idè Psalmista Psal. 61. ait: Nonne Deo subiecta erit anima mea? Quare & Quoriam ab ipso salutare meum. Nam & ipse Deus meus, & Saluator meus,

simile.

Hebr. 11.

Philip. 2.

Gene. 47.

Psalm. 30.

D. Aug.

Psalm. 61.

adiutor meus non emigrabor. In Deo salutare meum, & gloria mea, Deus auxiliij mei, & spes mea in Deo est. Crebra hæc repetitio; manifestatio affectus est. Sicut ille qui alicuius ope indiget, multa ei inculcat verba, dicens: Tu es mea protectio. Quem habeo protectorem, nisi te? Tu es meus protector, &c. Vt hoc scientes nunquam oculos à manibus Dei auertamus, sed cum David dicamus. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Quod si dixeris: Væ mihi, si tota salus mea in alienis manibus est. O miser! quoniam est in manibus Dei, in quibus securior erit, quam in tuis proprijs. Tuæ quippè manus terrenæ sunt, Dei autem cælestes, quæ fabricatæ sunt Auroram, & Solem. Illæ quæ propter te clavis in Cruce affixæ sunt, de quibus ait Bernardus, quod affluunt misericordiae visceribus, nec foramina desunt, per quæ fluant. Vnde Psalmista Psalm. 30. aiebat: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Nam nemo rapiet eum de manu tua. Atq; vñam ei placeat, qui nostram salutem in manibus suis assumere voluit, atq; nos ad vineam suam asciscere; talem nobis conferre gratiam: vt premij etiam mereamur fieri participes, quod nobis in æterna beatitudine elargiendum est.

Simile est Regnū cælorum homini patrifamilias, &c. Præiens parabola cõtinet commutationem quandam, ac contractum, qui inter Deum & homines fit. In quo Deus à nobis polcic labores, & promittit quietē, nempe quod si sicut veri operarij in vinea Domini, opera nostra impendamus, ipse vicissim æternam nobis requiem præstabit. Quod sic in hac parabola describitur. *Simile est Regnū cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam.* Hic Paterfamilias Deus est, cuius est terra, & plenitudo eius. Miror equidem quomodo non dedignetur Deus vocari Pater tā inique ac inobedientis familia, qualis est hominum qui sic tepidè ac negligētè eius incūbimus obsequijs. Sed non confunditur, ait Paulus, vocari Deus eorum. *Qui exijt primo mane.* Tanquā si ei necessarij essemus, sic diluculo ad querendos nos consurgit, vt nobis benè faciat: ceterum quando nos punire necesse est, vsq; ad vesperā expectat. Quando primi nostri Parētes inobedientiæ peccatū commiserunt, & si primo mane id factum est: tamen vsque ad vesperam post Meridietem Deus

simile.

Psalm. 122.

Bernardus

Psalm. 30.

Aliamodalitas seu concio.

Hebr. 11.

Genes. 3.

Deus

Deus vindictam eorum distulit, imò & lentè deambulando ad eos puniendos veniebat, & aura faciem eius detinebat, quasi impediens illum, ne ad vindictam properaret. In quo Dei misericordia designatur, quæ Deum quasi pigrum & lentum ad vindictam in nos exercendam reddit. In hoc enim ostenditur nobis quanto promptior sit Deus ad benefaciendum, quam ad puniendum; illud citò, hoc tardè exequitur: indutias nobis tribuens, expectans, vt per bona opera delicta nostra mudentur, & eius euitemus iudicium. Verùm aduertendum hic est, duabus vicibus nos fuisse vocatos, altera è foro ad vineam, altera è vinea ad mercedem: ad vineam nos vocat Pater, sed ad mercedem Filius. Sic enim dixit Paterfamilias procuratori domus suæ, hoc est, Pater filio suo. *Voca operarios, & redde illis mercedē.* Quoniam Pater æternus est, qui nos in operarios vineæ suæ elegit, vult tamen, quod filius suus soluat nobis mercedem, vt copiosior sit. Pater nunquam expertus est labores nostros, nec fodit, vñquam vineam, nec sudorem vñquam passus est, filius omnia mala nostra est expertus (nam per omnia similis fratribus effectus est, excepto peccato, vt sacra Concilia generalia definiunt.) Et Paulus docet nos habere Pontificem, qui possit compati, tentatum per omnia. Fodit quidem in hac vinea, imò manus & pedes fossæ sunt, & aperta, & latus similiter, vt foderet vineam suam. Habet & caput spinis obstitum, purgando vineam suam sudore sanguineo ex maximo labore, quem sumpserat, perfusus est. Et quoniam ipse labore & dolorem nostrum considerat, vt expertus est; voluit vt ipse esset nostrorum laborum æstimator & præmiator. Sic se nobiscum habuit hæc in re Dominus noster, ac si velles soluere alicui opus quoddam, quod fecit tibi, si taxatorès & æstimatores operis faceres consanguineos, ac amicos suos; euidens esset signum te velle summo in pretio soluere illi opera sua. Si ergo Pater æstimatorem operum nostrorum, ac laborum facit filium suum, qui caro, & frater noster est, ipsamque vult, vt soluat nobis mercedem: euidentissimum signum est, quod vellet, vt copiosissima sit. Ipse quippè consanguineus noster est ex nostro genere, ac patria, aduocatus, atque patronus noster ad Patrem, qui in maiori, imò in summo pretio taxauit opera nostra. Rex quidem

Hebr. 4.

Psalm. 9.

simile.

simile.

Tom. II.

conuocat ad prælium, sed Dux stipendia soluit: quoniam ipse nouit qui fortiter, aut ignauiter se in prælio gesserit. Sic Pater nos ad militiam eligit; sed Christ⁹ est noster Dux qui laborem & dolorem nostrum considerat, & nouit omnia opera nostra, siue bona, siue mala: quoniam iudex noster debet esse, & ideo ipse debet soluere stipendium, & reddere vnicuique, prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Et licet Deus non esset nostrorum laborum præmiator, ipsimet secum adferunt mercedem quando pro Deo sunt. Nam bonorum laborum gloriosus est fructus, ait Sapiens. *Sap. 3. Vidit Moyses gloriam Dei in rubo, qui licet arderet, non tamen comburebatur. Rubus hic spinosus labores nostros significat, qui et si vulnerent, non tamen perimunt, pungunt quidem, sed non exanguinant, feriunt, sed non consumunt, secundum illam Pauli sententiam, qua sic dicit: In omnibus tribulationem patimur, sed nõ derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deijcitur, sed non perimus, hoc est, ardet rubus, sed non comburitur. Vili sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Igitur in hoc rubo, in his laboribus, ibi est gloria Dei. Tantum enim solatium à Deo accipiunt sancti in medio laborum suorum, vt confidenter, ac verè dixerit Paulus: Non sunt cõdignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Missi sunt tres illi pueri apud Daniele in fornacem ignis ardentis, sed tamen non comburebantur, sed Angelus Dñi descendit cum Azaria, & socijs eius in fornace, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum rotis stantem. Et non tetigit eos omnino ignis, nec contristauit, nec aliquid molestiæ intulit. Imò & Rex Babylonis, inter illos tres vidit aliū quartum similem filio Dei. Nam Deus se in medio laborum pro se laborantium intromittit, vt illos in laboribus fortiores faciat, tantamque eis tribuit consolationem, vt serè pro præmio laborum suorum sufficeret. Nec hoc tamen Deo videtur sufficere, sed æstimatorem nostrorum laborum Christum fratrem nostrum consti tuit, quo in sublimiori eos collocet pretio. Quod sancti intelligentes maximè aduersus eos indignabuntur, qui eis impedimēto fuerunt, ne pro Christo Dño laborarent, & dicent: Tunc stabūt iusti in magna constātia aduersus eos*

2. Cor. 15.

Sap. 3.

Exod. 3.

2. Cor. 4.

Sap. 5.

Rem. 8.

Daniel. 3.

Sap. 5.

qui



Euangelium secundum Matth.

qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Vxor contra maritum clamabit, eo quod illi impedimento fuit ne ieiunaret, vel alia bona opera exerceret. Filius contra patrem querelam assumeret: quia illum ne religiosus fieret impediuit. Amicus de amico conqueretur: quia ne faceret eleemosynam suauit. Stabant igitur in magna constantia, nec ab hac querimonia deficient. Quare cum Dominus videat quantum lucrum omittant homines, qui propter eum non laborant; acriter eos reprehendit, dicens: Quid hic statis tota die otiosi (Mano sobre mano.) Esse otiosum, vt supra diximus, est nihil operari, quod ad vitam aeternam conferat. Nam illi qui tunc erant in foro, non omnino otiosi erant: vendere enim poterant, aut emere, aut seducere, aut mentiri; nihilominus otiosi erant, quia nihil boni in vinea Domini tunc agebant. Vnde Psalmista sic interrogans ait: Quis ascendet in montem Domini, aut quis habitabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam. Quam in vano recipit: qui non operatur animam opera, hoc est, ea quae secundum rationem rectam, ac legem Dei sunt. Videbis enim homines aliquos, quibus ad hoc solum deseruit anima, ac si esset sal conseruans: ne corrumpatur corpus. Nullam enim animae operationem habent, sed omnia opera eorum carnalia sunt. Audi quid pessimi homines dicunt: Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles, Sapient. 5. Et tamen quia non in ordine ad vitam aeternam operabantur: labores eorum vani effecti sunt. Ille ergo, ait Bernardus, recipit in vano animam suam, qui nimis audius bonorum praesentium, aeterna ac permanentia obliuiscitur. Vanum quippe ait Philosophus, illud est quod non consequitur suum finem: quare idem est vanum & otiosum. Sic vitem infructuosam, otiosam ac vanam dicitis esse in vinea vestra; ideo succiditis illam, & facitis illam cibum ignis. O homines ignaui ac pigri, qui nil boni in hac Domini vinea operamini, otiosi estis, in vanum animas vestras accepistis, & in combustionem eritis, & in cibum ignis. Et sicut ille paterfamilias, qui sicum infructuosam in horto suo vidit, praecipit hortulano vt succideret illam, & in ignem mitteret: sic stat sententia contra te, vt quid enim terram boni operari occupas? Succidaris ergo oportet, & in ignem aeternum cum

Psal. 123.

Sap. 5.

Bernard.

Aristot.

Luc. 13.

daemonibus cremeris. Recte ergo tales a Domino reprehenduntur. Quid hic statis tota die otiosi. Hic. In loco laboribus addicto, ac periculis maximis exposito, vis tu requiem, atque delicias? Videris mihi te velle id quod Rex Achab affectauit, nempe vineam Naboth in hortum deliciarum fodere. Sic tu vbi debebas fodere ac laborare in hac Ecclesia militante, vt fructum afferres in patientia: vis in otio, atque in delitijs viuere, hortum ex vinea fodere. Si hic tanquam in vinea laboraueris: postea in paradysum deliciarum transplantaueris. Posuit Deus hominem in paradiso, vt operaretur, & tu vis in vinea otiose viuere. Hic. In vinea Domini, sua Cruce perfossa, suo sanguine irrigata, suis manibus culta, ad quam si Deus multos infideles adduxisset, iam magnum suorum laborum fructum attulissent: & tu in ea, o homo, otiosus ac ignauius viuis? Succidaris ergo oportet, & in ignem inferni cremeris. In vinea otiosus es, quae plus laboris quam quaelibet alia haereditas exigit. Quid dices, si hi qui in vltima hora ad vineam venerunt, protinus ligones a se abijcerent, atque post vitem sterterent ac dormirent, nil operis in vinea facientes? Vide ergo quod nos sumus, in quos fines seculorum deueniunt, & quibus Ioannes dicit: Filioli, nouissima hora est. Non vt dormiamus, aut vt otio torpeamus, ad vineam Domini vocati sumus nouissimi: sed vt nostro maximo labore priorum merita adaequemus, imo & superemus. Nihil loci est nunc segnitiae, atque socordiae, sed potius maximae solertiae, atque labori. Iuuentutem ac virilitatem in otio ac torpore, imo in vitijs quamplurimis transegitis, cur in senectute, cum iam ad Occasum pergis, & in nouissima hora es constitutus, non operaris in vinea? Quomodo mercedem cum operarijs accipies, & non potius cum negligentibus punieris? Maledictus puer centum annorum, cuius ossa plena sunt vitijs adolescentiae suae, & cum eo in puluere dormient. Hic, in via otiosus sedes? si esses iam in termino recte sustinerem, sed in via ferri non potest. Non quiescit lapis etiam si in summo ac pulchro edificio situs sit, quoad vsque perueniat ad centrum, & suo pondere tempernitur illuc descendere: & quiescit tu extra centrum tuum quod Deus est, in quo solo omnia requiescunt & manent? Fecisti nos Domine ad te, ait August. & inquietum est

3. Reg. 21.

1. Ioh. 20.

1. Ioh. 20.

simile.

August.

est cor nostrum, donec perueniamus ad te. Quomodo ergo violentiam ipsam in naturam conuertimus, & vbi inquieti deberemus esse tanquam qui pergunt ad certum, ac si illuc peruenissemus elicitantes quiescimus, nihil minus curates quam de Deo. Quid autem in sterquilino facit? Quid anima inter vitia commoratur? Cur non ad centrum suum properat? Quid viator in hospio expectat? Cur non ascendit equum ad peragendum iter in patriam? Quid anima in corpore sopita dormit? Aut in mundo sui oblita commoratur? Nescit quod non habet hic manentem ciuitatem, sed quod futuram inquit ere debet, vbi otio, atque delitijs perpetuo vacabit? Hic, vbi nascitur homo ad laborem, sicut auis ad volandum. Hic, vbi Dux nofter ante nos vadit, cur iners miles illi non nititur sequi? Hic, cum appropriat merces, cur ad illam non currimus? Audi Paulum clamantem, & dicentem: Hora est iam nos de somno surgere. Nunc propior est nostra salus quam credidimus. Et alibi: Et tanto magis, quanto magis videritis appropinquatem diem. Hinc Leo Papa ait: Animeretur miles: quoniam vocatur ad palmam. Paulus autem currebat, si quo modo comprehederet. Statis. Qui stat non ambulat, sed quiescit. Homines pigri ad opera bona exequenda stant, nec ambulant, aut pergunt ad vitam aeternam. Sicut cum vides hominem in hospio stantem, dicis ei: Quid hic agis, o homo stans? Cur non pergis? Cur non peragis iter tuum? Tota die. Si in aliqua parte diei fuisset otiosus, sustineri poterat, sed tota die non debet tolerari. Quod in aliqua parte vitae otiositati te dederis, sustineri poterat, sed per totam vitam otio torpere, intolerabile malum est. Si iuuentutis mane vitijs dedisti, cur etiam senectutis vespere peccatis consumes? Cum ego considero quosdam senes plenos dierum, sic attetos, sic sollicitos suarum rerum, sic modo maiora appetere, ac petere, sicut in iuuentute facere solebant, & parum aut nil de negotio suae salutis curare, vellem eis sic dicere, si possem: Quid hic statis tota die otiosi? Nonne vides appropinquante nocte, hoc est, diem mortis tuae? Cur non laboras in vinea? Praeribit enim cito dies, & cum nihil operatus fueris, nihil etiam mercedis accipies. Tota die. Si esset noctis tempus, quando omnes quieti membra componunt, bene factum fuisset, sed in die, quando oportet operari, summa id stultitia est. Operamini dum dies est, ait Dominus.

Iob. 5.

Rom. 13.

Hebr. 10.

Leo Papa.

Ioh. 9.

Tom. II.

venit nox, quando nullus poterit operari. Nox vero quieti, dies labori dicitur esse; sic vita merito, mors praemio. Operamini in vita: vt in morte mei cedet accipiatis. Operamini dum dies est. Grana quae formica congregat in aestate, in hyeme comedit: & mella quae apis aestiuo tempore conficit, edit postea in gelu. Sic quae seminauerit homo in hac vita: haec metet in alia. Nam & de iustis dictum est. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autem, venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Otiosi. Cum tam magnum ac tantum negotium habeatis, otiosi viuicis. Propter minimam partem terrae, quae palmo concludi potest, totam vitam, & totum consumitis patrimonium litigando: & propter coelestem haereditatem, quae auro & gemmis scatet. (Sunt enim plateae eius aureae, & fundamenta ex lapidibus pretiosis) nihil facitis, sed otiosi statis. Nolite sic facere. Sed ite et vos in vitam meam, & quod iustum est dabo vobis. Vineam hanc sancta Ecclesia est, societas haec Christianorum, quam Dominus propria manu plantauit. Sic enim Exod. 15. dicitur: Introduces eos, & plantabis in more habitationis tuae sanctuarium tuum. Domine, quod firmauerant manus tuae. Et alibi: Ego plantavi te vineam electam, omne semen verum. Hanc vineam Deus sic in magno habet pretio. Quae racemum vni plus de ea aestimet, quam totam Legis Veteris vindemiam, vt Iud. 9. dicitur: Melior est racemus Ephraim, vindemijs Abiezer. Et in Psalmo dicitur: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Plus aestimas tu vineam, quam proprijs manibus, & proprio sudore plantas, quam eam quae alieno labore sata est. Multum laborauit Dominus in huius vineae plantatione, multo sudore sudatum est in ea. Ipse enim singulas vitas plantauit, super quamlibet vitem suam sudorem sanguineum effudit: nec enim corruptibilibus auro & argento (ait. 1. Petr. 1.) sed pretioso sanguine filij eius redempti sumus. O vinea sic a Deo aestimata, ab hominibus autem contempta. Sic enim eam dilexit Deus, vt eius amore potatus, quasi ebrius factus, velut alter Noe se nudari permisit, atque sic ligno Crucis affligi. Adeo, vt postea quasi amoris querelas aduersus vineam suam pronunciando, dicebat: Ego te plantavi vineam electam, quomodo conuersa es mihi in prauum vineam alienam? Sed pro hominum incredibilem ingratitude! O re maximis deploranda singulibus! Quod plantauerit haec vineam Deus rata cura,

simile.

Psal. 125.

Exod. 15.

Hierem. 2.

Iud. 9.

Psal. 86.

1. Petr. 1.

1-2



cura, tantoq; labore, & alius colligat fructus eius, quos ipse iure cadere debuisset. Manibus suis eam platur, quas sanguine tinctas, atq; perforatas ex tanto labore portat: sua Cruce tanquam vomere coluit, suo sanguine irrigauit illam, caputq; spinis obtutum habet, vt eam a tribulis ac spinis mundaret: pedes etiam cruore resperios fert, propter hoc quod per illam transierit: & cum tempus esset fructuum, quando eas colligere debebat, extraneus, imo & hostis vindemiat eam. Quid faceres, o homo, si hac res tibi aliquando contigisset? Sex continuos annos in plantatione vinearum tuarum consumpsisti, impendia, & labores fecisti, & cum iam iam fructus colligere deberes; alter pecora sua misit in eam, & comederunt fructum laborum tuorum. Triginta & tres annos in hanc vineam transegit Christus, vt eam coleret, atq; plantaret: & tempore colligendi fructus, pecora aliena in ea inuenit, quae vastauerunt fructus eius. Hinc Ecclesiast. 3. dicebat Dominus: Et ego nouissimus euigilaui, quasi qui colligit racemos post vindemiatores. Et Mich. 7. etiam dicitur: Vae mihi, quia factus sum, sicut qui colligit racemos vindemiae in autumno. Et Esai. 1. etiam dicitur: Regionem vestram coram vobis alieni deuorant. Vultis vt clarè loquar vobis: Scitote, fratres mei, quilibet ex vobis, cuiuscunq; sortis aut conditionis est; vna vitis huius vineae est, quam Dominus nosse in ea plantauit, ipse à vobis exigere fructus nititur, nempe dilectionem Dei, & proximi, eleemosynarum largitionem, ac cetera bona opera, quae Christiana pietatem redolent: sed cum haec opera quaerere venit paterfamilias vineae, contraria omnino inuenit. Loco fraterni amoris, odia, inuidia, dissensiones, ac praelia. Loco eleemosynarum, furta, latrocinia, & reliquas impietates. Et ipse quasi qui colligit racemos post vindemiatores venit, quare in vinea, si forte mundus iste nequam post se relinquit aliquos iustos oblitos, & ignotos, qui huiusmodi fructus ferant. Hinc Dauid clamans, dicebat: Deus, venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. Exterminauit eam aper de silua; & singularis ferus depastus est eam. Venit enim Mahometus lutuolus aper, vitis inuolutus, & maximam partem huius vineae vindemiat. Venit Lutherus, qui ferociter etiam est in ea debaccharus, & quilibet quod potest rapit ex ea. Vnus tollit Christum, alius eius Sacramenta, alius opera, alius ieiunia, alius

Eccles. 33.

Mich. 7.

Esai. 1.

psal. 78.

psal. 79.

Ecclesiae obedientiam, ac primatum Petri. Respice, Domine, de caelo, & vide, & visita vineam istam, & vites, quae remanent, non qualem debent referunt fructum, sed possumus cum Propheta dicere: Non est vna in vitibus. Et expectaui vt faceret vvas: & fecit l. bruscas. Quoniam calorem, virtutem, ac curam, quae Dei obsequio debebantur, in mundi cultum, ac seruitium impenditis, & Deo amara opera, tepida, inuoluntarij, absq; deuotione vlla confertis. Et quod magis deplorandum, o bone Deus, quod ipsi vineatores, pastores, ac praelati, quibus huius vineae cura commissa est, ipsam vindemiant, atq; deuastant: ita quod eis dici potest, quod per Prophetam dicitur. Vos depastis estis vineam meam. Quoniam ipsi comedunt, & bibunt, & diuites sunt, & suos etiam consanguineos ditant, nec illis vlla imminet cura alia, etiam si vinea Domini deuastetur, nec quod colatur, sodiatur, nil ad eos. O incredibilem hominum socordiam, atq; infidelitatem; penè hominum ignorantium Christum. Ite ergo vos in hanc vineam. Estis enim vos palmites huius vitis, quae est Christus. Si huic inferamini viti, fructus magnos germinabitis: pauper cum patientia, diues cum eleemosyna, superbus cum humilitate. Et quod iustum fuerit, dabo vobis. Mira res, quod iustum pretium operum nostrorum sit Regnum caelorum. Quanti debet homo ea aestimare, cum tantum valeant, nempe ipsum Regnum Dei. Si margaritum esset tale, quod eius pretium esset totum Regnum Castellae, quanti aestimares illud? Cur non in magno pretio habet opera sua meritoria Christianus, quorum valor est Regnum Dei? Lapidulus qui per se nil valeret, tamen si annulo aureo sculpatur, illius pondere venditur: sic opera nostra, quae ex se nihil valent ad meritum: si tamen meritis Christi inferantur, illorum mensura ponderantur. Quoniam sicut illa Christi merita Regnum caelorum nobis meruerunt: ita opera quae ego eius innoxius meritis ac gratia operor, ipsam vitam aeternam merentur. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Quoniam praesens parabola Dominica in Septuagesima praedicatur, aduertendum est, quod tali tempore Ecclesia exterioribus signis humani generis casum flere incipit, relictis gaudij signis, ebortis lacrymis, deplorat miseram nostrorum parentum sortem, qui ex tanta felicitate in tantam miseriam prolapsi sunt: quia relicto rationis imperio, inferiori se subdere appetui

Hiere. 3.

Esai. 5.

Esai. 3.

simile.

simile.

Alia moralitas sententia.

ritui maluerunt. Sed tamè in hoc opere Dei misericordia splendet maxime: quoniam in ipsa quam eis infligit vindicta, propter peccatum; remedium miscuit, quo ab illo exire valerent. Hinc enim celebris illa magni Augustini sententia ortum habuit, quae dicit, quod summa iustitia Dei, est summa misericordia: quoniam & in ipsa vindicta, quae malum punit, eius utilitatem ac bonum intendit. Nam cum propter haec temporalia, & caduca peccator Deum derelinquere audeat, tot miseros casus illi euenire permittit, amara multa illis misceri, vt propter illa peccator in cognitionem veri boni deueniat. Illis neglectis quae tot habet admixta mala. Vnde & Osee 2. loquens Dominus cum illo, qui Deo neglecto concupiscentijs suis operam dabat, ait. Et dixisti: Vadam post amatores meos, qui dant panes meos mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleam meum, & potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam vineam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & sequetur eos & non inueniet, & dicit: Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat magis tunc quam nunc est. Hoc est dicere. Pro eo quod contempro vero bono post concupiscentias tuas abire statuisti, ecce ego in ipsis tuis voluptatibus tot incommoda ponam, tot amara miscebo, vt ab eis fugere, & ad me redire compellaris. Sepiam viam tuam spinis, hoc est, in ipsis plateis, callibus, in quibus vt tuis indulgeas voluptatibus ambulas; tot mala interponam, vt vulneratus ab eis abscedas. Ibi enim armulus tuus te cum gladijs exspectabit, quibus percussus in domum discedas. Tot impedimenta collocabo, vt eis interclusus desideria tua minime consequi valeas. Quod quotidie peccator experitur. Nec inuenies semitas tuas. Hoc est, omnia negotia perdes, nec ea rectè tractare scias, sed in medijs adinueniendis erres. Quare iniquos ac vanos fines tuos consequi omnino non valebis, & sic ab ipso mundo repulsam passus in te reuersus dicas: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat magis tunc, quam nunc est. Nam cum nihil ex omnibus, quae volebas consequutus fueris praeter labores, arumnas, ac miseras; experientia ipsa conuictus intelliges bonum tibi esse, minimè esse in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum, ac cum filio prodigo respicere dicas. Quanti mercenarij

De Aug.

Osee 2.

psalm. 83. Luc. 15.

Tom. II.

in domo patris mei abundant pambus, ego autem hic fame pereor. Vadam ad patrem meum, &c. Vides quanta sit Dei misericordia, vt etiam ipsam vindictam, quae malis infligit, in ipsorum commoquum vertat. Sic ex primorum Parentum ultione ac punitione, quae fuit nos in doloribus, ac miseris punire, id etiam utilitatis capimus, vt eisdem poenis admoniti ad aeterna praemia, quae amiseramus, potius anhelemus. Nec hoc solum, verum & hanc nobiscum misericordiam fecit. Quod cum propter peccatum maledictionem incuerimus, vt in sudore vultus nostri vesceremur pane nostro, quapropter oportebat vt operarij essemus, conuocit nos in vineam suam, vt loco mercedis restituat nobis locum, quem per peccatum amiseramus. Quare tria dicemus. Primum, quomodo omnes operarij sumus. Secundum, quoniam sit haec vinea, in qua fodere ac laborare debeamus. Tertium, quae sit merces, quae huic nostro labori debeatur. Job. 7. ait: Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Quoniam nihil in hac vita nouimus, quod non laboribus plenum sit. Omnis actio praesentis vitae laboriosa est. Comedere, bibere, dormire, ambulare, ludere, laborare est. Viator qui fatigatus de vinea comedit, bibit, & dormitum vadit, non quia haec actiones non sint laboriosae id facit, sed quia minoris oneris sunt quam iter peragere, & quod nihil est malum, respectu maioris mali, pro bono habetur. Veluti qui amphoram aquae in vna manu portat, & quia defatigatur illa manus in altera transfert pondus, non id facit quod illud non sit etiam laborare: sed quia minor aliquantulum labor, ideo pro quiete illud assumit, & sic est in omnibus alijs humanis actionibus. Homo nascitur ad laborem, vnde omnes sumus mercenarij, Reges, & Pontifices, pauperes, & diuites, maiores, atq; minores. Nam sicut quis ad volandum; sic homo ad laborandum natus est. Posuit Dominus hominem in paradiso, vt operaretur, non ergo illum a paradiso exulem fecit, vt haberet alium paradysum, sed vt laboraret, & operaretur. Et pro maledictione accepimus panem nostrum cum sudore comedere. Quare stultorum est in loco laboris otium ac requiem quaerere. Eorum nempe, de quibus Job dixit: Qui esse sub sentibus delicias putant. Iusti vero ac sapientes in arumnis, ac miseris se vident esse, & ideo gemunt. Sic enim ait Job. Ideo Gigantes sub aquis gemunt. Hoc est, sub huius vitae laboribus, qui omnes homines submersos tenent.

Job. 7.

simile.

Genes. 2.

Genes. 3.

Job. 30.

Job. 29.

Et



Et de talibus Spiritus sanctus ait in Cantu. Oculi tui sicut piscine in Hesebō. Hoc est, habent oculos quasi fontes, prae lacrymis continuis, quas fundunt. Facti quasi Heraclitici, semper plorantes. Quare & Bernardus ait, sic accidere bonis ac malis in hac vita, veluti cuidam mulieri, quae in carcere peperit filium. Infans cum nunquam liberioriorem ac meliorem vitam cognouerit, sic laetatur in carcere, ac si in hortis esset. Mater verò, quae aliam meliorem vitam experta est, nunquam à lacrymis cessat. Ludit infans, ac ridet: mater verò gemit ac suspirat. Pravi homines, ac mundani, qui nil futurorum bonorum considerant, nec spirituales delectationes experti sunt, & nil aliud nisi bona praesentia norunt: haec pro bonis habent, in quibus nutriti sunt, quamuis mala referta omnia. Boni tamen ac penè coelestes homines, qui supernaturalia bona per fidem ac contemplationem norunt, qui eam hic habent experientiam illorum, quam hic contingere fas est: nullum temporalium bonum aestimant, sed tanquam mala respuunt, ac desunt, solummodo ad aeterna aspirantes. Sumus ergo, siue velimus, siue nolimus omnes homines in hac vita operarij. Sed cuius rei? Vineae certae, quae inter alias hereditates plus laboris exigit, ut fructum ferat. Si aratro semel aut bis profcindis terram: triticum tibi abundanter gignit. Sed vinea plures exigit culturas. Arare, fodere, molire, purgare, amputare, aperire, operire, & in aliquibus locis rigare, in alijs stercore mittere. Sed quae nam est vinea haec? Vtique anima tua. Hanc fodere, colereque curato, hanc plantare optimis arboribus virtutum, hanc molire sacco & ligone poenitentiae, & rigare lacrymis, purgareque oportet. Vae miseris, qui tantam curam impendunt hereditatibus plantandis, atque colendis: animas verò suas negligunt, incultas, atque imparatas relinquunt. O mira res! quocumque vadis, tecum defers vineam tuam, quocumque tempore, quocumque loco tibi prelo est vinea tua, & tempus culturae omni tempore, nec opus est Ver, aut Aestus operire; & tamen negligis illam colere. Felix qui omnibus relictis huius solo intendit officio, colere conscientiam suam, purgare ipsam, ut multum fructum afferat coram Deo, & hominibus, ut ait Greg. Vulgò dicitur: Oculi dñi impingnat equum, & optimus simus, ut hereditas ferax sit fructuum, sunt dñi vestigia. Et ita est, quod plus faciunt decem mercenarij,

simile.

Gregor.

praesente dño, quam viginti ipso absentis nam Proverbium Hispanum dicit, *Donde no anda su dueño, anda su duelo.* Quod tamen magnum malum est, accipere stipendium, & non impedere seruitium. Apollolus quippe ait: Non ad oculum seruientes. Nec minus displicet Deo quorundam Christianorum crudelitas, qui laboribus & sudoribus proximorum non condolentes, quasi essent iumenta, sic eos ad opera acuit, sic increpant, ut compellant eos, penè iecora emittere fodiendo. O quantum placet Deo, quando Dñs miseretur & condolet laborantibus, & ait ad illos, Remittite ex labore, nolo ut tantam impendatis operam, aut fatigemini, quiescite modicum, refrigeramini modicum, sed pro viris sufficit labor, & ex hoc minuite! Verè reputaretur ei hoc ad iustitiam, qui fecerit hoc coram Deo, quia signum charitatis est plus diligere proximum, quam pecuniam. Attamen ut non penitus dormiant, iustum est dñm assistere operarijs suis. O operarij! o laborantes! adstat Dñs desuper de caelo omnes circumspectans, & notans omnes labores nostros. O quomodo signat eos in libro suo! Labora viriliter, nec multum cures signare tu labores tuos: quoniam laborè, & dolorem ipse considerat. Capillus (inquit) de capite vestro non peribit. Hoc est, nec vna cogitatio bona de corde vestro peribit. Memoratae sunt omnes cogitationes vestrae bonae, & bona desideria, & omnia opera, & sermones scripta sunt in libro Domini, & per vnum Ave Maria, aeternum tibi in gloria praemium parat. O Deus meus! quis non laborabit? Quis non pro tanto praemio animam suam ponet in laboribus continuis? Praesens est Dominus vineae (nam ipse dicit: Vineae mea coram me est semper) & nos excitat, sicut paterfamilias operarios suos. Quomodo vociferaris, quomodo clamas intus, intus in corde nostro. Filij, eia, properate, laborate, quoniam aduersperascit, & inclinat iam dies. Celeriter opus perficite, quia appropinquat nox, & tempus breue restat, velociterque transit, nec ut mercedem lucremini, restat deinde locus, aut tempus: nam Angelus clamat apud Ioannem, & iurat per Viuentem in secula seculorum, quia ultra iam non erit tempus. Operamini (inquit) dum dies est: venit nox, quando nemo poterit operari. Sic se habet sicut & paterfamilias, cum praesens est. Et cum abest, suos praepolitos dimittit tibi, quos vocamus, *Cachicanes*, qui eadem operarijs inculcant verba. Sic Deus praedicator,

ephef. 6.

psal. 90.

cant. 116.

apoc. 10.

ioan. 9.

simile.

ecc.

res, qui homines ad labores inuitamus, dicentes: Breue tempus est laboris, & magnum praemij: modicus labor, magna retributio: momentaneum est quod cruciat: aeternum est quod delectat. Audi magnum praedicatorum Paulum dicentem: Momentaneum hoc & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operabitur in nobis. Haec de vinea, & operarijs. Dicamus nunc de labore qualis debeat esse. Solet dici, nullum laborem, aut culturam sic alijs hereditatibus prodesse, sicut prodest vineae. Usque adeo, ut duplicata cultura, duplicet fructus. Et narratur de quodam patre, qui habebat tres filios, & quatuor mille vites: dedit mille filiae in dotem, & auxit laborem vineae, & tantum vinum habuit de tribus millibus vitibus, quantum de quatuor millibus solebat accipere. Et experientia ipsa testatur, si vinea bene culta sit, quam magnas vites inflatis borris refertas habeat. Et per oppositum in vinea negligentem culta, vites exiles, razemi pauci, vixque minutis, ac paucis semplem, ipsaeque vix acerbae ac immaturae solis animalibus comestibiles extant. Vides quantum interest inter vineam, & vineam propter culturam? Plus interest inter animam, & animam. Anima sancta mortificationibus sanctis, ac exercitio virtutum culta, quam vberes fructus bonorum operum, desideriorum, ac cogitationum, quam dulces charitatis vvas gignit, quantis viridibus frondibus abundat, hoc est, exterioribus etiam virtutis exemplis ornata, quam feruida, quam laeta in Dei obsequio persistit. Alia verò anima inculta, nullum bonum fructum germinat, nisi labruscas demonibus dütaxat edendas, de caetero sterilibus bonorum operum. Vnde & Propheta dicebat: Culmus stans, non est in eo germen, quod etsi fecerit, alieni comedent illud. Vnde tanta disparitas animarum? Non quidem ex terra, quia eadem est: omnes quippe animae aequales sunt à natiuitate in specie sua, & aequalis gratia paruulis datur in Baptismo. Disparitas ergo provenit ex differenti cultura. Eandem ergo culturam, quam facis vineae tuae, exhibe animae tuae. Triplex exhibetur cultura vineae. Aperire vites, ut pluiam imbibere valeant: secundò illam molire: tertio amputare super effluentes palmites, ac nimiam terrae feracitate luxuriantes. Id animae tuae praestitit. Aperi illam, ut inde ipsa recipiat imbrium spiritua-

2. Cor. 4.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

osca. 8.

Tom. II.

lium charismata, gratiarum, & honorum coelestium. Aperta est coram Deo conscientia tua, quando prompta est in omnibus obsequi Deo, & pro nullare, quantuncunque magna, ab ipso per mortale peccatum deuiare. Hinc iusti campi vocantur in Scriptura, cum dicitur: Et campi tui replebuntur vbertate, hoc est, corda iustorum, quae veluti campi aperta sunt ad caeli rorem recipiendum, semper ad aeterna inhiantes. Et per oppositum nil sic impedit coelestem pluiam, ac imbrem, quantum mortale peccatum, per quod clauditur cor, & induratur ad Deum, ne eius gratiam, ac charismata accipiat, praeponeus temporale bonum Deo. Hinc Sponsa: Pessulum ostij. Sponso aperuerat, ut ad se intraret. Hoc est, cordis duritiem, quam peccatum mortale in anima efficit. Idem est pessulum aperire, ac peccatum amouere. Vae miseris idolatris, qui Deum relinquunt, & sibi alium Deum confingunt. Nunquid idolatra est, qui relicto vero Deo, adorat idolum? & non est idolatra, qui relicto Deo, adorat nummum, vel honorem, vel ventrem? Idolatria enim est, illum habere pro Deo suo, quem super omnia diligit, supra omnia quaerit, quem omnibus praefert. Sicut enim olim quilibet habitus habebat Deum suum, ita modo quilibet peccator habet Deum suum. Vae miserum, cuius Deus venter est, & gloria in pudendis est. Vae misero, cui & si non idolum ex auro; tamen certe ipsum aurum Deus est: quid enim refert, quia non figuratur? Huiusmodi conscientias suas Deo clausurunt. Disce, o homo, in tuo opere, qualis sis in animo tuo. Ex corpore accipe magisterium. Nonne vides cor tuum inferius clausum ad terram, & angustum, & superius apertum ad caelum, & amplum? Nunquid hoc casu factum est, ita ut non magis ex corpore corde animi cor formare discas? Sit anima tua cor tuum, ab imis claude, ad superiora aperi, imitare vasculum corporei cordis, dilata os cordis tui, ut Deus totum occupet illud. Angustum sit ad terram, ut habens victum, & quibus tegaris, his contentus sis. Est quaedam herba, quae dicitur Heliotropium, Hispanè, *El tornasol*, cuius flos cum Sole nascitur, & cum Sole clauditur, & quocumque se vertat Sol, semper sequitur ipsum. Talis debet esse humana voluntas ad Deum, quidquid contingat. Vbi fuerit Deus, ibi sit voluntas tua; semper intenta quid ipse velit, quid ipse praecipiat. Secunda vineae cultura

cant. 5.

1. Tim. 6.

simile.

4

cultura est, illam emolire. Quid proderit tibi Dei dona suscipere, nisi in eis viriliter profeceris? Non poteris autem hoc, nisi cordis tui duritiem emolias, & carnem tuam assidue perfodias. Attende Apostolum in Epistola hodierna optimū operarium, quomodo colat, quomodo fodiat vineam suam, id est, carnem. Castigo (inquit) corpus meum, & in servitutem redigo. Sicut enim terra non fossa induratur, & protinus malas herbas gignit: ita caro malas cogitationes, & turpia delideria emittit, nisi assidue effodiatur sacculo penitentiae, & ligone abstinentiae. Ne leues huiusmodi instrumenta à carne, nec à corde tuo. Sic enim & vinea solēt frequentissime fodi, & iterum fodi, & arari, & moliri, & purgari. Hinc Apostolus per singulos dies (ait) adhortantes corda vestra: ut non obdureret quis ex vobis fallacia peccati. Tertia vinea cultura est putatio, oportet enim sapienter refecare vitia, tollere omnē superfluitatē ab anima omnium desideriorum, & voluptatum, & deliciarū, & gaudiorum abundantiam; dimittere solum palmites spirituales ad fructū. Impossibile enim est, ut pluribus intētus terrenis abundet in celestibus. Non solum palmites aridos, id est, vitia, sed etiam palmites virides, id est, licitas mundi delectationes amputare debemus ab anima: ut in paucis spiritualibus collecta virtus melius possit generare bonorum desideriorū vberes fructus. Et quoniam magna difficultas est in refecandis vitijs; oportet acuta falce contritionis diligentissime illa amputare. Solēt etiam vinea propter bestias circumdari, & in aliquibus regionibus ex palmitibus ipsis cōficiunt manipulos, ex quibus sepiunt ipsas vineas. O homolitu fac similiter. Ostendam tibi mirum modum, quo ex ipsismet vitijs amputatis animae tuae firmissimum murum struas contra diabolum. Ut si in aspectu, aut colloquio illius mulieris peccas, semel ac iterum, aut ex illius hominis familiaritate iam expertus es occasionem tibi oriri peccandi: ex his experientijs manipulos cōfice, & ijs sepi animam tuam, ne iterum per illam viam ingrediatur fera pessima in vineam tuam. Experientia enim mali reddit cautum hominem, ad expellendum illud malum. Quatuor sunt quae solent nocere vinea, scilicet, herbae, vermes, nempē eruca, & brucus, gelu, bestia. Ista etiam quatuor nocent animae. Primum voluptatum & mundanorum gaudiorum herbae. Impossibile est enim hominem

1. Cor. 9.
simile.

Hebr. 3.

his mundanis gaudijs nimis immersum, spiritualibus fructibus abundare. Pinguedo spiritus non compatitur secum corporum delicias. Et sicut herbae fructus vineae destruant, sic delectationes spiritum exhauriunt. Vermes sunt terrenarum operū curae, lites, sollicitudines, anxietates, quae animae pinguedinē corrodunt, nec sinunt eam germinare spirituales fructus. Gelu comburens miro modo est carnalis concupiscentia, quae spiritum gelat, & carnem inflat, quae non solum folia, verum & radicē consumit, fructusq; ipsos exsiccat. Libido quippe omnia deuorat, etiam ipsas radices virtutum. Vnde & Iob de ea dicit: Ignis est vsq; ad consummationem deuorans, & omnia eradicans genimina. Bestiae sunt demones, qui fructus etiam immaturos dentibus comminuunt, & deuorant, & de istis Sponsa clamat vineatoribus, custodibusq; vinearum, hoc est, Episcopis, & praedicatoribus. Capite nobis vulpes paruulas, quae demoliuntur vineas. Capiuntur, cum producantur, quando earum insidiae populis deteguntur, ne furtim deglutiantur. Haec & vitanda sunt à nobis, & cauenda: nam tempestas grandinis, quae solet aliquando, maturis iam fructibus euenire, & illos perdere: haec à nobis nostris viribus vitari non potest, opus est pulsare cāpanas, inuocare orationibus Deum, ne nos demergat tempestas tribulationis, & tentationis, quae plures etiam perfectos perdidit. Sed tempus est, ut de ipsa mercede loquamur, si prius hoc discernamus. Quomodo si nostra vinea est in qua laboramus, nempē anima nostra, à Deo nostri laboris mercedem expectamus? Mercenarijs quippe ideò datur merces, quia in alieno laborant: suam autem propriam colenti & purganti vineam, quis mercedem exhibeat? Tu autem propriam excolis vineam, quomodo à Deo mercedem petis? O misericordia! o magnificentia Dei nostri! In proprio laboramus, & à te mercedem suscipimus. Quis vidit vnquam tale? Nostros profectus, tuos putas cultus, officia nostra, tua reputas seruitia. Quid enim ad te attinet, quod ego bonus sim? Si fueris iustus, quid dabis Deo? ait vnus ex amicis Iob: Et si fueris bonus, tibi erit, Deo enim quid confers? Habet enim ille Angelicos exercitus, propter quod Dominus Deus Sabaoth nuncupatur, quorum comparatione vermiculus ipse es. Non eget laudibus tuis, imò nec Angelicis. Quantis retro

Iob. 3.

Cant. 3.

Iob. 35.

to seculis ipse solus fuit, antequam conderet mundum. Nullis indiget laudatoribus: quia sibi sufficit laus sua, quia sine omni laudatore ipse sibi laudabilis est. Nihil ergo ad eum pertinet quod boni sumus. Nisi quia cum optimus sit, & summum bonū; ipse sua bonitate vult omnes nos esse bonos similes sibi. Propter quod aeternam nobis repromisit mercedem. Qui ait. O homo, esto bonus, & accipe cœlum, non quia egeo te, sed quia diligo te: ideò ad me attinet salus tua, non propter honorem, sed propter amorem, quia diligo te, & cupio ut videas me. Et licet labores in tua propria vinea; tamē mercedem ipse retribuit, & illam magnam Grādis certē labor est colere vineam, & cultam à tot periculis custodire. Sed nunquid absq; mercede? Non utiq; Et quā nā est ista merces? Quis dicere valeat: indicibile est, & omnem excedit cogitatū. Nunquid non ineffabile, non incogitabile? Quia in cor hominis non ascenderunt, quae preparauit Deus diligentibus se. Vtiq; nō otiosis, sed propter ipsum laborantibus. Augustinus vltimo de Ciuitate ingenuē fatetur se nescire hęc proloqui, sed quoniam promisi dicam (inquit) ut potero, experiri enim magis vellem, quā dicere. Grādis operarius fuit in vinea Domini Abraham, qui relicta domo parentum peregrinus fuit omni tempore vite suae habitans in calulis. Ideò petens à Domino suorum laborum mercedem, ait. Domine Deus meus, quid dabis mihi? Ecce propter te egressus sum de terra mea, reliqui domū meam, patriam & hereditatem. Nunquid frustra? Nunquid sine prēmio? Domine Deus, quid dabis mihi? Nunquid mercenarius tuus ero, & prēmium non habebō? Similiter alius magnus operator fuit Dauid, qui preliatus est prelia Domini, & zelauit pro domo Israël, & à Deo petit mercedem dicēs. Quid enim mihi est in caelo, aut à te quid volui super terram? Dedisti quidem mihi Regnum, honorem, diuitias multas, haec quae à te non petij, non volui, non optaui; sed pro istis meis laboribus non accipio mercedem hanc. A te enim quid volui super terram? Sed quid mihi est in caelo ostende, ut libentius laborem. Defecit (inquit) caro mea, & cor in eum: quia non illud reficiunt, nec implent. Deus, ait, cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Deus, & hic in aeternum. Vnde Augustinus ait. Grandis es tu Domine, grandis est merces tua, nec enim est alia merces tua nisi tu Domine Deus in aeternum. Non auro, nec

August.

psal. 52.

argento, non terra, nō caelo, non syderibus, non Angelis praemiantur labores tui; sed in Deo habes mercedem tuam. Es ne hac solutione contentus? Omnino non me satiet et Deus (ait Augustinus) nisi mihi daret seipsum. Quid est tota terra? Quid est totum caelum? Et quid est quod in aeternum datur? Non pro hora, non pro die, non pro anno, non pro centum annis, vel pro mille annis, sed in aeternum. Res tunc dicitur plus valere, quando est perpetua, sicut ducatus perpetui redditus emitur quadraginta. Quare ergo pro vno Ducato datur triginta, vel quadraginta? Vtique quia perpetuus est. Quid valet Deus perpetuus? Augustinus pro vna hora qua quis fruatur Deo, centum, vel mille tormentorum annos sustinendos esse censet. Imò credo beatos centum annos inferni sustinere libenter, si à gloria separarentur, & haberent perfectam illius memoriam, ut vna die iterum Deo fruerentur. Quid igitur erit illud perpetuò possidere. Ita etiā ad Abraham Deus respōdit. O amice Abraham, ego merces tua magna nimis. Dabo me ipsum, Dabo (inquit) tibi omne bonū. Quid quid desiderari potest, in me est. Diuitie, delitiae, honores, gloria, quies, pax, gaudium, laetitia, satietas, plenitudo, sapientia, virtus. Pete quidquid volueris, in me inuenies. Imò ultra quā ipse velis desiderare: omnium bonorum pelagus sum. Hoc est quod Apostolus ait, quod erit Deus omnia in omnibus. Quomodo hoc quod Deus sit totus in omnibus, bene intelligo. Est enim totus in Petro, totus in Paulo; nec enim partes habet, quarū vna sit in toto beato, & alia in alio. Sed quomodo erit omnia in omnibus? Vtiq; quia erit gustui sapor, & olfactui odor, ventri plenitudo, auditui melodia, intellectui sapientia, tactui voluptas, voluntati gaudium, denique omnia omnibus potentijs, ac sensibus in gloria; quam mihi & vobis praestare dignetur. Amen.

simile.

D. Aug.

Genes. 15.

ad Col. 3.

Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim Discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, & scribis Et cōdemnabunt eum ad mortē, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Hoc contigit cum Dominus pergebat in Hierosalem ad Pascha illud, in quo debebat pro nobis acerbissimam mortem pati. Quare tunc praecedebat eos, ut ait Marcus, cum tamen alijs vicibus aliqui Discipuli praecedere

Marc. 10.

cedere solebant illum. Et in specie modo dicitur quæ passurus erat, quæ alias in genere dixerat, nimirum quod interficiendus esset, modo & genus mortis, & præcedentia mortem explicat. Nec tamen dicit, quod tradendus sit ab aliquo Discipulorum suorum: quoniam tunc nondum in animum id induxerat Iudas. Aduertendum tamen, quod cum inquit Mathæus, Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & cruciandum; tertium horum (scilicet) crucifixio fuit petita à Iudæis, duo autem prima, nempe illusio, & flagellatio, fuerunt effectus subsequenti traditionem Iudæorum, non autem procurati ab eis. Et proinde propositio. Ad, in duobus illis prioribus denotat eodsecutionem effectus, non intentionem tradentium Principum, ac Scribarum: quoniam hi non nisi crucifixionem eius petierunt. Vnde Marcus, ac Lucas quæ sequuta sunt traditionem Iudæorum sic explicant. Et illudent ei, Gentes scilicet, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & postquam flagellauerint, occident eum. Sed quoniam hæc historia bis legitur in Ecclesia, nempe Dominica in Quinquagesima, & Fecia quarta, post secundam Dominicam in Quadragesima, ad utrumque propositum in gratia concionatorum explicanda est. Et primo sic incipe. Breuiter hic Dominus suæ passionis nobis memoriam facit, & clarè ea pronunciat quæ passurus est, & nihilominus id Discipuli intelligere non valuerunt. Capere quippe non poterant, quomodo per has ignominias ac dolores Christus esset consequaturus suæ resurrectionis gloriã. Et ideo Diuus Gregorius dicit. Procinus narratur illuminatio vnius cæci, & apud Mathæum duorum; nam quia carnales adhuc Discipuli non valebant capere verba mysterij, venit ad miraculum, vt eos ad fidem cœlestia facta solidarent. Et certè hoc vnum inter alia mirabile videtur, quod cum Dominus pergeret in Hierusalem vt pateretur, & ea quæ passurus erat, acerbiora, & duriora, & ignominiosiora debebant esse, quam ea, quæ nunquam homo in carne viuens aliquando passus est: nihilominus hæc quæ abiectionis erant, ascensum vocat, cum dicit. Ecce ascendimus Hierosolymam. Itaque mortem suam ascensum vocat ad cœlestem Hierusalem. Longè alia est loquela Dei, quam loquela hominum, sicut & alia sunt cogitationes eius à cogitationibus nostris. Sicut enim exaltantur cœli à

Marc. 10.
Luc. 18.

Moralitas
sermo.

D. Greg.

terra, (ait Dominus per Esaiam) ita exaltata sunt cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Nam quales sunt cogitatus, tales & sermones qui illos exprimant. Cum ergo cogitationes hominum terrene, ac carnales sint, tales sunt etiam & sermones illius. Et cum sensus hominis carnalis per quos gubernatur, non aliud bonum, aut malum agnoscat, præter id quod modo experitur; hinc fit quod illa sibi fit gloria, quam ipse cum mundo æstimat, & illa ignominia, quam homines iudicant talem. E regione verò Deus qui per altiora iudicat principia, in hoc veram gloriam & honorem constituit, in quo secundum veritatem consistunt, & eodem modo loquitur. Et quoniam passiones & mors Christi via sunt ad veram exaltationem, quæ fit in gloria cœlesti: ideo à fine eas denominat, exaltationem eas vocans, eo modo loquendi, quo potio amara, aut phlebothoma, & cauterium sanitas nuncupantur, quia ad sanitatem dirigitur. Concitatur stomachus, dolet venter, amarefcit lingua, postquam hausisti passionem, & alius dicit tibi, Gaude, quia hæc omnia salus sunt. Torqueor ad mortem, & dicit mihi hæc esse salutem. Ita est? quoniam dolores isti via sunt ad salutem, & ideo sic eos voco. Ille alius qui fodiendo, arando, colendo terram penè spiritum exhalat, si quæsieris ab eo quid agat, vtique respondebit, se vitam suam sibi acquirere. Quod si dixeris. Perdis vitam laborando, & dicit illam acquirere? Sic. Quoniam sic vitam sustentat acquirendo victum. Sic iustus, qui dum in carne viuunt, oppressus, abiectus, ac mille modis afflictus viuunt, si hæc propter Deum patienter fert, ascendere dicitur, etiam si oculis hominum descendere videatur. Illi enim gradus ac passus sunt, quibus in cœlum ascenditur. Vnde in Psalterio David, quindecim Psalmi sunt, qui dicuntur Canticum graduum, quos concinebant illi qui ascendebant in templum Hierusalem, & per tribulationes incipiunt dicendo. Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudiuit me. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Ascendis & ploras? Eleuaris & tribularis? Ad Deum pergis & gemis? Ita certè. Quoniam hi gradus sunt per quos ascenditur ad Hierusalem. Quapropter gratias tibi Domine refero, milleque vicibus gratias ago: quoniam huic graui, ac oneroso subiecto,

Esai. 55.

simile.

Psal. 119.

Psal. 128.

qua.

qualis est homo, corpore hoc ponderosiore terra & arena onustus, quod fortiter ad terram illum inclinat, tuæ gratiæ alas, ac fauoris tui celeritatem tribuisti, quibus subleuatus sicilicet volat, vt Aquilæ volatus exuperet, nec accipiter tanta velocitate ad prædam auolet, quantum ipse ad cœlestia subleuatur. Quod Aquila volet, quis mirabitur? sed quod bos in aëra tanquam Aquila vehatur, hoc omnibus prodigium appareret. Quod Angelus cœlestia petat, nil mirum est, alis plenus, subtilissimus spiritus, qui omnia corporalia velocissimè transcendit: Sed quod homo huic oneri mortali iunctus, ac conglutinatus (de quo scriptum est, corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrenam in habitatio sensum multa cogitationem) quod ille ascendat, volet, in altumque se iactare valeat, atque salire, hoc certè valde mirabile est. Hæc ratione D. Tho. docet in 1. parte. quod Angeli perfectiores in natura, etiam in gloria sunt maiores: quoniam totis suis viribus se in Deum conuertunt, nec enim carnem habebat qui illorum conatum impediret, sicut homines habemus. Quare suspicor, quod in die iudicij, plus splendet Dei gloria in hominibus, quam in Angelorum salute. Nā quod res tam grauis in tam excelsum ascenderet locum, quæ inachine id facere poterat? In difficultate dicimus quod sita est gloria, & maior apparet difficultas in hominum, quæ in Angelorum saluatione. Quare illa in maiorem cederet gloriã. Angelus in ipso cœlo empyreo creatus fuit, quid mirum quod in illo semper maneat, imò quod ab illo loco ceciderit, mirabilis apparet. Homo verò qui in terra conditus est, conterendo glebas, onustus ligone & aratro, quod ille cinu deberet descendere ascendat, miraculum mirandum apparet. Difficultas quippe in ascendendo est. Nam facilis descensus Auerni: sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, hoc opus hic labor est. Has ergo omnes difficultates gratia Dei superat, quæ hominem corporis pōdere presū ad alta ascendere facit. Quare iustorum vita ascensus vocatur. Beatus vir cuius est auxiliū abs te (ait Regius Propheta) ascensionem in corde suo faciet. Auxiliū gratiæ suæ ipsū ascendere ad supera facit. Quare Ecclesia quotidie in præfatione nos admonet dicens. Sursū corda. Et de iustis dicitur quod ascendunt. Ascendit Moyses in montē. Ascendit Abraham & ascendit Helias. Et de animalibus sanctis dicitur, quod erant pennata. Ad Spōsā quoque Spiritus Sāctus ait. Surge, pro-

1. p. 9.

D. Thom.

Virgilius.

Psal. 83.

Exod. 19.

4. Reg. 2.

Ezech. 1.

Cant. 2.

pera amica mea, Colūba mea, in foraminibus petre. Ea velocitate qua colūba ad fenestras suas ascendit, pperat etiã anima iusti, ad cœlestia. Verberat aërem fortiter columba alis suis, nec alia auis est, quæ tam magnum sonitum faciat quatiendo aërem alis suis sicut Columba facit. Sic & iustus strepens flagellorum iētibus, singultibus, suspirijs, ieiunijs percutiendo aërem, ac vanitatē huius seculi ad supera volat. Vnde Paulus quæ sursum sunt (ait) quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram. Ac si diceret, nō ad Solem, aut Lunam, aut ad Angelos, aut Cherubin ascendere niti debetis: sed vsq; ad dextrā Dei, vbi Christus est sedens, vestrum volatum iactare debetis. Id ipsum illū facere videbatur cū ad Philipenses, dicebat. Fratres, ego nō arbitror me cōprehēdisse. Ac si diceret. Nondum meū volatū finiui, nec terminū meū adhuc attigi: quoniam altissimus est. Vnū autem (id est quod ad rē attinet, hoc est) quæ retrō sunt obliuicēns, ad ea verò quæ priora sunt, extendo me ipsum, ad deflinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. Alludit ad modum, quō se habet illi qui currunt ad apprehendendum præmiū, quod velocius currenti appositum est, qui non respiciunt ad id quod iam currendo pertransierunt, sed ad id quod pertranscundum restat. Sic iustus non respicit bona quæ iam fecit, sed quæ faciēda restant attendit. Currere, ascendere, volare: hoc nititur. Ad priora extendens me ipsum, hoc est, ad apprehendendum præmiū me iacto, totis meis viribus ad illud me proiicio. Sicut qui currit in studio ad apprehendendum brauium toto corpore se proiicit, vt apprehēdat illud imò antequā appropinquet, extendit corpus & manus, vt colligat præmiū ibi appositū: sic iustus corpus & manus ad accipiēdū præmiū extendit. Et hoc est, Ad priora extendo me ipsum, vel ad priora, id est, ad ea quæ sunt ante me extendo me ipsum, iustus quippe retrō honores, diuitias, & voluptates dimittit, & ob oculos tāquam scopum Deū ipsum ponit, ita quod cum ipse fugiat omnia hæc, ipsa tamē illum sequuntur. Quoniam ista quæ propter Deum dimittit, cumulatiuè & perfectiora postea in Deo ipso adinuenit. Hoc discernitur iusti & peccatores. Quoniam isti audivissimè post honores, voluptates, diuitias, ac cætera bona temporalia currunt: quæ tamen longè fugiant ab eis. Ea omnia ob oculos tanquam scopum ponunt, & tamen longè

Ad Col. 3.

Ad Phil. 3.

simile.

simile.

se

se ab eorum conspectu eleuant: ita quod ferē per totam vitam suam, nec semel ea continere queant. Sed iusti hęc post se dimittunt, & ipsi solum Deum respiciunt, & ideo hęc omnia sequuntur illos tamquam umbra corporis. Sed cum Deum, quem ipsi querunt apprehenderint, hęc omnia consequuntur illos, & in Deo ipso longē meliorata contingunt: quoniam in Deo ipso, & honores, & ciuitas, & voluptates multo melius, quam in seipsis inueniuntur. Sed quoniam hęc in Deo celsitudinē quandam sortuntur, oportet quod homo ad ea eleuetur & extendatur, & ideo dicit, Extēdo meipsum. Hoc est, supra naturam meam ascendo. Supranaturale quippē est homini Deum in seipso contingere, vt supra vires suas est tam altam visionem apprehendere. Nam vt Dñi Christū qui semper pręcedit nos assequamur, opus est corrigiam extendere vt dicitur (dar de sel hombre) & magis, ac magis bene operari, plus hodiē quā heri, & melius cras, quā hodiē: vt sic aliquo modo contingere Christum queamus, qui semper tanquam Aquila super nos volat, ideo quippē dicitur, Vbiunque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilę. Et titulus Psalmi. 34. est, Idithū. Vbi grāde adinuenit mysteriū Augustin⁹. Idithū quippē interpretatur transiliens eos, & hoc Christum Dñm refert, qui semper pręcedit nos & antecedit, & super nos volat & eleuatur. De quo Psalmista dicit, Et ascendit super Cherubin & volauit: volauit super pennas ventorum. Hinc & Sponsa dicit, En iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Ad brauium supernę vocationis in Christo Iesu, per Christū sic altē ascendimus, & ipse nobis alas gratię suę conferre dignatur. In cuius signum in lege veteri pręcipiebat Deus, ne per gradus ascenderent ad altare, quali in hoc innuēs, quod in illa lege non habebatur ea plenitudo gratię quę in noua, qua possent ascendere in cęlū. Neminē em ad perfectū adduxit Lex, nec alas ad tācā celsitudinē dabat. Lex autē noua iā pręcepit nobis, vt cātem Canticū graduū, vt Augustinus dicebat. Ascēdenti ad cęuallem plorationis, & cantantū Canticum graduum dederat sagittas acutas. Quādo enim cōuersus est ad Domum, hoc Canticum graduum ascendēs a peccatis ad grātiā canebat. Et Paulus ad Galat. scribens. c. 4. dicebat, Nos sub elementis mūdi eramus seruientes. Qui in veteri lege debebāt sub elementis mūdi erant, eo quod subijciebātur ceremo-

Luc. 17.

Psalm. 34.

D. Aug.

Psalm. 17.

can. 2.

Exod. 20.

Hebr. 7.

D. Aug.

Ad Gal.

4.

nijs illis, ac sacrificijs quę ex rebus elementibus constabāt. At vbi venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Vt homines ab elementis mundi, quibus in lege veteri seruibant, ad altiora subleuaret. Nam & si modo sacramentis visibilibus subijcitur, quę ex quatuor elementis cōstant: tamen nō nos submersos sub se tenent elementa, quinimō supra illa nos eleuat gratia, quę in illis nobis confertur, & super omnia creata nos ascēdere facit. Vnde de Christo Dño scriptū est, q postquā baptizatus est, confestim ascēdit de aqua. Et sic eos qui baptizantur cōfestim ab aquis eleuant eos baptizates. Iā enim alā cōferuntur illis, quibus super omnia creata volent. Vt adoptionē filiorū Dei acciperemus. Recepti quippē vt filii Dei, & haeres Regni cęlorū, quod est super omnes res creatas. Igitur optima ratione Dñs mortem suam ascensum vocat, cum dicit, Ecce ascendimus Hierosolimam. Et Lucas ait, Et consummabuntur omnia quę scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Nam per ipsum hanc consummatā perfectionem accepimus ad vitam aternā, vbi finis noster situs est. Ipse enim est via per quā pergimus ad Deū, & scala illa mystica Iacob, per quā ascendimus ad patriam. Ideo quippē dicitur a Paulo Finis Legis Christus. Non ob hoc solū q ipse esset corpus, ad quē dirigebatur, & aspiciebat Lex: verū etiā quia finis & cōsumatio Legis fuit, quā adimpleuit in sua perfectione ponens. Nepe ducēs nos per illam ad finē nostrū, & cōsummatam perfectionē nostrā. Tūc enim res est in sua vltima perfectione, cū consequuta est finē suū. Christus quippē hęc cōsummatam gratiam cōfert nobis, qua in finē nostram vltimū collocamur. Quare solus ipse dicere potuit, Cōsummatū est, hoc est, imperfecta perfecit, & hominē in sua cōsummata perfectione collocauit. Id est etiā quod Paulus. Hebr. 12. docet. Aspicientes (inquit) in authorē fidei, & cōsummatore Iesu. Quoniam nō solū in nobis per Christum incipit ista Dei cognitio per fidē, verū etiā per fidē. Infundit quippē fidē, quę cognitionē obscuram & enigmaticam parit, & confert gloriam, in qua perficitur ista cognitio, & fit clara. Tradetur enim Gēribus, &c. Ecce gradus quibus ad cęlestē Hierusalē ascēditur. Flagella, cruce, iniurię. Ascēsum eius fecit purpureū, reclinatoriū aureū, vt ad reclinatoriū

Matth. 2.

Ad Galat.

4.

Luc. 18.

Genes. 28.

Ad Rom.

10.

Ad Heb.

12.

Can. 6.

torium aureum ascendamus (quod significat diuinitatis clarā cognitionem, in qua requiescunt animę sanctorum) oportet, vt per hos gradus purpureos ascēdamus. Per liuores, per viuces, per flagella, sanguinea vulnera, per ieiunia, paupertatem, persecutiones, labores. Nōne sic oportuit pati Christū (ait Dominus) & ita intrare in gloriā suā: Quare cum illum inimici eius deicere voluerunt, amplius subleuarūt. Pueri illi qui irridebāt Helisēu dicētes, Ascēde calue, ascēde calue, opprobriū quidem ex vna parte offerebant illi, caluum illum nuncupantes: ceterum ex alia parte eleuabāt illum dicētes, quod ascēderet. Sic Christo Domino contingit, qui dicitur caluus, eō quod in monte Caluario occisus est, (Nam sic intelligit Augustinus pluriū psalmorū titulū, qui sic dicit. In finē pro filiis Chore, hoc est calui, cuius filij sumus Christiani, in monte Caluario per mortē eius geniti, ac viuificati: In mōte ergo illo Caluario, in quo illum opprobrii maximis afficiebāt dicētes, non quāscēderet, sed quod descēderet, Descēdat de cruce, & credemus ei; ibi illū potius subleuabāt, & ad cęlū vsq; uehebāt. Ascēsus ergo ad thronū Salomonis purpureus est: nec enim per delicias & carnis voluptates ascēditur, sed per hos gradus per quos ascendit Christus. Hinc & Paulus in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, & in magnis laboribus exercebatur, vt ascensum hęc perficeret. Ipsi verō nil horū intellexerūt. Difficile quippē poterat capi, quomodo ad ascensum esset via per descensum, cū sint omnino contrarij motus ascēsus atq; descēsus. Quare in confirmationem huius veritatis illuminātur cęci, vt in fine huius capitis videbimus. Sed quoniam vt diximus hoc Euangeliū in Quinquagesima predicatur, quo tēpore Christiani in potationibus, ebrietatibus, & luxurijs occupātur, poterit quari, cur in talibus diebus Ecclesia passionis Christi mentionem facit, cum videatur extra chorum saltare. Nam de passione & morte loqui, cum tempus laticie instat, importuna narratio videtur. Sed attendite, q Christus Dominus quotiescunque fecit mentionem Discipulis suis suę passionis, hoc videtur intendisse, nempe sua illis gaudia temperare, inō inlicere, amaritudinem in illis miscere, ne de temporalibus rebus nimis gauderent. Nam postquam in capite. 16. Petro clauis Regni cęlorum promississet tanquam capiti, & ceteris Discipulis etiam quos cum illo fecit sacerdotes, ne tanto do-

Luca. 24.

4. Reg. 2.

D. Aug.

Math. 27.

3. Reg. 34.

2. Cor. 6.

Matth. 16.

nio & gaudio eleuarentur, statim dixit eis quę pari deberet in Hierusalē. Item in trasfiguratione, cum tanto gaudio fleētī remāserint Discipuli, vt Petrus diceret se velle ibi manere: tunc Moyses & Helias loquebātur de excessu quem completurus erat in Hierusalē. Hoc est, de passione & morte eius, & postea ipsi Discipuli idem dixit. Et cū capite pręcedētī Discipuli dixissent ad eum. Ecce nos reliquimus omnia, &c. & Dominus illis promississet duodecim sedes; confestim in hoc capite dicit eis. Ecce ascendimus Hierosolimam. &c. Idem intendit Ecclesia, immittere vobis inter vestras delicias ac gaudia, ne effrenati eas sequamini. Sic enim Iob. c. 37. dicebat. Sēper enim quasi tumētes super me fluctus, timui Deū. Et Paulus ad Philppenses. 2. ait. Itaq; fratres mei, cū timore & tremore vestram salutem operamini. Hic enim timor hominē prosperū, & beatū in via virtutis reddit: verū quippē est, quod per Sapientem dicitur. Beatus homo qui semper est pauidus. Hinc enim apud Seythas (teste Strabone) mos hic in conuiuijs eorū fuit, vt cū potus conuiuis porrigebatur, vnus pręibat cum caluario hominis defūcti, & dicebat. Vide, & bibe. Ne multū potui indulgeas; considera te moriturū. Hinc & Sapiens nos admonet dicēs. In die bonorū, ne in memor sis malorū. Hac ergo ratione Ecclesia hanc memoriam mortis Christi inter nostra gaudia immiscet, ne plurimū eis fidam⁹, sed nostrorū peccatorum memoriam habentes, potius ad lacrymas quā ad risum moueamur: Christus enim propter scelera nostra attritus est. Sed hęc consideratio illis dūtaxat, qui per verā fidem Christi passioni affecti sunt, prodesse valebit. Sed & de cęca simul mentionem facit; vt hinc percipiamus cęcitatem nostram. Nam cū ad tristitiam & penitentiam (cuius tempus instat) nos preparare deberemus: tunc longius ab illa deuiamus, & ad cōtraria ferimur. Cæcus, fratres mei, in meridie cū Solis micatus plus splendet, nil videt, sicut nec quando nox tenebris suis occupat lucem. Sic cæcus est in meridie sicut in media nocte, etiā si radij Solis eius oculos feriant, nihil magis respicit. Sic & nos, o Christiani, ita cęci sum⁹ in meridie, sicut in medijs tenebris. Sic carnales sumus cum Ecclesia ad spiritualia nos reuocat, sicut quando caro nostra tuas a nobis delicias exigerat. Vnde Esa. c. 59. ait. Impegimus in meridie, sicut in medijs tenebris. In meridiana luce quando

Iob. 37.

Ad Phil.

2.

Prover. 28.

Ecc. 11.

Esa. 53.

simile.

Esa. 59.

quando Ecclesie lumen oculos nostros fortius ferit: tunc minus & nos videmus. Cum nos a cecitate nostra vult eripere, tunc plus luti super oculos ponimus. Cum nos sanctio res efficere satagit, tunc nos magis efficiuntur peccatores. Impegimus in meridie quasi in tenebris. Cui maiorem nobis lucem administrat Ecclesia, minus videmus. Percutit oculos nostros luce, & nos nihil ad illam mouemur. Tristitia nobis representat, & nos ad voluptates & luxuriam precipites ferimur. Et vocabit Dominus in die illa ad luctum, & caluitium, & ad cingulum lacci, & ecce gaudium & letitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Et cras ieiunabimus. Quid huic cum illo reus est? Quae cecitas? quae insania homines Christianos per hos dies capit, quod Quadragesimae tempore properate, in quo ieiunare debetis, nunc plus commensationibus, & ebrietatibus, simul & in pudicitijs indulgetis, & operam detis. Nonne insanus tibi videtur citharocedus, qui coram Rege debet post horam pulsare fides, si prius ad pilam luderet, quo ludo manus maxime impeditur, ne postea (vt decet) pulsare valeat fides? Debes post triduum ieiunij vacare, & reuocas modo carnem tuam, & ad contraria ducis. Quomodo tunc ieiunare valebis? Quia hastiludium, vel perendie exercere debent, prius equos prope parietem rectos currere docent, quatenus postea a tela ipsa signorum non deuiet. Nam si illos per plateas & campos currere faceret, nequiret in quo die hastiludium exercere deberent, illos recto itinere iuxta telam ducere. Debes cras, aut perendie certamen cum diabolo inire, in quo corpus gerit vice equi, & anima equitis. Si corpus tuum hisce diebus tam proximi certamini, per plateas & campos currens, ac circumire facis, longeque a recta ratione deuias, quomodo poteris illud tempore prelij per rectam viam ducere? Scio equidem hoc esse in vanum verba proferre: sic iam pessima inter Christianos consuetudo preualuit. Sed tamen pijs animis confido aliquod emolumentum prestabunt, ne a recto deuiet carnem suam, vt hora certaminis pressio sit. Assumpsit autem duodecim Discipulos suos secretis Dominus. Vt intelligamus quae res magni momenti quae ad salutem animae conferunt, non omnibus sunt propalanda, sed paucis & his electis, ne sint nobis impedimento ad bonum. Hinc Sapiens ait. Noli consiliari cum socero tuo, & a zelantibus te absconde consiliu.

Esai. 22.

simily.

simile.

Eccles. 37.

filium. Omnis enim consiliarius prodit consiliu, sed est consiliarius in semetipso. Et alibi amici sint tibi plurimi, consiliarius autem vnus de mille. Hinc Iacob a Laban socero suo & a filiis ad terram ad quam Dominus vocabat eum properare vocabatur. Solent enim tales secundum carnem cognati his quae sunt spiritui comoda aduersari. Quare non solum haec cum illis non sunt tractanda, verum longius repellendi, si impedire vellent. Sic enim & Dominus cum Petro fecit. Qui amore carnali affectus ad Christum, illum a morte sua impedire nitentur dicens Absit a te Domine, non erit tibi hoc. Dominus autem illum repulit inquit. Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quae Dei sunt, sed quae hominum. Haec pro Dominica in Quadragesima. Sed quoniam in feria quarta post secundam Dominicam Quadragesimae simul cum ea quod sequitur canitur, ideo totum simul deinceps absoluendum est. Sequitur enim in historia. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? ait illi. Dic vt sedeant in duobus filiis meis, vnus ad dexteram tuam & vnus ad sinistram in Regno tuo. Respondens autem Iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. ait illis. Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Circa primam partem huius Euangelij aduerte, quod Dominus breuiter suam narrat passionem, & tamen acerbissima fuit. Compendiose sua refert tormenta, & tamen plura & maiora fuisse, quam vnquam homo in carne viuens passus est. Quomodo ergo sic breuiter, & compendiose ea refert Dominus. Quonia pauca videbantur praemagnitudine amoris, & ideo sic narrat, ac si ferre nulla fuissent. Estu, & gelu vrgebatur Iacob, quatuordecim annis seruiens pro Rachel uxore sua: & tamen ait Scriptura, quod videbantur ei dies pauci praemagnitudine amoris. Sic Dominus quoniam summo amore haec pro hominibus patiebatur, quasi pauca sibi viderentur incommoda, sic compendiose & tenuiter ea refert, vt in hoc hominum durissimos commoueret mores. Si enim rem, vel paruam pro amico tuo fecisti, milles illi eam commemoras eleuans eam, & ex minima magnam faciens. Quasi exprobandus illi beneficia tua, & cum nec duos argenteos ei contuleris, magni facis quod dedisti dicendo, te rem tuam familiarem cum illo consumpsisse. Ratio autem

Eccles. 6. Genes. 30.

Matth. 16.

Alia mod valitas seu conio.

Genes. 32.

Genes. 29.

autem huius discriminis est. Quoniam tu ea quae facis amore proprio meritis, & ideo quidquid alteri confers etiam si minimum sit, quia amor proprius a te fuisse ablatum considerat, multum aestimat quidquid a te ipso tollis. Deus vero quoniam propter nos homines, & propter nostram salutem passus est, etiam si multa fuere quae pertulit, tamen quia ea ex amore hominum, predebant, pauca & quasi nulla videbantur. Atque hinc colligo ego quam paruus amor sit quem erga Deum habemus. Nam quamcunque rem etiam minimam, quam pro eo facimus, aut patimur, iam quali rem magnam aestimamus. Eiecemus parua pauperi dedisti, rem sacra aliquantula deuotione audisti, iniuriola patienter tulisti, iam putas te Deum mille titulis promeruisse, & magnam super eum obligationem intulisse. Nec attendis miser quanta illi debeas, & quam parua retribuas. Sic Phariseus ille tumidus faciebat, exprobandus Deo opera propria, & quasi magna essent coram eo iactans ea. Attende miselle, quoniam multo maiora tibi contulit Deus, & tamen quasi parua essent sic ea refert. Et quod Dominus ipse te docuit, quod postquam feceris omnia quae ipse praecipit, dicas. Seruus inutilis sum, quod debui facere feci. Secundum memoriam passionis suae modo & sapere facit Dominus Christus, vt intelligamus quod nunquam ex mente excidebat, quod pro hominibus pati deberet, & quasi secum de hoc gauderet, ac voluptate afficeretur, sepius ea per memoriam voluebat. Vinea mea coram me est semper, ait ipse Dominus. Hoc est, mors mea qua per sanguinis effusionem, quasi qui calcet torcular in vinea, remedium generi humano afferre debeo. Quare quinquies Dominus memoriam suae passionis fecit. Primo Matth. 16. Quando postquam interrogauerat Discipulos suos, quae dicunt homines esse filium hominis: & postquam Petrus illum confessus est filium Dei viui, cepit Iesus ostendere illis, quia oportebat illum ire Hierosolymam & multa ibi pati. Secunda post Transfigurationem, Matth. 17. Vbi eum interrogauerunt de aduentu Heliae, & ipse respondit, Helias iam venit, & fecerunt in eum quaecumque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Et tertio ibidem cum esset in Galilaea dixit Discipulis. Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occidetur, & tertia die Resurget. Quarto capite 20. in Euangelio hodierno. Quinto infra capite. 25. biduo ante passionem, cum dixit. Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.

Luc. 18.

Luc. 17.

Can. 8.

Matth. 16.

Matth. 17.

Matth. 20. 25.

Hoc autem vacare mysterio minime credendum est. Sed in his quinque vicibus, quibus Dominus memoriam suae passionis fecit, voluit docere nos, quam nobis necessaria fuerit mors, ac passio eius, & quanta nobis imminet necessitas crucifigendi quinq; sensus nostros cum ipso Christo in Cruce, vt ait Paulus ad Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati. Hoc est, tota molis & vis peccati. Et quoniam peccati fortitudo est in carne, & carnis vis in quinque sensibus sita est, oportet vt hos sensus per quos mors intrat in animam, & ea affligunt, atque in captiuitate redigunt, cum Christo in cruce affigamus, ne amplius aduersum animam insurgere audeant. Quod adumbratum fuit in illis quinque Regibus, qui impediabant populo Dei ingressum terrae promissionis; quos tamen viuos cepit Iosue, & in cauernam includit & os eius gradum lapide obturauit. Deinde a specu illos eductos praecipit, vt principes filiorum Israel pedes super colla eorum ponerent. Demum in patibulis suspendi eos mandauit. Sic quinque sensibus nostris, qui tyrannice occupare hominis Regnum contendunt, vt anima illis subiciatur, ac obediat, & impedimento nobis sunt ad ingressum terrae promissionis, hoc est, Regni Caelorum, bellum semper indocentes animae, & aduersantes ei (nam vt ait Paulus, Caro concupiscit aduersus spiritum) primum ergo carceri illos mancipare oportet, atque occludere, & sub custodia tenere ne ad illicita egrediantur. Nimirum si oculus illicita intueri vult, aut manus aliena furripere, vel pes ad sanguinem properare, detinere illos, occludere, ne ad id perpetrandum egrediantur foras, & pactum cum illis statueri sub poena indita, quam si transgressi fuerint, plectantur. Sic enim & Iob faciebat, Pepigi (ait) foedus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Nec hoc sufficit, sed suppeditare illos, ac conculcare colla eorum, quae aduersus animam eriguntur, & denique cruci illos affigere; quotidie memoriam passionis Christi renouando, & sic victor aduersus eos euades. Hac ergo ratione his quinque vicibus Dominus memoriam suae passionis fecit, vt cum illo sensus nostros eius cruci affigamus. Sunt enim aliqui, qui solum carnem crucifigunt. Hi sunt illi qui ieiunij & verberibus affligunt carnem suam. Sed hoc non ordinant ad refrananda vitia carnis. Ieiunant quidem, sed peierant, mentiuntur, dolo decipiunt fratrem suum, & alia tetra facinora perpetratur, & isti omnino igno-

Ad Rom. 6.

Iosue. 10.

Galat. 5.

Iob. 31.



ignorant quid sit crucifigere veterem hominem. Frustra laborant. Nam ut ait Gregorius, in homilia prima Domini. Quadrage. In vanum atteritur caro, si a suis cupiditatibus animus non refragatur. Alij autem sunt qui bonis operibus simul incumbunt, vitia comprimant, virtutum opera exercent: & hi carnem simul cum vitijs crucifigunt. De quibus Paulus ait. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitijs & concupiscentijs. Et hi veterem cum Christo crucifiguntur. Nam & hoc ipse voluit, veterem hominem cum actibus suis in cruce interimere, ut amplius non seruiamus peccato. Hi autem quam rarissimi sunt. Nam & cum Christo duo latrones crucifixi sunt, & tamen vnus perijt, alter solus salutem consequutus est. Quonia vnus carnem dumtaxat, alter etiam vitia sua affixit cruci, & sic ex omnibus ieiunantibus Quadragesimam & alia ieiunia, quam paucissimi sancti reportabunt, quoniam pauci erunt qui vitia simul interimant. Ecce quid in hac sue passionis commemoratione voluit nobis ostendere Christus. Sed cum haec verba suis Discipulis dixisset, ait Euangelista, quod tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei, ut potest a filijs suis subornata, adorans & petens aliquid ab eo. Qui ait. Quid vis? Ait illi. Et sedeat hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alij ad sinistram in regno tuo. Hoc est in honorabili loco ab alijs decem pone illos, in Regno Messiae quod expectamus, & intelligimus quod incipiet post resurrectionem tuam. Attendite hominum inane ingenium. Duo dixerat illis Dominus. Alterum quod passurus esset in Hierusalem, quam ingentia tormenta, quae delubria, quae damna: Alterum quod post haec tertia die resurrecturus esset, in qua resurrectione ipsi putabatur Regnum temporale Messiae incepturum. Isti ergo duo Discipuli de primo nil curauerunt, ut potest, quod mala multa secum praese ferebat: secundum autem quod bona multa videbatur significare, illud appetunt & postulant. Haec est enim hominum iniusta conditio, ea quae sibi bona videntur: volunt, quod si opus est, ut aliquid patiantur ad ea habenda, id minime approbant. Coepit sic Dominus praedicare. Poenitentia agite. Appropinquet enim Regnum caelorum, Hoc vltimum omnes appetimus, de primo tamen nullus curat. Sic quod dicitur per multas tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei. Item dicit tibi cotinator quam patiens, quam misericors sit Deus, praestabilis super malicia, & indulgens in peccatores:

Ad Gal. 5.

Ad Eph. 4.

Matth. 3.

Acto. 14. loel. 2.

sed simul etiam suam intimam iustitiam tibi, ut potest quod nullum peccatum inultum relinquit, quod terribiles peccatoribus habeat poenas reseruatas, seueritateque iudiciorum suorum proponit: & tamen peccator, id quod sibi maxime confert, accipit, alia oblitiscitur. Misericordiae Dei innixus non cessat peccare, & oblitus iudiciorum Dei absque vilo timore perpetrata mala. Idem dices de haereticis, qui cum audiant passionis Christi sufficientiam ad omnia mundi delenda delicta, sed quod oportet nostris bonis operibus merita Christi nostra facere; hoc neglecto, primum docent & credunt. Similiter quia Paulus de his qui praesunt dixit, quod sunt duplici honore digni, hoc est, quod ex populi sudoribus alatur; dicit etiam quanta illis in obliuio recte viuendi, & quod debet esse irreprehensibiles, hospitalis, literis sacris maxime eruditus, &c. Primum experit, secundum negligit. Sic filij Zebedaei fecerunt. Neglecta quippe passione ad resurrectionis gloriam dumtaxat anhelant. Sed his omnibus responderi poterit, quod Dominus his Discipulis dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Ac si diceret, Stultus est qui petit gloriam sine laboribus consequi, nec salutem sine potatione amara. Si enim intrare debes Regnum caelorum, poenitentiae calicem primum sumere debes, & si Deus est misericors, etiam & iustus est & iustitiae eius opera patienter tolerare debes, si misericordiam eius desideras consequi. Idem & responderi poterat his qui in Curia Regum candidatorum officium exercent, Episcopatus, vel Comendatorum prouetus, aut alia officia ambiens. Potestis bibere calicem? Haec officia sua onera habent & suas amaritudines. Nec enim esse Episcopum id solum est, quod tu putas, scilicet, habere tot annos puertus, viginti, vel quinquaginta milia ducatorum; sed habet suum calicem ac onus, nempe curam animarum gerere, pro eis expendere vitam si opus fuerit, omnibus esse bene viuendi specimen, & quod tanto in virtutibus & charitate excellat praesulatus subditos, sicut pastor excellit oves sua pauperibus libenter elargiri, & alia multa quae tamen munus necessarium exigunt. Si dixeris te haec omnia posse facere, superbus es valde, qui tanta magna de te praesumis. Si dicas te id non posse, ergo nescis quid petas: quia non potes bibere calicem tuo annexum muneri. Quod si Comendata rursus vis esse, scias hos puertus ab Ecclesia fuisse succissos, ut tu desideres illam ab infidelibus & paganis, & simul religiosis esse, ac miles, crucemque quam extra geris, intus insignitam haberes in corde. Ideo quippe de suo ore haec sibi deposuit Ecclesia, ut te nutriet ad

1. ad Tim. 5.

Ad Tim. 3.

Esai. 53.

Ad Col. 1.

si id non feceris, sed potius in vitijs hos prouentus expederis, crucemque veluti in sterquilio voluptatum portes; iam nescis quid petas, quia non bibis calicem qui tuum officium consequitur. Similiter si praetor aut iudex esse vis, si non habes zelum magnum iustitiae, & peccatus ferreum ad resistendum iniquitatibus, iam nescis quid petas. Sic enim & Sapiens ait. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irruere super iniquitatem. Potestis ergo bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicitei. Possumus. Omnia quippe ambitio praesumit, nec mortem veretur, dum modo quod ambit habeat. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis. Tres calices porrigit Christus suis. Primus est balsami, quod quia rarum est, significat innocentiam, quam pauci consequuntur. Non enim est innocens aliquis qui faciat bonum, & non peccet: & ideo hunc calicem solus Christus Dominus, & mater sua biberunt. Secundus est fellis, quem pro peccatoribus sumpsit Christus Dominus in cruce. Qui ergo primum innocentiam non hauserit, hunc secundum poenitentiae bibat. Hunc enim Christus Petro post negati non propinquit, cum respiciens illum, fecit illum intelligere peccatum quod fecerat, Et egressus foras stetit amaram. Eundem & Magdalene dedit, quando lacrymis rigauit pedes eius. In cuius signum datum est vinum myrrhatum Christo ante quam patibulo affigeretur, sed non accepit. Ut doceret nos quod ipse per se non indigebat poenitentia, ut potest qui peccatum nullum fecerat, sed postea in cruce, ubi pro peccatoribus patiebatur, calicem fellis gustauit, simul cum aceto: quonia pro me bibebat illum. Sed tamen dimisit nobis aliquid in spongia, ut in hoc nos instrueret, non sic labores nostros ipsum super se assumpsisse, ut omnino nos liberos ab illis faceret, sed aliquam partem etiam nobis reliquisset. Nimirum, quod ego etiam debeo, quod potuero facere, & eius sequendo vestigia, meos suis laboribus iungere, ut proficui sint, bibere etiam partem huius calicis; & in me adimplere, quod ipse coepit. Non quod sua satisfactio sufficiens pro omnibus non fuerit, sed quod eam quam ipse fecit communem omnibus, mihi meis bonis operibus applicare debeo, sicut commune solis calor mihi debeo facere proprium applicando illum mihi meis actionibus, quibus possem illum in me recipere, nempe accedendo ad illum. Sic enim & Paulus ad Colossenses dicebat. Adimpleo ea quae desunt passionum Christi, in carne mea. Hoc est, consumo calicem fellis, quem ipse mihi dimisit propinandum. Et hoc adimplendo ea ope-

ra omnia quae debeo facere, ut mihi proficualix, quem ipse mihi praegustatum dimisit. Oportet enim scire, Patres mei, quod Christus Dominus est noster stomachus, nos autem membra eius. Et sicut in stomacho cibum recipitur, ibi decoquitur, & quodlibet membrum suggit ex illo quod sibi sufficiens est, membrum autem paratypsi emortuum nil ex eo suggit: quia non habet calorem, quo trahat. Sic in Christo Domino, omnia nostra merita, & omnia nostra satisfactio tanquam in stomacho est decocta; nos nostris operibus & actionibus ex charitate factis, ex illo suggere debemus merita ac satisfactionem, vniuersisque prout maiore charitati caluerit. Nam membrum quod absque charitate est, nihil ex eo suggere valebit. Tertius calix est sanguinis quem ipse bibit, & fere omnes eius Apostoli & martyres, & quem in praeparatione animi quilibet Christianus bibere debet; quando scilicet oportuerit; de hoc ergo calice, dicit eis Dominus. Calicem quidem meum bibetis. Nam Ioannes venenum haurit, & alter martyrio coronatus est. sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis sed quibus paratum est a Patre meo. Quonia Regnum caelorum, non datur intuitu consanguinitatis, aut affinitatis, sed propter merita. Est quippe margaritum quod non datur, nisi ei qui legitime certauerit. Nam ut dicit Paulus. Omnes currunt in stadio, sed vnus accipit brauium. Hoc est, ille qui melius currit. Vnde & Christiani omnes hoc praemium expectamus; non tamen omnes accipiemus illud, sed ille qui bonis actionibus properauerit ad illud. Dicit ergo, Hoc non est meum dare vobis, id est, Sic commissum est mihi a Patre meo dare hominibus Regnum caelorum, ut non omnibus indiscriminatum illud conferat, sed electis illis quibus paratum est a Patre meo. Hoc est, eis qui margaritum hoc bene operanti a Patri meo paratum, bonis operibus currendo apprehederint. Operarijs quippe dumtaxat, iussit Dominus vinee mercedem dare, vel sic, Non est meum dare vobis, quia ut ait. Leo Papa. Regnum caelorum est in potestate accipientis. Est quippe veluti praemium positum super arborem altam, ad quam si quis quasi serpens ascenderit, apprehendit illud. Sic & Regnum caelorum in altum positum est, ad quod manibus pedibus queniri debemus ascendere, ut apprehedamus. Nam si quis fueris cuius est praemium illud, quod est super arborem positum: dicam tibi illud esse illius tantum qui apprehenderit illud. Sic interroganti cuius est Regnum caelorum: respondeo, Illius qui meritis suis accesserit ad illud. Eius qui manibus, & pedibus serpens ad illud

simile.

2. ad Tim.

1. Cor. 9.

Mat. sup.

5. Leo Papa simile.



lud apprehendendum ascenderit. Ideo quip
pe dicitur quod Regnum celorum vim pa-
titur, & violenti rapiunt illud. Sic & bona
Ecclesie (quæ dicitur Regnum celorum)
non debent intuitu affinitatis, aut consanguini-
tatis conferri, sed eius debent esse qui plu-
ra merita ad ea habuerit. Vbi & aduertend-
um est, quod etiam postquam Dominus exa-
minauerat discipulos suos an essent apti ad
bibendum calicem, & ipsi respondissent quod
sic, adhuc dixit eis, non est meum dare vobis.
Ac si diceret & si digni sitis hoc honore,
non tamen eo intuitu, quia consanguinei
mei estis, debet vobis conferri. Sic in Eccle-
siasticis beneficijs, & si consanguinei tui dig-
ni sint, non tamen hac ratione quia consan-
guinei, sed quia digni sunt, conferre eis de-
bes beneficia Ecclesiastica. Sed prohi dolor!
quantam in hoc corruptionem videmus. sed
quibus paratum est à Patre meo. Audi o homo
tulte. Expectant te illa bona æterna, para-
taq; sunt tibi ab origine mundi, & tu stas, nec
properas ad illa, nugeq; nugarum te deti-
nent. Si te expectaret Venetorum ciuitas,
cum omnibus suis thesauris, nõ ne te expe-
dires, vt citò ad illos habendos pergeres? Cur
thesauros infinitos illius Hierusalem cele-
stis contemnis? Præcipue cum ea quæ te de-
tinent nullius sint valoris, aut momenti, qua-
lia sunt hæc temporalia ac caduca bona.

*Alia moralitas seu
concio.* **C** Nescitis quid petatis. Hos duodecim vocat
Christus, & illis, suæ passionis mysteria pã-
dit: vt minus scandalizetur in ea re qua iam
ab ipso Domino prænũti essent. Iacula quip-
pe prænũti minus feriunt. Et assumpsit duo-
decim discipulos. Inter quos etiam tunc Iudas
adfuit: quia nondum malum conceperat,
& ideò Dominus à societate non repulit, vt
hic ait D. Thom. Nam Deus iudicat secun-
dum præsentem iustitiam, ac si futura mini-
me sciret. Quod si hodie bonus es, & amici-
tiam cum illo seruas, etiam si sciat quòd cras-
sis vediturus eum, faciet etiã ille amicitiam
tecum, & sicut ad amicum se geret tecum. Sic
se habet modò cum Iuda. Vndè cum illo, &
reliquis vndecim hoc negotium suæ passio-
nis tractauit. Est quippe hoc negotium passio-
nis, ac sanguinis Christi sic magnum, vt non
deberet cuilibet credi auditui, sed illis dum-
taxat qui amicissimi essent ac inter ceteros
selecti. Sicut tu liquorem pretiosum quem
habes, non cuilibet vasi committis, sed pretio-
siori quem habes, & capsulas ipsas in quibus
tuas gemas habes, pietas tenes, & sericis pã-
nis inuolutas, vt in ipsis vasis ac capsulis pre-

D. Tho.

simile.

triositas rerum innotescat. Sic liquor suauis-
simus sanguinis Christi, & pretium mortis
eius, non omnibus credi debent, sed electis
& in maximo pretio habitis. Id enim & Do-
minus docuit suprã cum dixit. Nolite sanctum
dare canibus, nec mittatis margaritas vras
ante porcos. Ideò etiam dicit Paulus, quòd
Philosophis ac Principibus huius mundi nõ
sunt credita hæc mysteria passionis Christi:
quoniam non erant vasa electa adhuc the-
saurum capiendum. Alijs generationibus, ait,
non est agnitum filijs hominum, sicut modò
Apostolis eius reuelatum est. Vt in hoc etiã
nos instrueret Dominus, quantam prouiden-
tiam, ac discretionem debeat homo seruare,
in suorum secretorum reuelatione, vt prou-
uideat, caueat, cui committat. Nec enim solũ-
modo magister noster Christus docuit nos
sanctos esse ac Christianos, verum etiã pru-
dentes, & cautos. Et vna pars prudentiæ est
agnoscere quibus tua credas secreta. Nec
enim eadem omnibus credenda sunt. Quæ-
dam omnibus credenda sunt, quædam pau-
cis & selectis, quædam etiam nullis. Sint pau-
ci nostri maiores consiliarij, & hi summa cũ
consideratione electi, secundum illam Sa-
pientis sententiam qua ait. Amici sint tibi
plurimi, consiliarius autem vnus de mille.
Duodecim ergo selectis ab alijs Dñs suæ pas-
sionis mysteria pãdit, nec semel aut bis, sed
multoties: vt ostenderet quanti ponderis hoc
mysterium fuit. Quippe passio Christi sacrifi-
cium vnum est, sed hoc tale quod omnia alia in se
incluserit ac imbibebit sacrificia. Et sic intel-
ligitur illud Psalm. Memor sit Dñs omnis sa-
crificij tui. Per vniuersalẽ terminũ illud no-
minat, vt ostendat quod est si sit in re vnũ singula-
re sacrificium: in virtute tamẽ vniuersalissimũ
est, cõtinẽs in se omnium sacrificiorũ virtutẽ.
Quare quando hoc sacrificium oblatum est:
Cetera omnia sacrificia cessauerunt. Cum
olim sumus Sacerdos ingrediebatur post ve-
lum Propitiatorij, vt offerret incensum, &
aspergeret septies sanguinẽ ante Propitiatò-
riũ; cetera omnia tunc cessabant sacrificia,
populus illum expectabat foras vt cõsumar-
et illud. Erat enim figura huius nostri sacri-
ficij, quod summus sacerdos Christus non per
sanguinem vitulorũ, aut hircorũ obtulit, in-
trans semel in Sancta æterna redemptione
inuenta. Quare iam omnia alia sacrificia
cessant, nec aliud iam expectandum est sacri-
ficiũ: quoniam omnium sacrificiorũ virtu-
tes hoc cõtinet. Quare superuacua, inõ in-
utilia iam alia sacrificia forent: quoniam
solum

Matth. 7.

1. Cor. 2.

Eccles. 6.

Psal. 19.

Leuit. 16.

Ad Heb. 9.

solum ipsum virtutem habet, & nullum
aliud. Vndè & in Ecclesia pro viuus & mor-
tuis offertur, eo quòd virtus eius sic longa,
& vniuersalissima est, vt ad omnes pertin-
gat. Et hoc est iuge sacrificium Ecclesie, nec
aliud habet: quoniam tanquam corpus vni-
brẽ successit, illi scilicet, sacrificio quod iu-
ge vocabatur, in quo duo agni quotidie im-
molabantur, vnus manẽ, alter vesperi. Et
quoniam nullum aliud sacrificium in Ec-
clesia sancta agnouimus: ideò huius me-
moriam frequentanda est, eo quòd vnicum
ac vniuersale remediũ, ac medicamen omni-
bus, ac pro omnibus est. Simul medicamen-
tura, ac holocaustum ad sanandas omnes
infirmities purgandas iniquitates existẽs,
vt ait Cyprianus in quodã sermone. Con-
uenit etiam huius sacrificij frequentare me-
moriam, eo quòd passio Christi sit omnium
virtutum exemplar, ita quòd quæuis res opti-
tima ab hoc exemplari quod est Christus
in cruce exprimi debet. Vndè & Petrus
ait. Christus passus est pro vobis, vobis re-
linquens exemplum non vnus, aut alterius
virtutis; ibi enim exemplar quoddam om-
nium virtutum nobis ostensum est. Ibi cha-
ritas, in excellentiori quo potuit gradu ma-
nifestata est, moriendo simul profuis cruci-
fixoribus orando. Commendat autem cha-
ritatem suam, ait Paulus, Deus in nobis:
quoniam cum adhuc peccatores essemus,
secundum tempus, Christus pro nobis mor-
tuus est. Ibi obedientia emicuit, maximũ-
que eius nobis expressum est exemplum,
Nam, vt ait Paulus, factus est obediens vs-
que ad mortem, mortem autem crucis. Hu-
militas autem quæ maior excogitari potest,
quam quæ ibi ostensa est. In humilitate iu-
diciũ eius sublatum est (ait Elaias secun-
dum Septuaginta translationem.) Ac si dice-
ret, De puro tenerle en poco no le guardara su
justicia. Patientia autem talis ac tanta, vt
oui compararetur ab Elaias, cum dixit. Ta-
quam ouis ad occisionem ductus est, &
non aperuit os suum. Qui cum maledice-
retur non maledicebat, ait Petrus, cum pa-
teretur non cõminabantur. Quare Eccle-
siai n. Collecta Dominica Ramorũ petit, vt
mereamur paciẽtiã ipsius habere documen-
ta. In quo etiam eius ostenditur mansuetu-
do. Ecce quomodo passio Christi omnium
virtutum sit exemplar. Vobis reliquens exẽ-
plum, vt sequamini vestigia eius. Nam cu-
iusuis virtutis in eo vestigia inuenietis, illo
suo sanguine tincta, per quæ intrepidẽ iter

*Nu. 28. et
Dan. 11.*

D. Cypr.

1. Petr. 2.

Rom. 5.

Ad Phi. 2.

Esai. 53.

*Esai. ibi-
dem.*

1. Petr. 2.

Tom. II.

agere possitis. Ideò ergò toties hæc memo-
ria repetenda est, nec vnquam truseam, aut
fastidium generat, sed nouam semper con-
solationem deuotis animis confert. Et filius
hominis tradetur ad illudendum, & flagellan-
dum, & crucifigendum. Cur tot pati debet
pœnas ac calamitates? Quoniam patitur prop-
ter culpas quibus tales correspondent pœ-
næ. In hac vita quodlibet delictum suam
habet determinatam pœnam, in iure. La-
tro flagellis cæditur, adulter decollatur, sed
non flagellatur. Parricida corio insuitur,
sed hæc pœna adultero non decernitur
quoniam quilibet eorum pro suo singulari
delicto patitur, quod suam etiam habet de-
terminatam pœnam. Christus autem pas-
sus est pro singularibus delictis omnium, &
ideò omnes pœnas cuilibet delicto decre-
tas patitur. Nam tanquam latro flagellatur,
tanquam homicida suspenditur, velut adul-
ter exanguis fit, tanquam percussorem man-
uum suam clauo asfigunt, tanquam blas-
phemum linguæ, incaltrat uram exfelle, &
aceto ori eius imponunt, tanquam pyratam
lancea illum configunt: denique omnium
delictorum vindictam sustinet. Quoniam
omnium peccatorum pœnas super ipsum po-
suit Pater. Ideò quippe hic dicitur filius ho-
minis, quali totus addictus seruitio hominis
(Hebraismus naq; est) sicut dicitur filius mor-
tis, qui est addictus morti, filij nuptiarum,
qui nuptij sunt dicati, sic filius hominis qui
totus est dicatus hominibus. Nobis datus, no-
bis natus. Ideò enim dicit Paulus quod formam
serui acceperit. Nã se homini seruũ facit, se
res alapas, flagella, & opprobria propter ho-
minẽ. Et tertia die resurget. Tandem omnia
hæc mala in maximum bonũ cedẽt, tado ha-
de parare non bien, Mel, & lac sub lingua tua. di-
cebat ei Sponsa. Quoniam sub illis verbis quæ
tantam asperitatẽ sub seferant: hic suauis-
simus sermo latebat. Flagellabit, ait, illude-
tur, conspuecur, & crucifigetur. Vidẽ asperi-
tatem: sed tertia die resurget: vidẽ suauita-
tatem ac dulcedinem. Simile fuit suæ præ-
dicationis thema. Pœnitentiã agite, ait: vi-
de asperitatẽ: appropinquabit enim Regnũ
celorum: vidẽ suauitatem. Mel, & lac sub
lingua tua. Sic enim sua temperat Deus.
Latet inter labores requies, sub morte vita,
sub paupertate diuitie, inter lacrymas risus,
sub hoc horrore quem præferre videtur
Euangelium, latet mel, & lac: quoniam om-
nia in bonũ terminantur, ac finiuntur. in re-
surrectione, in gloria. Ideò Elaias dicit. Dicite
iusto

Ad Phi. 2.

Cant. 4.

Matth. 3.

Esai. 53.



Euangelium secundum Matth.

iuusto quoniam bene. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Eo modo quo dicitis fecisse bene infirmo potio ne amara, aut secatione mēbri, quoniam est dolore praeseferebant: tamen quia celsit in suam salutem, dicemus, Que le sue bien con la purga. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei. Hieronym. libr. 3. super 3. sup. Mar. Matth. Tomo 9. ait. Quod cum filij Zebedaei, Ioannes scilicet, & Iacobus audierunt Christum de sua resurrectione loquentem, & dicentem quod post mortem suam deberet a mortuis resurgere, & ipsi forsan tunc detinebantur in illa ignorantia, quod Regnum Messiae futurum esset temporale (erat enim haec ignorantia generalis etiam apud sapientes illius populi: confundebant namque duos Christi adventus, alterum in carne mortali ad sufferend mortem, alterum in carne immortalis ad Regnandum super omnes, illi autem ambos in vno confundebant, & omnia testimonia Scripturae, & Prophetarum, quae de secundo adventu Messiae loquebantur, de primo in terpretabatur, & quae de Regno spirituali Prophetae vaticinati sunt de Christo, ipsi de temporalis intelligebant.) Quare cum Apostoli de resurrectione sua loquentem Dominum audierunt, visum est illis, quod tunc deberet incipere Regnum suum temporale in Hierusalem; & ideo matri suae suaserunt, ut hanc petitionem ei proponeret, in qua videbatur quadam aequitate equalitatis cum Christo illos appetere. Ecce hominum carnalium conditionem. Tunc enim se insinuat, cum aliquod emolumentum ab aliquo elice re putant. Cum pauperem te consanguinei prospexerint, despicient te, & quasi omnino ignotum te habebunt: sed cum tibi prospera afflauerint, turmatim limina tua ingredientur, & te adorabunt. Cum Moyses despectam vitam agebat in Aegypto Pharaoni, & principibus eius exosus, nec focer, nec affines eius ad illum visendum pergebant, sed cum illud tot millibus hominum Imperantem audierunt, & mirabilia quae fecit in Aegypto nouerunt, quomodo Pharaonem, & exercitum eius in mari rubro suffocauerit, & populum suum sicco pede transegerit, & protinus focer & affines ad eum in deserto properauerunt. Vnde Prouerb. 9. dicitur. Fratres hominis pauperis oderunt illum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Et antea dixit. Diuitiae addunt amicos plurimos, a paupere autem, & si quos

habuit, separantur. Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitum multi. Hinc Iephthe Iud. 11. dixit. Fratribus suis. Non ne eiecistis me de domo patris mei, & odistis, & nunc venistis ad me? Nam viderunt eam Principem factam in Israel. Tristi vultu quidem hi Domini discipuli audierunt eum de sua passione loquentem: sed cum de resurrectione sermonem habuit, quia prospera haec eis videbantur, arroxit animos eorum hic sermo, & ad maiora iam aspirabant. Sed sic res se habent. Patienter ferendum est. Sed aduerte quod Dominus an requam promittat se facturum aliquid, interrogat quid velit. Ait enim. Quid vis? Quoniam homines prudentes nil debent polliceri, nisi prius intellexerint iustum fore. Quod si promiserint, & iniusta fuerit petitio, reuocanda est promissio. Non sic fecit Herodes Rex, sed puellae saltanti promisit eum iuramento, ut quodcumque petiisset daret illi, nec postea reuocauit promissum, etiam si petitio iniustissima fuit. Salomon tamen rex matri suae dixit, ut peteret quod vellet: tamen cum postea cognouit non expedire quod petebat, reuocauit promissum. Sed Christus Dominus, & cautiore regibus, & sapientior Salomone, ante quam polliceatur, vult de petitione certior fieri. Nam licet ipse omnia nouerit, tamen habebat se ad modum aliorum hominum, ut nobis prudentiae, ac sapientiae praerberet exemplum. Sic ut sedent hi duo filij mei, &c. In hac discipulorum stulta petitione docemur, quid natura valeat, quid vero gratia queat. Quae pauca possit ex lenatura, & ad quam magna illam eleuet gratia. Eligit Dominus parum post diluuium populum quendam stultissimum, & ingratisimum, dure ceruicis, & pernicacem: ita quod nec Moyses mansuetissimus vir illum ferre valeret, imo illum stultum appellabat, dicens. Haecine reddis Domino, popule stulte & insipiens? Et alibi. Gens absque consilio est, & sine prudentia, & infideles filij. Et ipse Dominus dixit. Cerno quod populus iste dure ceruicis sit. Videte maximam huius gentis stultitiam. Nondum quinquaginta dies transacti fuerant a die qua eos eduxit Dominus de terra Aegypti, in signis & prodigijs magnis: & quia detinuit in monte Moylen quadraginta diebus, protinus rebellauerunt contra Dominum, & fecerunt vitulum in Oreb, & adorabunt sculptile, & dixerunt. Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Quia

Ind. 116

Matt. 14

3. Reg. 24

Exod. fo. re per totu librum.

id. 117

id. 118

id. 119

Quia

Cap. XX.

Quis vnquam tam insignem stultitiam cogitare potuit? Gens vana & stultissima, quomodo potuerunt credere, quod vitulus ille quem ipsi suis manibus finxerat, fuerat illis Deus, qui eos eduxerat in tot mirabilibus de terra Aegypti. Et ad Aaron dixerunt. Fac nobis Deos qui praecedant nos. Ecce maiorem stultitiam. Ipse debebat facere Deos eis, qui praecederet illos, illos Deos factos manibus suis volebant quod essent duces eorum. Talem ergo gentem consulto videtur elegisse Deum, ut ostenderet diuitias gratiae suae. Nempē quod non propter eos, nec propter eorum merita, tot signa in eis fecisset. Sed ut in hoc eius gratia ac liberalitas manifestaretur, quod tam ruda, ac stulta gente, tot Prophetas, tot sapientes, tot electos, & inter eos Dominum Christum eduxisset. Discipulos etiam insipientes elegit, quales hodie videmus. Erant enim heri piscatores, & hodie appetunt esse reges. Nuper arundinem habebant in manu, & iam sceptrum volunt tenere. Ut in hoc sua luceret sapientia ac omnipotentia, quod eo tempore, quo mundus plus ab eo distabat, per homines sic stultos mutaret omnino, & ad se conuerteret. Secundum ut manifestaretur suae gratiae effectus, quantum homines quantumuis electos eleuet, quomodo eos immutet in melius, & maiores omnino opinione faciat. Ecce discipulos istos stultissimos, sua gratia ac spiritu sapientissimos fecit, ex piscatoribus praedicatorum constituit, atque ex peccatoribus iustos, & ex vanis, & ambiosis humiles, & omnium temporalium contemptores; ita quod hi qui modo reges esse ambiebant, postea ceruices gladio regum supposuerunt. Ecce quid gratia Dei possit. Infirma mundi eligit Deus, ut confunderet fortia, & stulta mundi, & ea quae non sunt, & ignobilia, ut ait Paulus, ut de omnibus triumpharet Deus. De humana sapientia, de humana fortitudine, de carne & sanguine, & omnia subiecta faceret. Quare cum infirmitate humanam fortitudinem vicit, & cum ignorantia sapientiam, & cum nihilo id quod magnum est. Nam ea quae non sunt, elegit, ut confunderent ea quae sunt. O Dei gratia, quantum creata omnia antecellis! O Dei sapientia nostram vincens ignorantiam, quomodo te manifestasti facis. Nescitis quid peratis. Potestis bibere calicem. Inter alias stultitias quas haec petitio continebat, haec vna fuit: quoniam volebant ante victoriam triumphum, ante laborem quietem, gloriam sine meritis, stipendium sine militia, coronam

sine lucta. Hoc autem preposterus ordo est. Primum oportet quod sis victor quam triumphator. Superior euade in lucta, & postea dabitur tibi corona. Nam Iacob qui luctator dicitur, prius luctam vicit, quam acceperit benedictionem. Dicunt ei. Possumus. Ecce quid ambitio facit. Omnia sibi possibilia videntur. Calicem quidem meum bibetis, sedere autem, &c. Quomodo id dicit, cum sit iudex viuorum & mortuorum, & de ouibus suis dicat, Ego vitam aeternam do eis? Sed intelligitur, ut ait D. Tho. 4. contra Gent. c. 8. sicut ipsi intelligebant, nepe hoc titulo quo vos poscitis, nimirum propter consanguinitatem, non hoc titulo dare debeo, sed propter merita. Vel non est meum dare vobis, qui elati & ambiosi videmini, & vestri similibus. Sed prior interpretatio melior est. Sed quibus paratum est a Patre meo. Hoc est, electis & praedistinctis ad hoc praemium a Patre meo. Possidete paratum vobis Regnum, dicitur eis. Et apud Elaiam dicitur. Oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti diligenter te. Iterum aduerte alia circa totum Euangelium. Tradendus dicitur principibus sacerdotum. Hoc bonum signum erit, Dne Iesu. Na sacerdotum pij erunt, vncti enim sunt peccato oleo sancto, quod significat vnctionem misericordiae, quae sacerdotum pectus consecranda est. Sed tamen hoc ita deberet esse verum: sed sciendum est id quod B. Antonius dixit, & diuus Aug. post eum. Sicut non vidi meliores quam qui in religione profecerunt, sic nec deteriores quam qui in religione defecerunt. Sic inter consecratos Deo, qui non sunt valde boni, sunt valde mali. Id enim significabant ficus quos Hierem. vidit in templo. Duos chalthos ficorum, in vno erant fici valde boni, & in alio fici valde mali, ita ut comedi non possint. Religiosi ac sacerdotes boni, valde boni sunt, mali autem, valde mali sunt, quod experientia vti nam non testaretur. Sed quomodo hi discipuli in Christi schola petriueni edocti, sic vani & ambiosi euaserunt? Hoc primum nos docet, ne si inter religiosos ac sacerdotes aliqua quae mundi huius sunt redoleat perspexerimus, multum scandalizemur. Nec enim tam facile est patria in qua nati sumus mores deserere. Praecipue cum nil aliud in mundo hoc videam, nisi huiusmodi vanitatum amatores. Et secundum, ut intelligam non ita facile esse virtutem, ut nos estimamus, nec sic repente acquiri posse. Per tres continuos annos discipuli isti in Dni schola versati fuerant (na hi primi fuerunt quos ad se accersiuit,

Gen. 32

Ioan. 10

D. Tom. 4 contra Gen. c. 8.

Matt. 25

Esai. 64

Alia moralitas seu conicio.

D. Ant. Aug.

Hier. 24



Euangelium secundum Matth.

& hic erat ultimus annus, in quo scilicet Christus passus est. Cum igitur tres consumpsissent annos sub Christi Domini disciplina, in quo hoc solum a Deo discendum docebat, quod scilicet mitis esset, ac humilis corde, & nihilominus in hanc vanitatem proruperunt, ut vellent consortes, imo & coequales esse in Regno cum Christo. Quomodo credam tibi, qui hodie mundanus, profanus, ac scandalosus eras, quod iam cras maxima praeulgens sanctitate euasleris? Hodie peccator, & cras praedicator, hodie profanus, & cras sanctus magnus, non bene cohaerent: Deus quippe in super naturalibus ad modum naturalium procedit, quod si hodie plantasses arborem, & cras daret fructum, iam miraculum esset, sed oportet paulatim ab imperfecto ad perfectum procedere. Sic qui ex tempore de peccatore sanctus effectus est, miraculosa certe talis esset conuersio, sicut fuit illa Pauli, ac Magdalene. Et ideo Ecclesia conuersionem sancti Pauli celebrat, tanquam sanctam, & miraculosam. Iustus ut palma florebit, ait Psalmista, & tamen palma post centum annos primum fructum profert. Et de virtute in virtutem dicuntur iusti progredi, & per gradus ad thronum Salomonis ascendebatur. Et nihilominus in quolibet gradu erant duo leunculi depicti: quoniam non solum paulatim de vna virtute in aliam, quasi per gradus ascendendum est: verum etiam in qualibet virtute sunt duae difficultates, quas designabant illi duo leunculi, vnus ad dexteram, alius ad sinistra (qui sunt duo extrema inter quae consistit virtus) quae debellanda sunt antequam ad gradum illius virtutis ascendamus. Hoc autem in momento minime fieri potest, sed vti nam post multos annos laboris id assequamur. Ecce duos discipulos Christi post tot dies in schola eius edocti, qui iam humilitatis magistrum deberent esse, in hanc tamen prorumpunt vanitatem, ut matri suae suaderent hanc tam vanam ac stultam petitionem a Domino postulare. Et astute matrem ad id munus subornant, eo quod matres tenerius solent diligere filios, & maiora his comoda desiderare, deinde maior eis reuerentia ad hiberi solet quam viris, & plus eorum petitiones apud viros valent. Sicut & Adonias Berlabee matrem Salomonis subornauit, ut peteret a Rege Abisaag Sunnamitidem in vxorem. eo quod affectaret Regnum Salomonis. Cum ergo Dominus de sua passione loquutus discipulis suis fuisset, tunc

psal. 91.
3. Reg. 10.
3. Reg. 2.

accessit ad eum mater filiorum Zebedaei. Tunc ait, ut discamus quod supradiximus quam alienae sint cogitationes Dei, a cogitationibus hominum, ut Esaias dixerat. Traietat Dominus de sua passione, illi autem de sua gloria. Ille cogitabat quid pro illis passurus esset, illi autem quid ab illo essent in suo Regno accepturi. Orabat Dominus in vigilia suae passionis sanguineo sudore perfusus: illi autem dormiebant. Nam quando Deus maiorem nostri curam gerit; tunc nos minus curamus de illo. Imo quod peius est, quando ipse plus de meis comotus ac bonis cogitat, tunc ego maiora auersus eum peccata committo. Ecce quid interlit, inter Deum & hominem. Tunc ergo accessit ad eum mater filiorum Zebedaei adorans, & petens aliquid ab eo. Hoc est, adorans, quia petens: nam, Et, pro, Quia, frequenter sumitur in Scriptura. Ut est illud. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, & Verbum caro factum est. Hoc est, quia Verbum caro factum est. Ideo ergo adorat mulier haec, quia petit. Haec enim est hominum barbaries ac conditio, quod cum a te aliquid emolumentum expetunt, tunc te adorant, atque magnis ceremonijs tractant. Caterum tergo verso de te detractant, atque indigna multa proferunt, nihil enim aliud praeter suum comodu volunt: nam & Sapiens ait. Est amicus socius mens, sed in tempore tribulationis recedit. Quonia ipse nil praeter cibum volebat suum. Quare Paulus ad Tim. praedixit, quod in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, erunt homines sine affectione, sed amantes se ipsos. Nam ob id solum alium diligunt, quia sibi proficuum esse existimant. Sine fide, fementidos sine veritate. Quid vis? Sciebat quidem Christus quid illa vellent, sed tamen voluit, ut ipsa sua petitionem proferret, quatenus ex ipsius ore condemnaret illam. Paralytico illi qui iacebat in lecto suo expectans aquam morum, ipsi Dominus obtulit salutem, dicens, Vis sanus fieri? Quoniam hoc bonum & optimum erat, & bona ipse Deus docet nos postulare. Caterum quoniam huius mulieris petitio vana erat, noluit Deus ore suo eam proferre, sed expectauit, ut ipsa diceret, & sic ex verbis suis condemnaret illam. Dic ut sedeant hi duo filij mei. Stulta ac vana petitio. Nec enim res huius seculi sic debent expeti, aut quaeri, ac si in illis requiescere deberemus; cum momentanea omnia sint. Cur Cathedram aut Episcopatum tanta anxietate quaeris,

10 AN. 3.
sep. 6.
2. ad Tim.
3.
10 AN. 5.

Cap. XX.

quaeris, ac si perpetuo tibi duratura haec forent, cum propediem ea potius dimittere debes? Ante a si de desensillar, y ensillar a otro luego. Non hic sedes nobis necessaria est, sed baculus, ut potest qui peregrini, & hospites sumus super terram. Festinemus ingredi in illam requiem, ait Paulus. Docet nos Paulus, ut quanta valeamus celeritate ad caelestem Hierusalem properemus, & tu quaeris hic sedilia, quibus insideas, ac quiescas. Viam mandatorum tuorum cucurri, ait Psalmista. Currentes, non sedentes nos vult Dominus in hac vita. Vnus a dextris, &c. Sic enim & ij qui regibus amici singulares sunt, lateribus eorum adherent, ut nullus alius prior accedat, & ipsi illum quasi circumdatum in medio teneant. Sic intelligit diuus Gregorius illud Job. De lateribus eius aruina dependet. Aruina quippe ex iecoris pinguedine generatur, & ipsa ipsum iecur ireritum habet. Sic isti ex regum diuitijs impinguantur, & tamen ipsos reges seductos ac ireritos suis mendacijs tenent, quos deberent maxime reges declinare ac fugere. Nescitis quid petatis. Ita est quod isti homines mundani, qui haec temporalia tanta sollicitudine quaerunt & poscunt, nesciunt quid petant. Existimant se aliquid boni petere, & potius malum sibi poscunt. Putant se petere ouum, & postulant scorpionem. Et panem existimant petere, cum tamen gladium potius efflagitent, ad illic potius & vmbra acurrunt, quam ad veritatem. Bona enim huius vitae non vera, sed vmbra, ac illices sunt. Occurrit perdx ad illicem, & delusa in rete ac foueam cadit. Bona haec iuitantur illa vera bona, ipsa tamen illices sunt, Reclamo de codornices, ad quae acurrentes carnales homines ireriti ac illusi remanent. Vnde Paulus dicebat. Qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, quia ad vmbra, & similitudinem accurrunt, veritate relicta. Recte ergo dicit eis Dominus. Nescitis quid petatis. Qua propter Christi Domini discipuli, ne hoc eis verbum diceretur, petebant a Magistro suo, ut eos doceret orare, dicentes, Domine, doce nos orare. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Calicem quidem meum bibetis, &c. Meum dicit, quoniam Christus proprium calicem bibit, hoc est sanguinem suum, ut in hoc doceret Ecclesiae suae prelatos, ut suo sudore atque sanguine sibi cibum quaerent. Hoc est, prouentus Ecclesiae qui eis a fidelibus ministrantur suo

Ad Heb. 4.
psal. 118.
D. Greg. Job. 15.
Luc. 11.
simile.
1. ad Tim. 6.
Luc. 11.

labore ac ministerio mererentur. Taliter enim debent munus suum exequi, ut de eis verè dicatur, Dignus est operarius cibo suo. Alias si ipsi vacant otio ac delitijs, nihilominus vberes prouentus rapiunt: iam non ex suo sudore aut labore, sed subditorum viuerent, & oues expilantes, & excoriantes ipsi pellibus vestirentur, & pauperes algerent frigore. Quo quid peius excogitari potest? Deberent quidem isti illa pia ratione secum voluere, quam sanctus Rex Dauid, cum esset in castris aduersus Philistaeos dixit. Nam cum desiderasset aquam ex fonte Bethleem, & essent castra Philistaeorum inter ipsum & vicum Bethleem, tres viri fortes per media castra Philistinorum maximo cum periculo vitae suae transeuntes; situlam aquae ex fonte Bethleemico Regi obtulerunt. Quam cum vidisset Rex, & periculum virorum illorum perpendisset, dixit. Num sanguinem virorum istorum, & periculum animarum eorum bibam? Propitius sit mihi Dominus, non faciam hanc rem. Et libauit eam Domino. Hoc est, coram altare Domini eam effudit. Hoc perpendere deberet bonus prelatas, aut sacerdos, videns horrea sua, & cellaria sua frumeto ac vino ex sudore subditorum abundare, sic intra se sibi ipsi dicere deberet. Num sanguinem, sudorem, ac periculum horum virorum comedam, aut bibam, aut ludam, & alienatum animarum periculum ad libitum expendere debeo? Nam quia earum ego cura suscepi, ex sudoribus suis mihi super abundantem victum suppeditant. Propitius sit mihi Dominus, non faciam hanc rem. Et libare debet ea omnia Domino. Quod tunc faciet, cum in pauperum victum, ac piarum rerum subsidium ea expendit. Nam quod in nomine eius alijs tribuimus, illi damus. Calicem quidem meum bibetis. Ad differentiã calicis mundi, ac diaboli, qui etiam suos calices habent, quos propinare miseris mortalibus contendunt. Nam Ioannes in Apocalypsi vidit mulierem sedentem super bestiam, & habebat calicem eleuatum in manu sua, exterius aureum, intus autem veneno, & abominationibus plenum, & ad illum mortales omnes inuitabat. Nam bona ad quae mundus nos prouocat, sophistica sunt, ac mendacia, exteriusque tantum bona apparent. Intus quippe plena sunt abominationibus, vitulitibusque confecta venenis, son pildoras doradas. In Christi autem calice educto ea quae apparent, aspera videtur, sed quae intus continet,

Luc. 10.
2. Reg. 23.
Apo. 17.



optimalunt. Potio quidem amara videtur, tamen integram salutem utiq; homini confert. Calix suus, sui sunt labores, passiones ac mors, quas etiam & sui ad eius imitationem patiamur. Sed tamen horum laborum finis ac terminus gloria sempiterna est, secundum illam Pauli sententiam. Omnis disciplina, in presenti quidem videtur esse non gaudij, sed mœroris: postea autem fructum peccatissimum exercitatis reddet per eam. Iustitia hic est calix ille quem in maximo precio habebat Ioseph, quem tamen in sacco Benjamin patris sui vterini fecit ut poneretur hac lege, ut in cuius sacco inueniretur, ille seruus Ioseph permaneret. Quonia hic calix sanguinis passionis, ac mortis Christi, non omnibus propinatur, sed his dumtaxat ad quos maximam charitatem habet Christus Dominus, & talis verè seruus erit eius, cui seruire regnare est. Quare his duobus discipulis, tanquam maxime dilectis ait. Calicem quidem meum bibetis, Hoc est, signum quo maiores Dei amici signantur, nempe Thau illud quo apud Ezechielem electi iubentur in fronte lignari. Signum enim seruorum Dei est, cum Christum in passionibus suis imitantur. Nam ut ait D. Paulus. Omnes qui pie volunt viuere, in Christo Iesu persecutionem patiuntur. *sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram.* Id est non debeo dare his titulis qui sanguinem, aut carnem subolent, sed spiritualibus titulis, hoc est meritorum ratione, sicut & bona Ecclesiastica conferri debent. Vt illis qui titulo consanguinitatis ea prebent. Nam in hos tot maledicta congerit Psalmista cum ait. Pone illos sicut Oreb, & Zeb, & Zebæ, & Salmana. Quos sic debes ponere, Domine Deus? Qui dixerunt, Hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Eos scilicet, qui eo quod consanguineus suus est Episcopus, volunt ipsi potiores, & pinguires prebendas illius Ecclesiæ quali hæreditario iure possidere. Vel quod peius esset, si quia pater suus hanc habuit præbendam, & ipse eandem vellet. Qui tamen abusus iam ab Ecclesia abiit. Ideo quippe de Melchisedech sacerdote dicitur quod erat sine patre, sine matre, sine genealogia. Sic enim se debet gerere sacerdos, ac simil horum haberet, & præcipue in prouidendis præbendis. Non ergo hoc titulo Regnum cœlorum confertur, sed propter merita. Quibus, inquit, paratum est à Patre meo. O verè magna res Regnum cœlorum, quæ non casu, aut fortu-

Ad Heb. 12.

Gen. 44.

Ezech. 9.

2. ad Tim. 3.

Psal. 82.

Ad Heb. 7.

na confertur, sicut bona temporalia: sed propter merita tribuitur iustis. Et hoc mihi maxima in hoc exilio consolatio est, cum video indignos ad maiora munera pro uehi, & optimos quosq; obliuioni traditos. Cum video seruos in equis, & Dominus ambulantes super terram ut serui, Tunc ad supera os conuerto, & dico. O Regnum cœlorum, præmium meritorum, in quo non nisi digni præmiantur, & qui dignior plus præmij accipit, in quo non cæca fortuna, sed clara meritorum notitia diuidit præmia. Valeat cum suis stultis mundus, mihi Regnum illud arridet, in quo non casus sed iustitia recta dominatur.

Quartò circa hoc Euangelium aduerte, quod idè Dominus toties suæ passionis memoriam agit, ut insinuaret nobis quanta voluntate pateretur. Nam cum tanto ante tempore nouerit, & valens præuenire, & euitare noluit, signum est se voluntariè pati. Quinimo properabat coram discipulis suis, cum ad passionem iret ad Hierusalem, ita ut discipuli stuperent, videntes illum sic celeriter ante eos ire, ut ait Marcus. Sic enim in spiritu illum properatè aspiciebat Spõsa, cum dicebat. En iste venit saliens in montibus, transfiliens colles, similis capræ, hinnuloq; ceruorum. Caprea est acutissimi visus, hinnulus letus salit in montibus. Sic Christus Dominus suo acutissimo visu, tam longe præuidebat omnia quæ passurus erat, & nihilominus lætus properabat ad illa. *Tradetur enim gentibus, &c.* Vide visus acumen, singula enim quæ pati debebat, aspicit, & sic velociter vadit, quod discipuli illum consequi non valebant. Vnde dicitur, quod discipuli nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis. Nam ut ait Bernardus. Lingua amoris ei qui non amat, barbara est. Qui enim experientia non nouit, ad quanta & quam magna amor impellat amantem, credibile ei videbitur, quod quis pro alio ea pati velit, quæ hic Christus retulit. Et quia discipuli adhuc vim amoris non intellexerunt (nondum enim Spiritum sanctum acceperant, qui amor est) idè non poterant animo concipere, quod quis sic amare possit impelli, ut & pro inimicis pati non dubitaret. Et idè verba quæ hoc sonabant non intelligebant, nec penetrabant: Christus autem qui vim amoris experiebat, singula memoriter refert, quæ propter homines passurus erat: ut potè qui

Eccles. 10.

Alia moralitas seu concio.

Marc. 10.

Cant. 2.

D. Bern.

simile.

Psal. 28.

Ad Ro. 8.

Ioan. 16.

2. Cor. 11.

qui hæc semper coram oculis habebat. Voluit enim duriora mortis in se experiri, ut faciliora nobis relinqueret. De vnicornio legitur, quod ipse prius quam cætera animalia ad fontes accedit, ut bibat, cornu suo aquas mundificat à veneno, quod serpentes per noctem in illis reliquerat, quatenus alia animalia, absq; periculo ad bibendum accedant. Sic Christus Dominus (qui dicitur dilectus quemadmodum filius vnicorni) ipse prius calicem mortis, ac passionis bibit, & quod in eo mortiferum erat, expulit, ut iam homines illum propinare non vereantur. Quare post Christi mortem martyres quasi ad epulas ad necè properabant. Hinc amicos & consanguineos suos, ad hunc calicem inuitat dicens. *Potestis bibere calicem, &c.* Et vnus ex eis cæteris magis dilectus, cum veneni calicem cepisset, nil illi nocuit. Hoc tamè mysterium adhuc discipulos latebat, quod tamen ipsi postea, & verbo, & opere prædicauerunt. Postea sequitur petitio filiorum Zebedæi, quam Christus repulit tamquam stultam dicens. *Nescitis quid petatis.* Non tam facile est nosse quomodo debeamus orationes nostras ad Deum mittere. Rethorica hæc diuina est, cuius præcepta, nec Cicero ipse vnquam somniauit. Spiritus sanctus magister eius est. Nam quid oremus (ait Paulus) sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ipse est qui pro nobis orat. Non quod oratio est inferioris ad superiorem: Spiritus sanctus nullum habet superiorem, cum sit Patri, Filioque coequalis, sed quod habitans in nobis, facit nos postulare, & mouet nos ad postulandum, & docet simul quid, & quomodo debeamus postulare. Ipse petitiones facit, & patroni nostri officium exercet. Ipse enim docet nos omnem veritatem: & id quod petere debeamus, quod nos nescimus. In hoc sensu quoniam licet homo Christianus sciat quod in communi debeat petere beatitudinem: tamen media quibus ipse illam debeat consequi, omnino ignorat, an vitam monasticam proficendo, vel potius matrimonij se vinculo ligando, an vacando literis, vel militia, sicut Paulo contigit, qui existimauit quid sibi expedire, ut Angelus Satanæ ab eo discederet, propter quod ter Dominum rogauit: & tamen dictum est ei, quod virtus potius in infirmitate perficiebatur. Hoc ergo quod nos ignoramus, id docet nos Spiritus

sanctus. Vnde & præmiserat Paulus ipse: *Rom. 8.* Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. In quo adiuuat illam? In hoc quoniam quid oremus, sicut oportet, nescimus: ipse autem Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quoniam nos nescimus quod tendant nostri gemitus, ipse autem Spiritus ipse dirigit ad nostram maiorem vtilitatem. Nam ego in communi peto à Domino, ut dirigat vias meas in suum obsequium, & meam æternam salutem, & peto aliquando ad hoc salutem corporis, vel aliquid huiusmodi, sed in ordine ad illum finem. Ipse autem Spiritus dirigit illa ad id quod magis nobis expedit, quod nos omnino ignoramus, ut in die iudicij videbimus. Et idè dicuntur gemitus illi inerrabiles, & ineffabiles, quia ea quæ ignoramus non loquimur, nec narramus. Grandis ergo res est homini Christiano scire orare, cum tantum ac talem magistrum habeat oratio, nempe ipsum Spiritum sanctum. Quare ipsi discipuli hanc intelligentes difficultatem, dicebat Magister suo. Domine doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos. In hac ergo schola Christi, cuius Magister est Spiritus sanctus hæc diuina rethorica docet, propter cuius ignorantiam multorum orationes repulsam patiuntur, sicut & hæc discipulorum petitio, & dicitur illis. *Nescitis quid petatis.* Ideo & ab iplo Deo petendum est, ut nos doceat, quid ab iplo debeamus postulare. Necessaria quidem est homini Christiano oratio, ut anima eius viuat, sicut respiratio, ut corpus eius vita fruatur. Hinc Palmilla dicebat. *Psal. 118.* Os meum aperui & attraxi spiritum. Hoc est, aperui os meum in oratione, quatenus per illam halitum & spiritum, quo anima mea viuit, ad me traham. Corpus viuit per respirationem; & anima per orationem. Corpus viuit apertendo os & respirando: anima apertendo cor & orando. Dicitur autem anime halitus oratio: quoniam est vita anime sic charitas simul cum gratia quæ illam comitatur: tamen oratio est quæ conseruat, imò & auget charitatem & gratiam. Vita quidè hominis in consonantia, ac proportionem humorum cum naturali calore consistit: respiratio tamen hanc consonantiam, & hunc calorem conseruat. Sic vita anime in consonantia virtutum cum charitatis calore perficitur: oratio autem respiratio, atq; halitus est: quo hæc in anima sustentur. Sicut enim corpus flegmatis ventosis plenum, non potest diu in vita persistere, eo quod flegmata

Luc. 11.

Psal. 118.

simile.

mata illa respirationem impediunt: sic anima quæ his varietatibus, ac curis adimpletur, non potest in vita gratiæ per multum tempus durare. Suffocant enim variaz hæc sollicitudines animas ac corda; ita ut penè respicere ad celestia eam non sinant. Igitur sic est animæ necessaria oratio, sicut corpori respiratio. Nam oratio misericordiæ Dei ad nos trahit, qua viuimus, ac consistimus in utroque homine. Etenim Psalmista orationem simul cum misericordia iungit. Ait enim. Ne auertas orationem meam & misericordiam tuam à me, ac si diceret, si orationem non auertis, nec misericordiam quidem auersis: quoniam media oratione consequimur misericordiam. Ecce quantæ sit necessitas, ac utilitatis oratio. Et quantò necessarius est, tantò oportet, ut fiat sicut debet, ne repulsam patiat, ut hæc huius mulieris petitio. Quæ primùm non est exaudita: quia non pro se, sed pro alijs orabat: oratio autem quæ pro alijs fit, non semper exauditur: eo quod illi pro quibus fit, obstacula ponant, vel indignos se reddendo peccando, vel omnia alijs relinquendo, cum ipsi interim nil de bonis operibus curent, sed temporalibus curis se totos tradant. Debet enim apud Esaiam patet: dicebant enim aliqui ad Dominum. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti? Quibus à Domino respondetur: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas uestra. Voluntas quippè, quæ Dei voluntati non conformatur, auersa est: quia à regula omnis boni deuiat? Confunderis in voluntate tua, ait Dominus per Oseam Prophetam. Quare Incarnata Sapientia sic nos docuit, Patre nostrum orare: Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Quoniam voluntas tua semper bona est, meam autem non semper est bona, nisi cum tuæ conformis est voluntati. Quoniam voluntas semper est boni (secundum illam Philoſophi sententiam) Bonum est quod omnia appetunt. Voluntas autem Dei est regula omnis boni, & quæ inclinationem ad bonum cæteris tribuit voluntatibus; quare tu illi debes conformari, non illa tibi, aliàs erit præposterus ordo uelle uoluntatè Dei ad tuam retorquere. Ac si quis uellet non opus quod facit regula, sed regulam ipsam ad opus potius reflectere. Dic mihi, cum tu ad coriarium pergis, ut faciat tibi calcem, num dices illi, Fac mihi pedem istum ad mensuram calcem non potius ediuerso, Fac mihi calcem ad mensuram & æqualitatem huius pedis? Nec

Psalm. 63.

similitudo.

orat, quæ non semper exauditur. Secundò excluda fuit, quoniam suam potius voluntatem exequi uolebant quam Dei. Nam, ut Marcus refert, sic dixerunt Christo. Domine. Volumus, ut quæcumque petierimus, facias. Volebāt, ut Deus faceret quod ipsi uellet: & tamen non sic debet fieri: sed nos debemus facere id quod Deus uult. Non approbat Plato in quodam dialogo, benedictiones illas quibus mutuo solent homines salutari, cum dicunt. Deus det tibi quod desideras, cum tamen non ita debeamus dicere (ait Plato) sed sic. Deus det tibi, ut desideres, quod ipse uult. Non quod Deus adimpleat voluntatem tuam, sed potius, ut concedat tibi adimplere suam. Quoniam Dei voluntas est omnis boni regula. Id docuit nos Christus Dominus, cum in uigilia suæ passionis orans dixit: Verū tamen nō mea, sed tua fiat voluntas. Nam periculosum ualde est uelle hominem propriam explere uoluntatem. A uoluntate tua auertere, ait Sapiens & D. Bernardus dicit: Tolle propriam uoluntatem, & non erit infernus. Et in tantum hoc est uerum, quod multoties bona opera suum ualorem ac meritum amittunt: quia fiunt propriam uoluntate. Sic enim apud Esaiam patet: dicebant enim aliqui ad Dominum. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti? Quibus à Domino respondetur: Ecce in die ieiunij ueſtri inuenitur uoluntas ueſtra. Voluntas quippè, quæ Dei uoluntati non conformatur, auersa est: quia à regula omnis boni deuiat? Confunderis in uoluntate tua, ait Dominus per Oseam Prophetam. Quare Incarnata Sapientia sic nos docuit, Patre nostrum orare: Fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra. Quoniam uoluntas tua semper bona est, meam autem non semper est bona, nisi cum tuæ conformis est uoluntati. Quoniam uoluntas semper est boni (secundum illam Philoſophi sententiam) Bonum est quod omnia appetunt. Voluntas autem Dei est regula omnis boni, & quæ inclinationem ad bonum cæteris tribuit uoluntatibus; quare tu illi debes conformari, non illa tibi, aliàs erit præposterus ordo uelle uoluntatè Dei ad tuam retorquere. Ac si quis uellet non opus quod facit regula, sed regulam ipsam ad opus potius reflectere. Dic mihi, cum tu ad coriarium pergis, ut faciat tibi calcem, num dices illi, Fac mihi pedem istum ad mensuram calcem non potius ediuerso, Fac mihi calcem ad mensuram & æqualitatem huius pedis? Nec

Marc. 10

Plato

Matth. 26

Eccles. 8

D. Bernardus

Esai. 58

Oseam

Matth. 6

Aristoteles

simile

Nec

Nec lapidum sculptori dicis, Fac hanc regulam ad mensuram huius lapidis, sed potius, ut lapidem polliat ad mensuram regulæ. Sic ergo, si Dei uoluntas est omnium uoluntatum regula, non illam ad tuam uoluntatem reflectere debes, sed potius tuam uoluntatem ad illam dirigere. Hæc enim fuit horum discipulorum stulticia, cum dicunt, Domine uolumus, ut quodcumque uoluerimus facias. Quare dictum est eis. Nescitis quid petitis. Potius debuissent dicere: Domine uolumus, ut gratiam nobis tribuas, qua possimus exequi quod tu uelis. Hæc enim erat D. Augustini petitio: Domine da quod iubes, & iube quod uis. Sapienter quidem leprosus ille, qui à Domino postulauit sanitatem, quasi hanc audisset doctrinam, dixit: Domine, si uis, potes me mundare. Et Paulus postquam se Deo dederat, protinus dixit: Domine quid me uis facere? Caue ergo ne ob hoc tua oratio repulsam patiat. Timeo enim certè, quod multorum orationes ideo à Domino repellantur: quia in eis non Dei uoluntatem, sed tuam potius queris: & fortè id habes in intentione, licet uerba aliter sonent. Quod si dicas mihi. Quid tibi cum intentione mea, quæ soli Deo aperta est? Respondebo tibi: Ego non iudico intentionem tuam, sed per effectus quos uideo, coniecturam mihi sumere licet. Si enim postquam ab oratione surgis sic te tuam exercere uoluntatem uideo, ut antea, quid magnum si id appetiuisse in oratione censeam? Es homo cupidus diuitiarum, ac uanitatis, & nihilominus orationi deditus, si post tot orationis exercitia, sic cupidum rei, sic uanitatis amatorem, imò plus te inuenio, quid dicam tibi? Hunc fructum ex oratione reportas? Id ergo uolebas. Sed quia oras, id tibi licere uis. Deliciarum es amator, & orationem pro scuto sumis. Dicis enim, quod si ieiunas, non potes orare prædibilitate capitis, & ideo uel Ecclesiæ ieiunia, uel tuo statui consueta dimittis. Dicis, oua & piscatum obstare ualde contemplationi, & ideo contra Ecclesiæ præcepta in diebus uetitatis carnes comedis. Quid uis, ut dicam tibi, mi frater, nisi hanc ueridicam sententiam? Si ieiunium tuum obstat orationi, aut piscatum tuam contemplationi obest, ne aduersus Ecclesiæ statuta ullo modo facias, sed tunc contemplationem omite, & Ecclesiæ præcepta serua. Quoniã habes præceptum ieiunandi, non tamen contemplandi. Et non oportet rem tam sacram, qualis est oratio, pro scuto tuæ cupiditatis, aut gu-

D. Augu.

Matth. 8.

Matth. 9.

læ accipere. Hæc hinc ideo moneo, ne fortè his temporibus aliqui hinc in rebus decepti sint. Dei & Ecclesiæ præcepta obserua tra ter mi, ne obtentu orationis uelis aliena surripere, ratiocinia non soluere, nec tuis reddere stipendia clientulis. Hæc enim oportet facere, & illa omittere. Et licet oratio sanctissima res sit, mediumque maximè ad perfectionem acquirendam accommodatum: tamè non in illa sita est perfectio, sed in charitate, quam oratio & seruet & auget solet: sed si in te illam extinctam uideas, nec frustum panis pauperi propter Deum porrigere, quid uis dicam tibi, mi frater, nisi quod te ipsum decipis, & uulgus quasi pestigator iudificas. Episcopus uis orationi, ac contemplationi uacat, bene facit: uerum id modo ex ea debet deducere, ut plus pauperibus porrigat, thesaurizetque, non consanguineis, ac hæredibus tuis, sed hæredibus Christi, qui sunt pauperes, etiam subtrahendo aliquid ex suo cibo, potu, aut splendore domus, magnam animarum curam gerat: cum infirmis infirmetur, cum his qui scandalizantur, uratur, aliàs parum illi fidei adhibebo, etiam si totas noctes in oratione transigat. Orationem ergo destruimus per hoc. Ab sit, imò illam statuimus, & in suo gradu collocamus. Ad hoc enim oratio ordinari debet, ut charitas coalescat, & iustitia seruet. Quod si id non sit, parum proderit oratio. Iunge ergo orationi elemosinam, mundi contemptum, iustitiæ obseruantiam: & tunc ex fructibus cognoscemus arborè. Alias dicam tibi. Nescis quid petis, cum sine charitate propter solam orationem sanctitatis tibi nomen usurpare uelis.

Matth. 23.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Ecclesia Christi imitatrix, sicut ipse multoties suæ passionis memoriam facit, ita & ipsa sæpe nostris auribus ipsam ingerit: scit enim nullum aliud remedium à serpente percussis restare, nisi in hunc serpente uentem (hoc est, in Christum, cuius caro ad sustinenda supplicia quasi arbor fuit) in ligno suspensum fide uina aspiciere. Vel ideo serpenti arbor comparatur: quoniam multoties nostris debet auribus infonnare. Es quippè sonorus est; Christus autem crucifixus debet ab omnibus predicari. Vt nunquam à nostra memoria excideret. Quæritur. Nullum enim uulnus uirulentus hic serpens

Alia moralitas seu concio.

Num. 13.

no.



nobis infligere poterit, contra quod in Christo crucifixi medicamento non inueniatur. Si enim te superbia percutere satagit, humilitatem Christi in Cruce considera, & quælibet superbia, quantumuis magna, tanta humilitate refutetur. Si cupiditate diuitiarum te adducit; vide Christum in Cruce suis vestibus spoliatum, & super eas sortes mitti. Si ambitione te precipitem dare nititur, illum respice cum iniquis deputatum, & nouissimum virorum, opprobrium hominum, & abiectiorem plebis. Quod si carnis voluptatibus ac delicijs emolire voluerit; Christum attende spinis oblitum, clavis confixum, & sputis oblitum, felle & aceto potatum; atque his clavis cõfice carnes tuas, & suis flagellis corpus tuum cinge, & sic victor euades. Denique cum iam iam de te triumphare videatur diabolus: hoc sanguine Christi expelles illum, sicut corde piscis cremato diabolus a domo Raguelis expulsus est. Si enim cor Christi in Cruce crematum consideremus, ipsumque tormentis exenteratum. Si fumus tanti ardoris corda nostra incenderit; iam diabolus cum tota sua vitiorum phalange fugabitur. Quinimodò fel huius piscis animas nostras illuminabit, sicut oculos Tobie. Necessaria igitur est passionis Christi memoria. Quare cum Christus Dominus transfiguratus est coram discipulis suis, & ostendere voluit exemplar quoddam gloriæ corporis, de passione eum Moyses & Helia loquebatur. Ostendere volens, quod gloria sui corporis per passionem suam mereri debuit. Eadem ratione, & Ecclesia hanc memoriã tot vicibus repetit: quod Spiritus sanctus his verbis, Cantic. 4. explicat dicens: Sicut vitta coccinea labia tua Sponsa, & eloquiũ tuum dulce. Labia quippe Ecclesie, quæ sæpius memoriã sanguinis Christi refert, quasi sanguine eius tineta apparent; & ideo vitte coccineæ comparantur, perfusa sanguine Christi, quem suis sermonibus effundere videtur. Quare eloquiũ suũ dulce dicitur: quoniã de passione Christi eloqui, est de summis amoribus loqui. Sermones autem amatorij dulciores sunt. Sed quoniã hæc loquela familiarior est viris perfectis, qui Apostolis successerunt; ideo Spiritus sanctus subdit. Sicut fragmẽ mali punici, ita genẽ tuã. Genẽ sunt, in quibus pulchritudo faciei plus splendet: quare homines perfecti per illas significantur, & qui charitate præstatores sunt, quales sunt qui in religione morantur, qui grana hæc rubea suggere debent: nẽpẽ tot liuores, flagella, alapas, spi-

Esai. 53.

Tob. 6.

Moralitas

Matt. 16.

Cantic. 4.

Psal. 119.

Optima explicatio.

nas, clauos, crucẽ. Grana sunt hæc huius mali punici, quæ suggere debet per meditationem & amorẽ verus Christi cultor: vt sic rubeæ genæ hæc Ecclesie appareant. Nec enim aliud debet scire, nisi Christum & hunc crucifixum. Nunquam ergo beneficiũ hoc à memoria nostra excidere debet, sed Sapientis consilium accipere, quo nos admonet dicens: Gratiã fideiussoris tui ne obliuiscaris: posuit enim pro te animam suã: sed tamen post hæc sequitur stulta petitio filiorum Zebedæi, de qua iam supra dicta sunt. Et in Euangelio sequitur: Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autẽ vocauit eos ad se (nempẽ decem, duo enim iam erant propẽ illum) Et ait: Sicutis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionẽ pro multis. Senfus horum verborum hic est. Diuersus modus debet esse viuendi inter veros Christi discipulos, ab illo quem mundus sequitur. Nam inter mundanos contenditur & pugnatur, vt hic superior in tẽporalibus alijs sit, & ob hoc leges tam humanæ, quàm diuinæ contemnuntur. Hinc enim tyrãnica illa vox emanauit. (Si ius violandum est, amore regnandi violandum est) sed inter veros Christi discipulos, quales sumus Christiani omnes qui eius profitemur Euangelium, non sic fieri debet: sed qui maior est, debet contendere vt sit minor. Et hæc debet esse contentio inter Christi discipulos, vt ego minor altero sim. Nam hæc est superioritas & celsitudo Christiana. Dicitur quippe à Domino est, quod qui se humiliauerit exaltabitur, & qui se exaltauerit humiliabitur. Exemplo Christi Domini, qui non venit ministrari, sed ministrare. Nam licet passus sit, vt sibi à mulieribus ministraretur victus: tamen non ad hoc venit, sed vt ipse ministraret nobis spiritualia, præcipue prædicando per vicos & ciuitates Galileæ, & Iudææ. Et etiam in tẽporalibus, cum panem & pisces turbis ministravit, & discipulorum pedes lauit. Et dare animã suã, hoc est, vitam suam, redemptionẽ pro multis: nã pro libertate nostra seruũ, vsq; ad mortẽ declarauit. Pro multis. Quantum ad sufficientiam quidem multitudine hæc comprehendit multitudinem humani generis: quantum verò ad libertatis seu-

1. Cor. 24

Eccles. 29

Luc. 22

Matt. 20

Matt. 26

Etiam

Esai. 53.

Abac. 1. D. Greg.

Iob. 33. simile.

Iob. 9.

Etiam, comprehendit multitudinem electorum: secundum illud Esaiæ testimonium. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuam. Sed hinc hæc consideratio oritur, quomodo inter Christi discipulos talis contentio potuit esse, & quod alij ob hoc de duobus fratribus indignarentur. Quomodo in viris sanctis à Christo humili tatis magistro edocis, tam inanis cogitatio cadere potuit. Certè in hoc quam periculosum sit superbiæ vitium designatur, quãquã omnibus se intermiscens actionibus, quãquã audaciter viros quantumcunque perfectos adoriatur. Homines multos inuenies, qui videntur iam vale omnibus vitijs exisse. Casti quippe sunt, nec auaritia, aut alijs vitijs percussis, misericordes in pauperes, deuotione prompti, nec pigritia in operibus bonis torpentes: & nihilominus cum his omnibus superbi elati, ambitiosi, opinionis vulgi cupidissimi. His hominibus scætet orbis. Videmus enim multos, quorum nullius mali rumor sonat, tamen his vitijs sic refertos, vt omnes alios longè exuperent. Sunt homines qui peccata honorifica appetunt, honorifica dico apud homines, nam apud Deum quodlibet peccatum detestabile est. Volo dicere, quod sunt aliqui qui non minima, sed magna peccata gaudent committere, quæ apud homines magnitudinem quandã præferunt. Abacuch Propheta dicit, quod est aliquis cibus electus. Quem locum explicans D. Gregor. ait: Quod sunt quædam peccata à Diabolo selecta, qualia sunt peccata superbiæ, quæ propria diaboli sunt. Cibus electus est esca eius, ait Iob. Hęc autem esca eius electa superbia est. Videbis animalia quædam quæ venantur animalia minima, muscam scilicet, aut ciniphem, & tamen timida sunt, & à catis fugiunt & abscondunt se. Quædam autem magna rapiunt animalia, & tamen neminem timent, sed securi cum præda volant, vt aquila & leo. Sic homines aliquos inuenies, qui si vel minimum commiserint peccatum aliqua occasione oblata, & fragilitate humana contractum: tamen statim timore percutiuntur, & iam se deuorandos à diabolo arbitrantur, & protinus ad confessorum pergunt, nec audent vel vnam noctem cum tali peccato dormire. Alios tamẽ videbis qui magna perpetrant scelera: & tamen ac si nullum haberent iudicem, sic securi sunt, quibus & illud quod de diabolo dicitur poterit accommodari, & dici de il-

lis. Facti sunt, vt nullum timerent. Imò & cum Deo contedere volunt. Peccauit Adã, inductus ab vxore, inobedienciẽ quoddam peccatum comedens de ligno vitæ: & tamẽ protinus abscondit se sub ficu, & præ timore, ac verecundiã delitescere ibi volebat. Peccauit Lucifer grande superbiæ peccatũ, æqualem ferẽ se volens facere Deo: & nihilominus arrecta fronte aduersus ipsum Deum roborari nitetur. Tumor ille Pharisæus superbiẽ alios deridebat, & contra Deum superbiebat: & tamen ore ad os cum Domino loqui non verebatur, opera sua ob oculos illi ponens ac commemorans, quasi ex probans Deum benefacta sua. Publicanus autẽ, qui minora multum peccata commiserat, à longè stabat nec oculos leuare audebat, sed percutiebat pectus suã dicens: Deus propitiuss esto mihi peccatori. Hoc enim ingeniũ est superborum, vt cum Deo contendere præsumant, & cum prædicatoribus, si fortè eorum vicia carpere velint. Quali nullus esse possit, qui eos de peccato arguere audeat. Quare vitium hoc perfectiores aggredi solet. Et ideo huius peccati maximè nos animaduertit Deus: quoniã hoc est quod ipse magis persequitur. Cetera quippe vicia, etsi aduersa ipsi Deo sunt, aliquid tamen aliud immediatè respicit, ipsiq; in se ipso bellum inferre nititur, atq; facie ad faciem cum eo contendere. Quod sic explicat Iob. Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. Et diabolus, qui est Rex super omnes filios superbiæ dicebat, Esai. c. 14. In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo. Et de Antichristo tantæ superbiæ imitatore dicit. Paulus. 2. Tim. 2. Quod in templo Dei sedebit, ostendens se tanquam sit Deus. Cum ergo superbum ipsi Deo bellũ inferre non pudeat: Deus quasi contra pugando, & tanquam se defendendo aduersus eũ agit. Vnde dicitur: Deus superbis resistit. Resistitur autẽ illi, qui aduersus me pugnat, meq; de turbare contendit. Vnde Iob. 40. quasi docens modũ quocõtra superbos pugnare solet Deus, ait: Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humiliã. Respice cunctos superbos & confunde eos, & contone impios in loco suo, & facies eorũ demerge in fœ-

Gen. 3.

Luc. 14.

Iob. 15.

Esai. 14.

2. Ad Ti.

Iacob. 4.

Iob. 40.

in fouea. Ex quo antiqui Poeta sumplerunt fabulam, quod gigantes qui erant in terra, lapetus, scilicet, & alij, voluerunt ipsi Ioui bellum inferre, ipsumq; a caelesti solio depellere, montesq; super montes erigebant, ut ascendentes in caelum ipsum Iouem precipitem darent: sed Iupiter fulminibus eos deturbauit conflagrauitque. Ecce raticnem, quare Deus plus odio persequatur superbiam quam cetera vitia. Quod & in David aperte monstrauit. Nam duo peccata legimus commisisse David contra Dominum, quibus eius iram prouocauit. Alterum fuit adulterium cum Bersabee simul cum homicidio viri sui Urie. Huius autem facti malitia clare constat. Alterum fuit cum numerare fecit populum sibi subiectum. Hoc autem potius prudentis Principis diligentia videtur, ut sciret numerum eorum, qui suae curae erant commissi: & tamen peccatum superbiae fuit, quia intumuit cor eius, cum se tot millium videret Imperatorem esse, ac dominum. Et hoc vitium sic detestatur Dominus, ut nec in corde illud aspicere vellet. Nam & Iob ob hoc dicebat. Si latatum est in abscondito cor meum. Fuit autem hoc peccatum, licet superbiae, non adeo magnum. Nam cum postea Scriptura mentionem facit Davidis, nullum aliud recenset peccatum praeter illud Uriae Ethaei. Vnde quidam dicunt non fuisse mortale, sed veniale peccatum, in quo superbia se intermisit. Sed ut ostenderet Deus quantum illa odio haberet; primum peccatum quod tam atrox erat ac foedum non fuit alio damno punitum, quam morte illius infantis, qui ex iniquo congressu cum Bersabee natus fuit, & cum ad verba Prophetae dixisset David, Peccavi Domino; protinus responsum est ei. Dominus quoque transiit a te peccatum tuum. Ceterum quoniam alterum peccatum, etsi leuius fuit, tamen superbiae, dire illud Deus vitus est. Nec enim fat fuit quod David agnosceret peccatum suum, & se committeret Dei voluntati, eligens potius ab eo castigari, multum eius misericordiam fidens, quam alienorum manibus tradi: haec enim omnia Deum videbantur obligare, ut illi parceret. Et nihilominus tribus diebus peste percussus populus septuaginta millia hominum deleta sunt. Sic ergo ostendit Deus quanto odio super alia vitia superbiam persequitur. Quare maxime hanc suis discipulis virtutem commendat, cum & in hoc loco dicit. Reges gentium dominantur eorum, & vos autem non sic. Sed qui maior est inter vos,

2. Reg. 11.
2. Reg. 18.
Iob. 31.
2. Reg. 12.

fiat sicut minor. Crede mihi, frater, humilitas maxime placet Deo, & qui se humiliauerit exaltabitur. Qui in profundo puteo fuerit, stellas in meritate videbit: sic qui in profundo cordis se humiliauerit, luce caeli perfruetur. Quid superbis, terra ac cinis? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram Domino: sunt enim coram Deo, veluti lucerna ante solis micatus posita, cuius lux in tantis splendoribus minimè videtur: vnde coram Deo columna caeli contremiscunt. Et viginti quatuor seniores coronas suas ante Dei thronum proiciunt. Quoniam coram Deo nec potestas vlla est, nec imperium, sed omnia sub pedibus subiicienda sunt. Cur ergo vermiculus coram Deo intumescere audeat? Cur in templo, ubi Deus est, maiestatem praese ferre vult, quasi cum Deo de aequalitate contendat? Mira res! Angeli tremunt, & hominunculus timent? Christus venit ministrare, & tu vis ut ab omnibus tibi ministraretur. Ridiculus est, ut ubi se humiliat maiestas, eleuetur egestas. Sed vltimo super haec verba aduerte, quod Christus Dominus dicitur minister in hoc loco, & alibi. Nam Paulus illum vocat ministrum circumcisionis, quod est nomen secundum inferioritatem praese ferens. Nam ceteri Reges habent profusa suum commodum & honorem; Christus autem subditorum. Et ideo dicitur minister eorum: quoniam illorum commodis deseruit. Quare ad alios Reges dicitur: Audite ergo Reges, qui placetis vobis in turbis nationum. Hoc est, qui superbitis in tot nationibus, ut Augustinus ait: Sed Christus Iesus Regnum suum in aliorum commodis destinauit. Nam quidam Philosophus sapienter dixit, Regnum nil aliud esse quam seruitus quaedam splendida. Vnde & Petrus monet praelatis ne dominantur in clericum, sed forma fiant gregis ex animo. Hinc Augustinus, lib. 19. de ciuit. Dei, cap. 14. ait: Quod iusti imperantes seruiunt eis, quibus videntur imperare. Non enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed prouidendi misericordia. Et in gregibus illis ab Hierico, sequitur est cum turba multa. Et ecce duo caeci sedentes secus viam audierunt, quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes: Misere nostri Domine fili David. Turba autem increpabat eos, ut tacerent: at illi magis clamabant dicentes: Misere nostri Domine fili David. Et stetit Iesus & vocauit eos & ait: Quid vultis, ut faciam vobis? Dixerunt illi, Domine ut aperiantur oculi nostri.

Luc. 14.
simile.
Eccles. 10.
Esa. 40.
Iob. 26.
Apoc. 4.
Rom. 15.
Hier. 17.
D. Aug. 1.
Quidam philosophus
I. Petr. 5.
D. Aug. lib. 9. de ciuit. Dei cap. 14.
Misere

Miserus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, & sequuti sunt eum. Marcus vnus tantum caeci meminit. Verum dicendum est, sicut supra de daemoniacis duobus diximus, quod quia vnus ex his caecis erat notior alio, ideo illius duntaxat fecit mentionem Marcus. Nam & nomen proprium illius scribit. Alij dicunt, alium fuisse caecum cuius meminit Lucas, alium cuius Marcus mentionem fecit: & Matthaeum amborum simul meminisse, & praeterea Euangelistae non fuerunt multum anxij omnia nobis enarrare miracula Christi, sed ea quae tantum sufficerent ad manifestandum Christi diuinam potentiam. Quare vnus vnus, alius plura miracula narrant. Potuit enim esse, ut prius vnus, deinde plures caecos illuminaret. Hi autem duo caeci (ut Augustinus, lib. 2. q. Euangel. capite. 48. docet) qui illuminati sunt post egressum a Hierico (quod mortalitatem, & mutabilitatem significat) id ostendunt quod Christus ante ingressum Hierico vnus illuminauit caecum, & post egressum duos. Quoniam antequam fieret homo, vnus illum minauit populum, nempe Iudaicum, postea vero duos, Iudaicum scilicet, & Gethenicum, isti caeci petierunt quod aperirentur oculi eorum, quod idem est cum eo quod alius caecus interroganti Domino quid vellet respondit, Domine ut videam. Quoniam visio est tota merces. Scimus enim, ait Ioannes, quod cum apparuerit, similes ei erimus. Videbimus enim eum sicut est. Cui & respondit Dominus. Respice. Nam in hoc tota felicitas sita est, in videndo Deum. Intellectu quippe apprehenditur Deus, licet ad voluntatem fruitio huius apprehensionis deriuatur. Apprehendere tamen Deum in quo nostra felicitas consistit, intellectu fit, qui est altior potentia quam voluntas. Quonia obiectum eius, quod est verum vniuersalius est, atque a materia abstractius, ac propterea spiritualius, ac subtilius quam bonum quod substratius est, & est voluntatis obiectum. Manu quippe colligimus poma, quibus gustus delectatur. Intellectus manus est qua pomum hoc caelestis paradisi carpinus, quod est Deus, quo habito voluntas delectatur. Id enim dicebat Sponsa. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Hoc est, cum triumphum aduersus hostes adeptus fuero, merces mihi erit apprehendere Deum per intellectum, & frui eo per voluntatem. Hos ergo oculos Deus caeco tribuit, ut ipsum videat, quos suis clientibus

Mar. 10.
Luc. 17.
D. Aug. lib. 2. q. 48.
I. Ioann. 3.
Cant. 5.

desiderabat Paulus, cum Ephesiorum dicebat. Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sint diuitiae hereditatis eius in sanctis. Quare huius beatitudinis animaduersio oculos caecorum aperit, sicut Ionathae gustanti vnus montis mel aperti sunt oculi. Sic si desiderio vel cogitatione mel motis caelestis pregestauerimus, aperientur quidem oculi nostri. Mellis comparatur gustus ille caelestis: quonia nil dulcius melle inuenitur, & nulli rei quantumcunque sapidae gustus illa comparari potest. Vnde cum Sponsa omnia membra Sponsi alijs rebus assimilaret, de gustu nihil dixit nisi hoc solum. Guttur eius suauissimum. Ac si diceret. Non inuenio rem cui villo modo gustus tuus, o Sponsa, assimilari possit. Id solum dicere valeo quod suauissimum super omnia saauia est. Quare de Sanctis dicitur exultationes Dei in gutture eorum. Hoc est in gustu qui per guttur transit. Et de tali visione dicitur Ecclesiastici. Non satiabitur oculus visu. Quoniam nunquam Dei visio fastidium generat, etiamsi in aeternitate duret. Casianus autem in tertia collatione, quae est Abbatis Pasuntij, ait, quod quando transijt Iesus ad caecos, diuinae prouidentiae, & dignationis est gratia, quod vociferantur, & dicunt Misere nostri, fidei ipsorum, & credulitatis est opus. Deus quippe sua nos gratia praeuenit, per fidem & amorem nos ei respondemus, & sic a caecitate cordis liberamur.

Ad Eph. 1.
1. Reg. 14.
Cant. 5.
Ipsal. 84.
Eccles. 1.
Casianus.



Hic cum appropinquasset Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis aliquid vobis dixerit, dicit quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filia Sion, Ecce Rex tuus venit tibi.



tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subingalis. Euntis autem discipuli fecerunt sicut praeceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & cum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba, straverunt vestimenta sua in via. Alij autem cadebant ramos de arboribus, & struebant in via. Turba autem qua praecedebat, & qua sequebatur, clamabant dicentes: Osanna fili David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.

Dubiu. 1. literale.

Primum hic in dubium verti potest quod Marcus & Lucas dicunt mitisse Dominum discipulos cum appropinquasset Bethaniam, Matthaeus vero, cu appropinquasset Bethphage. Nam cum venisset Bethphage & ad montem Oliuarum, iam Bethaniam pertransierat; cum Bethphage, & mons Oliuarum vicinior fuerit ciuitati Hierusalem, qua Bethania, in qua praecedenti nocte Dominus pernoctauerat. Sed dicendum primò Marcum & Lucam dixisse, Dominum hoc fecisse, cum appropinquaret Bethaniam, hoc est, cum non longè ab illa discessit: propinquus sum enim ego loco a quo paruū spatium discessi. Què admodum & multi intelligunt illud quod dicit Lucas, Dominum curasse caecum, cum appropinquasset Hierico, hoc est, cum non multum ab eo discessisset. Aut dicendum, quod Marcus & Lucas praeposterè dicunt, cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam, videlicet, sic intelligendo, cum appropinquasset ad Bethaniam, & deinde appropinquasset ad Bethphage montem Oliuarum. Erat autem Bethphage, villula in monte Oliueti qui Sabbathi habebat iter, à Hierusalē, ut dicitur, Act. 1. Hoc est, distabat à Hierusalē mille passus, cum Bethania quindecim stadijs abesset. Hoc est, duobus ferme millibus passuum. Hæc autē Bethphage erat villa sacerdotum, à qua solebant deducere sacrificia, ibi ea in promptu habentes. Tunc mititit duos discipulos, &c. Aliqui (inter quos Chrylottom, in Imperfecto citans Hilariū) existimant hos duos discipulos fuisse Petrum, & Philippum, licet verisimilius sit fuisse Petrum & Ioannem, qui postea fuerunt iussi parare agnum Paschalem, sed parum hoc refert. Sed quid sibi vult factum hoc tanouum Saluatoris? Ingressi sic ciuitatem Hierusalem, cum antea solis discipulis suis comitatus & pedes solebat intrare. Crediderim, Dominum voluisse nunc specimē quoddam ac exemplar sui regni hominibus ostendere, quatenus crucifixoribus suis ex-

Decisio du. hij. & pres. pōdetur. 1.

Respond. 2.

Act. 1.

D. Chryso. in imperfecto, citans Hilariū.

cusationis omninò causa tolleretur, & creditibus in eum firmaretur fides. Et quia semper maxima cum minimis coniunxit Dominus, quatenus humilitatis virtus nunquam defferi videretur, sed inter ipsa maiora splenderet: ideo humili asello insidens ciuitatem intrauit. Prætulit autem Regni sui non minima insignia: nam tanquam dominus misit pro iumentis illis, quæ tanquam vero domino confestim dominus eorum concessit. Nec enim verū est, ut quidam dicunt, quod iumenta illa erant communia, ut veherent pauperes vsque ad Hierusalem, cum expresse dicat habuisse Dominum iumenta illa. Vnde id volens significare Saluator, dixit absolute. Dicite quia Dominus his opus habet. Hoc enim erat vnum ex nominibus diuinis quibus populus ille nominabat Deum, Adonai, id est Dominus. Ceteri enim huius, aut illius rei sunt domini; Deus autem absolute omnium rerum est Dominus, non limitatè huius, aut illius, Dominus vniuersorum tu es. Et in signum quod ipse omnium esset Dominus, dixit discipulis suis, quod i audito hoc verbo, Dominus his opus habet, domini dimissuri essent eos, tanquam reddentes vero Domino rem suā. Ostendit etiam hoc Regnum suum, ex hoc quod linguæ & corda hominum & puerorum à Spiritu sancto mota sunt, ut illum acclamarent Regem suum, ex semine David Regis. Celebre quippè erat apud omnes, Messiam ex semine David esse venturum. Hæc enim omnia non minima sui Regni insignia erant. Præterea quæta auctoritate vendentes, & ementes eiecit de templo, ut ostenderet suam regiam potestatem super omnes. Sed quoniam ipse Pilato dixit Regnum suū non esse de hoc mundo, hoc est, non constare hisce rebus quibus regna huius mundi persistunt, nempe multitudinem satellitum circumeūtiū corpus Regis, armis suis protegentiū illud, copioso numero equorum, currilium, & aliarum rerū, regium splendorem præferentiū: ideo non equo, aut curribus insidēs, sed humili asello sedens, strato, non sericis faleris, sed distictis suorum discipulorum vestibus ciuitatem intrat, paupere turba puerorum concomitatus, non hastas in manibus, sed ramusculos ferentes, ut vel sic confirmaret quod præcedenti capite docuerat, non ipsum sicut ceteri Reges, ad imperandum venisse, sed potius, ut humilitatis magister ad ministrandum, & ut animam suam daret redemptionē pro

Marc. 11.

Ioan. 18.

Dubium.

Iansen. sententia.

Sententia communior & probabilior.

Zachar. 9.

Marc. 11.

Luc. 19.

pro multis. Dabitari hic solet an Dominus super asinam tantum sederit, an super pullum duntaxat, vel super vtrumque. Et quidem Iansenius sequutus Euthymium in caput centesimum decimum suæ concordie tenet, quod super pullum solūmodo sedens peregrit iter illud: asinam autem adduci iussit, ut sequeretur pullum suum. Hoc argumento conuictus quod in tam breui spatio, non opus erat duò comutare iumenta quibus veheretur. Sed communior & probabilior sententia est, quod super vtrumque sederit vicissim. Tum propter Matthæi testimonium dicentis super vtrumque animal discipulos posuisse vestimenta sua, nec valet ad Græca nomina recurrere, cum Latina id clare significent, nos autem non Græcam versionem, sed Latinam modo sequimur quæ vulgata dicitur. Tum etiam quod prophetia Zachariæ expresse id asserat dicens. Ecce Rex tuus veniet tibi sedens super asinam, & pullum filium subingalis. Nec opus est id per sinodochem dictum fuisse (ut aiunt Iansenius, & Euthymius) nam quod planè, & absque figura, absque vllō inconuenienti intelligi potest: non opus est per figuratā loquutionē interpretari. Et ad Iansenij rationem respondetur. Quod propter mysteriū significandum, quod statim dicturi sumus (nempe quod Dominus super duos populos Gentilicum, scilicet, & Iudæicū per agnitionem suæ veritatis sessurus esset) super ambo iumenta sedet. Sed de voce illa, Osanna, primo sciendum, quod Matthæus sic refert. Turba autem quæ præibat, & quæ sequebantur clamabant dicentes, Osanna, filio David benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in Altissimis. Marcus cap. 11. addit hoc quod etiam turba dicebant: Benedictum quod venit regnum patris nostri David, Osanna in excelsis. Lucas autem cap. 19. adhuc addit super hæc quod dicebant, Pax in cælo, & gloria in excelsis. Quoniam sine dubio omnia hæc clamauit turba illa. Sed quod vnus Euangelistarum tacuit alius addit. Sed propter hæc verba, licet non nulli dicant dictionem hanc, Osanna, significare gaudium & triumphum, sicut apud Romanos Imperatori triumphanti dicebatur, *To triumphē*, sic peculiaris illa vox erat populo Hebræorum cum triumphum, vel hymnum, aut laudem velent alicui præcinere. Quarè modo palmam in manibus ferebant pueri Hebræorum, in signum triumphantis Christi.

Alij, inter quos Hilarius, dicunt hæc vocem significare redemptionem domus Israël, sic refert D. Hierony. in 3. tomo suorum operum, in epistola ad Damasum, quod tamen dicit absque vlla probabilitate assertum esse, sed tamen sciendum est, quod vt existimat August. libr. 2. de doctrin. Christi. capit. 11. dicitio hæc, Osanna, simplex est, & est interiectio quedam letantis, & petentis aliquid, sicut hæc dicitio Racha, est interiectio significans animum iratum, & apud nos dicitio, O, explicat animum optantis, & de sumpta est ex Psal. 117. quæ omnes Hebræi facebantur loqui de Christo. Sed quia interpret Latinus non habuit vnā dictionem simplicem qua hic affectus indicaretur, trās tulit sic in supradicto Psalmo, O Domine saluū me fac, & Domine bene prosperare: Benedictus qui venit in nomine Domini. Vbi in Hebræo est Osanna. Alij dicunt legendum esse Hosanna, sed tamen vtrumque reperitur in Hebræo Osanna, & Hosanna, sed est dicitio composita, vt Hieronymus loco modo citato refert, ex verbo, Hosia, quod significat saluifica, & anna, vel na, quæ est interiectio deprecantis, vt apud nos, o, vel vrinam. Et ideo septuaginta in predicto psalmo transtulerunt. O Dñe saluū me fac, vbi & interiectionis notā, & vbi significationē transtulerūt. Et potest etiā dici Osanna. Ait idem Hieron. media lit. I. elissa sicut solemus facere in versibus Vergilij quando pro, me ne incepto desistere vitā, scandimus, menincepto, & quia incōpositis semper aliqua litera demitur. Itaq; apud plures cōuenit quod sit verbū optantis, & deprecantis salutē. Imò Iansenius addit, quod apud Hebræos repetebatur hoc verbū in festo tabernaculorū, sicut apud nos in litanijs repetitur hæc sententia libera nos Dñe. Cœceruabant, quippè nomina Dei, & dicebant, Propter te Dñm dominorū, & succinebat, Osanna. Propter te Deū deorū, Osanna. Et deinde recensebāt magnū acerbū eorū, quæ Deo tribuuntur dicentes. Propter veritatē tuā, Osanna. Propter testamentū tuū, Osanna. Post hæc enumerabant magnam congeriē earū rerū, quas saluari cupiebant, vt replū electum, Osanna. Mortē moriac, Hosanna. Et sic etiā suas litanias concinebant. Est ergo verbū significans, Salua nos. Sed secundò aduertendum est, quod apud Hebræos verba primæ coniugationis significant actionem. eadem verba in tertia coniugatione significant facere illā actionē, v. g. Cognosce

D. Hilari.

D. Hiero. rom. 3. in epistol. ad Damaf.

D. August. libr. 2. de doctrin. Christi. capit. 11.

Psal. 117.

D. Hieron.

Iansen.



Cognoscere in prima coniugatione, solum significat actionem illam cognoscendi, ceterum in tertia significat facere cognoscere, ut est illud quod dixit Dominus ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas Dominum: quia est in tertia coniugatione, idem est, ac si diceret: Nunc feci cognoscere, quod timeas Deum. Sic hoc verbum, hosiac, quod significat, saluare, in illo Psalmo. 117. Vnde hoc desumpserunt Hebræorum pueri, est in tertia coniugatione, & significat. O Domine fac nos saluos fieri. Id est, fac nos vele saluari. Nam, ut ait Augustin. qui creauit te sine te, nō saluabit te sine te. Et in collecta quadam sic petit Ecclesia dicens. Et nostras rebelles ad te propitius compelle voluntates: Dicunt autem filio David: nam hæc salus non est corporalis, sed spiritualis. Vnde dicunt: O sanna in Altissimis, id est, salua nos in cælo, salutem quam petimus altissima est & cælestis. Hæc autē altissima salus adeptæ, in gloriam Dei, & Christi Iesu redundat. Sic enim & Concilium Tridentinū docuit, quod iustificatio nostra est in gloriam Dei, & Christi, qui est causa meritoria iustificationis nostræ, & in ratione efficientiæ instrumentalis. Quare seniores illi quos refert Ioannes, in Apoc. dabant gloriam Deo & Agno dicentes: Salus Deo nostro qui sedet super thronum & Agno. Et in verbis quos Ecclesia Dominica in Ramis canit, sic legitur. Gloria et honor Deo, tibi sit Rex Christe Redemptor, Cui puerile Deus, prompsit o sanna pium.

Quare si dictio, O sanna, ut aliqui volūt significat etiam hymnū est dicere. Hæc gloria canitur Christo Domino: quia secundū quod homo, & meritoria, & instrumentalis causa est nostræ iustificationis. Vel saluatio nostra tribuitur filio David hoc est, homini Christo, iisdē rationib⁹. Pro quo notādū est quod sicut Christus aperuit Apostolis sensum post resurrectionē, ut intelligerent scripturas, ita & his turbis aperuit intellectum, ut cognoscerent quod illud Psalmi. 117. de Christo dictū erat, Era darle a el sobre escrito del psalmo, ac si dicerent: Filio David quem te esse credimus, illud Psalmi illius competit. Ideoq; tibi illud applicamus ac dicimus, Nam de te & tibi dictum est. Et ob hoc tam indignè hoc ferebant Pharisei, quod Christo Domino applicarent, quod verō Messie ipsi intellegebant fuisse dictū. Et hac ratione

(præter illam quā ex Augustino retulimus) hanc dictionē in propria lingua reliquit interpret. Quoniam hæc salus altissima est, &

occulta nobis, quam quia non pertingimus in aliena lingua relinquimus, ut Alleluia, quod significat laudate Deum, in lingua nobis ignota relicta est: quoniam nos ignoramus quæ laudatio debeatur Deo. Vide Iansen in caput centesimum decimum suæ concordia, vbi plura de hac dictione, O sanna, refert, licet ea quæ dicta sunt veritati mihi magis consona videantur, quæ & ex Augustino, Hieron. & Pagnino desumpsimus, præterea quæ nos meditati sumus. Aduerte tandem quam rectè dictum sit à Psalmista, quod ex ore infantium & lactentiū perfecti laudem, nā contra ea quæ Pharisei aduersus Christum dicebant, ut eū opprobrijs afficerent, pueri Hebræorum concinebant, ut illum eregione illorum honorarent. Pharisei & seniores dicebant maledictus est; pueri & turbæ clamāt, benedictus filius David: illi dicebant, Venit in nomine Belzebuch; isti contra benedictus qui venit in nomine Domini. Illi non habemus Regem nisi Cæsare, hi benedictus Rex Israël, & benedictū regnū eius. Illi precantur Iesum extingui, isti precantur felicē Iesu successum. Illi tristatur & meret; isti lætatur & cantant laudes Deo. Hoc autem factum est, ut a dimpleteret, quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filia sion ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filii sub iugalis. In nostra vulgata, sic habetur, hoc testimonium. Exulta satis filia Sion iubilata filia Hierusalem, Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Ioannes autem cap. 12. his verbis refer dicit: Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est. Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ. In quibus videmus Euangelistas more suo verbis paululum immutatis eundem sensum retinuisse. Nam qd Ioannes ait, noli timere filia Sion perinde est ac si dicere, exulta filia Sion, nil tibi in posterū nocebunt hostes, nil est qd iam vllū timeas tanto Rege veniente. Matthæus ex duobus vnū confluente testimoniu, qd facere interdū solent Apostoli & Euangelistæ, ut in superioribus non semel annotauimus. Sic Marc. c. 11. sicut scriptum est in Esaia propheta. Ecce ergo mitto Angelum meū ante faciem tuam, qui præparauit viā tuam ante te. Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini, &c. Prior testimonij pars desumpta est ex Proph. Malac. c. 32. secunda ex Esaia. c. 40. Nec hoc temere face-

Iansen ca. 110. sua concordia. Oppo. Cat. ex Augu. Hieron. Pagnino. Psal. 8.

Ioann. 12.

Marc. 11.

Malac. 3. Esaia. 40.

facere Euangelistas credendū est, sed ut ostēdans de eadem re loqui duos Prophetas, & obscuriorē locū per apertiorē declarant. Ce lebris erat inter Iudæos locus ille Malachia, Ecce ego mitto Angelū meū, &c. copulat hūc Marcus cu altero Esaia, vox clamantis in deserto, &c. ut sciamus in voce clamantis in deserto eū intelligendū, de quo Malachias dixit: Ecce ego mitto Angelum meum. Ita Matth. cū Esaia. 62. scriptū esset, Dicite filia Sion, ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cū eo, & opus illius coram illo, qd notissimū erat de Messia dici: Assuere eius initio voluit verba Zacharia, ut intelligeretur de eodem loquuti Prophetæ, & sciremus eū qui per asinā & pullū ingressus est, non quē piā eminoribus regib⁹, sed illū ipsum esse de quo dixit Esaia. Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cū illo. Id est magnis præmijs donare potest suos, tamē si pauper videatur, & ut pauper asino infideat. Et opus eius corā illo, id est, non obliuiscetur operis ad qd missus est, nempē hominū salutē, sed semper oculos habens illā sedulo exequetur & perficiet, atq; cū pullo vectus ingreditur in Hierusalē, id facit, & id querit, qd sibi à Patre demādatū est, & in orbē venit, ut morte sua saluos faciat suos. Ecce Rex tuus venit tibi, de præsentī constat legendum esse, licet alij de futuro legāt, veniet, vtrunq; enim veri potest. Nam Messiam vocabat populus ille venientē, & qui venturus erat, secundū illud Abac. 2. Veniens veniet, & nō tardabit. Sed queritur cur cū Dñs sæpē venerit in Hierusalē, extremi tantum aduentus meminerit Zachar. 6. Zacharias, quo super pullū asinæ ingressus est. Ad qd respondendū cenfeo, ex more loquendi huiusmet Prophetæ. Nā cū sup. c. 6. de quatuor quadrigijs loquutus est in multis cuiusq; regni expeditionibus ac bellis, illius tantā mentionē fecit quo regnū prius euertebatur, & nouum constituebatur. Ita ergo nunc de eo aduentu in Hierusalē loquitur, quo Dñs Iesus per mortē suā aduersū diabolum victor euasit, atq; fortē armatū alligans emundo pepulit: ut sic suū institueret Imperiū, ac Monarchiā super vniuersum orbem. Hic enim fuit extremus eius aduentus à Galilæā in Iudæam, & eo animo venit, ut more retur: sicut ipse capite superiori discipulis suis indicauit. Iustus & Saluator, ait Propheta. Quæ tamen verba prætermisit Euangelista tanquā non adeo conducentia ad impletionē prophetiæ, ut aliquando facere solent, sentium præcipuum posuisse contenti.

Esaia. 62.

Abac. 2. quid literalis. Zachar. 6.

Nam in hoc quod dixit mansuetus, hæc omnia includuntur iustus, ut te iustificet, & à peccatis omnibus liberet, sicut ait Paulus Roma. 3. Ut sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi, saluator tuus, quia te à potestate diaboli ereptum, in æternæ saluationis partem constituit, pauper. Matth. translulit mansuetus, & nomen Græcum idem significat, mansuetum & humilem. Nam Esaia, ultimo dicitur: Ad quem autem respiciam nisi ad pauperulum, septuaginta transferunt, humilem, vbi in Hebræo est vocabulum vtrunq; significans. Et merito humilis pauper dicitur: semper enim sibi pauper atq; egenus videtur. Et ascendens super asinam, &c. Alij legunt asinum, sed commune ferre est hoc nominibus animalium, ut & maribus & fœminis dentur, tam apud Hebræos, quam apud Græcos, imò & apud Latinos. Tamē Mattheus expressè dicit asinam alligatam, & pullum. Et postea. Adduxerunt asinam & pullum. Quare & si nomē Hebræū & Græcū ambiguum sit ad masculinum & fœminam: tamen dubitari nō potest asinam fuisse eū. Matthæus id expressè asserat, & in Zacharia dicitur, & pullum filium asinæ: pullus autem asinæ, non patrem sequitur, sed matrem. Et sic pullus si ius erat asinæ, quā sequebatur: ut significationi quam dictari sumus, & supra insinuauimus congrueret. Nempē Deminū super vtrumq; populum Iudicum, scilicet, & Gentilicum testuram esse, & ad sui cognitionē ad doctrinā adducturum. Et prius super asinam sedit: quia primi credentes fuerunt Iudæi, deindē super pullum. Quamuis si quis contendat prius super pullum sedisse, deindē super asinam (quia prius intratura erat plenitudo Gentium, & postea omnis Israël saluus fiet, ut docet Paulus) non rem absurdam, aut improbabilem dicit, cui libenter etiā assentiar ego. Hoc est, aliud signum euident ex scriptura collectum, quod Dominus Iesus fuerit verus Messias pronuntiatum hoc in loco: à Zacharia. Quoniam à tempore Zachariæ vsq; ad excidium Hierusalē nullū Regē habuerūt: qui sic insidēs ingressus in urbē fuerit, & in quo finem hæc propheta habuerit, nisi Iesum Nazarenum: ut docet Eusebius lib. 8. de demonstratione Euang. demonstra. 4. & lib. 9. de sermo. 17. Et Chrysofostom. homil. 67. in Matthæo. Sed circa hæc verba ab Euangelista citata, demum hic aduertendum est, quod quando populus Israël poposcit à Samuele propheta,

Rom. 3.

Esaia. 66.

Rom. 11.

Euseb.

D. Chryso.



pheta, ut sibi Regē daret cōsplicuit hic sermo Samueli, & orauit Samuel ad Dominū. Et ei respondit Dominus: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne Regnē super eos. Nam antea, & si iudices erant in Israel, tamen præcipua cura regiminis eorum apud Deum erat, & ad ipsū Deum populus in quacunque necessitate accurrebat, & ipse nominabat iudices, & constituēbat eos, qui iudicare deberent populum suum. Vnde quādo Iudicum. 8. dixit populus ad Gedeonē, dominare nostri tu & filius tuus, & illi respondit Gedeon. Nō dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus. Sed hanc tam specialem curam, quam circa populum illam gerebat tunc Deus, iam omiserat propter eorum inobediētiā, & in manus dominorum crudelium eos tradiderat; Quare comminabatur eis dicens: Dabo tibi reges in furore meo, & iudices in ira mea. Et per Osee secundum septuaginta translationem dicit illis Dominus. Quis auxiliabitur tui Israel. Num autem in his propheta verbis, promittit illis Deus auxiliū. Illud speciale quo ipsi quando regnabat super eos protegebantur ab eo dicens. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Iam iterū regnare volo super te, & reges impios à te auferre. Vnde per Esaiā dicit eis. Quam speciosi pedes euangelizantis pacem, euangelizantis bona dicentis. Sion regnabit Deus tuus. Et alibi. Dabo tibi iudices sicut à principio. Ac si diceret eis. Seculum illud aureū restituiam tibi: quando iudices ego vocabā, & tanquam Rex proprius ego te regēbam. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, &c.* Hæc tenus quæ ad sensum literale attinent sufficienter existimo dicta esse nunc ad mysticos sensus veniamus. Quoniam Euangelium hoc, & in prima Dominica Aduentus apud nos in Ecclesia canitur, & Dominica in Ramis apud omnes: idē plurā circa illud dicenda sunt. Et primò verba proposita latius exponendo aduertendum est, quòd in his verbis datur nobis intelligi quid Christus pro nobis fecerit, & quid nos vicissim teneamur pro illo facere. Et primum hæc verba in ipsa fronte nos attentos reddunt admonendo, quod hic qui a seculo insidens venit Rex sit, & quoniam hoc tota mente cōsiderati debet dicitur. *Ecce.* Ac si diceret. Deus tu attende, aspice, astutē considera, nec te tanta res prætereat, sed alta mente

Indic. 8.

Osea. 13.

Esai. 52.

Esai. 1.

Moralitas seu conicio.

reuolue, quod hic qui animali insidet, qui carni nostræ animali coniunctus est rex est, & ratione diuinitatis maximus, & ratione etiā humanitatis magnus super omnes alios reges terræ. Ratione quippè diuinitatis vniuersale Dominum super omnes res creatas habet, non sicut ceteri reges quorum dominiū intra certos limites continetur. Vnius quippè regnum intra Hispaniarum terminas dūtaxat continetur, alius Galiarū solum modò rex est, alterius imperium Insulis cingitur ac continetur, & hi reges, nec omnia possunt, nec vbiunque, nec semper, sed secundum dispositionem illius qui dixit. Per me Reges regnant, & legum cōditores iusta decernūt. Per me Principes imperant. Hoc est. Ego sū moderator orbis, & summus omnium regum Imperator ad cuius nutum Reges omnes regnant, moderantur & remouentur. Christus autem secundum diuinitatē absque vlla limitatione Rex est, de quo dicitur, regnum tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Ratione humanitatis etiā rex est. Nā propter vnionē humanitatis Christi cum persona verbi, data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, atq; integrum dominium super vniuersas res creatas. Sic illum describit Daniel propheta. cap. 7. & dicit vidisse illum coram antiquo dierū, & quòd dedit illi honorem & regnum. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrūpetur. Et ratio id nobis suadet. Nam si Reges solent fieri per subditorum electionē, qui cernentes in aliquo res dignas Imperio; illum sibi in Regē asciscunt secundum quod de Priamo dictum est. Priami species digna est Imperio (tantā quippè ac talem in vultu maiestatem præseferēbat, ut dignum illum Imperio faceret), quanto melius hoc de Christo Domino dicitur, de quo Psalmista psal. 44. præcinit dicens: Specie tua, & pulcritudine tua intēde prospere procede, & regna. Hoc est ea quæ in vultu tuo apparent signa te omnī ore dignū Imperio reddunt. Quare Ioannes in Apocalypsi, vidit illum habentem in formoscriptum. Rex regum, & Dominus dominantium. Ac si diceret præse ferebat quasi in fronte scriptum quis esset, nimirū Rex regum, & Dominus dominantium. Etiam si eo tēpore quo inter nos conuersatus est, hæc nitebatur maiestatem tegere. Igitur Rex est, qui hodie ad re tergo aselli insidens venit Rex tuus. Non quod hoc pronomen limita-

Præter. 8.

Psal. 144

Daniel. 7.

Psal. 44.

Aper. 19.

limitationem dicat sui Regni, quòd tantum modo sit Rex tuus (quoniam omnium Dominus est) sed potius hoc Verbum, magnum præseferet amoris signum, utpotè qui meus fieri voluit, qui omnium erat Imperator, ut & Regnum & Imperium suum meū esset. Hæc enim cambia illa, & recambia, ut ita loquar, reciproca, scilicet, datio & acceptio, quæ inter nos ac Deum contingunt, ex eo tempore, quo nostræ coniunctus est humanitati: quæ Altissimè simul & deuotissimè magnus pater Augustinus super Psalmum trigésimum tertium contempletur. Accepit quippè nostra Deus, ut vicissim lucrosa quadam redditione nobis sua retribueret. Contulimus ei nos fragilitatem, ac infirmitatem nostram, ipse verò nobis vicissim robur, ac fortitudinem retulit. Accepit à nobis paupertatem nostram: contulit nobis diuitias, ac Regnum suum. Id est, quòd Paulus ad Hebræos scribens nos docet, cum ait. Quia igitur pueri communi-cauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit in eis, carnem ex nobis sumpsit: & suum nobis præbuit spiritum, humanitatem nostram induit: sed suam nobis contulit diuinitatem. Pauperiem nostrā accepit: & suum nobis tribuit Regnum. Rectè ergo dicitur. Rex tuus. Quoniam & Regnum, & Imperium suum tibi contulit homo. Et hoc est vnum ex maximis Sacramentis, quòd in mysterio Incarnationis includitur, quod & Paulus ad Ephesios scribens se gloriatur intellexisse. Nempè quod ratione huius vnionis naturæ nostræ ad Verbum, fiat quædam sic mirabilis communicatio, inter hominē & Deum, quod homo diuina participet ea proprietate, quini-mò & maiori, qua membra virtutem, ac influentias capitis cui vniuntur comunicat. Hoc enim fuit supernum Sapientiæ diuinæ consilium, quo percipere valebimus, quid homines habeamus in Christo, ne ei vllò modo ingrati inueniamur. Displicuit homo Deo propter culpam, nec in eo vires inueniebantur quibus in Dei gratiam redire valeret: constituit Dominus hominem vnū, sic sibi dilectum, ac amicum, in quo solo sibi placeret, & si quis alius ei placere vellet, id propter illū hominem sibi cōtingeret, secundum quod homini illo per amicitia propinquior fiet. Ac si totum Regnum in odiū Regis propter prodicionem deuenisset, & volens Rex illi parcere hominem aliquem in suam amicitiam, sic ascisceret super om-

D. Aug. in Esa. 33.

Hebr. 2.

Ad Eph. 6.

simile.

nes quos sic subleuauerat, ut omnibus publico edicto notum faceret, eos qui Regis gratiam vellent, in illius hominis amicitiam aggregarentur. Quippè propter illum omnibus parcere, & ad sui gratiam reuocare placuerat. O Dei bonitatem adorandā! Volens enim Deus generis humani prodicionem, ac inobediētiā condonare: elegit virum istū Iesum, cui tantam gratiam simul ac virtutes infudit, ut in omnibus illi placitus, ac gratus esset. Sicut & ipse Pater in baptismo testimonium perhibuit dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Et de quo melius quā de Dauide dicere Deus potuit. Inueni virum secundum cor meum. Simulq; statuit, ut illi soli, qui homini isti Iesu per amicitiam copularentur: digni essent gratia, atq; amicitia Dei, & à prodicionis poena absoluerentur. Nec hoc solū propter Christum nobis donauit; verum etiam adiecit multo maiora. Nam quia virtutē aut merita ad supernaturalia bona consequenda, nō habet amicus statuit, ut si huic homini Christo per amorē & gratiā vniremur, digni talium bonorum efficeremur: quoniam ipse omnia illa nobis meruit. Et hoc est quod Paulus Ephesiorum. 1. dicebat: Mihi autē minimo sanctorum data est gratia hæc in gentibus, Euangelizaret inuestigabiles diuitias Christi, id est, quod possim ego homines docere quātas diuitias, quanta merita, quam amq; gloriā habeat in Christo. Quæ omnia mox declarat dicens: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestib⁹ in Christo. Benedicere Dei est benefacere, eo quòd in Deo dicere & facere passu pari cureunt, secundum illud ipse dixit & facta sunt. Vnde & Sapiens dicit: Benedictio Domini diuites facit. Nā dicere benè alicui Dominū est benefacere. Id enim per Esaiā vult dicere Deus, cum ait: Dicite iusto quoniam benè. Igitur omne bonum nostrum spirituale, ac cœleste per Christum obuēnit nobis, siue gratiam, siue gloriam, siue merita, nobis conferat Deus, per Christum nobis ea confert. Nā omnis benedictio cœlestis, per hunc qui venit benedictus in nomine Domini nobis largita est. Vnde & subdit Paulus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati: Prima benedictio Dei, quæ est veluti omnium aliarum basis, ac fundamentum, æterna electio, ac prædestinatio est, qua legit Deus quos voluit ad suam gloriam, & gratiam,

Matth. 3.

1. Reg. 13.

Act. 13.

Ad Eph.

1.

Psal. 148

Præter. 10

Esai. 3.

gratiam, atque amicitiam. Hanc ergo tam antiquam benedictionem, quæ ipsi Deo coeterna est, per Christum habemus, ut Paulus hic docet: Sicut elegit nos ante mundi constitutionem in ipso. Ipse enim Christus est primus electus, & primus prædestinatus, in quo alij eliguntur, ut essemus sancti & immaculati, hoc est, gratiam, iustificationem, munditiam, per illum etiam habemus. Quoniam ipsam dedit Pater caput nostrum, & illi gratiam contulit, quam tanquam caput posset membris suis communicare. Quare in solo Christo gratia est veluti in capite, quæ & membris alijs communicare queat. Mirabile dictu est, quomodo membra naturalia à capite sua bona communicent. Est in cerebro virtus sentiendi fortior, ac vegetior quam in cæteris membris, & ab illo per nervos, & occultas vias virtus illa sentiendi cæteris membris influitur. Illinc enim ad oculos videndi virtus descendit, ad aures potestas audiendi, alijs membris sentiendi vis deriuatur. Membro autem diuiso vel separato ab ipso capite talis virtus non communicatur: quoniam vel non est capitis vel est mortuum, aut stupidum, taliter quod non possit capitis influentias imbibere. Multo perfectius corpori huic mystico, cuius caput Christus est, hæc contingunt. Christus quippe est caput, & fons, & origo omnis gratiæ & totius animæ sensuum, à quo ad intellectum deriuatur virtus videndi per fidem, ad voluntatem spiritualium rerum gustus, diuinarum autem rerum sensus totius animæ communicatur. Ei autem qui membrum huius capitis non est, nil horum contingit, nec membro stupido, aut mortuo, qualis est ille qui in peccato mortali est, etiã si per fidem solum huic capiti inhæreat. Bonè Deus, quàm mirabilis res est, Solem ipsum intueri qui fons lucis est, radios illos aureos quos ex se emittit qui riuus lucis esse videntur, ab eo tanquã à fonte manantes. Sic de Christo fati licet, qui fons est gratiæ, atque iustitiæ. Ideo quippe dicitur, iustitiæ, quoniam sicut Sol est fons lucis: sic & Christus iustitiæ origo est: quoniam ab ipso iustitia nostra est. Ab eo accepimus iustitiam illam, qua apud Deum iustificamur. Ab eo riuus iustitiæ, tanquam à fonte perenni deriuatur, ad hunc, ad illum, ad Paulum, ad Magdalenam, ad omnes iustos. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, ait Esaias. Totus Christus fontibus scaturit aque. Mille riuus, imò fluuij magni iusti

Esai. 12.

tiæ pro omnibus hominibus profluunt ab eo. Et quemadmodum ex primo mobili, hoc est, ex primo cælo quod mouetur, deriuatur motus omnibus rebus mobilibus: sic à Christo omnis gratiæ motus ortum habet. Ipse quippe primus animarum motor est, per quem omnia spiritualia gubernantur, sicut per cælum omnia corporalia. Id Paulus sentire voluit, cum dixit: Viuo ego, iã non ego, sed viuit in me Christus. Ac si diceret. Vita hæc gratiæ ac iustitiæ, qua coram Deo viuo, non ex meis habeo, sed à Christo accepi illam. Per illum hanc vitam viuo, quæ fons est talis vitæ. Naturalem vitam in me habeo, & anima mea mihi virtutem communicat, qua hanc vitam vitam: sed supernaturalem vitam gratiæ, & iustitiæ supernaturalis, hanc non ego viuo, sed Christus in me. Hoc est, non ex me, sed ab eo habeo illam. Nec hoc solum per hanc vnionem habemus, verum etiam aliud, quod maximè affert nobis honorem. Nimirum quod caput nomine membrorum aliquando nuncupatur, & membra nomine capitis dicuntur, Esai. cap. 61. sic Christum nominat. Quasi sponsum decorat ù corona; & quasi ipsam ornata monilibus suis. Sponsum & sponsam simul illum dicit ratione vnionis tantæ, quam cum illa gerit: sicut omnia membra conferta, & copulata vocamus hominè, ratione vnionis. Et hac ratione sponsum ipsum, etiam sponsam dicunt, secundum illud Matthæi. 25. Exierunt obuiam Sponso, & Sponsæ, scilicet, Christo qui vtroque nomine ratione vnionis nuncupatur. Eodè modo membra nomine capitis nonnunquã appellantur. Dicuntur enim Christiani Christi sicut Paulus ait. Sciãt huiusmodi, quod sicut & ipse Christi est, ita & nos. Ac si diceret: Omnes sumus Christi. Hoc est, vncti isdem vnctionibus quibus vnctus est Christus, quas nobis ipse attulit. De quibus Psalmista concinit dicens, Psalm. 44. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. Quare Petrus nos vocat regale sacerdotium. Christus autem Rex est & sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. In cuius signum per montem venit Oliuarum, quæ significant vnctionem misericordiæ ac gratiæ, quam ratione vnionis ad nostram humanitatem ab illo communicauimus. Hinc Hierem. 11. ad Christum dicitur: Oliuam vberem, pulchram, fructiferam vocaui, Dominus, nomen tuum. Cui oliuæ inferere nos debemus, ut socij radicis, & pin-

simile

Ad Gal.

Esai. 61.

Matth. 25

Psal. 44.

Hierem. 11.

& pinguedinis eius efficiamur. Hæc ergo omnia habemus in Christo, atque ideo dicitur noster Rex. *Rex tuus.* Quoniam Rex est ad faciendum iustitiam, ut ait Esaias. Et ipse venit cum potestate hac regia, ut faciat iustitiã tuã, & iustificet te, & Regnũ suũ ac diuitias suas tibi cõferret. Sequitur. *Venit.* Nunquid Deus venire potest? Mouetur Deus? Minimè. Quoniam primus motor est omnia mouens: sed ipse immobilis est, omnia mouens, ait Sapiens. Nã primũ alterans oportet esse inalterabile in illo genere motus, alius non esset primus: sic si Deus moueretur, ab alio moueretur, & sic nõ esset primus motor, ut acutè in suis *Physicis* Aristotel. probat. Cæteræ res à Deo mouentur quidem, sed ad quærendam suam felicitatẽ & quietẽ: nã non in se ipsis habent suã beatitudinẽ, nec in se ipsis quiescunt, sed extra se hæc habent, & ideo mouentur, ut quærant. Quare in ipsis versus centrum mouetur: quoniam locus suę quietis est, quæ pertingens cessabit à motu: & ideo mouetur ad illum. Cur homo sic inquietus est, ut nunquã in eodem quiescat statu, sed sicut foliũ arboris huc illucque rapitur, & nũc hanc rem, nũc illã appetit, nisi quia suum quærit bonum, in quo quiescat, & quia illud in hac re non reperit, in alia quærit? Itaque motus in creaturis, prouenit ex hoc quod in se ipsis non sunt beati, & quærunť suam felicitatem & quietem ad quã tot modis mouentur. Hinc fit, ut quo plus creatura distat à Deo, pluribus indiget motibus, ut suã felicitatem consequatur. Et quoniam homo secundum naturam suam, plus à Deo quam Angelus separatur: hinc fit quod plures habeat motus quàm Angelus: quoniam per discursus intelligit, nunc hoc, nunc illud, & prius hoc deinde illud, & per hoc illud capit, atque intelligit Angelus autem non motibus, sed vnico intuitu comprehendit, quod homo post mille discursus vix capit. Necessarius igitur est motus illis dũtaxat rebus, quæ in se ipsis non sunt beati: Deus autem in se ipso beatus est, ipse sua felicitas, ipse sua quies est, nec opus habet foras illam quærere, aut de alio mendicare, qui in se ipso & ex sua natura beatus est. Quare nullo indiget motu, ut creaturæ aliæ. Quomodo ergo dicitur moueri, aut venire? Sed attende quod non venit sibi, sed tibi. Sic enim dicitur, Venit tibi: ut ipse beatus esset non oportebat venire, aut moueri: sed ut te tanquam errabundam ouẽ quæreret, ac super humeros reportaret, ad caulas venit, immotus secundum naturam

Aristot. in Physic.

diuinam manens: sed secundum humanam mouetur, in quã ad te quærendum venit. Mansuetus: sic tibi debebat venire. Est quippe intolerabilis ira sua. Nã si Prouer. 19. ait Sapiens. Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis: quid de illo dices de quo Regius Propheta, ait, Qui respicit terrã, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant? *se ciscan de miedo.* Ecce quid nobis Rex iste contulit. Quid nos retribuere illi vicissim debemus? quæ tributa soluere, quæ seruitia præstare, quas gratias rependere? Primũ id protestari hinc recta debemus, quod turbæ istæ, tã quæ præcedebant, quã quæ sequebantur ei concinebant. Hoc est, canere ei, O sanna fili Dauid, id est, salua nos in excelsis. Nẽpẽ credere illũ Saluatorẽ nostrũ, protestari in nullo alio nos salutem nostram sitã habere nisi in ipso, & fateri cum Petro, quod non est aliud nobis nomen relictum sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri præter nomẽ Domini nostri Iesu Christi. Et quod ipse per Esai. cap. 45. prædicat dicens: Deus iustificans & saluans, non est præter me. Qui vnũ, vel alterũ faciat forsitan erit: vtrunq; simul, nullus homo præter Christum, qui iustificator simul, & Saluator noster solus est. Hic hæc confessio incipit, sed in æternitate perficitur, vbi incessanter canitur. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & Agno, ut dicitur Apocalyp. 7. Saluare quippe animas, Deo & Agno solummodo conuenit. Post hæc etiam debemus illum in Regem recipere, ita quod nullum alium riualem admittamus: sed Paulo credamus, qui sic consulit nobis. Nõ ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Si enim Christus in te regnat, iniquè ageres, si peccatum etiam in te Regnum obtineret, aliàs perduellionis penas incurres. Sed Christus solus corporis & animæ tuę obtineat Regnum ac Principatum, & peccatum nullum in te ius pretendat, nec dicamus cum perfidis Iudeis, Nolumus hũc regnare super nos: & Non habemus Regem nisi Cæsarem. Sed ipsum Regem nostrum cum his turbis acclamemus, obsecrantes eũ, ut nos tanquam suos possideat, & dicat nobis: Ponam in te thronum meum. Felix anima in qua Rex Salomon suum eburneum thronum collocat, in quo verus Rex regnat, & de quo dicitur: Beatus populus cuius Dominus Deus eius, & cui Dominus exercituum dicere dignatur, Vocauit te nomine tuo, meus es tu. Ipse ad te de monte suę diuinitatis descendit: tu ad illum ascende,

Prouer. 19.

Esai. 103.

Act. 4.

Esai. 45.

Apoc. 7.

Rom. 6.

Ioann. 19.

Psal. 88.

Psal. 32.

Esai. 43.



recipe illum ut tuum Regem, & obuiam ei ascendendo ad perfectiora, novos spiritus, ac cogitatus accipiens. Ascendit Deus ad montem Sinai, ut daret legem Moyse, exiit ei obuiam Moyses ascendendo in cacumen montis. Ad te descendit iste legislator Christus (de quo Esaias prædixerat, dicens: Ipse est legislator noster) ut legem nouam scriptam, non in tabulis lapideis, sed in cordibus nostris intimeret: tu ascende obuiam ei pergens de virtute in virtutem, ut de te illud Cantorum dici possit. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, innixa super dilectum suum? Conglutinata dilecto ascendit Sponsa. Ipse ad illam descendit: ipsa ad illum ascendit. Ipse totus tibi venit: tu te ipsum holocaustum illi offer, in odorem suauitatis, ut cum Dauide dicas: Dico ego opera mea Regi. Ipse tibi quod in se ipso melius est contulit, nempe suam diuinitatem, cur tu quæ meliora sunt in te non itidem referes illi, & non quod minus est præstabis? Ne te maledictio illa Malachiæ ultimo comprehendat, qua sic dicitur. Maledictus dolosus, qui habens in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus. Ille sic facit, qui ingenio pollet magno ad negotia mundi peragenda, & tamen ad ea quæ Dei sunt, hebes, ac stupidus est. Vehemens nimis ad ea quæ mundi sunt: debilis est & tepidus ad opera Dei. Pedes æneos videris habere ad peragendum orbem ut diues fias, nec vires ad hoc vnquam, videntur tibi deficere: & tamen ad ea quæ sunt in obsequium Dei, pedes laneos habes; statim enim deficis & claudicas. Vnde & videbis homines virile ingenium ac animum ad ea quæ sunt mundi gerere; sed ad diuina & spiritualia effeminati sunt. Nam mundi res tanquam viri sentiunt, diuina verò tanquam mulierculæ ignorantes tractant. Nam & inter eos qui iustorum nomine gaudent, paucos inuenies, qui soliditatem vitæ Christianæ quærant, nempe quæ in charitate consistit, sed in quibusdam rebus quæ deuotionem quandam mulieribus familiarem, ne dicam supersticiosam, totum pondus suæ religionis constituunt. Maledictus ergo qui habens masculum in domo sua, immolat debile Domino. Id est, ille qui in rebus parui momenti, quæ speciem potius, ac vimbram virtutis, quam veritatem referunt, more muliercularum suam sanctitatem collocat. Sus-

Exod. 19.

Cant. 88.

Psal. 44.

Malachi.

cipe ergo Regem tuum, o Israël, & dic illi cum Esai. cap. 43. Meus es tu. Ita ut dicere posses cum Sponsa. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ille meus: ego suus. Ille meus Rex, ego suus subditus, ac vassallus. Ipse meus Dominus: ego seruus suus. Ipse meus creator: ego sua factura. Ipse meus Sponsus: ego amicus Sponsi, ut hic in Regnum eius in æternum in secula victurus admittaris.

Eccc Rex tuus venit tibi. Tempus Aduentus quod per quatuor hebdomadas Ecclesia celebrat, est tempus spei Christianorum (Nam licet tota vita præsens hominis Christiani in spe filiorum Dei transigatur, non quidem in spe vana, sed certa, & quæ non confundit: sumus enim, *Comendatores de spera*: nam modò solam crucem gerimus, nempe labores ac tentationes, prouentus in patria recepturi, & sub hac umbra iusti suos labores transigunt in hac vita.) Licet, inquam, tota Christianorum vita longa quædam spes dici possit: tamen specialiter in hoc sacro Aduentus tempore sub quadam dulcissimi ma spe Ecclesia detinetur, vsquedum veniat expectatus dies, in quo desideratus cunctis Gentibus, vnica omnium spes de Virgine in Bethleem Iudææ nascatur. Et interim tamen totum hoc tempus expeditimus, cum Patriarcha Iacob dicentes: Salutare tuum expectabo, Domine. Id est Iesum qui salus nostra est. Ut cū iam natum oculis fidei in stabulo perspexerimus, & ab vberibus pudorata puellæ pendentem, in præsepio reclinatum, in vlnas nostræ fidei illum suscipientes cum sene Symeone concinamus dicentes: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc est, salutem illam quam sic anxij sperabamus: iã oculi nostri perspicunt, iam manus nostræ palpant, iam cordibus nostris fruimur. Ut sic etiam adimpleatur in nobis parabola de muliere parturiente quæ cum parit tristitiam habet; eum autem peperit iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundo. Nunc veluti parturientes animæ gemunt, desiderantes tanti filij ortum: sed cum iam natus fuerit, cum Angelis & pastoribus ineffabili gaudio lætamur: quia tantus homo, tamque necessarius natus est in mundo. His ergo se ipsam consolatur considerationibus Ecclesia: sed quoniam in rei veritate, id quod nunc repræsentat venturum, iam recepit: ideo à principio veritatem ipsam nobis propo-

Esai. 43. Cant. 6.

Alia moralitas sem concio.

Genes. 49.

Luc. 2.

Ioann. 6.

proponit. Nam taliter ipsum venturum sperat, quod etiam presentem illum nobis ostendit. Nec enim veterem Synagogam imitari sibi bonum videtur, quæ huiusmodi spei, ac promissionis plena, cum illam recepit agnoscere noluit. Sed cognoscens bona quæ recepit, etiam si tanquam ventura ea receperat, ac speret: tanquam presentem nobis proponit Christum. In memoriam reducens celebrem illum ingressum extremum, quem Dominus asinæ insidens fecit in Hierusalem. Per illum quasi per quandam adaptationem significare nobis volens, introitum quem in mundo fecit Dominus nostræ coniunctus humanitati, ut ea alacritate, ac fide nos illum in animabus nostris recipiamus, quæ à turbis illis corporaliter receptus est. Ait ergo Euangelista. *Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti.* Bethphage vicus erat, in quo sacerdotes Hierusalem prædia sua habebant, & distabat ab Hierusalem, per miliarium tantum. Erat autem miliarium spatium breue, quod in die Sabbathi poterant conficere Iudæi. In quo primò ostenditur nobis, quod sacerdotes propè templum debent habere præsidia, nec longè abesse ab eo loco ubi viget cultus diuinus, sicut tunc vigeat in Hierusalem, cuius illi ministri sunt (Non loquor modo de residentia corporali, quam Episcopi ac curati debent facere in proprijs Ecclesijs, & quam malè ministrium suum impleant, qui absentes illas gubernare audeant, fructus vineæ, ac oliuium sorturam accipientes: cum tamen ipsi, nec pastoris, nec vineatoris officia exequantur, sed puluere fauoris humani obcætos habentes oculos, proprii ministerij oblitiscuntur, ut alienum exerceant. Ut si pictor strenuus, ut coriarij artem disceret, suam quæ melior est obliuisceret. Sic isti, ut officia carnis, ac mundi peragant; munia sua quæ spiritualia sunt, ac proinde delicatiora, ac meliora, obliuioni tradunt. Nimirum animarum salutem æternam, & homines ad cœlestia Regna perducere.) Non, inquam, de hac corporali residentia loquor tantum necessaria à Christo, & Apostolis eius sic commendata. Nauclerus nanq; in naui ipsa resideere debet, nec in puppi solus, sed in excelso loci, in carchedio debet vigilans stare, in manu gubernacula tenens. Quomodo enim illam emedijs fluctibus eripere poterit, si relicto gubernaculis ipse ad terram dormiturus pergat? Sed non hoc modo loquor de-

ea, sed de illa residentia quæ fit spiritu, & anima, qua appropinquare debet minister Domino suo, iter Sabbathi quædo magis separatur, in quo nullam opus seruire poterat fieri. Id est eodumtaxat tempore à Dei ministerio vacare debet, quod ad alendam vitam presentem necessarium est. Et bonus religiosus Dei minister, ac seruus, iter Sabbathi peragere debet: quando nullum opus seruire facere licebat. Nec enim seruilia opera debent esse ea quæ seruus Dei operatur, sed libera. Hoc est, non ea quæ attinent ad corpus, quod est seruus ac mancipium: sed quæ attinent ad animam quæ libera ac domina est. Nam ut ait Paulus, nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Non se implicet, id est, non se eis sic inuoluat, ut non facile possit ab eis explicari, & expediri. Item seculares mille passus ad plus ambulabant in die Sabbathi, nempe vsq; ad Bethphage, & ibi iam morabantur sacerdotes. Nam eorum vita sic debet excellere aliorum mores, ut quando plus se extendit secularis in opere virtutis; iam ibi sit minister: ita quod ordinarius modus viuendi serui Dei, extraordinarij & melioris secularis saltè adæquet, sed cū ad maiora se extendit, non valeat illi alius æquiparari. *Mittens duos de discipulis suis, &c.* Hoc est proprium munus ministrorum Dei (ut statim videbimus) peccatores à peccatorum vinculis soluere. *Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus vobis opus habet.* Duas habuit necessitates Christus. Altera quam refert Paulus cum ait. Qui cum diues esset, pro vobis egenus factus est. Sed ex hac necessitate tunc euasit, quando in die Resurrectionis victor ab inferis ascendit, spolijs principatum & potestatum diues effectus. Altera necessitas explicatur hodie, videlicet, harum bestiarum, quæ peccatores referunt. Sunt enim Christo Domino necessarij peccatores in hoc sensu, quatenus sanguis Christi illis prodesset possit, neq; frustra dicatur illum effudisse. In vniuersa hac pompa ramorum oliuæ atq; palmarum, in tanta solemnitate quæ in monte Oliueti facta est, indiget Dominus asina & pullo: quoniam sanguis ac oleum tantum, quod super vulnera tua effudit, frustra effunditur, nisi tu assentiri, vellis. In tota illa pompa ac celebritate flagellorum, spinarum, clauorum, lanceæ, crucis, necessarius est peccatorum assensus atq; voluntas, qua sibi merita Christi placeant, & ea sibi velint, tollendo obicere, disponendo se ad illa, ut sibi valeat.

simile.

simile.

2. ad Tim. 2.

2. Corin. 8.



Dominus his opus habet. Inter oliuas, necessaria est Domino alina: quoniam effusus sanguis nil proderit, nisi peccator illum velit acceptare: sufficiens quidem omnibus fuit, sed non erit efficax nisi volenti ac tollenti obicem illi. Stetit oleum cum vasa vacua defecerunt mulieri illi, cui Heliseus mandauit, vt vasa vacua comodata peteret à vicinis, itaque deficiente vase vacuo, oleum stetit, nec amplius eliquatum est. Sic totum hoc oleum sanguinis Christi pro te effusum, & omnis Dei misericordia erga te cellabit: nisi animam tuam vas vacuum ab omni specie peccati effeceris. Id enim voluit dicere Paulus, cum ait. Adimpleo quæ defunt passionum Christi. Nam licet sufficientissima fuit Christi passio pro omnibus: tamen vt efficax sit, id deest, vt & tu velis illam tibi, & per opera meritoria illam appropris tibi, vt fide per dilectionem operante Christi capitis membrum fias, à quo tanquam à capite multa bona communices. Hæc ergo in se adimplebat Paulus, vt passio Christi illi utilis esset. Et hæc est necessitas quam Deus harum bestiarum dicitur habere. Turba autem qua precedebant, & qua sequebantur clamabant o san-na. Omnes quot quot saluantur, per Christum saluantur, qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium. Nam illi qui præcesserunt nos in populo illo Iudaico, qui præcessit Christum, per fidem eius implicitam salui facti sunt, & nos qui sequimur per fidem explicitam. Vnde hoc est discrimen inter nos & illos. Quod illi quia præcesserunt, nec tangere, nec videre Christum potuerunt, sed solum sub illis vmbriis illum imperfectissimè agnouerunt; nos autem quia post illum pergimus, & videre, & tangere possumus illum. Huius rei typum gessit botrus ille, quem è terra promissionis duo viri in palo positum portauerunt, vnus antea; alter verò retrò. Qui anterior ibat, racemum nec tangebatur, nec videbat, sed solum credebat se portare illum. Qui autem posterior portabat, & videbat, & tangere potens erat illum, & vnam ab illo accipere si voluisset. Botrus hic in palo suspensus, Christum Dominum in cruce pendentem refert, vbi tanquam in torculari expressus liquorem sui sanguinis super balsamum pretiosiore nobis expressit. De quo & Sponsa dicebat. Botrus Cypri dilectus meus mihi. Quoniam omnes homines qui

4. Reg. 4.

Ad Col. 1.

1. Tim. 4.

Nam. 13.

Sant. 4.

salui fiunt, per Christi crucifixi fidem saluatur; quippe qui pro omnibus in cruce pependit. Sicut qui vulnerati erant à serpente in deserto, aspicientes ad serpentem æneum in palo suspensum sanabantur. Sic per fidem Christi in cruce pendentis, si in illum tendimus per charitatem, à morte liberamur. Cæterum qui precedebant (hoc est, qui ante Aduentum Christi fuerunt) vix quod portabant videbant. Habebant quippe fidem dumtaxat implicitam, hoc est multis implicatam, ac inuolutam vmbriis ac figuris, pauci ex illis explicitam ab illis vmbriis fidem adepti sunt. Quare nec illum tangebant, nec in suis sacramentis eius fructum plenè percipiebant: quoniam adhuc sanguis eius effusus non erat. De quibus Paulus ad Hebræos, sic dicebat. Hi omnes iuxta fidem defuncti sunt, nondum acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes. Quemadmodum, cum quis amicis sibi notum à longe videt, signis illum salutat, & cum eo lætatur signa lætitiæ proferens. Sic isti figuris, ac nutibus venturum salutabant Christum, & in eius spe gaudebant. Sicut de Abraham dicit Christus Dominus: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Nos autem qui post illum pergimus, videmus, credimus in illum explicita fide, hoc est, iam ab vmbriis illis explicatum, & euolutum in suis Sacramentis tangimus illum, maxime in Sacramento Eucharistiæ symbolo, fruimurque fructu sanguinis eius iam effusi. Vnde & cum Ioanne possumus dicere. Quod vidimus, quod audiuiimus, & manus nostræ contrectauerunt. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Zachariam Prophetam. Ad hoc enim venit Christus, vt adimpleret omnia, & ea quæ de eo scripta erant, vt Prophetæ sui fideles inuenirentur. Ipse enim dixerat non venisse se soluere Legem sed adimplere: & in cruce dixit, Consummatum est, hoc est, Prophetiæ omnes adimpletæ sunt. Dicite filia sion. Filia Sion dicitur Hierusalem: quia erat sub monte Sion, vbi erat templum, tanquam filia sub vmbra matris. Vnde hæc phrasia Hebræa est. Dicitur etiam filia Sion Synagoga: quoniam in monte Sion erat templum, & ipsa nutrita erat illis sacrificijs, quæ ibi offerebantur, sicut filia nutritur à matre. Dicitur etiam filia Sion Ecclesia: quoniam

Nam. 21.

Ad Heb. 11.

simile.

Ioan. 8.

1. Ioan. 2.

Eccles. 36.

Matth. 5.

quoniam

quoniam est filia Synagoga, hæres quippe ei facta est. Nam in hereditate obtinuit Christam, ac fidem eius, quem Synagoga contempsit. Vnde in hereditatem veteris Synagoga intrauit, quam illa repudiavit. Hinc ergo filia Sion, id est, Ecclesia hoc bonum nuncium prædicat. Ecce Rex tuus, venit tibi. Rex tuus, non tyrannus, vt tributa iniusta rapiat, subditosq; excoriet: sed Rex humilis, qui potius venit, vt excoriet se, & pelle sua te contegat, & tanquam mansuetus agnus totondit vellus suum, vt animam tuam indueret, ac suo amore calefaceret, & pro te iugulatus proprium sanguinem daret. Quare non absque mysterio, dum à militibus illuderetur veste Regia indutus est, vt ostenderet id in suo Imperio, ac Regno fecisse, nempe sanguinem pro sibi subditis fundere, & vectigalia pro illis pendere, non accipere. Ideo & hodie acclamatur Rex, cum super humilem asellum federet, quod non erat regius apparatus. Sicut & Saul, cum asinas quæreret patris sui, in Regem Israël vnctus est à Samuele. Sic Christus tunc acclamatur Rex, quando Hierusalem ingreditur, vt pro populo suo patiar mortem, cum genus humanum quærit, quod tanquam errabunda ovis à caulis discesserat. Super asinam perrexit Balam, vt populo Israël, benediceret: super asinam pergit Christus, vt homines benedictionibus cœlestibus adimpleat, atque benedictionem Patris æterni eis consequatur. Venit. In natura humana, scilicet, per hanc enim taliter erat in terra, quod non erat in cœlo. (Nec enim tunc natura humana Christi in cœlis erat,) & taliter in vno loco, quod non in alio, diuina quippe omnia etiam imaginaria loca implet, omnia occupat. Quare humanis passibus venit. Cui venit? Tibi. Tuo commodo, tuo seruitio ac vsui. Ideo nanque dicitur filius hominis: quia totus addictus seruitio hominis. Genitiuus quippe iste apud Hebræos est nomen studij, vt filij nuptiarum illi dicantur, quorum studium circa nuptias erat. Et sic intellige illud, Videntes filij Dei (hoc est, iusti, quorum studium erat Deo placere) filias hominum, id est, eas quarum studium erat placere hominibus, vt hæc temporibus multas inuenies. Sic dicitur filius hominis, utpote cuius studium erat hominibus seruire, nobis enim datus est, & nobis natus. Et paruulus natus est nobis, &c. Quare sic beneficium hoc redemp-

1. Reg. 9.

Isai. 9.

tionis meæ attendere debeo, ac si mihi soli datus esset Christus. Quoniam eadem portio mihi ex hoc beneficio contingit, ac si mihi soli datus esset. Vt si Sol mihi soli creatus esset, omnes me venerentur, & admirarentur dicentes. Venite videamus hominem, cui soli tantum lumen creatum est. Idem ergo est ac si mihi soli datus esset Sol, cum nullus me impedire illius lucem ac calorem valeat, sed sic illam comunico, ac si mihi soli datus esset Sol. Idem de redemptionis beneficio Philosophari licebit. Sed de hoc alibi dictum est. Id enim Paulus intelligebat cum sibi soli hoc beneficium applicabat, dicens. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Ac si diceret. Sic hoc beneficium reputo, ac si mihi soli præstitum fuisset. Vel dicit, Venit tibi. Hoc est, cuiunque; nam nullus ab hoc excluditur beneficio, pro omnibus siquidem Christus mortuus est, sicut Iud. 6. adubraturum est, cum Gedeon postulauit à Deo vt prius ros in vellus caderet, & terra circumstantans maneret arida absque vlla humiditate, & postea petijt, vt terra rore humectaretur, vellere sicco permanente. Christus Dominus ros dicitur. Hinc enim præcatio illa. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, Messiam nomine roris postulantem. Hic ros prius in vellere (hoc est, in populo Iudæorū per vellus significatum, eo quod oves, ac hirci in eo sacrificarentur) cecidit. Nam Christus illis promissus, illis primum prædicauit verbum. Sed postea eo populo in incredulitate permanente, ad Gentium populos transmissum est verbum hoc, & nubes, hoc est prædicatores, rorem hunc super illum emiserunt, iustum hunc omnibus annunciantes. Quoniam Rex hic omnibus venit, ros hic super omnes pluit, etiam si terra sit sicca absque vilo gratiæ succo. O permagnificū donum! magna Dei omnipotentis largitas, qua sic omnibus beneficium hoc grande largitus est! Ac si Rex haberet in manu sua pretiosissimum margaritum, vt alicui illud daret; attentos omnes haberet, ac è manibus eius pendentes, expectantes cui tale donum concedi deberet. O homo, tibi donum hoc magnum, pretiosissima hæc gemma quæ Christus est, tribuitur. Agnosce tantum donum, & rependere vices non cesses, quantum in tua fuerit potestate. Si enim vsibus tuis hic Rex venit, cur tē in eius non impenderis obsequijs? Quod si

simile.

Iudic. 6.

Isai. 45.

simile.



Si Rex pro sola utilitate subditorum venit, quid magnum, quod ipsi subditi in ipsius Regis seruitia se totos dedant? Sicut, & gens hæc fecit, quæ ramos ac vestes coram hoc rege proiecerunt. Sic & nos animas, corpora, honorem, pompas, delicias, coram tanto Rege proijcere omnino debemus. Mansuetus. Ut & tu humilitatem se-steris cædens pompas ac diuitias tuas, pauper, humilis, & mansuetus obiam eas ei, qui pauper, & humilis tibi venit. *sedens super asinam.* Asina in qua insidebat Balam, loquuta est, sic asina hæc cui insidet Christus, operibus clamat vanitatem esse relinquendam, & humilitatem ac paupertatem esse sequendam. Si Deus, cum sit Deus, pauper & humilis venit omnibus se inclinans, super asinam sedens. Quæ infamia hominum hæc est? Qui mentium stupor? Quid de se homuncio præsumere valet? Quid timet? Cur ventis guttura implet? Cur innititur vanitati? Cur in aere fundamenta iacit? Cum arca Dei terram Philistinorum intrauit, tunc omnia idola coram ea corruerunt. Sed verus Deus nostras ingreditur regiones, cur non coram illo superbia nostra cadit, turrestque vanitatis nostræ diruuntur? Cur non exuemus delicias nostras? Carnis vitorem, sicut arbores cedentes. In maxilla asini Sanson mille percussit Philisthæos cæteros infugam, agēs. Et asina hæc humilitatis Domini exemplum, in qua venit fortissimus Sanson, ut debellaret Philisthæos, hoc est, demonum agmina, non valebit nostra interimere vitia, nostras infugam agere vanitates? *sedens super asinam.* Animal humile, rudum, contemptibile, & in eo populus sic veneratur Christum, ut illum regem appellet ac Dominum. Ita factum est quia infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia, & contemptibilia, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destruerent. Filia Caleb suspirauit sedens super asinam. Cui dixit Pater suus. Quid habes? Et illa terram, inquit, arentem dedisti mihi. Et dedit ei irriguum superius, & inferius. Hoc est, hereditatem quæ manale in se haberet quo irrigaretur, & simul cali rore, ac influentibus frueretur. Humanitas Christi est hæc filia Caleb, quæ super asinam sedens suspirat, ac flet. Nam hodie videns Iesus ciuitatem fleuit super illam, ut Lucas refert. Videns animarum ariditatem flet, humectare eas volens suis lacrymis. Quoniam

1ad. 15.

1. Corin. 1

1ud. 1.

Luc. 19.

Christus prius nos lacrymis, quam sanguine lauit. In præsepio fleuit, coram Iudæis fleuit Lazarum mortuum, in cruce, ut refert Paulus, fleuit. Quoniam terram arentem acceperat in hereditatem (hoc est, homines humore gratiæ destitutos) & exauditus est pro sua reuerentia. Et dedit ei Pater irriguum inferius, & superius, hoc est, sacramenta quæ rebus visibilibus, ac materialibus constant tanquam materia, quod est irriguum inferius, & simul gratiam recte suscipientibus conferunt, quod est irriguum superius, ut sic tali rore perfusa terra nostra, non tribulos, aut spinas, sed fructum saluberrimum bonorum operum ferat, quo in Regnum filij Dei transferri mereatur. *Ecce Rex tuus venit.* In hoc Euangelio insinuat nobis, qua deuotione, & mentis hilaritate Deum, ad nos venientem recipere debeamus. Venit enim per montem Oliuarum, & ibi obuiam ei occurrit populus. Nam oleum hilaritatem significat, & ostendit quanta mentis deuotione ac hilaritate debeamus, occurrere Deo nostro ad nos venienti. Nam Paulus, ait. *Quod hilarem datorem diligit Deus, & sapiens nos admonet dicens. Fili in omni dato hilarem fac vultum tuum.* Et ideò primum venit Bethphage ad montem Oliuarum. Bethphage erat villula sacerdotum, quæ in eodem monte Oliuarum sita erat: quoniam sacerdotes in ipsa deuotionis pinguedine debent habitare. Et ibi primum venit Dñs: quoniam in omni opere bono debemus esse anteriores sacerdotes, alias præteribit domos nostras Deus, etiam si circuitus ipse facere debeat. Tepidos enim animos odio habet Deus, & eos euomere, ex ore cupit. *Soluite & adducite mihi.* Hoc est primum quod debemus facere, si recipere Deum volumus. A peccatis ac terrenis cupiditatibus nos expedire: ut extendi possimus ad pascua illa cœlestia, & vberissima. Bestia ad præsepe ligata non potest comedere, nisi id quod coram ore præsens habet (nam etsi ad alia se extendere velit, impedimento est illi capistrum ne valeat) sic miseris mortalibus contigit, qui suis met cupiditatibus ligantur ad præsepe mundi huius, atque suæ sensualitatis, nec ad altiora ora sua extendunt, aut meliores, & proprios cibos sibi quarunt, quales sunt cœlestes epulæ, ad quas homines inuitamur. Sed ille quem Deus gratia sua, ab his terrenis cupiditatibus soluit, illumque

Heb. 5.

Alia moralitas seu conctio.

2. Cor. 9.

Eccles. 35.

simile.

à terrenorum amore disjungit: ad cœlestia Pascua extenditur, in illi; gustum capit, etiam rumpendo laqueos ac ligaturas carnis, mundi, & diaboli, sicut Sanion vincula Philistinorum fortiter dirumpebat, sic tu carnis vincula, & superfluas necessitates confringe, etiam vanas mundi ligaturas frange, ut sic libera ad cœlestia, & æterna extendatur anima, quarum Pascuis vberissimis, vel aliquantulum pasta, eas appetat epulas quæ illam reficere possunt, his abiectis quæ Soli carni deseruiunt. Et hoc tam audè, quod intelligēs carnis necessitates animam veluti capistrum ligare, ne ad cœlestia extendatur: carni ipsi irascatur rumpeatque vincula eius cupiat cum Paulo dicens. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Infelix ego homo quis meliberauit de corpore mortis huius? *Quem me cortara esse cabestro.* Ad hoc ergo venit Christus, per se, & per Apostolorum suorum ministerium, homines qui veluti iumenta ad præsepe huius mundi ligati tenebantur soluere ab his curis: ut ad æterna se extenderent. Vnde & ait. *Soluite & adducite mihi.* Ad huc enim iusti ab his curis soluuntur, ut in Dei obsequijs occupentur, nam ad res mundi ligati sunt. Ad ea quippe ad quæ mundani veluti fibula acuti sunt: ipsi sunt inepti: nempe ad mundi negotia peragenda. Cæterum ad ea quæ mundus veluti aranea hebes est, qualia sunt spiritualia, ipsi solertissimi sunt. Quare facile à mundanis, in huius seculi negotijs seducitur iustus. Mundani ergo ad munia spiritualia ligati sunt, videntur enim compedes, & manicas ferreas habere ad illa, & hebetudinem in intellectu ad intelligendum ea; cum ad mundi negotia oculos linceos aequileque, velocitatem videantur habere. Hinc de eis dicit Christus. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis, in generatione sua sunt. Hoc & in Dauide nobis innotuit, qui cum armis Saul, sic ineptus stabat, ut nec ambulare valeret; cum tamen cum pastoralibus ac rusticis soccis, ut hinulus curreret, *no le arma al iusto el mundo,* Regum delicias, aut auratas vestes, vel suorum amicorum societates: non sibi rectè conuenire diiudicat. Melius se habere experitur cum sua paupertate, solitudine, ac vita priuata. Quare de iusto Iob dicebat. Diridetur iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitum: parata ad tempus statutum. Modò quippe iridetur iustus ad huius seculi amatoribus: quia eorum non percipit simulatio-

1. Cor. 12.

Luc. 9.

Iob. 12.

nes, ac thecnas. Cum tamen suo tempore apparebit lux eius, dicent impij. Hij sunt quos habuimus aliquando in derisum &c. Quare semper mihi incredibile erit, quod hi qui multum de rebus huius seculi penetrat spirituales homines dici possent. Scimus enim quod prudentia carnis inimica est Deo. Hoc ergo vult dicere Dominus. *Soluite & adducite mihi.* Hoc est, ad meum obsequium dumtaxat illos liberos esse volo: ad alia verò ligatos. Secundo dicitur etiã Dominum soluisse homines, à veteris legis laqueis, ac oneribus. Et at quippè lex illa grabis, & onerosa præceptis plena, nec vllam gratiã conferrebat auxiliũ. Quid faceret homo miser, cui ex omni parte onera circumponuntur, & tamen nullus manus præbet ei adiutrices? Quid mirũ si talis homo oneri succumbat? Sic in lege veteri miseri homines oneribus, ac præceptis præmebantur, nec manus lex illa auxilia trices præbebat. Nec enim sacramenta illa continebant gratiam, aut ex se ipsis conferebant. Ideo quippè vocabantur à Paulo infirma, & egena elementa. Infirma quia non ad iuuabant: egena quia diuitias gratiæ non continebant. Quare manus Moyti dicebantur graues. Vnde nec mirum quod oneri succumberent homines, secundũ illud quod Petrus dixit. Quid tentatis imponere super nos iugũ, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? Quo circa homines veluti ligatos tenebat, ac vinculis tantis allictos, ut vix possent ad actionem aliquam se expedire, quæ lege nõ esset prohibita. Lex autem noua, ab his oneribus homines soluit. Est quippè non lex seruorum, sed filiorum, quia in dilectione completur. Habet & gratiæ auxilia magna in sacramētis. Vnde in ea melius se possunt homines expedire. Quare ad Spõsam in Canticis dicitur. Surge & prope- ra amica mea, & veni. Iam enim hiems transijt, imber abiit & recessit flores, apparuerunt interra nostra. Surge per fidẽ, quæ intellectum ad superna intelligenda eleuat. Fi- de statis, ait Paulus, *la tẽ nos pone en pie,* si te- sta est, rectè nos ad Deum dirigit. Propera per spẽ, nõ iã soluta es. Spes quippè animã in vitã æternam salire facit. Est enim aqua illa viua quam Dñs promisit Samaritanis, per quã sit in anima fons aquæ salientis in vitã æternã. Nã spes hos motus excitat perueniendi ad Patriã quã sperat. Veni, ad me scilicet, per charitatem, quæ facit animam appropinquare Deo. Iã enim hiems transijt. Hoc est veteris legis onera tristitia, iã soluta sunt.

Sep. 5.

Galat. 4.

1. Cor. 15.

Cant. 2.

2. Cor. 1.

1oan. 4.

sunt, & flores letitiarum, & amoris nouae legis aduenerunt. Soluite ergo & adducite mihi. Soluite homines a terrore veteris legis, & adducite ad me per amorē nouae quod Paulus sic docere videtur in Epistola, quae prima dominica aduentus canitur dicens. Hoc scientes tempus, quoniam hora est iam nos de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox praecessit dies autem appropinquauit. Ac si diceret. Agnoscamus tempora, & eis actiones nostras accomodemus. Nam ut ait sapiens, Omnia tempus habet. Alia quippe exercitia exigunt hiems, alia ver. Quaedam dies, & quaedam nox. Nox enim quieti deputata est, ut homines in lectis iacentes, quieti ac somno componant membra, dies autem labori deputatur ac vigiliae, non otio, aut dormitioni. Agnosce ergo tempora, & distingue ea. Vetus lex erat umbra ac nox, in qua homines ligati erant, ac proinde in terra iacebant: ita quod pauci mentē ac cogitatus, ad superna eleuarent. Nos autem sumus in die hoc est, in lege gratiae, quae plena est luce, debemus ab illo somno surgere, nec otio torpere, sed ad vitam properare sempiternam. Nunc enim propior est nostra salus, &c. Et alibi. Tanto magis quanto uideritis appropinquantem diem. Habemus enim coram oculis nostris praemium. Velocior solet esse motus quanto magis fini propinquior est, unde motus naturalis velocior est in fine, quam in principio, ut patet in motu lapidis: Fortior enim est quanto magis appropinquat centro. Ita & nos nunc in noua lege propinquiores sumus fini, praesens habemus praemium. Cur ergo dormiemus, & non magis ad illud properabimus? Qui thesauri uenam inuenit, quanto plura grana auri inuenit, tanto auidius fodit, intelligens propere esse minerale quod quaerit. Quare iusti se habent, ut ait Iob, quasi effodientes sepulchrum, gaudentque uehementer cum inuenierint sepulchrum, in quo reconditus est thesaurus. Si cui admortem damnato duo dies concessi sunt pro termino, ut in illis se defendat: si in ludo, aut alijs minoribus rebus diem & dimidium expendit, nec remanet nisi media dies, ut se defendat, quanta diligentia, ac celeritate tunc properabit, ut quaerat causas pro se, & quomodo accusatoribus respondeat. O homo peccator cui totus uite curriculum, conceditur ad allegandum pro iure tuo, & totam penē vitam prophanē, & otiosē uiuendo consumpsisti,

pauci tibi restant dies, vel potius momenta; in his age, ora, bonis intende operibus, *Pront. 6.* ut habeas quid respondeas accusatoribus tuis. Discurre, festina, nede somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae. Redimendes tempus, ait Paulus, quoniam dies mali sunt. Pauci & mali, ut Iacob dicebat. Tunc redimitur tempus transactum, cum bene uiuitur in futurum. Hoc ergo est iumenta soluere, homines a vinculis peccatorum, & iugo legis veteris liberare. *Ephes. 5.* *Genes. 47.* Quia Dominus his opus habet. Non quod Deo necessarii sint mali; nam ut Sapiens, ait. Non ei sunt necessarii homines impij, imo superuacui sunt atque superflui in mundo. Sed dicunt Deo esse necessarii impij: quoniam Deus in illis aliquando suam bonitatem ostendit, nonnunquam eos pro instruendis bonos. Pro quo immemoriā reducenda est celebris illa D. Augustini, sententia, quod Deus sic bonus est, ut nullomodo malos tolleraret, nisi simul adeo sapiens esset, ut de malo elicere sciret bonum. Quare in operibus quae mali, & peccatores faciunt, aliud est quod Deus perimit, aliud quod ordinat, aliud quod uult. Id quod est malum perimit, quod ex illo malo aliquid bonum proueniat ordinat: quippe sapientia diuina malum istius ad bonum alterius ordinat. Sicut natura mortem ceruicū ordinauit, ut uiueret leo. Bonum autem quod ex tali ordine consequitur, hoc uere uult Deus. Tyranni quidem persequebantur martyres crudeliter eos torquentes, ex qua ordine diuino patientia, & constantia consequeretur martyrum. Igitur tyrannidem illorum perimitabat Deus quam ad martyrum patientiam, & meritum ordinabat, & hoc bonum est quod absolute Deus uolebat. Quare illos loco fabricarum habebat Deus, ut coronas fabricarent quod apud Elai. his uerbis manifestat Deus dicens. Ecce ergo creauit fabricum sufflantem in igne prunas, & proferentem uas in suum opus. In fornace quippe persecutionum poliuntur, atque fabricantur uasa hanc honorifica Deo quae sunt iusti. Tanquam aurum, inquit, in fornace probauit eos. Ministri illi Regis Babylonis, qui ex mandato Regis incendebant fornacem, in quam tres pueri milli fuerant: in quantum mandatum Regis iniquum exequerentur peccabant quidem, sed id Deus perimitabat: quoniam illos tanquam fabros suos elegerat, ut con-

ronam magnam meritorum tribus illis pueris fabricarent. Idem de ministris illis dices, qui Laurentium in craticula ferrea cremabant: quoniam suo ipsius gladio nouit Dominus inimicum iugulare, ut Dauid fecit Goliath. In hoc ergo sensu dicitur, Deum opus habere peccatoribus. *Et posuerunt uerimenta sua super ea, & cum desuper sedere fecerunt.* Ita quod alina & uerimentis Apostolorum, & simul uerimentis ipsius Christi ornata incēdebat. Quoniam nisi peccator Christi indumentis ueristatur non erit dignus, quod Dominus in eo sedeat, aut maneat. Hanc autem uerestes sunt fides cum charitate formata, unde & Paulus in Epistola hodierna nos admonet dicens. Induimini Dominum Iesum Christum. Nisi enim uelut alter Iacob indumentis fratris maioris Christi ueristamur: non consequemur aeterni Patris nostri benedictionem. Uerestes autem hanc sunt purpureae, sicut illum uiderunt Angeli indutum: quia torcular calcauerat solus. Sic anima nostra hoc sanguine Christi debet rubescere, & illum redolere: ita ut cum Paulo dicat Christi bonus odor sumus. Quatenus cum Pater uerimentorum filij eius fragrantiam senserit, in magnificas benedictiones nobis ueriles prorumpat. Et tunc ipse imo & tota Trinitas insidebit in nobis, & adimplebitur illud quod ipse promiserat cum dixit. Ad eum uenimus, & mansionem apud eum faciemus. Unde D. Augustinus, ut legit illud Pauli, induimini Dominum Iesum Christum, confestim quali infusa luce, ab eo omnes dubietatis tenebrae diffugerunt. Et commota est uniuersa ciuitas, & exierunt obuiam Christo. Alii qui exuebant uerimenta sua, & proieciabant in terra: in hoc insinuantes quod multi fidelium debebant corpora sua morti tradere ac sepulturae, propter eum. Nam corpora uerimenta sunt animae, has uerestes martyres propter Christum exuebant & in terram proieciabant. Alii cedebant ramos de arboribus, & proieciabant in uiam. Nam multi delicias, ac diuitias suas, propter Christum relinquerunt. Vel dic, quod quia rami arborum, umbrā faciunt in uia, significatur per hoc, quod iam uerbras legis uereteris relinquere uolebant, & ad lucem ueritatis uenire. Vel quod uerbras peccatorum fugare iam incipiebant,

& ad opera uirtutis, quae sunt opera lucis, peruenire, sicut Paulus in hodierna Epistola nos admonet cum dicit. Abijcimus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus. Sicut qui in die ambulat honeste, ac compositē ambulat, & decenter: quoniam ambulat in luce; qui autem in nocte incedit nil de hoc curat, quia tenebrae operiunt eum: sic qui in Euangelica lege uiuimus decenter, ac honeste ambulare debemus, quia sumus in luce: nam praecceptum Domini lucidum est illuminans corda. Quando non erat Euangelium multa mala pro bonis apud homines habebantur, ut apud Gentiles uisum est, sed postquam lux Euangelica emicuit nihil indecorum fas esse permittitur, quin luce illa dijudicetur. Unde & Paulus dicebat ab omni specie mali abstinete uos. Tanta quippe lux est, in Euangelio, ut non solum malum sed & apparentia mali dijudicetur. Et si modo ita bene non percipitur, & peccatores audent coram hominibus apparere: signum non minimum est quod lux hanc Euangelica, iam apud nos tenebre fecit, & reddit nox. Cum ego peccatores contemtorum inuerecundē peccare, & proaciter coram hominibus in publico apparere, imo & honores & officia debita ipsos sibi rapere; doleo maximē ac mecum cogitans dico. Ecce quomodo tenebre fecit Sol, & obscuratur dies, & tenebrae noctis peccati redeunt, cum homine inhonestē inter alios ambulat, ac si non dies sed nox interesset. Quare Paulus acriter reprehendit Corinthios, eo quod non multum aestimabant publicum peccatorem in teos conuersantem consentire, & dicebat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis. Quare inter religiosos, ubi plus huius lucis splendet, qui malus est, abscondit se ab alijs, nec publice apparere praereuerētia au det, eo quod ceteri non rectis oculis eum aspiciant. *parece que andā corridos entre ellos,* quod est signū diem adhuc lucere inter illos, *o fanna in excelis.* Hanc uerba instinctu Spiritu sancti proferebant, cuius lumine intelligebant Regnum Messiae non temporale, sed potius spirituale debere esse. Quare non temporalia sed caelestia potissimum ab illo speranda fore, & postulanda. Ipse quippe ad Pilatum dixit: Regnum meum non est de hoc mundo. Et quia salus

simile.

Psal. 18.

1. Thes. 4

1. Corin. 4

Ioan. 19

Eccl. 3.

Web. 10.

simile.

Job. 3.

simile.

Pront. 6.

Ephes. 5.

Genes. 47.

Angust.

2. ai. 63.

1. Cor. 2.

Ioan. 14.

D. Aug.

Rom. 13.

Esa. 54.

Sap. 3.

Rom. 13.

conam



salus hæc cœlestis ac spiritualis à Christo facta est: ideo dicunt, O sanna filio Dauid, ac si diceret. Hæc salus Christo debebatur, ac ideo illi acceptam ferre debemus ac dicere. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno, ipsi gloria per infinita secula seculorum, Amen.

Alia moralitas seu concio. Cum appropinquaret Iesus Hierosolymam, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, &c. Duos Domine Iesu aduentus visibiles Ecclesia celebrat, alterum misericordie, alterum iusticie, qui ad vltimum referuatur diem. Primus autem aduentus misericordie fuit, qui in Euangelio nobis depingitur. Nam in hac misericordia quam Deus mundo contulit, cum in carne visibili coram illo apparuit; multas ego misericordias considero, nec vnam solam. Et ideo dicitur venisse per montem Oliueti. Oliua enim misericordiam refert: cum oleum blandum ac lenituum sit. Per montem ergo misericordiarum venit: quoniam non vnam misericordiam, sed acerbum magnum, ac montem misericordiarum secum fert. Pater misericordiarum, vocatur à Paulo, Pater Domini nostri Iesu Christi. Non vnus dumtaxat misericordie, sed multarum autor est: quoniam in hac misericordia, qua misit filium suum nobis hominẽ factum: omnes alias misericordias inclusit, & quasi in compendium redegit. Sicut enim in ipso Deo omnes perfectiones posibles eminenter continentur, ac clauduntur, sic in hac misericordia, omnes alie eminentia quadam complectuntur. Vnde de eo recte dici potest quod Isaac filio suo dixit. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Sicut enim in agro pleno herbarum inueniuntur odoriferæ flores ac suauis, & simul asperæ, atq; insuauis: sic in Christo Domino odores ac suauitates cœlestes inueniuntur, & quidquid asperũ & insuauis inuenitur in terra. Nam in quantum Deus omnia bona cœlestia secum adfert, in quantum homo omnibus nostris miserijs subditus fuit. Sic homini necessarium erat, vt sicut varietas, ac diuersa miseriarum suarum erant, sic diuersorum generum medicinarum ei applicarentur; ac proinde multarum essent misericordie, quæ suis accommodarentur miserijs, vt sic nullus esset vulnus in eo quod curari non possit, nec valeret iã propheta dicere. Incurabilis plaga tua. Has ergo hominis miserias simul cum Dei misericordijs illis applicatas, in præsentis Euangelio inueniemus depictas, si attente illud audiamus. Septe ergo miserias habebat homo an-

3. Cor. 1.

Genes. 27

Hierem. 30

Malac. 3.

tẽ Aduentũ Christi, quæ per septẽ illas mulieres significabatur de quibus Esa. dixerat. Apprehendent septẽ mulieres virũ vnũ dicentes. Panem nr̃m comedimus, & vestimentis nostris operiemur: tãtũmodo innocetur nomen tuum supernos aufer opprobrium nostrum. Oportebat enim vt omnes istę miseriarum apprehenderent Christũ; quatenus opera nostra aliquẽ corã ipso Christo haberent valorem. Nam quauis homo sine Deo posset indui vestib⁹ suis, & vesci pane suo, hoc est, nonnulla opera moraliter bona operari: tamen nec concipere, nec parere benedictionis fructum absq; hoc viro nr̃pẽ Christo valebat. Hoc est, opera vitæ æternæ meritoria, absq; meritis Christi omnino ædere nequebat. Igitur prima miseria hominis in qua ante Christi Aduentũ stabat erat siccitas. Quoniã animę ariditatem ariditẽ squalebãt, absq; rore cœlesti, aut villo gratiæ humore. Hinc enim Dauid clamauit dicẽs. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Expectabãt quippẽ homines hũc rorem cœli, hoc est iustũ, istum Christũ, quẽ nubes è cœlo deberet pluere. Vt ergo huic miserie succurreret Dñs Christus, venit superabundanti aqua plenus, qua animas ariditate, ac siti deficientes irrigaret. Venit Christus per aquam & sanguinẽ, ait Ioannes, nõ in aqua solũ, sed in aqua & sanguine. Vtrumq; quippẽ è latere Christi profluit: quia & de ipso scriptũ erat qd deberet venire sicut imber super gramen, Vel sicut imber se rotinus, aqua de Mayo, qui dat semen sedenti, & panem comedenti. Id est, qui in tempore necessitatis venit. Vnde Luc. cap. 19. Cum hunc ingressum in Hierusalem refert, ait: quod videns Iesus ciuitatem fleuit super illam. Cæpit aridam irrigare terram cœlesti rore, per canales suorũ oculorum effuso. Quæ erit sic obdurata terra, quæ hac non molitur aqua? Quod ita lapideum cor tali rore perfusum, non eliquescet? Gutta vna aquæ lapidem cauare potest, & tot Saluatoris lacrymæ cor hominis perforare non sufficient? Quia audis alterum tibi cum lacrymis narrare infortunia sua, tu etiã lacrymas exprimis, & lacrymãtem Christum respicis, & quasi lapis immortuus persistis? Lacrymas illas cõsidera, à diuinis oculis effusas, quæ ex in tero charitatis ardore prodeunt, & cor lapideũ emolitur saltim, & carneũ illud sicutus istĩ efficiãt, vt in illo possit, vel sciat illa huius ignis diuini accendi. Vidẽs Iesus ciuitatẽ fleuit super eam. Cõtẽplare etiã obsecro super abundantem misericordiam. Nam inter homines tunc index compatitur reo, quando delictum multis iam transactis diebus commissum fuit; ita quod iam plenẽ obliuioni mandatum est. Ceterũ cum in fragranti delicto apprehedit eum, cum suffodientem domum latronem offendit; tunc nullis expectatis iuris terminis in illum legis sententiam exequitur. Sed, õ ineffabilem Dei misericordiam, omnium hominum superantem pietatem. Cum homines plus contra Deum insaniebant peccata, peccatis addendo, cum idolatræ, blasphemie, fures, homicidæ, ceterisq; conferti vitijs erant, cum eorum scelera Dei iustitiam maximẽ interpellabant, clamorq; facinorũ ad aures Dei ascendebat: tunc cum in eos potius seuerẽ animaduertere debuisset, eis cõpatiens lacrymas fundit. Videns Iesus ciuitatẽ, fleuit super illam. Videns iniquitatem & contradictionem in ciuitatem, hoc est, cum homines inter se intestinis bellis maximẽ seuebant. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus, & quando omnia rapinis ac iniquitatibus plena eiãt, & plateæ prædonib⁹ abundabant: tunc vidẽs Iesus ciuitatẽ, fleuit super illã. Vt vel sic agnoscas quãta siccitate anima tua arefcebat, quanta durities cordis tui erat, quã magna peccatorum tuorum grauitas: quoniam vt emoliretur cor tuum, vt irrigaretur siccitas animæ tuæ, vt peccata tua deleterentur: lacrymæ ipsius Dei necessariæ fuerunt. Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Ecce primam miseriam. Secunda miseria fuit captiuitas. Anima quippẽ peccatoris ancilla peccati fuit, secundum illam Pauli sententiã: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Peccata quippẽ sic animam vinculis suis ligatam tenent, vt ad nullum opus bonum moueri queat, ita vt postquã Deus afflauerit illi, & suæ præuenientis gratiæ rore perfuderit, adhuc ad illum conuerti non poterit, aut moueri, nisi vincula ipse Deus soluerit. Sic enim & Psalmista aiebat: Funes peccatorũ circumplexi sunt me. Hanc captiuitatem in suis lamentationibus deplorabat Hieremias, cum dicebat: Tradita est in captiuitatem filia Sion, id est anima fidelis, & palchritudo eius in manus inimici. Huic ergo miserie succurrit hodie Dñs hac secunda misericordia. Nam cum peccatorem aspiceret, non posse se à vinculis illis expedire etiã si vellet: misit duos de discipulis suis vt illum soluerent, sic enim ait Euangelista: Tunc misit duos de

Esa. 4.

Psal. 142

Ioan. 7.

Deu. 32. 60

Esa. 55.

Luc. 19.

Tom. II.

discipulis suis, &c. vsq; soluite, & adducite mihi, &c. Petrum, & Ioannem Apostolorum principes misit ad soluendũ illos: quoniam hoc est præcipuũ munus Ecclesiæ soluere bestias, hoc est, peccatorum animas, & Episcoporum, Legatorũ, & Principũ Ecclesiæ, soluere bestias, hoc est, peccatorum animas à peccatorũ vinculis absoluerẽ, captiuas portas aperire, & vitiorũ vincula constringere. Ad hoc enim duas accepit clauẽs; alteram potestatis, alteram sciẽtiæ, hoc est, iurisdictionis & sapientiæ, ad sciendũ discernere inter lepram & lepram, quæ in his duobus discipulis, tanquam in typo quodam adumbratæ sunt. Nam in Petro potestas, in Ioanne sciẽtia designatur. Hoc ergo munus Principum, ac Gubernatorum Ecclesiæ est, in quo se præcipuẽ exercere debent: in soluendis, scilicet, peccatoribus à præsepio vitiorum administrando eis Ecclesiæ Sacramenta, quorum virtute soluuntur. Sed proh dolor! O rem perpetuis descendam gemitibus. Deditur hodie Ecclesiæ maiores ministri animas à peccatis soluere, cum sit proprium eorum munus. Non inuenietis quĩ vel vnam animam soluat. Nam Sacramenta administrare pudet, quod ipsi Angelis honorificum maximẽ videretur: cum tamen aliena munera sibi vsurpare non pigeat. Aliena per se exercent; propria alijs committunt. Alios ad propria officia sua locant, & ipsi ad exercenda aliena locantur. Saltem ne rubigine clauẽs nigrescerent per non vsum: deberet illorum officia exercere. Sed attende quid dicat. Si quis vobis aliquid dixerit dicite, quia Dominus his opus habet. Hoc est si forte peccator ipse vitijs assuetus reclamauerit, ac dixerit, se recte habere ad præsepem vitiorũ, cibumq; illum iam sibi fecisse proprium, & ideo nolle ab illo solui: dicite illi: Quia Dñs his opus habet. Nullus habet verũ & naturale animæ Dominum, nisi solus Deus. Non diabolus, non mundus, non peccatum: Isti enim non sunt veri domini, sed tyrannicẽ vsurparunt sibi animæ dominium. Verus te vocat Dominus, nullam tibi facit iniuriam. Nollis reclamare, peccator, ne à vero Dño ius suum tollere videaris. Sed aduerte, quod Dominus non præuenit eos, dicens: Si iumenta ipsa restiterint, & recalcitrare ceperint, nec se soluere permittat, hoc debetis facere: quoniam nunquã id visum est, qd bestia ipse resistat ijs, qui volũt eas è iugo soluere, quinimõ ipse ad hoc se adiuuant, inclinantes capita sua. Sed in hoc

simile.

Psal. 54.

Tom. II.



hoc peccator in sensibilitate bruta ipsa anima excedit, quod cum praesepio vitiorum, ac diaboli sit altractus, Deo volenti illum solvere resistat, recalcitret, hinniet, naribus perfleat, consilium danti irascatur, dicenti quod debet restituere, aut a concubina abstinere, si vult saluari, contradicat, oranti ut iniuriam dimittat, iniuriam faciat, denique peiores bestijs ipsis existit. Quod si dixeris eis, Quia Dominus his opus habet: respondet, Se alium non cognoscere Dominum, nisi voluntatem ac appetitum suum. Avaritiam, ambitionem, delicias suas. O stupidas mentes! O insensibilia corda! O plus quam brutalem amentiam! Vide a quibus, & ad quae te reuocat Deus. A vitiorum stabulo, in quo tanquam iumenta volutabaris (sicut quidam Propheta de peccatoribus dixit: Computruerunt sicut iumenta in stercore suo) ad atria sua, in quibus melior est dies vna super millias. A diaboli praesepio, a quo semper famelicus discedis, ad Dei mensam, & ad Angelorum panem. Ab aquis mortui huius mundi, ex quibus qui biberit, sitiet iterum: ad aquas viuas coelestes, a quibus qui gustauerit, non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons aquae viuae salientis in vitam aeternam. Haec secunda miseria, ac misericordia est. Tertia miseria fuit nuditas, Andan los pecadores en tierra, sine virtutum ornamentis, nam has tollit ab eis diabolus, sicut visum est in homine illo, qui incidit in latrones, quae spoliauerunt fures, & semiuiu reliquerunt. Cui miseriae hac misericordia occurrit Dominus, quod Apostoli vestimenta sua posuerunt super iumenta. Nam illis vestibus, quibus Dominus Apostolos suos decorauit, his ornat peccatores. Haec sunt virtutes infusae, Fides, Spes, Caritas, simul cum Gratia, & Spiritu sancto, & alijs donis coelestibus, ac virtutibus, quae has consequuntur. Sic enim & Dominus discipulis suis dixit: Sustinete hic, donec induamini virtute ex alto. Possunt etiam per has vestes Apostolorum ceremoniae Ecclesiae intelligi, quae plurimum decoris ac ornatus Sponsae, hoc est Ecclesiae, addunt. Haec quippe etsi non scripto, tamen vetustissima traditione ab Apostolis ad nos de manu in manu deriuatae sunt, vestiuntque & ornant Ecclesiam. Plus utilitatis, quam oneris adferunt. Plus ponderis habet pulchritudo, quam Sponsae addunt, quam sit labor, quem in eorum exercitio consumimus. Verum est, quod multi male his ceremonijs vtuntur. Nam sub his Apostolicis vestibus voluit sua idola tegere. Quoad modum

Isa. 1.

Luc. 10.

Rachel sub stramentis camellorum abscondit idola sua, sic isti sub his vestibus ac ceremonijs, sub ieiunijs, obseruantijsque; Ecclesiae suae tegunt peccata, avaritiam, ambitionem, ac alias humanas cupiditates, quae non sibi, sed iustis omnino debebantur, quibus & homines seducunt, & sanctitatis sibi nomen falso acquirunt. Tamen non ideo haec sacrae ceremoniae damnatae sunt. Nam hoc vitium non est earum, sed eorum, qui pessime ad suas mundanas intentiones illas adducunt. Illae quidem bonae sunt, hypocrita abutitur illis. Quare cauere quilibet debet ne has sacras ceremonias contemnat: ne forte aliqua ex Apostolorum vestibus rumpat, nec irreligiose tangere praesumat, has enim illi nos docuerunt, atque de manu in manum ab eorum seculo, usque ad nos deueniunt. Quarta miseria fuit vilitas, quam propter peccatum contraxerat homo. Post peccatum quippe contemptui est habitus homo: creaturae etiam vilissimae aduersus illum reuelauerunt, & qui antea omnibus nomina imposuit, & ipsae creaturae illum tanquam Dominum agnouerunt (proprium quippe dominorum est nomina mancipijs imponere, ut Rex Babylois nomina captiuorum immutauit.) Qui ergo tanquam dominus rebus omnibus nomina dabat: nunc ab eis fugit, & abscondit se. Et mulier quae intrepidè loquuta cum serpente est, nunc murè, & lacertulam fugit. Sic enim contemptibiles post peccatum remansimus omnes, ut culices bellum nobis inferre audeant. Vnde & Sapiens dicebat: Miseros facit populos peccatum. Et Hieremias ait Thren. 1. Vide, Domine, quia vilis facta sum nimis. Et Dominus per quendam Prophetam dicit: Quam vilis facta es, iterans vias tuas. Quare & David clamabat, dicens: Miserere nostri, Domine, Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. Misertus est ergo Dominus huius humanae miseriae, quia illum indignitate omnibus Angelis pratulit: quoniam non super thronos hodie sedens Dominus ciuitatem intrat Hierusalem, sed sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Hoc est, super humanam naturam, per quam alijs bestijs similes homines, secundum genus efficitur. Nam, ut ait Paulus, nusquam Angelos apprehendit: sed semè Abraham apprehendit. Hoc est, hanc bestiam id est, carnem nostram oneratam miserijs. Nam licet onus peccati non sustulit: miserijs tamè quae consequuntur sunt ad peccatum suscepit, hoc est, quod vehementer Sponsa exoptabat, cum dicebat: Quis mihi det te fratrem meum, suggeret vbera matris meae;

Genes. 31.

Prover. 14. Thren. 1.

Psal. 22.

Hebr. 1.

Cant. 6.

VI

ut inueniam te solus foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat, fratrem desiderat eum. Fratres enim dicantur, qui ab eadem progenie descendunt. Desiderabat Salomon, illius libri auctor, ipsum Deum fratrem suum, id est, filium David Patris sui, & Abraham aui sui. Capiebat vehementissimè legere initium Euangelij secundum Matth. Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Suggeste vbera matris meae. Gestiebat eum videre infantulum vnus diei, in vlnis pudoratae puellae suggeste vbera matris, ac virginis lactis pauculas guttulas expectantem, ille per quem nec ales quidem esurit. Ut inueniam te solum, non vnquam Patrem, aut Spiritum sanctum, sed filium. Assumptio quippe humanitatis ad filium terminata est, solus enim filius carne humana indutus est, non Pater, aut Spiritus sanctus. Foris, hoc est, extra diuinitatis lacubulum, nobis ut appareas visibilis. Et deosculer te. Per oscula mutua fit communicatio spirituum per vniõnem hanc mirabilem cum persona diuina nostrae naturae fuit communicatio facta idiomatum, & proprietatum. Dicitur enim homo Deus immortalis, aeternus, omnipotens. Dicitur autem Deus homo mortalis, passibilis. Nam ibi solum est vna persona, & vna hyposthasis, scilicet persona Verbi: actiones autem philosophi omnes personae & supposito attribuunt, non naturae. Desiderium ergo Sponsae est, Deum deosculari, id est, tali vniõne ei vniri, ut communicentur diuina humanis, & humana diuinis. Et sic fiet, ut iam me nemo despiciat. Iudaei & Angeli ipsi iam hominem venerantur, maiorique prosequantur amore. Tremunt enim videtes Angeli, versa vice mortalium. Vnde cum Ioan. Euangelist. vidisset Angelum, pronusque voluisset eum adorare, prohibuit eum, dicens: Vide ne feceris conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Frequentioremque familiaritatem habent iam cum hominibus Angeli, quam Angeli, ut patet in Nouo Testamento, & in multorum actibus sanctorum. A deo per hanc diuinam vniõnem nostra natura prouecta est, ut dicat D. Augustinus in lib. de Praedest. sancto. Praedestinata est natura nostra in Christo: tam excelsa & tam sublimis euectio, ut quo altius attolleretur, non haberet. Sed dices: Cur Deus peccatores, qui bestiae sunt, solvere iuberet, si ad huc ligati se iouice mordere nitentur, & inter se dissidebant? Quid facient cum solutos se viderint? Sed tamen aduerte, quod Deus vult peccatores solui a praesepio diaboli, sed

Apo. 22.

August.

Tom. II.

colanis suae Ecclesiae ligari, solui a peccati, & mundi legibus, sed ligari Christi mandatis, quae praecipua charitatis sunt. Sic enim & Dominus per Prophetam dixerat: In funiculis Adamae traham eos, in vinculis charitatis. Nullum enim arctius vinculum charitate, qua teneantur homines ne inter se dissideant: nam ideo illam vocat Paulus vinculum perfectionis. Soluit ergo homines a Gentilitatis iugo, ut subdat Ecclesiae obsequijs. Quod & Iacob de Iuda vaticinatus fuerat, dicens: Alligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, o fili mi, asinam tuam. Vitis haec Christus Dominus est, ut ipse de se dicit: Ego sum vitis vera. Vineam autem Ecclesia Dei, secundum illud Esaias: Vineam Domini Sabbahot, domus Israel est, id est videndum Deum per fidem, quae est in Ecclesia. Voluit ergo Dominus peccatorem sibi ac Ecclesiae lux vnire, quod est & vineae & vitis eum alligare. Impossibile quippe est vitis vniri quin & vineae vnitus sit: quoniam vitis non inuenitur extra vineam. Non poteris Christo vniri, nisi etiam Ecclesiae suae vnitus sis: quoniam extra Ecclesiam non inuenitur Christus, sed Antichristus. Nam extra Ecclesiam nulli vnquam potuit parere salus. Quare Dominus dicit: Simile est Regnum caelorum decem virginibus, quae exierunt obuiam Sponso, & Sponsae. Impossibile quippe est Sponso obuiam ire, nisi etiam Sponsam simul cum illo recipias: quoniam indiuiduus comes illius est, nec vnquam ab illa separatur. Quare nec Christus sine Ecclesia, nec Ecclesia sine Christo inueniri possunt. Sponsam sanguinum vocat eum Sponsa. Si ergo nec mors ab illa illum separare potuit, quis valebit illos ad inuicem separare? Ecclesiae ergo suae vnit populum Gentilicum ab idolatria separatum. Vnde Christus cum suis discipulis obuiam his iumentis venit: quoniam neminem Christus recipit sine discipulis suis, qui significant fidelium congregationem, ex quibus Ecclesia consistit. Per Ecclesiam debet peccator ingredi ad Christum, qui in illa est. Illa quippe est ianua, ipsa clauis habet Regni caelorum. Valeant ergo cum suis erroribus haeretici, fanatici, diabolici, qui extra Ecclesiam Christum quaerunt, cum foris inueniri nequeat, nec vitis extra vineam sit, aut Sponsus hic sine sua Sponsa, nec extra hanc arcam Noe aliquis poterit saluus fieri. Quinta miseria fuit mali habitus ac consuetudines, quae ex peccato relictae sunt. Nam bestiae, quas serui ad aquandum vehunt, male se postea gerere solent, cum illis infideliter seruis, quia

Osea. 1.

Colos. 3.

Genes. 49.

Ioan. 15.

Esai. 5.

Mat. 25.

Exod. 4.

1. Petr. 3.

Simile.

v 2



quia malè asluefecit eas, idem de equo, cui ignarus equestriis artis eques insidet. Sic male asluefecit peccator malos habitus inducit, nec planè pedem figit: quia nò simplici- ter ambulat, sed sublimis agens oculos, su- perbè & arroganter incedit. Quarè cum ex prauo habitu operetur, ferè omnia opera sua mala sunt, & omnia absq; merito pereunt, si in reatu aut actu peccati mortalis sit. Huic miserix succurritur, cedendo ramos de ar- boribus: hi enim rami sunt pessimæ consue- tudines, quæ ex radice vitiorum procedunt, quarè oportet vt siccos ramos animarum tuarum, vel amputes, vel amputari permittas. Nam sicut aridi arborum rami feriunt eos, qui in arbore colligere volunt fructus, & impediunt alios ne fructificent: sic pessimæ consuetu- dines animam vulnerant, ac fructum bono- rum operum cõmuniter impediunt. Opor- tet ergo hos ramos siccos cedere, & ampu- tare. Et ad hoc venit Dominus Iesus in mun- dum falcem putatoriam in manibus habens, nempe vt doctrina ac increpationibus suis pessimas vitiorum cõsuetudines amputaret. Ideo quippè de Lege gratiæ dicitur: Tem- pus putationis aduenit. Proprium tempus amputandi vicia nunc est. Est enim tempus acceptabile: quia iam securis ad radicem ar- boris posita est. Quod si permittis vt isti infru- ctuosi rami in te excidantur; toti arbori par- cet Deus, alioquin clamat Propheta, dicēs: Succidite, succidite arborem: Quarè vos, o veri Christiani, dehortor, iterumq; obnixè dehortor, vt non prædicatoribus aduerse- mini, nec eius increpationibus irascamini: quoniam si non permiseritis, vt à vobis hos vitiosos mores amputemus: omnes aduer- sum vos clamabimus in cœlū dicentes: Suc- cidite, succidite arborem istam infructuosam, imò & damnosam, vt quid enim terram oc- cupant? Propter hoc enim infirmus patitur sectionem membri, ne totū corpus corrup- tatur, & pereat. Et ob hoc vos indignari de- betis, his qui succidere putridos mores suis increpationibus satagunt, etiam si vobis do- lorem incutiant? Alioquin omnes similiter peribitis. Falces amputatoriæ sumus, aridos ramos excidere volumus: si id vestra sit vo- luntate manebitis, alioquin radicitus à Deo exterminabimini. Ad hoc enim misit Deus Ionam in Ninivæ, vt prædicatione sua Ni- nivitarum putaret vitia, & sic salui fierent, vt & factum est. Sexta miseria est horū ma- lorum habituum radix, quæ est fomes hæc peccati, hoc est, pessima carnis propositio ad

Cant. 2.
2. Cor. 6.
Matth. 3.
Dani. 4.
Luc. 3.
Ioan. 1.

terrena, quæ animam opprimit, atq; cum ad cœlestia eleuari nititur, illam cogit terrena cogitare, præcipitemq; è tertio cœlo solet illam agere, in imas terrarum curas. Quid ergo faciendum? Debet ne fomes hic radi- citus euelli? Absit. Imò oportet qd maneat in nobis hic Amorrhæus, vt nos otiosos viuere nò permittat, sed habeamus domesticos ho- stes, quibuscum bella gerere quotidiana cogamur. Ob hoc enim reliquias Amorrhæo- rum dimisit Deus inter filios Israël: vt in il- lis erudiret illos, remanserunt tamen illis subiecti. Sic hostis hic noster familiaris ac domesticus remaneat, oportet, etiam in ius- tis viris: tamen deuictus, dedititius noster. Hoc enim significauit factum horum homi- num, qui vestimenta sua prosternebant in via, vt illa transeuntes pesundarēt. Sic cum carne hac nos debemus gerere, secundum il- lud Pauli: Castigo corpus meum, & in serui- tatem redigo. Et sic adimpleatur quod Do- minus dixit ad Chaim: Subter te erit appe- titus tuus, & tu dominaberis illius. Et illud quod filijs Israël promisserat, dicens: Omnis terra quam calcauerit pes vester, vestra erit. Corpus autem nostrum terra est, cui à Dño dictum est, Terra es. Si ergo Dominus tui corporis vis esse: calca illud spiritui seruire coge, & sic tuus erit. Septima miseria fuit, quoniam peccatum indignum hominē red- didit ad laudes decantandas Deo. Scriptum quippè est: Non est speciosa laus in ore pec- catoris. Et per Psalmistam dicitur. Quarè tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meum per os tuū, Para q̄ me tomas en la boca. Nunc autem huic miseria obuiam itum est, cum peccatores in Dei laudibus ora sua ru- perunt. Nam turbæ quæ præcedebāt, & quæ sequebantur clamabāt, O sanna in excelsis, benedictus qui venit, &c. Intellectus est, qui præcedit voluntas sequitur illum: nam volun- tas est potentia cæca, quæ tamen intellectus illuminat, et el entendimiento el paje de hacha que va delante. Oportet ergo vt ambo pari passu currant, & in eodem puncto ac conso- nantia cantent, alias dissonas & inconcin- nas voces emittent, musicaque auribus displice- bit. Id est dicere. Quod si intellectus rectè intelligat, voluntas etiam rectè amet. Si in- tellectus benè intonat, voluntas itidem benè cantet. Nam si rectè intelligis quis sit Deus, & quanta illi debeas quæ sint bona quæ tibi pparata habeat, & nihilominus voluntas tua terrena cupit, incōcinna voces emittis, nec in eodē puncto intellectus & voluntas canūt. Nam

1. Cor. 9.
Genes. 4.
Deut. 11.
Genes. 3.
Eccles. 15.
Psal. 48.

Nam intellectus superiorē intonat vocem, quæ dicitur, La, & voluntas infimā, quæ est, Vt vnus alte, alter submisit cantat, nò Dei auribus talis musica placet. Præuolat intel- lectus (ait August.) & sequitur tardus, aut nullus affectus. Vnde & Paul. ait: Qui cum cognouissent Deum (ecce turbæ præceden- tem) non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt (ecce sequentem) Cum ergo intellectus & voluntas pari passu currant, & id quod recta fide in effectus credit, id vo- luntas libentissimè exequitur: iam septimæ huic miseria occurrunt, & turbæ præce- dentes, & sequentes, O sanna clamant. Sic qui præcellerant nos sancti primitiua Ec- clesiæ, submisit in verbis, alte in operibus concinebāt. Nihil enim proprium habebāt, sed omnia sub Apostolorum pedibus pone- bant, & quotidie sicut ones occisionis morti tradebantur: & tamen, cum sic eleuarentur in operibus submisitabantur in vocibus, & dicebant. Serui inutiles sumus, quod deli- mus facere, fecimus. Nos autem in concinis vocibus canimus, qui sequimur illos: quo- niam in verbis magnifici, in operibus pau- peres sumus. Nam non damus nostra, sed aliena surripimus, nec nostra communia fa- cimus, sed aliena propria: & tamen volumus tanquam sancti venerari, nec prædicatori auscultamus, nec alicui assentimus, vt aliter de nobis sentiat, aut loquatur. Illi media nocte surgebant ad confitendum Deo, & hytnos ante Lucanos concinebāt Christo, vt Plinius Iunior, cum apud Cordubam of- ficio Prætoris fungeretur ad Traianū scri- psit: nunc, autem qui prouentus Ecclesiæ ex ouium feturis accipiunt, in lectulis ebur- neis ac delicatis dormiunt, & alios ad hæc ministeria mittunt. Illi pro Christo mortem appetebant, vos autem alter alterum occi- distis. Quod si nò semper opere, saltem af- fectu: nam scriptum est: Qui odit fratrem suum homicida est. O quam dissonæ voces, quam parum conuersa est musica. Deberemus sequi prædecessores nostros, & perse- quimur illos, & nihilominus eorū præmijs nos participes, esse speramus. Nosmetipsos fallimus, & mentimur in caput nostrum. Idem de religiosis qui modò sunt, & de his qui eos præcellerunt, poteris dicere. Hæc quæ hucusq; dicta sunt, cõmunia esse possunt, tam propria Dominica Aduetus, quam pro Dominica in Ramis: sed quæ se- quuntur propria erunt Dominice in Ra- mis palmarum. Turbæ autem quæ præcedebāt,

August. Rem. 1.
Ecc. 17.
Plinius Iunior.
1. Ioan. 3.
Alia moralitas seu cœlo.

qua sequebantur, clamabant, O sanna. Non inuenio in toto anni circulo diē sic mysterijs abundantē, sicut iste. Nihil in eo via eo, quod nò oleum scaturiat, ac pinguedinem, benedictum oleū, medicinales vnctiones in animarū salutem ac medicinā. Salus autem non quæcunq; hæc est, sed excelsa, cœlestis, motuosa, & alta, quæ tota hæc turbæ popos- cit. Salutē tribue, salua nos in excelsis: ta- men non temporale salutem poscimus (hæc enim non tanto clamore digna est) sed altā, ac æternam quæ mens oliuarum significat. Nempe supernam, ac læticia superfluentē vnctionē. Quid amplius in hoc sacro diē vi- debis? Processionē scilicet, ac passionem in vna læticia, in alia tristitia. Quod lætum est breue, quod triste prolixum est. Omnis populus læticia plenus, floribus coopertus ac- clamando Regnum Dauid, gloriam cœlis, terræ pacem precando, prospera huic Regi augurando, salutem cœlestem ab illo postu- lando, benedicentes illi, ac proficētes ipsam Domini vices in terris gerere. In medio autē tāti gaudij, tāti triumphij, fleuit Dñs Iesus. Videns enim ciuitatē fleuit super illam. Illi cantando, Christus plorādo incedunt. Ob- ortis lacrymis, ac gemendo mala, quæ illi ciuitati imminēbāt præueniendo deplorat. Omnia mysterijs scatet, omnia oleū ac pin- guecinem manare vidētur. Cæterum operet, vt prius oliuas in suis ramis conspiciamus, deinde oleū quod in illis est exprime- mus. Historiam prius referamus, quæ oliuis plena est, postea mysteria, quæ ibi cõtinen- tur, explicabimus. Cū appropinquasset Iesus Hierosolymam, & venisset Bethphage. Usque in hanc diem occultauerat se Dñs ab eo die quo decretum est à senioribus, vt illum occi- derent. Ab illo ergo die, vt Ioan. ait, non in palam ambulabat Dñs. Nocte antea cõ- nauit in Bethania, vbi Lazarus ab eo resuscitatus, vnus ex discumbētibus erat. Ibi de- creuit venire in Hierusalē hodie, vt fortiter occurreret morti, & se volūtariè pati ostenderet, secundum quod Esaias prædixit erat, di- cens, Oblatus est, quia ipse voluit. Et vt ea quæ de eo scripta & adumbrata erant, om- nino adimpleret, & qd agnus ille Paschalis (qui in Paschate immolabatur, in memoriā egressionis ex Agypto, quando percussit Dominus primogenita Agyptiorum, par- tens filijs Israël, qui vtrunque postem do- mum suarū sanguine agni immolatiij in- tingerant) agnus, inquam, ille qui quæ die- bus antequam immolaretur adducebatur in ciuitate

Ioan. 11.
Esai. 53.
Exod. 12.



ciuitatem plenus ramis & floribus, magna cum letitia, & cantibus populi. Sic Dñs qui uerus est Agnus, qui ablutit peccata mundis quinque diebus ante mortem suam, cum ramis & floribus receptus est in Hierusalem. In cuius nomine & Etaias praxiderat: Et ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam. Hierusalem autem Metropolis totius populi Israelitici erat, in qua ciuitate Dauid sedē Regni sui tēporalis habuerat. Ibi thronū Regni sui spiritualis uoluit ponere Christus filius Dauid, nam Regnū tuū spirituale morte sua cepit: thronus ac sedes fuit Crux, secundum quod & Psalmista praxiderat: Dicite in nationibus, quia Dñs regnauit a ligno. Et tunc adimpletum est quod Angelus Gabriel ad Mariam dixerat: Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid Patris sui, & regnabit in domo Iacob in aeternum. Non in domo Iacob carnalis, qui dixerat: Nolumus hunc regnare super nos, & non habemus Regem, nisi Caesarem; sed in domo Iacob spiritualis, qui cum carne & diabolo luctatur, & lucem uidet, & a Deo benedicitur. Super hunc enim regnat Christus, nunc per fidem, tunc autem per apertam uisionem. Et cum uenisset Bethphage misit duos discipulos. Cum liberare uoluit populum suum a seruitute Aegyptiaca, duos misit, nēpē Moysen, & Aaron, & ad explorandam, & peragrandam terram Promissionis duos misit, Iosue, & Caleb: ad praxdicandum duobus populis, Iudaico scilicet, ac Gentilico, duos etiam misit, Petrum uidelicet, & Paulum. Sic modō duos mittit, ut duos ad se populos trahāt, Iudaicum per asinam assuetam iugo significatum, uapore qui iugum Legis super ceruices tulerat: & Gentilicum per pullum indomitum adumbratū, qui nunquam Legi subiectus fuerat. A monte autem Oliuarum mittit illos, ut ab eo loco iam uñctiones suas eis mitteret, quibus iugum Legis, ac peccati computresceret, secundum quod per Esaiam praxdicitum fuerat, cum dicit: Computrescet iugum a facie olei. Vnde & eis dicit: Soluite, hoc est, ab onere Legis, ac peccati eos liberate, & ad me adducite. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite, Quia Dominus his opus habet, Dominum se uocat, & ab hoc Oliuarum monte suum Imperium cepit: quoniam ex eo quod oleum sanguinis sui super uulnera nostra effudit, Rex super omnes constitutus est, & sic acclamatur a turbis. Quare tunc tēpore passionis indutus est veste Regia, & corona spinea redimitus: quae licet illi

Esai. 53.

Luc. 1.

Genes. 32.

Esai. 10.

spinea fuerit, nobis tamen rosea ac delitiosa fuit. Et sic adimpletum est Zacharia uaticinium, quo dixit: Ecce Rex tuus uenit, &c. Ecce Euangeliū. Mysterium hoc, ut praxdiximus, oleo, ac pinguedine plēnū est, in quo oliua illa splendet, quae se dixerat: Ego quasi oliua fructifera in domo Dei, quae omnes tanquā salutarem uictimam spectabant: quoniam antequā ipse ueniret, gemitabat Etaias dicens. Vlnus, & liuor, & plaga tumens, nō est circunligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Nā hoc oleū deerat, usque ad hoc tēpus, quando per montē Oliuarum transiuit uñctus a Patre, qui uerus Samaritanus erat, feturus oleo ac uino uulnera hominis, qui in latrones inciderat. Quare & de eo Esai. c. 61. dixerat: Spiritus Dñi sup me, eō quod uñxerit me ad euangelizandū pauperibus misit me, ut mederer cōtritis corde. Et de hac petra, quae est Christus, dixit Iob: Et petra fundebat mihi riuos olei. Hoc ergo oleum turbae hae posebant, quod simul cū uirtute huius olei dicemus: Consideremus primō Christū a monte Oliuarū procedentem, & cū ramis oliuarū receptum. Hoc mysterium sic Ecclesia hodie in benedictione ramorū nobis pandit, dicens: Tibi in monte Oliueti oliuarum ramis uia cōstrata est. Tu quondā Noe in arca super uindas diluuij gubernasti, & colūba ministerio per oliuam ramum pacē terris reditam nunciare uoluisti. Sed & Iacob Patriarcha ministerium gloriae tuae erigens lapidē, ex huius arboris ramis oleum benedictionis in cacumine tituli infudit; unde uñxisti Reges & Prophetas tuos. Tu enim es Christus Dei, tibi competit fructus uñctionis & pacis, in cuius ineffabilem laudē Psalmista cecinit. Uñxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae, & exultationis prax participibus tuis. A monte Oliuarū processit cū ramis oliuae: quoniam a summa misericordia cepit, & per illam alias misericordias continuauit. Summa autem misericordia fuit, cum homo factus est. Fuit enim hic mons misericordiarum, ut supra diximus: quoniam sua humanitas mons medicinalium facta est, quibus montem nostrarum misericordiarum sanaret. Vnde hanc misericordiam postulabat Dauid, cum Psalm. 50. dicebat: Miserere mei Deus, secundum magnā misericordiam tuam. Hanc uocat magnā misericordiam: quoniam respectu huius, quae Deus homo factus nobis prestatus est, aliae misericordiae ueluti ualles apparent. Nam de illa dicitur: Mons coagulatus, mons pinguis,

Zach. 9.

Psal. 51.

Esai. 1.

Esai. 61.

Iob. 29.

Psal. 50.

Psal. 50.

Psal. 67.

guis. Et totum iter suū, quo mundum hunc peragravit, repleuit oliuis: nam tota eius uita misericordijs fuit plena. Suffecisset quidē, ut hanc coelestem salutem homines in caelis consequeremur; quod ipse homo factus fuisset: uoluit tamen & flere, & ieiunare, & blasphemari, & flagellari, & spinis pungi, & a lapidibus caedi, Crucifigi, & mori: ut totum iter uitaē suae his ramis oliuae seminaretur, & sic multiplici nostrae miseriae mederetur. Ipse etiam sicut columba pacem nobis attulit, ut Angeli in die suae natiuitatis concinebant. Paulus dicit: Pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quae in caelis, siue quae in terris sunt. Et ipse est lapis qui a Patre uñctus est, ut mederetur cōtritis corde, & ab ipso tanquā a capite uñctiones in membra desuerent. Ideo quippe dicitur uñctus oleo letitiae prax participibus suis; quoniam ex eo omnes tales participamus uñctiones. Nam ex plenitudine eius omnes accepimus. Sed in medio huius pompae hic siet Christus, & cantum planctui misceat: quoniam gaudia huius uitaē non pura sunt, sed mixta; plus doloris habent, quā letitiae. Hinc enim & Sapiens ait: Risum reputaui errorem, & gaudium dixi: Quid frustra deciperis? Et alibi: Extrema gaudij luctus occupat. Et ideo prolixior est luctus quā letitia: quia aduersa docent homines, prospera uanos efficiunt. Quare Spiritus sanctus per Salomonem ait: Melius est ire ad domum luctus, quā ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum. Ideo Christus in medio letitiae plorat: nam sapiens prospera potius deslet, quā aduersa. Hinc Iob ait: Vidi impiam firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Statim dicit in ipsa firmitudine: quoniam cito desluit, & maior est calus quā fuit status, ut in ipso Christo post quintum diem apparuit. Quoniam maiores clamores in eius opprobrium idem edidit populus, quā modo in eius laudibus. Sed his omisissis, plorat modō Dominus, non quidem mortem suam, quā summo gaudio sustinuit, sed illius populi calum. Et quidem in die hac, quae ad pacem tibi. Ac si diceret: Nunc pacificus recipior a uobis: sed post quintum diem ad mortem meam acclamabitis, propter quod debebandi estis. Et sicut Ionas indignē tulit, quod hedera siccaretur, quae illi umbram faciebat: sic Dominus deslet illius populi interitum, qui sibi pro

Luc. 1.

Colos. 1.

Psal. 44.

Iohn. 1.

Eccles. 2.

Prouer. 14.

Eccles. 7.

Iob. 5.

Luc. 19.

Iona. 4.

umbra desertiuuit. Nam de illis dicit Paulus, quae sunt umbra futurorum: corpus autem Christi. Sic & Paulus dicebat: Tristitia mihi magna inest, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Deslet etiam Dominus peccata futura in Ecclesia sua, quibus rursus crucifigendus erat. Quod Dominus Ezechiel. 2. 4. terribilibus uerbis sic nobis manifestat, dicens: Fili hominis, scribe nomen Dei huius, in quo confirmatus est Rex Babylonis aduersus Hierusalem. Hoc est, diem istum, in quo diaboli furor confirmatus est in Sacerdotibus, ac Principibus Hierusalem. Nā ab illo die ira percit ac inuidia tabefacti ad se inuicem dicebant. Videtis quia nil proficimus? Ecce mundus totus post eum uadit. Et ad Christum accedebant hodie dicentes, ut inereparet Gentes, quae illum Regem filium Dauid acclamabant, ut tacerent. Scribe ergo diē istum quem populus iste existimat sibi pacificum fore: quoniam pax ista, quam ipsi non agnoscunt, in atrocissima bella sibi conuertenda est. Et dices per Prouerbium ad domum iritaticem parabolam, & loqueris ad eos: Haec dicit Dominus Deus. Pone ollam, pone, inquam, & emite in eam aquam, coque frustra eius in eam omnem partem bonam, femur, & armum, electa, & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea. Effertur coctio eius, & disiecta sunt ossa illius in medio eius. Propterea haec dicit Dominus Deus. Vae ciuitati sanguinum, olla, cuius rubigo in ea est. Per partes, & per partes suas effice eam, non cecidit super eam fors. Ollam dicit ciuitatē illam Hierusalem, atque malitiā eius. Carnes sunt diuersi stat⁹ populi, magnates, ciues, fabri. Pinguissima pecora sunt, & proceres, & maiores, quorum ossibus olla succenditur. Quoniam omnia mala huius mundi ex maioribus ortū habent. Sic enim & Hieremia. 5. dicitur: Ibo ergo ad optimates, & loquar eis. Et ecce ipsi magis fregerunt iugum, ruperunt uincula. Ab illis enim ira, & odium aduersus Christū eruperunt. Vae ergo ciuitati sanguinum. Olla: cuius rubigo in ea est, & rubigo eius nō exiuit ex ea. Sanguis eius in medio eius. Super limpidissimam petram effudit illum. Non effudit illum super terrā, ut possit operiri puluere. Quoniam sanguis Christi, quae effudit, non operiet puluis. Chama quippē

Colos. 2.

Rom. 9.

Ezech. 2. 4.

Hier. 5.



quippè per Iob, & dicit: Terra, ne operias sanguinem meum, & ne inueniat in te locum lateri clamor meus. Et propter peccata publica, quæ inuerecundè, & procaciter ab hominibus coram omnibus committuntur, *son peccados que no los cubre pelo*, vt superinducere indignationem meam & vindicta vleiscerer: dedi sanguinem eius super petram limpidissimam ne operiretur. Per partes & partes eijce illam. Nam prius decem tribus perierunt, & deinde duo capti sunt in Babylonem, & deniq; à Romanis funditus exterminati. Quod si de Ecclesia id vis intelligere, vide quomodo paulatim Regna multa ab Ecclesia deficiant: quod est per partes eijcere illam. Et subdit: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Vide magnam pyram. Fames, bella, pestes, & super omnes tot sectæ, tot hæreses in Ecclesia. Hæc est flamma quæ carnem coquit, & cõburit. Et ossa succenderunt illam: quoniam ex negligentia maiorum hæc mala ortum habuerunt. Congere ossa quæ igne succendam, consumuntur carnes, & cõlumetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. Nam tam carnes, quam ossa illius populi consumpta sunt caribus, fame, cap iuitate. Et tunc Romani ollam plenam ceperunt: quoniam omnes ad diem Paschæ conuenerant. Quod in Ecclesia etiam pluribus in locis videmus. Et subdit: Pone quoq; eam super prunas vacuas, vt incaleseat, & liquefiat æs eius, & conflatur in medio eius inquinamentum eius, & cõsumatur rubigo eius. hoc est, ipsam ollam simul succenderunt: quoniam templum, vasa, res sacras, oia à Romanis deleta sunt: ppter peccatum quod hac die aduersus Christum commiserunt. Et ideo vidensciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Et per Elai. dicit: Heu consolabor super hostibus meis. Quod facile applicare ad Ecclesiam erit, in qua ppter peccata maiorum tot mala videmus. Peccat maiores publicè contra Ecclesiam, cõtra ministros effundit sanguinem Christi, indignè Sacramenta recipientes, publicè sacerdotes contemnes, & expilantes, & in profanas res hæc expedentes. Quod si ossa incendunt ollam, quid faciet populus? Ideo ipsa olla ardet, iam Sacramenta deleta, imagines cõbustas, templa diruta videmus, sacerdotes morti dånatos, Papam irritum, obedientiam eius extinctam. Iam ipsa ardet olla: quid ergo faciendū? Accipere thuribula cum Aaron, & per medias pyras transire, Deū operibus charitatis pla-

Luc. 19.
Esai. 1.

cando: vt ignis furoris eius extinguatur, & clamemus ad Dñm, dicentes: Parce mihi Dñe, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditionem & opprobrium. Et nos etiam aquam, hoc est, penitentiam opera super pyram effundamus. Vnusquisq; suam tior nem, id est, sua peccata inde tollat. Ollam, si possumus, ab igne auferamus, ab occasionebus malorum alter alterum eripientes, vt sic nõ tota ardeat olla, & omnia simul intereat. Sed vltimò oportet. exprimere oleum ex his oliuis. Primum prælatorum officium est populum soluere a suis ignorantibus, ac culpis, & ad Christum adducere, quia Dñs illis opus habet, vt in quibus regnet, & qui sint populus eius (Nam in multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate ciuium ignominia Principis) & quibus ruinas Regni cõlestis adimplet. Hi suis vestimentis, doctrinis, legibus, ac traditionibus populum ignorantem instruere debent, vt dignus sit in quo regnet Christus. Sed væ illis qui cum hæc deberent facere, & ornare iumenta Christo, mauerunt ea facere, & humilia, vt Christum sedentem super ea sustineant: potius ea à virtutibus exornat suis pessimis exemplis, & doctrinis, & ferociores reddunt ac tumidos, ne Christum ac Legem eius sustinere velint. Secundò debemus attendere eos, qui hoc Christi viridario, quod est Ecclesia, veluti olivæ, palmæ, ac arbores pulchræ virtutum fructibus plena floruerunt, de quibus dicit Elai. Vocabuntur in ea fortes iustitiam. Et tunc ramos ab his arboribus cõdimus, cum horum imitamur exempla, in Abraham fidem, in Isaac obedientiam, in Dauide mansuetudinem, in Iob patientiam imitamur, quibus obuiam Christo præcedamus. Vt his lampadibus oleo plenis, tanquam prudetes virgines Sponsum recipimus. Palmam ferant iudices: nam palma nulli ponderi cedit: sic iustitiæ virga recta sit, quæ nec fauore, nec pecunia inclinatur, ob nullamq; causam flectatur. Si alius frangit sceptrum, aut virgam iustitiæ, crimen læsæ maiestatis incurrit. Quid erit si ipse qui tenes, ob humana lucra iustitiam frangis, aut retorques? Diuites oliuas deserant: quoniam pieras, & misericordia erga pauperes in illis lucere debet. Ecclesiastici omnes flores: nam agnus pascitur inter lilia. Os obscenum, manus immunditij plenæ, quomodo sacrum Domini corpus tangere audebunt. Corpus tuum, quod est omnium immunditiarum stabulum, ac cochlea: quomodo Dei reliquarium poterit esse. Ster-

Fron. 14.
Esai. 61.

nerere

nere pallium in via; est corpus quod est anima pallium mortificare, Apostoli lumen tes contritum, quo dicit: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Vel pallia pedibus Christi sabiterne; est pauperes nudos, qui sunt Christi pedes, vestire, cetera necessaria præbere, vt Iob faciebat cum dixit. Si despexi prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absq; vestimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Et hoc in via, hoc est, dum viuimus, non peracto vitæ itinere. Vestes exuersæ & prosterne; est pessimas relinquere cõuetudines, iurandi, mentiendi, proximos decipiendi, & a nobis longè proijcere. Ecclesiastici autem debent præcedere alios cum ramis honorum operum, & Christum comitari, vt sic minores post se rapiant, sicut Abinelech fecit. Qui caruit ramum, & alij qui comitabantur fecerunt similiter. Nam cum hos ramos virtutum maiores in manibus habuerint, reliqua malitudo illos imitando sequetur. Et properabant omnes post Iesum clamantes, Olanna in excelsis. Quam salutem ipse nobis tribuat, qui cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum regnat. Super illud autem, Ecce ex tuus venit tibi mansuetus. Considerandum est quod ad Regem maximè pertinet vt competens habeat benignitatem, secundum quod docet de Seneca de Clementia libro. 1. Apes, inquit, iracundissimæ, ac pro capiti corporis pugnacissimæ aculeos erant effusos in vulnere relinquunt: Sed solus Rex earum aculeo semper caret. Natura enim ei telum retraxit, & iram eius in eum reliquit. Ex quò hoc est naturale prodigium, eo magis Regibus est exemplum. Vnde Polycarpus lib. 4. cap. 8. recitat de laude Traiani, quod ad miserendum calamitosis, quasi naturali pietate agebatur instinctu quodam naturali. Clemens in omnes, seuerus in paucos, in illos videlicet quos incorrigibilis vitiū fecerat virtutis extorres. Vnde cum vnus Senatorum, qui in crimen læsæ maiestatis lapsus fuerat, eo ignorante, supplicio debito plecteretur: Imperator nihilominus iustitiam exercitans absq; clementia ægrè tulit, prohibuitq; ne de cetero iudicium simile sumeretur, hac vsus similitudine. Insanus, inquit, est, qui cum lippientes oculos habeat, eos tamè mallet effodere, quàm curare. Res enim ait, optima est non sceleratos, sed scelera fuditus extirpare. Nã & vngues quantum fuerint acriores, non auellendi

Esai. 3.
Iob. 31.
Iud. 4.
Alia moralitas.
Seneca.
Polycarp.
Similia.

penitus sunt sed reseccandi. Sic etiam ciuitates, alijq; tiberines, multa cõstentia iecurant, quomodo ab erantibus horum vitium cohibeant & compescant, eandemque alijs reddant vnanimem & conformem, factaque cõsonantia sequitur placida melodia. Quanta solertia necesse est Principem cogitare, qualiter iustitiam valeat moderari clementia, & flagitiosos quosq; correctos, magis quàm fractos ad bonorum cõsonantiam reuocare. Tuius est choram remitti per trinum artificis, quàm nimis excedit: quia licet testatur Seneca vbi supra, verecundia peccandi etiam in malis causat ipsa clementia præidentis, & thronum facit stabile cuiuslibet principis, vt pulchrè pertractat Ouidius diuis. 2. de Tristibus sic dicens.

*si non peccassem quid tu concedere posses
materiam venia fors tibi nostra dedit.
si quoties peccat homines, sua fulmina mittit
Iuppiter, ex quo tempore inermis erit.*

Vnde Prouer. cap. 10. dicitur, Misericordia & veritas custodiunt Regem: & clementia thronum eius. Et cum introisset Hierusalem cõmota est vniuersa ciuitas dicens, quis est hic? Quoniam agebatur turba laudatiu quæ ex parte hos clamores à radice montis Oliuæ, peruenit fama ad ciuitatem, & venerunt ad portam, & videntes tanta pompa, ac clamorem intrantem Dominum admirantes interrogauerunt. Quis est hic, cui tantus ab omnibus nunc honor defertur? Populi autem dicebant. Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilee. Turbæ quæ comitabantur Iesum hæc verba dicunt: & in Græco est articulus iustus dictioni Prophetæ, & à Nazareth Galilee ac si diceret. Hic est ille magnus propheta, quem dicunt esse à Nazareth Galilee, cuius tot mirabilia quodidie vidistis & audistis. Et intrauit Iesus in templum, & eijcebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euerit, & dixit. Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Hic circa literam est dubium, an ipsa die in qua cum hac pompa ingressus est Dominus in Hierusalem, contigerit hæc eiectio vendentium & ementium de templo, an die sequenti: nam Mattheus & Lucas hæc eam commemorant, quasi hac ipsa die factam: Marcus vero quodam die sequenti. Nam dicit, quod intrauit in templum, & quod eijcebat omnes ementes & vendentes. Et postea refert, quomodo pueris illum acclamantibus Olanna, Pharisæi indignati sunt. Quod certum est prima hebdo-

Seneca.
Ouidius.
Prouer. 10.

madæ



madæ die contigisse: idem videbis in Luca. Marcus verò istud factum commemorat cū dixisset, Dominum altera die tunc venisse Hierosolymam. Osiander vult quòd utroq; die id fecerit Dominus; & quia altera die nō se correxerūt, eodem modo illos eiecisse de templo, licet & biennio antea referente Ioā ne fecerat; & Matthæum & Lucam primam primi diei; Marcum verò secundam secundi diei scripsisse. Hoc tamen nō videtur verisimile, cum omnes tres suam eiectionem eodem modo commemorent, ac si vna eademq; fuisset. Quare secundo dicendum, aut Matthæum cum Luca hanc eiectionem narrasse; per anticipationem, vt apud Euan gelistas mos est, si Marcus ordinem rei gestæ seruauit: aut contra Marcum illam narrasse, per recapitulationem; si reliqui duo ordinem seruauerunt. Augustinus existimat, Matthæum magis ordinem tenuisse, vt Marci narratio sit per recapitulationem posita. Iansenius autē, probabilius existimat Marcum ordinem tēporis seruasse. Primò, quia cum Marcus commemorat Dominum secundā die intrasse in templum, si factum hoc illa die non contigit, nihil narrasset gestum illa die. Vt quid ergò narrat ingressum? Deinde certum est ex Marco, Matthæum ea quę partim secunda die partim tertia die contigerunt, sic commemorasse, quasi omnia secunda die contigissent. Cum enim dixit Dominū mane reuersum in ciuitatem; sic commemorat sicum à Domino maledictam, & discipulos, quia exauerat admiratos, quasi utroq; eadem die contigerit: cū certum sit ex Marco, Dñm sicum quidem maledixisse secūda die, at die tertia Discipulos vidisse eam aridā factā, & ob id admiratos. Itaq; sicut in hac narratione certū est, cum coniunxisse gesta duorū dierū, secundi scilicet & tertij: ita omnino verisimile etiā est in narratione eorum quę ad primā pertinent diem, coniunxisse quędam gesta secūde diei. Matthæus enim ita contexit hęc narrationem, quasi tantum prima die & secunda, Dominus ē Bethania profectus sit Hierosolymam in templum, nulla facta mentione tertię diei, cuius distinctē meminit Marcus: cum omnia quę Marcus tribus diebus distinctē gesta describit, ille sub commemoratione duorum dierum comprehendat. Iansenius. His rationibus motus Iansenius tenet, quòd eiectio vendentiū & ementiū sit facta secunda die, & quòd Marcus distinctē trium dierum gesta commemorauerit, & ordinem

August.
Iansenius.

rerum gestarum tenuerit: sed hoc non multum refert, idē quòd malueris elige. Sed iam ad moralia deueniamus. Cū intrasset Iesus Hierosolymam. Non in plateam, aut in domos Principū venit, sed in templū, in domum Patris sui: vt primam ab eo acciperet benedictionem, vt bonæ indolis filius, cum ē via venit, primum parentes querit, & ab illis accipit benedictionem, & vt te doceret, o homo, qui Christum colis: vt quā primum ē via veneris, domum Dei visites, precipue cum ad propriam domum iam viarum periculis deuictis accessisti, ipsi omnium Parenti gratias referens, qui te incoluit, & duxit, & reduxit. Vel vt D. Chryostomus super hunc locum docet, primum venit in templum tanquam medicus peritus, qui statim ad originem morbi accurrit. Nouerat autem Dominus, quòd sicut ē templo omne bonum, ita & omne malum oriri solet. Et sic cum Ecclesię ministri rectē incedimus, reliqui etiam Christiani rectē se habent. Sic ē diuerso cum nos perperam facimus, & grex etiam in precipitium vadit. Quare Dominus ad radicem, & totius mali reipublicę originem primo omnium accurrit. Quando cor male habet totum corpus periclitatur. Ecclesiastici sumus cor populi, & pulsus quò totius corporis morbus agnoscitur: si cor vitis attingit, & nos in peccatis labimur: vt toti corpori periculum enim non minimū patitur. Hinc Esa. clamat. cap. i. dicens, Omne caput languidū, & omne cor mœrens: à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Capita sunt Principes seculares, quorū modera mur Imperio: cor sumus Ecclesiastici à quibus spiritualis vita in ceteros deriuatur. Si capita languent, & debilitate quę iusta sunt exequuntur (languidus enim dicitur qui debilis ex infirmitate manet) & corda mœrent, & Ecclesiastici absque deuotione & spirituali latitia incedimus: à planta pedis vsque ad verticem capitis non erit in populo sanitas. (Estara todo el mundo hecho en san Lazaro) Nam à nobis hęc spiritualis latitia in alios deriuatur. Medicus ante omnia stomacho mœdetur: nam ab illo totum gubernatur corpus, inordinatus quippē stomachus totum corpus turbat. Ecclesiastici omnes sumus veluti stomachus populi (nam sicut in stomacho alimenta recipiuntur, & ipse per mēbra illa distribuit, & quodlibet ex illo tuam portionē accipit, atq; in suam propriam substantiā conuertit, ita quòd secur id alimentū

Moralitas seu cōcis.

D. Chryso.

simile.

Esa. i.

simile.

alimenti quod ex stomacho accipit, in sanguinē conuertit, & quod sel recipit, in choleram, quod in pulmonem venit, in slegma: a: vbera autē illud in lac conuertit) sic nos qui ministerio Ecclesię dicati sumus, officium stomachi inter reliquos gerere debemus, & cibos spirituales coquere & cōdite, hoc est, doctrinam, quam populus debet accipere, & qua vita eius spiritualis debet nutriri. Populus autē debet illā suggere, & ad se trahere. Conuertit autem illam quilibet in se secūdū suam qualitatem, ac conditionem. Nam alij in indignationem & choleram indignantes prædicatori, eò quòd illos sua scelera carpit, alij in slegmata illam traducunt, suffocāt enim aliquandò perplexitate conscientię suę: Nam cum verbum Dei audiant, intelligunt quid debeant facere: ex alia parte difficultate magna premuntur, eo quòd incommodum videtur sibi id relinquere, quod vel lucrum, voluptatem, aut honorem illis adfert. Nonnulli in fel, in amaritudinem, in malenchioliam, aut tristitiam conuertunt illam. Tristantur enim valdē, quòd illis dicitur id quod ipsi nollent facere. Pauci sunt qui in lac illam conuertant, hoc est, qui dulciter & suauiter accipiant verbū Dei, & in corde suo ad suam vtilitatem seruēt illud, & cum David dicant. Quā dulcia faucibus meis elequia tua, super mel ori mei. Igitur cum Ecclesiastici in hoc corpore mytico stomachi vices geramus: oportet maxime quòd stomachus iste bene se habeat, confortatus, sanus, ac roboratus sit. Ideò Dominus tanquam peritus medicus id primum curandum existimat. Nā si locus ille in quo cibus decoquitur non est fide roboratus & charitatis ardore calefeat, non bene se habent mēbra, quę ex illo cibum suum accipere debent. Ad templum ergò primò pergunt Christus: quoniam ibi origo omnis mali est. Certē si fons huius ciuitatis, ex quo omnes potamur, veneno infectus inueniretur; nō deberet Prætor ad vasa in quibus aqua ab illo defertur accedere, sed ad ipsum fontem ex quo venenosa aqua hauritur. Sic in proposito, si Ecclesiastici venenofam doctrinam proferunt, illis tanquam fonti primo occurrēdū est: ceteræ enim ab illis hauriūt. Quia si fons purgatur, & aqua quę ab illo hauritur, munda erit. Vnde apud Ezechielem præcipit Dominus Angelo vt percuteret omnes qui non habebant Thau lignatum in frōre. Incipe, ait, à Sātuario meo, quoniam ibi est initium mali. Inebriabo (ait alibi) in celo gla-

psal. 118.

simile.

ezec. 9.

dium meum, hoc est Ecclesiā quę dicitur Regnum cœlorum. *fiare riga y carnicria en ella.* Si horologium inordinate procedit, eius qui curam habet gubernandi illud culpa erit. Sic quia nos sumus populi Doctores, qui illum in ordine charitatis ac pacis componere debemus: si longē ab hoc ordine fuerit, in nos retorquetur hæc culpa. Qui viderit arboris alicuius ramos arefcere; hinc poterit colligere quòd culpa in radice sit, quę infirma est, ac putrida. Sic si mala in populo videntur, signum est quòd radices, hoc est Prælati putrescunt. *Cum autem venisset in templum, & vidisset ementes, ac vendentes in illo, eiecit illos, & mensas numulariorum euertit.* Quod biennio antea fecerat, flagello quodam eos feriens, vt Ioan. narrauit. Nam certē necessarium est vt Deus flagellet, & quasi vim faciat in hominem qui negotijs nummorum insistit, si iam lucrum ex negotio cœpit facere, ad hoc vt dimittat eum. Sed obserua. Nō ideò Dominus hos nummularios & negotiatores ex templo deterruit, quòd omnes reprobet negotiatores: scit enim Dominus nō posse vitā præsentē transigi absq; his negotijs. Nam postquam per primorum partem culpam nos Deus à felicissimo illo statu in quo nos creauerat, expulit, & in tantas necessitates coniecit: impossibile est illis omnibus occurrere, nisi hæc interueniant negotiationes. Nullus enim omnia quibus indiget habet, nisi alius ea ei adhibeat. Hinc enim & Aristoteles docuit, esse hominū rusticorum & barbarorum, non habere vsum pecunię. Nā si sartor calceo indiget, & sutor nō eget pallio, non illi solueret calceos sartor dando pallium: quoniam nec illo indiget sutor, nec eiusdem valoris est calceus ac pallium, nec sartor tot calceis indiget vt adæquent pallij pretium. Et ideò adinuenta est pecunia, quę est omnium rerum pretiū. In quo sensu intelligi potest illud dictum Sapientis. Pecunię obediunt omnia, hoc est, pretio pecunię habentur: & hinc oritur grande periculum in cōtractandis pecunijs. Nam cum pecunia in virtute sit omnis res, necessaria est ad vitam humanam transigendam; eò quòd omnium harum rerum pretium est. Hinc prouenit insatiabilis cupiditas cogendi vndiq; pecunias. Naturaliter quippē homo desiderat statum bonū adipisci, in quo nullus egeat, sed omnia desiderabilia habeat. Hinc enim appetitus innatus est quem omnes habemus beatitudinis, scientes in illa nihil nobis deesse. Et cum pecunia hæc similitudinē

Esa. 34. simile.

simile.

Ioan. 2.

Aristot.

Eccles. 10.

cum



tum beatitudine habeat, quod in virtute omnia necessaria continet, eo quod omnium est precium: hinc omnes illam avidissime appetunt, atque ob hoc pecuniarum contractio periculosissima est. Et hinc cum pecunijs negotia gerere male audit; adharet enim manibus ac cordi, sicut viscus. Atque ob hanc rationem illos hodie Deus tanta asperitate expellit. Nam scriptum est in Psalmi secundum Hieron. translationem. Quoniam non cognovi negotiationem, introibo in potentias Domini. Eccl. 10. dicitur. Dux species difficilis & periculosa mihi apparuerant. Difficile exiit negotiator a negligentia, (hoc est alicuius culpe) & non iustificabitur caput. (El reuendador) a peccatis laborum. In tres ergo classes ego apud me ipsum distribuo stantem unum negotiatorum, ut quod sentio dicam. Aliqui sic sunt timoratae conscientiae, & suae salutis solliciti, quod omnia negotia sua, atque contractus iustissimos habeant, communicantes illos cum hominibus scientia atque conscientia clavis, nec ab eorum consilio, vel transuersum unquam deuiates. Et si ego nullum horum cognosco qui talem fecerit diligentiam: non dubito tamen quin aliqui sint, inter Christi fideles, qui tam candidè sua exercent negotia. In secunda classe illi sunt qui putant quidem se negotia sua secura conscientia peragere, nec esse villo modo iniusta, aut usuraria: ceterum nullo alio fundamento fulciuntur, nisi quia sibi ita videtur, nec vllis alijs rationibus muniuntur, quam illis quas cupido & avaritia simul insufflante diabolico spiritu adiuuenit, & illis ita securi sunt, ac si omnium Theologorum in sui fauorem haberent sententiam, imò si Theologorum sententia ab eis aliena est irident eos, & dicunt eos ex ignorantia facti paralogizare. Si enim intelligerent qua via negotia tractarentur; nunquam ea damnerent; Atque idè in rebus his, plus scire ipsos, quam omnes Theologi. In vltima autem classe, vel specie ethice, aut apoplexiae illi sunt, qui optimè norunt contractus suos illicitos esse, ac usurarios, & omni iuri tam diuino, quam humano aduersari; nihilominus scientes & prudentes in illis permanere volunt. Depressis nihil habeo dicere, nisi hoc vnum tantum, ut videant quibus cum negotia sua tractent, non se ducantur in hoc. Nec enim omnes qui confessiones audiunt omnia sciunt, imò multos ex eis ignorantissimos reperies: sed sunt hominis periti, & qui talem in republica opinionem apud sapien-

Psal. 79.

Eccl. 10.

Prover. 18.

1. Tim. 6.

Esai. 51.

Esai. 51.

tes meruerint: Quos etiam nouerint timoratae esse conscientiae, nec qui propter vllum respectum humanum veritatem occultare, aut peruertere audeant. Nam tunc etiam si forte errauerint, & quod malum est bonum dixerit: securus tamen erit in conscientia, qui eorum consilio quod existimauerit iustum acquieuerit. In hoc enim medicinae spirituales corporales exuperant, quod in istis si erret medicus, existimans se non errare periclitatur aeger: in illis autem quantumlibet erret, etiam si ex malitia, non periclitatur conscientia illius, qui eius acquiescit consilio: dum tamen alia via ipse certe non nouerit errorem consulentis. Licet aliqui sic sint importuni interrogatores, ut nunquam videantur quiescere, quoad usque inueniant qui suos approbent contractus quam tumuis iniustos. Et si Salmanticenses Theologi illos reprobauerunt, consulant Complutenses. Quod si illi subscripserint Salmanticensibus, ad Parisiorum Academiam mittunt. Et si nullus cum eis conueniat, & idiota aliquis approbauerit; illi super omnes alios fidem adhibent: ut sic verum sit quod Sapienter in Proverbijs dixit. Non recipit stultus verba Sapientis nisi ea dixeris quae versantur in corde suo. (Ita que quiescit in coratione) De secundis autem qui suam sententiam sequantur existimantes se iuste agere, duo dicam. Alterum, quod est magnum superbiae indicium, existimare plus in aliena arte scire, quam qui in illa eruditus est. Ipsi quidem inuenient hos, vel illos contractus, ad lucrum suum augendum: peritorum autem in Theologia scientia erit illos, vel approbare, vel reprobare. Scriptum quippe est. Ne tutor extra crepidam. Et qui mittit sale in messem alienam, iniustus est. Nam ego qui arte pingedi omnino ignoro aliquid in pictura reprobabo, statum scilicet, aut gestum; quod qui in illa arte industrius est maximè laudat. Et contra aliquid valde approbabo, quod peritus in arte contemneret. Sic in proposito euenire poterit. Secundo, quoniam in propria causa maximè in pecuniaria nullus est rectus iudex. Et quod omnia claudit hoc quod si tuo arbitrio, & sententia erras, non excusaris; si autem aliena sententia erraueris illius scilicet qui ad hoc munus positus est in republica pro excusato habebis, ut statim diximus. Quare nullus sic suae sententiae credat: Quoniam si seducitur propria sententia illa illi cras in inferno detrudet: nam, ut dicitur apud omnes, cras moriemur. De illis

illis autem quos in tertia classe constitui- mus, si qui forte sunt, & prohi dolor, sunt multi, quorum negotia nouimus omnino usuraria & iniusticijs plena, & tamè in illud absque villo conscientiae timore, aut humana verecundia perstare, de his inquam, nescio quid dicam, nisi quod homines maximè peccatores sunt, & qui scientes & prudentes in aeternum damnari volunt, vel quia hoc impossibile est magnam ex se suspicionem gignunt, quod radix in eis, hoc est fides mortua est, id est omnino defecit. Nam quis credit quod quis sic insaniat, quod sciens & prudens sibi velit tantum malum, quantum est infernum? Hoc impossibile est. Ergo discredis Deo, & existimas id quod stultus in corde suo dixit, nempe quod non sit Deus, vel quod non sit infernus, nec aliud vellis credere, nisi nasci & mori. Sed dices. Non hoc rectè inferis. Nam ceteri peccatores qui in alijs vitijs peccant, etiam sciunt se propter illa peccata debere damnari, & nihilominus ea committunt. Sed tamen respondebo tibi, quod non sit eadem ratio. Nam alij peccatores, cum spe veniae delinquant sperantes se peccata cras relictuos, & sic apud Deum veniam impetraturos: hi tamen de quibus loquimur, sic talia negotia prosequuntur, ut ea haeredibus tanquam maximum patrimoniū relinquāt, vnde sequitur illos nulla spe veniae peccare, cum non intendant emendare delicta. Nam ut ait Ambros. Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delicta. Quare non immeritò de his hoc idem Paul. profertur cum. 1. Tim. 6. dicit. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Hoc est multis generibus peccatorum, quae avaritiae voraginem consequuntur (Engolfense en los vicios.) In quo videtur Paulus Hebraizare. Quoniam apud Hebraeos dictio quae significat dolorem, significat & peccata; eo quod peccata multos adferant in hac vita dolores, ut & ipsi peccatores in die finalis iudicii fatentur cum dicunt. Lasati sumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles. Et praecipue avaritia mercatorum his subiecta est curis. Nec enim possunt sua peragere negotia, nisi habeant homines quibus ea concedant, in omnibus partibus quibus negotia gerunt. Et si ille alector est, vel mulierosus, aut prophanus: cras totum euertet negotium, & omnem tuam pecuniam profudet, & tanta pecunia ex illius arbitrio pendet, quod te anxium tenere

Ambros.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

necesse est. Dum autem appropinquat tempus solutionis, quod nos dicimus (pagis) ac si appropinquet tempus partus dolores mortis te apprehendunt, si ille frangit tibi fidem, & non soluat, tu nec poteris soluere, sed necesse erit quod tu etiam fidis fragus sis, & diuitiae tuae simul cum homine ac vita intereant. Non solum ergo tales errauerunt a fide. Sed & inseruerunt se doloribus multis. Quare & Deus permittit, ut negotia non rectè succedant, & quod pauci ex his qui huiusmodi negotiationibus vacant integrè in suo statu perseuerent. Plures verò in paupertate terminasse vitam perspeximus, quam in ea perdurasse prosperitate: id iusto suo iudicio permittente Deo: vel quia iniusta sint negotia, vel quia id quod ex ea lucrum sumitis in vitijs, aleis, & voluptatibus profundatis. Hinc Chrysost. ait. Quod sicut quando triticum purgatur in cribro; grana hinc & illinc dispergantur, in cribro autem nihil nisi quiescentia remanent: sic mercatoribus accidit, ut grana & pecuniae hinc & illinc dispergantur, ille reueletur, & nollit soluere viginti millia ducatorum quae tibi debebat, alius decem millia, nauis illa submergatur cum tuis mercibus, aliam capiat Anglus pyrata, in te autem nihil, nisi peccata & pessima conscientia remaneat. Quare hoc vobis consilium do, quod si accipieritis non male habebitis. Si vultis quod vestra perstent negotia ut antea iuste illa tractate, atque secura conscientia. Tunc enim Deus suam vobis benedictionem infundet, qua cuncta fauste succedant & prospera fiant.

Iterum ad eadem reuertamur. Cum intrasset Iesus civitatem. De Hierusalem loquitur in qua magnus apparuit hodie Dominus, cum tam triumphali pompa in ea sit susceptus. Nam propter hoc Psalmo. 95. Dicitur Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei nostri in monte sancto eius. Felix namque est civitas haec, quam sua praesentia visitavit, foelicior quam sanguine suo consecrare venit, foelicissima in qua gaudia resurrectionis multis secum confurgentibus ostendit. De ea quippe dicitur Esa. 51. Gaudium & laetitia inuenietur in ea gratiarum actio, & vox laudis. Commota est vniuersa civitas mirans frequentiam quae Christum sequebatur, & nesciens veritatem. Sed quid mirum, quod ad introitum eius civitas vna commoueat, cum Psalmo. 95. Scriptum est. Moueatur a facie eius vniuersa terra? Quis est hic. Hoc deuota dixerunt admiratio-

Chrysost. simile.

Aliam realitas.

Psal. 95.

Esai. 51.



ius totam hanc doctrinam sic amplectitur. Lib. 9. in cap. 19. Luc. dicens. Generaliter dicit Dominus a templo Dei seculares abesse debere contractus: specialiter vero numularios pepulit. Numularii sunt, qui de pecunia Domini lucrum quarunt, neque bona male discernunt. Pecunia Domini scilicet scriptura est, quae est talenta illa a Domino ternis distributa, & duo illa tra quae stabulario dedit. Vulnera enim nostra per duo testamenta curantur. Tu vero quasi bonus numularius eloquia Domini casta, quae sunt argentum igne purgatum: reconde, nec suscipias adulteram imaginem Regis, sciens quod Angelus Satanas transfiguratur se in Angelum lucis, nec suscipias imminutam Regis imaginem, sicut imminuunt Arriani, nec pecuniae sono aures tentes fidelium: ne tunc tuis profectam imminuat audientium. Non eiciuntur numularii boni, sed mali: nam iubetur pecunia numularijs ad mensam offerri in parabola de talentis. Et cathedras vendentium columbas. Non intelligo ad literam: non enim aurum nundinatores solij poterat habere dignitatem. Ergo significatur eos in templo Dei esse non posse, qui columbam, id est gratiam Dei nundinantur. Venditores aurum & bouu sunt, qui de simplicitate aut labore alieno, foedi auctores nundinas aucupantur. Eiciuntur etiam colubae oues, & boues: quia iudaei eiciuntur qui erant ut columba seducta, & quia odit Dns eorum successiones & labores. Es effunditur ut gratia colligatur, mensa numularioru subuertitur, ut Dni mensa subrogetur: & gra eiciuntur ut altera erigatur. Porro Dns non diuinitis, aut potentia eijci, sed flagello. Habet Dns virgam rectam, sermonis scilicet Prophetarum rigidos, habet & flagellu blandius, scilicet suauones Apostolicas, quibus quasi leuio verberare conficietia flagellatur. Funibus etiam agros metimur. Ergo flagello Dominus utruq; ostendit, quod videlicet funes ceciderint Ecclesiae in praclaris, quodque Ecclesiae funes non aliquo sine comprehenduntur. Flagellum em immensum sibi vendicat spatium: scilicet eu flagellum incuruum est. D. Greg. lib. 4. Epist. & Epist. 99. ait. Columbas vedere est de Spiritu sancto, quem Deus per impositionem manuum tribuit commodum accipere temporale. Ex quo malo vides quid sequitur certe: quia cathedre subuerse sunt ita vedetiu. Cu enim Sacerdotalis ordo intrus cecidit, foris dicoflare no potest. Ideo lib. 7. Epist. Epist. 110.

Gregor.

Dixit pro spiritualium administratione non posse quidquam accipi, nec ad dandam elemosynam. Poteris etiam per hos qui columbas vendunt illos intelligere, qui simplices puellas decipiunt, atque prostituunt pretio illas vendentes. Ideo quippe pretium scortu, non poterat in templo pro oblatione recipi. Et dicit eis. Domus mea domus orationis vocabitur. Ex Esai. cap. 56. desumptum est hoc testimonium. Vbi aduertendum est verbum Hebraeum quod interpret oratione vertit, significare tractare causam suam cum Deo, secundum illud Sapientis consiliu. Causam tuam cum amico tracta, & ad hoc consecratus est Ecclesia locus, in quo non est aliud, nisi domus Dei, & porta Coeli, ut dicitur Genes. 28. & 3. Reg. 28. dicitur, quod repleuerat gloria domum Domini, & ideo aliud capere non debuit. Sic enim & D. August. in sua regula praecipit. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accipit. Antequam dicas, & dixit eis, dic. Coepit ergo eijcere vendentes & ementes de templo: quia per illud factum Sacerdotum Principes solij forum efficiebantur, secundum illud Esai. 1. Principes tui socij forum: omnes diligunt numera sequuntur retributiones, hoc autem peccatum (ut inquit Chrysostom. grauius est in Ecclesia, qua in Synagoga, vbi Sacerdotes vendunt Sacramenta, & numularioru numerus magnus, qui usu ris Ecclesiam destruit, ad fores stant Principum Sacerdotum, & ab eis usurandi accipiunt auctoritatem, & ideo nuc magis quam prius necessarius esset Iesus expellens. Hinc Hiero. 24. dicitur. A Prophetis Hierusalem egressa est pollutio, super terram omnem. Et Ezech. 23. Ecce ego complofi manus meas super auaritia tua quam fecisti. Et post pauca conuatio Prophetaru in medio eius, sicut leo rugiens capiendq; predam, animas deuorauerunt, opes & pretiu acceperunt, sacerdotes contempserunt legem meam polluerunt Sanctuariu meum. Principes eius sicut lupi rapietes, predam. Nuc illud. Et dicit eis scriptu est, & post dictum Augustini nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit addet. Pro huius autem membri explicatione opere pretium est scire hoc quod domos Deo dicatas esse ab alijs prophanis vsibus liberas, a vetustissimis temporibus vsu habuisse, imo ipsa naturalis ratio id suadet. Iustum quippe est tam pro beneficio creatoris, quo ex nihilo nos condidit Deus, quam pro alijs immensis donis quae quotidie nobis largitur praeter hoc

Esai. 56

Prout. 22

Genes. 28

3. Reg. 28

Esai. 1

Chrysost.

Hiero. 24

Ezech. 23

In dedicat.

tione Ec.

clesiae con-

uicio,

hoc quod omnium rerum dominium penes hominem posuit, iustum inquam est, ut pro his donis & beneficijs Dei nobis exhibitis: ut illi etiam nos aliqua impartiamur, ex his quae de manu eius accepimus, quibus datum est illum omnium rerum profiteamur, & quia tempora ipse condidit, quorum nobis largitur vsu (ordinatione quippe sua, ait Plalmista, perseverant dies) in quibus & nos vitam agimus: ideo tenemur ex his diebus quos nobis ad vitam concessit aliquos illius cultui dicare, quasi pro munere dierum nobis collato, quo tam illi tributi loco soluentes. Quare natura ius est, ut aliqui dies sint Deo dicati, quibus illius honori & cultui vacemus, alijs praetermissis seruilibus operibus, licet horum dierum determinatio nem hominum gubernationi reliquerit. Na hodie Ecclesia illos determinat & olim Synagoga plures determinauerat, praeter eos quos Deus in sua lege decreuerat, quales fuerunt dies Sabbathi, iubilei annus & alij plures, quibus in noua lege successit Dominica dies & alij. Praeterea, quia Deus nobis largitur ministros, qui nostras humanas actiones dirigant, ut caelum, Sol: debitores sumus ut & ex nobis ministros eligamus qui Dei sint dicati ministerio, sicut olim ex duodecim tribus vnu elegit Deus, ut sibi perpetuo cultu dicatus esset, cui Sacerdotes & religiosi modo successerunt. Deinde quia fructus terre ipse nobis praebet, debemus & nos ex his fructibus aliquid illi impartiri. Quare naturae lex poscit ut ministros Dei populus alat, vel decimas & primitias tribuendo, vel alio quouis modo, quae admodu & in aliquibus regionis sunt prouerus deputati ad alios ministros Regis. Castella quippe manipulos cataphratorum sustinet, & Burgudia capella Regis, ac puerulos. Hinc postremo sequitur si Deus totu nobis contulit mundu, terramq; amplissimam in habitatione nobis praebuit, in qua tam magnificas domos nobis edificauit iustu est ut ex his locis parte aliquam Deo tribuamus, ad edificandam illi domum, sicut quado de nouo ciuitas aliqua edificatur: primu designatur locus in quo Regia domus struatur: sic oportet & loca aliqua consecrare ut in eis tepla Deo viuo omniu saeculorum Regi edificetur. Na Deus aliqua sibi elegit loca, in signu q sua sit terra & plenitudo eius, & q directu omniu reru dominiu apud ipsum litu sit. Sicut eu tu locas domu tuam, tibi aliquam cameram, aut teliu referuas, insignu q dominiu domus tuu sit, & alter

Esai. 118.

simile.

simile.

vsus tantu eius habeat. Nos autem incolae terrae sumus, quasi Dei feudatarij, qui dominiu utile terrae huius habemus, ut ea colamus & melior nostris laboribus fiat, pulchriorq; super eam nostras domos erigentes appareat, (nam emphiteusis idem est quod melioratio) directum autem dominium penes Deu est. Id enim videtur voluisse dominum significare, cum a principio dominium omnium arborum quae erant in Paradiso homini tribuisset, sibi vnu referuauit dicens. Ex omni ligno comedes, ex ligno autem scientiae boni & mali non comedes. Cur hoc bene Deus praecipis, cum huius ligni vsu ventas? Nunquid ex eius fructibus tibi alimenta carere debes? Minimè gentium. Ex tua quippe substantia, ac ex tuo esse viuus. Cur hanc arborem referuas tibi? Certè ostendere vis te esse Dominum vniuersorum: & nobis locasse terram ad habitandu. Quare & Dauid dicebat. Incola ego sum in terra, & inquietus (ut Hebraeus legit) & in sudore vultus nostri hospitiu soluimus. Ideo em lignu illud referuauit sibi: ut illius dominiu agnosceremus, nec reuelaremus aduersus illu volentes terram pro nostra habere, sicut agricolae illi fecerunt qui voluerunt vineam alienam vsurpare sibi. Ideo ergo Deo debentur domus ab alijs prophanis vsibus referuatae: quia omnium terrarum Dominus est, & tanquam vero Regi suus locus in quolibet populo debetur. Secundò, quoniam id decet Dei sanctitudini & maiestati. Na res quae ad Dei cultu ordinatur oportet quod sint segregatae a nostris, nec cum illis misceantur. Nostrae quidem maculosae sunt, Deo autem omnimoda sanctitas conuenit. Hinc cura illa ortum habuit, quam Deus multis saeculis ostendit, ut sibi domum in terris fabricaret. Multis quippe annis templum illud quod postea Salomon edificauit delineauit, multis mysterijs, ac reuelationibus, quas sanctis Patriarchis ostendit. Nam licet in illis locis in quibus illis Deus specialis Messiae reuelationes fecerat edificabant Patris illi altare, ad quod concurrebant ad offerendas preces, ac sacrificia, tanquam ad loca ad hoc munus a Deo electa: tamen in monte Moriach, vbi postea edificatum est Salomonis templum plura signa ostendit Deus, ac maiora. Illud enim multis antea signis consecrauit, ac honorauit. In illo quippe monte mandauit Abrahae, ut sacrificaret Isaac filium suum, & tamen postea manum eius detinuit ne id faceret, sed loco filij ostendit ei arietem quem

Genes. 2.

Esai. 118.

x



quem immolauit: vt ostenderet quod verus Isaac (hoc est Christus) nō debebat offerri in illo tēplo; hoc enim Ecclesie referuabatur, in qua nullū aliud sacrificium offertur præter hoc quo in altari ipsū Christū Dñm Deo offerimus, sicut & ille in cruce oblatus est, in illo autē arietes & vituli immolari deberēt, quibus hoc vnicū sacrificiū figurabatur. Illic etiā vidit Dauid Angelū euaginato ac sanguine tincto gladio stantē, vbi & altare Dño edificauit ad placandum eius iram: vt ostenderet quod per sacrificia & preces, quæ Dño in templo offeruntur deberet eius ira placari, quatenus eius iræ gladium in vaginam misericordiæ conuerteret. Ceterum præter hæc vbi plus nobis hoc mysterium tam antiqui templi, quam nostri patefecit fuit Genes. 28. Quando Iacob fugiens à facie fratris sui Esau, peruenit ad motem istū Moriach, & dormiens super vnum lapidem inclinato capite vidit in somnis scalam illā mysticam, quæ à terris ascendens pertingebat cœlos, & Dominū innixum scalæ Angelos verò ascendentes & descendentes per illam, & tremebundus & pauidus euigilans dixit. Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Ac si diceret, nesciebam ego quod Dominus locum istum elegisset, ad edificandam domum sibi. Vnde & cū scalam cerneret dixit. Quam terribilis est locus iste, verè non est hic aliud nisi domus & porta cœli. Terribilis visus est ei locus ille, ac tremēdus. Fuit em̄ ille timor quidā reuerentiæ plenus, qui tēplo Dei debetur propter assilentiam Dei maiestatis in illo: qualis est ille quem Angeli & Potestates cōcipiunt, cū se corā tāa maiestate considerāt, de quibus dicitur. Colūna Cæli pauent ad nutū eius. Et illud quod in præfatione quotidie canit Ecclesia. Quæ adorāt Dominationes tremūt Potestates. Terribilis ergo ille locus tēpli videbatur: quia Deo terribili ibi sedes parabat. De quō Psalmista dixit. Terribili & ei qui aufert spiritū Principum: terribili apud Reges terræ. Nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Et præcipue in hac nostra Ecclesia, in qua sunt clauēs Regni cœlorū, nēp̄ potestas remittēdi peccata per sacramenta, quæ quotidie in ea administratur. Vidit autē scalā cuiuscumq̄ cœlū tāgebant & Angelos ascēdētes & descēdētes per illā: qm̄ merita & orationes huius Ecclesie vsq; ad cœlū ascēdēt, & hoc est Angelos ascēdere, & descēdere per illā scalā, licet prius deberet dicere eos descēdere, & postea

Genes. 28.

Iob. 36.

Psal. 75.

ascēdere: Nā & Angelus à terris, ad cœlos vsque ascēdat, oportet vt pri⁹ descēdat. Sed in hoc magnū mihi videtur latere mysterium. Nā licet ita sit q̄ origo toti⁹ boni, quod nos in hoc exilio percipim⁹ in cœlo sit (Illic em̄ ad nos gratia descēdit, vt illuc nostra merita ascēdāt, ideō quippē Paulus Ecclesiā illam triūphantem vocat primitiuorū, qm̄ ab illa primum omnia bona nostra originē ducunt, propter quod & ab ipso Paulo mater nostra vocatur illa cœlestis Hierusalē, cūm dicit ad Galat. 6. Quæ autē sursum est Hierusalē mater nostra) igitur licet ab illa cœlesti Hierusalē omnia bona nostra descēdāt, & originē trahant tanquā à matre: tamen vt ostendat quantam vim habeant iustorum orationes, ac merita in hoc tēplo Deo oblata, pri⁹ dicit ascēdere, & deinde descēdere, quasi iustorum orationes & merita tanquā magnes quædā diuina ad se trahāt Angelos, ac Ecclesie dona. Et Dñm vidit Iacob innixum scalæ, quasi expectantem nostras preces, in ipso cœli vestibulo: vt eas recipiat. Veluti cū Rex aliquē bonū nuntiū expectat, non præstolatur illū in triclinio: sed ad scalā vsq; progreditur, vt illic illū recipiat. Vel cū legatū cuiusdā magni Principis expectat vsque ad portā scalæ venit, vt illū ibi amicabili liter excipiat. Sic contingit in orationibus, & meritis iustorū. Tāti ponderis sunt apud Deū, tanta reuerentia & lætitia ea recipit, ac si magnū reciperet Principem, aut Legatum: & ideō innixus scalæ eas alacriter præstolatur, vt adueniētes lætus accipiat, ac amplectetur & gaudeat. Vel dicitur innixus scalæ Dñs, cū tamē potius debere dicere quod scala nitebatur illi: vt ostendat quantā sit authoritatis Ecclesia, quod ipsum Dominum Christum sustinet, ideō dicit illum innixum scalæ. Veritas quippē Christi in Ecclesia sustinetur, & ab ea pendet, & in ea conseruatur & est. Sic em̄ & Paulus Timotheo, scribens ait: Hęc scribo tibi filij Timothee: vt scias quomodo oportea te conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viuī columna & firmamētum veritatis. Nam ab hac columna quæ est Ecclesia Romana: tota Euangelij veritas pendet. Consecrauit autē lapidem illum oleum desuper fundens, sicut & tabernaculum, & altare, & omnia vasa & supellectilem eius consecrauit oleo Moyse: quoniam omnia quæ sunt in templo Domini oleum & misericordiam redolent. In eo quippē est peccatorum remissio, in eo misericordia peccatoribus promittitur,

Hebr. 12.

Galat. 6.

simile.

1. Tim. 3.

Exod. 39.

simile.

tur, quos in Sacramentis vngūt oleo sancto sanguinis Christi. In eo Iesus est, qui salus est mundi, ac Christus qui vnctus dicitur oleo lætitiæ: præ participibus suis: vt intelligas peccator morbidus, ac vlceribus plenus, quod in hoc templo sunt medicamenta quibus sanus fias, & lauacra quibus ab his maculis emūderis, secundum illud quod Propheta dixit. Erit fons patens domui Iacob, in ablationem peccatoris, & menstruatæ. Quare cū Dominus Iesus ingressus est domum Zachæi publicani dixit: Quia hodiē salus huic domui facta est. Per ingressum quippē Iesu qui dicitur Saluator in templum in quo relidet: salus peccatoribus sit. Quare Salomon post templi ædificationem deprecatus Deum petebat, vt si peccasset homo, aut populus (cū non sit homo qui non peccet) & deprecatus fuerit in loco illo. Dominus remitteret peccatum illius. Et vocauit Iacob nomen loci illius Bethel, quod significat domus Dei fortis. Et quippē, est vnum ex decem nominibus quæ Hebræi Deo tribuant, & significat fortem: ad ostendendum quod Dominus in templo fortē auxilium præbet: ibi quippē in Sacramentis efficaciam passionis Christi nobis communicatur. Et ideō dicitur Deus à Psalmista adiutor fortis. Et Esq. ait. Et fortis adiutoris tui non es recordatus. Et votum vouit Iacob quod Dominum haberet pro Deo. Sed nunquid Iacob non habebat antē hoc votum Dominum pro Deo? Itā certē: quoniam nunquam idolatram fuerat. Quomodo ergo nunc vouet habere Dominum pro Deo? Augustinus in libro de doctrina Christiana respōdet ex regulis Ticonij. Quod multotiens diuina Scriptura confuse scribit rem, quam narrando scribere vult: deinde per partes eam diuidit, & docet. Sic in proposito præsentī prius dicit Iacob vouisse habiturum se Dominum pro Deo: sed mox ostendit in singulari in quibus rebus id vouerit, nempe quod haberet Dominum pro Deo, quantum ad hoc quod edificaturus esset templū & altare in illo loco, & quod sacrificia & decimas, tanquā verō Deo illi esset oblaturus, quod adimpleuit cū post reditum à Mesopotamia, in illo loco erexit altaria, & obtulit sacrificia, & filius eius Salomon illius adimpleuit votum edificandō templum in illo loco. Igitur multis retro annis Deus hanc curam habuit, vt sibi edificaretur tēplum ad habitandum cum

Psal. 44.

Zach. 13.

Luc. 19.

3. Reg. 8.

8. Iob.

8. Iob.

8. Iob.

hominibus, atque id tot ceremonijs, ac reuelationibus prius voluit celebrare. Quæ cura etiam angebat deuotissimum Regem Dauid, cum dicebat. Si dederō somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem: donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob. Quod desiderium cum explicuisset Natham Propheta, à Domino accepit responsum sibi gratissimum esse desiderium suum: ædificationem tamen templi Dominū filio suo Salomoni sibi maxime dilecto commisisse. Ex quō infero, quod si ad edificandum templum illud, quod non erat peritansurum tantus Deus diligētias fecit, & tot retro annis id suis amicis reuelauit: quantā maior erat cura & diligentia adhibenda, ad edificandum templū hoc nouum, quod in æternum era duraturum. Nam Paul. Hebr. 12. Bona mobilia vocat ea quæ in veteri lege cōtinebatur. De clarans quippē hæc Aggei auctoritatem ex cap. 2. Adhuc semel & ego monebo, non solum terram, verū etiā cœlū, infert. Quod autem dicit adhuc semel declarat mobiliū translationem tanquā factorum; vt maneat ea quæ sunt immobilia. Et quoniam illa bona moueri debebant, & transferri in veritatem (vmbra quippē erant futurorum) ideō altare illud portatile erat, & semper in arca erant asseres in agulis positi ad portandum eam. (Parece que siempre estaua de camino.) Vnde & templum illud dirutum est taliter, quod nec lapis supra lapidem in eo permanit, imò nec signum aliquod est ostendens locum in quo fuit edificatum. Igitur declarat mobiliū translationem: vt maneat ea quæ sunt immobilia, hoc est lex gratiæ, templum hoc vitium Dei in æternum permanens. Sunt enim bona nō mobilia, sed radicalia, quæ nec portæ inferi eradicare valebunt. Supra firmam petram fundata, quæ nec venti flantes, nec aquæ inundantes diruere poterunt. Quare quasi de re principali: maior de hoc templo cum habenda est. Diligit quippē Dominus Portas Syon, super omnia tabernacula Iacob. Plus em̄ estimat Deus hoc in æternū permanens tēplū, quā ferulū illud portatile, quod Rex Salomō edificauit. Nā in hoc tēplo in veritate habitat Deus: cū in illo non nisi in vmbra fuisset. Quod & Salomō in dedicatione illi tēpli expressit. 2. Paralip. 6. cū dixit. Ergo ne credibile est, quod verè Deus habitat cum hominibus super terrā? Si cœlū & cœli cœlorum te non capiunt: quantum

Psalm. 31.

1. Para. 16.

Hebr. 12.

Aggei. 2.

Matth. 16.

Psal. 81.

2. Para. 64.

x 2 magia



magis domus ista quam edificauit. Sed ad hoc tantum facta est, vt recipias orationem seminari. Nobiscum certe verè Deus habitauit in propria persona diuina nostræ carnis unita, mirabili & ineffabili modo in consecrata Hostia, quæ in Ecclesia reseruat cõsistente. Ex quo colligo, quod non solû debemus domum Deo fabricare ad orandum, verum etiam ad habitandum. Quare proprie, & absque vlla metaphora possumus cum Iacob dicere. Verè Dominus est in loco isto, & quod Dominus dixit ingrediens Zachari domum. Quia hodiè salus huic domui facta est, quia Iesus qui vera salus est in ea moratur, vbi & Zachæus & reliqui peccatores cû spe maxima veniæ ingredi possumus: Quia Iesus est vera scala Iacob, per quæ ascensum habemus ad Patrem, Ex his ergo rectè colligitur quanta templis reuerentia debeatur, quia sicut domus ad orandum Deum consecrata, & ad hoc quod Deus in illis tãquam in propria domo moretur. Quare iure optimo Dominus hodiè euentes & vendentes de templo deturbat, tanquã eos qui domum Dei violabant, & in prophanos vsus vertebat. Et idè rectè dicit eis domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Nam in spelunca latrones sua furta recondunt & occultant: sic impij & pessimi Ecclesiastici, sub obtentu religionis & diuini cultus iniustas prædas occultare satagunt. Et quemadmodû latrones in latrocinando conueniunt, sed cû diuidunt prædas quas fecerunt rixantur; eû quilibet meliorem appetat partem sibi: sic inter prauos ministros Dei contigit. Qui in hoc optime conueniunt, vt Ecclesiam Dei depreudentur, & plura possideant beneficia, pensiones sibi statuunt, commutationes illicitas beneficiorum Ecclesiasticorû faciunt: & tamen cû hæc diuiduntur quilibet sibi meliora, ac pinguiora appetat, & alium qui ditior est accusat alius, atque inuideat. Quapropter per quendam Prophetam dicit Dominus. Nunc vastaueris filia latronis. Tunc autem id erit, cû Ecclesia huiusmodi lupis rapacibus subiecta fuerit; hoc est, cû hi qui in Ecclesia patres vocantur his rapinis intecti fuerint. Quod vtinam Deus ab Ecclesia sua semper auertat. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Hi sunt, de quibus Psalm. 9. dicitur. Insidiatur quali leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem, quia trahit eum. Neemia vltimo dicitur. Recordare Domine Deus meus aduersus eos

Luc. 19.

simile.

Micha. 5.

Psal. 9.

Neemia vlt.

qui polluunt Sacerdotiû Iusq; Sacerdotale, & Leuitarum, & Hierem. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis meis? Ego sum, ego vidi dicit Dominus. & Osee. 6. dicitur Galaadh ciuitas operantium idolum supplantata sanguine, & fauces virorum latronum. Galaadh aceruus testimonij interpretatur, & templum significat, vbi aceruus est testimoniorum scripturæ, in quo non sunt veri pastores, sed idola quædam, ac vmbra pastorum, nec ingreditur aliquid nisi per sanguinem, & illi qui fauces sunt virorum latronum, hoc est viriliter latrocinia exercentium. Sic interpretatur Albertus Magnus. Sed tamen intellige quod pessimi pastores, si qui sunt in Ecclesia qui talia agant, etiam si potestate sint veri pastores, non tamen exercent officium verorum pastorum; cû sic auaritiæ studeant. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos. Vt his miraculis fidem honorantium confirmaret, & hostes confutaret. Cõgruè autem sanat cæcos, & claudos in templo. Cæcos quidem per fidei illuminationem, claudis verò virtutem præbendo, vt ad opera fidei expeditè currerent: quoniam fides quæ per dilectionem operatur, docetur & exercetur in Ecclesia Dei. Vnde & ad Hebræos. 12. dicitur, Non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Videntes autem principes sacerdotum & scriba mirabilia quæ fecit, & pueros in templo adclamantes, & dicentes Osanna fili David: indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtique nunquam audistis & legistis, quia ex ore infantium & lactentium profecti laudem? Tabeſcente inuidia id vident Pharisæi. Videbant enim Christi opera liuidis oculis, qui de bono alterius vulnerabantur: nam vt dicitur Ecclesiast. 37. Nequius oculo quid creatum est? Hi autem erant Principes Sacerdotû & Scribæ, de quibus dicitur Esdræ. 9. Quod manus Principum fuerint primè in transgressione legis. Commisceuerant enim semen sanctum cum populis terrarum, quod tunc fit, cû semen sanctum verbi Dei commisceatur cum affectu terreno. Vnde Diuus Bernardus ait: O bone Iesu totus mundus videtur coniurasse contra te, & hi primi sunt qui videntur regere populum, diligere principatum. Cû autem dicunt Domino, audis quid isti dicunt, accusare volunt illum quasi ipse id vellet, vt vsurparet sibi nomen Messia.

Hierem. 7.

Osee. 4.

Albertus

Hebr. 12.

Psal. 8.

Esdræ. 9.

Bernard.

Messia. Vtique nunquam legistis: quia ex ore infantium, ac lactentium profecti laudem. Ac si diceret. Audio, & audire debet: quia hoc per Spiritum præcepi, quando dixi. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Nam testimonium innocentium: non nisi veritati innittitur, astutorum autem mendatio. Vos autem personis quibusdam adulamini indignis, & vituperatis dignos. Scriptum est enim Sap. 10. quod sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Tacuit autem Dominus in hoc Psalmiste testimonio illud quod sequitur. Vt destruas inimicum & vltorem. Ne inimicos spontè iratos, ad maiorem iram prouocaret. Luc. capit. 19. addidit respondisse Dominum: Si hi tacebunt lapides clamabunt. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam ibiq; mansit. Manè autem reuertens in ciuitatem esuriit, & videns ficum arborem vnam secus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit. Respondens autem Iesus ait eis. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non haſitaueritis: non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis tolle, & iactate in mare fiet. Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis. Mirum est, quomodo post tam solemnem triumphum, quod Christus receperat in Hierusalem, non sit ausus aliquis illum hospitio recipere in domum suam. Tantis eos terror Pharisæorum, & Scribarum coeperat, tantumque timor mundanus animos terrenos occupat: vt nec ea quæ ipsa humana ratio docet eos facere sinat. Licet forsitan, nec ipse Dominus voluerit apud aliquem hospitari in Hierusalem, ne propter illum aliter aliquam acciperet molestiam calumniatus à Pharisæis, quod illum qui nomen Regis sibi vsurpauerat in domum suam recipisset. Vt nos etiam admoneret mirabilitatis humanarum rerum, ne multum illis crederemus, cû videamus illum quem modò mundus applausabiliter recipit, post momentum temporis derelinquere. Manè autem reuertebatur. Dies hæc fuit vigesima prima dies mensis Martij more Romano. Nam si verum est, quod octauo Kalendas Aprilis, Crucifixus est Christus, hoc est vi-

Luc. 19.

gesima quinta die Martij, & quinta die ante Christus venit in Hierusalem super alinam sedens. Sequitur quod iste fuit vigesimus primus dies Martij. Sed de hoc latius suo loco videbimus. Igitur cû in ciuitatem reuertetur hac die Dominus esuriit. Hic quaeritur; an purè naturalis fuerit hæc fames, an voluntariè tunc assumpta. Et vtrumque poterit sustineri. Potuit enim fuisse naturalis, si pridè post diurnum laborem quem in docendo coeperat, & inter turbas accepit parum sibi sumpsit, vt ipse erat tæperatus, præcipue cû noctem illam Luca referente, in somnè orado duxerit. Naturalis quippe est eorû sobria, nocturnis deinde sublequentibus vigilijs famem, ac sitim accelerare. Potuit etiam fuisse voluntariè assumpta sicut aliquando conturbationem, lachrymas, & frangitum spiritus ipse assumpti. Conturbauit enim se ait Ioan. & infremuit spiritu. Et hoc propter mysterium significandum, quantum scilicet esuriret Synagoga salutem. Nam totum hoc factum, sicut illares gesta tuit: non propter rem ipsam, sed in figuram. Itaq; sicut parabolas verbis compoluit Dominus, ita & factis aliquando figuratiuis nos docet. Proprium namq; Dei est, etiam ipsas res ad significandum ordinare. Vere quidem egressio illa filiorum Israël de facto cõtigat exsiccatio maris rubri, suffocatio Pharaonis cum exercitu suo, & cætera omnia quæ illi populo contigerunt, & tamen simul res ille quæ in veritate fiebant ad significanda magna mysteria, tanquam figuræ ordinabantur, cû Paulus doceat omnia in figura illis contigisse. Sic in proposito. Nam maledictio ficus manifestè indicat, quod figuram componebat Dominus. Arbor enim non dabat occasionem maledictionis: quia tempus ferèdis fructus nondum aduenerat (vt Marcus refert) sed fuit talis maledictio topica: quia Synagoga per talem ficum figurata merebatur maledictionem. Rectè quippe Synagoga per ficum significatur, vt pulchre phylotophatur Ambrosius super cap. 13. Lucæ. Primum, quia ficus ista folijs tatum redundans spem fructuum promittens, & tamen non ferens illos: Synagogam significat legis diuina doctrina & ceremoniarum ornatu exuperantem & spem virtutis promittentem, expectatum tamè bonorû operum fructu, nûquã præstantem. Secundo, quia sicut ficus eius est nature, vt pro flore poma germinet, sed quæ ferè preter pauca ad maturitatè non perueniunt,

Ioan. 11.

Marc. 11.

Ambros.



nunt, quibus decidentibus alia poma succedant: quæ maturescunt; ita Iudæi quasi primi fructus male feceratis. Sinagoge grossi labentis similitudine aruerunt, præter paucos fideles. Eis autem cadentibus è pinguedine religionis antiquæ nouus gentiū populus emerit. Igitur hæc Christi eturres deliderium refert, quod Dominus habuit pacendi se salute populi Hebræi, in cultu illo legali Deo seruientis; appropriatio autem ad fidem designat aduentum ipsius Domini ad percipiendam fructum bonorum operum in illo populo. Quia tamen hunc non inuenit fructum, sed folia tantum (quia populus illo exteriori dumtaxat cultu Deo seruiebat, cum interim corda alienata essent ab eo, secundum illud Prophetæ populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est, à me est) ideo maledicit illi, quia non ad tempus, sed in æternum non adferat fructum. Iam tamen in hac maledictione nõ intelligit Iudaicū populū maledictioni diuinæ perpetuo permansurum obnoxium, nec unquam fructum facturū. Scimus enim quod postquam intrauerit plenitudo gentium, etiam Israel saluus erit, vt Paulus testatur. Non enim oportet omnia quæ typo conueniunt: ipsi ueritati significare similiter conuenire, vt supradictum est. Licet melius erit cum Caietano dicere hanc maledictionem intelligi de Iudaico cultu. Nunquam enim fructificaturus est Iudaicus cultus, qui statim vt maledictus est aruit. Maledicere quippe est malum facere, & hoc secundum rem fuit in Christi morte & resurrectione adimpletum: quia ex tunc legalia mortua fuerunt, quamuis secundum apparentiam, usque ad Hierosolymitanum excidium tolerata fuerint. Nec illi fructus, quos aliquando ferre debet Synagoga, tam sui, quam Ecclesiæ erunt, ad cuius fidem & gremium, tunc reliquæ illæ Iudæorum accurrent. Cæterum vt & nos cum fructu factum hoc dominicum legamus; cauendum nobis maximè est facti huius consideratione, ne folia tantum veluti ficus illa proferamus. Plantati quippe sumus in hoc Domini paradyso, vt in Istar ficus dulces bonorum operum fructus proferamus. Et tempus iam est horum fructuum: hiems quippe abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra & ecce nunc tempus acceptabile. Quod si Christiano nomine, & externa Sacramentorum participatione, ac scripturarum lectione, & audi-

Esai. 29.

Lansen.

Rom. 11.

Caietan.

Moralitas

Cont. 2.

1. Cor. 6.

tione contenti quibus veluti folijs quibusdam ornatur, neglexerimus virtutum flores proferre, quos à nobis Christus summopere deliderat: fiet vt illius gratia nos delerente arefcamus, ac aridi facti deficiamus in ignem inferni. Continuo enim ad execrationem Domini arefacta est ficulnea: quia Dei gratia homines deserente, sine qua nihil boni possumus agere; necessariò sequitur statim in hominibus ariditas bonorum operum. Et secundo aduertendum, quod cum adhuc non esset tempus ficorum, nihilominus maledixit Dominus ficulneæ, quoniam non habebat fructus: quia omni tempore tenemur fructus bonorum operum adferre, etiam si non sit tempus Quadragesimalis, aut Iubilei. Multi existimant, quod in ipsis temporibus magis Deo dicatis sufficiat bonis operibus vacare; non intelligentes quod Paulus docet ad Hebræos. 3. Quod donec hodie cognominatur inter nos debeamus bonis incumbere actionibus, secundum illam Sapientis sententiam qua dicit. Omni tempore sint vestimenta candida; & oleum de capite tuo non deficiat. Hoc est, non solum niti debes vt anima tua non sit denigrata aliqua macula peccati: verum etiam oleum bonorum operum semper à capite tuo, hoc est, à mente debet defluere: alioquin si euriens Dominus, hoc est, si cupidus tuæ salutis, ad te uenerit, & absque fructu bonorum operum te inuenierit hanc super te inducet maledictionem, vt absque bonis operibus pereas. Terra quippe quæ sæpè superueniens imber bibes non profert fructus: maledicta est. & cõbustioni proxima. Vltimo aduerte, quod quando Dominus huic ficulneæ maledixit, erat propè Pascha, & tunc in terra calida, qualis erat Hierusalem, & maximè in Oliuis montium, in quibus est reuerberatio Solis: iam ficus præquoqui sunt, & præmaturi. Nam ficus duo genera pomorum emittit, præcoquas, & sequentes quæ dicuntur grossa. Primas semel emittit, alias semper habet. Ideo ergo Dominus ficulneæ maledixit, quia præmaturas ficus non habebat, licet haberet grossos absque maturitate. Vt nos doceat quod licet si nos inueniat plenos ieiunijs, orationibus, elemosynis, & alijs similibus operibus: si tamen hæc ex calore charitatis non procedant nihil nobis profunt vt ait Paulus, opera quippe absque hoc calore regulariter Christiani faciunt

Hebr. 3.

Hebr. 6.

1. Cor. 13.

Matthe. 7.

Hierony.

faciunt etiam peccatores, hæc autem non Deo placent: nam vt ipse per quædam prophetiam dixit, præcoquas ficus desiderat anima eius. De quo statim plura dicemus. Admirati sunt Discipuli videntes ficulneam à radicibus aruisse, quibus dicit Dominus (quod si absq; hæsitatione credant non hæsitantes inter facile & difficile, quasi facilia possit Deus facere & non difficilia) quod montibus imperabunt vt iacent se in mare, & fiet sicut iam supradictum est. Imò omnia quæcumq; petieritis, in oratione credentes accipietis. Hoc est, quod ea quæ petimus mentis eleuatione, (in qua nullus absolute petit, nisi ad quod absolute petendum Spiritus sanctus mouet) credentes accipimus. Et cum uenisset ad templum, accesserunt ad eum, docentem principes sacerdotum, & seniores populi dicentes. In qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit hæc potestatem? Hieronymus videtur seire exegisse Principes à Christo, in qua potestate niti acula faceret, an in virtute Dei, vel demonum. Sed cum de nullo homine cogitari posset, quod ipse de se diceret quod in virtute demonum miracula faceret, & iam pridem hæc miracula vidissent à Christo Domino fieri: non ita consolatum videtur id de miraculorum virtute petisse, sed potius de alijs rebus quas die præcedenti fecerat; ingrediens Iesus Hierusalem super asinam tantum triumpho, ac gloria, eiciens ementes & vendentes de templo, prohibens ne uala per templum uerterent; prædicabat ac docebat propria auctoritate absque Doctorum legis licentia, quod ipse ægrè ferebat. Quare interrogat Dominum, quæ auctoritate publicè prædicare, ac diceret auderet. Quis dederit illam sibi. Nã videbatur hæc auctoritas, in Christo potius usurpata, quam data. Idem de alijs rebus quæ tunc fecerat. Sed sapienter Dominus respondens illis dicit. Interrogabo vos, & ego unum sermonem. Quem si dixistis mihi, & ego dicam uobis, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannes unde erat, è Cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus è Cælo, dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. Et respondens Iesu, dixerunt. Nescimus. Et ait illis. Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio. Non quidem congruè videbatur vt taceret Dominus, ne uideretur suo silentio conscium sibi auctoritatis usurpatæ fore, nec tamen loqui debebat, & fate-

ri ueritatem, quam illi indigni erant audire, & sine fructu audituri essent. Quare prudenter comprehendit Sapientes in astutia eorum. Nam si dixissent Baptismus Ioannis è Cælo fuisse, iam ipse Dominus ipsos suis uerbis caperet, cum ipse Ioannes, quem à Deo missum fatebantur, tot de eo, & tam aperta protulerit testimonia. Quare ipse nõ solum in peccatore suo: uerum in se uerbis contulerunt quid dicerent. Quod testatur & uerbum Græcum quod id significat, & uerbum hoc Euangeliste. Si dixerimus, quod indicat aperta ipsos inter se uerbis hoc contulisse. Illud autem, quod dicunt omnes habere Ioannem, tanquam Prophetam, intellige tanquam Doctorem à Deo missum. In hac em significacione nomē Prophetæ sæpè in Scriptura sumitur. Et responderunt. Nescimus. Ecce hæreticorum ingenium. Solum em ea dicunt quæ sibi expedire cognoscunt, siue id sit ueritate abscondere, siue mendacium proferre, siue quid aliud, nihil aliud attendunt, nisi ad id quod sibi melius conuenire uidet. Et respondit Dominus. Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio. Non dixit nescio sicut & illi, hoc em esset mendacium loqui sicut illi, quoniam Deus nõ est, vt homo ut meretur. Est autem Deus uerax, omnis autem homo mendax. Sed dixit. Nec ego dico uobis, in qua potestate hæc facio: quoniam nondum tempus aduenerat. Nam quando id clarè eis dixit se esse Christum filium Dei benedicti: tunc omnes condemnauerunt illum esse reum mortis. Quia autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili, uade hodie operari in uinea meâ. Ille autem respondens ait, nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait, Domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem Patris? Dicunt ei primus. Dixit eis Iesus. Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in Regno Dei. Venit enim ad uos Ioannes in uia iustitiæ, & nõ credidistis eis; publicani & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec penitentiam habuistis, ut crederetis ei. Per hæc parabolam uoluit Dominus eis ostendere quam falsè de se bona existimarent. Nam per filium illum qui dixit eo Domine, & non iuit, significatur Pharisæorum status, qui & habitu & professione significabant se uoluntatem Dei exequi, & tamen nihil minus faciebant, per primum autem qui dixit nolo, & postea penitentia ductus fuit, publicani & meretrices significauerunt, qui cum ex modo uiuendi

Rom. 30



omnino alieni à Dei voluntate videantur, tamen poenitentiam agentes illi sese submit-
tunt, sic illis Phariseis ad litera contigit. Et
ideo dicitur eis q publicani & meretrices
deberet precedere illos: quia anteferendi erant
illis, & præhabendi præ illis, non q illi, illos
deberent sequi postea. Potest etiam per hos
duos filios intelligi populus Iudaicus, & Ge-
tilis. Primus fuit Gētilicus: quia per legē na-
turæ fuit prius electus quā Iudaicus, qui per
legē scriptam postea vocatus est. Et quia in
Dei electione præelectus fuit populus Gēti-
licus, & hic prius Dei restitisset vocationi:
postea ad prædicationē Apostolorū poenitē-
tia ductus, venit ad vineā Dñi. Populus au-
tē Iudaic⁹, qui legi se subdiderat, & ad Moy-
sem dixerat, omnia quæ præceperit nobis
Dñs faciemus: labijs tm̄ id proferebat, eū ta-
men corde & opere lōgē esset à Deo. Sic in-
ter homines multimodō sūt, qui se ipsos ma-
gnificis verbis ostēdūt alijs amicos; & tm̄ in
operē nihil præstāt: eū tamen alij sint; qui
et si pauca verbis pmittere videantur magna
tamē operibus præstāt. Quadrat autem hæc
parabola etiā in quosdā Christianos, qui, q
verbo promiserūt opere nō præstant: eū alij
qui voto nō sūt astricti illud perficiant, de
quibus Theophil. ait. Cū multi etiam hodiē
pollicentur Deo & patri monachos se futu-
ros, fortē vel Sacerdotes: post promissionem
autē negligētes sūt. Alij autē monasticā, vel
Sacerdotalē vitā polliciti nō sunt, sicut mo-
nachi, vel Sacerdotes, vivūt tamē dignē: atq;
ira illi sunt obediētes filij, qui faciūt etiam si
nihil promiserint. *Aliam parabolam audite.*
Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam
& sapem circumdedit ei, & fodit in ea torcular,
& edificavit turrim, & locavit ea agricolis &
peregre profectus est. Cū autem tēpus fructuū ap-
propinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut
acciperēt fructū eius. Et agricola apprehensis ser-
vis suis alium ceciderūt, alium occiderunt, aliū
verō lapidaverunt. Iterū misit alios servos plures
prioribus, & fecerunt illis similiter. Novissimē
autē misit ad eos filiū suū dicens. Verebūtur fi-
lium meum. Agricola autē videntes filiū dixe-
runt intra se. Hic est heres, venite occidamus eū,
& habebimus hereditatem eius. Et apprehesum
eum, eiecerūt extra vineam, & occiderunt eum.
Cū ergo venerit Dñs vinea, quid faciet agricolis
illis? Atque illi. Malos male perdet, & vineā suā
locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructū tem-
poribus suis. Dicit illis Iesus. Nūquam legistis
in scripturis, lapidē quē reprobaerunt adificātes
hic factus est in caput angulī: à Dño factum est

Theophil.

istud. & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico
vobis. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabi-
tus gēti faciet fructus eius. Et qui ceciderit su-
per lapidē istum confringetur, super quem verō
caeciderit conteret eum.

Moralitas seu concio.

In hac parabola Dominus populo Iu-
dæorum & Christianorum insinuare vult,
atque ostendere, quanta nostra sit ingrati-
tudo erga illum, & quæ nobis expectet puni-
tio, quæ tantam ingrati tudinem vlciscatur.
Qm̄ grādis ingrati tudo est beneficium acce-
ptū non recōpensare, sed maior, imō maxi-
ma est pro bono exhibito malū reddere, q
& fecerūt Iudæi, & pessimi Christiani mo-
dō faciūt. Qm̄ Iudæi mortem illi obtulerūt
ppriam occidēdo personā, & malus Christia-
nus in suis mēbris idem facit. Vineā hæc Iu-
dæorū populus fuit, secūdū illud Esa. testi-
moniu quō dicit. Vineā Dñi Sabaoth dom⁹
Israēl est: & viri Iuda germē delectabile ei⁹.
Hæc Deus ex Ægypto trāstulit ad terrā pro-
missionis, deletis Gentibus quæ illā occupa-
bāt, ut Psalmista cōcinit dicēs. Vineā Ægy-
pti trāstulisti, eiecisti Gētes, & plāstasti eā.
Sepes sunt Angeli custodes, misit in ministe-
rium ppter eos qui hereditatē capiunt salu-
tis. Torcular fuit tēplum, atq; sacrificia quæ
omnia sāguine cōplebātur, in quo sacrificiū
sanguinis Christi referēbāt. Turris fuit lex,
quæ peccata cōspicere facit, & illa sunt quæ
vineā dissipare valent, agricolē quib⁹ eā lo-
cavit Sacerdotes, ac Doctores illi⁹ legis fue-
rūt, quibus illam cōmisit. Cū autē tēpus col-
ligēdi fructus bonorū operū appropinqua-
ret, misit servos Prophetas, nō semel aut bis,
qui prædicationibus, monitis, ac terroribus,
hūc fructū ab eis exigerēt. At illi alios quidē
occiderūt, alios vulnerauerūt, alios lapidave-
rūt. Novissimē autē vnicū filiū quē habebat
misit eis dicēs. Verebūtur filiū meū. Illi au-
tē dixerūt inter se. Hic est heres. Ex quo col-
ligitur, q multi ex Phariseis cognouerunt
Christū esse Mesiā, sed malitia corū excæ-
cavit eos. Dilexerūt eū magis gloriā homi-
nū, quā gloriā Dei. Et verē inter se coloquē-
tes dicebant in domo Cayphæ post Lazari
resurrectionē. Quid facimus, quia hic homo
multa signa facit in populo? Si dimittimus
eū sic, omnes in eū credēt. Nā ille pro Mes-
sia habendus erat cui omnes crederēt Israē-
litæ, & ille heres esset, cui omnes obedirent,
& ideo decreverūt illum occidere. Quod &
opere executi sunt: ut ipsi soli viderētur. Si-
nagogæ Dñi, atq; magistri. Quid ergō faciet
Dñs vineæ? Malos malē perdet, & vineam
suam

Esa. 5.

Psal. 79.

Hebr. 1.

Ioan. 12.

Ioan. 11.

suam alijs agricolis locabit, qui reddant ei
fructus temporibus suis. Quod tunc factum
est, quando Gentiles vocavit filijs Israēl in
sua incredulitate dimissis. Ceterum non illi
duntaxat populo loquitur Deus: verū etiam
nobis, qui in populo illo tanquā in typo ad-
umbrabamur. Quare vinea hæc præcipuē
est Ecclesia pprijs Christi manib⁹ planta-
ta, & à Synagoga ad Gētes per Apostolorū
prædicationē trāstata, sicut & illi populo illi
dixerūt: Vobis quidē oportebat primū præ-
dicare verbū Dei: sed quoniam repellitis il-
lud, & indignos vos vitæ æternæ iudicatis,
ecce convertimur ad Gētes. Quare Paulus
eos qui in Euāgelio per Apostolorum præ-
dicationem crediderunt; Dei agriculturam
vocat, & Apostolos Dei coadiutores dicit.
Vineam autem illam vocat: quoniam inter
omnes hereditates vinea est, quæ plures cul-
turas & labores exigit ad hoc quod fructus
ferat: ut intelligamus quāto labore Dñs Ie-
sus Christus hanc plantavit vineam, ut fru-
ctuosa fieret. Crucis aratro super humeros
suos portato eam proscindit, suo divino irri-
gavit sanguine, quatenus tali liquore delin-
nita fructus æternæ vitæ proferret. Angeli
sunt sepes ac muri, de quibus dictū est: Su-
per muros tuos Hierusalem constitui custo-
des. Et alibi: Ero eis murus igneus, qui sunt
Angeli, de quibus dixit Psalmista: Qui facit
Angelos suos spiritus, & ministros suos flam-
mam ignis. Quare Helisæus ostendit puero
suo civitatem Samariæ curribus igneis cir-
cundatam, qui erāt Angeli custodes; quibus
Deus mādavit, ut custodiant nos in omnibus
vijs nostris. Hi enim sunt de quibus Cant. 6.
dicitur: En lectulum Salomonis sexaginta
fortes ambiunt. Divina Scriptura, ac Evan-
gelium dicitur turris. Nam quemadmodum
ex turri euecta bestia aut homines, qui vi-
neam damno afficere possunt, circūspiciun-
tur: sic Scriptura sacra omnes dæmonum,
ac vitorum machinas pōndit. Nullum enim
malum, nulla dæmonis tecna quātuncunq;
occula erit, de qua non sumus in sacra Scri-
ptura præmoniti. Hinc Iob cap. 33. ait: Ad-
versum eum contendis: quod non ad omnia
verba respōderit tibi. Semel loquitur Deus:
& idipsum secūdō non repetit. Ac si di-
ceret, nulla ratione homo queri potest de
Deo, quasi non singulorum operum, quæ
facit, reddat rationem: nam semel loquitur
Deus, hoc est, in Scriptura, & Euāgelio
reddit iam Deus omnium operum suorum
rationem, & cur huic in tentationem labi

Acto. 13.

1. Cor. 3.

Esa. 62.

Zach. 2.

Psal. 103.

4. Reg. 6.

Psal. 90.

Cant. 6.

Iob. 33.

permittat, alterum stare, & alias etiam ibi
manifestat nobis tecnas, mēdacia, fallaciaq;
diaboli, ut euadere ea possimus, sic Grego-
rius hunc interpretatur locum. Est igitur
divina Scriptura turris, quinimō turris est
illa David, de qua in Canticis dicitur, quod
est edificata cū propugnaculis mille clypei
pendent ex ea omnis armatura fortium. Hi
clypei sunt Scripturæ sacræ testimonia, qui-
bus tanquā clypeis contra ignea inimici
tela protegimur. Omnis armatura fortium.
Nam in quacunq; materia nos adortus fue-
rit hostis: habemus in Scriptura testimo-
nia, quibus contra illū muniamur. Ut verbū
gratia, si nos circa gulam, iram, aut castita-
tem tentauerit; poterit quilibet Christia-
nus, ex his quæ in Scriptura legit, aut in
concionibus audit sibi colligere sententias,
quibus hostium incurfus repellat. Torcular
Sacramenta sunt, quæ Christi sanguine re-
dundant. Est enim in Ecclesia fons patens
domui Iacob, in ablutionē polluti, & men-
struata, qui septem habet ora, quibus affa-
tum sanguinem effudit illius racemi, qui in
prælo Crucis expressus tot nobis attulit
medicamenta. Et de his torcularibus, quæ
in Ecclesia sunt, est titulus Psalmi, qui dicitur
80. & 83. Pro torcularibus. Et de his dicitur Pro-
verbiorum. 3. Vino torcularia tua redunda-
bunt. Hunc quippē sanguinem fundunt,
qui & nostras maculas mundat, & nostra
corda lætificat. Et locavit eam agricolis. Hi
sunt Ecclesiæ prælati, qui simul & agrico-
læ, & locatores sunt. His duobus terminis
prælatorum munus nobis repræsentat. Est
quippē suorum officium agriculturalum, quod
inter omnia maioris laboris est, nec patitur
illum quiescere. Quid diceret, si videres
agricolam mundas manus ac candidas sub
chiroteca tegere; odorē ambaris ex se mit-
tere, super equum falleratum incidere, com-
edentem ac bibentem lautē: neque vlla
eum cura suæ hereditatis præmeret? Pro-
fectō irrides illā hereditatem, atq; nihili
penderes, quasi quæ nullum fructum posset
proferre, cū inculta, & quasi absque do-
mino sit. Hic est agricola, diceret: eques ac
delicatus puer mihi apparet potiūs. Agri-
cola sudore ac pulvere asperlus, marcidus,
à Sole decoloratus duris manibus, in somno
ac victu parcus ambulare debet; Solis ortus
illum in hereditate inueniat; vesperus illū
adhuc laborantem aspiciat, ut vel sic valeat
census, ac prouentus, quos debet solvere.
Episcopi ac prælati agricolæ sunt, quorum
munus

D. Grego.

Cant. 4.

Zach. 13.

Psalm. 80. & 83.

Prover. 3.



munus magnum laborem exigit. Si illos videris otiosos, Regū Curias ducere, multis fragantes odoribus, delicata edulia eructantes, noctes, ac dies stertentes: quid nam illis diceres? Hoc ne tuum postulat munus? an potius noctes infomnes ducere, dies in animum cura transigere. Ne vna vitis, aut palmes ex hac Domini hereditate, non corruptibilibus, auro & argento, sed pretioso sanguine Dñi empta, pereat. Hinc Paul. dicebat: Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Ac si diceret, *Echen de ver los hombres q̄ somos labradores desta vña. Vñ hereditati,* cum agricola otiose ac laute vivit. Vñ Ecclesiæ Dei, cum Episcopi somno & delitijs indulgent. Magna quippe reddituri sunt rationē Domino vineæ, qui eam eis locavit: locatores quippe potius sunt, quam dñi. Audite, fratres mei: Cum agricola propriam habet hereditatem non tanto illam labore colit: quoniam sibi soli fructus prouenire debent. Cæterum cum eam locatam habet: multa cura cultui hereditatis incumbit, scit enim debere ex illa fructus expectare qui ad solvendo prouentus proprio Dño, & ad sui ipsius victum & vestitum sufficiant. Imò ex ore filiorum aliquando tollit panē, vt creditoribus suis soluat. Sic Episcopus debet facere, qui nō se dñm reputare debet, sed tanquam locator se habere. Non omnia in proprios vsus conuertere debet, sed pprio Dño prius soluat, qui est Christus, cuius heredes sunt pauperes. Ab ore suo tollat panē, vt illis tribuat, vel potius soluat. Locatam habet vineam, nō sibi vsurper, omnes fructus eius reddat vero Domino. Dispergat & det pauperibus: vt sic iustitia eius maneat in seculū seculi; aliās tanquam iniustus hereditate, & fructibus spoliabitur, & subinde æternas luet poenas. Idem de quolibet Christiano cōsendum est, qui propriam animam debet colere, tanquam agricola vites, purgando illam à vitijs, vt fruct⁹ ferat. Et est etiam Dei tributarius, cui de bonis suis fructus rependere debet. Teneatur enim quilibet Christianus dum potest pauperibus de sua substantia aliquid impartiri. Quare oportet, vt à superfluis cesset, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Imò & temporis etiam tributa Deo soluere debemus. Nec enim totum tempus consumere licet, sed redimere: quoniam dies mali sunt; & bonam temporis partem Dei cultui tribuat Christianus. Soluat angarias temporis: magna quippe

1. Cor. 4.

simile.

Psal. 111.

Ephes. 5.

ei inest obligatio colendi vineam suā, quam si recte caperemus, nec victus aliquando recordaremur: quoniam Dei tributarij sumus ad colendam vineam suam locati, & ipse omnia prospicit, sumusq; illi reddituri rationem vsq; ad vltimum quadrantē: quam si non æquam reddamus, Regnum Dei à nobis auferetur, & in baratrum perpetuò retrudemur. Prælati autem non solum sui, sed & aliorum debet reddere rationem. Quare hæc cura illum præmere debet, secundum illud Pauli: Qui præest in sollicitudine: quomodò ergo delitijs vacabit? quomodò recordabitur sumere cibum? Discipuli Domini, qui hacangebatur cura, oblitū sunt panes sumere: quoniam ad maiora attendebant. *Et peregrè profectus est. Deus vbiq; semper est præsens: quoniam cœlum, & terram implet, & nulla creatura est inuisibilis in conspectu illius. Cæterum dicitur absentari, propter libertatem in qua homines relinquit ad operandum quæ sibi voluerint. Nam quando Dominus præsens est, non ea gaudent libertate serui, quando verò illum absentem vident liberiùs in suis actionibus se habent. Tanta hominum libertas est ad operandum, ac si Dominum præsentem non haberent, nihilominus ipse præsens est, omnia prospiciens. Quare prouidere debemus illum in conspectu nostro semper, ne quid cperemur, quod eius oculis displiceat. Nam, vt Dominus apud Lucam dicit: Si videns seruos, quod Dominus suus moras agit, cœperit comedere, & bibere, & percutere conseruos suos. Veniet Dominus in hora, quam ipse nescit, & ponet partes illius cum hypocritis. Sic fiet de illo prælato, qui oblitus mortis, ac iudicij: iniuste cum suis subditis se habuerit, prophanèq; vel negligenter suum munus exercuerit. Cum autē tempus fructuum appropinquasset. Hoc tempus semper præsens est, in quocunq; enim tempore, est tempus benefaciendi. *Misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Hi serui prædicatores sumus, qui nostris sermonibus Christianum populum exhortamur: vt fructus bonorum operū faciant, fideque, ac charitate operentur, sobrij, iusti, ac religiosi sint. Sic enim & Paulus. 2. Corint. 5. ait: Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortante: obsecramus per Christū reconcilimini Deo. Et agricola, apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt, Hodie inter Christianos saltem,**

Ad Rom. 11.

Hier. 23.

Hebr. 4.

Psal. 15.

Luc. 12.

2. Cor. 13.

non

non videmus prædicatores occisos, licet inter hæreticos nostris temporibus passim id videamus. Tamen videmus eos excollos esse, quando populi vitia Christiana libertate reprehendunt. Experientia constat, ideo apud Episcopos odio habitos: quoniam publicè docemus residētiā Episcoporum de iure diuino, nec posse propter alia officia secularia, aut alterius ordinis illam relinquere. Debere etiam Episcopos bona sua largiter pauperibus erogare, nec illis relictis consanguineis ea præbere. Idem apud temporales iudices eis accidit, quando eorum ignorantiam publicè arguunt, aut personarum acceptionem in eis reprehendunt; eos liberos vocant, & nimium audaces, atq; à curia, vel diocesi sua eos ob hæc pellunt. De hoc Micheas querebatur, dicens: Percussit maxillam iudicis Israël. Nam quantum ad arguendum vitia publica: iudicum officium gerimus prædicatores. Tunc autem hanc percutiunt maxillam, cum nostra verba contemnunt, cum nostra non admittunt consilia, cum ob hoc nobis succensent, atque nos infamare contendunt, auctoritatemque nostram minuunt. Et tunc ipse filius Dei secretis eos admonet inspirationibus, & ad eos inuisibiliter tunc veniunt. Cuius suggestionibus qui non acquiescunt, eum extrā suam hereditatem pellunt: atque in se enecant ne in eis viuat Christus. Hæc omnia apud Esaiam cap. 5. expressa videmus sub parabola vineæ, ait enim Propheta: Cantabo dilecto meo canticum patuelis mei vineæ suæ. Ac si diceret. Hoc contingit Deo cum populo suo; quod patueli meo accidit cum vinea sua. Vineam facta est dilecto meo in cornu filio olei. Hoc est, in loco maximè olei feraci Hebraismus quippe est. In loco sublimi olearum feracissimo. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex ipsa. Hoc est, foras eiecit lapides, & plantauit eam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret uvas, & fecit labruscas. Vineam electam, hoc est, optimorum palmitum, & optimi vini feracium, quæ alibi dicitur vinea Soreth, quod erat genus electorum palmitum. Hoc & Domino nostro Christo modò contingit. Vineam suam, hoc est, Ecclesiam in loco sublimi plantauit. In altitudine quippe mysteriorum sublimium, nempe in sanctissimæ Trinitatis, & humanitatis Christi plantata est. Ideo à Paulo dicitur: Quæ

Mich. 5.

Esai. 5.

Ad Gal. 4.

Ion. 1.

Ioan. 15.

Cant. 1.

Psal. 18.

Psal. 79.

Ad Rom. 15.

autem sursum est, Hierusalem mater nostra. Quod testimonium etiam de præsentī Ecclesia à multis sanctis intelligitur. Et locus est olei feracissimus: quoniam tota Lex noua misericordiam redolet: tota Ecclesia oleum sanguinis Christi manat; in nulla alia tanta gratiæ affluentia fuit, licet in Ecclesia Christi. Nam quando Christus Dominus ciuitatem Hierusalem ingressus est, per montem Oliuarum ad eam venit: quando Christus ad plantandam hanc vineam venit, cumulum gratiarum ad eam adduxit, montem plenum maximis donis, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: & de plenitudine eius omnes accipimus. Vites autem & palmites optimæ, nam prima vitis fuit Christus Dominus, secundum quod ipse dixit: Ego sum vitis vera. Ex hac enim vite bonus ille prodijt, qui in prælo Crucis expressus totum inebriauit mundum, de quo & Sponfa dixerat: Bottus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Cyprus enim terra vinifera est, Engaddi autem locus vbi multum vinum gignitur; locus ergo & vitis aptissimi ad ferendum fructum, quare palmites huius vitis totum occuparunt mundum; nam in omnem terram exiit sonus eorum. Vnde de hac Psalmista concinnit, dicens: Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagine eius. Audi Paulum, qui fuit vnus ex his palmitibus, dicentem Roman. 5. Quod ab Hierusalem per circuitum, vsque ad illiricum repleuerit Euangelium Christi. Vinum autem quod exprimit vinea hæc tantæ virtutis ac fortitudinis est, vt illo inebriata puella tredecim annorum, nec mortem nec tormenta, aut tyrannorum minas sentirent. Hæc vinea quæ propter has recentitas rationes deberet optimos fructus facere, in quocunq; palmitē, ac propagine eius, non tamen id fecit, sed expectauit (ait Dominus) vt faceret uvas, & fecit labruscas: Iudicate ergo (ait Dominus) inter me, & vineam meam. Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non fecit. At cum debuisset charitatis feruidos fructus facere, ac fortitudinis, patientiæ, humilitatis ferre racemos; potius fecit labruscas, hoc est, acrestam uvas acerbis. Talem hodie facimus fructum nos. Opera quippe facimus mortua absque calore charitatis, quæ ea decoquat, & apta ad manducandum faciat. Nam acresta principium est ad hoc quod sit uva; verum.



verumtamen nondum per calorem est decocta, ut in uam maturescat. Sic fides principium est Christianae religionis; verum operatio sine fide facta, absque calore charitatis, immatura sunt, nec Dei gustui placent, donec per charitatem maturecant. Nam fides quae per charitatem operatur, secundum Paulum, est quae placet Deo. Caritas quippe saporem operibus nostris tribuit, easque dulcescere facit, atque vim merendi illis tribuit. Ideo quippe hodie fideles sic tepide, ac indeuote operantur: quoniam absque charitatis fortitudine ferre omnia opera sua faciunt. Ideo multi imbecilles inter vos (ait Paulus) & dormiunt multi: caritas enim est quae animam roborat ad fortiter & delectabiliter operandum. Quare de talibus Sapient. 4. dicitur: Fructus eorum inuiles, atque accerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Hinc per Micheam Dominus conqueritur cap. 7. dicens: Non est botrus ad comedendum; praecoquas ficus desiderauit anima mea: quoniam botrus non est maturus, non potest comedi. Sic opera quae charitate non calefcunt, immatura sunt: quare praecoquas ficus desiderat Deus, hoc est, opera calore charitatis decocta, aliam conqueritur Deus, & dicit: Expectaui ut faceret uas, & fecit labruscas. Quando Moyses misit exploratores ad terram Promissionis (ait Scriptura) quod erat tempus quando praecoque uas vellet poterant. Tunc enim est tempus ingrediendi in illam requiem promissam, hoc est in caelum; quando habuerimus opera in charitate facta, his enim vescitur Deus, immatura opera renuit. Pincerna Pharaonis in somnis vidit, quod exprimebat uas maturas in calice Pharaonis; quod fuit signum illum debere restitui in locum pristinum in domo Pharaonis. Sic quando matura opera, hoc est in charitate facta, Deo obtulerimus; manifestum signum erit, nos in eius gratiam, atque in pristinam dignitatem restitui. Expectaui ut faceret uas, & fecit labruscas. Non placet Deo acetum, hoc est, fides sine charitatis operibus, non illi multum placet. Nec enim habet saporem illum, quo Deus libenter vescitur, vinum decoctum vult Deus; feruore gaudet charitatis. Sic enim & Sponsa dicit: Introduxit me Rex in cellam vinariam; ordinauit in me charitatem. Vinum, non acetum feruatur in Dei apotheca: vbi non aerefcit in eius cellario reclu-

Ad Gal. 5.

1. Cor. 11.

Sap. 4.

Mich. 7.

Esai. 5.

Gen. 40.

Cant. 2.

duntur, imò acerbis uas detestatur Dominus, cum dicit: De vinea Sodomorum, vinea eorum: & de suburbanis Gommorha. Vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimus. Sodoma sterilis, & caeca dicitur, de vineis Engaddi, & Hierusalem; conuersa es in vineam sterilitatis, & caecitatis, & cinerum. O anima caeca: quoniam fides absque charitate est, veluti habere oculum claudum, quo non vteris ad videndum, sic fides sine charitate inutilis est ad merendum. Facit enim caritas, ut cognitio illa Dei quam fides nobis parit: proficiat ad merendam vitam aeternam. Ergo de vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gommorha. Quoniam eadem est ratio ciuitatis, & suburbium, hoc est capitis, & membrorum. Et quoniam capita sterilia opera faciunt: eadem & membra operantur: Quare Principes Sodomorum vocat Deus per Esaiam capita populi sui. Quia ergo fructum maturum non ferimus, sed labruscas damus: talis fertur in nobis sententia. Auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

simile.

Esai. 10.

Alia moralitas seu concio.

Esai. 14. Ezech. 28

Ioan. 15.

Certe quotiescunque hanc sententiam mecum ipse verso, atque in animo meo voluo, horreo, timeoque ne forte nos simus, in quibus executioni manderetur. An nobis auferendum sit Regnum Dei, quod in praesenti per fidei cognitionem incipit, & in exteras transferendum sit gentes: quoniam nos fructum eius non facimus. Igitur praesens Ecclesia est vinea, vitis est Christus, nos palmites, cui adherere per fidem, & charitatem debemus, Pater autem est agricola. Nulla hereditas tot culturas exigit sicut vinea: nam si eam negligimus colere, syluam potius quam vineam faciemus. Oportet enim rebelles refecare inclinationes, & inutilia desideria amputare, ne luxuriantes palmites totam occupent domum ac tecta. Sic carnis superbia, & contumacia talis est, ut si ea suis desiderijs duci permittamus: iam totam dominabitur animam, altioresque eius potentias occupabit, & vsque ad caelum ascendet superbia eius. Audi quid Rex Babylonis superbe dicat apud Esaiam cap. 14. Ascendam in caelum, similis ero altissimo. Et apud Ezechielem cap. 28. Rex Tyri sic loquitur: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedeo. Vide quo ascendat malorum superbia, nisi caute retundatur. Quare ait Dominus Ioannis. 15. Omnem palmitem non ferentem, fructum purga-

purgabit Pater meus: ut fructum plus afferat. Quare vinea haec non alius cedris, sed humilibus vitibus plantata est: quae tamen licet oculis hominum parua videatur, ante Dei oculos magna sunt. Nam non diuites, ac magnates fuerunt eius primae plantae; sed pauperes piscatores ignobiles de media plebe assumpti, qui cum Paulo dicere poterant: Propter te mortificamur tota die: estimati sumus tanquam oues occisionis. Et alibi: Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Tamen in conspectu Domini pretiosissimi sunt filij tui dilecti, quibus complacuit dare Regnum suum, quorum non dedignatur vocari Pater. Tamen in tantum Deo gratifunt, in quantum huic conglutinantur viti per fidem & amorem: qui enim ab illa secantur, igni reseruantur inferni: Nam ab illo seiuicti, non possunt vllum producere fructum. Vnde ipse Christus ait: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & in ignem mittet, & ardet. Hoc nos debemus facere. Ipse quippe optimam plantauit vineam, qualem supra descripsimus. Et per torcular etiam tentationes intelligere possumus, in quibus exprimuntur boni, & a nobis poscit fructus spiritus, quos Paulus Galat. 6. numerat. Et misit alios, & alios seruos ad colligendos fructus, vsque dum & proprium mitteret filium. In quo patientia, & Dei longanimitas ostenditur: qua peccatores expectat, licet ipsi ob hoc peiores euadant, iuxta illud Sapientis testimonium, quo dicit: Quia non profertur cito contra malos sententia: ideo filij hominum, absque timore villo, perpetrant mala. Et illud Iob: Dedit eis locum poenitentiae: ipsi autem abusi sunt eo in superbiam. Nam a primo commisso delicto poterat illos punire, & in inferna detrudere. Sed expectat Dominus, ut misereatur. Quod Paulus confirmat, dicens: Tu autem secundum duritiam tuam, & impoenitens cor: thesaurizas tibi iram in die irae, & iusti iudicij Dei. Accumulat enim peccatum peccato: ita ut in die iudicij magnum cumulum peccatorum contra se habeat. Quid ergo faciet Dominus vinea? Responderunt ipsi, atque dixerunt: Malos male perdet. Ipsi contra se protulerunt sententiam, siue in corde id dixerint, siue voce protulerint, de quo postea dicemus. In quo ostenditur quanta iustificatione Deus sua opera faciat, ut ipsi peccatores aduer-

Psal. 43.

1. Cor. 4.

Ioan. 15.

Ad Gal. 6.

Ecles. 8.

Iob. 24.

Rom. 2.

suum seipos sententiam ferant, propria accusante conscientia, & cogitationibus accusantibus. Quare eorum sententiam confirmat Dominus, dicens: Auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Per Regnum Dei, non intelligitur hic Dominus illud caelum Empyreum, in quo Deus cum suis regnat; sed intelligitur praesens status Ecclesiae. Regnum quippe Dei consistit in cognitione Dei, secundum illud Ioannis. 10. Haec est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum; sed in praesenti statu incipit vera Dei cognitio per fidem, ergo & Regnum Dei intra nos est. Licet sicut notitia, qua hic habemus de Deo, est imperfecta, ita & participatio Regni Dei, quae tunc completa erit, cum videbimus Deum sicuti est. Et quod de illo Regno non loquatur, est manifestum, eo quod illud nunquam auferetur. Ergo non sine causa pertimesco, ne in nobis sententia haec Domini executioni manderetur, & auferatur a nobis Regnum Dei, hoc est fides; sicut in multis iam vicinis partibus experimur, eo quod fructus vineae non facimus. Fructus autem praecipuus huius vineae caritas est, ut Paulus ad Galat. 6. enumerat, simul cum pace, quae ad illam consequitur. Hunc enim amorem ac pacem venit Deus seminare in hereditatem suam, ut ipse dixit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat? Quare vinea nuncupatur, cuius fructus vinum est, in quo amor designatur. Vinum quippe forte est, secundum illud Esdra: Forte est vinum. Fortitudo autem etiam amori tribuitur, iuxta illud Cantic. vltim. Fortis est ut mors dilectio. Quocirca primum miraculum quod Dominus fecit, fuit aquam in vinum conuertere; ut insinuaret ad id se venisse in mundum, ut calorem charitatis in hominibus accenderet frigiditate exelusa, & in amoris calore conuerfa. Praecipuus ergo fructus huius hereditatis caritas est, ut Paulus etiam docet, cum ait: Plenitudo legis est dilectio. Videamus ergo, si fructum istum hodie proferimus, & inueniemus nos longe ab eo esse. Coalescit modò caritas proximorum, an proprius amor? Omnia in seipos hodie homines conuertunt, nec amicitiam vllam inter illos inuenies, nisi propter proprium commodum, lucrum, aut voluptatem. Quare in promptu videmus tempora ista periculosa, de quibus Paulus

Ioan. 10.

1. Ioan. 3.

Ad Gal. 6.

Luc. 12.

3. Esdr. 3.

Cant. 8.

Ad Rom. 13.

Ad Tim. 2. nos mot. 3.



Euangelium secundum Matth.

nos admonuerat, dicens: Spiritus manifeste dicit: quoniam in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa. Erunt homines amantes seipso, flechas vno Narcisos, enamorados de si mismos, Cupidi, elati, Desuauencidos, sine affectione, Desamorado, sine pace, Renzillosos, Et Roman. 7. Sine affectione, sine coedere, Fermentidos, sine misericordia, quae est charitatis effectus. Mirabile certe est quam fragili nexu hodie connectantur hominum amicitia, Parecen presas con alfileres, facillime quippe dissoluantur. Hi qui hodie maximam praeseferant inter se amicitiam, cras se inuicem occidere nitantur, hoc est, qui semper in hoc seculo nequam audio. Si quaras ubi sunt hic & ille qui veluti fratres indiuidui erant, nec vnus ab alio separabatur. Audio a dicentibus: iam soluta est eorum amicitia, maximam inter se quaestionem habuerunt. E alij duo ille, & ille quid de illis factum est? Respondetur mihi: Fuerant maxime chari: & tamen vulnerauerunt se inuicem, & vnus alium occidere quaerit. Quod si rationes indagare volo, inuenio rem parui momenti fuisse, nec sufficientem, vt tanta dissolueretur amicitia. Sed hoc quare? Quia non verò innitebatur fundamento, quale est Deus, sed erant amores ficti, fabulosi, quales sunt illi quos fabulae narrant de Amadis, & aliorum. Agitur merito perhorresco hanc Domini seuerissimam sententiam, ne in nobis adimpleatur, quoniam fructus huius vineae non facimus. Vnde & Sapiens Eccles. 10. ait: Regnum transfertur de gente in gentem, propter iniustitias, contumelias, & iniurias, & varios dolos. Videamus ergo si haec mala in mundo hodie sint, & inde colligere poterimus, si id a nobis timendum sit. Iniustitiae abundant, superiores quidem cum inferioribus iniuste agunt, & aequales cum aequalibus etiam. Periculosum est osin caelum ponere. Tu autem Domine, scis, atque vtinam tu solus scires quanta hodie subditi indigna a suis superioribus patiantur: & non id experientia, & periculo nostro agnosceremus. Rex ac quilibet Gubernator minister Reipublicae est, ab ipsa ad hoc munus electus, & propter tale ministerium illis Reipublica tributa soluit. Vnde quidam Rex sapienter dixit, quod Regnum est seruitus quaedam splendida, id est dicere, Rex est seruus quidam diues, ac honoratus. Quare tenetur ministerio, & vilitati Reipublicae, potius quam suis commodis deseruire. Id enim interest inter tyrannum & iustum Regem; quod ille sibi, hic publicis vilitatibus potissime prospicit. Idem de iudice quolibet dices. Quod si huic iustemodi ministri, neglectis publicis commodis, sibi soli prospicere vellint, & vt ipsi ditescant oues excoiriare non pudeat: valitus emittunt oues, qui caelum penetrabunt, & Dominum ad sui vindictam inclinabunt. Quod si in particulari ea in quibus a superioribus inferiores iniuste ac crudeliter, imò & tyrannice opprimuntur, recenseremus scandalum potius esset. Quare tacendum cenleo, & coram Deo nostras effundere querimonias: quoniam ipsi cura est de nobis, & patrocinium feret his, qui iniuste patiuntur. Si autem iniustitias quas aequales aequalibus faciunt enumerare velimus: tempus nobis ad enarrandum deficiet. Superiores distributiuam iustitiam violant, inferiores commutatiuam. Non loquor modò de usuris, simonijs, cambijs, & de alijs manifestis latrocinijs, ac rapinis, quibus mundus abundat; hoc enim istius, auicillius peccatum est. Generaliter tamen dico, quod omnes iustitiam cum proximis vestris violatis. Iustitia quippe est vniciqu; reddere quod suum est: vos autem id minime facitis, sed semper aufertis aliquid de eo quod fratri debetis. Si enim aliquod malum de eo profertis, dimidiam partem additis, supra id quod verum est: si bona quae in eo sunt loquimini; maiorem partem demitis, nec totum bonum, quod eis debetis, confertis. Quare Psalmista dixit: Mendaces filij hominum in stateris. Quoniam nunquam aequum pondus cum fratribus suis seruant. Sic in honore tribuendo, mendaces filij hominum in stateris. Idem de maioribus dices: Plus enim a quo tribuunt honoris, quam ille meretur, & minus huic, & vltra condignum aliquando illi vlciscuntur. Ecce quomodo in omnibus iustitia non tenetur, quare iniustitia abundant. Quod si de iniurijs & contumelijs loquamur, quas etiam enumerat Sapiens inter causas transferendi Regnum de gente in gentem. Proh Deum immortale quanta, & quam magna sunt. Nescit homo aperire os, nisi ad inferendum nocumentum proximo. In praesentia illum verbis malitiosis feris, quibus illum contristas: in absentia illius famam detrahis. Honorem praesens aufers, & famam absens denigras. Et varios dolos.

Ad Rem. 7.

Eccle. 10.

Cap. XXI.

los. Non deficit de plateis nostris vsura & dolus, omnia plena sunt dolo. Pater circumuenire nititur filium, filius patrem, maritus uxorem, amicus amicum, emptor venditorem, venditor emptorem, & sic in omnibus vsu venit. Quapropter Hierem. cap. 9. sic dicit: Vnusquisque se a proximo suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudalenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, vt inique agerent, laborauerunt, Et studian para hazer mal. Igitur si haec ita videmus quid mirum quod vehementer timeam, ne in nobis haec sententia feratur, cum causas eius in nobis inueniamus? Quod si id differt Deus, misericordiae eius ac bonitati ascribamus, qui nos expectat vt miseretur. Misericordiae Dei (ait Propheta) quod non consumpti sumus. Audio ergo Domini sententiam contra nostra delicta: eadem in me & in vobis inuenio. Praeterea video vicinas gentes huic iam subiaccere sententiae, cur non horrescam tremebunda iudicia Dei? Deus quippe his qui recte sua misericordia vti volunt, bonus est: terribilis tamen his qui nimium in peccando contumaces sunt. Vnde in hac parabola addit Dominus: Nunquam legistis, lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? Lapis quippe fundamentalis est Christus, & totius aedificij clauis. Est autem bonus, & poenitentiam agentibus petra refugij, secundum illud Psalmista: Petra refugium haereticis, hoc est, poenitentibus qui veluti haereticis sub sententia poenitentiae se abscondunt. Et 2. Regum. 2. ait David: Dominus petra mea, & robur meum. Malis autem est lapis offensionis, & petra scandali. Offendimus quidem in lapillulis: quia minuti sunt, nec eos videmus; sic in Christo in eius Cruce, & humilitate impingimus: quia humiles res sunt, nec superbia nostra eas dignatur aspicere. Qui autem ceciderit super lapidem illum confringetur, super quem autem ceciderit, comminuet eum. Est dicere, si da la piedra en el cantaro, mal para el cantaro; y si el cantaro en la piedra, mal para el cantaro. Christus petra est, & tu luteum vas, si in lapidem istum offendis & peccas, va tibi quoniam contereris: quod si Deus aduersum te iratus te percusserit, commi-

Psal. 54.

Hierem. 9.

Thren. 3.

Psal. 117.

Psal. 103.

2. Reg. 22.

Psal. 64.

nuet te, & in profundum inferni detrudet. Nam cum peccator Deum offendit quousque; illum tollerat Deus, videtur Deum sub se habere calcet enim eum, atque eius mandata contemnit: & tamè potius ipse vulneratur, ipsi que damnum infert. Deus quippe firmissima petra est: cui tu minime nocere valebis. Nam, vt Athanasius docet, quem admodum qui viperam in alium proiecere vult, vt illum mordeat, prius ipse vulneratur a vipera: sic qui contra Deum, aut proximum peccat, sibi ipsi prius virus effundit. Porro si peccaueris, quid ei noceris? Et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Homini qui similis est tui, nocebit impietas tua. Et Psal. 56. mista ait: Foderunt foueam, & incidunt in eam. Simile quid eis accidit, quod illi contigit, qui tauri aerei tormentum adinuenit, quem tyrannus Phalaris fecit, vt prius ille experiretur. Sic peccator prius in se experitur damnum quod alteri infert, cum prius per peccatum animam suam vulneret, ac interimat: sicut Aman ligno illo prius suspensus est: quod ipse parauerat Mardocheo. Deus nihilominus peccatores tollerat, ac fert patienter sustinens eorum mala, quibus Deum contempnunt, calcant, & collaphys cadunt, illumque multis vijs deprecatur, vt cesset a peccato. Quod si contumaciter renuerit facere, eiusque longanimitatem contempserit; iram suam super illum voluit, atque in aeterna tormenta comminuit. Id accidit peccatori cum Deo, quod Asael fratri Ioab, cum Abner Principe militiae Regis Saul. Persequeretur Asael Abner cursu velocissimo. Abner deprecabatur illum, vt desineret eum persequi, ac dimitteret se; volens illi parere propter Ioab fratrem suum. Sed cum illum, nec deprecantem, nec nimis terrentem vellet audire: lanceam quam tenebat in manu retorsit in illum, atque confixit eum in terra. Sic Deus cum peccatoribus se habet. Nam ille persequitur velocissime Deum, peccata peccatis addendo: Deus autem internis inspirationibus, praedicatorum vocibus, confessoris consilijs illum deprecatur, vt cesset, dicens per Esaiam: Quiescite agere peruersè. Tandem cum peccator suis non acquiescat precibus, sed Dei abutatur patientia; ira sua lanceam vibrat in illum, qua illum in infernum confodit. Va illi, quia in aeternum erit ibi comminutus. Nihil enim in corpore, aut anima erit,

D. Athanasius. simile.

Iob. 35.

Psal. 56. simile.

Esai. 7.

2. Reg. 2.

Esai. 1.



erit, quod non comminatur tormētis. Super quem autem ceciderit, cōminuet eum. Quod Dñs per Esai. c. 30. his verbis comminatur, dicēs: Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces: filij nolentes audire Legem Dei, qui dicunt videntibus: Nolite videre, & aspicientibus (A las atalayas) Nolite aspicerere nobis, quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. auferre à me viā, declinate à me semitā, cesset à facie vestra sanctus Israël. Propterea hæc dicit Dominus sanctus Israël: Pro eo quod reprobastis verbū hoc, & sperastis in calūnia & tumultu, & innixi estis super eos: propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadēs, & requisita in muro excelso. Quoniam subito dum nō speratur, veniet cōtrictio eius, & cōminuetur sicut conteritur lagena figuli cōtritione perualida, & nō inuenietur de fragmētis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur paululum aquæ de fouea. Sic etiam per Dauid scriptū est: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli cōstringes eos. Hæc facili negotio, pposito præsentī, poteris applicare.

Psal. 2.

Alie moralitas seu tuncio.

D. Greg.

Cant. 6.

Hanc parabolam Dñs Principibus Synagoga dixit, quæ tunc erat Ecclesia Dei. Nam Ecclesia à primo iusto, qui fuit Abel, semper perseuerat eadem, sicut in hac parabola docet D. Greg. Accepit quidem illa incrementa, secundum diuinā dispositionem in diuersis temporibus: tamen Ecclesia vna semper fuit & erit secundum illud Cant. 6. Vna est columba mea: & ita diffinitur capfimitur, de summa Trinit. Vna est sancta mater Ecclesia. Quare si illa peccata, quæ tunc commiserunt illi, quibus Synagoga commendata fuerat; nunc committerent sacerdotes nouæ Legis, & cæteri fideles illos imitarentur: eadem sententia hos etiam deberet comprehendere ac illos, imò fenior multum. Quoniam etsi vna sit Ecclesia antiqua & noua, tamen perfectior multo est hæc quam nos habemus, ea quam prisci Patres tam in Lege naturæ, quam scripta tenuerunt. Nec enim hæc in arenosis Iudeg locis plantata est; nec sola vna ciuitas, nec vnus populus eam constituunt; sed vniuersa fidelium turba, totus mundus, omnes nationes, Barbari, Scithæ, Indi, atq; Æthyopes, multitudo magna gentiū, omnium statuum ac conditionū. Nec Ecclesia hæc vnū duntaxat templum habet, sed innumerabilia; nec illa solum lauacra habet, ac purificationes, quæ corpus tantummodo abluant; sed

Baptismum & Sacramenta, quæ animam à peccatis abluunt. Nec est in ea torcular, in quo solummodo sanguis hircorum, aut vitulorum effunditur; sed ipsius filij Dei sanguis quotidie in holocaustū effertur. Vineam quæ ut plantaret filius Dei habitu inuentus, ut homo, imò ut agricola ad eam venit, atque triginta trium annorum laborem insumpsit in ea; ad cuius fossionem ac culturam necessarii fuerunt clauis, lancea, spinæ, flagella, & Crucis aratrum, mors, atq; sepultura: & ad eam irrigadam lacrymæ, atq; sanguis diuinus effusa sunt. Vineam quæ pro fructu homines germinat, & homines Angelis puriores, splendidiores stellis. Vineam ad cuius obsequium cælum fabricatum est, omnia quæ simul creata pro eius delictis facta sunt: cuius requies Deus est, cuius vita Spiritus sanctus, cuius plātor filius Dei, cuius agricola Pater. Hæc ergo vinea est, hoc Regnū quod Deus Principibus Christianis maxime commendauit simul ac vniuersis fidelibus, non ut eius Dñi essent (non enim dominamur fidei vestræ, ait Paulus) sed ut eā quasi agricolæ locarēt, & loco tributū fructus eius Dño redderent, vnusquisq; secundum portionem, quæ illi cōtigerit. Temporales Reges Republicas in ordine ad spiritualia bona gubernantes, spirituali regimini fauorem præstantes, atq; illius se dominio submittent. Ecclesiastici prælati spirituali regimini diligenter incumbentes, quod secundum Euangelicā ac Apostolicā doctrinam exercere debent. Cæteri fideles vnusquisq; in suo statu vitam agentes, secundum Euangelium Christi, & Ecclesiasticas Leges, nec vnguem transuersum ab illis deuiantes. Talis autem & his modis locata vinea, intolerabilis ingratitude esset fructus nolle soluere Domino. Tunc autem reuelare ceperunt agricolæ illi, quando fructus quos vero Domino reddere debebāt, sibi iniuste vsurpare conati sunt. Tunc etiam Synagoga aduersus Deum reuelare cœpit; cum opera illa, quæ in gloriam, & cultum Dei dedicanda erant, in propriam gloriam, ac vanitatem conuertere volebant, tam temporales Principes, quæ qui templo præsidebant. Intromisit se Rex Ozias (ut historia Regum Iuda refert) ad offerendum thūs Domino in templo, quod tamen munus sacerdotū duntaxat erat, cui tamē fortiter summus Sacerdos Azarias restitit. Quare. 1. Paralip. 6. solus ille cum nomine sacerdotis recensetur. Nā cū ibi diuina Scriptura nomina

2. Cor. 14

2. Parolip. 26.

1. Parolip. 6.

mina sacerdotū recenseret, cū ad Azariam venit subintulic. Ipse est qui sacerdotio functus est, in demo quæ edificauit Salomō in Hierusalē. Circa quod sancti Doctores ac interpretes disputant quærentes, quare huius viri duntaxat fiat mentio cū nomine sacerdotis, & de eo solummodo dicatur, quod hoc muneri satisfecerit, cū reliqui etiam sacerdotes altari ministrassent. Respondent in causa id fuisse: quoniam solus ille inter alios ausus fuerit fortiter resistere Regi Ozia vsurpanti sibi sacerdotū ministeriū volens offerre incensum, quod solius summi sacerdotis manus & officium erat. Nec enim negotium illud ac ministerium hominis erat profanum; sed potius Deo ad tale munus consecrati. Non hoc ministerium tuum est (ait Azarias Regi) nec tua dignitas ad hoc pertingit: sacerdotū officium est non illud tibi sacri legis vsurpare præsumas. Hoc enim est fructus alienos sibi surripere. Sacerdos quidem erat iste, sed veteris legis, in qua tota sacerdotū consecratio pura ceremonia erat; nec enim gratia per illā conferebatur, nec potestas aliqua, aut character ad res spirituales, non ad offerendum sanguinem Christi: sed vitulorum & passerum, non addenda animæ peccata; sed ad tollendas tantum corporum irregularitates. Nihilominus tanta virtute præditus fuit, ut Regi contradicere non timuerit; qui & ab officio remouere illum poterat, imò & vitam corporalem ab illo auferre. Et modo in lege noua in qua sacerdotes verè consecrantur, & in anima sanctificantur, in quorum consecratione gratia diuina eis confertur, potestas spiritualis eis datur, character ac signum talis potestatis eis imprimitur. Qui verè absoluunt homines à peccatis, corpus, & sanguinem Christi consecrant, coronam tanquam Reges portant, mitram bicornem tanquam superiores, ut terribiles inimicis efficiantur; qua propter eos regale sacerdotium vocat Petrus; & tamen timore mundano præpediti, non id audeant Regibus Christianis dicere, quæ sacerdos ille, vel potius nostri sacerdotij figura, Regi præpotenti dixit, qui volebat sibi vsurpare quod Dei erat. Cum tamē ad hoc deberent vti sua potestate, ne seculares Principes, ea quæ sunt Ecclesiæ vsurparent, nec eius infringere privilegia, immunitates, aut cætera quæ ad eius auctoritatem magis pertinebant. Ipsi vero tacent, & sunt velut canes muti non valentes latrare, qui fortè, nec ipsi fructus vineæ faciunt, sed in suos proprios vsus, ac utilitates bona

1. Petr. 2.

Ecclesiæ conuertunt, ut ipsi qui mundanas appetebant pompas, & in seculo nō poterunt habere, ex Ecclesiæ redditibus eas habeant, ut suos consanguineos diuites faciāt: cū tamē fructus, nō sibi sed Christo, & eius heredibus qui sunt pauperes deberentur, & in Dei cultu & obsequiū ea expendere oporteret. Achab Rex Israël vineam Naboth accepit, ut sibi ortū & pomeriū strueret, & ex pessimo Iezabelis consilio id fecit interfecit innocente Naboth. Id ad literam Synagoga fecit interfecit innocētissimo Christo: quoniam Principes eius in sua commoda volebant vertere Synagoga. Id quidem infidelis Synagoga fecit; sed tu, o Ecclesia Dei benedicta vinea Domini, sic bene plātata, cū incolæ tui deberent omnes te colere, ut plantæ veteres conseruarentur, & nouæ plantarentur quæ suo tempore darent fructus suos, è diuerso non Principes seculares soli sua bona expetunt, ut sibi hortos & pomeria faciant; & in suos proprios vsus conuertant; verum & illi qui locum agriculturalum in te tenent, & qui te deberent colere, purgare, custodire, augere; hi te deliciarum suarum horum facere volunt. Ideo quippe prælaturas ambiunt, beneficia quærunt, prouentus maiores appetunt, ad hoc & vites & palmites tuos volunt, plures parrochos maiora districta, ad hoc & augment prouentus, ut plus reddituum, plus auctoritatis habeant, plus in suis delictis expendere valeant. Adiubat ad hoc suis consilijs, ac importunis precibus Iezabel, hoc est, caro, & eius affines ac consanguinei, amici, cliētuli, ut sibi omnia sint, nihil super sit Deo, aut pauperibus Christi. Video quidē fratres mei, hos qui Ecclesiasticis diuitijs potiuntur aulas edificare regias, villas, hortos, pomeria maioricatus instituire, & in rebus alijs superfluis suas expendere pecunias. Ad quid hoc? Videntur certè occasiones quærere in quibus pecunias effundant: ut nihil remaneat quod pauperibus erogetur, & hoc est fructus vineæ vsurpare, omnia in suos vsus conuertere, ut nihil super sit quod vero Domino tribuatur: quod & Pharisæi volebāt. Ambitione quippe ac auaritia perciti Christū Dominum occiderunt: ut ipsi Synagoga ac plebi dominarentur, ipsi soli ab hominibus vocarentur Rabbi, ipsi prouentus, oblationes, ac lucra multa accederent. Et quoniam Christus, qui erat Dominus vineæ, id illis suis acris verbis impediēbat: ideò eduxerunt illum extra

3. Reg. 14.



tra vinea & occiderunt. Extra portas quippe crucifixus est ab eis Christus. Hac ergo via, auaritia scilicet, ac ambitione, Christus a Pharisaeis occisus est. Atque utinam eadem via hodie ab hominum memoria non intereat, sicuti videmus iam in multis populis interisse; & quod habeat se tanquam peregrinus & hospes super terram: querendo hospitium, cum a multis iam dudum expellatur; & in illo videamus adimpletum illud Hieremias baticinium quo dicit. Et tu quasi Colonus futurus es super terram: & quasi peregrinus & vagus declinans admanendum. Nimio flagrabat desiderio Deus, ut cum hominibus habitaret super terram, incola atque Comes in patria eorum foret; verum eorum crudelitas ac ingratitude id non permisit. Nam cum triginta & tribus annis in populis Iudaeae habitasset, & eum hominibus conuersatus fuisset, hominis impij non tulerunt illum, sed extra ciuitatem eiecerunt & occiderunt, occisis etiam multis ex familiaribus suis: qua propter ad gentes se transtulit. Et cum iam in vniuersa terra receptus esset, impius Mahomethus illum a maiori parte terrae expulit, Lutherus etiam verum nomen eius, a nostris vicinis regionibus exterminauit. Quare apud nos solum modo manet verus Christus nos enixe deprecans ne abiciamus illum. Et cum se sic constrictum videt: vsque ad Indos alterius poli se transfert: nam & nos non facimus fructus vineae suae. Principes seculares quae Ecclesiastici quomodo in his se habeant iam diximus: Cateri fideles quem fructum ferant audite. Cum deberent quippe fructum bonum operum exhibere, & ambulare digne Deo, ut ait Paulus, hoc est, fructus vineae Dei ferre, qui suae sunt opera charitatis, non proferunt nisi mundi fructus & opera carnis, quae Paulus ad Galatas refert. Expectaui ut faceret vbas, hoc est, opera dulcia, ac fortia charitatis & pacis, & fecit labruscas, id est, opera amara odij & dissensionis. Mundum enim replestis iniquitatibus, blasphemijs, petiurijs, rapinis, dissensionibus, mendacijs, dolis, falsis testimonijs, atque in numeris alijs secleribus, itaque onusta plaustra peccatis, atque flagitijs in terram trahitis hodie, o mortales, sic ut in vobis iactari possit illud Esai. c. 5. Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatum; & sicut vinculum plaustrum peccatum. Nam sicut plaustrum onustum trahitur magna vi, ita ut vix duo magni boves

Hiere. 14.

Ad Col. 1.

Ad Gal. 5.

Esai. 5.

Esai. 5.

simile.

illud vehere possint, sic magna vi, atque sudore hodie trahuntur peccata. Tot enim sunt & tam magna: ut vix mundus iam illa ferre valeat, nam totum conatum, studium, laborē hodie homines in peccando impendunt. In quo expendit ille rem suam? In peccatis cum aleatoribus, cum meretricibus, cum factiosis, subornando, mentiendo: ita ut nec tirantium, in Dei obsequium expendere velit. In quo ille vires suas consumit? In peccatis certe. Percutiendo illos, occidendo alios, hos ad haec facinora adiuuando, illos ad alia inuitando. At quae ille alius suum ingenium applicat? In carminibus lasciuis componendis, in detrahendo proximo, in mentiendo, in decipiendo, denique in ea omnia quae flagitia & peccata sunt. Ad quid tanta pecunia consumitur: in vestimentis sericis, speciosis sumptuosis, in fuscis in tot inuentionibus, ad hoc, ut pulchra appareas? Certē ut alios incites, ad peccandum, ad te allicias, atque trahas ad adulteria, ad stupra, ad incesta, ad sacrilegia. Heu, heu, heu miseros mortales, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatum ad vos. Tot modis tamquam funiculis peccata trahitis. Et sicut vinculum plaustrum peccatum: vim omnibus inferendo reb⁹, ut eas ad peccata retorqueatis. Et sicut plaustrum onustum foeno, ut dicitur Amos. 2. Foeno enim omnia haec propter quae peccatis comparantur. Strido super vos sicut plaustrum onustum foeno. Tot enim strepitus, tot clamores, tot bella, tot motus atque inquietudines quas homines hodie patiuntur, ad trahendum foenum deseruiunt. Ad opera carnis & desideria adimplenda, quae conferuntur foeno, sicut Esaias clamat dicēs: Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos foeni. Omnis enim gloria carnis quasi flos foeni est, quod mane exoritur & vespere exsiccat. Et haec onera portat peccator in plaustris ferreis, ut dicitur Amos. 1. propter grauitatem & pondus earum: Ob hoc enim homo rem, pecunias, vires, ac ingenium consumit, ita ut vix peccator halitū spirare valeat, sic peccatis ac eorum grauedine pressus est. Vae ergo vobis qui trahitis iniquitatem, & hoc in funiculis vanitatum. Cur ille feminā illā nobilem ac pulchrā deperit? cur illi tot munera pretiosa confert? cur ingenium suum & alienū in eius laudibus occupat? certe propter vanitatem, ut de eo dicatur, quod est optimus curialis curiosus, optimo

Amos. 2.

Esai. 54.

Amos. 1.

pra-

praditus ingenio, & quod in optimo loco suas collocauit cogitationes. *Que es hombre de bu nos pensamientos.* Quod certe maxime detestandum est: iniquior enim, & qui deteriora, & periculosiora peccata committere aggreditur meliorē vocatis (o miseri ac caeci mortales) & inter alios nobiliorē. Audite diabolicā & infernalem loquelā. Eum qui nobiliori homini insidias parat, qui honestiorem sollicitat mulierem; validiorem ac meliorem vocatis. Vae qui trahitis inquietatē in funiculis vanitatis. Idē & de ambitioso dicere poteris, qui supra se onera multa portat hominū amicorum, Reges ministrorū, eorū seruatorū, quibus munera largitur, quorum iniurias ac superbiā ferre debet, & alia quam plurima mala quae ambitiosus quisque sustinet. Et quis hoc onerofum plaustrū ad se trahit? Funiculi vanitatis, certē, ut ipse consequatur honorem quod appetit, & sic alijs imperet, & honoratior sit ceteris. Hoc autem totū vanitas est, imo & vanitas vanitatum. Si ergo nec fructus vineae facimus, nec soluius, quid miramur si tali nos feriat, sententia Dominus dicens: Auferetur a vobis regnū Dei: & dabitur genti facienti fructus eius? Per regnū autem Dei ego intelligo virtutes Christianas inter quas fides fundamentum ac radix est, qua deleta nulla alia virtus quae hoc nomine apud Christianos gaudeat inuenitur: quoniam, ut ait Paulus. Sine fide impossibile est placere Deo. Terribilis haec sententia, & maxime timēda, ne propter nostra peccata Deus a nobis auferat fidē, sicut a conuicijs nostris ablatai videmus. Haec enim inter omnes quas Deus in hac vita peccatoribus infert maior est, & quae sola vltionis nomen habere videtur. Quoniam in alijs nos tanquam pater castigat, in hac tanquam hostis nos ledere contendit. Quemadmodum Hieremias in suis lamentationibus deplorat dicens: Tendit arcū suū tanquam inimicus, firmavit dexterā suā quasi hostis, & occidit omne quod pulchrū erat visu in tabernaculis filiae Sion, effudit quasi ignē indignationem suam. Primum dicit tendisse Deus arcū suū & firmasse dexterā suā contra nos quasi inimicus. Inimicus tuus cum te percutit non hoc facit animo, ut corrigaris, sed ut te occidat, amicus autē, aut pater ad hoc te percutiunt, ut emenderis: quare eorum vulnera mortalia non sunt. Vindictas quidem Deus exercere solebat in populū Christianū, sed tamē in ipsis clarē videbatur paternas potius cor

Hebr.

Thren. 2.

Tomo. II.

rectiones quae hostiles vltiones exercuisset quae & si secta, bella, schismata quae in Ecclesia vigeant (quae multis perseverabat tēporibus) fides tamē quae radix est, illa saltem hilominus permanebat, cathenis constricta radix haec erat, nec ad momentum quidem mutabat? Mirabile certē est quod in Ecclesia Dei viginti nouē schismata fuerint, & in his illud quod magnum dicitur (eo quod quinquaginta durauerit annis) & hiscē temporibus duo & tres fuerunt simul Papae, nec liquido constabat quis esset summus Pontifex, & alij hunc, alij illū, ut verum Pontificem adorabant: & tamen nunquā fides periclitata est, nec vllus illius sedē & autoritatem ausus est negare. Legimus etiam plurimos Imperatores fuisse qui summo odio, summos Pontifices persecuti sunt, & bella & exercitus aduersus eos mouebant, & tamē nullus vnquam sedem Petri negauit, quiniomō vnus ex eis qui Henricus Eneobarbus dicebatur, ē Sueuia crudeli profapia sic excommunicationes Pontificum pertimuit; ut pedibus nudis super niuem calcans ad Pontificem accederet, ut illi a censuris absolutionis beneficiū presteret, & ad pedes eius prouolatus sustulit ut Pontifex pedem super collum eius poneret dicens; Super aspidem & basiliscū ambulabis & conculcabis leonem, & draconem, & Imperatore dicente non tibi, sed Petro Pontifex replicaret. Et mihi & Petro: & inter has ciuiles dissensiones fides in suo robore semper mansit. Et cū odio prosequerentur Papas bellū crudelissimū inferentes eis, nunquā tamē autoritatē illius sedis negauerunt, & illos Petri successores semper fassi sunt. Et cū in multis prouincijs & signatē in nostra Hispania bella ciuilia insurgerent, quae nos cōmunitates vocamus: tamen fides semper intacta permansit, nec circa eā quicquam aliquid noui molitus est. Hiscē autem miseris tēporibus pro dolor, qualibet vel minima occasione periclitatur fides, & obedientia vbi sedi Apostolicae negatur, conculcantur sacramenta, in numerisq; errores ac blasphemie sustinentur. Quid fecit Papa Regi Angliae? Quod iniustū erat negauit illi, dissolutionē vnus veri matrimonij multo tēpore continuati, & prolis generatione roborati, quod nullatenus dissolui poterat. Et ob iniustissimū factū sedē illā Petri negauit, esse se caput Ecclesiae in toto regno suo predicari mādauit, multaq; Lutheri dogmata amplexus est circa hoc, quem tamen ipse suis literis

sal. 90.

y 2 confu.



confutauerat. Apud Gallos etiam ubi fides Catholica sic semper resplenduit, quorum Reges Christianissimorum titulum meriti fuerant: quia Rex multas expēderat pecūnias, mota est respublica ad res nouas molendas, & protinus fidem negauerunt & hæreticissimi Caluini dogmata amplexi sunt. Idē in Flandria nuper contigisse prospeximus propter tributa quædam illis imposita, quæ sibi grabia videbantur, quod & nos ne in nobis accidat iuste timeamus, tamen si ego confidentiam magnam in Domino habeam, quod hoc non permittet: etiam si nostra id scelera mereantur. Hæc vindicta, hostilis est. Sagittæ istæ, ad cordis scopum tendunt, radicē feriunt quæ fides est, non super capita nostra trāseunt, *no se pas- san por alio*: veluti illæ quas Ionatas ad Dauid dirigebat: quoniam illæ sagittæ ab amico iacta erāt. Vnde Hierem. 30. dicitur, Plaga inimici percussit, castigatione crudeli. At ergo Hierem. Terendit arcum suū quasi inimicus, effudit quasi ignem indignationem suam. Antea misericordiam suā solebat Deus super nos effundere, nunc iram spargit. Antea stillabat per guttas super nos indignationem suam; nunc autem quasi impetu quodam totam effundit. Stillabitur super eos indignatio tua, aiebat Dauid. Guttas spargebat diuisas, nunc fame populum suum affligebat, alio tēpore peste, alio bellis eos percutiebat. Nunc autem totam simul iram supernos quasi ignem deuorātem effundit. Fames & simul pestis, morbi, bella, terrores, sectæ, hæreses, diuisiones, domesticæ odia nos præmunt, quæ hostes impetu magno nos percutit. Et cecidit omne quod pulchrū erat visu in tabernaculis filiæ Siō. Iam pulchritudo Ecclesiæ deleta videtur. Vbi nunc constantia illa Martyrum est? Vbi Confessorum poenitentia? Virginū puritas? deuotio, ac paupertas Monachorum? Vbi nunc eremos illos reperies, qui pro hominibus Angelos ferebant? Ignis omnia consummasse videtur. Vbi Augustinū nūc quæres, qui tanto zelo Ecclesiam ab hæreticis defendebat? Vbi nā est alter Ambrosius qui fortiter Imperatoribus resistebat, & eos extra Ecclesiæ limites propter eorū inobedientiam abigebat? Vbi Episcopus ille Canthuriensis qui ob defendenda Ecclesiæ suæ priuilegia occubuit, & tanquam martyr in Ecclesia colitur? Hi erant muri, ac munimenta Ecclesiæ. His innixa subsidijs immobilis tunc fides permanebat. Hæc

Hiere. 30.

Parali. 34.

autem iam consumpta, ac diruta sunt. Subdit enim Propheta. Præcipitavit omnia mœnia eius, & dissipauit munitiones eius. Ambicio ac superbia hæc mœnia dirupit, nā illi qui Ecclesiam tanquam firmissimi muri munire solebant iam in terra iacent, ante pedes terrenorum Regum prouoluti terrā tanquam rabidi canes lingentes, quidquid voluerint Principes, consentientes abque hoc quod quis tanquā murus se illis audeat opponere. Et hoc, vt obtineant pinguiorē Episcopatum, aut dignitatem ab eis. Vnde & subdit Propheta, Et repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. Hoc est, tota Ecclesia repleta est his hominibus, qui se ipsos humiliauerunt, & propter temporalia lucra regib' ac diuitibus tradiderunt. Ita quod non inueniretur qui stare possit contra Reges ad defendendam Ecclesiam. In me quidem qui hæc & scribo & clamito suum exercebant furorem, qui nullam humanam protectionem spero, cum alias nihil magnum pro defensione Ecclesiæ faciant, & quia hæc veritates non admittuntur, defecit ira Dei in vineam suam. Nam apud Elai. cap. 5. post illa verba, expectaui, vt faceret vbas, & fecit labruscas, sic subinfert Dominus. Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam desertam, non putabitur, & non fodietur, & ascendent vepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eā imbrē. Muri & sepes Religiosi, ac Ecclesiastici viri sunt, quos ab Ecclesia heretici suis falsis machinationibus propellant, quare modo nec colitur, nec foditur, nec est vnus, aut alter, qui hoc ministeriū rectē facere velit: quare vepribus plena est, & Deus mādauit nobis ne pluant super eam, hoc est, verbi Dei prædicatoribus: quia vel nulli sunt, vel hi qui prædicant, aut adulantur, aut rebus minimis animum applicantes maiora contemnunt: qua propter subdit Hieremias dicens: Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, & demolitus est tabernaculum suū (nunc hanc, nunc illam gentem destruendo) obliuioni tradidit Deus festiuitates & Sabbathū. Hoc in hereticis videmus qui festa Ecclesiæ non celebrant. Et in opprobrium, & indignationem furoris sui regē & sacerdotem. Hoc est, ergo omnium terribiliū sententia, Auferetur a vobis regnum Dei. Quare Dominus

Esai. 5.

Apocal. 2 Dñs in Apoc. 2. nos admonete dicens: Age poenitentiam, & opera prima fac; sin autē veniam tibi, & mouebo candelabrū tuū de loco suo. Candelabrū autem fidei lamē significat, quod sicut à Germania, Anglia, & Flandria, remouit Deus: ita & à te remouebit, & ad Barbaros, & Indos trāseret illud, qui meliora opera faciunt quā tu. Vide. 4. *4. Reg. 17* Reg. 17. quam reddat Dñs rationē, propter quam transtulerit populū Israël ad alienos, & deleuerit eos à facie sua: quia verba Prophetarū quos ad illos misit Deus audire neglexerunt, & indurauerunt ceruices suas, idēo proiecit Deus illos à fide sua, & id populo Christiano applica. *Alia moralitas seu concio.* Homo erat paterfamilias qui plātauit vineā. Hæc Ecclesia vinea vocatur: quoniam fructus quem fert similis est fructui, quem vinea profert. Fructus vineæ dulcissimus est, sic & Ecclesiæ, de qua dicitur: Primi & purissimi fructus eius. Ex quib' vnus est spes quæ gaudiū & lætitiā in anima operatur, ad similitudinē vini quod lætificat cor hominis; talia quippē sunt bona quæ Deus præparauit diligētibus se: vt sola eorū spes gaudio magno efficiat corda sperantiū in eo. *Ad Ro. 12* Vnde & Paulus ait: Spe gaudentes. Nā spe videtur quæ hic incipiat similitudo quæ dā ac umbra eorū quæ speramus: quemadmodū qui Episcopatū, vel Principatū sperāt, sola hæc spes eos lætos habet, maximē si aliqua innituntur certitudine se consecuturos quæ sperant. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domū Dñi ibimus, aiebat Dauid. Nā in hac vita videtur spes tribui quasi in præmiū bonorū operū. Seminate vobis iustitiā & metite tēpē, ait Propheta. Ac si diceret: Hic erit vobis fructus ex iustitiæ operibus: nā per bona opera certiorē facitis vestrā spē. Hinc Spōsa dicebat: Sub umbra illius quæ desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo, quæ enim umbra viatori, id spes homini Christiano in hac vita est. Et hic est fructus quæ modo colligit iustus: quæ debet in spe qui arat arare, & qui trahit in spe fructus suscipiendi, ait Paulus. Dicitur autē umbra spes Christiana: quia est eorū quæ in se non videntur, sed in figuris, ac vmbriis dūtaxat, in quibus fides. Deū non bis ostendit. Spes quippē est eorū quæ non videntur. Nā quæ videt quis quid sperat? ait Paul. Est quidē eorū quæ nō videmus: expectamus tamē videre. Vnde subinfert Paulus. Si autē quæ non videmus speramus, per patientiam expectamus, nā quia spes Christi

Alia moralitas seu concio.

Prover. 3.

Ad Ro. 12.

Psal. 122.

Osee. 10. Secundum. 70.

Cant. 2.

1. Cor. 9.

Rom. 8.

stiani est eorum quæ per volūtatem Dei & gratiā diuinam consequi debet; hinc fit quæ hic per patientiā expectat, quādō voluntas Dei fuerit illi dare. Nihilominus hunc fructum modo colligit, qui eū gaudiō afficit eleuatque desideria sua ad cœlestia. Hinc Spōsa aiebat, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Prius læuā sub capite Sponsæ habet Sponsus, fingit enim Sponsa quod Sponsus manu læua leuabat caput eius, quoniā in rei veritate spes mentē & cogitatus nostros leuat ad Deum. In causa est spes quæ iustus caput eleuet ad cœlestia, nec illud depressum ad terrena habeat. Secundū illud quod Dominus iustis dicit: Respicite & leuate capita vestra: quoniā appropinquat redēptio vestra. Hoc est, dicitur: Spes hæc quod iā bonū vestrū appropinquat; debet esse in causa quæ caput præ gaudio leuetis, nam tristitia deprimit illud. Et deinde in alia vita dextera eius amplexabitur me; cum me sibi iunget illa mirabili vnione qua essentiam suā cum meo intellectu copulabit. Tunc enim erit gaudium meū plenum. Interim spes me sustinet, læua eius eleuat caput meū, nam per læuam præsens status, per dexteram verō futurus designatur. Hæc est enim aqua illa quam Dominus pollicitus est Samaritanæ, quæ facit animam salire in vitam æternam. Hæc quippē spes animā ad superna præ gaudio salire facit. Quare semper in Ecclesia Dei erit hæc lætitiā: quoniam semper causa hæc lætitiæ in ea perseverabit. Vnde & Psalmi sta dicit: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Cōgregatio lætantiū est in Ecclesia, qui hac spe gaudent & sustinentur. Ideo enim cōparatur vinea: quoniā fructus quos fert lætitiā causant sicut vinum. Et sapē circumdedit ei. Hæc sepes quæ vineam hæc ambit & munit; Lex Dei est decē illa præcepta, quæ sic totā Ecclesiā muniunt, vt nullum relinquant locum, quo possit sur, aut bestia se intromittere. Nec enim opus vllum malum est, quod in illis Decalogi præceptis nō sit prohibitum, nec opus vllum bonū, quod ibi non sit mandatum. Quare qui ea seruauerit, vndiq; septus erit. Nam quodlibet vitium quod te aggredi contendit; inuenit murū, ac propugnaculū quod eius obstat ingressum, si enim te voluerit adoriri suggerens, vt falsum contra proximum tuum dicas testimonium, protinus octauum mandatum illi obuiam venit, atque repellit, quo prohibetur ne falsum testimonium aduersus proximum

Cant. 2.

Luc. 22.

Ioann. 4.

Psal. 86.



mum nostrum dicamus. Idem de adulterio, de homicidio, & de alijs peccatis dices. Habes enim quid respondeas, & quo hostem propellas dicens, Non hoc facere debeo: quoniam prohibitum est a Deo meo, & contra legem ac imperium eius facerem. Sic enim pudicus ille iuuenis Ioseph inhoneste mulieri respondit: Quomodo possum facere verbum hoc, & peccare in dominum meum? Acsi diceret: Veritum hoc est a Deo, non possum contra Dei prohibitionem ire. Amplissimus murus lex Dei est, quae omnes aditus claudit: ita ut non sit locus quo hostis ingredi valeat? Quare numero decenario clauditur, qui omnibus numeris perfectior est, imo qui in se omnes numeros includit. Nam cum ad decem accesseris desinit numerus, & incipit sicut a principio numerari decem & unum, decem & duo, &c. usque ad viginti, ubi desinit secundum decenarium, & protinus reincipimus ab uno, viginti & unum, viginti & quatuor, &c. Lex ergo Dei omnibus est numeris absoluta, nec ei aliquid perfectionis deficit: quare optimus est animae murus. Si vero tu aliquod praecipuum eius frangis, iam aditum aperis inimico: id enim est acsi totus corruat murus. Nam si sulfureis tormentis hostis partem aliquam muri diruit, & si totus murus non cadat, id est acsi totus murus corruisset: quoniam per illam partem dirutam, hostes civitatem capiunt. Nam si idem danum mihi infertur per hanc partem muri dirutam, ac si totus corruisset: idem debet esse iudicium. Sic, si unum ex praecipuis transgrediaris, iam habet hostis quoad te ingrediatur: quantum ad hoc idem est iudicium, ac si omnia praecipua ommitteres. Nam sic amittis Deum per transgressionem unius praecipui, ac omnium. Et diabolus per unum mortale peccatum sic te capit, ac si mille committeres, licet per multa peccata maiorem ei additum pares. Et sic intelligitur sententia illa Iacobi, qua dicit: Qui in uno offenderit factus est omnium reus, idem est, ac si in omnibus offenderes, in hoc sensu, quod sic cotemnitur legislator in transgressionem unius mandati, ac si omnia praetermitteres, licet maior contemptus sit in transgressionem omnium quam unius, tamen lex frangitur per unius mandati praetermissionem, & fit reus aeternae poenae, sicut per transgressionem omnium. Veluti qui unum anulum cathenae frangit tota cathena fragit: sic lex Dei per decem praecipua tanquam decem anulis annectitur, qui autem unum frangerit, tota

Gen. 39.

simile.

Iacob. 2.

simile.

diruit legem: quoniam totus legis ordinem praetermisit, quae omnibus suis partibus constabat. Sed ad hoc praeparatur torcular quod patetfamilias in hac vinea fodit, quod significat poenitentiae Sacramentum. Nam licet omnia Sacramenta torcular hoc construant (nam omnia mustum huius botri exprimunt, atque stillant) poenitentia tamen prior peccatoribus est medicina. Hi quippe ruperunt murum, diruerunt saepe, cum legem Domini transgressi sunt. Quare poenitentia cum lapide grandi timoris contritionem incitat, quae trabes est huius torcularis, animam praedolore praemens, & ita fortiter constringens, ut eam faciat exprimere lacrymas quibus & malitia excicetur, constringatur dolore, poenitentia, operibus satisfactorijs, ieiunijs disciplinis, elemosynis. Elemosyna quippe exciccat hursam, ieiunium carnis virorem arefacit: ita quod veri poenitentes in ipso aspectu maridi ac exciccati incedant, sicut remanet vbera postquam trabes simul cum pondere saxi super illam sterit. Et ad hoc propositum intelligunt aliqui illud Psal. 118. Factus sum sicut vber in pruina. Vter quippe postquam musto euacuatus est, gelu & pruina solet relinquere, ut sic excicetur a pristino humore & constringatur. Sic veri poenitentes facere solent. Euacuata prius malitia, corpus ad opera satisfactoria exponunt, ad ieiunium, ad gelum mediam noctis, ad flagella: ut sic constringatur quantum licentia peccandi ad vitia se extenderat, & sic excicetur ab humore pristino vitiorum. Et id saxum timoris Dei facit excitando contritionem, quae lacrymas exprimat, atque reliquias omnes pristinae vitae arefaciat, & sic pessimus humor expellatur. Sic autem oppressum corpus & constrictum porcis, ac ceteris animalibus exponat, sicut vbera in vberum, quae sunt reliquiae vberum iam expressae, exponuntur. Hoc est, corpus suum omnibus laboribus offerat, nec vili pareat in omnimodo, non curans an porci, hoc est, immundi homines conculcent illud, aut canes oblatrent contra illud. Verus quippe poenitens nihil pendit carnem suam & parvam de illa curam gerit. Lapis hic timoris Dei sic oppressum, ac constrictum habebat sanctum Iob, quod cogebatur dicere: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum: & pondus eius ferre non potui. Considera quanto conculciatur horrore ille qui per medios fluctus in mari nauigat, cum videt super se crispantes aquarum fluctus, qui

psal. 118. simile.

Iob. 38.

simile.

qui

qui iam iam ipsum deuorare videntur: sic Iob iudicia Dei praeculis habebat, & quasi iam tempestas illa ignis irae Dei super illum arderet, sic timebat Deum, & pondus eius ferre non poterat. Quid mirum si Angeli qui fortiores nobis sunt id sustinere nequeant? Secundum illam Petri sententiam in epistol. 2. capit. 2. qua dicit Angeli virtute & fortitudine cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. Quid faciet homunculus, qui necculicis morsum sustinere potest? Igitur in hoc torculari poenitentiae exprimi debet, quicumque saluus esse vult. Quare eleganter diuus Augustinus docet, quod titulus Psal. mi. 83. qui incipit. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum est hic. Psalmus pro torcularibus. Acsi vellet dicere, qui in illa pulcherrima atria Domini voluerit intrare, hunc titulum sibi praefixere debet pro torcularibus, hoc est, quod prius in poenitentiae torculari expressus sit si peccata habet, vel in alijs Sacramentis, in quibus etiam sanguis Christi exprimitur: nam sine titulo sanguinis Christi nullum ius adquiri potest ad tabernacula Dei. Hinc enim, & Paulus ait. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Hic est enim & titulus & ius, quo ingredi mur in atria Dei. Et edificavit turrim. Charitas est turris fide, in qua vinum expressum pondus timoris Dei seruatur. Ascendit quippe homo ad altitudinem amoris Dei, in quo perfectio vitae Christianae consistit, cui timor saltem seruilis (ut Augustinus docet) hoc obsequium praestitit quod seta futuri. Deseruit enim illi ad introducendum filium, quod eum introducit expellit illam. Sic timor Dei est initium Sapientiae. Nam considerans peccator Dei tremenda iudicia, ad illum timore correptus accedit. Deinde per virtutum exercitia, Deum agnoscens illum propter se amat, eius maximam bonitatem expertus, & tunc foras mittit timorem, ut Ioanes docet dicens: Timor non est in charitate: nam perfecta charitas foras mittit timorem. Expressus etiam peccator in praesentia timoris: recondatur in cellario amoris. Ad hoc enim deserviebat turris, ut ibi recoderetur vinum a torculari eductum. Hoc etiam maxime faciebat Sponsa, quod a praesentia timoris ad turrim amoris translata esset cum dicebat: Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinavit in me charitatem, *Alibi me ordeno de amor.* In torculari ordinavit in

2. Petr. 2.

D. Aug. psal. 83.

ad Rom. 3.

simile.

1. Ioan. 4.

cant. 1.

me timorem, sed inde transtulit me in cellarium amoris, & ordinavit illum in me: haec quippe est via ad amorem timor. Nec miraris quod charitatem turrim appellemus: sic enim eam vocauit Spiritus sanctus, cum dicit: Sicut turris David collum tuum, id est, amor. Nam sicut collum cetera membra capiti iungit: sic charitas totum hominem unicum cum Deo. Ea propter eam vocat Paulus vinculum perfectionis, cum dicit: Super omnia charitatem habere, quod est vinculum perfectionis. Quoniam facit hanc perfectissimam unionem iungendo animam cum Deo, in quo tota sua perfectio consistit. Turris in altum eleuatur: charitas super omnia creata sublimior est. Super omnia (ait Paulus) charitatem habete, super omnia creata debet se iste amor eleuare. Coelestia quippe omnia penetrat, nec in ipsis choris Seraphin aut Cherubin sistit: sed ascendit quo altius ascendere non valet, nempe usque ad ipsum Deum. Turris fortis est amor. Quid fortius hoc diuino amore? de quo dicitur: Fortis est, ut mors dilectio. Et Paulus dicit: Quis nos separabit a charitate Christi? Nec mors, nec vita, &c. nec Angeli, &c. quoniam nec ipsum caelum hanc turrim conculcere poterit. Quae fortiter munita erit anima, in qua hic diuinus amor splendet: quoniam nec mors, nec portae inferi aduersus eam praualebunt. Ex turri tota circumspicitur vinea: quare speculatores in ea consistere debent, eo quod charitas secum adfert fidem, quae omnia circumspicit. Fides quidem sine charitate potest esse, ut in peccatore inuenitur: charitas vero sine fide constare minime valet. Haec ergo est turris speculatores: eo quod charitas fidem excitat, ut attentius circumspiciat quae vinea danum, aut incommodum afferre queant, ut illis opportunis auxilijs occurrat. Haec ergo vinea taliter ornata, atque munita Deus locauit agricolis: ut redderet ei fructum temporibus suis. Et licet isti agricola praecipue sint praelati, & Ecclesiastici, quibus specialiter huius vineae praecipua est cura commissa: tamen etiam quilibet fidelis habet annexam curam animarum suarum, & tenetur in hac vinea quae est Ecclesia fructificare. Nec enim ut otiose viueret adductus est ad illam, sed ut operaretur, & fructificaret Deo. Posuit Deus hominem in paradiso: ut operaretur. Paradisus Domini est haec Ecclesia, in quo bonis operibus ac laboribus incumbere debemus. Ad hoc quippe agricolae locauerunt vineam, ut labore

cant. 4.

Colos. 3.

cant. 8.

Rom. 8.

Genes. 24



bore suo colentes illam, & fructus domino suo tempore opportuno soluerent. Agricola fumus: in hac vinea laborare debemus. Nullus te praetermittat dies, o homo fidelis, in quo aliquod opus meritorium non opereris. Quolibet enim die praeter inter nos actus diuini amoris, aliqua opera bona etiam exterius exercere debes, siue elemosynam aliquam tribuendo, siue orationes aliquas recitando, siue aliquod aliud bonum opus faciendo. Imperator quidam Romanus dixit, quod tunc videbatur sibi diem illum perdidisse; in quo aliquem nouum amicum suis bonis operibus non acquisisset, sic fidelis quilibet illum diem existimet amisisse: in quo aliquem gradum charitatis, & amicitiae Dei non acquisiuerit, quod & peractus internos amoris, & per externos misericordiae acquiratur.

Luc. 16. Scriptum quippe est: facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Alias tanquam otiosum arguet te Dominus vineae dicens: Quid hic stas tota die otiosus? Nec poteris vanas excusationes praetextere, quia nemo te conduxerit: cum a die quo nomen Deo in baptismo dedisti conductus sis ad operandum in hac vinea, in qua qui non laborat defestuosus est, secundum illud Augustini dictum: Qui non proficit deficit. Et D. Bernardus ait. Non progredi in via Dei, regredi est. *Et peregre profectus est.* Deus semper est praesens, per essentiam, potentiam, & praesentiam: tamen dicitur absentari metaphysice, tam ex parte ipsius, quam ex parte nostra. Ex parte ipsius, quia dimittit hominem liberum, ac si nullam eius curam haberet. Quasi diceret: Has diligetias fecit Dominus in vinea sua: & nihilominus hominem liberum relinquit, ut faciat, quod voluerit, siue reddere fructus velit, siue contra Dominum reuelare. Sed ex parte nostra dicitur Dominus proficisci: quoniam sic se habet homo in operibus suis, ac si nullum haberet Dominum, sed dicunt illud quod impij dicebant: Nubes latibulum eius circa cardines caeli per ambulabat, nec nostra considerat. Fingunt enim impij longam Dei absentiam, ut liberius suis vitijs vacare queant. Quem admodum, & pictores depingunt quaedam in tabula, quae fingunt quod de longe aspiciuntur: & ideo parua ea faciunt. Sic peccatores fingunt Deum, & iudicia eius, imo & mortem longissime distare: & ideo parua eis videntur unde & contemunt ea. Id est, quod mulier illa ornata meretricio occurrens vecordia

Exemplu.

Luc. 16.

Matth. 20

D. Augu.

D. Bern.

Iob. 22.

simile.

Pranct. 7.

iuueni dixit: Victimam pro salute deuouisti die reddi vota mea. Idcirco egrassa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & repere. Antexui funibus lectulum meum strauitapetibus pijs ex Aegypto. Aspersi cubile meum myrrha, aloë, & cinamomo. Veni enebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua abiit via longissima, in die plenae Lunae reuersurus est in domum suam. Sic caro haec meretricula rationem, quae viri vicem gerit aliquando decipere satagit, suades Deum & diem mortis longissimè distare, & quod prius mille circulationes voluet luna quam veniat: ut sic interim cupitis fruatur voluptatibus, & se totum homo vitijs tradat. Et tamen quando minimum expectat veniet Dominus suus, & ponet partes eius cum hypocritis, ut nos admonet Christus per Lucam. *Cum autem tempus fructuum appropinquaret misit seruos suos, hoc est, praedicatores, ad colligendos fructus, hoc est, bona opera grandia & vera charitatis. Hoc enim est, quod praedicatorum maxime exigere debemus, licet ob hoc indignentur aduersum nos homines. Nouissimè autem misit filium, dicens secundum Lucam. Verebuntur forsan filium meum. Et cum in Deo non sit, forsan, sed omnia nuda & aperta sint oculis eius: per hoc quod dicit forsan se accommodat nostro modo intelligendi. Ut per hoc intelligamus quantum faciat Deus salutem nostram: ut etiam in re dubia (si apud Deum esset dubium) & spes aliqua licet in certa esset quod conuertereris ad eum misisset ob hoc forsan tibi filium suum. Inter homines sic est modus loquendi. Quando a te exigitur res gradis & magni pretij, ut eam pro amico tuo expedas respondere soles si certus essem quod hoc illis prodesset, certe ego hanc rem pretiosam periculo exponerem: sed in re incerta illam profundere non videtur hominis esse cordati. Pharmacum parui pretij bene potest in re dubia periculo exponi, forsan vtile erit infirmo: sed medicamentum magni pretij nisi certo scias quod proderit in dubio non expendes illud. In hoc tamen tua bonitas (o Pater Deus) omnem hominum bonitatem in infinitum excedit, quod rem tam inestimabilem qualis est vita filij tui periculo exponeres. ob hoc solum si forte hominum salutem prodesset, vel non, quod verba haec Lucae significare videtur, forsan verebuntur filium meum. Fortè bene se habebunt cum illo, & ad hoc periculum illum mittere volo. Sic se videtur hic habere Deus, ac homo qui alterum plus nimio diligit, & tamen improbus est & ingratus, & sepe*

Luc. 12.

Luc. 20.

simile.

simile.

simile.

sepe

sepe malum pro bono reddit illi; & cum vides illum adhuc affectum ingrato illi, & velle illi de nouo benefacere dicis illi. Cur adhuc permanes cum homine isto ingratisimo? Eadem faciet & modo quae altera vice fecit. Ille vero quae si amore ebrius respodet. Ne dicas tale. Forfan hac vice resipiscet, & confundetur, cum tot videat benedicta mea in se collata, forsan id attendet. Sic Deus cui homo ingratus tot fuerat vicibus, adhuc & filium suum mittere vult illi dicens, forsan verebuntur filium meum. Quod si non fecerit Domine Deus, nonne praestat quod homo pereat, quam quod tantus filius tali exponatur periculo? Nam si perierit orbis terrarum quid ad te? Dimittite me, ait Dominus, forsan verebuntur illum. Quod si attendas in Deo non esse, fortè, sed oia certissime sciri, & sciens, & prudens misisse filium suum, cum cognosceret quanta illi mala ab hominibus facienda essent: magis per hoc viscera Dei tibi patebunt. Et ita fecerunt homines occidendo filium Dei, ut hereditatem sibi vsurparent. *Quid ergo faciet illis agricolis? Malos male perdet, & vineam suam alijs agricolis locabit, qui reddant ei fructus temporibus suis.* Tunc tuo tempore fructum reddet Christianus, quando oblata occasione alicuius virtutis illam exerceat, ut cum opus est patientia aut misericordia, illa vritur. v. c. cum te alius iniuria afficit, si tunc patienter sustinet, iam reddis fructum tempore suo. Similiter cum fratrem necessitatem patientem videris, & illi tua elemosyna succurreris, iam facis fructum tempore suo, exemplo Christi Domini, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non cominabatur hoc est. Exercebat patientiam cum maxime opus erat. Et ita reddebat fructus temporibus suis. Quare de iusto dicitur. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Nulli dubium est, quod ad quemlibet actum meritorium indigemus Dei auxilio speciali: quia ergo iustus appropriat adcurrentes aquas gratiarum, & prope fontem qui est Deus habitat, ideo suo tempore opportunos fructus facit, nunc ieiunat, audit conciones quia tempus vtriusque est, alio tempore aliud opus facit, quia id tunc temporis opportunitas exigit. Cum iniuriam patitur tacet, cum instat necessitas elemosynam tribuit, & sic de alijs. Tu autem inutilis ac ociose Christiana, qui virtutes quas in baptismo suscepisti ociosas habes, nec

2. Pet. 2.

psal. 1.

vnquam vteris illis: mereris certe, ut Deus illas a te tollat, & alijs facientibus fructus earum conferat. Qua propter Deum exoremus, ut nobis suam gratiam ad recte operandum largiatur, ut dando fructus temporibus suis ipse etiam praemium suo tempore nobis conferre dignetur, Amen.

Poteris etiam hic dicere quomodo sit plantanda vinea haec. Nempè tribus radicibus debet quaelibet vitis radicari, prima est fides, nam accedentem ad Deum oportet primum credere. Sed obseruandum quod quemadmodum cum radix in terra figitur oportet terram quae ibi erat extrahere, sic adhuc quod fides radicetur in anima, oportet rationes inferiores ac terrenas foras mittere, ut ratio omnis cadat fidei, & in eius obsequium omnis intellectus captiuetur. Id enim voluit Dominus dicere Petro, cum eius diuinitatem confessus est, cum ait: Beatus est Symon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis. Nec enim rationes humanas ad haec attingere poterant. Et Paulus ait: postquam placuit ei qui me vocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me: continuo non acquieui carni & sanguini. Hoc est, protinus omnes humanas rationes, id est eas ad quas ratio humana pertingere potest extrahi, ut darem locum huic radici quae fides est. Post radicatum tamen fidem rationes ac congruentias quaerere, quibus allectus intellectus tantum proprijs rebus, suauius assentiat veritatibus supernaturalibus, & sic in solatium fidelium rationibus sibi notis videre concinuas esse veritates fidei, hoc laudabile est, ut sic semper firmus parati omni poscenti nobis rationem reddere eius quae in nobis est fides ac spes, ut Petrus nos docet. Verum haec radix sola non sufficit, ut huic in heremus viti: quia non suggit vitis pinguedinem. Oportet alteram radicem plantare, & haec est charitas, quae omnia merita Christi suggat, eo quod sine charitate nulla alia virtus Deo accepta sit. Quare Paulus dicit: Charitas patiens est benigna est, &c. Ac si diceret. Nec patientia, nec benignitas, nec vlla alia virtus absque charitate prodest. Charitas omnes alias virtutes connectere sibi debet. Nam fides sine charitate, est veluti planta in sterili, ac frigida terra plantata, quae nullum fert fructum maturum. Charitas ergo est secunda radix quae totam ingit animam, & eam firmiter vnit viti qui est Christus. Quare Paulus Ephes. 3. flecto genua mea (ait) ad Patrem

Alia moralitas.

simile.

Matth. 16

Gal. 3.

1. Cor. 13.

Ephes. 3.

y 5



Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in coelo, & in terra nominatur: ut det vobis secundum diuitias glorie sue virtutem corroborari in interiori homine, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati, & fundati. Vult enim Paulus, quod fides quae est in intellectu, per charitatem etiam extendatur ad voluntatem quae dicitur cor. Nam fides est habitus speculatiuus, fiat per opera & amore practicus: nam intellectus, per extensionem ad opus fit practicus, ut Philosophi dicunt, & tunc iam radices totam occupabunt terram. Quibus & tertia radix addenda est, ne pes, quae tamen sine charitate non fructificat. Haec est, fiducia illa quam in Deo habere debemus: quatenus gratia sua aduerti mereamur vitam aeternam. Et haec tres radices sunt, illae tres virtutes Christianae, quae nobis in Baptismo infunduntur, quibus plura haec fidelium constat, & permanet. Scriptum quippe est, quod funiculus triplex difficile rupitur. Torcular facit: memoriam assiduam passionis Christi. Nam quemadmodum qui torcular calcant plenos musto videmus facies, manus, pedes, vestes, & omnia quae habent: sic memoria passionis Christi continua animam, & corpus adimplet. Nam si loquitur, de sanguine Christi, si cogitat, sanguinem Christi, si lacrymatur sanguineas stillat guttas, si manum extendit ad pauperem, ut eleemosynam porrigat, hoc in memoriam passionis Christi facit, denique omnia in hunc destinantur. Quare rubro indumento triumphans coelum intravit, quam Angeli interrogabunt dicentes. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Ipse autem respondebit dicens. Torcular calcavi solus, hoc est, semper cogitatione hoc calcavi torcular sanguinis Christi, & id circorubrum est vestimentum meum. Lauaui quippe in vino stolam meam, & in sanguine vberum pallium meum. Quod est dicere lauauit stolam meam in sanguine agni. Et debes etiam feras a vinea arcere, ne demoliantur vineas, sicut Spōsa vulpeculas paruulas volebat capere, quae sunt initia malorum. Sub obtentu bonae amicitiae multos cum foemina miscere sermones: vulpes paruula est, interfice eam: crescit enim paulatim in magnum malum. Idem de eo qui non vult loqui cum alio a quo aliqua accepit iniuriam, nec enim ex odio hoc facio dicis, sed ad euitanda maiora mala: & tamen ira crescit in odium, & animam

Eccles. 4.

Isai. 63.

Gen. 46.

Cant. 2.

faciet homicidam, & sic de alijs poteris dicere. Item aduerte quod isti agricolae interfecerunt homines istos: quia exigebant fructus. Si enim folia petissent, non irascerentur eis. Quippe illis praedicatoribus mundus irascitur, qui fructus petunt, ut restituas aliena, ut dimittas illicitos contractus, etiam si tibi magna lucra pariant, Episcopum ut det pauperibus bona sua non consanguineis, ut vigilet super gregem, & sic de alijs. Si enim solum exigerent, ut sacrum audirent, ut rosarium virginis recitarent, dumodo in his quae ipsi maxime volunt non mutires, non utique succenserent tibi. Nam si Dominus a Pharisaeis solum exegisset, ut templi sacrificijs assisterent, oraret in angulis platearum, legem scriptam coram oculis haberent: nunquam illum occidissent, haec enim folia erant. Exigebat tamen ab eis fructus, nempe propria elargiri, aliena non concupiscere, & his similia. Ideo tanto illum persecuti sunt odio. Quare ficus quae sola folia habebat maledicta est a Domino. Unde in Canticis dicitur. Vineam dilecto in ea quae habet populos: vir dabit pro fructu illius mille argenteos. Vir ait non mulier. Homines enim effeminati folia volunt, vir autem fructus, pro quibus mille argenteos, hoc est, auctum pretium dabit. Sed in hoc quod pater iste familias alios, & alios seruos misit, cum hos occidissent illos vulnerassent Dei erga peccatores longanimitas nobis proponitur, quae peccatores tollerant, semel & bis, & altera vice, ut conuertantur. Quare comparatur Deus columbae mansuetissimo animali, quae & oua parit, & pullos procreat, & homines retorquent capita illorum, & occidunt eos, & nihilominus altera vice oua, & pullos procreat, & occidunt illos, & non cessat similiter alia, & alia vice id facere. Sic bonus Deus nobiscum se habet. Generat enim bonam mentem sancta proposita in peccatore: at ille facile interimit ea, nec ideo ad his procreandis alia, & alia vice cessat Dominus. Imo occasiones peccandi a nobis tollit, & facit quod Dauid, cum Saule qui cum sterneret ibi ad tabernaculum eius, & cum posset illum confodere lancea noluit, sed lanceam, & scyphum tollit ab eo. Sic Deus cum posset in peccatis dormientem confodere lancea irae suae, non facit, sed scyphum, & lanceam tollit, hoc est, occasiones peccandi aufert ab eo, ne voluptatibus, aut rixae indulgere valeat. Haec post tot iam dicta breuiter, & tumultariae dicta sunt: tu poteris prout

Cant. 8.

similit.

1. Reg. 26.

prout videtur ampliare. Sed nunc oportet aliquas literae difficultates explicare. Nam Lucas commemorat hanc sententiam malos male perdet, &c. Christum Dominum dixisse Matthaeus autem dicit hanc Pharisaeos dixisse. Diuus Augustinus putat quod aliqui eam dixerunt, & Dominus illam approbauerit. Alij dixerunt, absit, ut Lucas refert. Sed melius D. Chrysostomus dicit. Prius quidem illos hanc protulisse sententiam, non intelligentes se ipsos suis verbis condemnare, & Dominus suis verbis approbasse illam: sed quod cum ex verbis Domini intellexissent ad ipsos loqui dixisse, absit. Non quod retractarent dictum, sed quod non consentirent ipsis id conuenire. Ac si dicerent. Iustum est quod id faciat Dominus vineae, absit autem quod nos filius qui filium Dei interficiamus. Et dicit illis Iesus. Nunquam legistis lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli, a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Cum Iudaei dixissent absit probat suam veritatem testimonio Scripturae, ut eos confundat. Et ait: Nunquam legistis. Velut dicit Lucas quid est ergo quod scriptum? Ac si diceret quomodo dicitis non hoc de vobis dicit: cum in Psalmo illo. 117: qui de Messia loquitur scriptum sit, quod Messias deberet esse tanquam lapis reprobatus a vobis, qui tanquam structores templi habemini quorum est iudicare de lapidibus coaptatis, vel proiectis? Hoc est, de vera vel falsa doctrina. Et quod vos deberetis repellere Messiam, & eius doctrinam, tanquam minus conuenientem aedificatio Synagoga: Et tamen quod hic lapis deberet in alio aedificio, nempe Ecclesiae Gentilium, tanquam clavis aedificij admitti, & ex utroque populo vnum connectere, & vnum ex duobus construere templum: quod non casu sed a Domino ex proposito factum est. Quod maxime nos miramur. Quod populus Gentilium qui reprobatus fuerat a Domino admitteret verum Messiam: quem vos proprii serui, & electi expulistis, & quod illi ad Regnum coelorum admittantur, & vos eiciamini foras. Hoc enim est mysterium illud quod Paulus ad Ephes. dicit fuisse hucusque incognitum. Quod geneses essent participes, & concorporales Christo. Vult ergo in hoc Dominus ordinem veterae hystoriae texere, ostendendo quod ipse quidem esset occidendus reprobatus ab ipsis, sed a Deo exaltandus, & sic ab ipsis au-

D. Aug.

D. Chry.

Psal. 117.

Ephes. 3.

ferendum verbum Dei, & dandum noue genti. Sed pro maior explicatione notandum. Quod in hac autoritate caput summitur pro summitate, & cacumine id est, *supra la cima*, & vltimus aedificij lapis. Na Christus fuit finis legis, ut Paulus ait, & in sua perfectione posuit aedificium huius templi spiritualis. Nam in Hebraeo est vocabulum, ros, quod significat culmen & fastigium: quonia ibi ubi dicitur ascendebat David cacumen montis est in Hebraeo, ros. Igitur quando aliquod magnum aedificium consumatur omnes laetantur, & festa celebrant, ut in consumatione templi Salomonis visum est. Quia ergo Christus erat consumatio huius aedificij, qui illud in sua perfectione construebat: ideo applaudunt ei populi, ut die antea cetera vidimus. Aggeus quippe totus festiuus ait. Magna erit gloria templi huius, quam prioris. Templum illud materiale nunquam edificatum est, in ea perfectione in qua fuit conditum a Salomone, quando ex finibus terrarum gentes, & reges properabant, ut viderent illud. Ergo non de illo templo loquitur Propheta, quod iam omnino finitum est, & destructum: sed de hoc templo, quod nos colimus, nempe Ecclesia Dei cuius caput atque consumatio Christus est. Et ideo laeti suscipimus illum. Et aduertendum quod in Hebraeo foemina nigeris est relatiu istud, & videtur lapidem referre. Sed tamen familia re est Hebraeis foemininum genus pro neutro usurpare quo carent, ut est illud, vnam petij a Domino, pro vno petij. Et illud in hac cognoui pro in hoc cognoui. *Et qui ceciderit super lapidem conteret eum.* Tria a se repellerant Pharisaei cum dixerunt absit, nimirum quod reiecturi essent Christum filium Dei, quod ob id essent perdendi, quodque ablata ab eis vinea Domini alijs esset tradenda. Primum, & tertium testimonio Psalms eis probauit: nunc autem secundum probat ex eadem autoritate. Nam quia scriptura vocat Christum lapidem, id efficit quod lapis facere solet. Si enim vas testium tetigerit lapidem confringetur: si vero ex eminenti loco saxum grande super vas ceciderit omnino comminuet eum, ita ut nulli vsui sit aptum. Impingere homines ex lato conditos super hunc lapidem offendendo Christum: confringit quidem animam, non tamen comminuit eam quonia reparari potest: nullum enim est peccatum quod deleri non possit. Si vero iratus Christus omnem iram suam super peccatorem precipitauerit, eos

Rom. 10.

Aggei. 2.

eos

eos taliter comminuet quod nunquam amplius reparandi sunt. Cecidit autem lapis iste super Iudaeos incredulos, cum iratus illi populo per Romanos totum illorum genus exterminauit, & excæcari eos, & obdurari permisit. Sed omnium maximè super hos, & omnes impios cadet: quando in nouissimo die graui eos sententia feriet, & opprimet, & implebitur illud quod simili figura idem propheta dixit. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli configes eos, vel comminues eos, vt alia habet litera. Et Psalmo alio comminuum eos, vt puluerem ante faciem venti, & Esai. 30. Comminuetur sicut comminuitur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parū aquæ de fouea. Et cum Propheta Hieremias confregisset lagunculam in oculis Iudæorum ex præcepto domini sic, inquit Dominus, Conteram populum ac ciuitatem istam: sicut conteritur vas figuli quod non potest ultra instaurari. Diuus Hieronymus in cõmentis, sic ait. Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare. Qui peccator est, & tamen in illum credit cadit quidè super lapidè, & cõfringitur, sed non omnino conteritur, reseruatur enim per penitentiam ad salutem. Super quem verò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius cognouerunt quod de ipsis diceret: & querentes cum tenere timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant. Matthæus dicit parabolas quia duas posuit, vt visum est, cum Marcus, & Lucas, vnam tantum posuerint.

Cap. XXII.

Respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolabant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum parauit tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata venite

ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius ad negotiationem suam, reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est, & misit exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptia quidem parata sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Itē ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Egressi serui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos, & bonos, & impleta sunt nuptia discumbentium. Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus, & pedibus eius mittete eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

Respondens autem Iesus. Respondisse dicitur Iesus, quanquam non præcedat aliqua quæstio scribarum, & sacerdotum, siue quia respondit cogitationi eorum affectantium ipsum capere, siue simpliciter, quia hanc parabolam superioribus subiecit. Sic enim sæpe in Euangelij accipitur respondere, vt sit subijcere aliquid quibusdam præcedentibus siue verbis, siue factis. Et rectè certè hæc parabola superiori subijcitur: quoniam idem in hoc significatur quod in illa, nimirum Regnum Dei a Iudæis propter eorū duritiā auferendum, & Gentibus dandum. Sed & quædam apertius dicuntur quam in præcedenti parabola quædam etiam vltierus significantur, quæ in illa non erant expressæ. In illa enim significatum est Primates Iudæorum esse perdendos: in hac explicatur, quod etiam populus cum illis destruendus est, & vltierus genus vindictæ hic declaratur, nempe quod misit exercitibus Romanorum conflagratione debebat perire illorum ciuitas. Item in præcedenti parabola expressum est quod ante Christi mortem Iudæi fecerunt occidendo Prophetas, & denique ipsum Christum crucifigendo: in hac declaratur quod postea facturi sunt in Apostolos, & prædicatores Euangelij Christi. In superiori etiam parabola tantum significatum est Gentes loco Iudæorum esse introducendas: sed ne ob hoc credentes ex Gentibus remissiores fierent explicat, in hac quod non omnes ex illis credentibus salui erūt. Nam qui sine veste nuptiali, hoc est, charitate inuentus fuerit, quantumcunque

fidem

fidem Christi, & sacramenta profiteatur in æternum peribit. Ecce quam congruè parabola hæc superiori connectatur. Sed diuus Gregorius dubitat hic, an hæc parabola eadem sit cum illa quam Lucas cap. 14. commemorat. Et certè si attente perspiciatur nõ eadem sed omnino diuersa est. In illa enim dicitur parata cœna, in hac vero prandium id quæ nuptiale. In illa vnus seruus ad inuitatos semel missus dicitur: in hac multi serui idque frequenter. In illa inuitati tantum dicuntur se varijs modis excusasse: in hac præter eos qui neglexerunt venire, quidam dicuntur millos seruos occidisse. Proinde in illa excusatores tantum expelluntur à cœna: in hac homicidæ etiam vindicantur. In illa seruus ad vocandum eos qui inuitati non erant bis emittitur: in hac verò serui ad vocandum nõ inuitatos semel tantum missi dicuntur. In illa nemo admissus ad cœnā eiicitur: in hac eiicitur qui venerat non indutus veste nuptiali. Nam quamuis vtriusque parabola præcipuus scopus sit idem: tamen proposito quod tunc intendebat Dominus contextus ille cõmodio erat, sicut & præfenti proposito præfens contextus. Tunc enim tantum oportebat significare quomodo Primates Iudæorum sua culpa essent redituri indigni gratia Euangelica, & beatitudine æterna, atque in locum ipsorum gentes successuras: hic autem etiam alia conueniebat significare quæ superius dicta sunt. Sed quoniam hæc parabola plena magnis mysterijs est, prius totā illā ad literā explicare conabor, sicut à quodā nõ cõtemnendo Doctore accepi: deinde sicut ad populū explicanda est, iterū atque iterum explanabo.

Explicatio parabola.

Rex est Deus pater, filius verbum patris. Huic filio nuptias fecit pater, quando in plenitudine temporis verbum fieri carnem voluit, & cum humana natura diuinam coniungere in vnitatem suppositi, sicque humanato, & incarnato verbo Ecclesiam sanctam in Sponsam copulare. Geminæ si quidem in vnijs videntur nuptiæ. Nam & inter naturas duas diuinam, atque humanam nuptialis quædam coniunctio facta est, quando in vnitatem suppositi conuenierunt, vt esset homo Deus, & Deus homo, ac deinde inter Christum Dei filium, vt Sponsam ex parte vna, & Ecclesiam, vt Sponsam dilectam ex parte altera, propter quam sibi desponsandam fœdere, quæ coniugali copulandam de summis cœlorum ad hæc nostra descendit infima, Inuitati ad has nuptias populi erant

Iudæorum, qui promissionem acceperant de Christo in mundum venturo, & de salute, & bonis omnibus per eum præstandis. Hac ratione ab initio quasi inuitati habentur ad nuptias. Inuitati autem hi fuerunt multo antè quam exhiberentur nuptiæ, quemadmodum solet fieri inuitatio coniuuarum, an tequam paratum sit nuptiale prædium: quoniam multo ante Christi aduentū in mundum Iudæorum populus promissionem de Christo, & afferendis mundo per eum bonis acceperant. Misit & seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: quoniam per Prophetas suos Deus populum Iudaicum, qui olim in Patriarchis repromissionem acceperat: non desijt exhortari ad digne se preparandum in aduentum Sponsi, vt digni essent futuris nuptijs earumque fructuum in se succipere. Prophetarum namque exhortationibus, & comminationibus populus ille, in aduentum probatur venturi Messia. Venire nolabant inuitati: quia populus ille semper inobediens fuit voci Domini, & monitionibus Prophetarum noluit acquiescere: vt nuptijs ad quas inuitati fuerant digni fierent. Iterum misit alios seruos Rex longanimis his quæ verba dicit quæ annuntient, videlicet esse paratas nuptias, & parata omnia, tantū expectari coniuuas: quando post Prophetas priores in plenitudine temporis misit Apostolos, quibus iussit prædicare Regnum Dei sub hac forma impletum est tempus appropinquaret Regnum cœlorum. Pœnitentini, & credite Euangelio. Prioris illi serui nõ ista annuntiant: quoniam Prophetæ non sic ad esse Regnum cœlorum prædicabāt, sed tantum venturum esse prænuntiabant. Quod dicit prandium meum parauit, tauri mei, & altilia occisa sunt venite ad nuptias, tantūdem est ac si dicat. Iam venit plenitudo temporis, iam exhibui quod multo antè promissum, iam filius meus nuptias celebrare in carnem venit. Proponitur vobis paratum prandium, abundantia videlicet bonorum spiritualium in tempore gratiæ de plenitudine Christi effluentium, & fatietas perfecta felicitatis æternæ, cuius participes esse possunt quicumque vocantibus seruis, id est Apostolis per fidem, & obedientiam ad fidem venire voluerint. Omnia iam parata sunt nõ est quod moretur quidpiam, nihil nisi expectantur coniuuæ. Olim inuitati, cum multis suspirijs expectabant tempus nuptiarū, nunc paratis nuptijs expectantur coniuuæ: quoniam olim patres tantū auditis repromissionibus

Euangelium secundum Matth.

nibus vehementi desiderio ad earum implementationem anhelabant; nunc autem ubi impletae sunt fastidiunt Iudaei. Quod nuntiant serui ex ore Domini nuptiae paratae sunt, & omnia parata; ipsum est quod praedicant Apostoli. Impletum est tempus appropinquauit Regnum caelorum. Quod addunt venite ad nuptias, illud est poenitentiam agite, & credite Euangelio. Negligunt inuitati, & venire recusant: quoniam Iudaei praedicantibus Apostolis noluerunt credere Euangelio, non fuerunt allesti spe propositae caelestis dulcedinis. Abeunt vnus in villam alius ad negotiationem: quoniam temporalibus, & terrenis rebus nimium inhaerentes contempserunt caelestia, atque aeterna, oculos habentes defixos in promissiones temporales caelestia promissa nihil fecerunt. Non solum autem non obediunt vocantibus seruis, sed in eos etiam insurgentes iniurijs, contumelijs, & morte affecerunt eos: quia Christi Apostolos ad mortem vsque non desierunt persequi Iudaei plures ex eis occidentes, & interficientes. His Rex auditis seruos misit adulationem: quoniam videns Deus oblinatos Iudaeos nullo obedire Euangelio, insuper, & seruos suos ab illis persecutionem pati, quomodo, & filium occiderant: Romanorum exercitum ad illos interficiendos misit, & eorum civitatem incendio perdendam in ultionem sceleris. Illis digna punctione peremptis serui mittuntur ad nouos quaerendos conuiuas qui inuitati non fuerant: quoniam Iudaeis indignos se reddentibus ad obtinendas patrum promissiones, per infidelitatem, & obedientiam iussit Dominus conuerti discipulos suos, & transire ad populos gentium, qui nullam ante promissionem inceperant de Messia, vel bonis caelestibus, sicque inuitati nunquam fuerant. Istos vero illorum loco substituit, ut promissionem acciperent factam patribus, est quae illorum incredulitas facta occasio conuersionis istorum. Ad exitus viarum ire iubentur serui, qui prius tantum ad inuitatos ire iussi fuerant: quoniam Apostoli (quibus prius missis ad praedicandum praecipiebatur non abire in viam gentium, nec in ciuitates Samaritanorum introire, sed tantum ad oves Israel) iidem postea iubentur exire ad mundum vniuersum, & Euangelium praedicare omni creaturae. In exitibus autem viarum inueniuntur vocandi in locum Iudaeorum: quoniam vagabantur Gentiles in varijs erroribus atque peccatis vagi, & instabiles in omnibus vijs suis a

veritate, & a Deo alieni. Exeunt ad iusionem Domini in exitus viarum serui, illicque vocant quotquot inueniunt ad nuptias: quando in omnem terram Domino mittente exiit Apostolorum sonus praedicationis, & in fines orbis terrae verba eorum. Absque discretionem iubet Dominus vocari quicumque inuenti fuerint, & sic absque discretionem serui vocant quoscumque inueniunt: quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, & populo: qui timet Deum hic acceptus est illi. Neminem respuit quantumuis ex se pauper quantumuis fuerit malus; omnes poenitentiam volentes agere, & Euangelio credere obuijs vnus excipiens. Ex his autem ita promiscue congregatis nuptiae impletae sunt. Domus nuptialis est impleta: quoniam Apostolica praedicatione intra Ecclesiam congregata est ex gentibus turba magna quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, tribus, & linguis, & populis, qui omnes intra vnam Ecclesiam quae est nuptialis domus Dei, in vna fide, & vna spe vocationis congregati, & coadunati sunt. Non obsuit nuptiarum celebratam quod illi inuitati venire recusarent, nec ob hoc pauciores interfuerunt paratis nuptijs, imo plures illis prioribus post illorum abnegationem sunt ingressi ad nuptias: quoniam propter Iudaeorum incredulitatem non minus impletae sunt promissiones Dei, neque ideo nulli fructum aduentus Christi sunt consecuti, quia Iudaei eum aduersati sunt: imo paucis Iudaeis oblatas Euangelicas promissiones repellentibus: ingens gentium numerus factus est earum particeps, est quae ex eis impletus electorum numerus. Hucusque parabola proposito seruit, de Iudaeorum abiectione, & electione gentium. Quod autem adijcitur demonstrat, non omnes qui intra Ecclesiam vocati sunt ad nuptias electos esse ad persuedum nuptialibus delictis: quoniam discernit Deus qui digni sint ad eas admitti qui reprobari. Significatur hoc in eo quod describitur ingressus ad videndum discumbentes. Considerat enim Deus merita eorum, qui intra Ecclesiam vocati sunt, & fideles habentur, videtur non vestem nuptialem habeant discubentes in nuptijs, expendit non vitam vocatione dignam geramus, non digne ambulemus vocatione qua vocati sumus. Vitam si quidem Christiano homine dignam qualem exigit Christi fides vestis nuptialis est, de qua Apostolus dicit: Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus.

Rem. 13

Et

Cap. XXII.

Et alibi huius vestimenti meminit cum dicit. Si tamen vestiri, & non nudi inueniamur. Vestimenta enim sordida, & pannos viles, id est, opera mala vult Deus nos abijcere qui in Ecclesia spiritualibus bonis perfrui cupimus, & pro eis nuptialem vestem, id est, vitam & conuersationem bonam assumere. Videt Dominus in nuptijs suis discumbentem vnum, qui non habebat nuptialem vestem: quoniam non omnes intra Ecclesiam vitam, & conuersationem habent Christi homines professione dignam: sed multi cum ore confiteantur se nosse Deum factis negant, & cum dicant se Christianos esse: tamen & Christiani non sunt sed carnales atque mundani, qui vestimenta illa candida quae in baptismo acceperunt commacularunt semel abiurata peccata resumens sicque in impenitentia vitam de gentes, quorum conuersatio non in caelis est, sed in carne, & mundo. Hi plane vestem nuptiam dignam non habent: quia vitam Christianismo dignam quem profitentur non viuunt. Ad mensam tamen nuptialem cum alijs discumbunt; nuptiali veste pulchre ornatis: quoniam iisdem Sacramentis, & externis omnibus bonis quae in Ecclesia sunt ex munificentia Christi vtuntur, & in externis videntur assimilari ceteris; sola discreti deformitate, & difformitate habitus, id est sola vita differentes. Quod autem vnum dicit inuentum esse talem mirum est; cum velle hac parabola Dominus concludere paucos esse electos ex multis vocatis. Forsitam igitur ob hoc vnum dixit, ut insinuetur nobis diligens Dei consideratio ad vitam, & merita fidelium. Qui enim in tanto numero vnum videre potuit, cuius aspectum ne vnus quidem in tanta turba latere potuit: huc admodum ex parte singulos perspexisse necesse est, alioquin substantiarum ornatu vnus facile potuisset celeri deformitas. Cum ergo dicit vnum esse deprehensum in tanta turba, indicatur nobis securum debere esse neminem, nec cuiquam spem esse debere in aliorum meritis, aut in eis se posse fugere iudicium si non professione sua vitam dignam ducat. Et notandum quod veste nuptiali carens homo iste, non ingredientem Regem praenitit supplicando, sed donec ab eo palam arguatur silet & dissimulat. Si enim prior ipse suam agnoscens turpitudinem praenitit in confessione Regem, petissetque super in honoratione nuptiarum veniam, & nuptialem vestem sibi restitui petisset, inuenisset utique gra-

tiam. Nunc autem ubi Dominum praesentem videt, nec tamen quicquam loquitur aut supplicat: merito deprehensus poenas luit. Hoc videlicet significatur quod peccator si prior ipse dicat iniquitates suas, iuxta consilium Propheticum, si peccatum suum agnoscat, & confiteatur priusquam cum eo Dominus contendat in iudicio, inueniet misericordiam: quemadmodum verbum indicat Propheta: dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Si vero in praesenti tempore peccator sileat a confessione in impenitentia sua perdurans, vsque dum veniat Dominus in hora mortis, quando cum eo contendet, & exostulabit in iudicio: non erit tunc veniam locus, non erit excusatio, nec vlla redemptio, tunc acriter increpabit Dominus quem sic deprehenderit, quod nuptias ingressus absque veste nuptiali deprehensus fuerit: quoniam hoc peccatori Christiano ad damnationem improperebitur, quod in Ecclesia vitam professione Christiana dignam non duxerit. Quod autem amicum vocat Dominus cum quem Paulo post seuera sententia eijciet ex nuptijs; fidei datur & professione: ut indicet Dominus non ex odio sed ex iniustitia procedere increpationem, & condemnationem. Obmutescit deprehensus quoniam non habebunt in die iudicij impij rationabilem excusationem qua se valeant defendere. Videbunt enim se deprehensos Dei iudicio iusto. Vel increpat Dominus eumque inuenit sine nuptiali veste, quoties peccatore, vel interna visitatione interius, vel exterius quomodocumque increpat, ut ad poenitentiam adducat, qui si obmutescat obfurdescatque ad increpationes Dei, proferatur in ipsum damnationis sententia. Manus quoque, & pedes ligantur eis qui in supplicium mittuntur: ut significetur quod in inferno nulla est redemptio, quodque inde non poterunt in aeternum effugere. Quemadmodum cum alicui in aquas sumergendo manus & pedes ligantur, sit hoc nec enatare possit, ac mortem euadere. Significatur praeterea quod in inferno existentes nihil ultra boni operis facere possint, quo Deum semel iratum placare valeant, ut educantur de tenebris, sed perpetuo illic permanent sub ira eius absque spe redeundi in gratiam. Qui enim manus, & pedes habet ligatos, nihil potest operis vtilis facere. Recte autem illi manus, & pedes ligantur ne ultra operetur qui donec tempus esse: operandi operari renuit.

Psal. 31

simile.

Porro



Porro quod ministris Rex dicit ligatis, manibus, & pedibus projicite eum, lignat Angelos, vel bonos, vel malos diuinae iustitiae fore executores. Vnde & alibi dicitur tradendus reus exartoribus, vel tortoribus. Et seruus ille qui accepta misericordia à Domino noluit misereri conserui, traditum fuisse describitur tortoribus, quo ad vsque redderet vniuersum debitum. Illic tenebrae erunt exteriores: quoniam in inferno tenebrae deorsum erunt, nec vlla lux eis lucebit in solatium. Illic fletus erit, & stridor dentium, id est tormenta inestimabilia, quae indicant fletus, & stridor dentium ex dolore nimio procedentes. Magni enim doloris maximè spiritualis, est inditium fletus, & magni cruciatus in corpore est inditium stridor dentium. Vel fletus ad dolorem pertinet, stridor dentium ad indignationem: Nam solent vehementer indignati stridere dentibus. Erit autem non solum dolor maximus, sed pariter etiam indignatio, & ira maxima aduersus semetipsum, potissimumque ex eo orientur quod se videbunt sua propria culpa bona infinita perdidisse quae consequi potuerant, & ex aduerso infinita mala inuenisse quae euadere potuerant. Huius itaque exemplo prudens quisque praemonitus non satis esse sibi putet quod intra Ecclesiam sit, quod fidem habeat sine operibus, quod ad vitam vocatus sit, & vocatus venerit viuens in Ecclesia: sed iuxta Pauli monita prouideat vnusquisque dignè ambulare vocatione qua illum dignatus est Dominus vocare opera tenebrarum abijciendo, & induendo arma lucis, satagat quae iuxta Petri consilium per opera bona certum facere suam vocationem.

Hac est genuina parabola huius explicatio. Super est aduertendum quod per altitia animalia saginata diuersi generis significantur, quae solent pro magnis conuiuijs praeparari, per negligentiam autem quae hic explicatur cum dicitur illi autem neglexerunt significatur incaria, & contemptus, sic enim & verbum Graecum amdisfontes significat, id est non illis cure fuit, non tanti fecerunt nuptias. Vt venire vellent. Alius in villam, hoc est, in agrum, alius in negotiationem suam, hoc est, emendo, & vendendo agrum, & alia occupabatur. Per bonos autem, & malos generaliter significatur quaecunque conditionum distinctio, hoc est diuites, & pauperes, nobiles, & ignobiles, sani & infirmi, & qualescunque tandem fuerint. Impletur sunt nuptiae discumbentium. Genitibus pro abla-

Ephes. 4.
1. Pet. 1.

tio, hoc est, discumbentibus; nam olim genitibus potius utebantur, ut apud Virgilium legitimus: implentur veteris Bacchi, id est vino veteri.

Simile factum est Regnum caelorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Tria in hac parabola docemur, primum quantam diligentiam, ac curam adhibeat Deus, inuitando, ac vocando nos, ut ad suas nuptias, ac gaudia veniamus. Secundum quanta sit socordia, & ignauia nostra: qui sic vocati venire contemnimus. Postremo docemur quanta seueritate animaduertat Dominus in eos, qui in Ecclesia sua alieno habitu, & conuersatione viuunt, nec dignè sua vocatione ambulant. In sensum huius parabola, ut cunq; explicuimus de populo Iudaeorum, quem primo per Moysen deinde per alios Prophetas Dominus ad suas ascieuit nuptias, & quomodo neglexerit, quinimo seuerit in illos: & tandem Apostolos suos miserit, quibus similiter imò & peius quam primis fecerit, quo vsque per Romanorum exercitum illos omnino deleuit. Ceterum parabola haec ad omnes illos etiam videtur extendi, qui ad nuptias verbi incarnati vocati sunt. Vnde dicitur. *Simile est Regnum caelorum, id est praesens Ecclesia, in qua est congregatio fidelium, quibus Regnum caelorum in praesenti constat, & in futuro constabit. Homini Regi.* Hominem Deum vocat, ut insinuet eius mansuetudinem ac pietatem. Nam cum scriptura vult nobis ostendere Dei seueritatem, ac rigorem: leonem illum vocat, aut alio illum vocabulo appellat, quod ferocitatem praesentat. Vnde Hierem. 3. dicitur, factus est mihi Dns, ut leo & vltus insidiarius, & Amos. 3. Leo rugit quis non timebit? Dominus loquitur quis non Prophetabit? Sed ut nobis iua mansuetudinem, ac lenitatem ostendat hominem illum vocat, na inter cetera animalia homo lenitate, ac urbanitate praecellit, ut per hoc doceamur quod Dominus singulorum se accommodat ingenio, nam cum malo malus, & cum bono bonus apparet. Malum dico secundum nostrum modum loquendi, qui peccata mala vocamus. Na quia Deus malos punit, dicimus cum illis male se habere: cum tamen interdum ipsae vindictae medicinae salutare sint. Cum bonis, & pijs talem etiam se ostendit Dominus, & his qui hominum vitam agunt hominem se ostendit: sicut illis qui tanquam bestiae viuunt talem etiam se ostendit eis. Id enim & Psal. 17. ait. Cum sancto

Virgilius.
Moralitas seu cocio.
Hier. 3.
Amos. 3.
Psal. 170.
sanctus

sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Hoc est, cum malo malè se habere videtur Deus, qui illum punit, & cum bono bene: quoniam beneuole, & amabiliter cum illo legerit. *Homini Regi.* Non te nomen Regis extereat, quod potestatem, & magnitudinem significat: quoniam non solum Rex sed Rex, & homo est, nò Rex tyrannus, sed humanus. Bestijs dumtaxat Rex est, hominibus autem homo est. Hoc est, cum impijs potestatem Regiam exercet, cum bonis humaniter se habet. Est quippe Rex Salomon, hoc est, Rex pacificus, Rex humanus, urbanus, amabilis, amabilis, & mansuetus. *Qui fecit nuptias filio suo.* Nuptiae haec non solum filij Dei incarnationem significat (illam scilicet indiuisibilem vnionem, quae inter personam verbi, & carnem nostram facta est, quam nec mors dirimere valebit) non solum inquam hoc matrimonium significant inter has duas naturas celebratum in purissimo virginis thalamo, de quo Dauid eecinit dicens Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo, verum etiam referunt nuptias illas quae inter animam, & Deum celebrantur, quibus, & Deus anima, & anima Deo copulatur per gratiam, & per gloriam: Quod propriissimè matrimonium dicitur indissolubilius quam carnale, speciosius, purum, castum ac summe delectabile, quod diffuse tractabimus Deo dante super cap. 24. in parabola de decem Virginitibus, in verba illa intrauerunt, cum eo ad nuptias ibi videre liceret. Ad has ergo nuptias vocat nos Deus primum per Prophetas Hier. 3. cu dicitur: Fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dns, & ego suscipiam te. Vocame pater meus est, dux Virginitatis meae. *Et nolebant venire.* Nullam aliam praetexunt excusationem, nisi hoc quod nolunt Deo vocanti respondere, nec Deum nec virtutem volunt. Sunt enim aliqui qui gratuito peccant. Vnde Dauid de se post peccatum dicebat: Effusus sum sicut aqua id est, *Derameme francamente,* nam nihil liberalius ac facilius effunditur sicut aqua, & ideo Spiritus sanctus dicitur diffundi sicut aqua quia liberalissimè se nobis distribuit. Et ad Ruben post incestuosum scelus dixit illi pater suus. Effusus es sicut aqua. *Nolebant venire.* De his quippe dicit Iob. ipsi rebelles lumen fuerunt. Et alibi. Qui dixerunt Deo recede a nobis: scientiam viarum tuarum volumus, *Que dan à Dios de mano, y le dicen que se*

raya con Dios. Ad quos per Salomonem dicit. Vocauit & renuisti extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. *Iterum misit alios seruos.* Hi sunt noui Testameti concionatores Apostoli: scilicet: quorum argentea vox per totum mundum insonuit, qui nos ad iam paratas nuptias inuitant, iam mensa parata est, tauri & altitia occissa. Quonia vitulus ille qui in sacrificium expiationis pro peccato offerri debet iugulatus est, atque assus, & decoctus in veru crucis. Iam panis in mensa positus Christus, scilicet, in altari, & calix plenus vino, hoc est, sanguine suo. Ibi etiam est sal gratiae Dei, quae ibi copiosissimè confertur. Venite ergo ad nuptias. Quid vanas quaeritis excusationes. *Tauri mei, & altitia occissa sunt.* Iam sanguis Christi effusus est, Martyres, & Virgines occisae sunt, & earum sanguine madefacta est terra. Quid cause est quod ad nuptias non venitis? *Et nolebant venire.* Negligentia, torpor, ignauia, contemptus, nulla alia ratio est quare ad has nuptias non venias. *Et abiit vnus in villam suam alius in negotiationem suam.* Nunc clarè video quam verum sit quod Dominus dixit de diuitibus, nempe eos summa cum difficultate saluos fieri. Videmus enim in praesenti, diuitiarum curam in causa fuisse, quod isti tantis bonis non acquiescerent, sed negligenter illa. Ergo magnum & periculosum onus diuitie sunt. Inuitat nos ad nuptias, & nolimus ire. Si nos ad tristitia, ad labores, ad onerosas res inuitaret, nò mirum si reluctaremus: sed ad nuptias nos vocat, ad voluptates ad gaudia, ad lusus, ad delectabile vitam, cur ergo negligamus ire? Si ad id magnas expensas deberemus facere, aut grandem subire laborem; aliqualis esset excusatio, si nolentibus ire; sed ad iam paratam mensam, & decocta adulia nos vocat, & nihil aliud, quam velle à nobis exigitur, & quod propter temporalia acquirenda haec contemnamus, quid miraris si periculosas diuitias vocemur. Vnde Dominus dicit: Beati pauperes spiritu. Hi enim sunt qui ad nuptias Regni caelestis famelici veniunt: quoniam ea quae possident sibi sufficere putant, & ideo alia omnia fastidiant. Cum pauperem inuitas ad mensam tuam libenter vadit, ut ventrem aliquando satiet. *Por facar el vientre de mal años,* cum diuitem autem rogas, ut manducet tecum renuit, & multis praecibus eum compellere oportet: quoniam scit omnia domui suae abundare, nec alienis mensis indigere. Qui in hac vita nihil aliud nisi bonam

Psal. 18.
Hier. 3.
Psal. 21.
Gen. 49.
Iob. 24.
Iob. 21.

Prover. 1.

Matth. 5a

simile.



Euangelium secundum Matth.

nam voluntatem ac bonorum celestium appetitum habent, libenter ad ea cum vocatur veniunt (sciunt enim, & corpus, & animam ab omni miseria tunc erudenda) diuites autem ea que hic habent sibi sufficere putant, & ideo cetera negligunt, plura hic querentes quasi sibi sufficientia. Unde eis Dominus ait. Vae vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Et abierunt alius in villam suam alius in negotiationem suam. Ad hec duo redduntur omnia huius seculi bona. Vel enim quis diues est quia multas habet possessiones, vel hereditates, vel quia negotiationi valde lucrosa vacat, & vtriusque rei cura hominem impedit ne celestia multum curet. Alij vero contumeliosi affecerunt nuncios quos ad illos inuitandos misserat Rex. Et hi fuerunt sacerdotes: quoniam etsi multi pessimi Christiani aduersus predicatores irascantur forte Ecclesiastici minus ferunt, vt eorum reprehendantur mala. Quare patientia nobis necessaria est, cum scriptum sit: Bene patientes erunt, vt annuntient. Tunc Rex missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Nunc per hos exercitus ego Angelos intelligo, qui separabunt malos de medio iustorum. Nam ideo dicitur Dominus Deus Sabaoth, hoc est, exercituum; quonia Dominus est exercitus Angelorum. Ite in exitu viarum. Id est per totum mundum. Et bonos & malos adducit. Bonos & malos dicit: quoniam in hac Ecclesia iusti cum peccatoribus mixti sunt, & simul gradiuntur. Nam in hoc seculo assimilatur Regnum celorum fagenae missae in mari, ex omni genere piscium congreganti. Quippe in hac vita granum est in area, simul cum paleis inuolutum. Unde a diuo Petro arca Noe comparatur presens Ecclesia, que animalia munda, & immunda continebat. Sed aduertendum, vt D. Gregorius adnotauit, quod Arca Noe erat in inferioribus lata, & in superioribus stricta: quoniam admodum nauis fabricata erat. In inferioribus vbi latior erat animalia includebantur, in superioribus vbi strictior erat aues manebant, & in medio homines, nam plures sunt mali ac pessimi homines qui amplam vitam sequuntur, quam boni & iusti qui arctam eligunt. In area magnos palearum tumulos videbis cum tamen granorum paru acerui videantur: nam & stultorum infinitus est numerus, & multi sunt vocati pauci vero electi. Itaque sic distributi sunt boni, & mali, vt in celo dumtaxat boni sint, in inferno solummodo mali, in hac vita, & boni & mali

Luc. 6.

Psal. 91.

Matth. 13.

1. Pet. 3.

D. Greg.

Eccles. 1.

Matth. 20.

simul commorantur. Caterum intrabit Rex, vt conuiuas videat, hoc erit in campo Iosaphat cum omnes stabimus ante tribunal Christi. Et vidit ibi hominem vnum non habentem vestem nuptialem. Non quod vnus solus sit malus (nam multi sunt) sed vt ostenderet quanta sit vis intuitus Dei, vt vnum etiam prospicere valeat, nec vnus ab eius conspectu cœlari possit. Quonia oculi Domini multo lucidiores sunt quam Sol (ait Sapiens.) Et alibi, oculi Domini (inquit) in omni loco contemplantur bonos, & malos. Et Paulus. Non est (ait) creatura aliqua inuisibilis in conspectu eius. Hæc autem vestis nuptialis charitas est: Hæc quippe veste venit sponsus noster Christus ad nos. Quis enim cum ad vos adduxit nisi amor (ait Gregorius.) Nam cum Esaias Propheta de hoc vaticinaretur mysterio subdens dixit: zelus Domini exercituum faciet hoc. Zelus autem exardescens, amor est, hoc ergo habitu quo ipse indutus venit ad Sponsam, debet & illa pergere ad illum. Sic enim & apud homines vsu venit, vt quo colore vnus coniugum ad nuptias indutus venit, hoc & alter vestiatur. Quare anima que charitate Dei, & proximi exuta fuerit non est presentibus nuptiis digna. Unde & Dominus dixit: In die illa viuitabo super indutos veste peregrina. Propria enim fidelium vestis fides cum charitate est: hæc enim eos dignos æternis nuptiis facit. At ille obmutuit. Nihil enim habet homo quod respondere Deo possit. Sed ad eius presentiam confusus succumbit. Ligatis manibus, & pedibus precipit illum mitti in tenebras exteriores. Tenebræ interiores sunt, cæcitas intellectus quam in hac vita mali habuerunt iudicantem pessimè de operandis, à qua peccati liberari Ecclesia cum in letanijs dicit: Accitate cordis libera nos Domine. Exteriores verò sunt illæ quas patiuntur in inferno impij. Ergo ab interioribus ad exteriores tenebras pergunt, de tenebris ad tenebras currunt ligatis manibus, & pedibus. Verè vt ignis exardescit ira eius, cum hanc profert sententiam, cuius omnia verba expédenda sunt: quonia grauitatem iudicij præferunt. Primo soluturas habebat manus quibus potuisset operari salutem, aderat tempus, & facultas, inuitabat Deus, sed neglexit, ligentur ergo ei manus, vt amplius operari non possit. Venit enim nox quando operari nemo poterit. Pedes habebat solutos quibus effugere potuisset iudicium diuinum, iuxta illud qui credit in me non iudicatur, sed quia contempsit, ligentur

Eccles. 23.

Prov. 15.

Heb. 4.

Esai. 37.

simile.

sophon. 1.

1. Cor. 13.

1. Cor. 9.

Cap. XXII.

ei pedes ne vnquam possit euadere poenam. Inter electos solo nomine conuersatus est, eijciat ab eis. Immittis fuit erga omnes, obliuiscatur nunc eius misericordia (ait Iob) & nemo eius vnquam recordabitur. Misericordia Dei ipsi tota conuertatur iniustitia. Virgo Maria que est mater misericordie illum obliuioni tradat, obliuiscatur, & eum omnes sancti, nec pro illo intercedere velint, sed de sua damnatione gaudeant. Aderat lux sed dilexit tenebras magis quam lucem: eijciatur in tenebras exteriores, vbi in æternum non videat lumen. Noluit lugere vbi luctus salubris erat, & post luctum consolatio futura, lugeat in sempiternum. Noluit contremiscere ad verbum Dei, contremiscat in perpetuum nunc, & sine fructu. In hunc modum exardescit ira Domini, quam extinguere nemo poterit, felices qui nunc ad hæc audita contremiscunt ad poenitentiam hi enim ab auditione hac mala non timebunt. Simile est Regnum celorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Supposito quod supra non semel diximus finem huius parabole esse predicere reprobationem populi Iudeorum & vindictam propter incredulitatem suam, & introductionem populi Gætiarum loco illi, & introductionem populi Gætiarum loco illi, simul cum punitione eorum qui ad Ecclesiam vocati non digne se in illa gerunt, & supposito quod per has nuptias, & vnio naturæ humanæ cum supposito diuino, & simul coniunctio Christi cum Ecclesia significantur: aduertendum super hæc omnia est. Quod per conuiuium, hoc ad quod Christus nos inuitat intelligunt bona supernaturalia, que ex hac vnione celestiqua sunt, nempe fides, spes, charitas, ceteraque charismata, ac bona que nobis Christus per has vniones contulit. Nam per illum maxima, & pretiosa promissa nobis donauit Deus (vt ait Petrus) que omnia sapida, & pretiosissima ædulia sunt, nimirum conuiuium regale quod magnificum, ac copiosissimum esse solet: largitus est quippe nobis munera Deus iuxta magnificentiam regalem. Quemadmodum fecit Rex Assuerus, pro coniunctione, & nuptijs Esther. Sic enim & Esai. prædixerat dicens. Et faciet Dominus in monte hoc omnibus populis conuiuium pinguium, pinguium medulatum, vindemia defecata. Id est dicere tauri mei, & altitia occissa sunt. Omnia que in monte Ecclesia nobis cõferuntur pinguium & farcinata sunt. At illi neglexerunt. Heu quantum vereor ne hæc foecordia ac negligentia animos etiam Christianorum occupat

Iob. 24.

Alia moralis seu concio.

1. Pet. 1.

Esth. 2.

Esai. 25.

1. Cor. 9.

tos teneat. Sic enim ea que in Euangelio nobis proponuntur audimus, ac si nobiscum non loqueretur, nec aliquo modo nos tangerent, ac si nulla nos cura de hac re teneret, imò quasi res ludicras ac ficticias ea videmur accipere, cum postquam dicta sint nihil de illis curemus, sed ita vos habetis, o perfidi peccatores, ac si inferni tormenta mera hominum figmenta essent: Et accidit vobis quod generis Loth apud Sodomam, quibus cum loqueret diceret, vt egredierentur e ciuitate Sodoma, que post momentum conflagratione deberet perire, visus est eis tanquam deliramenta loqui. Sic cum Christianis prædicamus, vel seueritatem diuini iudicij, vel immanitatem, vel æternitatem ignis inferni, quasi hæc ficticia essent, sic nos irrident, & ridetes ac lecti a contione pergunt, ac si fabelle betularum nostra dicta essent, o proflus miseram insaniam, o temerariam foecordiam, ac negligentiam, qui tanti ponderis res sic negligitis, cuius oculos mundus sic attonitos tenet, vt tanti momenti veritates non videant. Superbia quippe sic perturbat hominem: vt ea etiam que in prospectu suo sunt non videat. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Dicebat Iob. Superbia quidem sic euanescit, vt reddat homines attonitos, ita vt que illis maxime expediunt minime videant. Fames valida totam præmebat terram, & audiuit Iacob in terra Chanaan, quod frumenta venderentur in Aegypto, & dixit filiis suis: Quare negligitis? Audiui quod frumenta venduntur in Aegypto. O mortales omnes vos hortor, vt attendatis fame maxima præmi mundum istum, nec enim que in eo sunt ad satendam animam valent. In celo abundant omnia, ibi nec esurietis, nec sitietis amplius: Quare negligitis? Quare ad emendos cibos qui gratis ibi dantur non properatis? Audite vocem Dei vos inuitantis, & dicentis: Omnes sitientes, venite ad quas, & qui non habetis argentum, venite & emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Quare negligitis? In excusabilis hæc negligentia est. Quomodo enim nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Vt Paulus Hebr. 2. ait. Iterum misit alios seruos. Hi sunt Euangelij prædicatores. Tauri mei, & altitia occissa sunt. Per hoc intelliguntur omnia ædulia que in magnis conuiuijs apponi solent. Sed spiritualiter intelliguntur omnia que ad animarum salutem expediunt. Hoc est, dicere. Omnia que

Gen. 19.

Iob. 15.

Gen. 42.

Esai. 55.

Heb. 2.

omnibus animabus competunt in Euangelio nobis apponuntur. Tauri quippe carnes, grossius alimentum est, sicut auum delicatius in Euangelio autem est via quadam lata & spatiosa, per quam omnes possunt iter agere cuiuscumque fortis, aut conditionis sint. Hæc est mandatorum via quæ omnibus per uia est quantumcunque imperfectis, ac imbecillis. Consiliorum autem semita delicatior est, pro his qui exercitiores in spiritualibus inueniuntur. Quare qui hos cibos distribuunt, ut sunt Doctores, debent cautè secundum vniuscuiusque stomachi qualitatem eos dispertere. Et forte ob hanc inscientiam multi, qui hoc nomine gaudent decipiuntur volentes omnes eodem cibo pascere, atque per eadem exercitia ad perfectionem perducere, quod in detrimentum magnam animarum vergere solet. Si enim laetenti puellulo cibum durum subministras, occideres illum. Nec enim dentes ad masticandum habet, nec stomachum ad digerendum; quare lacte dumtaxat talis puer pascendus est. Sic in animabus contingere solet. Quædam enim incipientes sunt, ac tenellæ, quibus non eadem quæ exercitioribus imperanda sunt, nec enim omnibus eadem conveniunt. Multa robustis bona sunt, quæ paruulos enecarent, & alii viris, alia foeminis expediunt. Foemineum genus indoctum est, ac imbecille, ad vanitatemque sic proclive: ut opus sit magna cum attentione in spiritualibus illud instruere, ne si ad magna illud euexeris euanescat, nisi paulatim id feceris. Facti estis (ait Paul. Heb. 5.) quibus lacte opus est non solido cibo, perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui præ consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali (sensus autem animæ sunt potestates). Igitur hos secundos predicatores iniurijs affecerunt, in quo (ut Chrysostomus ait) eorum in discreta crudelitas palam fit. Nam agricolæ illi qui occiderunt, & percusserunt seruos patris familias qui fructus ab illis exigebant non adeo mirum (petebant enim ab illis pecuniam quæ omnibus odiosum est) illi autem nihil ab illis exigebant, sed eos ad vitulos saginatos, ad altitia, ad delicata obsonia ad nuptias, ad voluptates inuitabant, & tamen propter hoc percutere illos insignis ac stulta crudelitas est. Sic qui predicatores irascuntur: quia eos ad celestia conuiuia vocant, & ut terrena despiciant hortantur insignem stultitiam faciunt. Sicut si succederes illi, qui tibi de tua patria nuncia gerit. Obserua tria genera iniuriarum in homines illos exercuerunt. Tenuerunt illos, iniuria illos affecerunt, ac tertio occiderunt eos,

Comparatio

Hebr. 5.

D. Chrys.

Sic modo cum predicatores agitur. Detinent quippe eos ne hoc, vel illud dicant, nam si hæc dixerint veritatem, aiunt, offendet Episcopus: sit illam, irascetur Rex; si aliam scadali zatur populus. Hæc ergo ne dicas! Sed hoc est veritatem in vinculis conijcere ac detinere, contra quos Paul. Rom. 7. ait. Reuelatur ira Dei in Euangelio, in eos qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Dimitte liberum verbum Dei, quod alligari non potest (ut dicit Paul.) Permite ut currat, atque per omnium aures discurrat. De cetero fratres (ait Paul. 2. Thes. 3.) orate pro nobis, ut sermo Dei currat & clarificetur. Post hæc iniuria eos afficiunt infamando illos, falsa testimonia aduersus eos componentes, oscitantias, ac fragilitates eorum in populo procaciter iactantes, ac tanquam homines inutiles nos habentes. Videtur enim illis quod predicare Christi Euangelium eorum gubernationem impediatur, quasi possit esse aliquid rectum quod vel vnguem transuersum ab Euangelio disciuerit. Quare tanquam purgamenta huius mundi facti sumus: *comogente quæ sobramos en el.* Tertium autem quod est predicatores perimere (præter quam quod ab hæreticis fit) inter Catholicos paratur ad hoc via, cum tam seuerè irascatur hodie mundus contra eos. Sed rex missis exercitijs suis perdidit homicidas illos. Vbi aduertendum est, quod id contigit populo Iudeorum, cum missis Romanis exercitijs ciuitas Hierusalem succensa, atque vastata est. Sed tamen punitione hæc temporalis non tribuitur primo delicto, quæ tunc commiserunt cum noluerunt venire ad nuptias (hoc enim peccatum in alia vita vindicandum erat.) Sed secundum scelus quod tunc commiserunt cum predicatore suum Christum, & Apostolos discipulos eius occiderunt, hoc temporali illa punitione vindicatum est. Atque utinam hoc fidelibus non contingat, qui hæc duo committunt scelera. (Primum non audire, nec accipere predicatores monita, secundum illos flocci pendere, iniuria afficere) nempe quod reseruando prioris vindictam in aliam vitam, secundum hic visibiliter puniatur, & mala hæc temporalia quæ hisce videmus seculis increbrescere, forte ob id scelus contingant. Sed tamè bonis & malis impleta sunt nuptie discumbentibus. Quoniam Ecclesia Dei omnes capit bonos, & malos. Ideo quippe & ipsa dicit: Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula cedar sicut pelvis Salomonis. Nigra propter malos, speciosa propter bonos: Sicut tabernacula cedar. Quod erat genus hominum vagum incertas habens sedes,

Rom. 7.

2. Tim. 2.

2. Thes. 3.

Cant. 1.

des, sed in papilionibus habitans, qui imbribus, ac soli expositis nigredine, ac foeditate contraxerat. Per quos mali significat expositi peccatis ac vitijs, quæ eos nigros, ac maculos reddunt. Vnde & de eis dicitur: Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthyopum, hifuerunt illic. Quonia hos omnes Ecclesia capit. Per pelles autem Salomonis, bonos intellige: nam Salomonis tabernacula alba, ac nitida erant, sic & iusti bonis operibus nitent. Vel per pelles intellige endromidem quæ propter frigus induebatur Salomoni, quæ pellibus albis duplicata erat: Hi enim sunt qui charitate calidi Christum Dominum calefaciunt, sicut B. Martinus Clamide qua calefecit pauperem, & Christum ipsum dictus est calefecisse. Tabernaculis, autem comparatur, eo quod in hac vita omnia mutationi subducunt, nec fixa esse possunt. Quare qui hodie niger cras albus erit, & e contra. Vnde Mich. 4. dicitur. Mesis domus Domini erit in excelsa sylvarum. Hoc est domus ista deserta erit, & Esai. 35. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur iuror calami, & vinci. Hoc est, qui prius peccatores fuerunt, per fidei gratiam iusti euadere possunt. Atque hac ratione Ecclesia dicitur pulchra, ut luna; nam si lunam aspexeris ex ea parte quæ a sole illuminatur clara & splendida apparet: si vero ex ea quæ non eam aspicit Sol obscura ac tenebrosa inuenies. Sic si Ecclesia aspicias ex parte iustorum quos Sol iusticie suis radijs illustrat, iam pulchra & clara videbitur; licet ex ea parte quæ impios continet, obscura videatur: Quoniam. Via impiorum tenebrosa est (ait Sapiens.) Pessimus ergo homines, schismatici, hæretici, vel qui ad hæreses, & schismata viam parant, nolunt aspiciere Ecclesiam ex ea parte quæ splendet ratione iustorum, sed ex ea parte quæ propter malos tenebrosa videtur; ut sic possint in eam maledictis, ac iniurijs debachare. Sic enim intelligit D. Aug. illud Psal. Vt sagittent in obscuro rectos corde: legit ipse: Vt sagittent in obscura luna rectos corde. Ostendunt quippe obscuritatem Ecclesie, hoc est, peccatores qui in ea sunt, populis; ut sic simplices in odium Ecclesie pertrahant, & sic sagittas errorum suorum in eis figant. Ostendunt suburbana, & infirmiora, populi Dei; fortioribus & pulchrioribus relictis; sicut fecit Balac cum Balac, ut malediceret populo Dei, ut refertur Num. 33. Sic isti mala quæ in Ecclesia sunt propter peccatores padunt: cum tamen bona multa quæ ibi lateant abscondere vellint. Sciunt quis sit malus presbyter, aut monachus; cum

Psal. 86.

Mich. 4.

Esai. 35.

Psal. 10.

D. Aug.

Psal. 10.

Num. 33.

interim quis sit bonus cognoscere nolint. *Et impleta sunt nuptia discumbentium.* Per hoc significat quod numerus predestinatorum adimplendus erit ex omnibus mundi partibus, & ex quocumque hominum genere. Vnde à Principio diximus per bonos, & malos intelligendas esse conditiones hominum, hoc est, maiores, & minores viros, & foeminas. Mundus quippe non defecturus est, donec numerus predestinatorum impleatur: & ad hoc totus mundus expectat, ut vltimus electus sit. Postquam enim sacratus electorum numerus adimpletus fuerit; feliciter mundus finietur. Sic Ioan. in Apoc. dixit responsum fuisse sanctis, qui expectabant vindictam ab his qui sanguinem suum fuderunt, ut expectarent ad huc modicum tempus: donec impleatur numerus fratrum suorum. Hoc autem bonum occasionaliter accidit ex incredulitate Iudeorum: nam quia ipsi noluerunt venire ad nuptias, nec accipere verbum Dei, missi sunt Dominus Apostolos suos ad Gentes, ut illis impleverent nuptias sicut Apostoli dixerunt ad Iudeos. Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei, &c. Hinc apud Theologos habetur, quod Deus habet scientiam practicam de malo. Nam licet Deus non operetur illud; tamen quia sua sapientia illud conuertit in bonum, hinc dicimus habere scientiam practicam de illo. Vnde ex hoc Iudeorum malo, hoc ellicuit bonum quale fuit conversio Gentium, & electorum adimpletio. Quod Paulus Rom. 11. miris modis amplificat dicens. Quod delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium. Quia ipsi has diuitias, & epulas recipere noluerunt, missi sunt Deus ad Gentes predicatores, & receperunt illas. Verbum. Missi sunt Dominus in Iacob, hoc est, ad Iudeos (ait Esai.) & cæcidi in Israël, hoc est, in Gentes. Et diminutio eorum diuitiæ Gentium. Nam quia ipsi defecerunt, ex numero Gentium adimpletus est locus eorum: ita ut adimpleretur nuptia discumbentium. *Intrauit autem Rex, ut videret discumbentes.* Hic regis introitus iudicium vniuersale significat, in quo omnes nos stare oportet ante tribunal Christi: ut referat vnusquisque prout gessit in corpore siue bonum, siue malum. Tunc enim omnium conscientias ingressurus est, ut manifestet consilia cordium. Sed in hoc quod dicit amice, quomodo huc intrasti, &c. intelligitur quod cum hominibus Christianis, qui locum amicorum Christi in hac Ecclesia tenent erit maior discussio iudicij. Hoc enim erit

Apoc.

Act. 13.

Rom. 11.

Esai. 9.

discrimen inter iudicium quod cum infideli habetur, & illud quod cum fideli geritur: quod in hominum iudicio fertur cum concive, aut cum hoste. Nam ad condemnandum hostem, non ea seruantur quae ad damnandum ciuem. Nec enim fit accusatio contra hostem Reipubl. Nec scribuntur acta, nec ei datur patronus aut procurator, sed sententia mortis decernitur contra illum, vt cum contra hostes progreditur ad bellum hoc diffinitur, vt omnes moriantur, ac iugulentur caeterum cum ciue aliter proceditur: legitur quippe ei delictum suum, testibus comprobatur, iudicia iuris dantur, & plura alia acta fiunt. Sic Deus se habebit in iudicio cum infidelibus, ex eo quippe quod non crediderunt iam hostes declarati sunt, moriantur in aeternum. Et sic intelligitur illud quod apud Ioa. dixit Christus: Qui non credit iam iudicatus est. Ex eo enim quod fidem non habuit in iudicium incidit damnationis, non opus est cum illo tempus terere. Caeterum cum homine Christiano qui conciuus fuit in Ecclesia Dei, aliter proceditur. Examinatur quippe ac discutitur eius causa, quid fecit de fide, quid illi caetera virtutes infusa profuerunt, quid sacramenta, quid confessiones. Vnde & hinc dicitur, *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Quid ad hoc respondere valebis? Haec vestis nuptialis absque dubio charitas est, qua boni a malis Christianis distinguuntur. Nam fides communis vtrisque est, charitas autem habitus est decens ad conuersandum in Ecclesia, & facit hominem dignum conspectu Dei, nam charitas, & operit multitudinem peccatorum, & amicos Dei constituit, vt Sapiens docet. Hinc Paulus nos admonet dicens. Nox praecessit dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Nam infidelis qui in tenebris ambulat, & inter filios tenebrarum conuersatur, etiam si in honeste segerat non ab alijs bene prospicitur quoniam in nocte sunt. Nos autem Christiani qui in Euangelica Lege ambulamus, oportet honeste in nostris actionibus nos habere, ne alios scandalizemus, qui cum in luce sint honesta, & inhonesta prospiciant. Et haec charitas est discipulorum Christi habitus quo ab alijs discernuntur, secundum illud quod Dominus dixit. In hoc cognoscent homines quod mei estis discipuli. Si dilectionem ad inuicem habueritis. Et Apoc. 19. dicitur,

Ioan. 3.

Jacob. 5.
Sap. 7.
Rom. 13.

Ioan. 13.

Apoc. 19.

Gaudeamus & exulemus, & demus gratiam Deo: quia venerunt nuptiae agni, & vxor eius praeparauit se, & datum est vt cooperiret se bisino splendenti, & candido. Bisinum autem (ait ibi Ioannes) iustificationes sunt sanctorum, & tamen sola charitate iustificatur. De hoc ergo interrogatur in iudicio homo fidelis, quomodo hoc habitu non fuerit indutus, & absque eo ad mensam Domini in altari accedere ausus sit. *Amice.* Amicum eum vocat licet solo nomine fuerit: nam vt ait Sapiens. Est amicus socius mensae, & in tempore tribulationis recedit. Et Dominus ait. Multi dicent mihi in illa die. Domine Domine, &c. Et tunc respondebo illis, quia non noui vos. Sed dicit aliquis. Cur istum arguis Domine quia peccator est? Non ne tu malos etiam vocasti ad nuptias? Quid ergo de isto conquereris quia malus est? Bene. Sed respondebo tibi. Ego quidem malos, & peccatores vocaui, non tamen vt essent mali, sed vt iuste viuerent in domo mea. Nam & ille pater familias, ociosos quidem vocauit ad vineam: non tamen, vt ociosi in ea viuerent, sed vt labore suo colerent eam, alias ad sacerdotem quendam qui ociosus videbat in templo dictum est per Esaiam cap. 22. Quis tu hic, at quasi quis hic? Hoc est, quid hic agis, si ministerium tuum non implet? Et Paul. 1. Thes. 4. ait. Non enim vocauit nos Dominus in immunditiam, sed in sanctificationem. Amice ergo quomodo huc intrasti? &c. Quid pro te respondes? *At ille obmutuit.* Iusta sunt iudicia Dei quibus, & ipse reus statim conuincitur, sicut & Iob ait. Si voluerit contendere cum Deo: non respondebit ei vnum pro mille. *igatis manibus & pedibus, &c.* Quoniam in inferno damnati, non habent nec habebunt manus ad defendendum, nec pedes ad fugiendum. De quibus, & Psalmista dicit: Sicut oves in inferno positi sunt. Tam impotens quippe animal est ouis: vt non habeat quo se defendat ab eo, qui eam ligare, ac iugulare vult. Ipse se in hac vita ligabit pedes ne in bona opera ambularent, & manus habuit solutas ad bene operandum, quia liberum semper habuit arbitrium, & noluit eo in bonum uti: ligentur ergo tunc, vt nec vellit, nec possit recte agere. Timenda certe vltio haec maxime est, vbi in tenebris corporis, & animae damnati strident dentibus, & irremediabilibus lacrymis flebunt, & sic permanebunt in aeternum, Deus qui nos ad suas nuptias vocare dignatus est: a talibus nos eripiat malis, Amen.

Eccles. 6.

Matth. 7.

Esai. 22.

1. Thes. 4.

Iob. 9.

Psal. 48.

Nunc

Alia moralitas seu conicio. Nunc carptim super totam hanc parabolam nonnulla dicamus, quae tanquam oblita omisimus. *simile est regnum caelorum homini Regi.* Prius dicitur homo deinde Rex. Honores quippe ac dignitates sub hac consideratione debes homo accipere, quod sis homo sicut alij. Rex quidem, sed Rex homo, praelatus, sed praelatus homo, ne dignitate ac honore euasces. Hanc considerationem Rex Salomon habuit cum Sap. 7. dixit. Sum quidem, & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, &c. Quare quidam Lacedaemoniorum Rex qui filius fuit cuiusdam figuli, inter aurea vasa, & argentea habebat coram se mensam valorum luteorum: vt inter dignitatem regiam memor esset suae infimae sortis, vt sic superbiam, ac vanitatem reprimeret. *simile ergo est regnum caelorum homini Regi.* Nam ad officium regale oportet quod sis homo ratio ne, ac sapientia praeditus; in hoc quippe homo caeteris praestat animalibus. *Qui fecit nuptias filio suo.* Tres habuit Sponsas Christus, quas omnes locupletauit. Prima est humanitas sua quam immensis decorauit donis: ita vt sit inestimabilis. Nam licet natura humana in Christo eiusdem sit conditionis ac nostra, nempe ex eadem massa ac iisdem miseris subdita (nam per omnia similis fratribus effectus est excepto peccato) tamen tot fuit ornata supernaturalibus donis: vt iam aestimabili or sic quam Angelorum natura. Sicut si vilis panni pallium multis decorares gemmis, multo tegetes auro argento, ac margaritis: vt iam pannus ille tantis pretiosissimis rebus ornatus quemcunque alium quantumcunque meliorem exuperaret. Quare iam tremunt videntes Angeli, versa vice mortaliu: naturamque nostram in Christo tot exornatam donis super se venerantur. Secunda Sponsa est Ecclesia hanc etiam miris modis diuitem fecit. In ea quippe potestatem, ac magisterium suum reliquit, clauis Regni caelorum illi contulit, sacramenta dimisit multisque alijs donis illam diuitem ac speciosam fecit. Tertia autem Sponsa est anima, quam gratia sua, ac donis maxime locupletauit. Ipse enim lux ac bonum omnium animarum est. Et sicut nulla est in coslo stella, quae a sole non recipiat lumen suum: sic nulla anima iusta est nisi a iustitia Christi illi communicata. Ideo quippe Sol iustitiae ipse Christus dicitur. Et sicut nullus motus fit nisi primo mobili mouente: sic nullum

Sap. 7.

simile.

simile.

Tomo, II.

op^o meritorium sit nisi a Christo mouente, qui primus operum meritoriorum motor est. Id enim dicit Deus pater Christo filio suo, quod Rex Pharaon dixit, ad Ioseph: Ego sum Pharaon, absque tuo imperio non movebitur manus aut pedem in vniuersa terra Aegypti. Hoc est, quod non opus bonum, aut desiderium absque Christo esse poterit vquam. Contigit aliquando quod dux deuicerit Regem aliquem in bello, & vulneribus plenus victor euaserit: filiam Regis suis ornamentis exspoliet, quibus vxorem propriam ornat, & ipse cum suis vulneribus manet. Sic Christus cum animabus fecit. Non dico quod humanitatem suam suis spoliauerit donis, quamuis si hoc ad tuum ornatum fuisset, necessarium nescio quid fecisset, nam visionem beatificam non animae suae sed tuae meruit. Spoliavit tamen veterem Synagogam, ac infernum, vt se tot gemmis, ac donis ornet: cum tamen ipse vulneratus e victoria remansit: liuore quippe eius sanati sumus. Ad has nuptias tam solemnes omnes vocat: quia venerunt nuptiae agni, vt dicitur Apoc. 19. Sed nolunt multi homines ad illas venire. Et hoc est quod deplorabat Hieremias Thren. 1. cum dicebat: Via Syon lugent: eo quod non sit qui veniat ad solemnitatem. *Vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Hoc est, conuenienti talibus nuptijs. Vult enim Deus, vt vestiamur vestibus albis, & iustitiae vestis candida est, peccati autem sordida. Apud Zachariam legitur quod Iesus sacerdos magnus vestitus erat vestibus sordidis, & Satan stabat a dextris eius. Nam quatumcunque sacerdos, Papa aut monachus sis, si iustitiae candorem non habueris, Satan tibi a dextris imminebit, vt opera tua euacuet. Nam Esther. 4. legitur quod nemo indutus sacco, id est veste vili, ingrediebatur palatium Regis Assueri: peccatum autem est priuatio gratiae, & iustitiae; quare immundus est peccator. Vnde de bonis dicit Christus. Ambulabunt mecum in albis: quoniam digni sunt. Sed observa quod Rex non increpauit hominem istum eo quod vestem haberet sordidam, sed ob hoc dumtaxat quod habitum decentem regalibus nuptijs non haberet. Quid faceret si sordida simul vestimenta haberet? Quoniam Deus non solum in homine fidelis damnat malum quod agit, sed etiam bonum quod negligit facere. Quoniam non solum ab eo exigit praecipua negativa, verum etiam affirmatiua. Nam licet non occidas,

Gen. 4.

simile.

Apoc. 19.

Thren. 1.

Zach. 3.

Esth. 4.

Apoc. 3.

24 das



das, nec fureris, nec mechatu sis: si tamen opera charitatis non exeres cum opus fuerit, legē non obseruasti, ob id solum damna ueris. Item hic homo non perturbationibus exagitabat ceteros inmensa, sed pacificus erat, & forte aliorum nō offendit oculos, sed regis. Sic multi qui coram oculis hominum boni ac pacifici apparent: ante Dei oculos arguuntur. *Multi enim sunt vocati pauci uero electi.* Nam in libro. 4. Esdræ legitur quod sic cut terra plus tribuit pro luto quam pro auro: sic plures homines in infernum mittit quam in cœlum.

Concio cit ea parabolā Lucæ. Sed quoniam multi hanc parabolam eandem dicunt esse cum illa quam Lucas. cap. 14. scribit, & quia hæc cum illa similitudinem ac correspondentiam quandam habet, ideo de illa etiam nōnulla hic interferenda iudicauit. Ait ergo Lucas: Homo quidam fecit cœnam magnā, & uocauit multos. Apud Matthæum conuiuium hoc prandium uocatur, apud Lucam cœna. Primum conuiuiū Deus pater fecit (qui mysticē homo dicitur) quod in nuptijs sui filij fecit, quandō cum Ecclesia desponsauit eum. Vnde dicitur, simile est Regnum cœlorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Secundum autem conuiuium filius parat, qui uerē, & est, & dicitur homo. Tunc autem hoc conuiuium faciet cum Ecclesiam Sponsam suam ad se receperit in gloriam. Sic enim & ipse Luc.

Luc. 22. dicit. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus Regnum: ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. Ideo autem dicit. Sicut disposuit mihi pater meus Regnum, ut hinc intelligas ex eo conuiuium quod Deus pater fecit filio suo, cū illum nostræ carni copulauit tot ei dona, ac gratias tribuendo: inde redundare bona illa ad quæ nos filius inuitat. Nam ut ait Ioan. cap. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & ueritatis: Et ex plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Ex gratia quippè vnionis proueniunt nobis cetera gratiarum charitativa. Id est dicere quod filius nos inuitat ad fragmenta, quæ superauerunt ex conuiuium quod ei Deus pater fecerat. Ex his duobus conuiuijs vnus dicitur prandium, quoniam in medio annorum notum facies, prandium autem in meridie fit. Secundum autem cœna uocatur: Quoniam in fine uitæ fiet, cū homines trāsactis laboribus quos uiuendo pertulerunt, dicit illis spiritus, ut requiescant ab eis. Est & aliud discrimē. Quoniam in primo conuiuium Deus factus est ho-

Ioan. 1.

Abac. 3.

Apoc. 5.

mo iustificator: in secundo erit Deus homo glorificator. Factus est Deus homo in primo conuiuium, ut in secundo nos faceret Deos. Ipse nostras assumpsit miseras: ut nos illius cōmunicarem beatitudinem. Vnde dicit, homo quidam fecit cœnam magnam. Cœnam facit Deus: eo quod ipse eo incipit quo homo desinit. Homo partem diei in cœna finit: Deus autem ab ea incipit. Sic dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram. Non sic homo sua ædificia facit. Non enim à tecto sed à fundamento incipit, Deus autem ab eo exorditur in quo homo sua opera terminat: eo quod Deus finē maximē intendit ad quem uult, & hominem ducere, & ideo ab eo exorditur opus suum nempè à cœlo. Creauerat Deus hominem, ut cœli ciuis esset: & ideo cœlum ipsum prius creat, ut statim uideat finem ad quem conditus est. Et quia cœna hæc est ad quam nos præcipuē inuitat, nempè ad ultimam distributionem quæ fit in beatitudine, ab eo exorditur quod est finis hominis, ut protinus in eo generet appetitum, & famem talis cœnæ, & ad illam tanquam finem, & scopum sua opera dirigat. Propter quod dicit: fecit cœnam magnam. Nec amplius addit nec dicit quid habeat cœna, quot in ea catini debeant poni: Quoniam hi numerari non possunt. Huiuscemodī quippè sunt bona hæc quæ Deus præparauit diligentibus se: ut nulla creata lingua explicari quæant, quoniam ea nec oculos uidit, nec auris audiuit. Fecit cœnam magnam. Magnorum quippè est magna facere. Tu homo quia paruus es parua etiam opera facis: Deus autem omnipotens est, hoc est, magnificentissimus, & liberalissimus. Dei diuitiæ non minorantur distributæ, quoniam infinitæ sunt. Et præcipuē in cœna illa maximum se ostendit Deus. Fecit enim cœnā magnam: quoniam in ea quidquid habet largitur: dat enim se ipsum. In conuiuijs quæ in hac uita nobis præparat Deus nō sic largus apparet: quoniam non possumus cum in carne uiuimus ædulia illa cœlestia capere, nec enim stomachus mortalis hominis ea capere ualeat, & ideo dieta nos hic pascit, quia nondum ad maiora apti sumus. Sic enim & Dominus illis dixit. Multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo. Et ideo etiam bona temporalia sic parce nobis largitur, ut nō sepe omnia quæ ex eis cōcupiscimus habeamus: quatenus sepe cœlestia appetam, & capatior es per deside-

Gen. 1.

Ioan. 16.

ria dilata ad illa efficiamur. Et in spiritualibus præcipuus cibus quæ nobis reliquit qui est corpus sanctum suum, subalienis speciebus occultatū nobis dimisit: quatenus per hoc prandium dulcissimum auidius anima cœnam illam altissimam desideret. Hoc enim bonum prandium facere solet, ut nouum appetitum ad cœnam aperiat: qui enim bonum prandium confert: bonam etiam cœnam largiri debet. Cū enim in hoc prandio Deum occultè sumamus, aperitur nobis appetitus, ut in cœna illum aperte comedamus. Nunc enim ad id minimè capaces sumus, erimus tamen tunc per lumen gloriæ. Vnde & Ecclesia de hoc Sacramēto, sic canit. O factum conuiuium, quia nō profanum, in quo Christus sumitur, idē scilicet, qui in cœna sumendus est, quem enim nunc uelatum in prandio sumimus; reuelatum in cœna habebimus. Recolitur memoria passionis eius, quoniam agnus ille est qui lætucis aggressibus edebatur, hoc est, cum lætu, & mœrore recolendo Christi passionem, quam pro nostris pertulit peccatis. Et melius est ire ad domum lætus, quā ad domum conuiuij. Mens impletur gratia, nam suo modo conuiuium hoc satiare uidetur in hac uita: quoniam in illo datur plenitudo gratiæ non ponenti obicem, quæ in hac uita animam detinet, & licet nō plenè satiata: tamen cum desiderio & spe cœnæ alterius uitæ. Et futura gloriæ nobis pignus datur, *Quedam prendas para la cœna.* Et uocauit multos quoniam Deus omnes homines uult saluos fieri. Vnus dixit uillam emi. Alius uxorem duxi. Alius iuga bouum emiquinque. Obserua, hi qui inuitati fuerant ad cœnam: non ideo excluduntur quoniam adulteri, fures aut blasphemii (non enim eis hoc imputatur) sed quia sub prætextu rerū temporalium, cœnam Domini neglexerunt. Nam quamuis temporalibus rebus incubere debeamus quæ uita præsens exigit tamen non ita auidè illis intendere debemus, quod propterea Dei præcepta negligamus. Nec sufficit diuiti dicere, ego aliena nō rapio, nec adulter sum, sed his reb⁹ quas Deus mihi dedit cōtētus uiuo & in eis meis incubo curis. Nā si hæc quæ possides, inordinatè amas, ac curas, ita quod propter ea quæ Dei debes cultui omittas, iā peccasti: Nec enim ea anteferre debes maioribus, sed primū quærendū est regnum Dei, sicut Salomō prius Deo, deinde sibi & uxori suæ adificauit domū. Cū ergo quæ Deo debes

Eccles. 7.

Esai. 5.

simile.

1. Cor. 2.

Luc. 6.

propter temporales curas negligis; iā indignus efficeris cœna Christi. *Villam emi & eo uide illam.* Ecce quid temporalium cupiditas facit. Nā homines sic cupidos reddit, ut nūquā satientur pecunijs ac diuitijs: sed semper hæc cura eos anxios habeat, quomodo plures domos, agros, cœsus ac vineas habeat, cōtra quos Dominus per Esaiam clamat dicens. c. 5. Vx qui coniungitis domū domui & agrum agro copulatis. Nec enim eos hic damnat qui uisuris & uolentijs rem suā augent (hi enim iā dānati sunt) sed eos qui auidissimè diuitias coacerbare nituntur, hoc enim efficit multos egere; quia multi sine termino uolunt abundare. Nā cū bona temporalia minus sufficiat & finita sint: si vnus abudat alius egere necesse est, & si vnus est ebrius alius esuriet. Et hoc adnotare debemus, quod diuina Scriptura non solū uisuras, ac rapinas dānat: uerum etiam diuitias nimis auidè concupiscere grabiter reprehendit, ita ut dicat Dñs difficillimū esse, imò & penè impossibile diuitem intrare in regnum cœlorū. Multa quippè inconuenientia secū adducunt diuitiæ. Primū quod cū bona cœlestia in hac uita nō possint consequi nisi per desiderium: quæ cunq; desiderium eorum impediunt ex cōsequenti & consecutioni obstant. Amor autē diuitiarū impedit amorē supernorum ac diuinorum. Nā cū homo incipit se in earum cura tradere, famēq; & sitim suā in eis extinguere: nullū ei suppetit tēpus ad desiderandum æterna: quemadmodū si quis inuitatur ad delicatissimos cibos dilationē nō ferens, prius alijs, ac peponibus adimpleret stomachū, ita ut nullus locus in eo remaneret optimis obsonijs, sic qui animæ uentrē ac desiderium diuitijs occupat: quæ cūq; alia bona fastidiūt. Sicut filij Israël fastidiebāt mannā, propter memoriam ceptarum, ac peponum Ægypti: nā, ut Paulus docet, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Vnde Dñs diuitibus ait. *Ve uobis diuitibus, qui habetis hic consolationē uestrā.* Et ideo aliā non queritis. Aliud incōueniens est, quod qui nimiam appetit diuitias, in proximā dispositione est ad hoc quod exerceat maiora mala: nā ut eas acquirat, in uisurarū voraginē ac symoniæ baratrum quam citius præceptis abibit. Hinc sequitur tertium, quod paruipendet spiritualia, tantum abest, ut curet de illis. Vide enim quod iste primus sic respondeat. *Villam emi & eo uide illam.* Si diceret: Pergo ut possideam illam, ne alius prior me ueniens interceptat



me tollerabile videretur. Sed ob voluptate suam abire, vt videret ea q in aliud tepus absq; periculo differri poterat: hæc minima, imò & vana excusatio est. Sic enim minime habentur à diuitibus res spirituales, vt pro quacunq; re mundi etiam illas negliant. *Iuga boũ emi quinque, & eo probare illa.* Hæc iuga curam illam significant, quã homines habent suorũ quinq; sensuum, vt eos delicatissimè tractet: quatenus delitijs, atq; voluptatibus effluant. Deploranda quidem res quod excutiat homo à se vnũ duntaxat iugum Christi, & hoc suauissimũ, & quod loco illius quinq; intollerabilia onera imponat super se. Omnes enim sensus ab illo exigunt importunissimè, quòd ad voluptatẽ suam conferunt, da sericas, aureas, ac pretiosissimas vestes quibus induar, da pretiosa, ac delicate condita ædulia, quibus vescar, veniant cantores cantatrices, quorum cãtu delectentur aures, veniant speciosissimæ puellæ, quæ oculos voluptate afficiant, odorifera vnguenta quib; nares gaudeat. Præterea immunda quæ ad tactus delectationẽ quæritis, vt his perfruamini; magnas expensas, ac labores subire debetis: hoc diuina permittente vindicta; vt qui regna cœlestia, quæ asse, & calice aquæ frigidæ mercantur contēnitis: tēporalia non nisi magnis sumptibus, atq; sudoribus habeatis. Et quia iugum eius suauissimũ à ceruicibus vestris excutitis, ponderosius aliud, atq; penè intollerabile subeatis. Sic enim, & Dominus præcepit Hieremiæ, cū enim mādasset illi, vt catheras ligneas poneret super colũ suũ, & illas Principes Hierusalẽ rupissent: præcepit ei Dominus, vt loco illarũ ferreas catheras sumeret. Sic quia tũ suauissimũ ac leue iugum Dei à collo tuo excutis, permittit Deus, vt loco illius ferreum iugũ mundi, ac sensuum tuorum sumas, & pro vno facili quinq; grauiissimos super te ponas. Hæc enim maledictionem subeundã pronuntiat Dominus perfraCTORIBUS legis suæ cū Deuteron. 28. dicit: Ponet Dominus iugum ferreum super ceruicem tuam, donec conterat. *Iuga boũ emi, &c. Por sus dineros cõpran estos trabajos.* Et hoc quia id exigit tyrannicè mundus. Cū enim plus calefaciat læcea vestis quæ serica: quia tamen mundus hoc perit illi obsequendũ est: quare mundus tanquam crudelissimus tyrannus, homines tanquam vilia mancipia suis libidibus obsequentes habet. Alius cui moderata obsonia sufficerent, vt mundi auspicietur

Hier. 18.

Deut. 28.

gloriã, totum censum suum in magnis conuiuijs infumit, ita q omnia impignorata habeat, immesumq; es alienũ ob hoc cogatur constare. Quod si ab illo interrogos quare ita faciat. Respõdebit utiq; tibi: qm sic mundus exigit, aliàs non posse cū hominibus vitã agere. Cū tamen ei respõdere licebit: se ipsũ, & alios se se ducere, quoniã mūdus ipsemet est, & sua vanitas ac insania, quæ illũ ad tot deliramenta cogit. Projice igitur à te tale iugũ, & experire saltẽ quanto facilius iugũ Dñi sit. Suma enim stulticia est, si alij intantiant, ita & tu vellis cū omnibus insanire. *Eo probare illa.* Nõne sufficeret aliorũ experientia, qui probauerunt super se tollere hoc iugũ, & non valuerunt ferre illud; Nõne vides ob hoc alios pauperes in carcere vitã finire, ad extremã peruenisse miseriam? Alios foedissimis infirmitatibus consumptos? Alios in alias adductos miserias: cur nõ periculũ ex alijs facis, q tibi ex vltu fiet? Hoc fuit primi parentis dānũ q voluit ipse experiri ligni vitẽ poma: cū tamen sufficeret q vxor eius gustasset. *Eo probare illa.* Malũ dānũ probare mala, & experientia tãgere illa: Non est bonũ contra vitia remediũ ea experiri, nec tentationẽ vincis, quia illi aliquãdo succubis, aut carni tuæ vna aut altera vice indulges. Remanet quippè in ea illius voluptatis memoria, & post momentũ importunius à te illam extorquere nititur. Nunquid homini guloso dapes multas apponere, vt satiet appetitũ suũ, erit remediũ ad vincendã gulã? Aut ebrius pocula dare? Imò hoc auget appetitũ eorũ: est enim ligna igni subministrare: quare præcipiebat lex, vt immunda nõ comederet homines, imò nec tangerent: nã mala nec gustare, nec videre, nec tangere debemus, sed procul ab illis recedere. Præcipiebat etiã ne biberent homines in vase in quo immũda res fuit: qm in eo illius rei immũdę forsan gustus remãserat, & rei malæ quẽcunq; gustũ abhorre debemus. *Eo probare illa.* Ne id facias, nec res malas gustui applies. In mortẽ dānatus est Ionathas, quia mel syluestre tantum modo in sumitate virgæ gustauit cõtra patris prohibitionẽ, cū hostes persequeretur. In hac vita hostes in sequimur, & contra carnẽ & diabolum & peccata bella gerimus: nõ debemus ergo quicquã horum malorum quæ persequimur prægustare, nec digito quidẽ ea tangere. Vnde Eccl. 8. dicitur: Qui custodit præceptum nõ experietur quicquã mali. Hoc est qui vult seruare Dei præcepta non

Leuit. 5a

Leuit. 7a

1. Reg. 14a

Eccles. 8a

nõ debet peccata experire. *Alius dixit vxorem duxi, & ideo non possum venire.* Quid hoc mysterij est fratres? Nunquid vxorẽ ducere malum est, quod coenã Domini gustare impediatur? Nunquid non in remediũ contra inordinatam carnis concupiscentiã matrimonium institutũ est? Verũ est, non id nego. Tamen si malè vteris illo: iam obstaculũ erit ad coenã. Si enim vt alia mala vitares cõiugem accepisti, & annuam maioribus malis aperuisti, iam impedimentum magnum tibi erit. Nã si ob euitandã fornicationem matrimonio iunctus es, & vt onera eius partes & coniugi placeas maiora multa peccata committis: iã obstaculum tibi factũ est q in melius acciperas. Reubarbũ quidẽ contra choleram medicina est (expellit enim illã) sed tantum eius sumes vt enecet te. Sic matrimonium ducere contra concupiscentiam remediũ est; sed multũ in hoc intendere, in venenũ conuertetur. Nec enim tantũ cõiugi attendere debes, vt religionis, ac iustitiæ oblitus in alia plura prolabaris peccata, vel ne sic matrimonio vaces: vt ea quæ tenetis facere ad hoc q coenã Dñi gustes omittas. Hinc enim, & Sapien. docet, vt mulierẽ præscindas de carne tua: ne semper te abutatur. Hoc etiã voluit innuere Deus, cū libellum repudij in lege veteri permisit, vt intelligamus q vxorẽ & virum negare debemus, cū id gloria Dei poposcit, ne sicut Adã audias vocẽ vxoris & pecces. Licet non debeatis totã culpã in vxorem retorquere. Nã tu, O vir in culpa es, qui nescis vxoris tuę superfluos & importunos appetitus moderare. Cur tu audis vocem eius, in is quæ superflua sunt? Nescio quid vobis dicam? quomodo tot sumptus in vestitu & pōpa vxorũ vestrarum ferre potestis? Nullum aliud remediũ spero, nisi q ipsa necessitas vos in tantas coget angustias, vt nõ possitis vltra in sumptibus vestris progredi, sed q debeatis rebellare contra mundũ, & eius leges. Sicut populus Israël non ferens tributa quę super eos Rex Salomon tulerat, rebellauit cõtra filium eius Roboã. Sic non poteritis ferre onera intollerabilia ac importabilia quę mūdus super vos imponit, & rebellare cogemini cõtra illũ. Atq; vitã id iã videat oculi mei: vt homines ad sanã mentẽ conuersos videã, & sibi & rebus suis cicius prospicere, ne cū vellint minime valeant, vt magnis ego colligo coniecturis. Sed aduerte: quod hic qui dixit vxorẽ duxi, non addidit, rogote habemẽ excusatum, sicut ceteri dixerunt: quoniam

Exemplũ.

Eccles. 25.

Deut. 24

1. Reg. 14.

vitũ hoc sensualitatis homines facit turpes, in vrbanos, crasi sensus & crasioris intellectus. Sic enim, & Osæ. 4. dicitur: Fornicatio, vinũ, & ebrietas auferunt cor. Hoc est, illud non relinquunt liberum, ad rectẽ consideranda quæ agant: Hi enim omni carent circũspectione & vrbanitate, nec vlli lingua sua parcit generi. Mihi persuasum habeo, si videro mulierẽ aliorum honorẽ detrahentẽ, esse maximã coniecturã illã potius inhonestã, ac turpẽ esse. Volunt quippe tales, cum aliarũ infamia suã texere turpitudinem. *Tunc abeuntes Pharisei consiliũ inierunt, vt caperent eũ in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cū Herodianis dicẽtes: Magister scimus quia verax es, & viã Dei veritatem doces, & nõ est tibi cura de aliquo (non enim respicis personã hominũ). Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cõsum dari Casari an non? Cognita autẽ iesus nequitia eorũ, ait. Quid me tentatis hypocrita? & ostendite mihi numissũ cõsus. At illi obtulerunt ei denariũ. Et ait illis iesus. Cuius est imago hæc & superscriptio? dicũt ei, Casaris. Tunc ait illis Reddite ergo quæ sunt Casaris Casari, & quæ sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis. Multa supra meminimus dixisse de his sectis. Pro nunc autẽ aduertendũ est, q licet multi existiment Herodianos istos fuisse milites Herodis, qui cõiuncti erãt discipulis Phariseorũ, vt possint accusare illũ, & apud Herodẽ, & apud Pilatũ si negasset Casari tributũ: tamen quorundã sententia est satis verisimilis, per Herodianos significari peculiarẽ quandã sectã, quæ opposita fuerit sectę Iadæ Galilee cui. c. 5. Actũ A. postolorũ mentionẽ facit Gamaliel. Hic enim Iudas in diebus descriptionis suę professionis Iudæorũ, quando exijt aditũ a Casare, vt describeretur vniuersus orbis, & ire præcipiebatur vnusquisq; ad ciuitatem suã professionis gratia quemadmodũ Lucas meminit: hæc enim suscitauit seditiosam, cõtendẽs nequaquã licere Iudæis descriptionẽ huiusmodi professionẽ quẽ suscipere, nec aliũ debere agnoscere Dñm præter Deum cœli; ac proinde tributũ, vel censum non licere illis soluere Casari. Huic hæresi Herodianũ videtur fuisse contrarij dicẽtes, Omnino iustum esse tēporalibus Dominis subiectos permanere eis quę tributa pendere, neq; id libertatũ verã aduersari. Nomen autẽ sortiti sunt ab Herode: vel quia ipse penè tēpore orta sit hæc secta, vel quia Herodis partibus fauebat, quia à Romanis cõstitutus fuerat Rex athenigena*

sc. 4a

Act. 5a

nigena quemadmodum ei manifeste aduersa-
batur illa contraria Iudae Galilaeae haeresis. Si
mul etiam quia Herodes secta ista, ut potest sibi
fauentem fouebat, ut solent Principes libenter
illas fouere sectas, quae sibi fabent & placen-
tia afferunt, solentque vicissim sectarum autho-
res magnatum fauore exquirere defensionis
gratia, & ad eorum captandum fauorem
loqui placentiae. Dicunt autem istos Herodia-
nos sub Saduceis contineri, in omnibus penes
cum eis consentientes, sed illam detributi per
solutionem sententiam defendendam sibi super
adijcientes, & alia nonnulla huiusmodi. Esse
autem sententiam istam admodum probabilem
vel vnicum illud probat. Quod pro illo ver-
bo Domini apud Matthaeum quo discipulos
monet dicens: Attendite vobis a fermento
Pharisaeorum & Saduceorum. Marcus ponat:
Cauete a fermento Pharisaeorum & Herodis:
vbi fermentum Herodis positum videtur pro
fermento Herodianorum: quemadmodum
Graeca quaedam exemplaria expressè habere
cernimus: Cauete a fermento Herodianorum.
Vnde videtur apud Marcum idem esse fer-
mentum Pharisaeorum, & Herodianorum, vel
Herodis, quod apud Matthaeum fermentum
Pharisaeorum & Saduceorum: cum sit vnum,
& idem verbum eodem prolatum tempore
quod ponit vterque. Super illud, *Non enim res-
piciet personam hominum.* Aduertendum quod Grae-
ca dictio, proferens, quae ibi ponitur, signifi-
cat indifferenter faciem, vel personam, vnde
verum potest. Non respiciet faciem, vel perso-
nam hominum, & eadem vtrobiq; sententia est.
Est autem in faciem siue personam respice-
re, considerare externum aliquid illiusque; res-
pectu aliquid agere, vel dicere, quemadmo-
dum iudex dicitur respicere faciem, vel per-
sonam, quando considerat externum aliquid
quod causa sit & extraneum, ut potest diuitias, no-
bilitatem, pulchritudinem, cognationem, mune-
ra, vel huiusmodi quippiam; atque ex illius res-
pectu aliquid aliud iudicat, quam secundum
veritatem ipsa ex se causa postulat. Sic Do-
ctor dicitur faciem, vel personam respicere,
quando propter alicuius rei externae conside-
rationem omittit dicere, quae veritas & con-
scientia dici postulant, vel aliter docent quam
illa exigant.

Matth. 16
Marc. 8.

simile.

Moralitas *Consilia inierunt Pharisaei, ut caperent Iesum
in sermone.* Sciebant enim quod labile mem-
brum esset lingua, nam cum humiditate abun-
det facillime prolabi necesse est. Vnde &
Iacobus ait: Si quis verbo non offendit hic
perfectus est vir, quoniam rem maxime dif-

ficilem facit lubricitatem linguae retinendo.
Et Sapiens dicit: Beatus vir qui non est lap-
sus verbo ex ore suo. Quare ut astuti bellige-
ratores, imbecilliores partem hostis aggre-
diuntur. Simul cum Herodianis, siue fuerint
sectatores huius sectae quod deberent tributa
dari Caesari, siue exactores tributorum (ut alij
volunt) nam Herodes primus Rex alienigena, ut
placere Romanis milites suos instituit pro
exactoribus tributorum post reuelationem Iudae
Galilee. Et certe fuit maliciosissima, ac astu-
tissima interrogatio haec, an liceret censum
soluere Caesari vel non. Non si diceret, quod sic
incideret in odium populi, qui haec tributa ma-
ximè aspernabatur, & hoc ipsi volebant, quod
populus Dominum Iesum aduersaretur, ut ipsi
soli auram populi aucuparent: si autem res-
ponderet non licere iam habebant magnam crimem
aduersus eum, de quo illum apud Romanorum
Praesidem deferrent, & testes idoneos presen-
tes, qui fortius illum accusarent. Sed frustra ia-
citur rete ante oculos pennatorum, ut Sapiens
dicit: Quonia sic Sapiens illis respondit: ut
amplius non sint ausi illum interrogare. *Et di-
xit ei, Magister scimus, quia verax es, & via Dei in
veritate doces, de vijs Dei dicit Sapiens: Via
eius, via pulchra: & oes semitae illius pacifi-
cae. Viae Dei sunt mandata semitae, consilia.
Mandata Dei sunt amoris, qui omnia pulchre
componit, & ordinat: semitae autem pacificae
quam consilia pacem in animam faciunt, mundi
inordinata confusione relicta. Tales ergo
vias ac semitas nos docuit Christus, & in ve-
ritate, sincerè ac candidè absque vlla mixtio-
ne nodum fallitatis, verum nec sinistra inten-
tionis. Homines possumus docere has vias
ac semitas non in veritate: quonia, vel erro-
res possumus, vel saltem non recta intentione
praedicare, ut potest mixta cum vanitate, aut cum
alijs mundi, aut lucri intentionibus. Contra
quos Paulus docebat: Non ambulantes in astu
tia, nec adulterantes verbum Dei. Hoc est, non
astute doceatis, ut mundum seducatis: sed ean-
didè veritatem annunciate. Nec adulterantes
verbum Dei. Hoc est, non cum alieno semine.
Illum commiscetes sicut adulterae mulieres fa-
ciunt non sic vos cum semine Christi quod est ver-
bum Dei, commisceatis doctrinas alienas ab eo
quales sunt haereticorum: nec extraneas inten-
tiones admisceatis, mundi, lucri aut vanitatis:
sed sincerè propter Christum annunciate
veritatem, ne de vobis illud Esai, dicatur: Ar-
gentum tuum versum est in scoria, vinum tuum mix-
tum est aqua. Doctrinam quippe Christi argenteo
splendidior nos in scoriam vertimus: quo-
niam*

Eccles. 29

Prover. 26

Prover. 29

2. Cor. 24

Esai. 53

nam illam & mundo & carni sic miscemus,
quod plus terrae quam argenti similitudinem
referat. Quod & per effectus ipsos colligere
etiam poterimus. Tam mundus quippe remanet
mundus post tot contiores quas hodie popu-
lus Christianus audit, sicut antea. Vinum tuum
mixtum est aqua. Nam licet Christi doctrina ve-
rissima sit & fortissima, ut potest ipsa veritas
quae omnia vincit; tamen plurimum ex viribus
amittit, quia eam docemus homines imbecil-
les, qui ob res huius mundi fragiles eam praedi-
camus Christus vero Dominus via Dei in veritate
docebat, & ideo inimicos suos fortiter im-
petebat, quod ipsi cognoscentes dixerunt.
*Magister scimus, quia verax es, & via Dei in ve-
ritate doces, & non respicis personam hominis.*
Nec enim acceptor personarum est Deus.
Et Marcus dicit non respicis in facie alicuius:
quonia Deus non ex facie virtutem iudi-
cat, sed intus penetrat usque ad ipsam medul-
lam. *Licet censum dari Caesari non.* Prius eius be-
neuolentiam captauerant verbis adulatorijs,
Aniale traydo la mano sobre el cerro: ut sic as-
sentatorijs illis verbis ipsum dementarent,
nec attenderet quid responderet. Ipse autem
qui nouit corda hominum intellexit malitiam
ipsorum, & ait. *Quid me tentatis hypocritae? ostem-
di te mihi numisma caesaris, cuius est imago haec, &
superscriptio? Et illi dicunt ei, Caesaris. Tunc ait
illis. Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, &
quae sunt Dei Deo.* Prudentissima utique respo-
nsio. Vide quam bonus iudex Deus sit, qui vni-
cuique ius suum tribuit. Ac si diceret: Si filij
Dei estis reddite Deo, quae sunt Dei, & ho-
mini quae sunt hominis. Haec est enim volun-
tas Dei quam Paulus docet ad Rom. 13. dicens:
Reddite ergo omnibus debita: cui tributum
tributum, & cui vectigal, vectigal, cui hono-
re honorem, & cui timorem, timorem.
Nemini quicquam debeatis. Ideo quippe di-
cit reddite, hoc est, soluite quod debetis. Et de
Deo loquendo certum est, quod omnia quae ei
tribuimus est veluti debita persolvere: quoniam
omnia ei debemus, & nihilominus semper
eius debitores erimus. Caesari autem, hoc est,
Principibus nostris, non mandat Deus nisi quod
soluamus eis quod debemus, hoc est, quod suum
ipsorum est. Nam si ea quae sunt Dei, & quae
nos soli Deo debemus exigant; non tenemur
dare; hoc enim non erit reddere, sed dare,
non soluere nos sua, sed rapere illos quae sunt
aliena. Vnde Deuter. dicitur. e. 10. Et nunc
Israël quid Dominus Deus tuus petit a te,
nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & am-
bules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias in

Marc.

Rom. 3.

Deut. 10.

toto corde tuo, ac mente. Igitur si Rex a no-
bis exigeret quod est soli Deo debitum, hoc
non deberemus ei praestare; quonia iniustum
est. Amor super omnia soli Deo debetur, cul-
tus Deo soli debitus Regi deferri non licet,
nec obedientia quae Ecclesiae suae debita est:
haec enim omnia Dei sunt non Caesaris, non
ei soluere tenemur. Oportet enim scire, quod
ea quae homo habet in tres partes diuidun-
tur. Quaedam enim habet quae solius Dei
sunt, alia quae solius mundi: sed in tertio or-
dine collocantur quaedam quae communia sunt
Deo ac mundo. Anima cum suis potentijs so-
lius Dei est: quoniam a solo Deo producta
est per creationem, quare tota anima soli Deo
debetur. Vnde infra dicitur: Diliges Domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex to-
ta anima tua, & ex tota mente tua. Quare hic
amor nec Caesari, nec mundo debetur: sed
omnia quae mundi sunt sub illo debent esse.
Ea quae sunt solius mundi, nempe vsura,
rapina, odia, vindicta, carnis cupiditates, &
alia, haec diabolo, ac mundo dimittere: nec
enim haec Deo danda sunt, hoc pallium in cor-
nibus tauri, ut dicitur, relinquendum est.
Blasphemum quippe esset haec Domino tri-
buere, quod tunc fieret, cum quis sibi ipsi sua-
deret haec omnia bene esse facta, & per illa
Deo obsequium praestare. Qui error forte vi-
get in quibusdam hominibus, qui se ipsos sua-
serunt quod sint sancti, & quod errare aut
peccare nequeunt, & quod haec facere rectum
esset: quare & rapinas suas, & odia, & dolos,
imò & errores sanctificare nituntur. Hic er-
ror fuit apud Pharisaeos, qui parentibus suis
necessaria rapiebant, & exultabant se in
hoc obsequium praestare Deo: quia ea quae
parentibus ob eorum necessitatem debeban-
tur, Deo in templo offerebant, quod Dominus
illis sup. cap. 15. impropertauit. Nec enim ea
quae charitas pauperibus destinavit sibi vult
offerri Deo, nec ea quae ex iustitia alteri
debentur. Tu autem Pharisaeus caece, haec tibi
viarpas sub obtentu sacrificij, aut oblationis,
cum tamen Eccle. 34. scriptum sit, Qui offert
sacrificium ex substantia pauperis: quasi qui
victimam filij in conspectu Patris sui. Videret
quod obsequium praestaret patri, qui in cons-
pectu suo immolaret filium eius: hoc praestat
Deo qui ea quae alicui sunt, aut ex charitate,
aut ex iustitia debita; Deo tribuere praesu-
mit. Panis egretium vita pauperis est, qui de-
fraudat illum homo sanguinis est. Homicida
est, ait August. quod ergo malum est mundo
ac diabolo dandum est, ne sanctifices illud sub
ob-

Eccle. 34.

Eccle. 34.

D. Aug.



obtentu quod illud tribuis Deo: nā hoc malum est. Nōne per Malachiā prophetā dicit Dñs: Si offeratis cæcum & claudum, nonne malū est? Offer illud Regi tuo, aut Duci tuo, si receperit de manu tua dicit Dñs, Offerre quippe opera mala & imperfecta malū est. Offer illud Regi tuo, &c. Mundus ipse hoc abhorret, & odio habet, quāto magis Deus. Quid tu, o homo te ipsum seducere properas, ut opera tua etiā mala sanctificare præsumas, & violentiā, iustitiā voces, impietate ac duritiā, sanctitatem, superbiā, humilitatem? Nā scriptum est: qui confidit in corde suo stultus est; qui autem graditur sapienter ipse saluabitur? Qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. Hęc omnia verba sapientiæ sunt, quę huiusmodi hominib⁹ dicuntur, qui multū sibi fidentes, alios vituperant & omnia opera sua iusta esse volunt. Sicut Phariseus ille apud Luc. c. 20. faciebat: Opera tamen tertij generis ea sunt quę cōmunia Deo & mundo sunt, diuitiæ, corpus, obedientiæ, obseruantia, & Deo, & Cæsari tribui possunt, quę cum Deus per suā legem à nobis nō exigit; hoc quando absq; prætermissione legis diuinæ à Principibus exiguntur tenemur ea illis dare. Cæterum quoniā nō nobis semper licet iudicare de Regis iustitia, an iure vel iniuria ea à nobis exigat, regulariter tenemur obedire, nisi iniustitia patentissima sit. Scimus enim oēs subditos teneri ad alendū Regē, & ad suppeditandum ei sumptus quos in bellis gerendis, siue pro rebus suis, siue pro sua tuenda autoritate facit. Et non solum hoc verū etiā tenemur maiestatem, ac splendorem Regium nostris sumptib⁹ tueri. Qua propter potest Rex tributa, ac vectigalia subditis suis imponere; dummodo iusta sint. Sed quia iustitia habet suā latitudinem, nec in indiuisibili puncto consistit, difficile valde erit iudicare quando metas iustitiæ transgrediatur Rex in huiusmodi tributis imponendis, & ideo nō temerē de his iudicandū est, sed summa cum moderatione agendum, donec clarissimē de iniustitia ac tyrannide Principum constet. Quod euidenter in hac historia docet nos Dominus. Nā cum sciret Romanos tyrannide maxima, ac armorum vi suum extendisse imperiū, nihilominus tributa eis danda censet. Nimirum docens nos, ne temerē, aut repentina loquela in Principes nostros obloquamur: sed magna id cum cōsideratione agendū, præcipue vbi nō speratur fructus; sed potius maius scādalum timetur,

Malac. 1.
Prouer. 18.
Luc. 20.

Et ideo addit. *Et quæ sunt Dei Deo*. Tanquā innuens q̄ reddere tributa Principibus etiā infidelibus, nō obstat quin ea quæ Deo debentur ei reddantur, hoc est, quæ nō Dei seruitio, aut cultui aduersantur. *Et audiētes mirati sunt* & relicto eo abierunt. Quoniā scriptū est. Non est consilium, non est prudentia, non est sapientia contra Deum. Et apud Iob. c. 12. dicitur: Apud ipsum est fortitudo, & sapientia, ipse nouit decipientem, & eum qui dicipitur. Adducit cōsiliarios in stultum finē; & iudices in stuporē: qui mutat cor Principū, & decipit eos. Id est frustratur consilia eorum. Deridet quippe Dñs hominum sapientiam stultitiāq; esse facile demonstrat. Sic enim & intelligi potest illud, Prouer. 8. Ludēs corā eo in orbe terrarum. Quia tanquā lusam, ac ignorantiam, nostrā ostendit esse sapientiam. Vnde quasi irridens sapiētes huius mundi clamat ad illos Paul. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi quisitor huius seculi, nōne stultā fecit Deus sapientiam huius mundi? Et alibi apud sapientiam scriptū est, Sapientia vincit malitiam. Deinde super hęc verba, *Cuius est imago hæc & superscriptio*? Sic dices. Duas habet Deus imagines quæ illū representant, vna talis, & tam expressa q̄ per illā Deus cognoscit se ipsum sicuti est, & hæc est filius suus. Verbum æternum, quod tanquā clara Dei notitia, atq; conceptus ab ipso procedit, & in ipso tanquā in speculo totum se inspicit Deus; est enim speculum sine macula Dei maiestatis: qm̄ tota Dei maiestas in illo est. Quæ propter est nomen propriū, ac personale filij, imago, ita q̄ nec Pater, nec Spiritus sanctus imago propriē dicuntur. Quoniā ad hoc quod vna res alterius dicat imago, oportet quod ab illa originem trahat, & ei assimiletur; sicut imago Cæsaris originē trahit ab ipso: qm̄ transumptio quædā est ipsius vultus Cæsaris, & similitudinem. ob hoc cū illo habere debet ad hoc quod illū representet. Filius autē qui est Dei verbū originē à Patre ducit, à quo tanquā à principio procedit, secundū illud Ioan. 1. In principio erat Verbum, & cū eo similitudinem maximam gerit; qm̄ in eadē numero diuina natura procedit: ergo propriissimē imago patris est. Et hoc dicimus propriū filio Dei: qm̄ ipse solus procedit à patre Deo, tanquā conceptus & notitia eius, de cuius ratione est similitudo, quare ex vitalis processiois procedit similis Patri. Et quāuis Spiritus sanctus procedit etiā similis Deo, nō tamen hoc habet ex vi talis pro-

Prouer. 21
Iob. 12
Prouer. 8
1. Cor. 14
sapien. 7
Ioan. 1

processiois: nā procedit vt amor, & talis processio in sui ratione nō includit similitudinē, sicut notitia, aut conceptus, licet cōsequatur hæc similitudo, eo q̄ procedat in tali natura, in qua oēs personæ sunt similes, & eiusdem omnino substantiæ. Est ergo filius imago expressa Dei, secundū illud Pauli de filio loquēs. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Qm̄ meliora & optima bona à Patre accepit, sicut primogenitus meliora accepit bona parentū. Vnde & de Rubē primogenito suo dixit Iacob secundū Hebræicā lectionē. Ruben initiū roboris mei. Totum enim patris robur filius per hanc generationē accepit. Cæterū, quia hæc imago perfectissima est, per quā solus Deus se ipsum cognoscit; aliā voluit facere imaginē per quā nos agnosceremus illū. Per illā ipse se ipsum agnoscit, aliā condidit per quā nos agnosceremus illū; & hæc est homo qui est translata quædā figurā à Deo; in qua imago sanctissimæ Trinitatis miro quodāmodo splendet, ac si esset picturā quædā Dei, per quā & Deus ipse cognosci potest. Nā si per cæteras minimas creaturas agnoscitur Deus, cur non magis per hanc magis perfectā agnosceretur? Verū tamen hæc imago imperfecta est, nec ad primā vilo modo accedere valet: sed ab ea infinito distat intervallo. Nā sicut imago Regis aliter lucet in filio quē ex semetipso sibi simile genuit, aliter in numismate, sigillo aut cera. Sic imago Dei aliter lucet in filio qui est imago eius expressa; aliter in homine, in quo tanquā in numismate aut sigillo impressa est. Quod optimē nobis explicat scriptura eūm dicit hominē, ad imaginē & similitudinem Dei cōditum esse, nec enim illū dicit imaginē, sed ad imaginē: tanquā res quæ non perfectā imago sit, sed accedens ad hoc q̄ sit imago. Habet enim aliquid imaginis Dei, sed multū ei deficit, vt perfecta sit, & plusei deficit quā habet. Cæterum non solū hoc voluit Deus, q̄ homo esset imago sua, verum etiā placuit ei titulum superaddere illi quo agnosceretur cuius esset imago. Quemadmodū in denario nō solum videmus Cæsaris imaginē, verum etiā titulum superscriptionis & stemata. Ibi enim est plus ultra, & alia insignia, vt si per figurā eō q̄ imperfecta sit non cognoscimus cuius sit imago, saltē per titulum & superscriptionē id cognoscimus. Peccator itidē, vt iustus quantum ad nature substantiā imago Dei dicitur, verum tamē præter hoc q̄ homo est imperfecta Dei imago, peccator magis obnuilauit eā tenebris peccatorū decoloratā his immunditijs habet. Quod & Hierem.

Colos. 1.
Genes. 49
simile.
simile.
Thren. 4.

deplorabat dicēs: Quomodo obscuratum est aurū; mutatus est color optimus. Quare vt perfectiores imagines Dei quales sunt iusti ab imperfectis, quales sunt mali discriminantur, oportet q̄ titulo aliquo ac stemate sigillentur. Hęc autem superscriptio & nota, qua iusti ab iniustis discernuntur; est illa Pauli sententia. Fides quæ per dilectionem operatur. Hoc est fides & charitas: cuius stemata est manus cū igne. Pessimus ergo Christianus solam habet fidem, sed plus ultra requiritur. Nempē charitas qua filij Dei, à filijs nequam distinguuntur. Hęc enim facies est qua Deus imaginem suā esse cognoscit. In hoc cognoscent homines q̄ mei estis discipuli (ait Dominus) si dilectionē ad inuicem habueritis. Hoc est per charitatē, quæ fidē viuificat. Hoc confirmat D. Gregorius super illud primi libri Regum, vbi dicitur, q̄ Dauid erat pulcher & rufus. Hoc est: Ideo pulchram faciem habebat, quia rubicundus erat, nam rubicundus color, charitatē refert. Quæ quia ignis est, rufam & quasi succensam reddit faciem. Vnde & de Christo Domino, ait Sponsa. Dilectus meus candidus & rubicundus. Hanc faciem vult Deus habere suos, vt per illam illos agnoscat, & hanc ab eis exigit dicens: Ostende mihi faciem tuam: quia charitate rubet. Et quia fatuæ virgines hanc non ostenderunt faciem, tanquam ignota expulsa sunt à nuptijs, & dictum est eis. Amē dico vobis nescio vos. Et in hoc vult Deus, vt filio suo efficiamur similes. Nam quia in ipso agnoscitur Deus; agnosceretur, & in his qui ei assimilabimur; & cognosceret nos tanquā suos. Id enim Paulus ait Rom. 8. Quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imagines filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Ipse tanquā vnigenitus & primogenitus habet ius ad regnum Patris sui, nos autem tanquam fratres eius per adoptionis gratiam asciti per fidem & charitatem Christi ius ad eandem hereditatem acquiritimus. Debemus autem vultui filij eius assimilari, qui candidus, ac rubicundus est: Hoc est, debemus per charitatem rubere, & simul albas gerere mentes, quæ omnia charitas facit. Et certē hæc charitas semen illud est q̄ nos filios Dei, & Christi fratres constituit, nam dum hoc semen in nobis manet, semper illi assimilabimur tanquam filij. Atque sic intelligitur locus ille difficillimus apud Ioann. capit. 3. in quo sic ait. Omnis qui natus est ex Deo non peccat: quoniam semen ipsius in eo manet. Hoc est dicere. Quod opera quæ procedunt ex charitate & gratia, non possunt esse peccata, quia sicut amy-

Galat. 5
Ioan. 13
D. Greg.
Cant. 5
Cant. 2
Matt. 25
Rom. 8

amygdalum non gignit nisi amygdala, & triticum, nisi triticum: sic hoc semen puta charitas & gratia, non potest alienos producere fructus. Quare quando iustus qui est in charitate peccat: opus illud quod est peccatum, non a charitate procedit, sed ab alio malo principio. Hoc ergo semen nos filios Dei constituit, & conformes imaginis filij sui. Titulus autem eius est, fides cum operibus. Peccator autem etiam in naturae substantia imaginem Dei gerat; habet tamen alium titulum, & aliam stigmata, nempe peccata. Nam sicut seruum aut mancipium tuis est eminentis sigilla, ut ab omnibus agnoscat quod tuus sit: sic diabolus suo sigillo animas signat, quo suas esse cognoscatur, & hoc est peccatum. Nam, ut Ioannes in Apocalypsi refert, peccatores habent characterem bestiae. De quibus Paulus, ait, quod habeant cauteriatam conscientiam; hoc est, signatam ferro candenti diaboli. Et sicut inter mancipia unum habet distinctum signum ab alio; sic secundum differentiam peccatorum, unus ambitione, alius libidine, alius alio designatur vitio. Cum ergo venerit dies ille, in quo omnes sumus rationem operum nostrorum reddituri: cum nihil in quo debet esse imago Caesaris, hoc est, animam ante faciem Christi portauerimus, dicet ipse, Cuius est imago haec, & superscriptio? Et si quidem ibi legerit fidem cum charitate, dicet, Reddite quae sunt Dei Deo. Si autem characteres bestiae legerit, respondebit, Reddite diabolo quod est ipsius. Igitur cum Paulo dicamus, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis, cum suo titulo ac superscriptione, ut sic a Domino agnoscamur & reddamus ei cuius sumus.

Simile.

Apoc. 16. & 19.

1. Tim. 4.

1. Cor. 13.

Moralitas seu coctio.

ut animam nullo modo obliuiscatur, hoc credo summa Sapiencia est, haec est omnis Christiana Philosophia, in hoc omnis difficultas virtutis sita est; sic vni contrario occurrere, ut alterum non deserat; non minima certe res est. Et hoc est quod Dominus praesentibus nos docet verbis, quibus velut apophthegmatem quodam hanc dixit difficultatem cum dicit, Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. Hoc est unicuique reddite quod suum est, & non amplius. Honor Deo debetur, tempus, locus quae Deo dicata sunt, sollicitudoque in suis rebus exigit Deus: haec nullo modo mundo tribuatis aut carni, quoniam hoc non est Deo quod suum est conferre, sed potius auferre, & alieno Domino dare. Similiter quod carni debetur illi datur nec enim debetis illi cibum necessarium denegare, nec quando eget somno orare, & auferre ab illa, quod ei debetur; tunc enim dicitur vobis, Reddite quae sunt Caesaris Caesari. Igitur hoc nos docet Christus, & hoc vobis ostendere ipso dante conaber si prius totam legerimus historiam. Consilium inserunt ut caperent eum in sermone. Stulti sunt qui verbum in verbo capere student. Verbum enim incomprehensibile est, in consilium ergo eorum non intrat anima mea. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis. Homines Coloni (ait Chryso.) cuius terram possident eius auxilio opus habent. Qui iustitiam retinet nullius patrocinio indiget nisi Dei qui in diaboli iniquitatibus ambulat diaboli adiutoriū necessarium habet. Coloni enim Dei diaboli auxilium non requirunt. Coloni autem diaboli auxilium Dei etiam querit non inuenit. Vidisti aliquando euntem ad furtum Deum orate, ut bene prosperetur in furto? Aut qui vadit ad fornicationem, nunquid signum crucis sibi ponit in fronte, ut non comprehendatur in crimine? Quod si fecerit non iuuatur, quia nescit iustitiam Dei patrocinium dare criminibus. Vnde isti ad Herodianos se contulerunt, Quale consilium tales & consiliatores. Et mittunt ad eum discipulos suos. Quales Magistri, tales & discipuli. Minores erant in aetate magistris, & aequales autem in malitia (ait Chryso.) Sicut scorpionis filij minores corpore sunt parentibus, sed in veneno aequales. Et catuli luporum etiam adhuc praedam exercere non valent tamen sanguine gaudet & morsibus iudat. Sic & isti discipuli quasi filij luporum etiam adhuc catuli, tamen malitia gaudebant. Magistri tamen quia dixerunt. Assentationibus simularis Deum aggre-

diuntur: nam (ut ait Chryso.) prima hypocrisis potentia simulata laudatio est (La primera lengua del hipocrita es la lisonja). Nam sicut qui per vim non potest ad iugum taurum ponere, prius illam blandè pertrahat, frontem manibus fricat, deinde cornu eius apprehendit ac sic subiugo illum mittit. Sic isti homines videntes se non posse Dominum Iesum vi aut sapientia vincere, blanditijs ac assentationibus illum subdere nituntur: existimantes illum esse sicut ceteri homines vanitatis filij, qui si adulatorijs verbis illos in caelum efferatis, quidquid petieritis ab eis consequemini. Sed longe a Christo Domino tam peruersa conditio, quin istos illos prudentissima responsione confutulos dimisit cum dixit, Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. Sic enim Isa. cap. 8. pro Domino clamat dicens. Congregamini populi & vincemini. Accingite vos & vincemini in ire consilium & non stabit loquimini verbum & non fiet, non est consilium, non est prudentia contra Dominum. Vbi aduertendum est quod iratus Dominus illis utilis fuit, veritatemque eos docuit. Quare Chryso. Melior est Deus iratus, quam homo propitius. Tam bonus est Deus, quod iratus est utilis. Si enim te punit, ut te ad meliorem frugem vertat facit; nec enim in ira sua continet misericordias suas. Sed iam ad propositum primū reuertamur. Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. Consideranda hic venit diuina Sapiencia in hoc factis; Nam ut concluderet istam sententiam prius nihil petiit, deinde interrogauit eos cuius est imago haec & superscriptio. Ercum respondissent Caesaris, ait, Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari. Ex hoc enim quod homo est imago Dei, nascitur obligatio ut perpetuo seruiat & obsequatur Deo: & quia impius hanc imaginem obsecram habet, & imaginem potius mundi, ac diaboli portat, hinc fit ut iustus Deo tributum praestet, impius autem diabolo. Circa quod aduertendum, quod ut statim diximus, tam iustus, quam peccator imaginem Deigerit, quoniam vterque animam habet cum iuis potentijs, in qua est impressa imago Dei. Ceterum peccator imaginem istam velut informem gerit, iustus autem formatam, atque perfectam suisque distinctam coloribus. Imago in formis illa dicitur, quae solum habet signata membra & deliniata, non tamè perfectè depicta, nec suis coloribus & vmbrijs adornata, signantur oculi & brachia, & cetera membra, sed nondum

Gen. 49.

Psalm. 1.

D. Chryso.

D. Chryso.

Thren. 3.

diuntur;

D. Chryso.

simile.

Esai. 8.

D. Chryso.

perfectè composita sunt, quod in nostro idiomate vocatur (El desnudo de la imagen). Sic peccator considerari potest, tanquam imago quaedam imperfecta Dei. Habet quidem signatum titulum vbi oculos debet habere, & vbi caput debeat depingi: quoniam habet potentias animae, intellectum scilicet & voluntatem, in quibus & fidem & ardentem charitatem habere deberet. Habet tamen oculos obscuros absque vmbra charitate quae deberent habere: quoniam fidem quae locum gerit: oculorum in anima mortuam habet, non tamen viam: quoniam nulli vsui illi apta est, nec cum ea videt quae videnda foret, sed habet illam oculosam. Habet etiā veluti puero quodam signatum locū vbi deberet esse caput; nam habet voluntatem in qua deberet esse se charitas, quae est caput aliarum virtutum secundū illud Pauli. Maior autē horū est charitas. Habet etiam signatos pedes & manus huius imaginis Dei: quoniam pedibus ad Ecclesiam pergit, & ad contionem vadit, manibus etiā aliquando eleemosynam confert: sed tamen quia haec absque charitate facit; sine fructu omnia sunt. Habet ergo in formam hanc imaginem peccator, non tamen ornata atque vestita. Iustus autem est Dei imago omnibus suis partibus perfecta, ornata, atque vestita, suisque coloribus decorata. Habet enim vestem illam talaris, qua dignoscuntur iusti quod a Deo praeter alij diligantur. Haec est tunica illa talaris & polymita quae fecit Iacob, Ioseph filio suo, in qua dignoscatur quod a patre plus cunctis liberis amaretur. Haec autem tunica polymita & talaris (hoc est diuersorum colorum vsque ad talos pendens, significat vestem nuptialem diuersarum virtutum, qua induuntur animae iustorum, vsque ad talos, hoc est vsque ad finem vitae perseverantes in eis. In hac enim cognoscuntur quod praeter alij diligantur a Deo. Habet etiam charitatis aurum, candorem puritatis rubicundum humilitatis colorem, spei etiam virorem. Secundum illud. Candidiores niue, nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores. Habet etiam altitudinem, & profunditatem. (Sunt altos y baxos.) Habent enim fidei altitudinem, & humilitatis profunditatem: habent & deuotionis vmbra, in quibus ab astitutionum refrigerantur. Habent etiam paruas figuras, quasi quae a longè circumspiciuntur, quas nos dicimus, texos. Hoc est mundi huius contemptum, quem cum a longè respiciant iusti paruus, ac nul-

1. Cor. 13.

Genes. 37.

Thren. 3.

Iustus sibi videtur. Quemadmodum Paulus quidem cœlo mundum respiciebat quasi nihil illum despexit. Verum observandum hic est, quod peccator nec dum est perfecta Dei imago, sed potius est diaboli figura. Nam in imagine informi & quæ nuda depingitur totum illud spatium vacuum quod operire deberet colores ac umbræ, & clarè delineatæ figuræ: potest adimpleri monstris, & fœdis figuris, aut umbris, secundum quod libitum fuerit pictori: nam loco oculorum qui ibi punctis duobus designati sunt, possunt basilisci oculi depingi. Manus autem quæ ibi tanquam insinuatæ erant, possunt sic deliniari ut leonis potius quàm hominis videantur esse, totum aliud spatium vacuum potest monstruosis ac fœdis picturis adimpleri. Sic peccatori contingit qui cum animâ rudâ ac vacuâ bonis picturis, hoc est virtutibus ac studiosis operibus habeat; venit dæmôn & in ea depingit quod vult sibi, simile illâ reddit, & loco oculorum quos Angelicos poterat habere, si fide viua intellectum adimplet quæ cœlestia & sublimia videre valuit: diabolus basiliscos oculos depingit, quibus non nisi dolos videat, & per illos venena diffundat, quibus & aliena mala videndo concupiscat, cæterisque aspiciendo eorum bona inuideat. Manus quæ hominis deberet esse, ut alijs beneficeret, potius videtur leonis, aut urli, ut alios colaphizet vulneret, & occidat, excoriareque; ac rapere cum eis valeat alios. Corpus quod deberet esse ornatum veste polymita Ioseph diuersarum virtutum; plenam est monstruosis deformitatibus ac inutilitatibus, & vanis picturis: animam quippe plenam vicijs & turpibus desiderijs habet, quare cum deberet imago Dei esse, diaboli potius figuram induit. Unde in Scriptura diuina in ipso vestibulo ac exordio; hoc discrimen inter iustum & peccatorem insinuat cum dicitur. *Genes. 2.* Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Iustus quippe est imago Dei, peccator similitudo dicitur. Nec enim imago hæc de qua loquimur est, sed similitudo imaginis tantum, hoc est similitudo quædam eius quod deberet esse, vel est id quod potuit esse. Poterat enim esse imago Dei: tam enim est imago diaboli. Quod alio exemplo solemus dicere, quod iustus & peccator uterque templum Dei est, ac domus; quoniam uterque habet cellas ac triclinia (ut potest animam cum suis potentijs) quæ capere possunt Deum. Habet quippe intellectum quod esse vniuersalissimum quod est Deus intelligere valet, habet & voluntatem qua & bonum in genere amare potest quod est Deus,

Genes. 2.

simile.

& memoriâ quæ horum reminiscere queat. Unde cum tres sint animæ potentia, & tres summæ Trinitatis personæ ipsum Deum in se capere potest. Denique ipsum hominem fecit talem, quod Deus in illo habitare valeret, & hoc est illum fecisse ad imaginem suam, hoc est (*Al valle de Dios, que cupiesse en el Dios*) Sed est hoc discrimen quod malus est ipsa domus informis (*El casto de la casa*) iustus autem ipsa domus iam perfecta, quod ferè idem est exemplum cum illo quod modo attulimus, licet id explicatius ostendat. Finge quod te ad videndam Regiam domum intromittit aliquis, quæ adhuc non habitat, nec perfecta est vides triclinia cameras, aulæque; & atria absque eo ornatu quæ postea cum Rex ad habitandum domum intraverit habere debet. Et cum vides aliquam aulam, seu cameram, interrogas illum qui te introducit ac dicit: Quidnam camera hæc debet esse? cui muneris dedicata est? Et dicit tibi. Hic debet esse capella Regia, ut missa celebretur, res sacræ agantur, diuina officia cæterur, & Regia maiestas ad ea audienda hic præfens sit. Hic debet esse tabula quædam cum imagine crucifixi deuotissimi me depicta, simul cum alijs eius passionis mysterijs. Hoc coenaculum grande debet esse aula progenitorum (*La sala de los linajes*) in qua stemmata omnis nobilitatis debent esse sculpta. In hoc triclinio debet habere Rex lectum suum, in quo dormiat. Sic finge quod sit peccatoris anima, deberet quippe esse aula quædam Regis, in qua ipse habitaret: non dedignaretur; & tam enim habet triclinia, & cameras, sed non illo ornatu quæ debet habere, ad hoc quod Deus in illa inhabitet. Debet quippe intellectus eius esse tabula quædam in qua Christus crucifixus simul cum omnibus suis vitæ ac passionis mysterijs deberet esse depictus: nec enim aliud deberet scire cum D. Paulo nisi Christum & hunc crucifixum. Debet sua memoria fieri aula stemmatum virorum fortium (*La sala de los linajes*) nam deberet in ea habere impresam & sculptam exemplam seruorum Dei, eos de mortuis viuos faciendo, ut de D. Augustino legitur, simul cum stemmatis stigmatibus, ac insignijs, quibus de mundo ac Diabolo victoriam adepti sunt. Debet & voluntas eius fieri triclinium in quo Deus tanquam in lecto tutus quiesceret: quoniam ipse in Deo quiescere deberet, & Deus in eo. Sed nihil horum impius in anima gerit, iustus verò sic; Nam intellectus eius tabula quædam est in qua crux Christi depicta est lemper enim eius mysteria contemplatur, illic illum

1. Cor. 3.

2. Petr. 1.

Esai. 3.

illum habet in presepio iacentem, ad vbera matris Virginis pendentem, ad puteum cum Samaritana loquentem, crucifixum, lancea latus perforatum, sepultum, ac à sepulchro resurgentem, sydera ascendentem in nubibus ad iudicandum venientem. In memoria sanctorum exempla, ac stemmata sculpta habet. Ibi defixam gerit sancti Dominici disciplinam, B. Francisci stigmata, D. Laurentij crateres, Antonij ieiunia: denique per illam tanquam per aulam Regiam, & Angeli, & beati deambulans: quoniam nunquam illos à memoria decidere patitur. In voluntate sua stratum habet lectum Domino suo, suis coopertum cortinis ne pulvis illum inficiat, mortificatos sensus & membra carnis suæ gerens velo tecto ne quid immunditiæ ad animam transeat, quæ eam commaculet, quoniam lectus veri Salomonis est, qui floridus esse debet, & ibi in Deo, & Deus in eo quiescat, & dicit. Dilectus meus mihi, & ego illi (*para en vno somos*) Ego dilecto meo, & ad me conuertitur ei. Ecce discrimen magnum inter utrumque. Sed adhuc magis considera. Si in loco illo in quo deberet habere tabulam mysterijs Christi depictam, haberet, monstram, & chimeras demoniorum figuras sculptas, vbi deberent esse sculpta nobilium tigris & leones essent, vbi lectus Regis stercorea ac immundities, quid diceret? Non sic Rex habitare poterit certè. Hæc ergo habet impius in intellectu. Loco crucis Christi vindictas, dolos, voluptates cogitat & machinat; in memoria retinet mala quæ gessit, ut in factis ac faciendis deleatur, in voluntate immunditiæ ac stercorea, ut potius porcorum hara & draconum cauea; quam optimi Regis lectus videatur. Ecce ergo quomodo iustus vera imago Dei sit atque perfecta: peccator verò illa obliterata gerat. Nam iustus virtutes Christianas habet per quas fit similis Deo: secundum illud 2. Petr. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis donauit: ut per hoc efficiamus in diuinæ cœlestis naturæ fugiētes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptione. Quare hic Dominus non solum interrogauit cuius est imago, sed cuius est imago hæc & superscriptione: quoniam impius non tale habet superscriptionem aut titulum, quod sit imago Dei sed obliterauit eum. Alioquin manus & os eius aspiciat, & videte, si in verbis aut operibus similitudinem Dei aliquam exprimat, imò potius mundi aut diaboli; talia enim loquitur aut operatur. Quare de talibus Esai. dixit: Agnitio vultus eorum respōdebit eis (*En el pelo de la ropa solo ve al malo quien es, escrito*)

Tom. II.

lo trae en la frente) Iustus verò etiam in exterioribus apparet cuius sit imago (*En el sobre escrito se le ve*) quoniam indutum gerit Dominum Iesum Christum, ut Paulus de se dicebat. Et hinc fit quod quoniam iustus imaginem & superscriptionem Dei gerit; totum se Deo dat; impius è contra secundum imaginem ac titulum quem portat totum se diabolo, carni & peccatis tradit. Cæterum quoniam iustus non solum habet animam secundum quam similis est Deo, verum etiam carnem & corpus secundum quod est terra; hinc oritur ei alia obligatio. Quoniam non solum Deo tenetur tributa reddere, verum etiam Cæsari, hoc est, non solum diuinis rebus, verum etiam humanis incubere debet. Animalia illa quæ vidit Ezechiel pennata quidam erant: tantum manus hominum habebant sub pennis eorum: quoniam quantumcumque iustus per contemplationem in altum volat; tantum manus hominis habet, hoc est carnem gerit cuius necessitatibus aliquando inclinari tenetur aliquid; concutere, ut illis incumbat. Non solum ut Angelus operari debet, verum etiam ut homo; nec solum contemplantur, verum etiam comedere, atque dormire debet. Reddere ergo itidem debent quod est Cæsaris Cæsari. Nam ut Gregorius docet, aliquando filij Hierusalem angarias & tributa soluunt Regi Babylonis, cum in suo Regno captiui detinentur: quoniam animæ bonorum dum sunt in corpore etiam illi sua tributa pendere debent. Et in hoc sita est difficultas quomodo reddendum sit vni, quod debetur ei, sine præiudicio tamè alterius, in quo ferè omnes erramus. Plures quippe sunt, qui à Deo quæ eius sunt, & ei debentur auferunt: ut conferant carni; quam qui à carne demunt ut tribuant Deo. Nihilominus non desunt aliqui homines minima discretionem præditi, qui carni non soluunt suum debitum tributum. Quod quidem displicet Deo. Rationabile obsequium velstrum, ait Paulus, hoc est (*medido, y tassado con la razon*) Cæterum quoniam minimum est quod carni debetur, maximum autem quod Deo: etiam si ea quæ carni debemus soluamus, suppetet nobis tempus ad soluenda debita Deo. Quare Dominus Iesus prius monet, ut reddamus Cæsari quod suum est, cum tamen deberet è contradici, reddite prius quæ sunt Deo Deo. Deinde Cæsari quæ sunt Cæsaris. Nam & ipse supra dixit: Quærite primum Regnum Dei, & iustitiam eius, & in exemplo illo quod Dominus adduxit de domino qui non dicit seruo sede tu & comede, & ego seruam tibi, sed potius è diuerso; da mihi

Ezech. 1.

Cæsari. D. Greg.

Rem. 12.

Mich. 6.

manducare & ministra mihi cibum, postea tu sedebis & comedes: sic ergo videbatur, quod hic deberet fieri. Verum Dominus loquitur in his verbis de eo quod videbatur fiendum; tamen tanta Deo debemus, ut si ad ea solvenda intendere prius, nullum nobis suppeteret tempus ad solvenda tributa Caesari. Sed obligatio debita carni minima est, quia natura paucis contenta est. Expleta igitur ea tempus remanebit ad solvendum debita Deo. Sic se Deus hic gerere videtur sicut aliquid quando tu cum servis tuis te habes, debes enim hodie occupare illos in re aliqua, in qua expendere debent totum diem, & dicis illis manere. Comedite modo & quiescite pusillum: quoniam totum diem debetis consumere in re quam ego mandauero vobis. Quare homo praecipis servis tuis ut prius comedant & quiescant, quam imperata faciant? est diuerso illis deberes dicere. Facite prius quae ego mandauero vobis, & postea comedetis, & quiescetis. Respondetis mihi, Domine, si opus quod ego illis iniungero, incipiant, non suppetet tempus eis ad comedendum & quiescendum, & necesse est ut cibum fumant. Cibentur prius quia hoc breui tempore fiet, ut postea possint per totum diem labori quem ego eis iniunxero incumbere. Sic modo Dominus, tenemur totam vitam in eius seruitio expendere, & necesse est quod caro quiescat & cibetur; incumbite prius, ait, huic breui negotio, ut postea reliquum temporis meis vacetis laboribus. Et certe si postquam carni solum necessaria tribuerimus, reliqua Deo demus; ad omnia nobis supererit tempus. Sed pro dolor, pro pudor, o infaniam filiorum Adae. Commutatis quippe sortibus Dei, cum carne vestra, & sicut si caro ac mundus esset cui plus deberetis; sic omne tempus in eorum seruitio consumitis, Deo autem penes nihil soluitis, ac si ipse esset cui minus debitorum essetis. Et ad solvenda tributa carni vestrae, omnes diuitiae Indorum & Arabiae non sufficiunt, imo (quod peius est, & plus deplorandum esset) tributa quae Deo debetis Caesari soluitis, tempus, curas, honorem, quae Deo exhibenda essent carni, ac mundo tribuitis. Contigit certe vobis quod Patriarchae Iacob, cum duobus nepotibus suis filiis Ioseph. Cum enim esset caecus & benediceret illis; manum dexteram, quam deberet ponere super caput maioris, qui erat ad dexteram eius, posuit super caput minoris, & sinistram super maiorem commutans manus, & in modum

simile.

Gen. f. 48.

crucis ponens eas. Sic tu o homo caece cum dexteram Deo deberes dare, & sinistram mundo, hoc est, cum meliora & fortiora in Dei seruitium expendere deberes, permutata sorte potiora mundo tribuis, & quae minora sunt Deo, imo a Deo tollis, ut mundo tribuas. Curam enim omnem in tuis rebus ponis, & tempus in officiis carnis consumis, & furaris haec a Deo quae potius illi debita sunt. Deberes enim summo manere consurgere, & festinanter te induere, & ad ea quae Dei sunt protinus euolare; & contra facis. Manere consurgis, missam quam breuissimam audis, & qui hoc facit sanctus est; & deinde cum festinatione ad mundi curas transis totum tempus in eis expendendo, semel in anno confiteris peccata tua & sacra communionem recipis: totum autem annum in peccatis transigis. Quare cum sic carnis curae ac expensae crescunt, nihil Deo remanet. Et hinc ortum habuit haec hominum miseria & auaritia erga Deum: nam cum omnia in corporalibus expendatis nihil superest ad solvenda tributa Deo. Patres vestri quia Caesari dabat ea duxerat quae ei erant quia carni & mundo quae sufficiebant dabant, ideo multa eis supererant quae darent Deo, quare ipsi zenobia, hospitalia, capellas, & alia multa bona opera & pia fecerunt: vos autem quia plurima tributa mundo & carni vestrae soluitis, nihil habetis quod in bonis operibus expendatis. Quinimodo quae vestri progenitores fecerunt auferre cupitis, & lites mouetis contra monasteria, & hospitalia allegantes, quod non potuerunt ea vestri patres illis dare, quia non erant bona libera, vel quia quintam partem census excedebat. O hominum duritiam & miseriam. Nam quia vos tyranno domino qualis est caro vestra subiicitis: tot tributa ferre non valentes a Deo aufertis quod suum est, ut mundo ea tribuatis. *(Quitais lo del altar para darlo al diablo)* Nam si vnus contrariorum crescit necesse est ut alterum minuatur, sicut crescit calore frigus decrescit. Si ergo carnis curae & expensae abundat ea quae sunt Dei minoratur, imo & carne ipsa finem vestrum facitis: quoniam ad illa omnia quae habetis ordinatis. Hinc Paulus ait. Quorum Deus vester est. Nam Deus vester finis est, isti autem vultum suum faciunt vester suum; & ideo illum Deum suum constituunt ad quem omnes suas curas dirigunt. Vnde & Sapiens dicit. Omnis labor hominis in ore eius. Hoc est ad comedendum omnem suum laborem dirigit. Ea autem quae ut finis amatur sine modo amatur; media autem in

Philip. 3.

Eccles. 6.

simile.
ordine

ordine ad finem mensuratur: nam Medicus non intendit tibi dare tot gradus salutis & non amplius, sed quotquot poterit, non tamen tibi confert quantum reubarbi habet pharmacopola, sed ea tantum mensuram quae sufficit ad expellendum pessimum humorem. Sic Deus quia finis est sine modo debet diligere ut statim videbitur. Cetera omnia tanquam media diligenda sunt, in ordine ad istud medium mensurata. Si ergo tu carnem tuam constitues finem tuum sine modo eam diliges, & cetera omnia obliuisceris. Vnde & Propheta de talibus dicebat: Non est finis acquisitionis eius. Imo Deum ipsum tanquam medium diligis, in quantum ille potest tibi largiri temporalia. Ad alia quippe illi non cognoscis, quare solum propter temporalia illum inuocas, sicut cum egres Medicus illum vocas, cum autem sanus es a te expellis illum & medicamina sua. Et hic est peruersus ordo filiorum Adae frui vtendis & vt fruentis. Deo vteris tanquam medio quod deberes frui: quia finis tuus est, & fructio est finis; & mundo frueris tanquam fine, cui deberes vt vt medio. Itaque non fat tibi est, quod seruum te carni tuae effeceris nisi etiam Deum ipsum huic etiam ministerio addidit esse velis. Reddite ergo quae sunt Caesari, Caesari. Prius tuis vult Deus necessitatibus subuenias, deinde pauperibus quae supersunt tribuas quae sui sunt. Ecce Christiana Philosophia, sic transire per bona temporalia ut non amittantur aeterna; quae nobis Deus ipse tribuere dignetur. Amen.

In illo die accesserunt ad eum Saducaei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes. Magister Moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habet filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscite seminem fratri suo. Erant autem inter nos septem fratres. Primus uxorem duxit defunctus est, & non habet semen reliquit uxorem suam fratri suo, similiter secundus & tertius usque ad septimum. Nouissime autem omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit ex septem uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus, ait illis. Erratis nescientes scripturas, neque uirtutem Dei. In resurrectione enim neq. nubent, neq. nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei in caelo. Ita supra multa diximus de differentiis harum sectarum quae erant in populo illo. Saducaei inter reliquos Epicurei secta videbatur colere, sicut Pharisei & Esaei, Platonis, & Pythagorae dogmata in multis sectabantur. Et ideo Saducaei non agnoscentes aliam vitam, nisi hanc animalis, ac uegetatiua quam modo uiuimus, negabant resurrectionem mortuorum, in qua

simile.

Baruch. 3.

(& si posset esse) existimabant ipsae actionibus animalibus quibus modo uiuimus esse uiuendum. Negabant etiam esse Angelos, aut spiritus, & ex uniuersa sacra Scriptura solos quinque libros Moysi admittiebant. Atque ideo accedunt ad Iesum irrefragabili argumento quod illi putabant illum ferientes, & proponunt hunc casum, vel quia forte sic contigit apud illos, vel quasi arguites ex hypothese possibili, ac si dicerent. Ponamus casum, quod ita contigerit, ut vnam mulierem septem fratres habuerint. Sed Dominus grauissime respondit eis dicens erratis nescientes scripturas. Hoc est non admittentes eas quae admittenda sunt, & eas quas admittitis, nec recte intelligentes, nec recte interpretantes. Erratis etiam nescientes uirtutem Dei ignorantia crassa erat utraq; quia suum sensum sequentes non admittiebant scripturas, quae admittenda erant, & ad suum sensum illas interpretabantur. Et secundum crassissimi erant in hoc quod non agnoscebant infinitam uirtutem Dei, quae potest mortuos ad vitam reuocare; & qui eos ex nihilo condidit facilius poterit ex eadem ipsorum materia, iterum illos ad eandem carnem reducere; & posse etiam sustinere corpora immortalia in alio statu absque cibo & potu, & ceteris actionibus partis uegetatiuae & generatiuae. Vnde & dixit eis. In resurrectione enim nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in caelo. Hoc est, uiuent ea uita qua Angeli qui sunt spiritus, qui nulli actioni animalium subdunt. Et quia Saducaei Angelos negabant, ideo soluit quaestionem modo ab eis inexcogitato; ita quod nihil habuerunt quod aduersus eius dicta replicarent. De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est Deo dicente uobis ego sum Deus Abraham, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed uiuentium. Et audientes turba mirabantur in doctrina eius. *Baruch. 3.* *Dum conclusisse mortuorum resurrectionem. Non enim sequitur quod si animae uiuant: Ideo resurrectionem futuram, tamen quippe colligit animas esse immortales. Sed tamen respondetur recte id Dominum conclusisse, aduersus Saduceos saltim. Est enim argumentum ad hominem. Nam ideo ipsi negabant resurrectionem, quia negabant animae immortalitatem existimantes animam hominis depedere a corpore sicut anima bruti, quae recte per hanc authoritatem excluditur: nam si anima sine corpore uiuit, ergo non depedet ab illo, ergo immortales sunt: quod autem sine corpore uiuat ex hac facile colligit Dominus sententia quae habetur Exo. 3. dicentem. Ego sum Deus Abraham, & Deus*

Baruch. 3.

Isaac, & Deus Iacob. Nō dicit sui, sed sum. Et apud Græcos reduplicatur, De^o, sic dicēdo. Ego sū Deus, De^o Abrahamā. Vocat autē animas illorū eorū nominibus more scripturātū & Ecclesiā; sumendo partē p̄ toto per synodochem. Quemadmodum dicimus sancte Petre ora pro nobis; animā pro ipso Petro sumendo. Et quia anima est quodāmodo totū q̄ est homo; ut potē nō solum p̄cipua essentia pars, sed ratio omnis vitæ & operū hominis. Secūdo dicitur, quod licet immortalitas animæ nō cōvincat Philosophos, q̄ futura sit resurrectio mortuorū; cōvincit tamē cultores Dei expectātes celestis patriæ beatitudinē perfectā; quia non essent perfectæ beatę animæ nisi vnitę corporib⁹ bearētur, maneret em pars separata semper a suo toto. Vnde in Apoc. acceptis singulis stolis clamāt expectātes corpora sua. Et ob hanc rationē scriptura ista cōtinet; nō solum animas mortuorum viuentes, sed animas colentes Deū dicendo. Ego sum Deus Abrahamā, Deus Isaac, &c. ut ex ipso cultu resurrectionis fides, quæ ex vita animarum initium habet cōpleatur. Sed tertio dici potest, quod etiā apud omnes hæc ratio quādā efficaciam habet. Nam posita immortalitate animæ ratio exigit, quod aliquādō corpora resurgāt propter inclinationē animæ ad corpus, quæ si perpetuo impediretur esset cōtra rationem violenti; qm̄ nullum violentum perpetuum esse potest secundum Philosophos. Et quod posita immortalitate animæ ratio penē cogat, quod corpora resurgenda sint liquet, q̄ Philosophi ferē illi, qui animam immortalē crediderunt, ob hanc animæ ad corpus inclinationē; aut putauerunt animas post mortē alia quādā corpora aërea & subtilissima allūnere, aut relegari rursus in hunc mundum in alia corpora, quemadmodum sensit Pythagoras, & Plato. Hæc autē inclinatio animæ ad corpus manifestatur inui illa, quæ naturæ inferri videtur, cum anima a corpore separatur. Sed ut hoc clarius manifestetur tal. ordine procedendum est. Anima primū amat Deū, deindē seipsam in quātū est Dei & in quātū est Dei imago vna; ex quo sequitur, q̄ si anima amat seipsā; q̄ vult bonū sibi & gaudet de bono suo. Deindē quia anima amat bonū suū, sequitur q̄ amet corpus suū cū omnibus mēbris suis naturali amore, ex quo sequitur propensio & inclinatio ad corpus suū. Scit enim anima quod Deus copulauit verūq; corpus scilicet cum anima, & animam cum corpore; & q̄ alligauit corpus

Apoc. 6.

Pythagoras.
Plato.

animæ, & fecit quoddā naturale matrimonium inter ea, & cognoscit quod corpus sit factum propter ipsam, ex quō naturaliter sequitur ille amor & propensio ad corpus. Ex hoc autem amore & inclinatione sequitur, quod anima vult recuperare corpus suū, & vult bonum sui corporis. Secūdo anima est principalis pars hominis & nō totus homo, nec corp⁹ est homo, sed simul anima & corpus sunt homo: anima autem naturaliter desiderat suā perfectionem; ergo desiderat recuperare suum corpus. Quod manifestē probatur ex hoc, quia melius & perfectius est homini totum & integrum esse: quā animā tantū esse: homo autē ex corpore & anima cōstat, & ideo quia anima amat suā perfectionē amat suum corpus, & per cōsequēs vult rursus suo corpori copulari; nec potest velle contrarium: quia hoc est ei ex naturali inclinatione. Quod desiderium manifestat oratio illa sāctorum. Apoc. 6. Qua postquam singulas stolas acceperunt: optant corporum assumptionem. Et propter hanc rationem diuus Thom. in addit. ad terciā partem. q. 75. art. 1. ad. 2. dicit, quod testimoniū hoc a Christo Dño citatū efficaciter pbat resurrectionem: quia anima Abrahamæ nō est Abrahamæ, sed est pars eius: vnde vita animæ Abrahamæ nō sufficeret ad hoc q̄ Abrahamā sit viuēs, vel q̄ De^o Abrahamā sit Deus vniuersis; sed requiritur vita totius cōiuncti, quæ tunc erat in ordinatione vtriusq; partis, per potētiam diuinam. Quare ex his nō cōcludimus quod resurrectio sit naturalis: sed quod sit possibilis & nō repugnet naturæ. Nam quia adhuc hæc corporum reassumptio nō potest fieri per potētiam creatā, nisi per diuinā; sequitur qd̄ resurrectio corporum sit superna naturalis. Sed cognoscētibus hoc esse ordinatum p̄ potētiam diuinā, ut animæ Sāctorum agnoscūt: naturaliter desiderāt reassumptionē corporum. Sicut supposito qd̄ homo cognoscit per fidē suā beatitudinē cōsistere in Dei visione: naturaliter appetit illā. Imō ex hoc sequit. q̄ anima nō solum desideret corpori reuniri, ut corpus viuat; sed ut gaudium animæ impleat; necesse est q̄ ei restituatur corpus suum, & hoc in illa forma, & in illo statu quō erit magis amabile ipsi animæ cōformius illi, & delectabilius illi, secundum statum ipsius animæ, in quo magis ipsa possit gaudere & delectari; & per cōsequēs erit necesse, ut sit plēnū gaudiū, q̄ restituatur ei corp⁹ suum pulcherrimū decorū, impassibile, immortale, subtile, agile, clarū sicut Sol fulgens

Apoc. 6.

D. Thom.

fulgēs & resplendēs. Hoc enim secundū statum quem tunc habebit anima cōueniētius erit, & hoc Deus facere poterit. Qui em̄ animā de nihilo cōdidit, & corpus de terra formauit, quā ad tātam dignitatē ascendere fecit, ut ex ipsa tale corpus fieret ut esset aptū animæ rationali & intellectuāli copulari, quæ imago est ipsius Dei & suæ beatitudinis compos: qui hæc inquam potuit, poterit & corpus ad altiorē & meliorem statum subleuare. Et sicut anima tunc ad excellentiorem euehitur statum & dignitatē: ita & de corpore proportionabiliter censendum est. Nam sicut anima ascendit: ita & corpus suo modo subleuatur. Et sicut anima mutata est in Deum, & in naturam Dei per volūtatē & amorem: ita fieri condecens est, ut corpus quantum fieri poterit in animam, & in naturam animæ commutetur; ut sicut anima facta est diuina: corp⁹ fiat spirituale per participationem animæ. Aliam rationem etiam possemus adducere ad probandam hanc corporum resurrectionem, præsupponendo animas post mortem progestis in hac vita, aut præmiū accipere, & felicitatem aut supplicium, quemadmodum crediderunt etiam omnes Philosophi qui animæ immortalitatem astuxerunt. Iustitiæ enim æquitas requirit, ut corpora quæ cū animabus bona malaq; gesserunt; cum eisdem similiter, aut felicitate fruatur, aut supplicij afficiantur. Quod si dixeris corpus solummodo esse instrumentum animæ, instrumentum autem nec premiari, nec puniri debet. Respondēdo corpus cū anima vnum compositum efficiere, & ideo plus esse quam instrumentum. Ceterum Iansenius alia via in hac sententia procedit dicēs, Dñm quidem ex illo Exodi loco voluisse immediatē probare, & concludere futuram corporū resurrectionē. Nimirū quod cū Deus se adhuc dicat esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob; necessarium sit illos, & si hominibus mortuos tamē Deo non esse mortuos, sed illi tantum dormire, & adhuc viuere illi; & proindē illos aliquandō ab eo resuscitādos a morte, velut a sōno. Quod clarē Dñs apud Lucam indicauit cū dixit. Non est Deus mortuorū, sed viuentiū. Ad probandum hoc subiunxit dicēs. Omnes enim illi viuunt. Nam secundum animam mortui omnes ei viuunt, ergo etiam secundum corpus omnes Deo viuunt, quod Dominus ipse indicauit, cum de filia Archisynagogi dixit. Non est mortua puella, sed dormit. Et de Lazaro dissiūto dixit Discipulis suis.

Iansenius.

Luc. 20.

Matth. 9.

Lazarus amicus noster dormit. Nā quemadmodum, cum corpus dormit, habet quidē *Ioan. 11.* omnes sensus suos in sensu cōmuni ligatos, *Simile.* ita quod illorum liberum vsū non habeat: ac si esset mortuus, remanet tamē in corpore potentia obedientialis ad animam, ut quoties illa excitata fuerit, & ipsius sensus similiter excitentur. Sic cū anima a corpore per mortē separatur; nulla remanet in corpore, aut vita, aut motus remanet tamen in eo potentia quedam obedientialis ad Deū, ut quoties ab eo excitatus fuerit resurgat, ut Lazarus corpus ad vocē eius fecit, & omnes ad vocē Archangeli resurgemus. Ideo quippe de eo scriptū est. Qui vocat ea quæ non sunt, tāquā ea *1. Thes. 4.* quæ sunt. Illi ergo mortui dormiūt, quā tā facile est illi mortuū ab ore reuocare; quam tibi suscitare dormientē. Igitur talis est Domini ferē argumētatio cōtra Phariseos. Ipse Deus etiā post mortē Patriarcharū se dicit esse illorū Deū; absurdē autē se Deum vocaret mortuorum & eorum qui omnino non sunt, viuūt ergo hi Patriarchæ saltē ipsi Deo ei; tantū reputatur ut dormientes. Quod si verū est cōsequēs est eos qui hominib⁹ habentur mortui, aliquādō resurrecturos resuscitatos a Deo veluti a sōno. In hūc modum se intellexisse hanc Domini sententiam fatetur Ireneus, dum tractans hunc locū. *lib. ireneus.* 4. c. 9. Sic scribit. Si enim Deus mortuorum nō est, sed viuorum, hic autem dormientium patrum Deus dicitur esse: indubitatē viuunt Deo, & nō perierunt, cum sint filij resurrectionis. Sic & D. Chrysostomus se intellexisse ostendit scribens in hunc locū, & declarās quomodo De^o dicitur Patriarcharū tāquā adhuc viuētū De^o. Quemadmodū *(inquit)* Adā quāuis viueret posteaquā ē veti ligno comedit sētētia tamē prolata mortuus erat: sic profectō isti et si mortui erāt, pollicitatione tamē resurrectionis viuēbāt. Quomodo igit alicubi dicit, ut & mortuorū & viuorum domine, nō est hoc illi simile. Mortui nāq; hic illi qui victuri sūt appellatur. Hæc Chrysost. quæ sequit Theophylact⁹, & Euthimi⁹ ei⁹ imitatores. Ex hac aut cōtra Sadduceos Christi Dñi disputatione; duplex refellit error Philosophorū & hereticorū. Cōtra Philosophos quidē astruit fides resurrectionis, quā illi nō intelligētēs omnino negabāt: nā lumine naturali cōstare nō potest, licet rationib⁹ naturalib⁹ valeat adiuuari. Post Philosophos aut & Sadduceos, in ipso nascētis ecclesiæ exordio fuerūt hæretici aliqui q̄ nomine Christiano gloriātes resurrectionē corporum

1. Thes. 4.
Rom. 4.

ireneus.

Chrysost.

Gen. 3.

Rom. 14.

Theophil.
Euthimi⁹



ru negauerunt Simonis Magi sequentes scho-
la. Hi fuerunt appellati Gnostici: eo quod dice-
ret solis ipsis veritatem nota esse. Testatur
enim Augustinus Simonem Magum Basilidem Se-
uerianos, Valentinianos, Marcionistas resur-
rectionem negasse, quemadmodum etiam patet
ex Ireneo, & Tertulliano. Hi enim nomen tan-
tum resurrectionis conseruantes assererent, non
esse nisi resurrectionem animarum; qua scilicet
animae eorum qui doctrina imbuti fuissent li-
berati a vinculis corporalibus restitueren-
tur salutem. Quae videtur fuisse sententia Hyme-
nei & Phyleti, de quibus dicit Paulus. 1. Ti-
m. 2. quod a fide exciderunt dicentes resur-
rectionem iam esse factam. Hic autem eor-
um error confutatur: quia resurrectio cor-
porum astruitur. Tertio illorum error hic re-
fellit, qui consistit in resurrectione corporum
delictis tamen carnis debere frui asserere
bant. Ex quibus sunt Cherintus, & qui Ma-
humeti sectantur errores. Quarto confutan-
tur & illi qui post resurrectionem assererent
terrenum fore regnum Christi, in quo errore
ante acceptum Spiritum sanctum fuerunt
Discipuli eius, & hi qui millenarij dicti sunt,
qui mille annis post resurrectionem Christum
in terra regnaturum existimabant. Contra hos
enim omnes Saluator hic docet; non carna-
lem, nec terrenum fore post resurrectionem
statum hominum: sed talem victuros vitam
qualem viuunt Angeli ex caelo, sine nuptijs
& potu, reliquisque carnis oblectamentis. Et
quia dicit in caelo: manifestat non eos regna-
turos in terram.

1. Tim. 1.
2. Tim. 2.

Matth. 20

Moralitas

August.

Ambros.

Nunc aliqua quae ad spiritus mysteria at-
tineant circa hanc historiam dicamus. Augu-
stinus lib. 19. Euag. c. 31. Septem viros hos qui
habuerunt hanc mulierem, dicit designare
viros impios, qui per septem mundi aetates
fructum non potuerunt asserere iustitiae, ex
terra quae illis erat velut vxor, quae demum
transibit cum illis. Diuus Ambrosius in ca-
pit. 20. Lucae hanc mulierem septem viros habens
(ait) est Synagoga: Nam Samaria solos
quinque libros Moysi recipit, Iudaea ultra
hos recipit Prophetas & Sanctos, hi ergo
sunt septem viri. Sed ob perfidiam de nul-
lo haereditariae posteritatis semen recepit:
quare partem cum viris in resurrectione ha-
bere non poterit. Non enim frater aliquis
carnalis denuntiatus est, qui semen defun-
cto fratri suscitaret: sed frater ille qui de po-
pulo Iudaeorum mortuo sapientiam diuini
cultus ascinit, atque ex ea semen in Aposto-
los suscitauit, qui quasi reliquiae Iudaeorum

informes adhuc in Synagoga ut ero reliquiae
reseruati noui seminis admixtione mern-
runt. Synagoga autem frequenter stollam accipit
signum coniugij est quali mater fidelium, fre-
quenter etiam repudiatur: quia mater est
perfidorum, cui lex occidit corporalis. At si sa-
cta plebs septem libros legis velut maritos re-
ceperit, & ex eis fecunda fuerit: habebit in
resurrectione caeleste consortium.

Sed circa illud. *Ego sum Deus Abrahamae, &
Deus Isaac, & Deus Iacob*, aduertendum, quod
in hac repetitione nominis Dei ad singulas.
Tres personas Patriarcharum; significata est
Trinitas personarum diuinarum, quae in tribus
his Patriarchis videtur designari. Abrahamam
enim primum fidei patrem & filium suum Isaac para-
tus immolare; Typum gerit Dei Patris, qui
filium suum unigenitum obtulit pro salute hominum
in Cruce. Isaac autem ligna ferens humeris suis,
in sui ipsius immolationem; typum manifeste
gessit Christi, qui factus est obediens Patri us-
que ad mortem: crucis lignum in quo immolan-
dus erat gestans suis humeris. Iacob autem ter-
tius in Patriarcharum numero, procedens ab
Abrahamam per Isaac: typum quaedam gessit Spiritus
sancti procedens a Patre per filium. Fides
autem resurrectionis maxime Christianis ne-
cessaria est. Per hanc enim & minus mors time-
tur, & temporalis haec vita corporis non ita
amatur expectantes aliam melioris vitae re-
surrectionem. Vnde Tertullianus libro
quem de resurrectione scripsit hunc titulum
praefigit. Fides Christianorum; resur-
rectio mortuorum. Et in Symbolo Nisano
his verbis hunc articulum profiteamur. Ex-
pecto resurrectionem mortuorum, tanquam
in eo nostra sit sua fiducia: ut in hac spe ca-
ro nostra requiescat in pace.

Pharisaei autem audientes quod silentium im-
posuisset Saduceis conuenerunt in unum. Et in-
terrogauit eum vnus ex eis legis Doctor tentans
eum. Magister quod est mandatum magnum in lege?
Ait illi Iesus. Diliges Dominum Deum tuum ex
toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota
mente tua. Hoc est maximum & primum manda-
tum. Secundum autem simile est huic. Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. In duobus his mandatis
tota lex pendet & Propheta. Haec Pharisaeorum
interrogatio ex vana presumptione, ac su-
perbia processit; talia apud se cogitantes. Et
si Saduceis imposuerit silentium; non asti-
met populus ob hoc nos timore perterritos,
nec habere quid ipsum interrogemus. Et si
vicerimus eum maiorem apud populum glo-
riam habebimus, ut qui Saduceos vicerit a
nobis

philip. 2.

Tertull.

nobis ipse superatus sit. Scribae enim sibi
placebant, quod inuenissent duo maxima
mandata in Lege, ea esse quae ad dilectionem
Dei & proximi pertinebant. Hic autem sibi
forte viurpabat hanc scientiam; quod illud
de dilectione Dei super omnia inter omnes
primum locum obtineret. Et cum audiuisset
ipse (ut ait Marcus) quam sapienter Domi-
nus Saduceis respondisset: accessit ad eum
hac interrogatione experiri volens, an Do-
minus Iesus eadem, quae ipse de maximis
mandatis Legis intelligeret. Cui Dominus
respondit hoc esse: Diliges Dominum Deum
tuum, &c. Et quoniam multa circa haec duo
mandata dicenda sunt, quae ad populi ad-
ificationem attinent: proponendo ea sensum
literalem, & genuinum horum verborum
eruemus: si prius tamen de dilectione Dei
plura dixerimus.

Marc. 12.

Moralitas
seu conicio.

Matth. 11.
Rom. 13.
Esal. 31.

August.

Diliges Dominum Deum tuum, &c. Do-
ctrina praesens sufficit ad salutem nostram,
ita quod illa sola nos poterit saluos facere,
& sine illa nullus salutem consequi valebit.
Quidquid enim scriptum est in Lege, & in
Prophetis, ad huc dirigitur scopum, ut nos
suadeant dilectionem Dei & proximi, qua
assequuta & Legi, & Prophetis satisfecisse
nos arbitremur, & sine horum praecipit-
orum adimplerentia nihil nos fecisse sciamus.
In his enim verbis: Diliges Deum super om-
nia, & proximum tuum sicut teipsum; quae
pueri prima die in schola discunt, vniuersa
Christianorum perfectio consistit. Quapro-
pter merito Lex Christi iugum suauis, &
onus leue dicitur; cum tota illa in amore in-
cludatur. Nam qui diligit proximum, Le-
gem impleuit, ait Paulus: Amor autem om-
nia leuia facit. Vnde Esaias ait: Dicit Do-
minus, cuius ignis est in Syon: & caminus
ignis in Hierusalem. Quoniam in caelo, &
in terra hic ignis amoris ardet: verumtamen
in caelo est, veluti in sua sphaera, atque in pro-
prio & naturali loco suo: hic autem veluti vio-
lentus extra propriam sphaeram. In caelo est
hic ignis, & in terra similiter: quoniam utro-
biq; Deum super omnia diligens: sed ille
caelestis naturalis est, hic terrenus ab illo
participatur, a quo & acceditur iste, & hic
ad illum nos ducit, & eleuat. Quare hic in
Syon est ignis; sed illic in Hierusalem for-
nax ardet ignis. Quilibet res (ait Augusti-
nus) habet suum proprium pondus, quod illam
ad suum naturalem locum ducit, & impel-
lit: & ignis locus, ac sphaera sursum est. Cum
ergo ignis iste amoris ab illo sit communi-

catus; suo pondere illuc nos ducit ubi locus
eius est. Milit Deus ignem in ossibus meis
(ait Hieremias) & Ezechiel cap. 10. vidit
quomodo praecipiebatur homini illo, qui li-
neis vestibus erat indutus (qui erat Christus
nostra vestitus humanitate, quoniam linum
de terra fit) ut manus suas adimpleret pru-
nis, quae erant inter Cherubim, qui dieun-
tur incendium amoris, & illas effunderet
super ciuitatem. Nam ad hoc Christus De-
minus venit in mundum, ut has feminaret
prunas in terram. Ignem veni mittere in ter-
ram (ait Dominus Iesus) & quid volo nisi ut
ardeat? *Vino a pegar fuego al mundo.* Verum
ille ignis, qui est in caelo semper ardet. (Est
quippe in sua sphaera, & Deus sua praesentia
illum conseruat insufflando in beatos per-
petim illum ignem, nam fluuius ignis rapi-
dus a throno eius prodit, qui corda beato-
rum semper accendit) amor autem praesens,
quia extra locum suum est, extingui potest,
& multotiens deficit, & extinguitur, vel
cum aqua, quae significat tepiditatem, ac fri-
giditatem peccati, hinc enim dicit Sapiens:
Ignem ardentem extinguit aqua, vel ex de-
fectu lignorum, quae conseruant ignem, hoc
est, quia vera doctrina deficit, & meditatio-
nes, quae accedere solent hunc ignem, secun-
dum illud Psal. In meditatione mea exar-
descet ignis. Vnde & Sap. dicit: Cum defe-
cerint ligna, extinguetur ignis. Ceterum quo-
niam amor imperfectus huius vitae, est via qua
ducimur ad perfectissimum amorem patrie, nec
valebimus in caminum illum ignis, ac sphaeram
amoris intrare, nisi prius illum hic commu-
nicemus: hac ratione Christus in mundum
venit, ut hunc accenderet ignem, suauissi-
mumque hoc amoris praecipitum nobis impo-
neret. Quare Euangelista nobis narrat, quod
quidam ex Legis peritis, qui Doctoris iam
gradum acceperat, licet reprobis haberi
mereretur, accessit ad Iesum tentans eum.
Hoc est experiri volens quantum sapientiae
acquisisset. Et ait: Magister, quod est man-
datum magnum in Lege? Et respondit Dominus:
*Diliges Deum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex tota mente tua, &c.*
Singula haec verba attentè consideremus,
fratres, & tanquam Symbola quaedam ea
ruminemus: quodlibet enim horum ver-
borum sua continet mysteria abscondita,
dulcedinemque quandam, ac magnitudi-
nem singulae praeseferunt dictiones. Pri-
mum quod nobis praecipitur, amor est; opus
omnium humanorum operum proprius &
con-

Thren. 1.
Ezech. 10.

Luc. 12.

Dani. 7.

Eccles. 3.

Psal. 38.
Prover. 26.



connaturalius homini, imò omnibus creaturis: nobilior actio ac principalior omnium, quas homo operari potest, simul & facilior, ac suavior, quæ teneritudinem, ac dulcedinem quãdam præ se fert. Amor quippè inter passionibus hominis primatum tenet (ut Thom. ex Arist. in pri. 2. docet) & licet amor qui hic nobis præcipitur, non sit ex his passionibus corporalibus hominis, sed altior quidam amor, qui in anima sedè habet: ramentum huic simillimum ille est, eò quod in eodem subiecto totali uterq; amor subiectetur, nempe in homine, eandem quæ ferè aut illi maxime similes condiciones sortitur amor hic spiritus, qui passio non est, ac ille carnalis, qui passio est. Igitur amor prima omnium passionum humanarum est: quoniam est passio ex vi concupiscibili prodies, cuius actiones omnes alias potentias antecedunt. Quoniam vis concupiscibilis bonum in vniuersali appetit, quod est prius quam limitatum & particulare bonum, quod alia potentia sequuntur; nam generale semper particulari prius est: inter passionibus autem, & opera huius vis concupiscibilis prima est amor, qui nihil aliud est quam propensio quædam in rem amatam, tanquam in rem sibi proportionatam, ac maxime accommodatam, ac conuenientem (nam si tibi conueniens ac proportionata non esset, non utiq; amasses illam) propensio quippè lapidis, ut descendat in centrum nihil aliud est, quam amor sui proprii ac connaturalis loci, qui rebus grauibus destinatus est: quod si hæc inclinatio ad finem quem intendis non esset, nulla actio fieret ad consequendum illum finem: quare amor prima est inter hominis operationes, & radix omnium illarum, desiderium scilicet consequendi illud quod mihi conueniens est. Inde quippè ortu habet exquisitio mediõrum, & exequutio simul ad id quod amo, & mihi bonum est. Hinc excitatur vis irascibilis, ut omnes rumpat difficultates, quæ consequutione boni amari impedire possent. Hinc & oritur odiu omnium rerum, quæ tale bonum prohibere mihi vellēt, hinc gaudiu, delectatio, ac fructio boni amati iam habiti, & consequuti, deniq; omnium humanarum actionum amor radix est, ac principium. Illam ergo actionem à te exigit Deus, quæ tibi primò occurrit, nec oportet multos innotus cire, multas circuire ambages, multos circũagere motus, ut illam quæras. In promptu quippè est, & in ipso vestibulo inuenies id cum quo factori tuo satisfi-

facias. Hic est amor prima omnium quas operaris actionum, quæ tibi offertur. Hoc enim videtur fuisse votu quod fecit Iepete, cum promisit offerre Deo primum quod ex domo sua sibi occurrisset, & occurrit ei vnica filia sua: sic tu offeras Deo oportet quod tibi primò occurrerit, hoc autem erit amor, vnica filia tua, hoc est, prima actionum tuarum. Vnde Deut. 30. dicitur: Mandatu hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, nec in caelo litum, ut possis dicere: Quis nostrum valet in cœlum ascendere ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atq; opere compleamus, nec trans mare positum, ut causeris & dicas, Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vtiq; deferre, ut possimus audire, & facere quod præceptu est, sed iuxta est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Quod & Paul. Rom. 10. citat: Non autem hoc dicimus, quod charitatis actus præcedat actus aliarum virtutum, cum actus fidei præcedere debeat, quia nihil est volitum, nisi sit præcognitum: sed ad probandum huius præcepti facilitatem, cum inter passionibus sensitiu appetitus prior sit amor. Itè actio hæc amandi nobilior cæteris est: nam amor non est nisi boni & pulchri, malum enim odio habetur: bonu autem est quod omnia appetunt, & amant. Item quia actio amoris, qui non est passio, procedit ex voluntate, quæ locum reginæ in homine tenet, ut potè liberrima potentia, quæ nulli subest saltem quoad exercitium, nec quisquã illi vim inferre potest, imò nec directe mouere, nisi Deus solus, nec alium superiorem agnoscit nisi Deum, cui immediate subest: quæ sic illi summo bono propinqua est, quod nec Angeli, nec dæmones, nec cœlum, nec sidera, nec fata illam directe mouere valeant, nisi solus Deus. Cum ergo amor illius nobilissimæ potentia sit actio; necessariò, & ipsa actio tali erit nobilitate prædita: quoniam opera nobiliu, & ipsa nobilia debent esse, ut similitudinem cum authore gerant. Item quoniam amor hic charitatis, de quo loquimur, non procedit à nuda potentia, sed ornata ac vestita hac Regali ac cœlesti veste, quæ est charitas, quæ à Spiritu sancto texta est: nam authore Paulo: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritu sanctum, qui datus est nobis. Cum ergo amor sit Spiritus sancti opus proprium suum, & ita proprium, ut idem sortiatu nomē (nam etiam Spiritus sanctus amor dicitur) necessariò

1ud. 11.

Deut. 30.

Rom. 10.

Rom. 5.

sariò consequitur, quod ipsa actio amoris nobilissima simul, ac diuinitissima sit. Hæc ergo actio est quæ nobis præcipit Deus, & in qua totus eius legis rigor consistit. Actio omnium nostrarum prima, quoniam non oportet nos in alijs actionibus faciendis prius defatigari, actio quæ non nisi ad bonum & pulchrum ordinatur, actio quæ ex regina potentiaru prodit, ornata nobilissimo ac pulcherrimo charitatis habitu, atq; simul propriissimum Spiritus sancti opus. Ergo suauissimū iugum Domini, cur non facile, leue, & simul vobis dulce, cum totum onus quod super nos imponis, amor sit, facilius opus & proprius omnium eoru, quæ homo poterit operari? Quis remuere imperata poterit, tanquam graua & impossibilia, cum nihil tam nequam, quam amor? Quapropter Lex Christi, quæ amoris est, merito dicitur sustinere manus Moyli, quæ graues erant, ut egregie adnotauit Gregor. super Ezechielem. Cum enim populus Israël contra Amalech dimicaret, Moyses erat super petram, & habebat manus eleuatas cū virga: & quia manus eius erant graues, nec poterat eas sustinere. Hæc quod significat incendium, & Aaron, qui dicitur fortitudo, sustinebant eas. Nam grauitatem & onera legis Hæc, & Aaron sustinent, hoc est amoris incendium & fortitudo, nam fortis est ut mors dilectio. Amor enim facit inimicorum dilectionem facilem, ieiunia sarietatem, persequeutionē gloriam, & deniq; ipsam mortem vitam; hæc ergo charitas omnia sustinet. Sed attende quomodo hoc proponatur præceptum: Diliges, ait, in quo datur intelligi opus hoc amoris prosequendū esse, non intermittendū. Diliges, hoc est, in diligendo progredieris vltra, nec retrocedes, aut ab hac actione cessabis vnquam. Diliges, toto tempore futuro hæc pretequeris actionem; nec quiesces ab hoc motu vnquam. Ecce opus quod in hoc præcepto nobis iniungitur. Sed id quod nobis præcipitur diligendum amabilius est omnibus amabilibus. Quem diliges? Vtiq; Dominum Deum tuum: In hoc quod dicitur Dominus, intellige excellentiam amari, quæ nos longissime antecellit. Verum (ut docet Dionysius) per hoc quod Dominus nominatur; non intelligas quod in solo dominio antecellat re, sicut Dominus seruos: sed quod in potestate, dominio, maiestate, pulchritudine, diuinitate, & in omnium bonorum copia superioret, & omnibus rebus sit. Quæ omnia & illum dignissimum nostro reddit

amore. Nam ut Sapiens dixit: Omne desiderabile huic non valet comparari, id est, nullum amabile illi adæquatur; sed omne dignum amore incomparabiliter excedit, ergo incomparabilem omnibus rebus meretur amorem. Et hoc est D. August. argumentum, quod hoc comprobatur exemplo. Si aurum quia bonum est diligis; ergo quanto magis aurum, tanto plus amabis illud. Ergo si dragmam auri concupiscis, quia aurum est plus libræ auri vales, & mille libras millies plus amabis: quia quantus est excessus valoris, tantus debet esse & amoris, hæc est enim regula topica Aristotelis, sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & ita multum ad multum. Nam si bonum quia bonum est, amabile est, ergo magis bonu magis amabile erit; ergo & infinitum bonum infinite amabile erit. Ergo si Sapiens dicit, quod Deus infinite excedit omnia amabilia, quoniam nulla est comparatio inter illa & Deum ipsum; ergo Deus infinito amore dignus est: quoniam quantus est excessus bonitatis, quæ est causa amoris, tantus & debet esse in ipso amore. Hunc ergo Dominum præceperis diligere, qui te in infinitu excellit, non in dominij autoritate duntaxat: verum etiam in omnium quæ amorem rapere solent, & pulchritudine, & copia, Deum, non Dominum tantum, verum etiam & Deum tuum. Hoc nomē, Deus, quo communiter ipsam nominamus, non explicat totum quod in Deo est: nullu enim nomen de Deo nouimus, quod comprehendat omnia quæ in Deo sunt. Cæterum per hoc nomen, Deus, intelligimus rem sic grandem, ut nulla maior excogitari possit, hoc est, id quod excedit omne cogitabile. Tam gradis res est Deus, fratres mei: ut quado ipse vult nominare, aut explicare se; videtur (si ita fas est loqui) id minime attingere posse. Nam etsi Deus seipsum comprehendat, & seipsum sibi met satis explicet, ut in verbo illo, quod est filius suus seipsum sibi met explicatum videt: sed quoniam nulla creatura comprehendere potest Deu: hinc est quod nulli earum totaliter & omnibus modis explicari possit Deus. Quare quando de rubo loquutus est ad Moysen; nunc sic, nunc alio modo se appellabat, nec satis quis esset dicebat illi: Quem dicam misisse Dominu dicebat Moyses. Et Dominus sic dices filijs Israël. Qui est misit me ad vos. Et protinus: Vade, ait, & dic filijs Israël: Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos.

Fruer. 3.

August. Simile.

Aristot.

Exod. 17.

Gregor.

Dionys.

Exod. 3.



vos. Et ad Pharaonem vade, & dic: Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, vt dimittas populū, vt sacrificet mihi in deserto. Et ipsi Moyſi dixit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Ecce quomodo Deus seipsum explicare ferē non poterat: quoniam nulla capacitas extrā ipsius Dei dari potest, quæ ipsum Deum comprehendere valeat. Quare quando cum Iacob luctabatur, & petijt ab eo Iacob, vt indicaret nomen suum: respondit ei: Cur quæris nomē meum, quod est mirabile? Verum est quod nomē hoc, Deus, significat ipsum omnium rerum Speculatorem, & Prouisorē, *Procedor & procedor general del vniverso.* Et quoniam nullus Dei effectus sic notus est nobis, sicut est prouidentia eius quæ omnibus rebus, quæ tibi necessaria sunt, prouidet: hinc ex isto effectu sic nobis noto, illi nomen damus. Hunc ergo te iubet amare Lex: Tuum prouisorē, tuum benefactorem, qui semper tua te prouidentia seruat, atque conseruat. Cæterum ne duo hæc tam magnifica nomina Dei, ac Domini nos ab eius amore exterrerent, dum nobis impossibile videretur, quod à tam paruo corde quale est hominis, tam magna res qualis est Deus, diligere valeret, cum Ioannes dicat, Quod Deus est maior corde nostro, quomodo ergo infinitum in tam finito ac limitato loco capi poterit? Ne, inquam, talis cogitatio nos pusillanimes ad amandum Deum rederet: ideo dicitur: Diliges Dominum Deum, sed tuum. Tuus quippe Dominus iste tam magnus est. Tuus Deus iste infinitus est. Et in rei veritate sic est. Quod Deus propria possessio iustorum est. Habentq; iusti certum ius ac titulum (& si fas est dicere) certum modum domini super Deum: quoniam Deus est merces ac præmium iustorum, iuxta illud quod ipse dixit ad Abraham: Ego merces tua magna nimis. Sed mercenarius ius habet ad mercedem: ergo & iustus ad præmium. Est autem Deus eorum merces, ergo & ad illum habent ius. Et dicitur propria possessio eorum: ideo quod in hac vita incipiunt possidere Deum per gratiam, quem in alia per gloriam in æternum possidebunt. Quare iustus pleno ore vocat Deum, Deum suum, cum dicit: Deus, Deus meus, Deus meus es tu. Et beatus Franciscus per totam noctem nihil aliud in oratione dixit nisi hoc: Deus meus, & omnia mea, millies id repetens: Deus tuus est Deus, o beate Franciscus, &

Exod. 6.

Genes. 32.

1. Ioan. 3.

Genes. 15.

Psal. 117.

simul omnium. Tam magnus quippe iste Deus tuus est: vt quia tuus est, non ideo desinat esse aliorum. Omnibus quippe participem se facit Deus: quia omnibus in eo omnia bona sunt, & cum sit totus in cælo, in beatorum spiritibus est, & totus in terra, in cordibus iustorum manens. Tuam ergo rem iuberis diligere, o homo, non alienā nam ad propria propensior es quā ad extranea, secundum illam Philosophi sententiam: Amabile quidem bonum vnicuique autem proprium. Et etiam dicitur, tuus, hoc est, tibi: nam Deum diligere tibi maximē vtile est; Deo quippe ex hoc nihil accrescit. Deus se diligendo gaudet: amantium verō Deum gaudium ipsorum est. Quare amicitia Dei etiam est utilis: quoniam eminenter omnes amicitias cōtinet. Nam Philosophus in amicitiam, honestam, vtilem, ac delectabilem omnes diuidit amicitias, secundum diuisionem boni in honestum, vtile, ac delectabile: omnes autem has amicitias eminenter continet Dei amicitia: quia omne bonorum genus etiam in ipso est. Est quidē amicitia honesta: quoniam est summū boni, & summæ puritatis, in qua nulla impuritas esse poterit: est enim candor lucis æternæ, & speculum sine macula. Est delectabilis: quia non habet amaritudinem cōuersatio eius, nec tædium cōuictus illius, vt ait Sapiens: Non enim dulcis, sed ipsius dulcedinis amor est, non pulchri duntaxat, sed ipsius potius pulchritudinis. Est utilis: quoniam in bonum nostrum cedit, & melior est acquisitio eius auro, vt ait Sapiens: & omnia bona pariter cum illa nobis obueniunt. Ecce quem diligere præcipitur tibi. Extende ergo sinustuos, o anima Christiana, dilata tabernacula tua, aperi os tuum, o cor amoris audium: vt tantam & tam magnam rem, qualis est Deus, capere queas. Si avarus ille diues, qui vberimum annum vidit: horrea ac celaria sua dilatate cupiebat, vt tantos capere fructus valerent, & animæ suæ blandiens, sic dicebat: Habes, o anima mea, multos fructus in plures repositos annos: gaude latere, dilatate, & fructu eis: quanto magis, anima Christiana, quæ annos vberimos Egypti capere potest, nempe beatitudinis bona in annos plurimos, hoc est, in æternitate reposita: latari, & gaudere deberet, & sibi ipsi blandiens illud Esaiæ cantare, ac dicere: Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas; longos fac

Aristot.

Sap. 7.

Sap. 8.

Proph. 39.

1. Tim. 10.

Genes. 41.

Esai. 54.

fac funiculos tuos, & clauos tuos confortanda: quia magnum bonum in te capere debes, quod est Deus. Sed dices: Quomodo tantum bonum diligere debet? Certe ex toto corde tuo. Cor principium est motus in corpore hominis, per quod cætera mēbra mouentur. Totū ergo cor hoc amore adimpleri debet, vt motus & vita, quā alijs membris communicat totum sit hic amor, & nec pes moueatur, nec manus, nec aperiatur oculus, nec lingua loquatur, nisi hoc comite amore fiat. Vnde hoc ab Spōsa exiēbat Spōsus, cum dicebat: Pone me vt signaculum super cor tuū, vt signaculū super brachium tuum. Sigillum autē hoc debet esse amor Dei, quo sigilletur cor, & opera quæ à corde procedunt. Hoc enim erit signum, qd opus sit Dei, si hoc signaculo signatū fuerit. Nam si opus est charitatis, opus est Dei: quoniam hoc est sigillum magnum Dei, quo omnia opera eius signantur. Sigillum autē Regium non committitur nisi amicissimis Regis. Vnde & ipse Dominus dixit: In hoc cognoscet omnes quod mei estis discipuli, si dilectionem adinuicē habueritis, hoc est, si hoc habueritis amoris signaculum. Et in tota anima tua. Anima, vt Aristot. docet, origo est actūs omnium potentiarum, tam earum, quæ solius sunt animæ, quales sunt intellectus, voluntas, memoria, quā quæ totius coniuncti sunt, vt potē sensuum, & passionum eorundem, quæ dicuntur coniuncti animæ & corporis simul. Debet ergo Deus ex tota anima diligere: quoniam nō solummodo eius potentia, intellectus, voluntas, ac memoria, in Dei amorem dirigi debent, simul cum actibus suis: verum etiam & corporis & sensuum actus hoc amore comitari debent, ita vt nihil contra Dei charitatem fiat, & omnia si possibile sit ad illam suo ordine dirigantur. Et in tota mente tua. Mens dicitur à metiendō: quoniam altior potentia est, & partes inferiores metiri debet, vt eas in ordine & mensura contineat. Tota ergo mens hoc Dei amore debet esse plena: quoniam illo debet mensurari omnia opera sua. Sine comedamus siue bibamus (ait Paulus) omnia in gloriam Dei faciamus. Et alibi: Siue viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur. Vita & mors hoc amore mensuratur, tam actiones, quas viuentes facimus, quā ea quæ morituri agere debemus. Nam si comedis, attende, quod Deus odio habet gulosos. Si bibis, qd Deus detestatur ebrios. Si thesaurizas considera, quod Deus repre-

Can. 8.

Ioan. 13.

Aristot.

1. Cor. 10.

Rem. 14.

hendit auaros. Omnia ergo Dei amore mensuranda sunt: vt Deo placeant. Ecce quem diligere debeas, & quo ordine Deus diligendus est. Quid ergo dicemus ad hæc o Christi fideles? Si Deus tantum diligibilis est, si tot in eo pulchritudines ac bona fulgent, quæ omnium corda ad se trahere valent; cur homo sic tepidē tantum diligit bonum? Quomodo possibile esse credam, quod tantum amoris pondus ipsum post se non rapiat? Omnes creaturæ Deum diligunt, & impetu quodam amoris illi appropinquare nituntur: inclinationes quippe illæ, quæ in sua naturalia loca illas rapiunt: nihil aliud sunt nisi amor quidā ac desiderium appropinquandi factori suo. Et quoniam ad id nō valent (nec enim ipsius compotes esse possunt) non illum attingūt, sed in itinere perstant. Tamen impetus ille amoris, qui eas in sua naturalia loca rapit, vbi centrum suum ac spheram habent; eas duceret in Deum, si illius compotes essent. Homo verō qui compos est Dei, cuius centrum Deus est, cuius quietis locus est cælū, cur sic tepidē mouetur ad centrum amoris, atq; dulcedinis suæ? Quomodo non omnes vincit difficultates? Omnia perfundat, contemnit, dilacerat: vt se fini tanto coniungat? Nonne vides saxum quanto impetu ad infima descendat? Impedimenta omnia, quæ illius descensum possunt obitare comminues, seipsum dilacerat, vt ad suum perueniat centrum. Vtiq; sic homo deberet facere, tanto pondere pergens in Deum, vt qui in seipso saxum illud amoris habet, quod illum in suum centrum inclinat omnia dirumpere, comminere, & perfundare deberet. Honores, diuitias, voluptates, seipsum etiam dilacerare: vt ad suum centrum cæteris prætermisissis deueniret. Et videns ingratum hoc carnis velum ipsius cursum impedire; ipse manibus suis illum rumpere ac lacerare deberet: vt potē quod tantum bonum impedimento sibi est ne aspiciat, & corpus tradere gladio, igni, nouaculis, flagellis, bestijs, ac carnificibus, vt Martyres facere solebant: vt sic membratim dilaceraret corpus, quod sibi tanti boni obstaculum videbatur esse. Dissoluerent que nubem istā intensam, velumq; hoc grossum dirumperent: vt nihil esset iam quod tanti luminis aspectū ipsi impedire valerent. Vide quanto pondere ad Deum currebat Paulus, qui audacter dicebat: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an gladius, an persecutio

simile.

Rom. 8.



quatio? Certus sum, quod nec mors, nec vita, nec altitudo, nec profundum poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Omnia transiiebat incommoda, seipsum dilacerare cupiebat, & velum carnis suæ rumpere gestiebat; ut sic ad Deum nullo impediente volaret. Vnde & ipse dicebat: Cupio dissolui & esse cum Christo. Et alibi: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid ergo nos impedit ne ad tantum properemus bonum? Cur non ut laxa toto impetu conamur in centrum? Sed potius ut leues paleæ sic lentè gradimur, ut vel aranearum tela nos detinere valeat, & quolibet vento huc, illucq; impellamur; & nunc honoris amor, nunc diuitiarum cupido, nunc aliud quidpiam nos à tanti boni consequatione impediatur. Si vidissemus rupem magnum ab aere pendentem absque fulcramento aliquo; tanquam miraculū grande miraremur. O Deus meus, & omnia bona, quomodo fieri potest, ut anima mea à te & pro te creata, & tibi destinata toto pondere ad te non perueniat? Sed quod ventus vanitatis eam pendentem detineat, & tanto orbata bono rideat, quiescat ac lateatur? Possibile ne est, ut aliqua creatura tui compos toto impetu ad te non currat? Sphæra, que totum continet bonum, infinitæ bonitatis centrum, qui infinita quadam vi ad te omnia rapit, quid à tanto bono creaturæ tui compotem tenet? Nunc video quantum onus peccatū sit, quod super ceruices animarum impositum tanto pondere eas inclinatur ut ad suam non possint iam spheram ascendere. Maius miraculum est animas non ascendere ad Deum: quam saxum, aut rupem non descendere ad centrum. Quis patienter vitam suam ferret, si clarè cerneret à quanto illum bono priuet, & quantas amittat diuitias, & ingratisimum carnis mæx velum, quanto me priuas gaudio? Quis me detinet, quin proprijs te dilacerem manibus? ut sic ad videndum Deum meum toto pondere ferar in secula seculorum, Amen.

Philipp. 1. Rom. 7.

Alia moralitas sententia. Esai. 33. Ioan. 13.

Diliges Dominum Deum tuum, etc. Christus Dominus non ut Redemptor duntaxat, verum etiam ut Legislato ad nos venit, iuxta illud Esai. 33. Dominus enim Index noster, Dominus Legis noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos. Et idem Dominus tanquam Legislator dixit: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexistis vos. Omnis autem prudens Legislator duas legum differentias condere debet: alias,

quæ homines ordinent cum Deo: alias homines inter se componant. Quare in omni Republica rectè ordinata semper hæc duæ differentie legum fuerunt. Nulla enim tam barbara natio apud homines nascitur, quæ non habuerit suos sacerdotes, templa, & ministros cultui diuino dedicatos, & quæ suos honores non offerret Deo, siue vero, siue falso ab ipsis existimato vero. Christus Dominus non inferior scientia, & prudentia cæteris Legislatoribus fuit, sed multo superior; meliores quippe statuit leges, quam Moyses, Tremegistras, Solon, Lycurgus, ac cæteri omnes Legislatores, iustioresq; suæ leges illis, quas Iustinianus condidit, sunt. Quare has duas statuit legum differentias: alias quæ nos cum Deo, alias quæ cum proximo componunt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, etc. Hac Lege maior cultus Deo exhibetur, quam cæteris omnibus sacrificijs, que offerebat ille populus; sic enim & Legislator dixit: apud Marcum cap. 12. hoc esse maius omnibus sacrificijs, & holocaustomatibus. Nam ex amore cordis verus Dei cultus & honos prodit. Et proximum tuum, sicut teipsum. Sic enim & pacem habebitis, qui est alius Legislatoris finis, sic homines inter se componere, ut pacem habeant. Nam si illum amas, nec occides, nec detrahes, nec odio habebis, nec illi iniuriam irrogabis, aut contumeliam ullam improberabis. Rectè ergo dicitur, quod in his duobus mandatis vniuersa Lex pender. Sunt quippe hæc duo madata illi duo Cherubim, qui in propitiatorio erant, quorum duæ alæ distinctas tangebant parietes, sed alæ duæ inuicem iungebantur: & Arcam Testamenti in medio habebant, & respiciebant se mutuo. Nam quamuis obiecta horum duorum mandatorum videantur diuersa, utpotè Deus & homo, Creator & creatura; nihilominus vtrunq; Testamentum Nouum, & Verus in medio tenent: quoniam in eis vniuersa Lex continetur, & respiciunt se mutuo, propter correspondentiam quam inter se habent. Nam proximus propter Deum debet diligere, & Deus in proximo debet amari. Creator debet amari in creatura, & creatura propter Deum diligenda est, hoc est, se inuicem respicere. His ergo duabus Legibus talem Rempublicam instituit Deus in terra, talibus moderatam instituitis, quæ si seruarentur nihil aliud esset hæc terrena Republica, quam imitatio quadam, ac expressio illius Angelicæ, atq; cælestis. Amor quippe

Marc. 12.

Exod. 25. 37. 3. Reg. 6.

quippe quo beati Deum, & seipfos inuicem diligunt, hic est, qui eos sic placidos ac pacificos retinet. Et hoc idem Deus voluit in terra instituere. Si enim hæc duo seruaremus mandata iam non terreni, sed cælestes incola videremur. Eapropter Ecclesia hæc, Regnum cælorum nuncupatur, ut iam supra religimus: quonia in eisdem legibus moderatur quibus cæleste, nempe amoris nexibus ac instituitis. Sicut Regnum Hispaniæ cum Regno Indorum vnū appellatur: quoniam eisdem legibus gubernatur vtrunq; etiam si locis maxime distent. Portugaliæ autem Regnum aliud est: quoniam alijs regitur instituitis. Si ergo has amoris Leges seruaremus, Angelicam vitam ageremus in terram: & vnus homo cum alio tractare esset Angelus cum Angelo communicare, verèq; de nobis diceretur, quod Lycaonia de Paulo & Sylla dixerunt: Dij similes hominibus venerunt ad nos, essetque ciuitas illa Hierusalè cælestis, quasi in latere quodam depicta, sicut Deus præcepit Ezechieli: quoniam similitudo eius in hominibus in terra de Gentibus expressa videretur. Sed vobis factiosis, seditionis, homicidij, ac pacis perturbatoribus, qui de cælo infernū facitis, & de Regno Dei regnum demoniorum. Sic enim amoris ac pacis Leges, quas Deus in hac Republica instituit, transgredimini, & contemnitis: quod cum expressio quædam cælestis deberet esse; inferni potius confusam similitudinem facitis: vtraque Respublica iam non illa est quam Christus ordinauit; sed quam deordinauit aduersarius Christi, Deiq; tabulis deletis alcoranum Mahumeti in vestris cordibus scripsistis. Hunc autem voco mundi leges: quas sic aduersari video Christi instituitis ac Mahumeti alcoranum. Ait ergo Dominus: Diliges Dominum Deum tuum. Optimè certè obiectum omni dignum amore, ut statim diximus: In toto corde tuo, hoc est, in tota voluntate, & in tota anima, quæ sic dicitur, quia corpus animatur: ac ideò per animam intelliguntur omnes naturales ac corporales vires, quod alibi dicitur: Ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua, hoc est, intellectu & memoria. Hoc autem dupliciter intelligi potest secundum Doctores. Primo modo sic, quod totum cor nostrum sic in Deum feratur, quod nihil aliud curet aut amet, nisi Deum, & sic vires omnes tam corporis, quam animæ in ipsum rapiantur: ut nihil aliud

Acto. 14.

Ezech. 4.

Luc. 10.

nisi Deum meditentur, aut vellint. Et hoc modo ait Augustinus, non potest madata un hoc in hac vita seruari: quonia corpus proprium, vxor, filij, familia, res familiaris, necessario partè cordis nostri amoris, & curæ sibi vèdicant. Quare in tanto rigore in cælo duntaxat hoc præceptum seruatur, vbi Deus erit omnia in omnibus, nec quidquæ est quod impediatur ne cor totis viribus feratur in Deum: quia nec aliud volunt, cogitant, amant, aut contemplantur, nisi solum Deum. Quapropter beati animalia vocatur: quia more brutorum in Deum impetu magno rapiuntur, quod in hac vita propter instantes necessitates, id sic fieri minimè potest. Sed per negationem id intelligendo valebimus Deum super omnia diligere in hoc sensu, quod nihil cor nostrum vellit aut diligit, quod sit contra Deum, nec vires nostræ ferantur in rem, quæ sit peccatum aut offensa Dei, nec intellectus intelligat, nec memoria meditetur aliquid quod sit cõtra Deum. Hinc charitas oleo comparatur, quod super aquam & reliquos liquores ebulliat: sic amor Dei super omnia alia debet ascendere. Hinc & Sapiens dicit: Timor Dei (& alia litera legit, charitas Dei) super omnia se superposuit; ita quod si opus fuerit omnia propter Deum dimittere, & calcare vxorè, filios, honorem, diuitias, vitam; dimittenda sunt, & potius permittendum, quod hæc periclitentur, ac pereant, quam quod Deus offendatur. Ex toto corde tuo. Cor sibi postulat Deus: quoniam, ut ait Esaias: Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, hoc est, lectulus nostri cordis strictissimus est, nec potest Deum simul & peccatū capere, sed necesse est ut alter decidat: nam, ut Ioannes dicit: Maior est Deus corde nostro. Et pallium breue vtrunq; operire non potest. Pallium vocatur charitas: quia operit multitudinem peccatorum, & est vestis illa nuptialis, quæ nos reddit dignos nuptijs Agni, & quando pallium breue est, si illud ex vno latere pducis aut dilatas; aliud remanet discooper tum: sic si ad diligendum Deum pallium charitatis protrahis mundus, & caro absq; amore remanebunt. E contra verò si ad mundum inclinas amorem Deum tuum nudum & irrefrigeratum dimittes. Sed aduertendum nullam nobis irrogare iniuriam Deum, in hoc quod totum cor nostrum ac amorem nostrum sibi vindicare vellit; quinimò maximum nobis in hoc confert beneficium. Cedò dic mihi: Quam ego tibi facerem iniuriam,

August.

Ezech. 1.

Eccles. 25

Esai. 28.

1. Ioan. 3.

1. Petr. 4. Matth. 22.



in iuriam, si cum te video velle bibere ex riuo lutuoso, apprehenderem manum tuam, & dicerem: Non hic bibas vbi aqua lutuosa & foetida est, veni ad fontem quae propè est, vbi aqua pura, ac clara tanquam cristallus prodit, & illic facia sitim tuam. Num ego impedio te ne bibas? Minimè gentium. Imò volo vt bibas, sed aquas mundas, non turbidas ac lutuosas. Non te prohibet Dominus Deus tuus, vt honores quæras: ideo quippè te honoratiorem cæteris animalibus fecit, vt honores maximos habeas. Nec vetat ne vellis ditari: quoniam tuum est aurum Arabia, tuæ Orientales gemmae, & quidquid in visceribus terra gignit, tibi parturit. Nec prohibet à te voluptates: quoniam maximas tibi tenet paratas delicias, & ideo à principio statim te in paradiso voluptatis collocavit. Quid ergo vult Deus? Vtiq; ne ex riuo foetido has haurias aquas, sed ex limpidissimo fonte, qui est Deus. Hæc enim omnia lutuosa sunt in hac vita, nec bono obueniunt cuius sunt, sed malus ea rapit iniuste. In Deo maximos honores habebis absque villa duplicitate, aut mendatio: nam vt ait Paulus: Non qui seipsum commendat probatus est, sed quem Deus commendat: non quem mundus comendat. Hic diuitiæ maximis curis annexæ sunt, illic securissimè & magna cum tranquillitate possidentur, hæc voluptates foeditatibus adiunctæ sunt; illic purissimæ & claræ hauriuntur. Vnde Augustinus in confessionibus ait: Quære quod quæris, sed non vbi quæris. Quære honores, sed non in mendatijs, sed in veritate. Diuitias si vellis nõ vbi fures effodiunt, & furantur, & vbi erugo & tineæ demoliantur eas quæras, sed vbi absq; his possidentur curis. Voluptates puras quære, quæ in Deo sitæ sunt. Vnde Dominus Hierem. 2. clamat, & dicit. Et nunc quid tibi est cum via Egypti, vt bibas aquam turbidam? Et quam tibi irrogarem iniuriã, si quia frigidam habes manus accederes ad me, & velles illas cū meis confricare quas calidas ab igne cui accesseram habeo: si te potius ad ipsum ignem deferam, vt ibi pro libito calefacias? Ignis enim per se calidus est, manus autè meæ per participationem. Deus est bonus per essentiam: cætera per participationem ab illo. Quam ergo tibi iniuriam facio, si te à bonis participationis abstraho, vt ad ipsam essentiam boni accedas? Si tibi guttulas aufero, vt ad abyssum bonitatis peruenias? Ad caminum ignis accede, vbi perfectè calefiat: Deus enim

Genes. 2.

2. Cor. 10.

August.

Matth. 6.

Hierem. 2.

simile.

Hebr. 12.

noster ignis consumens est. Quid per bona participata vagaris. Accede potius ad illum à quo omnia procedunt bona. Ab ipso enim Angelus suam pulchritudinem, Sol claritatem, Luna speciositatem, coelum suum mortuum, terra suam communicat stabilitatem. Quære quod quæris, sed nõ vbi quæris, &c. Ecce vnam Cherubin alam, quæ supremum obiectum tangit quod est Deus. Aliam explicemus, quæ proximum signat. secundum autem (ait) simile est huic. Diliges proximum, sicut teipsum. Diuus August. ait, quod in hoc præcepto supponitur amor sui ipsius: nam ad hunc proprium amorem non erat necessarium præceptum, ad quæ natura ipsa toto impetu nos impellit; imò potius freno quod nos detineat, quam calcaribus quæ nos instigent, indigemus. Dicit ergo Dominus: Diliges proximum tuum, sicut teipsum, hoc est, simili amore dilige proximum, quo teipsum diligis: nec vult dicere Deus (vt Augustinus docet) quod tanto amore diligas proximum, ac teipsum diligis. Ordo quippè charitatis exigit, quod prius tibi bonum vellis, deinde alijs, & quod tibi necessarium est non teneris alteri tribuere; quinimò si vt extraneo elemosynam tribueres, tibi, domuiq; tuæ necessaria demeres, peccatum est & mortale: quoniã charitas benè ordinata à semetipso procedit, & amabilia ad alterum ex his, quæ sunt ad nos. Igitur non eadem mentis amoris, qua te diligis, debes proximum diligere, sed simili, hoc est, quod quæadmodum non vis quod quis tibi malum inferat, nec tu alteri nocere debes: lex autem naturalis hæc est, vt quod tibi nõ vis, alteri ne facias. Primum principium practicũ legis naturæ hoc est, quod nullus, nisi ex industria, ignorare potest. Vis vt alter tibi benefaciat, te honoret: vade & tu fac similiter. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines (ait Dominus Iesus) & vos similiter facite illis. Vel sicut teipsum, vt intelligas facilitatem præcepti, hoc est aliũ, sicut te ipsum, utro tu, similem tui, eiusdem conditionis ac naturæ tecum. Vnde & per Esaiam Dominus nos hortatur ad benefaciendum proximo, dicens: Carnem tuam ne despexeris. Nam vt tuam debes reputare, quæ proximi est: cum eiusdem speciei sit cum tua. Vel sicut teipsum, Hæc enuntia q̄ te amas à ti mismo. Cùm amor proximi in tuum commodum redundet. Circà quod aduertendum est omnes homines, & præcipue Christiani vnum corpus efficere, & adiuicem omnes esse membra.

August.

Luc. 6.

Esai. 58.

membra. Nam vt ait Paulus: Omnes vnum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra. Et sicut vnus membri bonum in totius corporis bonũ cedit (quarè tanta cura quodlibet etiam minimũ membrum procuratur) sic hac admirabili analogia de nobis philosophandum est. Nam cum omnes simus alter alterius membra; alterius bonum in meipsum redundat: & malum similiter mei proximi, me tangere debet. Bonum quippè pauperi est, quod diues bona temporalia possideat, quibus suæ indigentia subueniat, & expedit ignorantia quod Sapiens sapientior fiat: vt illum doceat. Imbecillis opus habet, vt fortis viuatur, vt illum à violentijs maiorũ defendat. Infirmo conuenit vt sanus in salute conferatur: vt sibi in sua ægritudine medeatur. Sic in bellis videmus, quod aliũ alium defendit. Defendendo quippè seipsum, & hosti obuia eundo: alium etiam ex consequenti defendit, & alium defendendo, seipsum defendit, & pro alie pugnando pro se pugnat. Nam si vnum & alterum, & plures interficiunt hostes, & te etiam interficient: quoniam vires tuæ minuuntur, quæ simul cum alijs maiores erant. Itaque diligere alium, est teipsum diligere, propter alterutrum bonum, quod sibi inuicè conferunt amici. Similiter damnum proximi tui, tibi etiam cedit in malũ. Nam si diues indigerit, quis tibi, o pauper, benefaciat? Et si deficit sapiens, quis ignorantem docebit? Et si fortis, aut sanus perirent, quis adiuuabit imbecillum? Quis curabit ægrotum? Quarè damnum quod inferre vis proximo tibi inferre, vt experientia constat. Si proximum occidisti, vide quot mala tibi & domui tuæ ob hoc euenerunt. Patriã, rem familiarem, consanguineos, amicos, & omnia bona amisisti, præter ea quæ tu ipse in teipso pateris. Inuidus sibi potius nocet, quam alteri. Scriptum quippè est: Sicut tineæ vestimento, & vermibus ligno: sic tristitia viri nocet cordi. Prouer. 25. Per tristitiã autem inuidiam intelligit sapiens, quæ est tristitia de bono alieno. Tineæ quippè ex panis nascitur, quæ tamen ipsa corrodit, & terebrat. Vermis ex ligno gignitur, & ipsam lignũ exedit, & consumit. Inuidia, & mala voluntas ex corde tuo gignitur: quod tamen te prius corrodit, & affligit. In tua domo odiũ proximi oritur: & ligna domus tuæ terebrat, & consumit. Vnde & Job. 4. dicitur: Quotò magis, qui habitat domos luteas, & terrenũ habent fundamentũ, consumuntur

Roma. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Prouer. 25.

Job. 4.

Tom. II.

velut à tineæ. Per terrenũ autem fundamentum humanos quosq; respectò intelligit. Nã quia vanus es, & te vindicare manibus proprijs appetis, te ipsum omnino perdis, at que consumis. Aliorum res minuere volunt, & proprias suas omnes amittunt. Aliorum pallium rumpere volũt; sed prius suum à tineæ corroditur. Terebrare alienã domum nituntur, & tamen suam prius ditunt. Quemadmodum qui in alium viperam proicere satagit, prius ab ipsa mordetur, & veneno inficitur. Vnde Paul. Gal. 5. dicit: Omnis Lex vno sermone completur: Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Quod si ab inuicè mordetis & comeditis, videte ne ab inuicè consumemini. Nam sicut qui comedit panem per buccellas, paulatim illum consumit: sic si modò vno damno afficis proximum, & ille te alio, & rursus tu illum, ille iterum te damnificat; paulatim consumemini. Iudicem perquisitorem quem vocatis, contra proximum vocas; ille res tuæ ciuitatis rapit, & alius alia vice plures: & sic tu & conciuies tui consumemini; & sic per Symbola vnus alterum deuorabit. Videte ergo, ne si ad inuicem comeditis, ab inuicè consumamini. Memini me concionem hanc habuisse in populo quodam, in quo duæ factiones vigeant: quibus & dixi ex parte Dei, q̄ Respublica illa dissipada erat iuxta verbũ Dñi. Omne Regnũ in seipsũ diuisum desolabitur. Quid enim sunt cotus ac cõcilia vestra, cum in senatum venitis, nisi corpus quoddam monstruosum duorũ capitum; quorum vnum alterum mordet. Vna facies duorum vultuũ, duæ contradictoriæ in vno subiecto, ita quod id quod vna affirmat, altera negat, nec vnquam in vna re conueniunt. Corpus duorum capitum, & capita inter se inimica. Corpus duorum spirituũ sibi inuicem aduersantium. Albi & nigri. Guelfi, & Gibellini. Hoc ergo non laudabile, sed vituperabile valde est; libet pclamare aduersus vos, & dicere: Infelix ciuitas, miserãda Respublica, miseri & incole eius: quæ diũ absq; casu grandi stare non potestis. Igitur adimpletio Legis est diligere proximum sicut te ipsum, id est, ea charitate & veritate, qua te ipsum amas. Nec enim inuicem diligere, est simul colloqui, & alterutrum visitare: si corda hostilia & aduersa sint, amor quippe in corde radicatur. Dilige (ait) per affectionem, non per loquutionem. Iuxta illam Ioannis sententiam: Fratres diligamus non verbo, nec lingua, sed opere & veritate.

simile.

Ad Gal. 5.

1. Ioan. 3.

bb

Nam



Nam manus nonnunquam oscularis, quas velles cernere truncatas. Quid enim consequentia habet salutare inuicem, & mordere inuicem? Hanc Iudae pacem voco ego, & illam quam Iob dedit. Amasse, dicens: Salue frater, & gladium per illa immisit. Alij autem tanquam traditores insidij sibi vindictam parant, sicut dixit ille alter: qui cum indutias trium dierum cum hostibus pactus fuisset, in ipsa nocte hostes imparatos aggressus fudit, & occidit illos, dicens se de diebus non de noctibus pactum fecisse. Quod factum cum aliqui ei improperassent, respondit: Vbi leonis pellis non attingit, oportet additamētum ex vulpe illi consuere. Volens dicere, non fortitudine, sed astutia pugnandum ab ignavis, & imbecillibus. Hoc autem infamia maxima est, quae tamen iam non tantum habetur, sicut olim. O misera tempora!

Alia moralitas seu concio. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Omnis Lex diuina in amore includitur: quoniam Deus in actionibus suis se habet ad modum agencium naturalium, quae nituntur suam inducere similitudinem in rebus, circa quas operantur. Quare generatio naturalis omnium rerum generabilium quadam vi ac coactione fit. Nam vnum contrarium aduersus aliud pugnant, contendit illud vincere, & a subiecto expellere, & suam ibi formam introducere. Quare Philosophi dixerunt: Omnia secundum litem fieri. Nam quemadmodum cum Rex alteri bellum inferit: hoc vult ut alterum ex suo Regno expellat, sibiq; usurpet Regnum illud, & suum imperium ibi introducat altero expulso: sic res naturales generantur vnum contra aliud contrarium dimicando, ut vno expulso alterum in subiecto illo introducatur. Exepli gratia. Ignis est calidus, terra autem frigida: si ignis in terram operari incipit, hoc intendit frigiditatem terrae expellere, & calorem suum introducere. Tantum autem potest incrementum calorem in terra, & ad talem gradum caloris terra deuenire; ut cum illo non possit compati formam terrae, & introducatur forma ignis: & sic terra vertatur in ignem. Corumpitur forma terrae, & eius frigiditas, & introducitur forma ignis, & eius caliditas. Simili modo videtur Deus in operibus gratiae procedere. Deus est amor, secundum illud, Deus charitas est, & per consequens est ignis, & tantae actiuitatis ignis, ut omnia in se convertere velit, ut Deuteron. 4. scribitur: Deus noster ignis consumens est. *D. Diony.* Haec est enim actio Dei (ait diuus Diony-

sus) omnia ad seipsum convertere. Ergo cum Deus ignis ardens sit, homo autem terra frigida, maxime postquam Deus dixit illi: Terra es & in terram ibis, hoc est, *Genes. 3.* *En esse que eres te conuertiras.* Operatio autem contrariorum est per contactum: tangit Deus terram per sua beneficia, & incipit calefieri, tangit hominem magnis illum beneficijs afficiendo, & incipit illum ad suum amorem disponere, qui ignis est. Beneficia quippe maxima incentiua amoris sunt. Nam ut Philosophus ille dixit: Qui inuenit beneficia, vincula adinuenit, quibus corda hominum caperentur, & sic dicitur in nostro modo loquendi, *Daduas quebrantan penas.* Quare hoc primo contactu suorum beneficiorum coepit calefacere terram, secundum illud *Psal. 143.* Tange montes, & fumigabunt, hoc est, si hominem tuis afficis beneficijs, ardebit & fumigabit, id est, insignia proferet tui amoris. Et cum Deus perseueret terram suis beneficijs adimplendo, quod nec per momentum quidem a beneficiando cessat: tunc demum contra hominem praevalefcit, & illum beneficijs deuietum ad se trahit. Et sicut expulsa frigiditate introducitur calor: ita expulsa inimicitia amor Dei in corde generatur. Sic enim & per Sophoniam *Sophon. 3.* Prophetam Dominus dixerat: In ignem zeli mei deuorabo terram, hoc est, hominem qui terra est, per amorem deuincere debeo, & in me illum convertere: sicut qui deuoratur conuertitur in eum qui deuorat. Et ad hoc venit Dominus in mundum triginta & tribus annis, terram suis beneficijs tangendo: ut eam per amorem in se conuerteret, ut ipse *Luc. 12.* dixit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? Semper nouis beneficijs insufflando & incendendo illam: ideo ergo legem amoris coactiuam nobis imposuit: ut sic nos cogeret ad recipiendam formam sui amoris. Hic autem amor in duo secatur subiecta distincta, nempe in Deum, & in hominem. Per Dei amorem comprehenditur amor caelestium, & per hominum dilectio terrenorum: nam caeli, & terra vult Deus ut hoc amore liquefiant. Deus autem praecipuum amoris obiectum est, quod omnibus rationibus amabilissimum est. Proximus vero, vel creatura hoc amore digna non est per se ipsam, nisi quantum in ea aliquid diuinum participatum splendet. Solus quippe Deus per se summè diligibilis est, cum nihil habeat quod in se

in se non comprehendat omnes rationes bonitatis, & pulchritudinis, quae sunt amoris obiecta: creatura autem nihil boni in se habet, nisi quod a bonitatis fonte, qui est Deus communicat, & per consequens hoc solum in illa diligibile est. Quare amor creaturae mensuram habet: quoniam in ea hoc solum quod a Deo habet, amari debet: amor autem Dei est sine mensura; quoniam quidquid in Deo est summè bonum est, ac proinde summè diligibile. Quare Sponsa illum totum desiderabilem vocat: nihil enim in Deo est quod non appeti ac desiderari debeat. Hinc fit quod in amore proximi statuitur modus, cum dicitur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum, hoc est, ad mensuram tui met, ad similitudinem amoris quo teipsum amas. In amore autem Dei modus iste non ponitur, nec alius; sed iubemur Deum diligere ex toto corde, & ex tota mente, anima, & viribus, hoc est, omnibus nostris potētis, quae sunt principia nostrarum operationum. Potentiae fontes sunt, ex quibus nostrae manant actiones. Si ergo fons ad Deum dirigitur: & quod ex eo fluit ad Deum tendit. Dilige ergo Deum ex tota mente, fumendo mentem pro intellectu, qui est primus fons & radix libertatis hominis. Prius enim res tanquam bona ab intellectu cognoscitur, quam a voluntate ametur. Nihil enim est volitum, nisi sit praecognitum. Et ex toto corde, hoc est, ex tota voluntate, quae ceteris imperat potentis, & ex tota anima, ex qua corporales operationes tanquam ex radice profluunt: & ex omnibus viribus (ut alibi dicitur) quae sunt instrumenta & organa exteriora, quae tanquam secundaria principia ad corporeas operationes concurrunt, sicut lingua ad loquendum, oculi ad videndum, pedes ad ambulandum. Quippe omnia haec ad diligendum Deum debent dirigi, vel saltem nihil contra Dei amorem operari. Imò & vocabulum Hebraicum, quod est in Deuter. 6. significat vehementiam, hoc est, magna cum vehemētia vires tuas debes in Dei amore ordinare. Verum est quod quidam Doctor Neotheticus, cui ego subscribere volo, ait, solum primum pertinere ad substantiam praeccepti, nempe diligere Deum ex toto corde tuo, hoc est, ex tota voluntate: cetera autem ad maiorem expressionem, & vim praeccepti adhiberi. Veluti si ego tibi dixissem: Tu debes mihi obsequi, & in mea comoda ferri. Et postea addere, dicens: Omnia tua membra, oculi, manus, & pedes mihi seruire debent. Certum est om-

nia in illud quod primo dixi contineri. Sic in eo quod dicitur: Dilige Deum ex toto corde tuorum: cetera potētiae includuntur, quoniam si voluntas in Dei amore fertur ceteras post se rapit potētias ad motum suum. Sicut & primum mobile alios caelos: cetera autem vim & energiam huius praeccepti exprimunt. Iustissimè autem Deus totum cor sibi postulat: quoniam cum Deus vnus sit, nullam patitur diuisionem in corde quod eum debet diligere. Quare in praebulo Legis, antequam praecceptum hoc exprimeretur, sic dicitur: Audi *Deuter. 6.* *Israet Deus tuus, Deus vnus est.* Et postea dicit: Diliges Dominum ex toto corde. Ac si diceret: Vnus est Deus: ac proinde vnum cor integrum, totale, indiuisum exigit. Nam si plures essent Dij, deberes cor tuum & amorem tuum inter illos diuidere: nunc autem vnus est Deus, vnum ergo cor, vnum amorem, integrum & indiuisum imperat: quoniam sic ei debetur. Ideo autem exigit cor: quoniam principium est omnium humanarum operationum, & quoniam cor humanum maxime ad amorem aptissimum est. Primum id ex ipsa humani cordis complexione patet. Est enim calidum & siccum, quas qualitates habet ignis, cui amor comparatur. Quare non magis naturale est igni comburere, quam cordi hominis amare. Hinc quidam grauis Doctor, qui Hugo Carrensis dicitur, ait: Vita cordis amor: & ideo impossibile est quod ignis absque calore persistat. Hinc & Psalmista dicebat: Concaluit *Psal. 38.* cor meum intra me, hoc est amore inflammabile. Ex hoc autem quod cor est calidum & siccum: oritur quod sursum tendat. Calor quippe eleuat res. Nam si calor dominatur alicui rei, sic eam leuè reddit, ut statim alta petat; ut in papyro combusta videre licebit. Sic & cor alta cupit. Quod etiam confirmat continuus motus cordis, quo sursum tendit, ac saltat. Vnde & Paul. ait: Quae sursum sunt, *Ad Colos. 3.* quae sursum sunt sapite. Homines autem cor suum aggrauant, atque ad ima propendunt: quos David redarguit, dicens: Filij hominum, vsquequod graui corde: Habemus autem cor sursum amplum & apertum, subtile clausum & strictum: quoniam tanto illud ad superiora aperire & extēdere debemus, quantum ad inferiora claudere & stringere. Hinc *Esai. ait:* Mirabitur & dilatabitur cor tuum. Et habet *Esai. 60.* semper os apertum ad caelum, ad ostendendum quod haec quae inferiora sunt, non valent satiare, nec adimplere illud: sed semper remanet os apertum, hoc est, appetitus ac desiderium ad maiora auidum. Hinc Bernardus ait: Capa- *D. Bern.*

Cant. 5.

Psal. 143.

Sophon. 3.

Luc. 12.

Deuter. 6.

Simile.



cem Dei rationalem animam, quidquid Deo minus est non implebit. Cor ergo sic preparatum totum perit diuinus amor. Nam cum illo sit plenum cor statim diffundit eum per reliquas animae partes ac recessus. Vnde & Paulus ait: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Ideo quippe dicitur in cordibus nostris diffundi: quoniam ex corde ad ceteras animae potentias deriuatur, sicut aqua quae per aquaeductus fluit recepta in arca lapidea: inde ad plures alias partes deriuatur. Sic charitas in arca cordis recepta ad ceteras partes fluit, hoc est ergo primum & maius mandatum in Lege.

Ad Rom. 5.

simile.

Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Simile dicitur, non solum quia praeceptum amoris est, sicut primum: sed quia eiusdem amoris est. Eodem quippe amore quo Deus diligitur, debemus & proximum diligere, hoc est, amore charitatis in ordine ad beatitudinem. Nam praeceptum hoc in Euangelio positum, debet secundum doctrinam in eo positam considerari: & amor qui in Euangelio nobis proponitur, est amor charitatis, qui altior & diuiniior alijs dilectionibus est: quippe qui fundatur in communicatione beatitudinis. Circa quod sciendum, quod quaelibet amicitia fundatur in aliqua communicatione. Amicitia enim eiusdem familiae fundatur in illa communicatione, qua se inuicem communicant sub eodem patrefamilias, viuentes & comedentes, & comoda illius familiae experientes. Vnde in ordine ad hoc se diligunt bona sibi inuicem in illo ordine communicantes. Amicitia militum fundatur in communicatione militie, sub eodem Duce, & vexillo militantes. Vnde in illo ordine sibi inuicem comunicant victoriam, desiderantes quod quilibet recte in militando se habeat. Idem & de alijs amicitijs dicendum est. Amicitia autem Christianorum Angelorum, & Dei fundatur in communicatione beatitudinis: quoniam Angeli & homines in illa felicitate beati erimus, in qua Deus ipse beatus est. Christiani autem homines potissime propter maiorem familiaritatem quam cum Deo gerimus, nam capaces beatitudinis omnes homines sumus: iam non estis hospites & aduenae (ait Paulus) sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. Familiares quippe sumus Dei in sua familia, & domo viuentes concines, & conuerfari sanctorum effecti, cum in hac Dei ciuitate viuamus, quae est Ecclesia, sperantes & illam, in qua ipse cum suis sanctis inhabitat. Cum ergo amicitia

Ad Eph.

nostra in hac communicatione fundetur in ordine ad illam nos debemus diligere, idque inuicem expetere: ut simus tandem cum Deo beati, & hic nobis gratia eius pueniat, quae medium est ad tantum consequendum finem. Nam amor proximi debet a Dei amore deriuari. Hoc est enim quod dicitur. Secundum autem simile est huic: quod Ezechiel, cap. 8, vidit (ut supra retulimus) prunas igneas quae erant inter Cherubin in terram mitti: quoniam amor Angelorum & coelicolarum est quem voluit Dominus accendere super terram, hoc est, amorem illum charitatis, quae significat amorem charum super omnes amores praecellentem, & pretiosiore (id enim charum significat, quod alijs pretiosius est) scilicet, ut nos diligamus in ordine ad beatitudinem, sicut & beati se amant. Et ideo hoc praeceptum vocat suum Dominus Iesus, cum Ioan. 13. dixit: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Nam quantum ad substantiam in lege naturae positum erat hoc praeceptum de dilectione proximorum: quantum ad modum vero est proprium Christi, ut nos inuicem diligamus, sicut ipse dilexit nos, hoc est in ordine ad beatitudinem: ita quod bona temporalia etiam in ordine ad hunc finem eis debemus desiderare, saltem quod nullum bonum eis occasio sit offendendi Deum. Et ita debet teipsum diligere in ordine ad beatitudinem: quare dicitur tibi, ut diligas proximum tuum, sicut teipsum. Et hanc Rempublicam voluit Deus his institutis amoris in terra condere, quae maxime caelesti esset similis: & eius statuta & leges essent amoris, quae nunquam ab hominibus abiret, sed ut semper hic ignis arderet in terra. Deus praecipiebat, ut ignis nunquam extingueretur in templo, quem sacerdotes quotidie lignis oliuae pascerent. Oportet enim ut hic ignis amoris semper inter Christianos ardeat, quae operibus misericordiae (quae per ligna oliuarum significatur) debemus pascerere, ac sustinere. Quomodo ergo poterit ignis conseruari sine huiusmodi lignis? Aut quomodo suadere mihi poteris, te habere charitatem; nisi haec eius proferas insignia? Non video suum, nec flammam, nec scintillam, quo signo credam quod inter sit iste ignis? Nunquid potest aliquis abscondere ignem in sinum suum, ut vestimenta illius non ardeant? Hinc & Ioannes ait: Si quis viderit fratrem suum necesse habere, & clausurit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in illo? Et Iob. 6. dicitur: Qui au-

Ezech. 8.

Ioan. 13.

Leuitic. 6.

Prover. 6.

1. Ioan. 3.

fert

Luc. 12.

1. Tim. 1.

2. Tim. 13.

fert misericordiam ab amico suo, timorem Domini dereliquit. Ignem veni mittere in terram (ait Dominus) & quid volo, nisi ut ardeat? Hoc autem fiet pascendo illum lignis oliuarum, hoc est, hisce misericordiae operibus. O Christiana pietas, charitatis filia, propria hominis Christiani virtus, ubi non est? Quomodo absisti? Non enim te omnia circumpiciendo video. Vbi sunt misericordiae operas, in quibus Christi fideles exerceri solebat, tum ignis iste in templo Dei ardebat? Quoniam ligna tunc oliuarum erant, quibus ignis ille pascebatur. Modò nec ligna video, nec ignem lucere perspicio, nec pietatem, nec charitatem intueor; sed adimpletum video quod de nouissimis temporibus Paulus dixit: Quod erunt homines amantes seipfos. O fidelis Christi coetus nunquam pauciora opera misericordiae inter Christianos, quam hisce temporibus visa sunt. Quare mihi satis suatum habeo hypocrisis modò maxime in mundo vigere: quoniam cum charitatis opera non appareant, multi iustorum nomine gaudent; imò inuenietis nonnullos, qui nec fragmen panis pauperi unquam porrexerunt, nec pauperes ad ianuam eius villos intuearis, sic illos iam a se profligauerunt: & tamen inter magnos seruos Dei ab imperito vulgo numerantur: quoniam non intelligunt veram Christianorum iustitiam; in charitate & operibus eius potius consistere. Et forsitan hoc prouenit ex hoc quod quidam zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, qui nimiam adhibeant curam circa haec exteriora opera, quae ad ornatum virtutis pertinent obseruantijs regularibus plus nimio concedentes; parum autem aut nihil de vera religionis substantia, quae in charitate consistit, curantes. Id enim Pharisaeis contigit, qui totam Legem iustitiam in exteriori cultu, ac ceremonijs constituentes, grauiora Legis relinquebant misericordiam, scilicet, & iustitiam. Quod Dominus illis improperebat: & tamē haec oportuit facere, & illa non omittere. Nam licet omnia bona sint: sed maiora magis curanda sunt. Sunt enim qui splendorem hunc exteriorum virtutis, quem homines vident plus a quo procurantes; haec quae grauiora sunt obliuiscantur. Atque utinam eis non contingat quod fatuis virginibus: quae quia lampades accensas portabant, oblitae sunt oleum secum sumere, & ideo a nuptijs Sponsi exclusae sunt. Sic forte multis accidit, qui cum in manibus lampades accensas portant, hoc est, opera exteriora quae hominibus apparent summa cura & diligentia faciunt; oleum

charitatis in vase cordis non habeant, atque sic opera illa exteriora adueniente Domino extinguantur, & nihil coram oculis eius valeant: quoniam non finem, sed media potius respiciunt, & media valde remota a fine. Finis enim praecepti est charitas, cetera omnia media sunt ad charitatem consequendam: inter quae quaedam remotiora sunt ab hoc fine, quam alia. Obseruantia haec exterior ceremoniarum, quarum plura inter Christianos, sed magis inter religiosos obseruantur; media quidem sunt accommodatissima ad charitatem consequendam: conseruat quippe illam, sicut cinis ignem, & sicut folia fructus, & tanquam vagina gladium; sed remotiora media ad charitatem sunt. Si omnis in eis virtutis vis constituitur, ita quod plus nimio his attendentes medijs, de fine, qui est charitas, nihil ferè cogitant, sed affligat populum Dei in colligendis palleis, nec sacrificare illum dimittant, aut tuadeant sacrificium iustitiae, quod est charitas, sicut Pharaon faciebat. Timeo ne multi in his paralogentur, & cum in his quae homines magnificiunt se sanctos praedicare videant, tales se credant esse, seiplos in malum suum seducentes: legant sanctorum acta & videbunt, quod est plurimum in istis contulerint ceremonijs; plus tamen charitati incumbant, quam illis. Non hoc dixerim quod his sacratis vellem detrahere ceremonijs, quas saepe in magno apud me pretio habeo, imò si quos video inter religiosos illarum cultores, illos amplector, atque ex animo diligor: scio enim & expercus sum quantum utilitatis adferant ad conseruationem verae religionis: sed hoc ideo ad memoriam reuoco, ut aliquorum nimium, ac indiscretum zelum erga illas taxem, ne propter ea quae media sunt finem totius religionis obliuiscantur. Ornamenta virtutis haec obseruantia, ac praecipue poenitentiae opera sunt, tamē sicut vestis a corpore accipit calorem quae ipsa in ipso corpore conseruat; sic oportet ut & a charitate procedat haec exteriores obseruantia, a qua & calorem & meritum auspiciuntur, ut & ipsa vicissim ipsum charitatis calorem conseruent, alijs si exteriorum duntaxat fiat absque interiorum charitatis ardore frigide quaedam res erunt, absque vlla prorsus utilitate vanitatis potius, quam religionis insignia proferentes. Hinc enim & Dominus ad Iob dixit: Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter. Cum extenderit alas suas ad austrum? Cum nouas plumas desideret accipiter sibi nasci ad austrum, ventum calidum extendit alas suas;

1. Tim. 1.

Exod. 5.

simile.

Iob. 39.



cuius aura per flatus plume fecit. Ceremonia externa plumae sunt, quae corpus virtutis ornant: ergo tu alas cordis ad aultrum calidum, hoc est, ad charitatem extende, ut ab illo calore haec exteriora profluant, & nascantur. Id etiam expetebat Sponsus, cum dicebat: Veni auster, & perfla ortu meum, & fluent aromata illius. A calore quippe charitatis, iste bonus odor exterior virtutis debet prodire.

Cant. 4.

Rom. 13.

secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Paulus Roma. 13. dicit: Qui diligit proximum, Legem implevit: nam non adulterabis, non occides, non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum, hoc est, hic quasi in compendio quodam omnia includuntur. Nam, ut dicit idem Paulus, dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo Legis, est dilectio. Non enim compatiuntur amare proximum, & malum illi inferre. Si enim proximum diligis, nec occides eum, nec detrahes, nec bona eius surripies, nec aliud damnum illi inferes. Imo & benefacis illi, cum necesse sit: & tu valueris. Alias hoc esset malefacere illi, si cum eget non illius indigentiae occurreres. Sed quoniam non semper est in potestate hominis benefacere, sicut est malefacere; ideo praetermissio primo de hoc secundo meminit Paulus, in quo tamen & primum includitur. Ecce ergo concludit Paulus, quod plenitudo Legis est dilectio, & quod qui diligit proximum, Legem implevit. Nam in amore proximi includitur amor Dei: quoniam proximus non debet diligi, nisi propter Deum & amorem charitatis, quo diligitur Deus. Vnde licet proprius in amore Dei proximi amor includatur; tamen quia multi nesciebant ex Dei amore, proximi etiam amorem inferre: opus fuit ut clarius specificaretur. Quemadmodum & in principio includitur conclusio, quae ex illo inferitur: sed tamen hanc non omnes deducere valent, quoniam non sumus sicut Angeli, qui unico intuitu principia & conclusiones vident. Nos autem prius principia, deinde per discursum conclusiones inferimus; & nec hoc omnes sciunt, nisi alius eos doceat. Deus quidem omnis amoris fons est, & origo, atque principium, in quo omnis alius amor includitur, & a quo proximi amor tanquam conclusio inferitur. Nam qui Deum diligit, ex consequenti quidquid est Dei

debet diligere, ut in Hispano proverbio dicitur, quod omnibus notum est. Hoc autem non omnes deducere sciunt, & ideo oportuit, ut specificaretur. Quare & Ioannes Apostolus dixit: Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum, scilicet, in quantum est Dei. Et unum praecipuum illud vocat, quoniam in primo, secundum includitur. Vnde praecipuum de dilectione Dei vocatur primum, & aliud de dilectione proximi secundum: quoniam a primo tanquam a principio deducitur. Hinc fit quod eodem amore, quo diligitur Deus, debet diligi proximus: quoniam conclusio eandem evidentiam communicat, quam habent principia, ex quibus inferitur, & medium eadem bonitatem ac malitiam participat, quam habet finis a quo etiam tanquam a principio deducitur. Ex his ergo colligimus hanc Christianam doctrinam, quam vos docere satagimus, nempe quod si homo ametur eo amore quo Deus, non tanquam finis, non tanquam principium; sed tanquam medium & conclusio: tunc amor creaturae non poterit impedimento esse ad amorem Dei, imo illum adimplet, & extendit usque ad locum, ad quem Sphaera amoris attingere valet. Hinc Psalmista dicebat: Latum mandatum tuum nimis: quoniam usque ad proximos extenditur, licet propter te amandi sint. Et quia grandis haec materia est, eam ex suis educamus principijs. Deus principium & finis omnium rerum est, & ob hoc ex iustitia debet ei amor: nam amor vocat Psalmista sacrificium iustitiae, cum dicit: Sacrificare sacrificium iustitiae, hoc est, amoris, qui ex iustitia Deo tanquam primo principio, & ultimo fini debetur. Nam quod primo voluntas diligit, finis est (ex dilectione quippe finis media diligit.) Et quod primum intellectus intelligit, principia sunt: & amor finis participatur in medijs, sicut evidentia principij in conclusione. Itaque eodem amore diligantur finis & medium; sicut eadem ratione qua diligis salutem, diligis medicinam & alia media, nempe in ordine ad salutem. Nam quomodo potione amaram posses diligere? Nullo modo certe: quoniam ipsa per se non est diligibilis. Quomodo ergo illam diligis? Certè amore illo quo tuam salutem amas. Hic enim & potioni amaræ, & cuilibet medicinæ comunicatur. Si ergo Deum tanquam ultimum finem diligis, & cetera omnia tanquam medium; eadem dilectione qua Deum diligis, debes

1. Ioan. 4.

Psal. 118.

Psal. 4.

simile.

debes & cetera omnia diligere. Et tunc non poteris esse excessus in amore creaturae: quoniam non tanquam finis diligitur, sed tanquam medium respectu ultimi finis, qui est Deus. Quare nec impedimento erit ad amorem Dei: quoniam idem est utriusque amor, & iste quo diligo creaturam mensuratur, ut medium respectu Dei. Et ob hoc Psalmista vocat Legem Dei instrumentum musicum decem cordarum, cum dicit: In psalterio decem cordarum, psalam tibi. In instrumento autem musico pulsare cordas minores non impedit, quin maiores suum sonitum dent, imo ex utraqueque pulsatione harmonia resultat; si tamen arte pulsentur. Nam qui sine musica notitia eas tangit, nullam musicam proportionem facit, sed una vox alteram impedit. Qui autem artifex est musica, nullam in pulsando fides dissonantiam facit, etiam si omnes simul tangat. Ars autem pulsandi hoc instrumentum decem cordarum est charitas, quae doceat Deum ut ultimum finem amari, cetera autem ut medium. Si ergo hac scientia tam maiores, quam minores pulsaveris cordas, non dissona aut inconcinna erit musica, nec una ex fidibus alterius impedit sonitum. Sic enim Deus, & proximus hoc modo diligantur: unius dilectio alteram nullo modo impedit. Erit enim tunc ille amor tanquam scala Iacob, per quam Angeli ascendunt & descendunt, nec impediuntur mutuo. Ascendit amor ad Deum, & descendit ad creaturam: sed non sibi obstat alterutrum, quando amor creaturae ab amore Dei derivatur, & inferior est illo. Hoc enim est ascendere amorem ad Deum, diligere illum tanquam ultimum finem, & descendere ad creaturam amare illam tanquam inferiorem Deo. Quatuor autem docet D. Aug. in lib. de doctrina Christiana, ex charitate esse diligenda. Unum quod supra nos est, scilicet Deus: alterumque nos ipsi sumus: tertium quod iuxta nos est, nempe corpus proprium. Supremum ergo diligibile Deus est: secundo loco nos ipsos debemus diligere: & tertio id quod iuxta nos est, nempe proximum: ultimo quod infra nos est, quod est corpus proprium. Sed a supremo & primo amore, qui est Dei, alie debent derivari, & descendere dilectiones. Deus enim propter se ipsum debet diligi: alia omnia propter Deum. Ideo ergo dicitur mandatum de dilectione proximi secundum: quoniam in ordine dignitatis secundum locum tenet a primo, & in inferiori gradu debet esse respectu Dei, qui primus & principalis debet diligi.

Psal. 143.

simile.

Gene. 28.

D. Aug.

Dicitur etiam secundum in ordine: quoniam amor ordinatus a Deo incipit, & inde ad proximum derivatur. Dicitur & simile primo: quoniam eodem amore quo diligitur Deus, debet & proximus diligi: nempe charitate in ordine ad beatitudinem Dei, cuius & nos participes esse possumus. Licet etiam dicatur simile primo: quoniam id quod debet diligi in proximo similitudo Dei debet esse. Qui enim diligit Deum, ubiqueque similitudinem eius repererit, amabit illam. Divus Basilius narrat esse quoddam animal sic homini adversum & inimicum, quod ubiqueque inuenit irruit in eam, ac dilacerat, & comminuit: si ergo odium naturale tantam vim habet, ut etiam imaginem rei odio habitam abhorreat; cur amor naturalis, imo supernaturalis iste, de quo loquimur, quem charitatem vocamus, non hanc habebit vim ut imaginem & similitudinem rei amatae etiam diligat? Contrario quippe eadem est disciplina, ait Aristoteles, eadem ratio utriusque debet esse. Si ergo id valet odium naturale, cur non & amor naturalis, & supernaturalis id poterit? Idolatria in hoc amore initium habuit, ut Sapiens. Sap. 14. refert: Quod cum maximo amore pater filium, vel filius patrem in vita sua dilexisset, post mortem eius imaginem depingere faciebat, & quia amati effigiem praeferebat, adorabat illam. Tantum valebat amor, ut imaginem dilecti, sicut ipsum dilectum veneraretur. Acerbo enim lactu (ait Sapiens) dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem; & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc quasi Deum colere cepit: & constituit inter terrena sacra, & sacrificia. Sic & nos facere deberemus, habentes enim Deum nostrum absentem, qui imaginem suam in homine reliquit, illam venerari propter Deum ipsum deberemus. Cur enim amor Dei non valebit, quod amor hominum valet? Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Amo ergo in illo id quod habet Dei, nempe naturam & gratiam, & amando illum tanquam imaginem non terminabitur in illo amore, sed in rem significatam transibit. Nam ut Aristoteles docet. Idem est motus in imaginem, & in id cuius est imago: quoniam si imaginem Christi colimus non illud lignum colimus; sed id quod imago illa representat, nempe personam Christi. Sicut qui imaginem Caesaris adorat, ipsum Caesarem in illa adorat. Sic ego diligo proximum, quia imago Dei: Deum potius, cuius imago est in illo diligo. Vnde semper amor meus moderatus erit. Quare si ideo amo proximum, quia habet

D. Basilius.

Aristoteles.

Sap. 14.

Gene. 2.

Aristoteles.

similitudinem cum Deo, qui maiore simi-
litudinem cum illo gerit: magis diligendus
est. Vnde cum iustus magnam cum Deo si-
militudinem gerat: quanto iustior, tanto di-
ligibilior est. Quapropter meliores plus ex
charitate diligendi sunt. Et maioris meriti
est meliorem diligere quando cetera sunt
paria: quoniam actiones ex obiecto mensu-
rantur: & quia melior melius obiectum est;
ideo meliorem diligere maioris meriti est.
Quare Seraphin qui inter Angelos arden-
tius diligunt Deum, magis quam alij, & ipsi
diligendi sunt. Nam inter Angelos, qui ma-
iorem cognitionem habet de Deo, magis
amat Deum. Et quia altior inter Seraphin,
veluti quoddam limpidissimum speculum,
Dei cognitione ac splendore illustratur: hinc
fit, quod ardentius in profundo cordis sui
amat Deum, atque ideo perfectius etiam
hanc Dei similitudinem in se recipiat. Placuit
tamen Deo ad ostendendam sapientiam suam
aliam imaginem condere in viliori materia,
quae hanc longè exuperaret. Et haec fuit
B. Virgo Maria, cuius anima hanc diuinam
similitudinem adhuc altius ac purius quam
Seraphin recipit. De qua D. Anselm. dicit:
Decebat ut illius conceptio hominis de ma-
tre purissima fieret, ea puritate qua maior
sub Deo nequit intelligi. Et D. Bernar. ait,
Deum hanc fecisse imaginem, secundum vo-
luntatem suam, in qua sua ostendit sapien-
tiam, ex qua speculum aliud purius & clarius
eduxit: hoc fuit Iesus Christus filius eius,
qui diuinæ personæ humanam copulauit na-
turam, ut iam non homo diuinus duntaxat
vocetur, tanquam in se sigillum Dei ferens;
sed homo Deus vna eum duabus naturis per-
sona, tantam cum Deo similitudinem gerit.
Hinc summam omnium, quae diximus, col-
lige. Nempè Deum esse super omnia diligen-
dum. Deinde res illas, quae cum illo simili-
tudinem gerunt. Et quia Christus Dñs in
quantum homo maiorem cum illo similitu-
dinem habet; primo loco post Deum diligenda
eius anima ac humanitas est. Deinde Beata
Virgo, postea Seraphin, & Angeli per suas
Hierarchias; postremo homines, & inter il-
los meliores. *Sicut te ipsum, hoc est, eum men-
tura & pondere. Deus absq; mensura dili-
gendus est: nam ut ait Bernard. modus dili-
gendi Deum est sine modo diligere. Quando
cum equo ascendis per loca alta, laxas ha-
benas illi: quando verò ad ima descendis,
colligis eas. In amore Dei ascendimus, laxa-
mus ergo habenas amoris, nullum enim sub-*

D. Anselm.

D. Bern.

simile.

ibimus periculum. In amore autem proximi
descendimus: ideo colligendae sunt habenae,
ne praecipites in multa incommoda ruamus.
Dilige ergo illum non sine modo, sed sicut
te ipsum, hoc est, ad similitudinem tui ipsius.
Pro quo notandum, quod diligere est aliquem,
est velle ei bonum, & secundum quod fuerit
bonum quod tibi volo, talis erit & amor. Est
autem duplex bonum: vnum vniuersale, quod
omnibus est bonum, & semper est bonum;
quacunq; hora, tempore momento, & oppor-
tunitate, & nunquam desinit omnibus esse
bonum. Et hoc bonum est Deus. Alterum est
bonum particulare, quod nec omnibus, nec
semper est bonum: & ideo non dicitur sim-
pliciter & absolute bonum, sed restrictè, &
secundum quid habet aliquid boni; sed parum
& non omni tempore, loco aut opportuni-
tate: & haec sunt bona temporalia. Qui ergo
sibi vult Deum, & bona sua propria, qualia
sunt gratia & spiritualia bona, hic absolute
& verè se diligit: quoniam bonum quod sibi vult
est absolute & simpliciter verè bonum, imò
summum & supremum bonum, sed qui sibi
bona temporalia vult, non verè se amat: quo-
niam bonum quod sibi vult, non absolute bo-
num est, nec vndequa; verum aut integrum
bonum. In hoc loco tibi erit bonum, & alibi
forsan malum: nunc est bonum & post horam
non erit bonum. Nam (ut ait August.) licet
bonum sit aurum, licet bonae sint diuitiae; ta-
men non vndequa; & omnibus. His enim
qui bene illis vtuntur, bonae sunt; qui verò
male, malae sunt. Nunquid Aethiopes quia
albos habet dentes, albos vocabis? Minime.
Quia non dicitur albus simpliciter, sed se-
cundum quid, secundum partem, secundum
dentes duntaxat. Sic bona temporalia non
vndequa; bona sunt; sed secundum partem,
secundum aliquid & alicui, non omnibus
bona. Igitur si diligere rem aliquam, est velle
illi bonum; si bonum quod tibi vis, non est
integrum bonum, nec plenum: nec amor quo
te diligis ex toto bonus erit. Et cum contra-
riorum eadem sit disciplina; idem erit amare
vnam rem, & odio habere contrariam. Qui
ergo se diligit, non amando sibi bona spiri-
tualia, quae verè bona sunt; sed temporalia,
quae secundum quid & imperfectè bona di-
cuntur: dicitur ex consequenti imperfectè &
secundum quid se amare, odio autem se habere
simpliciter. Quare peccator, proprie lo-
quendo, proprius dicitur se odio habere quam
se diligere, secundum illud Psalmi: Qui au-
tem diligit iniquitatem, odit animam suam.

D. Aug.

Psal. 12.

Et

12. Et Ioannis duodecimo. Qui amat animam
suam perdet eam. Et è diuerso qui sibi aeter-
na & spiritualia bona vult & quarit etiam
si temporalia negligat; dicitur absolute &
perfectè diligere se, & secundum minimam
partem se odio habere. Iuxta illud quod Do-
minus Ioan. 12. dicit. Qui odit animam suam
in hoc mundo, in vitam aeternam custodit
eam. Ipse quippe verè animam suam dili-
git; qui verum bonum illi vult, imò quod so-
lum est verum bonum. Et hoc modo se dili-
gebant iusti, temporalia negligendo. Vnde
Bernardus clamabat, Domine hic seca, hic
vire: vt in aeternum parcas. Igitur supponit
Dominus, quod homo seipsum in quantum
adhuc verè bona, & tali modo debet dilige-
re proximum suum. Et quemadmodum ipse se
debet diligere, potius iacturam omnium bo-
norum temporalium pati, quam vnum ad-
mittere mortale peccatum, & bona Dei om-
nibus terrenis rebus anteferre id etiam in
proximo suo debet velle. Et hic est amor
Christianorum, amor charitatis, amor cha-
rus, amor super omnes alios amores in or-
dine ad beatitudinem consequendam, quae
omnibus alijs rebus anteferri debet. Nec a-
lium amorem potest ferre Deus. Nam ideo
Nadab, & Abiu, Sacerdotes filios Aarò in-
terfecit Deus: quia obtulerunt ignem alicui-
us. Quicunque alius amor, alienus est.
Iste est ille quo nos Deus amat, & quo nos
inuicem amare debemus. Iuxta illud Ioan.
13. Hoc est praecipuum meum vt diligatis
inuicem, sicut dilexi vos, ipse autem Domi-
nus hoc nos amore dilexit: Quare omnia in
ipsum, & propter ipsum diligi debent, secun-
dum illud Augustini dictum. Minus te a-
mat, qui tecum aliquid amat, quod non
propter te amat, & hic Amor charitatis est
vestis illa nuptialis de qua supra multa di-
ximus. Haec enim est vestis illa quae operit
multitudinem peccatorum, & de qua dome-
stici sedulae mulieris, hoc est vtriusq; Eccle-
siae militantis & triumphantis indui de-
bent. Dicitur enim Proverb. 30. Omnes do-
mestici eius vestiti sunt duplicibus. Hoc est
charitate Dei, & proximi.
Diliges Dominum Deum tuum, &c. Homo
soli Deo obligatur propter immenta ab eo
solo accepta beneficia, & quae nullus alius
nisi solus Deus illi ea prestare posset, & à
quo per singula momenta conseruatur. Sic
enim dependet nostrum esse à manutenen-
tia Dei, sicut lumen aëris à luce Solis: nā ea
deficiente confestim aër ad suas tenebras

D. Bern.

Leuit. 10.

Ioan. 13.

D. Aug.

1. Pet. 4.

Prover. 30.

Alia mo-
ralitas sen-
tencia.

Simile.

redigitur. Vnde & Psalmista dicit. Auferes
spiritum tuum & deficient, & in puluerem
suum reuertentur. Quare homo semper indi-
get Deo, & capit ab eo necessaria, & inces-
santè omnia quibus indiget, nec aliquis a-
lius potest sibi dare illa. Ex quibus sequitur
quod homo soli Deo obligatur, & summe obli-
gatur tanquam maximo & intimo amico, qui
ei in suis continuis necessitatibus, nec deerit,
nec derelinquit, eum scriptum sit. Non
te deseram, nec derelinquam. Quia ergo ho-
mo semper indiget Deo, & extreme indi-
get Deo, & continuo ab illo accipit: hinc fit
vt semper summe obligatus sit Deo. Quid
ergo debet homo pro tanta obligatione re-
pendere Deo? Nam omnis debitor aliquid
debet & qui obligatus est, ad aliquid obliga-
tur. Quoniam accepit à Deo tenetur certè re-
tribuere Deo quidquid potest, quidquid ha-
bet: imò pretiosius, amabilius, desiderabi-
lius, nobilius quod dare possit, & id meliori
quò valeat modò. Quare quidquid homo ha-
bet quod dare possit iam est totum Deo de-
bitum, & obligatum de iure naturae. Sed cõ-
siderandum est vtrum aliquid habeat pro-
prium sui ipsius homo, quod rependere pos-
sit Deo debitum & obligatione qua illi tene-
tur. Et dicendum est necessario quod sic.
Nam si naturaliter homo cognoscit se Deo
summe obligatum esse propter tot bona à
Deo accepta; ergo ipsa natura prouidere
debet ipsi homini aliquid proprium quod
soluere possit Deo debita sua. Alias obliga-
tio naturalis frustra esset, & homo anxie
praemeret seipsum. Intelligens quippe se ta-
liter obligatum Deo, & tamen nihil quod
illi retribuere haberet, in maxima semper
cura ac anxietate viueret. Velle enim & nõ
posse rependere debita: sollicitum, ac an-
xium redderet hominem. Naturale nam-
que est homini, post acceptum beneficium
illud recompensare velle. Et haec illa cura e-
rat quae animum Prophetæ sollicitabat, cum
dicebat. Quid retribuam Domino, pro om-
nibus quae retribuit mihi? Cum igitur ne-
cessè sit quod homo habeat aliquid quod
possit rependere Deo: indagandum est quid-
nam hoc sit? Et primò oportet quod id
sit proprium homini, aliàs non esset conue-
niens retributio: quia nullus verè & iuste
potest dare quod non sit verè & totaliter
suum. Nec enim id acceptabile benefactori
erit, quod alienum & non tuum sit. Oportet
ergo quod habeat homo aliquid quod sit verè & to-
taliter suum, quod sit in mera & libera sua
potestate

Psal. 103.

Ad Heb.

13.

Psal. 135.

bb 5 potestate



potestate & dominio, & quod non possit ab eo auferri aliquo modo per violentiam ipso nolente & invito. Cum autem hoc habuerit inueniet quid repēdat Deo, Nam cū Deus liberē & non coactē dederit; sed spontē, gratiosē, sine necessitate; hoc etiā modo debet ei retribui beneficium. Nempē vt id quod retribuit procedat de intimo cordis affectu. Talis autem res non potest esse aliquid extra hominem. Quia omnia quæ sunt extra hominem possunt ab illo auferri per violentiam ipso renitente: Quare non sunt verē sua, nec in sua libera potestate constituta, & per consequens, nec ex illa fieri potest recompensatio. Vtērius, nec talis res potest esse corpus hominis, nec aliquid de eius corpore, imō nec ipsa vita corporalis. Quoniā & corpus, & mēbra, & vita possunt ab ipso per violentiam auferri, quantumcunque renuat, aut contra nitatur: quare hæc non possunt beneficium recompensare, quia non sūt in libera hominis potestate. Præterea quia homo debet dare id quod optimum habet Deo, hæc autem corporalia non sunt pretiosiora, & nobiliora quæ habet homo: cū ea quæ ad animam pertinent sint meliora. Restat ergo quod talis res sit anima, vel aliquid quod sit in anima. Nec potest esse tota anima, quia aliqua eius partes coniunctæ sunt cum corpore, & indigent organo corporali, quare hæc partes non sunt in libera eius potestate, cū possint cum corpore tolli ab eo. Ex quib⁹ restat quod illa pars sit nobilior & potior in animo, quæ est separata à corpore, id est à carne & organo corporali, & nullo modo sit coniuncta cum carne. Hoc autem est liberum arbitrium, quod est res nobilissima & pretiosissima in anima purum, spirituale, in quo conuenit cum Deo, qui omnino spiritualis est absque corporea materia. In libero autem arbitrio sunt duæ partes, intellectus scilicet & voluntas. Sola autem voluntas est libera & spontanea, & in ipsa est mera libertas & dominium, & imperium, nec violentia, aut coactio ei inferri potest: quia sola domina est sui ipsius, & dominium ab illa procedit aliter non esset dominium. Habemus ergo rem quam querimus, & quam Deo referre possumus, quæ est voluntas libera, à qua procedit donum liberalissimum quod merē spontaneè tribuitur. Et hoc est amor, qui solus procedit liberē, & spontē à voluntate, hanc autem sola voluntas potest dare, & primum quod dare potest

est amor. Igitur quia amor est primum donum liberalissimum, spontaneum, & voluntarium, qui nec cogi, nec auferri potest: sequitur quod nihil habeat homo quod sit verē, & propriē suum nisi amorem: qui est in ipsa sola voluntate, quæ sola Imperatricis, ac Regina vires gerit in homine exercens Imperium, & dominium in eo. Quare amor est totus thesaurus hominis honorabilior, pretiosior, charior, & propinquior eorum quæ sunt in homine, & quæ dare potest. Iam ergo inuenimus rem, quam quærebamus, & talem qualem quærebamus, quæ non est extra hominem, sed in homine; non in corpore sed in anima: nec in tota anima, sed in nobilissima & suprema parte animæ. Ecce quid habes homo tuum, & in tua potestate, quod retribuere possis Domino pro omnibus quæ retribuit tibi. Et quia nihil aliud tuum habes nisi amorem, & totum quod habes Deo debes: Hinc sequitur quod totum tuum amorem Deo debeas, ex iure natura. Quare iure optimo totum à te exigit Deus dicens: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Deinde, quia ex parte Dei duo præcesserunt, nempe amor & dona eius, quæ exterius, & manifestē à Deo nobis proueniunt, & hæc dona præcessit amor Dei: quia nisi ipse præcessisset, nihil datum fuisset à Deo, & per consequens nihil ab homine acceptum. Ex quo sequitur quod primum donum datum à Deo sit amor, à quo omnia alia bona processerunt; secundum illud in charitate perpetua dilexi te: ideo atraxi te miserans. Et vterius, quia amor amorem poscit, & amare requirit amari ex sua natura, nec aliter satisfacit amori, nisi per amorem iuxta commune Proverbium quod dicimus (*Amor con amor se paga*) Imò conqueritur amans, nisi ei amor pro amore reddatur, hinc sit quod Deo amanti, reddendus sit amor, & quod amore amor rependi debeat: Et quia vt diximus, amor est primum donum, & fundamentum, & radix omnium donorum conuenientissimum est, vt id quod primò dare potest homo id tribuat Deo. Et quia Deus hanc ei radicem primò tribuit, eam & ipse illi rependere debet, & omnia per amorem illi dare. Et quia amor est nobilissimus, & pretiosior, quibuscunque externis donis absque vlla comparatione, id etiam quod pretiosior est in homine debet repen-

Eierem. 4

rependere Deo. Et insuper amor per se sine omnibus alijs placet, & est amabilis per se, & per se acceptabilis, per se iocundus, per se dulcis, & nulla alia per se placent sine amore. Nihil amabile, nihil acceptabile, nihil iocundum, vel dulce sine amore. Nam nec timor, nec honor, nec alia dona sine amore acceptantur. Amor autem semper est acceptabilis, nūquā refutatur, nūquā displicet, quod testatur hoc quod quantumcunque homo sit potens, diues, & plenus omni bono: semper tñ vult amari, & semper vult habere amorem, nec vnquā amorē refutat. Ex quo sequitur quod quauis Deus sit diuissimus, & potentissimus, & omni bono refertur, nec aliqua re indigeat; semper tamen amari vult, nec vnquā amorē explodit. Magna igitur & magna res est amor, qui solus per se est amabilis, per se acceptabilis, & nūquā refutabilis. Igitur sola amoris retributio est conueniens, & acceptabile donum Dei. Præterea considerandum est quod in nulla alia re potest homo respondere & rependere vicem suo creatori, nisi per amorē quamuis non ad æqualitatem. Nam si Deus irascitur homini, homo non irascitur Deo, sed expauescit potius & tremet. Si Deus redarguit hominem; homo non redarguit Deum. Quod si iudicat hominem; non iudicatur ab homine. Nam vt Iob dicit cap. 9. Si repente interroget quis respondebit; aut quis ei dicere potest cur ita facis? Qui etiā si habuero quidpiam iusti, non respōdebo; sed meum iudicem deprecabor. Sed cū Deus amat hominem, non vult aliud quam amari, & hoc solam habeat quod respondeat suo creatori. Quare amor inter res pretiosas pretiosissima est. Sed ex æquo non potest correspondere amoris sui creatoris, etiā si totus in amorem vertatur. Debet tamen totus quod potest facere, & ex totis viribus Deum suum diligere, vt in hoc præcepto mandatur. Accedit ad hoc quod amor transfert amantem in naturam rei amatae, & in dominium eius; nam res primo amata, dominatur voluntati nostræ: quare nulla res inferior debet à nobis amari. Nec enim dignum est aut iustum quod vlla res inferior habeat dominium super rem superiorem, & quia voluntas est intellectualis & spiritualis: de natura sua est superior omni re corporali; & ideo nulla res corporalis est digna amore nostro. Quare nec corpus nostrum, nec animalia, nec aurum, nec argentum, nec Sol, nec Luna, nec arbores, nec ele-

lib. 9.

menta, sunt digna amore nostro liberali, nisi in ordine ad superiora. Adde non esse æquum quod æquale dominetur super æquale: sed cū voluntas nostra sit creata, constat quod omnis voluntas creata in quantum est creata, est ei æqualis. Quare nulla voluntas creata per se primò est digna amore nostro: quia tunc haberet dominium voluntatis nostræ. Cū ergo id solum dignum, & iustum sit quod res superior inferiori dominetur, & solus Deus superior sit, ac maior omni nostra voluntate; hinc fit quod solus Deus primò & per se sit dignus amore nostro. Quare ex ipsa amoris natura concluditur solum dignum esse, quod Deus ametur per se primò à voluntate nostra, & nulla alia res. Postremò voluntas quæ res à se inferiores diligit oleum & operam perdit, eò quod nihil potest ab illis recipere; quia amorem non habent quem illi rependant, & ideo perdit suum amorem illum in illas alienando à quibus nihil potest ei retribui. Quare pauperula & nuda manet voluntas absque suo amore. Vnde cū solus Deus sit superior nostra voluntate, ipse illam nobilitat suo amore dignissimo; ac pròinde solus ipse est dignus nostro amore, & iure illum sibi vendicat totum. Ecce quibus rationibus hic amor quem ipse exigit illi debetur.

Diliges Dominum Deum tuum. Apud Esaiam cap. 10. secundum 70. legitur. Verbum abreuiatum immundabit iustitiam. Nam in hoc verbo diliges Dominum, &c. tota iustitiæ plenitudo habetur. Vnde Paulus. Plenitudo legis est dilectio. Sed notandum quod amor Dei est liberalissimus, quia gratis nobis illum dat. Nam qui ex iustitia tribuit, non dat, sed soluit. Qui propter suum non tribuit, sed seminat vt colligat. Qui solus ex amore dat, hic solus verē dare dicitur. Sed hunc amorem ex toto corde debemus dare. Ideo enim dicitur charitas diffusa in cordibus nostris; quia omnes cordis recessus occu-
pare debet. Vnde & Psalmista dicebat. *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* *Algunos echá el amor à vn lado del alma, que al menor vayben, ya fuera.* Non sic, sed centrum animæ debet possidere, in medio cordis mei. Inter vbera mea commorabitur dicebat Sponsa. *In his duobus mandatis, &c.* *Nullus in Ecclesia sterilis esse debet, sed ad minus duo charitatis germina proferre oportet, quæ sunt amor Dei & proximi.*
Iuxta

Esai. 10.

Ad Rom. 13.

Ad Rom. 5.

Psal. 39.

Cant. 1.



Cant. 4. Juxta illud *Cant. 4.* Dentes tui sicut greges tonfarum, quæ ascendunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter illos. Quem locum August. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 6. de fidelibus exponit, qui deponito peccatorum vellere in Baptismo fructus deferunt charitatis Dei & proximi. Et notandum quod omnes affines & consanguinei sumus. Hoc probat D. August. 12. de ciuitate Dei. cap. 21. & 22. Quia Eua ex costâ Adæ formata est, & dicitur, Hoc nunc os de osibus meis, & caro de carne mea. Vbi commendatur charitas, dum omnes charitatis vinculo connectimur. Et ad hoc propositam idem Augustinus Epistola. 52. citat illud Terentij dictum quod magno cum applausu à populo acceptum est. Homo sum, humani à me nihil abesse arbitror. Id est nihil humani, nihil quod ad hominem alterum pertinet credo à me esse alienum, sed reputo tanquam proprium. Experiencia patet quod aliquando fides ciuitatis ita extenduntur per musicæ harmoniam; vt vna fides tacta sit causa, vt etiam alia quantumuis non tangatur habeat motum. Ita similiter si hominum corda harmonia charitatis temperata fuerint; calamitas quæ tangit vnum proximum, etiam alium ad misericordiam pronocabit, secundum illud Pauli Cor. 11. Quis infirmatur, & ego nõ infirmior? Quis scandalizatur & ego non yrro. Et ad Ephes. 1. Iustum est me sentire pro omnibus vobis cordiali amore. Quod plus explicatur ex analogia membrorum in eodem corpore, vt supra iam diximus.

Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus dicens. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est dicunt ei David. At illis. Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum; quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, nec ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Cum Pharisæi & Scribæ tot quæstiones Domino Iesu fecissent; voluit ipse illos vicissim interrogare: vt his vltimis verbis quæ ad illos habuit antequam eum cape- rent ad crucifigendum; illos de recta fide Mesiæ instrueret. Ignorabant enim mysterium hoc quod Mesiæ deberet esse verus filius Dei; vt simul & Iudæos nostri temporis ipsis verbis David confutaret,

D. Aug. Genes. 2.

Terentius.

simile.

Ad Cor. Ad Ephes.

qui pertinaciter diuinitatem in vero Mesi- sia abhorrent, & negant. Itaque cum ad- huc apud ipsum Dominum congregati es- sent Pharisæi interrogauit eos, cuius puta- rent Christum esse filium? Eisque respon- dentibus, Davidis eum esse filium. Rursum querit. Quomodo ergo David eum vocat Dñm suum, idque nõ suo spiritu, aut spiritu erroris, sed per Spiritum sanctum, & in li- bro Psalmorum sanctorum. Qua quidem quæstione cogitandum illis reliquit Chri- stus; amplius quid futurum quam quod à Dauide erat accepturus nascendo. Alio- quin enim absurdum esset quod eum non tantum Dominum, sed suum Dominum vocet, cum non sit cõueniens vt pater suum filium vocet Dñm. Sed in huius historiz narratione Marcus & Lucas non nihil viden- tur discrepare. Nam Matthæus dicit ipsum Dominum interrogasse Pharisæos cuius fi- lius esset Mesiæ, & cum illi dixissent, Da- uid, Replisse Dominum & dixisse. Quo- modo ergo David in Spiritu eum vocat Do- minum. Marcus autem & Lucas asserunt hoc tantum quæsisse Dominum. Quomodo dicunt Scribæ Christum esse filium David? Quæ non videtur fuisse quæstio Domini ad hos Pharisæos, sed potius ad turbas à Scri- bis edoctas. Aliqui, inter quos Euthimius, dicunt bis dominum hanc quæstionem pro- posuisse, semel Pharisæis, deinde turbis. Fa- cilius tamen dici potest, cum Pharisæi à Domino interrogarentur cuius filius esset Christus, respondisse Pharisæos quod Scri- bæ dicerent esse filium David, & ideò Do- minum dixisse. Quomodo ergo David eum vocat Dominum, &c. Hoc autem tacuisse Matthæum nempe Pharisæos respõdisse id Scribas dicere, & alios duos dixisse: Quo- niam non tam compertum erat ex Scriptu- ra Christum David futurum esse filium, cum nullus sit locus qui id clarè asserat Scribæ autem fortè se iactabant sua diligen- tia & ingenio id ex scripturis eliciuisse. Sed tamen taliter existimabant Christum esse filium Davidis, vt totum à Dauide haberet nec aliam extrailiã habuisse naturã. Quem errorem confutare vult in eis declarando quod non est filius David eo modo quo ipsi intelligunt, nempe quod nullam aliam na- turam haberet, nisi eam quàm à Dauide ac- ceperat. Nam cum potuisset dicere. Cum Christus filius sit Davidis; Quomodo ergo David vocat eum dominum: maluit ta- men dicere. Quomodo ergo David vocat eum

Marc. 12. Luc. 10.

Euthimius

eum Dominum, &c. Vt intelligerent ali- ter esse filium Davidis, quam ipsi crederent. Vnde expendendum illis relinquit quomo- do testimonio Davidis constet cum illorum assertionem, & sublimiorem discat de Mesiæ, concipere opinionem. Ex hoc autem testimo- nio facile colligitur quod David fuerit suus Psalmi auctor, ac proinde aliorum, maximè eorum qui ipsius Davidis titulum præfe- runt, vt docet D. August. lib. 17. de ciuit. cap. 14. id quod ipsi Pharisæi & scribæ dum tu- lent fateri videntur. Nam aliàs respondere possent non loqui ibi Dauidem de Christo, sed de alio aliquo. Insuper Paulus Apostolus ad Hebræos cap. 2. comparationem faciens Christi ad Angelo. secundum super excel- lentiam; præsentem locum adducit, vt de Chri- sto dictum. Ad quem (inquit) Angelorũ di- ctum est aliquando, sede à dextris meis quo- ad usque ponam inimicos tuos scabellum pe- dum tuorum? Quali dicat ad Christum legi- mus hoc dictum apud Psalmistam, ad Ange- los, aut Angelorum aliquem non legimus. Quapropter vani sunt modò perfidi Iudæi, qui de alio quàm de Christo hunc Psalmum interpretari contendunt, maximè cum ille verficulus. Tu es Sacerdos in æternum secun- dum ordinem Melchisedech, nec de Dauide, nec de Ezechia, nec de Abraham, nec de aliquo alio quem isti volunt potest intelligi. Imò & nomen Thetagramaton ponitur apud Hebræos in dictione Dominus. Quare pleriq; ex Rabinis Iudæorum huc Psalmum de Mesiæ intellexerunt. Colligitur etiam ex Pharisæorum silentio, Qui respondere non potuerunt, illos ignorasse Mesiæ diu- nitatem: alioquin vero facile respondissent, secundum humanam naturam esse filium Davidis; sed secundum diuinam esse Do- minum eius. Crediderunt enim solummodo dici filium Dei Mesiæ secundum quan- dam singularem rationem præ cæteris ius- tis, Quia dicitur Psalmo. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu. Et Psalmo. 11. Ipse inuocabit me pater meus es tu. In quo sensu interrogauit illum Caiphas, an ipse esset Christus filius Dei benedicti. Non tamen intellexerunt, quod secundum natu- ram esset filius Dei. Sed aduertendum ex his verbis Psalmistæ reliquisse Dominum intelligendam esse Christi diuinitatem, non ex ea quod David vocat Mesiæ Domi- num. Cum dictio Adon qua hic in dario apud Hebræos vocatur Mesiæ communis sit etiam nominibus principatum optinētibus,

D. Aug.

Ad Heb. 2.

Psal. 11.

Psal. 2. Psal. 11.

vnde eadem dictione David vocat Saulem 1. Reg. 26. Dominum. 1. Reg. 26. Sed ex eo quod Da- uid Mesiæ vocat Dominum suum; vi- que non sic eum vocaturus si tantum esset ipsius filius, & quantus esset, si ex eo natus esset. Ceteri uero sunt etiam in veteri Testamē- to quædam loca, in quibus Mesiæ vocatur Deus, ad confundendos hos perfidos Iu- dæos. Nam Psal. 44. Apertè dicitur Deus Psal. 44. ibi. Sedes tua Deus in seculum seculi. Vbi de Regno Mesiæ fieri mentionem præce- dentia & subsequētia testantur. Rursum Esai. 7. Paruulus natus est nobis, & filius da- tus est nobis, & vocabitur nomen eius admi- rabilis, consiliarius, Deus fortis, pater fu- turi seculi, Princeps pacis. Item vocatur Do- minus nomine Tetagrammaton apud Hie- remiam cap. 23. cum dicit inter alia: Et hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus ius- tus noster. Hic enim pro dictione (Domi- nus) Hebræi habent nomen Tetagramma- ton, quod sic est proprium Dei, vt nulli alij nunquam scriptura accommodauerit. Quod autem additur. Sede à dextris meis. Intelli- ge per metaphoram dictum, cum in Deo, nec sit dextra, nec sinistra, sed secundum di- uinitatem esse inæqualitate Patris. Si enim dicere: sede ad caput vel pedes; superioritas quædam, vel inferioritas designaretur; quæ nullo modo filio respectu patris competit. Si autem secundum humanam naturam id intelligas, secundum quod Psalmista loqui- tur, significat super excellentiam quàm Deus Pater dedit Christo homini super omnem principatum & potestatem, & super omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed in futuro etiam; & quia omnia subiecit sub pedibus eius sicut Paulus expli- cat ad Ephes. 7. Et tunc hæc dicitio patris, in- telligitur factio; quia dicere Dei facere est, Nisi per hoc intelligas dispositionem, qua Deus Pater ab æterno sic facere disposuit: vt Filium suum hominem Christum ad dexteram suam sic collocaret; Et tunc per dexteram meliora & ditiora bona Dei intelligenda sunt, quibus super omnes alios beatos anima Christi fruitur. Quare hæc sessio promissio facta est Christo, nec solum ratione diu- nitatis, nec solum ratione humanitatis: sed ratione humanitatis cõiunctæ diuinitati. Qua- tenus enim homo Deus constitutus est supra omnem principatum accepitque nomen su- pra omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Cum autem dicitur: Donec ponam,

1. Reg. 26.

Psal. 44.

Esai. 7.

Hierc. 23.

Ephes. 7.

ponam, dictio donec, accipienda est quemadmodum sapè in Scripturis, non ut excludat lesionem ad dexteram, postquam aduenit præscriptum illud tempus; sed ut tantum indicet euentum huius rei certo tempore futurum, quod satis declarat Paulus cum Hebræos. 10. dicit. Sedet ad dexteram Dei de cæteris expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius: id autem fiet in nouissimo die, quando omnes hostes Christi, qui sine verbo, siue factis dicunt illud. Nolumus hunc regnare super nos, perfectè illi subijcientur digna de illis sumpta vindicta. Hoc enim tropicè significatur per hoc quod promittitur hostes eius ponedi scabellum pedum eius. Gagneus ad Hebræos. 1. ait aliquando poni pro hoc aduerbio (vt) ut est illud Psalm. 122. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, id est, vt misereatur nostri. Sic modò, Sede à dextris meis, donec ponam, id est, vt ponam inimicos tuos sub te, Hoc est, hac potestare & lesione quam tibi confero fiet, vt inimici tui tibi subdantur. *Nec ausus fuit quisquam ex illa die illum amplius interrogare.* Quia hætenus interrogabant non animo discendi sed tentandi, & videntes se semper victos euadere; non ausi sunt eum amplius tentare. Nam si ob discendū interrogassent, non ob id ab interrogando cessarēt; sed magis ad id prouocarentur. Secundò id intellige de hostibus Christi, Scribis, Phariseis, & Saduceis. Et terciò debet intelligi de quaestione inter docendum Christo proposita. Nam mox postea referuntur Discipuli ipsum interrogasse, & in Domo Capharæ postquam in manus inimicorum datus est Christus multa illum interrogauerunt. Et ex eò quod dicitur ex illa die satis constat quod etiam post illam diem Christus docuit in templo, nam si nunquam coram illis postea docuit quomodo possent interrogare illum? Non ergò quia non audiebant, sed quia non valebant, non interrogabant, si autem docebat publice in templo: ideo nõ interrogauerunt, quia non ausi fuerunt.

Cap. XXIII.



*N*on. Iesus locutus est ad turbas, & ad Discipulos suos dicens. Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisæi. Omnia ergò quæ dixerint vobis ser-

uare & facite secundum opera verò illorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt alligant autem onera grauias, & imponunt in humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificat sabbatas. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini Magister: quia Magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur; & qui se humiliauerit exaltabitur.

Pharisæos quidem, ac Scribas tanquam incorrigibiles eos Dominus iam relinquebat, sed oportebat reliquum populum admonere: ne eorum prauis moribus corrumpere-
retur. Quapropter Discipulos coram turbis admonet, ne eorum imitentur peccata. Sed ne videretur per hoc præiudicium doctrinæ eorum parare, & possint ipsum accusare, quod doctrinam Moysi quam ipsi docebat despiceret, ait doctrinam eorum cum super cathedram Moysi sedent, hoc est cū Moysi legem rectè interpretantur amplectendam esse; corruptam verò eorum vitam fugiendam. Vnde hinc per cathedram non intelligit suggestum ex ligno factum ad hoc destinatum, nam vt ex Lucæ. 4. cap. constat Christus Dominus stans in suo loco cœpit docere populum, & Esdræ. 8. Ipsi populo quem prelegit stans super gradum ligneum, quem ipse sibi fecerat ad loquendū. Et Paul. 1. Act. 13. Iesus in Synagoga dicere die Sabbati surrexit, & stans loquutus est ad plebēs: sed per cathedram Moysi intelligo ego potestatem docendi legem Moysi verè, sicut in illa veritas continebatur, quam isti Pharisæi & legisperiti habebant. Sicut cum alicui datur gradus Baccalauratus confertur ei potestas ascendendi cathedram, hoc est docendi. Vel dic quod quemadmodum Psalm. 1. Metaphoricè dicitur cathedra pestilentie, pro officio docendi pessima: ita hic Metaphoricè dicitur Cathedra Moysi, auctoritas docendi & iubendi quæ ad cultum Dei pertinent? Quæ auctoritatem in populo Iudaico primus obtinuit Moyses, & ideo ab eo nomen accepit, vt dicatur cathedra Moysi, sicut Romanæ Ecclesiæ auctoritas dicitur cathedra Petri. Sed quoniam Euangelium hoc

Luc. 4.

Esdr. 8.

Act. 13.

Psalm. 1.

hoc feria tertia post secundam dominicam in Quadragesima canitur, nonnulla super illud dicenda sunt, quæ populo prædicari possunt. Et primò notandum quod cathedra Moysi, vt statim diximus, ea est doctrina quam idè Moyses docuit & eam etiã Pharisei docebant, licet mores dissimiles essent, sed vt dicit Gregorius quod verbis prædicabant impugnabant moribus, & eis illud compete-
bat, quod Paulus de quibusdam dicit. Confitentur quidem se nosse Deum, factis autem negant. Vult in hoc magister noster Christus docere, quod dum Euangelicus prædicator, & Christianus Doctor verã & puram Euangelij doctrinam docuerit; ea toto corde accipienda est, quantumcunque ipse Doctor, aut prædicator contraria ad ea quæ docet fecerit; & ipse Doctor ratione officij semper est æstimandus. Quid enim refert quod aqua quæ per aqueductus in domum tuam intret in tuum commodum, per vasa aurea, vel lutea veniat? Sit munda & pura aqua quæ domum tuam intrat; nihil enim refert si aurea vel lutea fuerint vasa quibus trahitur. Sic si tibi puram, ac veram doctrinam prædicator docet; quid tua interest quod ipse peccator sit? Terrenus in desiderijs, aut cœlestis? dummodo ex vase, nihil vino, aut aquæ mali aduenit. Solent enim vinũ & aqua, & alij liquores ex vase ipso infici. Si ex mea malicia nihil mali adhæret meæ doctrinæ, sed illam puram doceo, & si moribus sin dissimilis nihil in hoc tibi noceo, me ipsum mea malicia perdet, te autem mea doctrina saluum faciet. Si autem malicia (quod Deus auertat) doctrinam inficit, hoc valdè timendum est. Quid tua interest quod Medicus qui cibos tibi indicit, & die à præcipit, ipse sit heluo, vel gulosus? Ipse suæ gulæ dabit pœnas, te autem sua die saluum faciet. Sic in proposito bona consilia Prædicatoris accipe, ipse autem in suis moribus tibi viderit: os eius cõsidera non manus. Cùm botrũ optime vuar inter spinas vides, ait Diuus August. tracta. 47. super Ioann. Cuius supra vt credo meminimus: Si videris inquam vuar racemum inter spinas latentem; quid facere debes? botrum carpe (ait Augustinus) & spinam caue. Sic in proposito quod bonũ est de Dõctore carpe, spinas verò ac tribulos suæ malitiæ caue. Tibi bonam carpe doctrinam illi suos malos mores relinque, nam in hac vita veritas quæ est amica Dei, inter spinas commoratur, iuxta illud Cantic. 1. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Ergò

D. Grego.

Ad Titũ.

1.

simile.

simile.

D. Aug.

Cant. 1.

tu omisis spinis flores candidos collige, similis api quæ flores in spineo eligit ex quibus dulcissima mella conficit. & spinas eius relinquit. Itaque circunda Prædicatorem sicut apes, quemadmodum Dauid dicebat. Circūderunt me sicut apes. Sic em̄ & apes spinetum circundant, vt ab eo flores legant spretis spinis. *Omnia ergò quæ dixerint vobis facite,* Intellige omnia quæ dixerint vobis ex cathedra Moysi, vel ex Euangelio. *Secundum verò opera eorum nolite facere,* Hoc est spinam caue. *Dicunt enim & non faciunt,* quod maximè vituperabile est. Monstrum enim quoddam fingit esset tale diuus Bernardus, vt supra reculimus, illum qui habet linguam magniloquam & manus remissas, sicut monstrum esset homo, qui haberet linguam sicut vnam, & manum sicut granum tritici: sic sunt, qui magna loquuntur, & parua agunt. Quod & Sapiens alijs verbis dicit cum ait. Abscondit piger manum suam sub ascella; & laborat si ad os suum extenderit eam. *No llega la mano a la boca, no dicen las obras con las palabras.* Quarè mendaces vocat huiusmodi Dominus cū dicit. Esai. 65. Nunquid non vos filij scelesti semen mēdax. Nā cū opera vestra contraria sint verbis vestris, operibus quantum in vobis est mendacia verba vestra facitis. Sed hoc damnum meum est, tuum autem commodum erit, si ex meis verbis meliõrẽ fructum quam ego carpis. Ceterum quantum ego existimare valeo, credo etiam in his verbis id voluisse Dominum. Nempè membra capiti iungere, ramos radici, & filios parentibus copulare. Ecclesiastici ac Dei ministri capita dicuntur, præcipue Prælati, populus autem fidelium membra: ipsi radices, nos rami, ipsi patres, nos filij. Oportet ergò vt membra capiti sint vnita; quatenus ab eo vitam, sensus, ac necessarias influentias recipiant. Ramos radici necesse est quod inhereant, vt ab illa sustententur: filios subordinari concedet parentibus, vt ab illis alantur, & gubernentur. Dicas ergò mihi frater, si quando reumata à capite defluunt in stomachum vel fauces, & te dolore afficiunt, nunquid ob hoc fecas à capite membra? Minimè certe, Resistis si potes ne fluant, medicinalia remedia illis adhibens; non tamen ideo ab illo seiungeris: quia sine illo corpus vivere nequit, & ab illo alia bona membra communicant (sic in proposito, si quando aliquis malus humor à calore concupiscentiæ liquefactus) omnes enim homines sumus eiusdem obligati

simile.

D. Bernar.

Esai. 65.

simile.



obligati miseris) si inquam a talibus capitibus aliquid inordinatum descenderit ad tuamque notitiam peccatum aliquod illorum pervenerit a tali damno te protege, ne te suo malo exemplo inficere valeat, nec ad te malus humor ille effluat. Ceterum non ob hoc caput deserat, a quo multa alia & ea necessaria bona comunicas, sine quibus vivere non valebis. Quinimo volo ut scias mi frater Ecclesiasticos, ac religiosos esse sensus, quibus uniuersale caput quod est Christus se manifestat, organa quibus virtus operatiua eius se pandit; sicut anima indiget his sensibus, ac organis corporis, quibus suas operationes manifestet. Nam per oculos virtutem videndi nobis ostendit, per aures vim audiendi, per nates odorandi potentiam declarat. Sic Christus quoniam capitis & animae huius corporis mystici vices gerit; ministros habet qui sensuum, ac organorum exsequuntur officia, quibus suas excellentias, ac virtutes pandit. Nam per hos suam sapientiam, per illos suam lucem, per alios suam fidem, aut miracula & dei virtutes, aut prophetiae donum declarat. Sumus enim huius animae organa, huius capitis sensus, quibus seipsum mundo manifestat. Et sic intelligendus est locus ille Pau. Eph. 1. ubi sic dicit, Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Hoc est dicere, Deus Pater Filium suum Iesum caput super omnem Ecclesiam suam constituit: Ecclesia autem est corpus eius, in quo sunt & organa, & sensus huius capitis, & haec Ecclesia est plenitudo eius; eo modo loquendi quod nunc diximus. Nam sicuti potentiae & organa sunt adimpletio animae (nam per ea manifestatur eius virtutes, ac operationes, & tunc videtur adimpleri animo, quando omnibus organis ac potentijs suas tribuit operationes quibus ipsa se manifestat; neque enim oculo virtutem videndi tribuit, & auribus vim audiendi concedit, & sic de alijs). Sic Christus Dominus qui est caput nostrum suas excellentes virtutes per ministros suos manifestat; & tunc adimpleri videtur, cum has virtutes, ac donas suis ministris comunicat. Nam per illos seipsum pandit, & tanquam per organa quaedam spiritalia haec altiora dona declarat. Qui omnia in omnibus adimpletur, hoc est: Ille qui omnia est in omnibus suis ministris se declarando adimpletur, in vno vnum, & in altero aliud manifestans donum, secundum ministeria ad quae illos elegerat. Igitur tanquam organa ac sensibus huius capitis vult Deus, ut illis appropinque

simile.

Ephese 1.

quemus, & faciamus quae docent, illis debitum tribuentes honorem. Quod si ipsi propter se nil horum mereantur, tamen ratione muneris, quod administrant & officij, quod gerunt, illos honorare debemus dicentes illis: Non tibi, sed religioni hoc est, non propter tua merita quae nulla sunt, sed ratione muneris, quod exerces, & quam representas personam: tibi hanc honorem impendo. *Alligant enim onera grauiam, & importabilia, & imponunt super humeros hominum, digito autem suo nollunt ea mouere.* Hoc praeteratos & Reges & iudices tangit. Qui multiplicibus legibus mandatis atque tributis, sic subditos onerant; ut illos subcumbere oneri compellant. Deberent illi facere quod baiali, qui prius experiuntur, an possint onus portare, & si vident quod dispar sit humeris suis illud tenuit baulare; sic illi in se deberent periculum prius facere, an ea quae subditis mandant, possent ipsi facere, & si viderint id non valere, idem de alijs iudicium habeant. Exemplo Christi Domini de quo Esai. cecinit dicens. Factus est principatus eius super humerum eius. Hoc est, quod onera principatus & regiminis super humeros suos tulit, non autem super humeros subditorum. Sicut verus pastor ouem super humerum suum portat, nec ipse onera super eam imponit. Non hic condemnare volumus leges iustas, quae a superioribus feruntur ad bonum reip. regimen pertinentes; multitudine tamen legum, ac praecceptorum onera caute euitare deberet, ne grauati subditi omnia potius dirumperent quam seruarent. *Omnia autem opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Ac si diceret. Pauca aut nulla faciunt eorum quae ipsi alios iubent facere. Quod si alii quae faciunt nimirum, ut videatur ab hominibus, vnde nec in hoc a vobis imitandi sunt. *Dilabant enim phylacteria sua; & magnificant fimbrias.* Hoc est in exteriori habitu videri volebant religiosi ac sancti. Pro quo sciendum quod Deut. 6. post praeccepta decalogi, & post maximum praecceptum dilectionis; adhortas ad perpetuam eorum praecceptorum recordationem tanquam de intulit Moyses. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur in oculos tuos. Quod nimirum literaliter intelligentes Iudei; scribebant in membranas verba illa: Audi Israel Deus tuus, Deus vnus est: aut maximum praecceptum dilectionis: Diliges Dominum, &c. aut ipsius decalogum (ut Hierony. vult) membranasque; has partim brachij alligabat, partim ligabat in fronte, quasi coronam capiti facientes, ut sepe ante oculos moueretur. *Quae moris*

simile.

Esai. 7.

Comparatio

Deut. 6.

(ait

(ait Hieronymus) quod vsque ad sua tempora per Indiam. Persiam Babyloniam feruabat Iudei. Membram autem ille sic de phylacteria, Graece phylacteria dicebantur: Id est custodia, vel conseruatoria, quae adhibetur ad sui ipsius, vel legis custodiam, Licet & Dominus illis verbis, nil aliud voluerit, quam quod legis Domini sic recordaretur, tanquam rei quae in manibus, aut ante oculos haberet, & circumferret. Pharisei hic phylacteria dilatabant, non contenti scilicet talia circumferre qualia plerique. Eadem de causa, & fimbrias magnificabant. Praecepit enim Moyses, ut Iudei in quatuor angulis palliorum facerent fimbrias Iacynthinas ad discretionem populi Israelitici, ut quomodo in corporibus circumcisio dabat signum Iudaicae Gentis, ita & vestis daret aliquam differentiam, ac vestis huius discretionem admonerentur, etiam discretam a Gentibus debere esse eorum conuersationem, cogitarentque; cuius Dei qualem suscepissent culturam obseruandam. Vnde dicitur Num. 15. Quas fimbrias cum viderint recordabuntur omnium mandatorum Dei. Color enim Iacynthinus similis est colori caeli, vnde significabat caelestem eos debere habere conuersationem; ipsosque se astrinxisse praecceptis Dei caeli seruandis. Has ergo fimbrias scribae, & Pharisei, ut alijs viderentur sanctiores, faciebant grandiores, ut Hierony. narrat, acutissimas in eis spinas ligabant: ut videlicet interdum, & ambulantes, & sedentes pungerentur, & quasi hac admonitione traherentur ad officia Domini. Tertio Dominus ostendit illorum appetitum vanegloriae in externa cum hominibus conuersationem cum subiecit. *Amant autem primos accubitus in caenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Hoc est magister mi. Non in merito D. Hieron. deplorat nos etiam tanquam miseros, quod ad nos etiam Pharisaeorum vitia transferint. Nimirum quod & apud Christianos plerique sanctitatis opinione venerunt externo habitu, quodque rebus quibusdam fidat, quae per se sanctiore non faciunt hominem; superstitiosa quaedam potius quam religiosa nimirum sollicitate procurantes. Deus nos a talibus hominibus seruet, qui nil aliud curant nisi quod hominibus appareat, & illa duntaxat vitia declinant quae homines magis aduertere solent, cum interim peiora committant. Ego nunquam prouerim sanctos, qui strepitum magnum suae sanctitatis circum

ferunt procurantes, quod ad mundi notitiam perueniant eorum ieiunia, & orationes, raptus, ut sic populus rudus, ac insipientes eos canonizet, qui nimis leuiter id facit; sanctos multos proclamantes qui peiores his Phariseis sunt. Nec sumaria quidem prius informationem expectantes. Hi ergo fictitiae sanctitatis simulatores id appetunt, quod ille poeta populo, ut placent quas faciunt fabulae, & fictiones. Videas homines sic attentos, sic pauidos coram hominibus, ut omnia attetare circumspecte vellint, nequid faciant quod oculis hominum displiceat. Quid times hominum iudicia, o vir fidelis? Nisi te forsitan conscientia tua accusat, nec quiescere finit? Nam Sapiens dicit; qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Tu autem qui duplex es animo, times ne mundus tuas fictiones intelligat? Perfectus autem vir coram Deo ambulat, illi soli placere satagens; mundi iudicia parui pendens. Sicut Paulus dicebat: Mihi pro minimo est, ut a vobis iudicer aut ab humano die; qui autem iudicat me Dominus est. Hi sunt qui onera grauiam, & importabilia, hoc est difficilia, imponunt super humeros hominum: cum digito suo nolint ea mouere. Nonne in nocte coenae Domini, cum Christi fideles in memoriam flagellorum Christi se ipsas flagellant, nonne inquam, vidisti illos qui veste illa funebri induti, flagellat super humeros portantes alijs qui se flagellant lucem ferunt, cum ipsi talia non patientur? Sic sunt illi qui alios illuminant, ut penitentiae opera exequantur, cum tamen ipsi nihil tale faciant. *Amant autem primos accubitus in mensis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Politica quidem res id exigit, quod non omnes aequales simus, sed nobiles ab ignobilibus discernantur, electi, ac religiosi a caetera multitudine discrepent, tanquam in habitu, quam in caeteris honoris insignijs. Quare hoc nec contra legem Dei est, nec hic a Christo Domino interdicitur, nam ipse Deus huius diuersitatis author est, ut ex ea pulchritudo uniuersae constaret. Nam si Ecclesiastici cum caeteris communes essent, idemque honor Regi, & plebeis deferretur, multum id recte rationi dissonare videretur. Quod ergo hic Dominus reprobat, non hoc est, sed appetitum horum temperat: quod maximum vanegloriae signum praesert. Haec enim homines impotentes appetere solent, imo & omnia tentant, ut id allequantur, & credo id hac misera etate plerumque vigere? Sic enim homi

Prou. 10.

1. Cor. 4.

simile.

Tom. II.

cc ncc



nes hodiè horum honorum, ac vanitatum cupidissimi, quod ego quantum conicere possum ex animorum pusillanimitate pro cedere credo. Olim quippè patres nostri qui nobilitatem coluerunt, in rebus grauissimis suum honorem collocabant: nempe illi plus honoris deferentes, qui preclariora facta fecisset, nimirum qui plures Mauros, aut Saracenos occidisset, sic enim & ipsi dicebant, *Mientras mas Moros, mas ganancia*, quoniam magnum lucrum reputabant preclara facinora gerere; & idèd alia omnia paruipendebant, nec attendebant, quo illum honoris titulo, an illustrem, magnificum, dominationis voce aut celsitudinis illum nuncupares: quare & ipsos Reges, nunc magnificos, nunc nobiles, nunc altitudinem, nunc mercedem, nunc vilius appellabant; quia maioribus intenti de his minimis nihil curabant. Nunc quia otium animos demissos, ac paruos fecit, & maiora oblitus estis, in istis paruis rebus vestrum collocatis honorem. Si te dominationis titulo aut celsitudinis debent vocare. Si epistola tibi missa non responderet tuæ vanitati, illam respuis, nec accipere dignaris: in rebus parui momenti honorari volens, qui in magnis iam defecisti. *Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester.* Nec hic prohibet Dominus ne in mundo sint magistri aut Doctores, cum discipuli sui magistri totius orbis futuri essent: & peculiare premium, quod aureola dicitur, pro magistris spiritualibus est reservatum in caelis. Sed quod hic nos docere vult Dominus, id est, supposito quòd ipse magister omnium magistrorum est, nemo ausus sit sibi hunc vsurpare titulum propter se, nisi quatenus minister summi magistri Christi Domini. Ità quod honor, & gloria sui magisterij, aut Doctoratus, sit illius superni magistri, à quo omnia didicimus, & accepimus omnes qui hoc officio in Ecclesia fungimur. Quod enim ego scio ab ipso est, suamque ego doctrinam non meam doceo. Mea quidem doctrina falsa aut erronea fuisset, aut saltem nihil certi docerem, sed opinabilia tantum vobis proponerem. Huius autem magisterij scientia certissima, verissima, ac infallibilis est: quippè à prima, & infallibili veritate prodiens. *omnes autem vos fratres estis.* Quare non debetis patrem vo-

bis vocare super terram: vnus est enim pater vester qui in caelis est. Fratres quidem sumus omnes quantum ad animam: hanc enim omnes nos ab vno patre qui Deus est habemus, nec enim pater carnalis illam generat, sed eam Deus de nouo eruat, & idèd immortalis est. Fratres etiam sumus quantum ad gratiam: hanc enim similiter ab vno patre qui Deus est habemus, nec pater noster carnalis illam nobis conferre poterit, sed in illa spiritali regeneratione quæ fit in baptismo illam accipimus. Itaque in his rebus quæ ad salutem nostrarum animarum attingunt, nullum alium patrem habemus nisi Deum, nam in his ille solus officium patris exercet: quare bene dicit. *Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester qui in caelis est.* Ad negotia Regni caelestis peragenda, nullum alium parentem habetis nisi me. Quare in Oratione Dominica sic dicimus. Pater noster qui es in caelis, quasi diceret ad hæc negotia caelestia te præcipue patrem volumus, & inuocamus: tanquam qui in hoc munus nullum alium in terris agnoscamus. Vndè Esai. 36. dicitur. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos, tu Domine pater noster Redemptor noster, à seculo nomen tuum. Hoc est, quantum ad hæc dona caelestia elargienda, nec Abraham, nec Israël patres agnouimus, sed te solum qui solus elargiri talia munera vales. Igitur omnes fideles fratres sumus vnus patris, ac matris filij: Dei scilicet, & humanitatis Christi, quæ tanto dolore in cruce nos peperit. Vndè Esai. dicit: Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos: Attendite ad petram vnde excisi estis, petra autem erat Christus (ait Paulus) qui magnis suæ humanitatis doloribus, nos in filios Dei genuit. Quare fratres simul cum illo sumus: licet ipse primogenitus sit in multis fratribus, vt Paulus docet, nos autem adoptati in illo, & cohæredes eius, qui morte sua ius ad æternam hæreditatem obtinuit, hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi, ait Paulus. Et quemadmodum alij fratres sub vmbra primogeniti protegentur, ac viuunt: sic & nos sub vmbra Christi protegimur, & viuimus, qui tãquã primogenitus meliora sibi accepit, ac obtinuit. Vndè & Propheta Hier. dicebat: Spiritus oris nostri Christus

Esai. 36.

Esai. 51.

1. Cor. 10.

Rom. 8.

Rom. 8.

Tren. 4.

Christus

Christus Dominus, sub vmbra illius viuemus inter Gentes. Itaque fratres omnes sumus. Secundum carnem quidem omnes homines ab vno parente originem trahimus, nempe ab Adam; sed secundum spiritum altiorem originem ducimus, nempe à Christo ex regali sanguine, ac diuina progenie, genus enim summus Dei, ait Paulus, & sic tanquam fratres inuicem nos gerere debemus omnes Christiani. Quare post resurrectionem suam nos vocat fratres Dominus, cum ad Magdalenam dicit: Dic fratribus meis. Atendo ad Patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deam vestrum. Et ad Heb. ait Paulus. Propter quod non confunditur eos appellare fratres. Et quantum ad hanc fraternitatem omnes fideles æquales sumus, eandemque propaginem habemus, eandem nobilitatem sortimur sigillis pendentibus, hoc est, Christi plagis confirmatam. Quare etsi sis diuor, ac potentior alio: memineris tamen oportet quod frater tuus, ac proximus ille est, per Christum adoptatus, qui idem ius habet ad Regna caelorum quod tu, in quo verè ac perpetuè diuinitas si te sunt. Si Moyses dicere potuit Ægyptio illi, qui rixabatur cum proximo suo. Quare percutis fratrem tuum. Quare non poterimus fideles Christi alterutrum dicere, videntes aliquos fidelium inter se rixantes. Cur contra fratrem tuum infargis? Filij tantorum patrum qui vos inuicem deberetis diligere, cur sicut hostes in alterutrum seuitis? Cur Christiani tanquam pagani vos habetis? Hanc fraternitatem Christus in mundo statuit, imò ad eam faciendam venit in mundum: quam maxime Petrus Apostolus nobis commendat dicens. Fraternitatem diligite. Hoc est, hanc fraternitatem conseruate. Et nobis mutuò dicere deberemus, quod Abraham dixit ad Loth. Ne sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Idem & fratres Ioseph, ad inuicem dicebant. Ne occidamus eum: caro enim & frater noster est. Si caro tua estis, cur carnem tuam consumis, ac percutis? Cur laceras carnem tuam dentibus tuis, vt dicebat Iob? Et sic volo ego intelligere illud quod supra Christus promissit, nempe centum patres pro vno

patre dare, & centum fratres pro vno; quoniam omnes suos fideles fratres, & patres alterutrum fecit, vt talia officia inuicem exerceremus. Sed aduersarius omnia in aduersa commutauit: nam olim dicebatur Deus est homo homini, modo autem dicitur lupus est homo homini. *Tunc iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos dicens. Super chatedram Moysi.* In calce præcedentis capitis interrogati Pharisei, quid de Christo sentirent, cuius esset filius, responderunt. Dauidis debere filiū esse: & Dñs Iesus, ex Psal. 109. Quod & Dñs Dauidis sit probauit. Quod si rectè attendimus scripturas, in eis Christus nomini Dauidis appellatur, vt supra retulimus. Nā apud Hieremiam cap. 30. legimus. Non dominabuntur eis amplius alieni, sed seruient Deo suo, & Dauid regi suo. Nimirum id de Christo intelligens. Et apud Ezechielem capit. 37. habetur. Ero eis Deus, & seruus meus Dauid Rex super eos. Similiter Osee quinto, dicitur: Quærent Deum suum, & Dauid Regem suum. Sed obquam causam dices Christus appellatur Dauid? Quoniam Dauid figura eius fuit, & fortè nullum alium inuenies, qui in tam multis typum Christi gesserit, quod vel vno exemplo monstrauius eo quæ ad propositum conuenientissimo. Dauid etsi minimus inter fratres suos; tamen in Regem Israël, est vnctus: postquam vnctionem id de eo primum refertur, quod citaredus esset, & talis vt diceretur egregius psaltes Israël. Psaltes inquam, qui solam Dei laudem, & misericordiam compositis Psalmis, & hymnis cantare solitus erat ad citharam; quod tali fide ac deuotione agebat, vt diabolus ea ferre non posset. Quapropter cum Rex Saul à spiritu nequam exagigaretur accersitus est, vt psalere coram eo; quo psalente leuius habebat Saul. Verum cum idem Saul videret Dominum esse cum Dauide, & Regnum illi obenturum ipso excluso, inuidia concitatus aduersus eum lancea illum perforare conatus est & deniq; aperto Marte illum persequi contendebat. Idem fert Christo Domino contingit, qui vnctus in Regem, & saluatorem primo cithara sua, hoc est, prædicatione Euangelij, tam dulcem sonum dedit, vt turbas ad se traheret per deserta loca, & Petrus dixerit ei. Verba vite æternæ habes, & mulier

Alia moralitas seu concio.

Hier. 30.

Ezech. 37.

Osee. 5.

Matth. 28

Hebr. 2.

Exod. 2.

1. Pet. 2.

Gen. 13.

Iuan. 6.



mulier exclamauerit: Beatus venter qui te portauit: in saper & ministri qui ad eum comprehendendū nisi fuerāt dixerunt. Nunquam sic locutus est homo, demones suo sonitu à corporibus expellebat, & quod maius est ab animabus: nam à Magdalena septem expulit dæmonia. Vexabantur quidem, & Pharisei à dæmonio, audiebant, & ipsi citharizantem Dominum simulabant se leuius ferre: videntes autem ex ipsis miraculis quod Dominus esset cum ipso, ac per hoc timentes ne ipsis abiectis Christus regnaret: iam necdum melius ferebant sed in dies peiores efficiebantur, adeo vt sapius eum concionantem apprehendere conati sint, de quibus omnibus satis in præcedentibus audiimus. Nunc igitur Christus videns se nihil proficere citharra sua, hoc est, salutifera doctrina, vt nihil intentatum relinquat qui ad saluandos peccatores venerat; in hoc capite alia via ingreditur. Incipit enim palam arguere impietatem, detegere technas, quibus populum ludificabant, & præterea sæpe in obstinatos vt horrendum intonare: non quo eos traduceret, sed vt vel confusi resipiscerent, aut saltem ex hoc alij mouerentur ne illorum errore, & ipsi decepti perirent. Quæ vna ratio est quare Euangelium, etiam ab infamia eorum non abstinet. Dixit ergo Dominus Iesus discipulis suis coram turbis. Super cathedram Moysi federunt Scribæ, & Pharisei, omnia quæ dixerint vobis facite, secundum verò opera illorum nolite facere. Hinc primum colliges locum, & dignitatem non sanctum facere hominem, sed mors, & vitam quare distinct. 40. cap. 1. in decretis dicitur, quod Episcopum oportet esse ornatum, & hospitem: Per ornamenta autem Episcopalia virtutes debent intelligi, quæ à Domino eis repromittuntur dum dicitur. Sacerdotes eius induantur salutari. Vndè in veteri testamento varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur: quia multis modis virtutum, debet splendere vita Pontificis, vt gradui conferat decorem quem ab eo non accipit: non enim loca sed vita, & mores sanctum faciunt sacerdotem. Vndè ex officio, suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem be-

psal. 137.

nè viuendi se nouerint assequutos. Quod etiam patet ex Hieronymo ad Heliodorum qui ait. Non est facile stare in loco Petri, & tenere cathedram regnantium cum Christo; quia hinc dicitur non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. Et Gregorius ait. Nos qui præsumus, non ex locorum vel generis dignitate; sed morum nobilitate innotescere debemus; nec vrbium claritate sed fidei puritate. Item hinc colligere licet sæpe contingere, vt multi audientes concionatores prauis moribus inbutos, conuertantur, & boni fiant similes filijs Iacob, qui etiam si ex ancilla nati sint, in Dei populum commemorantur, & æqualem cum fratribus hereditatem accipiunt. Multi contra qui sanctos prædicatores audiunt, minime tamen conuertantur; sed in dies peiores fiant, similes Esau qui etsi ex libera natus malus tamen fuit.

D. Hier.

D. Greg.

Quæ dicunt facite. Tria genera prædicatorum sunt, quidam qui dicunt vera, & faciunt ea quæ dicunt, & hi sunt in primo genere quos dicit Apostolus duplici honore dignos habendos esse: & quos Christus supra cap. 5. commendauit cum dixit. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum: Alij sunt qui nec vera, nec bona prædicant, nec ea opere complent, quales sunt heretici: & hi omnino detestandi sunt, & ab Ecclesia procul exterminandi, quoniam sermo eorum, vt cancer serpit. In tertia classe illi sunt qui prædicant quidem vera, & salutifera admonent: non tamen ea opere perficiunt. Et hi licet sint vituperandi, quia non faciunt quæ prædicant. Iuxta dictū cuiusdam poetæ qui sic habet.

1. Tim. 2.

Quæ culpa re soles ea tu non feceris ipse. Turpe est Doctori, eū culpa redarguere ipsum. Quod & Paulus Romanor. 2. acriter reprehendit. Qui prædicas non furandum faciaris? Qui abominaris idolum sacrilegium facis. Diogenes inter cætera præclare dicta, eos qui de virtute loquerentur, nec rectè viuerent: dicebat citharæ similes quæ sono prodest alijs, cum ipsa nec sentiat, nec audiat quicquam. Cui dicto simile est illud quod Paul. 1. Corin. 13. dixit, eum qui linguis hominum loquitur

Diogenes

simile. 1. Cor. 13.

loquitur

loquitur, & Angelorum, sed charitate est delitutus: similem esse cimbalo tinnienti, licet inquam hi vituperandi sint: tamen doctrina eorum, vtpote bona, amplectenda est, nam vt ait Chrysostomus. Qui aurum quarunt, de telluris, aut arenæ vilitate nihil disputant: sed aurum in stercore inuentum auidè amplectuntur: Sic tu reiectis prauis moribus qui nihil ad te attinent; bonam eorum doctrinam amplectere. Sicut & Virgilius cum Eaniam Poetam legebat, qui inter pessima carmina aliqua egregia dicebat, aiebat se margaritum in sterquilinio quarere. Et si ego sum malus propter meam fragilitatem; potero tamen rectè sentire, & dicere de bono. Sic Hieronymus Scribens ad Pamachium de laude Virginitatis ait: Virginitatem in cœlum fero; non quia habeam, sed quia magis miror quod non habeo. In genua, & verecunda confessio est, quo ipse carreo id in alijs prædicare. Nunquid quia graui corpore terræ hæreo, aurum non miror volatus? Nec columbam prædico, quia radit iter liquidum cæles, nec commouet alas? Dicit ergo Dominus. Super cathedram Moysi, &c. Quæ dicunt facite, &c. Augustinus lib. 4. de Doctrina Christiana cap. 27. Illa cathedra (inquit) non sua sed Moysi, cogeat eos bona dicere, etiam non bona facientes: Agebant sua in vita sua, sed docere sua, cathedra non permittebat aliena: Profunt multis dicendo quæ non faciunt: prodesse pluribus si quæ dicunt facerent. Alioquin auditores non obedienter audiunt, eum qui se ipse non audit. Vndè Apostolus Timothæum instruens, ait. Nemo adolescentiam tuam contemnat. Et vt ostenderet quomodo non contemneretur subdit, & ait. Forma esto fidelibus in sermone, conuersatione, &c. Et libr. 2. contra literas Petiliani cap. 6. Malus homo (ait) de malo thesauro suo profert mala quæ sua sunt, at cum sacramentum ministrat, non profert quod suum est, sicut cum malus Verbum Dei prædicat audiendus est: quia non quod suum est prædicat. Et Hieronymus in Epistola ad Iulianum ait. Si dixeris me non facere quod moneo, respondeo quod athletæ suis incitatoribus fortiores sunt: & tamen monet debilior, vt pugnet ille qui

D. Chryf. simile.

Virgilius.

D. Hier.

D. Aug.

1. Tim. 5.

D. Hier.

Tom. II.

fortior est. Alligant autem onera gratia, & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere. Hoc est, varia præcepta veluti in faces congerunt, siue ex scripturis, siue ex propria sua autoritate: quia noua legis præceptis addiderunt; seuerè interim, & rigidæ quæ legis sunt ab alijs exigentes, ac sibi in omnibus multam concedentes licentiam. Duplicem ergo eorum malitiam ostendit hic Dominus (dicit diuus Chrysostomus) & quia exquisitissime suos auditores viuere cogunt, & quia sibi licentiam latè viuendi indulgent, cum econtra optimus Princeps in se austerus alijs mitis esse debeat. Sic sanè Catosenior se omnibus peccantibus ignoscere dicebat, præterquam sibi ipsi: multum dissimilis illi Menio; qui carpens alios sibi condonabat omnia. Hinc Dominus apud Ezechie. capit. 34. aduersus illos pastores irascitur, qui nimiam sibi indulgentes de Grege nihil curabant, nisi seuerè eis imperare. Ait enim. Væ, pastoribus Israël qui pascebant semetipsos. Nonne Grege a pastoribus pascebantur. Lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis; Gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis quod contractum est non reduxistis, & quod perierat non quaestis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et Esai. cap. 3. ait Dominus: Ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra: Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis dicit Dominus exercituum. Remittere de rigore legis debent aliquando maiores, ne subditos tot oneribus obruant: exemplo Regis Asueri, qui aliquando virgam auream inclinabat, quasi parcens subditis, & rigorem legis ad eorum vires inclinans. Scriptum quippe est, quod qui multum emungit elliciat sanguinem. Hinc Chrysostomus in imperfecto super hunc locum ait. Si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus? Vbi enim pater familias largus est, dispensator non debet esse tenax. Vis

D. Chryf.

Catof.

Ezech. 34.

Esai. 3.

Psal. 30.

D. Chryf.

c c 3 apparere



apparere sanctus? Circa tuam vitam esto aulterus: circa alienam, autē benignus. Audiante te homines parua mandantem: & grandia videant facientem. Talis est autem sacerdos, qui sibi indulget, & ab alijs grauija exigit. Quemadmodum malus descripto tributi in ciuitate: qui se releuat, & onerat imponentes. *Omnia autem opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Omnia inquit: non hæc aut illa. Hoc vero expulit eos à charitate, & effecit vt in alieno certarent spectaculo. Nam quales quisquam deligit spectatores, talia etiam certamina suscipit hæc Chrysostomus hinc fit quod cum hypocritæ non solum qui spectat cor volunt suum esse spectatorem; sed homines qui exteriora tantum vident: ea opera dumtaxat vellint facere, quæ ab hominibus spectantur, qualia sunt externa, internis quæ Deus videt spretis. *Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.* Non malum erat hoc facere cum præcepta essent, verum illud reprehendit quod externè tantum præseferbant mandata Dei, non autem interne habebant, non ob id facienda phylacteria, vt tantum viderentur: sed vt ad memoriam reuocarēt præcepta Dei. Habemus, & nos phylacteria, hoc est, quæ admoneant nos officij nostri. Habet Episcopus mitram, baculum; annulum, pallium, &c. Habent sacerdotes tonsuram, vester sacras; ceremonias, totum quæ externum Dei cultum. Habent & religiosi sua peculiaria. Quid hæc aliud sunt, quam phylacteria? Hoc est, quæ admonere nos debent officij nostri. Id enim nomen significat, vt supra diximus. Verum quam pauci sunt, qui hoc in animo habeant: quod externè præseferunt. Magnificamus quidem externa hæc ac diligenter ostentamus: sed nihil eorum animo: gerimus, & tamen interim nobis vehementer placeamus de absoluta iustitia. *Amant primos recubitus Incensis.* Hoc tantum quærunt in prælaturis. Non cogitant de animarum salute, sed tantum vt alijs præsideant. Cæcissimi homines plusquam incimerias tenebras commorantes, qui requiem quærunt in eo officio, quod maxima sollicitudine indiget. *Et primas cathedras in synagogis.* Quid autem peius quam illic gloriam quærere aut pompam, vbi maxime omnium humilem esse oportet?

Nempè in Synagogis, coram populo? Quid faciet populus, id videns, & audiens? *Et salutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi.* Quali soli sint honore digni aut ipsi soli sapiant, cum hoc ipsi inimici sint apud Deum, quod sibi videntur maximi, & hoc ipso maxime desipiant, quod soli sapere videntur. Cætera satis supra explicuimus. *Qui maior est vestrum erit minister vester: qui autem se exaltauerit humiliabitur: & qui se humiliauerit exaltabitur.* Pluries hanc sententiam Dominus protulit volens nobis maxime commendatam esse humilitatem. Rationem autem huius sententiæ D. Thomas reddit, 3. part. quæst. 49. arti. vltim. & est hæc. Quemadmodum ille qui praua voluntate plus accipit quam sibi debitum est; meretur, vt ab eo auferatur, etiam quod suum est, & sibi debetur, sicuti Leuitic. 22. Iuuebat eum qui furatus esset ouem redderet quadruplum, & contra ille qui bona voluntate plus tribuit ex suo quam debeat meretur, vt etiam ei retribuatur plusquam sibi debitum est. Sic quia superbus plusquam suum est, & ei debetur sibi vsurpat; meretur vt è suo auferatur ei, & sic humilietur, & deprimatur ab statu in quo erat. Humilis verò quia bona voluntate, etiam ex suo videtur auferre, & minus se æstimare quam sit; meretur vt supra se eleuetur, & maiora quam ipse existimat de se ei tribuantur; & ideo superbus deprimatur, humilis autem exaltatur. Secundo, quia natura loca vacua implet, nec ea sinit villo modo vacua esse: sic quia humilis omnibus bonis se ornat, & ea reddit Deo tanquam principio à quo bona cuncta procedunt; ideo Deus vacuum illum quod ipse in se effecit donis adimplet, à quibus cum & ipse se euacuet, iterum alijs beneficijs illum afficit & sic semper illum miris modis exaltat. Et hic pileæ ludus inter humilem, & Deum cõtingit, vt semper illi Deus dona tribuat: & ipse vicissim ea Deo reddat sicut supra cap. 3. docuimus. Vnde beata virgo dicit Deum sibi fecisse magna, ita vt omnes generationes eam beatam prædicarent. Et rationem reddit hanc? Quia respexit Deus humilitatem ancillæ suæ: Superbo verò quia se repletum putat nihil confert, ne reddat: imò illum (vt ait beata Virgo) diinitit inanem. Et etiam sic Deus facit, quia operatur

D. Thom.
Leuit. 22.

operatur tanquam magnus hinc enim de eo Psalmista dicit. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos; magnorum autem est res minimas elutare, & magnas facere. Plus enim magnificentia ostenditur in hoc, quod rem minimam magnam facias: quam si magnam maiorem, effeceris. Nam hæc res antequam manum tuam adhiberes magna erat: sic ergo quia humilis se minimum facit, ad magnificentiam Dei spectat illum magnum efficere; superbum autem qui se magnum æstimat nihil facere. Hinc & apud Esai. dicitur: Minimus erit in mille. Et Psalmista ait. Quod Deus suscitauit à terra inopem; & de stercore erigit pauperem: vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Quod in Moyse exemplo nobis constat. Quem cum Deus vellet mittere ad Pharaonem, vt mirabilia operaretur ante illum, & educeret populum suum, & esset dux eius, & Moyses humiliter de se sentiens honorem illum renueret: Deus semper magis illum magnificabat, vsque dum diceret illi quod facturus illum esset Deum Pharaonis. Dum enim amplius se deprimi iustus, plus illum exaltat Deus donec illum Deum per participationem faciat, secundum illud. Ego dixi dii estis. Rectè autem dicitur, qui se exaltauerit, hoc enim est proprium obiectum superbiæ. Nam obiectum superbi, non est honor aut gloria, sed ipsemet, & affectus studium officiumque superbi totum tendit ad exaltandum te ipsum. *Et qui se humiliauerit per actiones humilitatis.* Quod si non intelligis quomodo actus virtutis sit humiliare se, oportet te discernere, & secundum ea quæ à Deo, & secundum ea quæ à te ipso habes, hoc est, secundum quod es tuus, & secundum quod es Dei. Id quod in te habes, & quod tuum est deicere debes, & per hæc te humiliare: nam perditio tua ex te. Ea quæ sunt Dei magni extimare teneberis, propter ea gratias Deo referendo. Et ideo dicitur, qui se humiliauerit, id est ea quæ sui sunt: nam ea quæ ex Deo habebat Paulus magnis laudibus extollebat. Per quo Pharisæorum superbiæm retundere vult Dominus, qui omnia sibi tribuebant. Vnde & subiungit. *Va autem vobis scriba, & Pharisæi hypocrita, qui clauditis Regnum cælorum ante hominibus. Vos non intratis, nec introeuntes*

Isai. 94.
Isai. 60.
Isai. 112.
Exod. 7.
Psal. 81.
Isai. 13.

finitis intrare. *Væ, interiectio videtur esse comminantis de malis venturis, quem admocum, heu, est interiectio dolentis, & hey, indignantis, vah, iridentis, & sublanantis.* Licet autem interiectione hæc consuetum sit vt in comminatione malorum temporalium: tamen Dominus noster non nisi in comminatione æternorum ea vsus est: eo quod illa sola habeat, vt verè mala quæ nec transeunt, nec desinunt, & animam in æternum cruciant: cætera enim damna temporalia, & transeunt, & sanantur. Sicut nec beatum quemquam prædicat Christus, nisi in ordine ad beatitudinem æternam: eo quod nulla alia meretur hoc nomen, nisi illa quæ in æternum permanens est. Sunt enim hæc ferè voces contrariæ in vsu scripturarum: vt quomodo sub nomine beatitudinis exprimitur æternorum bonorum promissio, ita hæc interiectione indicetur æternorum malorum comminatio. Et si interiectionem velimus interiectioni opponere, euge, opponere poterimus ipsi, *væ, nisi quod, euge, præsentis boni indicat gaudium, væ, futuri tantum mali damnationem.* Aduertendum in super est, quod oëties comminatur hoc, *væ, Pharisæis in hoc capite, quasi hæc, væ, contrario opponantur oëtio beatitudinibus.* In hoc primo, *væ, eis inculcat quod clauderent Regnum cælorum alijs, cum nec ipsi intrarent.* Et hoc primum faciebant impediens populum ne crederet in Iesum qui via, veritas, & vita est, & hostium per quod intratur in Regnum cælorum: nec ipsi intrabant, quia nolabant in eum credere, secundum illud. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum. Hic enim mos est hæreticorum, vt propter carnales delicias Domini nostri Iesu Christi gloriam, & maiestatem negent secundum illud Iudæ. Hi enim carnem maculant: quia Domini nostri Iesu Christi gloriam transferunt in luxuriam, dominationem eius spernunt, & maiestatem blasphemant: quia homines in dignitate constitutos & publica fungentes potestate odio semper habent, sicut & Pharisæi Christum, quem populus tanquam Prophetam habebat, & ipse docebat & reprehendebat eos tanquam potestate habes. Secundo id faciebant falsas docendo doctrinas, de quibus supra in multis locis Dominus contra eos egit. Mos quippe hæreticorum est, ipsas sacras scripturas ad suos sensus

1. ad. 7.
Iudæ.



conuertere. Nam in libris Machabeorum legitur, quod in libris factis querebant Gentiles deorum suorum diuinationes. Sic & haeretici, & prauis homines suos Deos, ibi quaerunt. Volunt enim retorquere scripturam, ut videatur suis desiderijs fauere: ut pote carnalis scripturam retorquet, ut delictijs carnis videatur fauere. Hinc Pharisei quia auari erant, & nimis cupidi bonorum temporalium; scripturam sacram ad hoc propositum interpretabantur, ut in hoc cap. videbimus. Secundo falsa docere procedebat in Phariseis ex superbia qua tumebant: existimantes se Doctores esse populi ac Legis interpretes, & standum esse suae sententiae. Sic enim, & Paul. 1. Timot. 3. ait sicut Iannes, & Mambres resistunt Moyse; sic & illi resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Vnde autem resistunt veritati, nisi inflatione tumoris sui euntes in ventos, extollentes se quasi iustos, & magnos, ut ait Augustinus in contione secunda super Psalm. 36. Sed ultra non proficient, ait Paulus. Quoniam mendacium nullo innititur fundamento, sed de eis scriptum est Psalm. 36. Deficientes quemadmodum fumus deficient. Nam sicut fumus inflatur in globum: sed dum ascendit euanesceit hinc & inde: quia vento innititur, & non habet stabile fundamentum: sic hypocritae ac haeretici, qui vani, & absque vlla ratione inflantur: facile deficient, nec proficient ultra, nec stabile fundamentum collocabunt ut ibidem, ait Augustinus, sed aduertendum quod Iannes, & Mambre de quibus Paulus hic loquitur fuerunt magi illi: Pharaonis, qui resistere voluerunt Moyse, imitantes arte sua magica non nulla opera quae Moyses virtute Dei faciebat. Sic haeretici atque hypocritae imitantes aliqua bona opera, ex his quae iusti virtute Dei faciunt, nituntur subuertere veritatem, & resistere illi: sed in signo tertio deficient hoc est, in educendo scinifes, qui quia parua sunt humilitatem significant, in qua isti superbi, ac tumidi deficient. Vel in tertio signo deficient: quia non in Spiritu sancto qui est tertia Trinitatis persona operantur, sicut iusti & veraces. Nam & Augustinus dicit quod deflectionem veritatis sequitur mendax hypochrismus. Hinc & per Hierem. cap. 23. Dominus dicit ad Prophetas Israel, qui furantur verba mea vnusquisque a proximo suo vbi Cyprianus libr. 2. Epist. 3. ait. Hoc est, eum quis de Euange-

1. Mach. 3.

1. Tim. 3.

D. Aug.

Psalm. 36.

simile.

D. Aug.

Hier. 23.

D. Cyp.

lica veritate furatur Domini verba, & facta, & corrumpit atque adulterat precepta diuina. Furauerunt autem verba Dei Pharisei: quoniam vsurpabant intelligentiam scripturarum sibi, quasi infallibiles magistri essent. Quod Dominus alibi improperat eis, quod iussissent clauem scientiae Luc. 11. cum tamen scriptum sit apud Hieremiam. Vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Vos non intrastis. Nec enim veniet in conspectu eius omnis hypochrita, ut dicitur Iob. 13. *Va vobis scribae, & Pharisei, hypochrita, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes, propter hoc minus accipietis iudicium.* Hoc est, va vobis qui comeditis domos viduarum. Per auaritiam, & crudelitatem illas opprimentes, ceu ab alijs derelictas, & orationis duntaxat per simulationem, ut videamini sancti: cum nihil minus sitis, atque hac hypochrismi dementatis ditiores viduas, ut vltro sua vobis dent Marc. 12. dicitur. Qui deuorant domos viduarum, sub obtentu prolixae orationis. Hoc est, quod illo pallio volunt cooperire auaritiam suam dicentes, se multum pro eis orare, cum tamen nec id faciant, nec id velint, sed domos earum deuorare, hoc est festinanter earum saturari diuicijs. Vnde Lucas dicit: Simulantes longas orationes. Fingunt enim se multas horas in oratione consumere, idque de se viduis mulieribus, & alijs praedicant, cum nihil tale faciant. Domos posuit pro opibus, & substantia, viduas pro inopibus, & ad rapinam expositis bonis, & simplicibus hominibus. Verbum autem deuorare, quod posuerunt Marcus, & Lucas, denotat nimiam insatiabilemque cupiditatem festinationemque; qua has suas cupiditates exercent. Nam pedes eorum ad malum currunt, & festinant, ut bibant alienum sanguinem. In hoc autem dixit Dominus supra debere cognoscere nos falsos Prophetas, nempe a fructibus eorum, hoc est, a finibus quos praetendunt. Nam fructus vltimus est quod de arbore expectatur. Si enim videris homines, qui postquam multum de religione promittunt, ac loquuntur confabulantes cum simplicibus de oratione, ac contemplatione: & postea marcupia, eorum exaurire: iam intelliges hunc esse fructum quem volebant, de quo supra cap. 6. diximus plura. Animalia quidem illa sancta manus hominis sub pennis habebant, in quo signifi-

Luc. 11.

Hier. 8.

Iob. 13.

Marc. 12.

Prover. 3.

Ezech. 14.

significabatur quod opera vitae actiuae sub alis orationis & contemplationis etiam exercebant: ipsi autem sub alijs prolixae orationis auaritiam, ac cupiditatem praetendunt; sumendo hominem in malam partem, pro eo quod carnales homines significat, secundum illud Pauli: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis contra quos Hierem. 2. dicitur: Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quaerendam dilectionem, quae insuper & malicias tuas docuisti vias tuas: & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. In alis tuis, ait, id est, in contemplatione tua, sumendo sanguinem pro substantia & alimento: & Osee. 4. ligabit eum spiritus in alis suis, & confundetur in sacrificijs suis. Et septuaginta habent Sybillarum in alis suis, postquam cognita fuerit malicia ac cupiditas eius, & sic confusione replebitur. Apocalyp. 9. depingens hypocritas ac haereticos Ioannes, eos dicit habere capillos, sicut mulieres: quoniam cum mulieribus est conuersatio illorum, si non voluptatis saltem turpis lucri gratia, vel quod communius esse solet vtrumque, praetendunt. Quare in lege veteri praecipiebatur ne indueretur vir veste muliebri, nec mulier veste virili. Hoc est ne vir, mollibus verbis, ac effeminatis, feminas seducerent; illis iniungentes virorum opera, hoc est, ut relictis foemineis vitijs, sub obtentu contemplationis velint otiose viuere & plus sapere quam feminas oportet sapere, illas tanquam magistras audientes, & praedicantes eorum opera & scripta miris modis extollentes: cum tamen Paulus prohibuerit ne mulieres in Ecclesia loquantur, sed potius domi viros suos interrogaret, quali eorum munus non esset docere, hoc enim virorum est, sed auscultare & discere: Multa hic dicenda essent nisi supra in tractatu falsorum prophetarum iam dicta essent, vide quae ibi ex Chrysostomo super hunc locum adduximus. Propterea amplius accipietis iudicium. Exaggeratio est poenae dicit Claudius Guillianus, nam non dicit grauius puniemini, sed amplius, id est grauius & prolixius supplicium & poenas luetis: quia pauperum expoliatores iniqui estis, qui non solum impletis ventres vestros facultatibus viduarum quarum necessitatibus, magis subueniendum erat, verum etiam rem impia praetextu religionis & longarum precum facitis: & Chrysost. in imperfecto, ait: Ob id dupliciter rei, primam quidem pro eo quod estis iniqui; alteram pro

1. Cor. 3.

Hier. 2.

Osee. 4.

Apocal. 9.

1. Cor. 14.

Claudius Guillian.

D. Chrys.

eo quod signentum assumitis sanctitatis. *Va vobis scribae, & Pharisei hypocritae, qui circuitis mare & aridam, & faciatis vnum profelytum: & cum fuerit factus facitis illum filium gehenna duplo quam vos.* Profelytus Graece aduenam seu peregrinum significat. Na qui ex Gentilitate veniebant ad Iudaismum, hoc est abnegata & posita Gentilitate religionem Iudaicam recipiebant ac circuncidebantur; hi profelyti, aduenae, & peregrini vernaculo Iudaeorum vocabulo appellabantur: Hos suo malo exemplo faciebant hi Pharisei damnabiles (hoc enim significat filium gehenna quasi ad dictum punitioni) duplo magis quam illi erant. In hoc autem fiebant deteriores suis magistris, quod (ut vult Hieron.) quia relictis vera Dei religione quam semel sumpserant propter magistrorum suorum praua exempla, iterum ad idolatriam reuertebantur, & ut ait D. Petrus, Melius illis fuerat si viam veritatis non agnoscerent: quam post agnitam retrocedere. Vel melius, dicuntur duplo peiores, quia solent discipuli malis moribus magistrorum instigati, praecipites suos superare malitia. Quod modo in haereticis nostris temporibus experimur: cum aliquos suis erroribus decipiant, quanto deteriores illis euadant. Vnde Chrysostom. super hunc locum in imperfecto dicit: Sic & nunc faciunt haeretici, sacerdotes, aut promissionibus corrumpunt, aut minis terrent, non propter gloriam Dei, nec de ignorantia hominum dolentes: sed aut propter auaritiam, aut gloriam vanam, ut videatur aliquos potuisse corrigere. Sed qui propter Deum aliquem vult corrigere, aut qui propter vanitatem, ex ipsis actibus docentis ostenditur. Quando enim ipse in sanctitate conuersatur, cognosce quoniam errantem propter Deum corrigere vult; si autem ipse in malis versatur, quomodo alium propter Deum corrigere valet ad bonum. Nunquid magis misericors potest esse quis alteri quam sibi? Aut qui se ipsum mergit in gurgitem peccatorum, quomodo alterum de peccatis valet eripere. *Facitis cum filium gehenna duplo quam vos.* Nam antea quidem non agnoscebant Christum, & sic non iustificabantur isti profelyti, postea autem Pharisei faciebant ipsos blasphemare Christum, & sic duplicabatur in eis iniquitas. Nam antea non agnoscentes Christum, licet non iustificarentur, non tamen blasphemabant Christum; postea vero non iustificabantur, & subinde blasphemabant Christum. Haec Chrysostomus

D. Hiero.

2. Petr. 2.

D. Chrys.

Chrysost.

mus docet. Vnde & Ecclesiastici & monachi cauere debemus, ne eos quos ad religionem nostris monitis asciscimus, postea nostris prauis moribus deteriores reddamus. *Vobis duces cæci qui dicitis quicunque iurauerit in templo nihil est: qui autem iurauerit in auro templi debitor est. Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari nihil est: quicunque autem iurauerit in dono, quod est super illud debet. Cæci quid enim maius est donum; an altare quod sanctificat donum? Quicunque iurat in altari iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in illo qui habitat in ipso. Et qui iurat in caelo, iurat in throno Dei; & in eo qui sedet super eum. Cùm hic non nominet Phariseos, & Scribas, ut in superioribus, & in sequentibus; verisimile est hic ad sacerdotes dirigere sermonem suum, quos dignitatis gratia non nominat; ut discamus etiam in vitijs carpèdis honorè præstare sacerdotibus, ne si sua delicta publicè arguantur, in contemptum populi eorum dignitas veniat. Nam hæc eorum videtur doctrina; in quorum vltus ea quæ offerebantur in templum transibant. Vel ob hoc eos vocat cæcos cùm in alijs dixisset hypocritas; eo quod hæc eorum doctrina ex magna mentis processerit cæcitate; cùm alia ferè facta ob quæ vix illis dicitur ex hypocritis processerint. Docebant autem illum qui iurauit per templum, vel per altare templi; ex vi iuramenti non teneri adimplendum iuramentum, vel ad soluendum quod iurauerat: si autem iurabat in auro templi; vel in dono quod super altare offerebatur; tenebatur adimplere quod iurauerat, ut in hoc magnificarent dona & oblationes quæ offerebantur in templo, & homines eas pluris æstimantes frequentiora, & maiora offerrent (omnia enim in suum commodum & auaritiã dirigebant). Et fortè huius cæcitatè hoc fuit motiuum, quod cùm in veteri lege præceptum esset, ut iurarent in nomine Domini; existimarent iuramenta per creaturas facta nullam inducere obligationem; adeo, ut nec ea quæ per Hierusalem, per templum, aut per altare fierent obligarent. Tamen ea quæ fierent per oblata Deo, siue in gaziphilatum templi, siue super altare, quod hæc immediatè Dei essent, & singulari ratione diuina essent magis quam templum & altare, quæ tantum propter oblationes Deo faciendas*

consecrata erant. Itaque substantia templi apud istos erat materia re mota sanctitatis; & similiter altare tanquam vas longè distans ab obligatione quæ est sancta: ut potè quæ Deo offertur. Et quod illi existimarent iuramentum per creaturas non obligare manifestum est supra capit. 5. vbi Dominus aduersus eorum errorem ea tanquam vera iuramenta verat. Sed Christus hunc eorum errorem confutat: eo quod templum maius est auro, & altare munere oblato. Nam templum sanctificat aurum; & non e conuerso. Cùm enim non omne aurum sanctum sit, sed illud quod ad ornamentum est templi, consequens est, ut ex templo sanctitatem contrahat aurum, & non e conuerso. Templum enim ipsum siue eum auro, siue sine auro sanctum est, & simile est de altari & dono; nam altare siue cum dono, siue sine dono sanctum est, donum autem sanctificatur ex altari, quia non poterat nisi in altari offerri. Sed aduertendum, quod illi Pharisei duo dicebant: Primum præferrebant aurum templo, & oblationem altari in sanctitate, & contra hoc processit prima ratio. Secundum quod dicebant fuit, quod iuramentum per altare, aut per templum erat nullum; & contra hoc militat secunda ratio: quia in iuramento per altare, clauditur iurare per oblationem, quæ super illud offertur, & quia hoc verum est repetit quod dixerat. *Stulti & cæci quid maius est, donum an altare quod sanctificat Dominum?* Nam qui iurat in altari, iurat in eo secundum quod exercet officium altaris. Constat autem officium altaris esse, quod offerant super eum Deo sacrificia: iurans igitur in altari, iurat in omnibus quæ sunt super altare quatenus altare est, ac per hoc in oblationibus super altare. Et idem dicit de templo: quia templum, ut templum habitaculum est & Domus Dei. Quod autem dicitur, & qui iurat in caelo iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum: vult nos docere quod non solùm iurare per templum & altare quæ immediatam habent relationem Dei, est verè iurare: sed etiam iurare per creaturas quæ non immediatè, sed per mediã quardam dicuntur Dei. Cælum enim secundum se ipsum res naturalis est, sed ut induit rationem sedis diuinæ, ingreditur ordinem diuinorum, & ratione huius intelligitur assumi iuramentum. Et ratio huius fundatur super naturam iuramenti. Nam iurare est invocare in testem Deum; ac per hoc quicunque

iurat

iurat conuincitur ex hoc quod iurat, quod Deum inuocat in testem. Quare per quamcunq; rem iuret utitur illa re, ut diuina est, ut Dei est, ut Deus in illa, semper illa, ex illa seu cum illa testis sit. Qua ratione iurare per creaturas est obligatorium, sed de hoc supra capit. 5. plura dicta sunt. *Va vobis scribae, & pharisei hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cymnium: & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, & fidem, hæc oportuit facere & illa non omittere, duces cæci excolentes culicem camelum autem deglutientes.* Decimare potest sumi & pro hoc quod est dare decimas & accipere. In hac secunda significatione intelligit hunc locum D. Hieron. Quod Pharisei essent nimis rigidi in exigendis decimis etiam de minimis, & quæ secundum legem non debebantur extorquentes eas. Sed quoniam Pharisei potius exoluebant quam accipiebant decimas, ut Luc. 10. dicebat ille Phariseus decimas de omnium quæ possideo, ideò in secundo sensu hic accipi debet, pro eo quod est decimas soluere. Ex minimis enim isti illas exoluebant, ut viderentur magni obseruatores legis, ut per hoc viderentur dicere omnes, ut ait Chrysost. Vides quomodo omnium rerum suarum decimas offerre non prætermittunt: quia etiam contemptibiliù olerum decimas dare non negligunt? Putas quomodo secundum omnia Dei præcepta vita eorum est consummata, ut nec in modicis his negligere acquiescant? Quod non erat verum, nam minimarum quidem rerum decimas offerebant ostendendæ religionis gratia, iudicijs autem erant iniustus; in fratres siue misericordia, in Deum semper increduli. Hoc enim est quod Dominus subintulit. Et relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, & fidem. Iudicium est in his quæ sunt ad alterum. Facere iudiciũ est iuste se habere erga proximos. Nam secundum Scripturæ phrasim iudicium pro iustitia sumitur; quoniam in scripturis facere iudicium & iustitiam est iuste, & cum æquitate cõuersari: secundum illud Psalmistæ. *Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.* Hoc est, quoniam æquè, & iuste cum omnibus hominibus conuersatus sum: peto ut non tradas me his qui iniuria afficere me volunt. *Et misericordiam, videlicet, in his quæ sunt necessaria, licet nõ debita pauperibus ex iustitia, sed ex charitate.* Ac si diceret relinquitis & iustitiã & misericordiam, quæ debetis proximo, alterum

ex iustitia, alterum ex charitate. Vnde apud Lucam, cap. 11. dicit: *Relinquitis charitatẽ Dei & fidem, vel sumendo eam pro veritate quæ in dictis, & factis seruari debet, vel pro fide quæ Deo debetur: tanquam obijciens illis, quod nec Deo, nec hominibus fidem seruarent.* Quare Lucas charitatem cū fide iungit: tanquam vtriusq; essent violatores, ac proinde omnem virtutis substantiam violarent, quæ in fide, quæ per dilectionem operatur consistit. Sed hic quæri potest an hæc minima decimare tenerentur ex præcepto legis, scilicet, omnia olera, *Cominos, & yernabuena, & eneldo:* hæc enim olera nomina hæc significant. Nam cùm hic dicat Dominus, Oportet illa nõ omittere; videtur quod ad id tenerentur. Nihilominus dicendũ videtur, non hæc minima præcipere legẽ soluere. Nam Leuit. 27. exprimuntur certæ species de quibus debebantur decimæ. Primò de pomis arborum, siue de frugibus; secundò de animalibus, quæ sub virga pastorum trãseunt; tertio de area vel de torculari in quo includitur frumentum, vinum, & oleũ, nec vllam olerum videtur facere mentionẽ. Imò apud Hebræos de seminibus agri dicitur quod soluantur decimæ, non de seminibus hortorum: sed de illis, qui cum copia proueniunt; nam pro his minimis poterant Leuitæ habere hortos, qui ea producerent. Vnde verisimile est secundum legem non teneri ad soluendas decimas horum olerum; sed Phariseos harum solutionem veluti necessariam obseruasse volentes videri exacti legis obseruatores, quia Leuit. 27. & alijs locis videtur requirere decimas omnium ex semine terræ prouenientium. Quapropter Dominus hic significare fortè voluit hoc esse Phariseorum institutum, non legis præceptum: sicut & ablutionem manuum & taliũ. Nec obstat, quod Dominus dicat hæc oportuit facere, & illa non omittere: nam demonstratiuum, illa, referri potest non ad olerum decimationem, sed simpliciter ad decimationem, ut sit sensus. *An è omnia oportuit hæc grauiora legis facere: & tamen interim non omittere decimationem.* Aut secundò oportebat positũ fuit pro cõueniebat, ut intelligatur Dominus olerũ decimationem approbasse, ut quæ legi esset consentanea, & si non esset necessaria. Vel loquitur secundum illorum opinionem, qui existimabant etiam de oleribus debere dari decimas, quæ opinio non contēnenda erat. Ac si diceret. *Hæc deberetis facere: deinde si vobis visum fuerit,*

D. Hieron.

Luc. 10.

D. Chrys.

Psal. 118.

Luc. 11.

Leuit. 27.

rit,



rit, etiam minima olera decimare. Secundò quæri poterat an solutio decimarum sit de iure diuino, nisi quæstio hæc apud Theologos agitata fuisset, & quod probabilius est teneri homines de iure diuino, ac naturali sacerdote, pascere, & idè aliqua soluere illis. Quoad quo tam esse nunc de iure humano Ecclesiastico; sicut olim fuerit de iure diuino positiuo, licet fuerit antiquus mos soluendi decimas, vt patet ex voto quod Iacob edidit de exoluendis decimis & hostijs pacificis, & Abraham decimas soluit Melchisedech, qui sacerdos Dei erat: nam id gentibus apud quas vivebant moris erat decimas suas dijs ac sacerdotibus exhibere. Apud Romanos hic mos fuit: nam ex antiquissimo vsu locupletes ac nobiles decimas Herculi offerebant, & Lucullus quia hunc morem seruauit diuor factus est. Postea (vt Festus refert) Cyrus etiam Rex Persarum victis Lydis decimam prædæ dedit ioui, vt testatur Herodotus, & Liberum patrem qui Bacchus dicitur post deuictos Scythas alios que populos magno ioui primitias obtulisse, scribit Quindius lib. 3. factorum: his verbis,

Genes. 14.

Te memorat gango totoq; Oriente sub ælo, Primitias magno se posuisse.

Sed hæc relinquenda modo Theologis censeo. Id autem quod addit Dominus, hæc oportuit facere, & illa non omittere, ad id attinget quod Deus non vult etiam minora religionis, ac sanctitatis exercitia tollere, sed ne in illis sic insistamus, vt maiora obliuiscamur, potius autem maiora exercenda sunt, & hæc minora post illa habenda. Vnde Chryostom. in imperfec. homil. 44. super hunc locum, sic ait: Quoniam à modicis quidem delictis se abstinēbāt Pharisei quæ fieri solent ex decimis non oblati, magna autem mala alacriter committebant, qualia sunt iniustum iudicium iudicare, in proximos suos odia exercere, in Deum incredulū esse: in causa autem Phariseorum illorum cadunt multi & nunc, qui videntur quidem Ecclesiam honorare, pauperes consolari, in iudicio autem sedentes, aut secundum personarum acceptionem iudicant, aut secundum differentiam munerum inter se ipsos lites quotidianas exercent & odia sine fine, præponentes semper auaritiā charitati; in fide autem semper infirmi sunt: quia inter Christianos, & hæreticos nullam differentiam arbitrantur, sicut & meretrix mulier aduleterum ipsum putat & virum, & ipsi quidem hypocritæ sunt, & culicē liquant mo-

D. Chryso.

dicum repellentes peccatum, & camelū glaudiant maxima & pessima committentes. Nunc veniamus ad sacerdotes. Scimus quia seruare iustitiā, & facere misericordiam, & habere fidem propter gloriam suam Deus mandauit; decimas autem offerre Deo propter vtilitatem sacerdotum, vt sacerdotes quidē populo in spiritualibus obsequantur, populi autem in carnalibus sacerdotibus ministrarent. Sacerdotes ergo auaritia pleni si quis de populo decimas non obtulisset, ita eū corripiebant quasi magnum crimē fecisset: quia decimam alicuius rei, vel saltem minimā non obtulisset. Si quis autem de populo in Deum peccabat, aut ledebat aliquem, aut aliquid tale faciebat, nemo curabat corripere eum quasi nullam culpā fecisset; quia in Deum peccabat, & de suo quidem lucro sollicitè agebant, de gloria autem Dei, & salute hominum negligebant. Et idè dicit de eis: Vt vobis qui decimas etiā de rebus minimis exigitis à populo: & misericordiā, & iustitiam non facientes populum non adiuuatis. Sic enim & modo fit, Ecce enim Episcopus si debitum honorem non acceperit à presbytero, aut presbyter si non acceperit à diacono, aut diaconus à lectore, irascitur, & turbatur. Si autē viderit, aut Episcopus presbyterum, aut presbyter diaconum circa Ecclesiæ obsequium non permanentem, aut alias peccantem in Deum, neque irascitur ei neque curat: quia omnes quidem de honore suo solliciti sunt, de honore autem Dei nullus. Et portiones quisque suas secundum dignitatem suam vigilanter aspiciunt, & defendunt; & secundum dignitatem suam curam impendere circa obsequiū Ecclesiæ non attendunt. Si populus decimas non obtulerit murmurant omnes; & si peccantem populum viderit nemo murmurat contra eum. Quam compendiosè in tribus his complexus est: & conditiones hominum, & quæ necessaria sunt hominibus ad salutem. Omnes enim homines, aut iudices sunt, siue spirituales, siue mundiales, aut sub iudicibus sunt, & omnibus generaliter hominibus, tam iudicibus, quam his qui iudicantur duo hæc necessaria sunt ad salutē, fides vera & opera bona. Dicens ergo iudicium, tetigit eos qui iudicant, siue mundiales iudices, qui præ sunt mundo, siue spirituales, qui præ sunt Ecclesijs, vt iustum iudicium iudicet. Hæc est enim eorum prima iustitia, vt si verè aut iudices mundiales loquuntur iustitiam, aut iudices spirituales si verè loquuntur iustitiā in Ecclesia,

Ecclesia, per hoc ostenditur si iuste iudicauerint dicente Propheta: Si verè utique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominū. Si autem non iudicauerint iustum iudiciū, non in veritate loquuntur iustitiam, sed in labijs tantum. Dicens autem fidem, admonet omnes in fide viuere Dei. Dicens verò misericordiam, conuersationem verā omnibus prædicaui. Nam siue abstinentia à malis, siue opus bonarum rerum per misericordiam conseruatur. Nam & non facere homini quæ pati non vult; & facere quæ sibi fieri vult, vtrumque misericordiæ est. De his etiam D. Bernard. dicit: Optimi videlicet, aestimatores rerum, qui magnā de minimis, & nullam penitus, vel paruam de maximis curam gerunt. Cadit asina & habet subleuantem; perit anima & non est qui recogitat in corde suo? Quod & Dominus Luc. 14. his verbis insinuat dicens: Cuius vestrum bos, aut asinus cadit in foueam, & non extrahit eum continuo die Sabbathi? Hanc autem filiam Abraham non oportuit soluere à vinculo isto die? Vbi & obseruandum est humanum ingenium cum ad veram iustitiam ob amore sui peruenire nequit: sibi aliqua deligit, quibus iustitiam falsò ostendit, sicut qui diligit aurum, & non habet aurum verū, falsò vitur pro vero, *Sun con el oropel se huelga*. Rectè ergo dicit eis Dominus quod propter hæc minima reliquissent quæ grauiora sunt legis, iudicium scilicet, & misericordiam, & fidem. Vnde & Mich. 6. dicit Dominus: Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Cum bonum sit quod omnia appetunt ad eò quod nisi sub ratione boni nihil possit velle appetitus hominis; opus fuit indicare illi quid esset bonum appetendum. Quid enim iniquius esse potest, quam appetitu boni in malū vti. Et quia isti Pharisei in sola exteriori iustitia bonum esse existimabāt, hoc est, in sacrificijs, quæ exterius Deo offerebāt, idè subdit, & quid Dominus requirat à te. Ac si diceret, creatus es à Deo, & aliquod officium habeat necesse est, quod à te requirat qui creauit te. Hoc tibi nunc indicabo, utique facere iudiciū, tu aliquid extra te offerebas; De autem quærit te offerre illi cor mundum contritum, & humiliatum. Augustin. sermo. 236. de tempore. Quærebas (inquit) quid offerres pro te, offer te. Quid enim Dominus quærit à te, nisi te? quia in omni creatura

Psal. 57.

D. Bern.

Luc. 14.

Mich. 6.

D. Aug.

terrena nihil melius fecit te, quærit te à te, quia tu perdideras te. Iudicium autem facere, idem est quod iudicare, sic enim Ioan. 5. legimus potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hominis est. Et. 2. Reg. 8. dicitur: Faciebat David iudiciū & iustitiam in omni populo, & 3. Reg. 10. Et constituit te Regē, vt faceres iudicium & iustitiam. Verumtamen iudicium facere est etiam punire; nam hoc iudicium consequitur, vt Exod. 12. dicitur: Cunctis dijs Egypti faciam iudicia. Et Psalmo. 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Iudicia enim dicit quoniam de multis erant iudicia sumenda. Iudicare autem est ius suū vnicuique tribuere, hoc enim primò à peccatore exigitur: vt ipse arbitretur, sedeat & se ipsum iudicet, vt non iudicetur à Domino. Iudicet se, damnet vitam priorem, reddat Deum quod suum est, compenset veteres iniurias lamentis poenitentiæ, reddat Deo honorem, sibi consulationē & ignominiam. Sicut, ait sanctus Daniel. 9. Tibi Domine iustitia, nobis autem cōsilio faciei. Id docet D. August. serm. 236. de tempore: Si autem facias quod iudicis inuenit in te iudicium & iustitiā; iudiciū primò in te ipso, iustitiam ad proximum. Vide quomodo iudiciū in te ipso, vt displiceas tibi quod eras, & potis esse quod non eras. Iudiciū, inquam; de te ipso, in te ipso, sine acceptione personæ tuæ: vt non parcas peccatis, nec idè tibi placeat, quia tu facis, nec te laudes in bonis tuis, & Deum accuses in malis tuis; hoc enim est peruersum iudicium, & idè nec iudiciū. Cum tibi ergo peruersus displicueris, teq; illo qui creauit adiuvante correxeris: rectus seruabis iustitiam. Puniat etiam in se voluntatem peccandi, per contritionem, & confessionem, gemitibus, atq; doloribus & operibus satisfactorijs. Sic enim, & tunc illud dicere poterit: Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniatoribus me. Hoc est, vnum quod Deus vult in nobis. Aliud est diligere misericordiam: nam non fauenda tantū misericordia est, sed etiā diligenda. Quod enim diligimus promptius faciemus, atque hilarius. Talem vult misericordiam Paulus cum. 2. Corinth. ait. Vnusquisque prout deest inuita in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Merito autem post facere iudiciū, adijcitur diligere misericordiam: multū enim misericordia iuuat poenitentiā, & quasi penis quibusdam eam tollit in cœlum, vt docet Chryost.

Ioann. 5.

2. Reg. 8.

3. Reg. 10.

Exod. 12.

Psal. 9.

Daniel. 9.

D. Aug.

Psal. 118.

2. Cor. 9.



*D. Chryf. Chryfostom. homil. 5. de poenitentia. Nam Plai. 40. multis benedictionib⁹ repletur vir misericors, cum dicitur, Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eu Dominus, Dominus conseruet eu, & viuificet eum, & beatum faciat eu in terra, & non tradat eum in manibus inimicoru eius. Et sollicitum ambulare cum Deo tuo, Hoc est, amice illi adherere & placere quod ex illo. Amos. 3. colligitur, ubi ait: Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Et Paulus Hebr. 11. Henoch, ait, ante translationem testimoniū habuit placuisse Deo. Et tamē in Scriptura nullum aliud testimonium habemus, q̄ Henoch placuerit Deo, nisi illud. Et ambulauit Henoch cum Deo, & Paulus interpretatus est; illud fuisse placuisse Deo, ut nos docuimus in cōmentarijs nostris super Psal. 118. Et ad Abraham dixit Dominus: Ambula coram me, & esto perfectus, hoc est, adhære mihi, & eris perfectus. Hoc autem cum sollicitudine querendū est, ut Paulus ad Hebr. 9. nos hortatur dicens: Cupimus autem vnumquemq; vestrum eandem ostentare sollicitudinem (qualem scilicet, hactenus ostendistis) ad explētionem spei, vsq; in finem, ut non segnes efficiamini verū imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Rectē ergo dicit eis dominus. Hæc oportuit facere quæ maiora sunt: sed non ob hoc illa minora omittere, nisi quando impedimēto fuerint maioribus. Nam iustus sollicitus interiora procurat bona nec tamen ob id abiicit exteriora, cum de sancta muliere, hoc est, anima deuota scriptum sit. Quæliuit lanam & linum. & per linum quæ interiora vestit bona animæ, per lanam qua exteriora cooperiuntur externæ actiones significantur, utraq; ergo sedula anima querere debet. *Ca. ei & duos Cacorū excolātes culicē camelum autem deglutientes.* Hoc est, summam diligentiam adhibentes ad hæc minora, cum interiora maiora deglutiat. Solemus enim curi-ces a phyalis remouere, vel minimo digito, vel fragmento panis: qui autem per lintheū colat vinum, ut culicem nō deglutiat: magnani ad hoc adhibet curam. Sic isti de minimis maximē curabāt, & nihil de magnis solliciti erant: sed magna peccata per camelū gibbolum significata deglutiebant, hoc est, absque vllō timore cōmittentes ea. Nam qui aliquam rem deglutit faciliē eam ad interiora traiecit. Aliud est autem comedere peccatum, aliud est deglutire illud. Qui enim pec-*

Amos. 3. Ebr. 11. 7em. 17. Hebr. 9. 1. Cor. 3. Psal. 13. Esai. 14. D. Greg. Amos. 5. Psal. 18.

eatum comedit prius masticat illud, hoc est, detinet se timens malum perpetrare aliquibus bonis considerationibus, hic & hinc voluendo, & timendo, sed tamen victus passionē cōmittit illud: qui vero illud deglutit, aut bibit, absque vllō metu faciliē & subito quælibet cōmittit facinora. Contra quos Iob dicebat: Qui bibunt quasi aquam iniquitatē, sic sunt qui minima curant, & maxima negligunt. Imō & deglutiant, nam qui deglutit id facit ne forte in ore volum detinuerit impediatur ab edendo illud: sic qui faciliē abiq; vlla cōsideratione peccant, id faciunt maximo desiderio peccandi, ne interim aliquid a fruenda voluptate eos intercipiat. Quia minima mastlicant maxima deglutiant, homines nimis scrupulosi in rebus parui momenti, cum de magnis peccatis nō curent, de quibus alius Euangelista dicit. Liquantes culicem, id enim liquamus quod in ore detinemus, ut liquefiat; id autem deglutimus, cum cito deuoramus. *Pa. vobis scriba, & pharisei hypocrite qui mundatis quod foris est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia.* Multa quidem Moyles & varia de expiandis, & lauandis corporibus, vestibus, vasis præcepit, non tamen, ut hæc externa duntaxat quereret Deus, sed ut vel per externa discerent quanta munditia eos deceret & innocentia, quā in Dei populo coram oculis Dei versantur. Hinc toties repetit. Sancti estote: quoniam ego sanctus sum. Et iterum, docebitis filios Israël, ut caueant immunditias. *Leuit. 19. Quemadmodum enim qui seruo abluendum culicem cōmittit; omnium maximē intēdit ac vult, ut inter nē mūdetur, etiam si verbis non exprimat. Sic Deus per externos huiusmodi ritus purificationis omnium maximē quærebat mentis purificationem: quemadmodum & nostræ ceremoniæ maximē ad id instituta sunt, ut admoneant eorum quæ spiritaliter a nobis exigit Deus. Pharisei autem solam literam legis sequentes spiritūq; negligentes: varijs vtebantur purificationibus. Non enim manducabant, nisi lotis manibus. Hoc igitur arguit Christus. *Pa. inquit, vobis qui mundatis quod exterius est calicis.* Quali dicat, Credi is vos inquinari si biberitis ex illo calice, & puri vobis videmini si calix simul & quod in illo est fraude partū sit, vel rapina. Nitet externē corpus atq; interit potior vestri pars illota sordibus scateat Deo abominabilis. Si placet paritas cur nō totum hominem purum reditis? Nonne qui corpus*

Iob. 15. 1. Cor. 3. Psal. 13. Esai. 14. D. Greg. Amos. 5. Psal. 18.

corpus creauit, idē creauit, & animam? Verū pareat priorem esse curā eius partis, quæ potior est. Igitur hæc exterior lotio in comparatione ad interiorem vituperatur. Quid enim prodest mundum habere vas, si quod in eo continetur spurcitia est? Si autem animam quam continebat vas corporis habebant immundam plenam rapinis, secundū illud, Rapina pauperis in domo vestra. Et Nah. 2. Impleuit præda speluncas suas, & cubile suam rapina. Vnde dicit. *Intus autē pleni estis rapina, & immunditia: carnalis, scilicet, quia dicebant legē non prohibere animam, sed manum. Vnde Ezechiel. 14. dicitur, Fili hominis viri isti posuerunt immunditias in corde suo. Et Daniel. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum. Pharisee ecce munda prius quod intus est calicis & parapsidis, ut fiat quod foris est mundum.* Verbis docuit Christus vbi incipienda sit vera purificatio, nēpē in interiori homine, in ea scilicet, parte qua ad imaginem Dei creati sumus: hinc Christus Matthei. 5. Beati mundi corde, & Esai. cap. 1. Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et Hierem. 4. Circumcidite præputiū cordis vestri. Et alibi, Hierusalem laua à malitia cor tuum, sed de hac cordis munditia plura dicta sunt c. 5. & 12. *Munda prius quod intus est.* Nam, ut ait Hieron. ad Pamachium & Oceanū tomo. 4. Vasalimoplena liquoris puri elementi recipere, & continere nō possunt. Ager spinosus nisi ante cultoris labore fuerit extirpatus, non nutrit in se iacta semina, sed suffocat. Ita animus secularibus sollicitudinibus plenus, & illecebris, verbum non potest suslinere diuinum, nisi prius mundauerit cor ab eis. Non est fidelis medicus qui ante digestam putredinem superducit vulneri cicatricem, &c. *Pa. vobis scriba, & pharisei hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos a foris quidem pareris hominibus iusti, intus autē pleni estis hypocrisis & iniquitate.* Hæc est differentia inter iustos & hypocritas, quod iusti ornatū suū intus in anima habēt, sic enim & Psal. 44. de anima iusti dicitur: Adstitit regina (Ecclesia scilicet, bonorum) à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et paulo ante dixerat. Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis. Et postea: Omnis gloria eius ab intus. Vides ornatum Ecclesiæ primò foris deau-

Esai. 3. Nah. 2. Ezech. 14. Daniel. 13. Matth. 5. Esai. 1. Hierem. 4. Ibidem. D. Hiero. simile. Psal. 44.

rata est aureis fimbrijs, & varijs intexta coloribus. Licet enim in ea variarū fulgor gratiarum, deinde aromatibus fluunt velles eius bonum odorem alijs ingerunt, intus verò omnis gloria eius, in corde, scilicet, puro, & conscientia bona, & fide nō ficta. Nisi enim hæc gloria intus fuerit, tuo periculo venisti ad nuptias: contra verò hypocritarum ornatus nil aliud est quàm externa dealbatio. Vnde Paul. Acto. 23. dicit ad quendam hypocritā. Percutiet te Deus, paries dealbare: Quare apud Ezechiel. cum præcepisset ei Deus cap. 8. ut foderet parietem templi, plenum abominationibus reperit illud. Secundo differunt iusti, & hypocritæ, quod illi sunt templum Dei, nam ad bonos dicit Apostolus. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Hypocrite autē sunt sepulchra mortuorum. Tū, quia habent animam peccatis mortuam: tum, quia nil nisi scetidū ex eis prouenit. Ex corde (inquit Dominus) exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, &c. & Psal. 13. Sepulchrum patēs est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, &c. Quare & hic subiungit Dominus dicens. Intus autem plena sunt ossibus mortuorum. Per quæ significatur robur ad peccandum, & duri cordis obstinatio. Vnde Ezech. 23. dicitur: Iniquitates eorum in ossibus eorum. Hoc est, habent confirmatā maliciam, obduratam & sigillatā in ossibus. Sicut quando febris, & malus humor vsq; ad ossa penetrat, confirmatus morbus & incurabilis est. Et omni spurcitia. Sicut Esai. 14. dicitur, Tu proiectus es de sepulchro tuo: sicut sanie pollutus & inuolutus. Significatur etiam per hoc, quod hac exteriori simulatione sanctitatis & laude hominum, quam per illam aucupabatur, celabant peccata sua, non solum hominibus, verum sibiipsis, & Deo. Existimabant enim in veritate se sanctos esse: quia alij eos tanquam iustos venerabantur. Quare Gregor. 4. Moral. cap. 14. ait. Hypocrite non de suis operibus retributiones perpetuas, sed transitorios fauores querunt, & tamen, quia quasi sanctos laudari se audiunt, esse se veraciter sanctos arbitrantur. Et quanto se ex multorum estimatione irreprehensibiles putant; tanto diem iudicii securius expectant. De quibus dicitur Amos. 5. Væ desiderantibus diem Domini. Et quia hypocrite omnia sua occulte faciunt, & quasi sub umbra sepulchri; tamē Dei opera in luce fieri debent: sic enim D. August. explicans illud Psal. 18. In sole posuit

Act. 23. Ezech. 8. 1. Cor. 3. Psal. 13. Esai. 14. D. Greg. Amos. 5. Psal. 18.



posuit tabernaculum suum, ait, In manifestatione vult Ecclesiam suam non in oculo, nō velut operta, ne forte fiat, sicut operata super greges hæreticorum. Quare cum Dominus Lazarum suscitauit, præcepit ut lapis tolleretur, nec enim sub hominum laude, aut propria ignorantia debet delitescere peccator; sed foras per confessionem, & sui ipsius cognitionem prodire, ne se ipsum ac Deum fallere præsumat. sic & vos (subinfert Dominus) a foris quidem apparetis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisis, & iniquitate. Nā licet hypocrisis in exteriori apparentia consistat, tamen si non prodit ex intentione decipiendi, hypocrisis non est. Quare dicit eos intus plenas hypocrisis: hinc Pau. 2. Timot. 3. ait: Erunt homines amantes se ipsos, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et. 1. Timoth. 4. Spiritus manifeste dicit, quod in nouissimis diebus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, Et iniquitate. Ut Ezech. 7. dicitur: Ciuitas plena iniquitate. Et Psal. 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Nam quemadmodum adeps in oculo est, ex quo crassities, eliquatur; sic ex malitia quam isti gerebant in corde, tot extrinsecus mala prodibant. Quo contra iusti exteriori horridi, interiori autem nitidi sunt. De quibus in Cant. 1. Nigra sum, sed formosa sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. Tabernacula quippe cedrar intus pulchra, sed extra horrida erant: & pelles quas fecit Salomon ad tegendam arcam intus erant auratæ & fulgentes gemmis & extra deformes, & rigida hæc omnia D. Chryostom. homil. 45. in perfec. His verbis videtur docere super hunc locum. Merito inquit iustorum corpora tēpla dicuntur, quia anima in corpore iusti dominatur & regnat quasi Deus in templo, vel certe quia ipse Deus in corporibus habitat iustis. Corpora autem peccatorum sepulchra dicuntur mortuorum: quia anima mortua est in corpore peccatoris, nec enim viuens putanda est quæ nihil viuum, aut spirituale agit in corpore. Vel quia mors ipsa habitat in corporibus peccatorum. Sicut ergo sepulchrum quandiu quidem clausum est pulchrum videtur a foris, si verò fuerit apertum horribile est. Sic & simulatores bonorum quandiu quidem non cognoscantur laudabiles sunt: cum autem cogniti fuerint inveniuntur abominabiles. Dicitur mi-

2. Timo. 3.

1. Timo. 4.

psal. 72.

Cant. 1.

hi, o hypocrita, si bonum est esse bonum, ut quid non vis esse quod vis apparere? Si vero malum est esse malum; ut quid vis esse quod non vis apparere? Nam quod turpe est apparere, formosius est esse? Ergo aut esto quod appares, aut appare quod es: quia manifestum malum a sapientibus non facile reprehenditur, dum intania æstimatur. Ego credo quod illud, nam quod turpe est apparere formosius est esse, debeat legi interroganter: sic num quod turpe est apparere formosius est esse? Alias fateor me hoc dictum non intelligere. *Va vobis scribae, & pharisæi hypocrita, qui edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum, itaque testimonio estis vobis metipsis: quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ.* Hic merito dubitatur, cur Dominus interminetur his qui aedificant sepulchra Prophetarum, & qui dicunt, si fuissetis in diebus patrum nostrorum non essemus socii in sanguine prophetarum: cum nullum horum malum sit, sed potius bonum & optimum. Titelmanus dicit, quod pondus maledictionis non cadit super hæc, sed suspenditur vsq; ad illa verba, & vos implete mensuram patrum vestrorum. Nam propter hoc ventura era super illos maledictio: quia malitiam præcedentium patrum erant consumaturi. Vnde & insert: Serpentes genimina viperarum. Sed hæc interpretatio diuina apparet, cum litera aperte aliud videatur sonare: nam illud, *va*, super omnia, quæ sequuntur cadit. Ideo dicendum cum Iansenio, cap. 84. concordia, quod duplici intentione aedificatur sepulchra, vel in honore mortuorum, vel in memoriam eorum qui occiderunt eos, ut sepulchra victores faciunt in locis, ubi consequuti sunt victoriam, sic Ioab congecit acerbum magnum lapidum super corpus Absalon in memoriam victoriæ suæ contra eum. Igitur Pharisæi isti per hypocrisim aedificabant hæc sepulchra prophetarum, non ea intentione, ut honorarent eos, sed ut populus intelligeret eos non approbare facta patrum suorum: Et cum ex alia parte ipsi re & affectu patrum suorum scelera imitarentur; rest è eis increpatur hoc factum, quod non recta intentione faciebatur, imò videbantur consummare facta patrum suorum sepeliendo illos quos illi occiderat.

Titelmanus.

Iansenio.

2. Reg. 18.

Pri.

Primum enim est occidere, deinde sepelire; quare eos vocat progenies viperarum, quali imitatores cædium patrum suorum; & qui impleturi erant mensuram eorum persequendo ipsum Dominum Iesum caput prophetarum. Et sic intelligitur Lucas qui dicit illos testimonium de se ferre quod consentirent morti prophetarum: nam se ipsos vocabant filios eorum, qui occiderunt prophetas; & familiare est filijs, patrum mores imitari. Sensus igitur est vos aedificatis sepulchra prophetarum quos occiderunt patres vestri; non ea intentione, ut illos honoretis patrum scelus cõdemneris, sed per hypocrisim hoc volentes quod intelligat populus, ergo non id in animo geritis. Ex alia parte vos fatemini quod estis filij illorum qui occiderunt prophetas, & tanquam progenies eorum serpentum seuitiam profertis me prophetarum magistrum, & caput occidere volentes; ergo *va* vobis qui illorum peruersos imitamini mores, & facta vestro ac dicto videmini illorum approbare facta. Id autem quod dicit, & vos implete mensuram patrum vestrorum; non sic accipiendum est quasi id imperet aut præcipiat vel consulat; sed permittendo futura dicit: Et vos implete mensuram, secundum consuetum loquendi modum, quo dicimus persecutoribus nostris, facite totum quod cõcupiscitis. Vel quomodo ei qui post multam admonitionem persistit, in proposito perpetrandi mali dicere solemus. Quando quidem ita facere planè decreuisti, & ita oportet fieri; age facito, significantes deinceps non nos prohibuituros. Sic intelligitur ipsum id permissurum. Sic & ad Iudam dixit. Quod facis fac citius, & Hierem. 25. Bibite, inebriamini venite cadite. Potest etiam dici id dixisse Dominum; prænuntiatione significans omnino hoc ita futurum ab eis, per occisionem sui, & Apostolorum suorum. Sensus itaque huius sententiæ hic est. Cum vos vestro testimonio sitis filij eorum qui occiderunt prophetas filios autem oportet parentibus esse similes; imitamini mores eorum, & quod deest malitiæ eorum, & peccatis vos superaddite, ut completa sit, & perfecta malitia patrum vestrorum. Simili modo Dominus olim dixit ad Abraham. Nondum sunt completa iniquitates Amorrhæorum. Sic modo Iesus dicit, implendas esse iniquitates patrum. Sub mensura namque iniquitatum Iudæorum, quæ iam inceperant in patribus comprehen-

Luc. 4.

Hierem. 25.

Gen. 15.

Tom. II.

debat occisio Christi, & persecutio discipulorum eius, quæ cõplere debebant isti. Et propterea dicit illis: Implete mensuram patrum vestrorum. Hoc autem licet ab ipso permitteretur, in illorum tamen malū cadere debebat quod illis ob malitiam ipsorum euenturum exclamat, quando cum detestatione malitiæ ipsorum, & deploratione condemnationis. Ipsorum exclamando subiicit: *Serpentes genimina viperarum.* Id est progenies viperarum; hoc est, pessimorum parentum pessimi filij, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? Hoc est, quomodo fugietis condemnationem inferni, aut iudicium quod mittit in gehennam? Quali dicat. Quamuis modo ad tempus effugiatis iudicium hominum nullo tamen modo poteritis effugere iudicium poenæ infernalis: cum vos præbeatis incorrigibiles, etiam post tot media per me tentata, ut qui nec beneficijs, nec miraculis, nec blandis sermonibus, nec austeris, nec minis, nec promissis corrigi possitis. Aduertit hic hominum conditionem. Isti videbantur condemnare suorum progenitorum incredulitatē: eo quod prophetas occidissent, cum tamen ipsum omnium prophetarum magistrum occidere tractarent: sic homines aliorum errata lineis oculis vident: cum sua multo maiora interdū non considerent. Dicebant isti: Si nos fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socii in sanguine prophetarum: & habebant præsentem caput prophetarum, & occiderunt illi: sic nos dicimus, si Christum & discipulos eius agnouissemus administrassemus: utiq; illis: & habes præsentem pauperes, qui Christi tibi per sonam referunt, & persequeris illos, nec dū miseris eis. An non similes Iudæis sumus? Vis ut credā tibi te ministraturū fuisse Christo, si eius temporibus fuisset? Ministra pauperibus: quod si non facis, sed persequeris certo scias te etiam ipsum Christum persequutum fuisse. Quid enim prodest tibi mortuos honorare, & viuentibus necessaria denegare? Hinc Chryost. ubi supra ait homil. 45. implete mortuos, & expoliare viuentes. De sanguine miserorum tollere, & Deo offerre. Illud non est Deo offerre, sed velle violentiæ suæ socium facere Deum, ut cum si oblatam sibi pecuniam de peccato libenter acceperit cõsentiat in peccato. Vis domum Dei aedificare? Da fidelibus pauperibus unde viuant, & aedificasti rationabile domum Dei. In aedificijs enim homines habitant.

D. Chryst.

dd Deus



Deus autem in hominibus habitat. Considera etiam circa illa verba, & sequentia, *Serpentes & gemina viperarum*, quod nunquam legitur Dominum ita rigidè locutum ad Phariseos, sicut in his ultimis quos ad eos habuit sermonibus: sicut nunquam sic blandè suos discipulos tractauit, sicut in vltima cœna cū ab eis tollendus erat. Quoniam vtrisque tam bonis, quā malis in vltimo manifestat, quid in æternū cum eis facturus sit, nempe malos in æternū castigando bonos in perpetuum præmiando. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Hic vides quod peccata nostra quātūcūq; in nobis negligantur; tamen coram oculis Dei in vnū quasi acerū cumulantur, vt mensuram suam compleant, id quod Paulus Rom. 2. dicit: Tu autem secundum malitiam tuam, & in penitens cor; thesaurizas tibi iram in die iræ, & iusti iudicij Dei. Verum nunquid immensum accrescit acerū ille peccatorum? Nequaquā. Mensura enim est inquam coarctamus peccata. Certum tempus præfixū est quandiu tollerare velle peccantes. Non quod Dei misericordia ad infinita peccata, & infinitū tempus peccandi se extendere non possit; sed quod iustitia eius aliquando exigit, ne plus iam peccatores ferat. Quandiu autē mensura impleta non fuerat fert; tollerāt, admonet. Ne impleamus, ne addamus, nō nunquā, & flagellis etiā cohibet. Impleta autem mensura iam irrevocabiliter incumbit iudiciū Dei, ad eod, vt si steterint Moyses, & Samuel orantes, non exaudientur, atq; hoc iudicium dicitur consummatio: quemadmodū in Hieremia dicitur: consummationem ego faciam in cunctis Gentibus, & Ezechiel. c. 11. Cū audisset sententiam Domini contra Hierusalē: heu, inquit, Dominus consummationem tu facies reliquium Israël. Hanc autem consummationē tūc faciet cū impleta sunt peccata: tunc autem impleta sunt, cū iam admoniti; nec dū resistimus, sed perseveramus in peccatis, ac defendimus peccata, reluctamur Deo, contemnimus, abijcimus, deridemus, persequimur diuinam admonitionem. Hic impletur mensura. Hoc pati, nec potest, nec vult Deus. Hoc est, peccatum in Spiritum sanctum, quod remissionem non meretur. Hoc peccatum sequitur consummatio, id quod plurimis exemplis monstrare possum. Pessimī erant homines ante diluuium, verū nondum impleuerant peccata, donec ipsum Noë diuinæ iustitiæ preconem, vt Petrus ait. 2. Petri. 2. contemnerent. Tunc secuta

Rom. 2.

Hiere. 30.

Ezech. 11.

2. Petri. 2.

est consummatio per diluuium. Sic Sodomita, tunc impleuerunt peccata, cum ipsum Loth nedum non audirent: sed & affligerent. Sic Egyptij tunc impleuerunt peccata, cū Moysen Dei nuntium nedum audirent, sed insuper totis viribus resisterent. Sic Chanaanij tunc impleuerunt peccata, cū scirent sententiam Dei latam super eos nedum non peniterent; sed insuper Deo resistere attentarent, ac Israelitas repellerent. Sic Iudæi verè impleuerunt peccata, cū nedum Prophetas, sed Christum occiderunt, & Apostolos. Vnde protinus sequuta est consummatio. Obserua quicunque numerus peccatorum, quocunque tempore protractus, quibuscunque circumstantijs auctus, potest à Deo remitti, nec vnquam in hac vita de diuina misericordia est desperandum. Verū cū ad id peruenit peccator, quod dictum est, iam ipse resistit Spiritui sancto, & à se remedia omnia abijciat, atque repellat Deus. Et hoc est mensuram explere, non solum oblatinè peccare; verum etiam remedia contra peccata abijcere. *Serpentes, ait, gemina viperarum.* Quasi dicat. Non solum ex malis parentibus orti, sed ipsi mali estis. Parum esset gemina esse viperarum, nisi & ipsi serpentes essetis. Nihil officit malos habere parentes, si malus ipse non sis. Iustitia iusti liberauit eum. Et anima quæ peccauerit ipsa morietur dicitur Ezechiel. 18. subiungit vltra hoc Dominus. *Ideo dico vobis: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex eis occidetis, & crucifigatis, & ex eis flagellabit in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitate, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam.* Ideo dico vobis, hoc est, verius & clarius vobis exprimere volens vestram malitiam, dico vobis: Ecce ego Dei filius æterna Patris sapientia mitto in festo Penthecoste. Ad vos Iudæos (extendit sermones ad omnes: nam hætenus alloquutus est Scribas, & Phariseos) Prophetas. Nam etiā in nouo Testamento fuerunt Prophetæ, vt patet ex illo Actorum. 12. Erant in Ecclesiæ Antiochiæ Prophetæ, & sapientes circa diuina, & scribas. Doctos scilicet in lege; isti fuerunt Apostoli, & Discipuli Christi.

Ezech. 18.

Act. 12.

Christi. Et ex illis occidetis & crucifigatis. Christum Dominum crucifixerunt, Iacobum occiderunt; Paulum quinquies flagellauerunt; omnes autem persecuti sunt, vt patet quando Paulus acceptis Epistolis à Principibus sacerdotum omnes Christianos persequatur. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.* Vt causam meritoriam denotat. Obserua, quod sanguis alicuius dicitur, venite super eum, quem vindicta petit pro effuso tali sanguine. Vt sanguis Abel super Chain venit: quoniam pro effuso innoxio sanguine diuina illum subsequuta est vltio. Id volebant dicere Iudæi cū tumultuantes clamabant ad Pilatum dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Hoc est, si quam tu, o Pilate, metuis pro Christi condemnatione vindictam; omnem illam in nos ac liberos nostros suscipimus. E regione verò sanguis dicitur à moueri ab aliquo, quando efficitur, vt super eum non veniat vltio. Quomodo, 3. Regum. 2. Salomon ait ad Banaiam iubens illum interficere Ioab. Interfice (inquit) & sepeli eum, & à mouebis sanguinem innocentem qui effusus est à Ioab. à me, & domo Patris mei. Videlicet indicare volens, quod per interfectionem Ioab periret vltio de interfectione duorum innocentum Abner, & Amasa, quos interfecit Ioab: iamque nullum restaret periculum quod Dominus illorum sanguinem à Domo Dauid exigeret, sicut super vniuersum Israël venit vltio Dei super sanguinem Gabaonistarum quos occidit Saul, donec septem ex filijs Saul affixi sunt patibulis, in vltionem sanguinis illorum: & tunc propitiatus est Dominus terræ, & à motus est sanguis Gabaonistarum ab Israël. Hoc igitur est sanguinem venire, hoc est, vltionem pro effuso sanguine infligi. Et hoc idem est sanguinem requirere; vltionem exquirere, vel adducere pro effuso sanguine, vt apud Lucam dicitur: *Ita dico vobis requiratur à generatione hæc.* Sed tunc oritur dubium, cur sanguis iustus quem alij effuderant debeat venire super illos; cum filij non sint puniendi pro iniquitate patrum, & isti illam non effuderint? Ad quod respondet Caietanus. Non significatur, inquit, quod isti dabunt pœnas pro Chain, & pro alijs homicidis: non enim bis punit Deus. Sed quod luent pœnam æquivalentem pœnis omnium illorum, qui iustos interfecerunt. Nam in hoc quod isti interemerunt Dominum Christum, magistrum prophetarum, sanctificatorem iustorum, quasi omnes iustos, & innocentes in illo peremerunt, crimenque maius commiserunt quam illi qui alios iustos occiderunt. Nam patres in homines sauerunt: isti in Christum Deum, & hominem interficiendo illum, & omnes qui illum sequebantur. Quare ipse dixit ad Paulum: Saule, Saule, quid me persequeris. In quo de notatur grauissimum scelus quod isti occisores Christi commiserunt. Nam huic crimini quasi proportionata pœna correspondet pœna debita pro effusione omnis sanguinis iusti. Quare non magna, sed maxima est pœna ista continens in se pœnas omnium, & cuiuscunque occisorum Christi. Vel secundo die cum Diuo Hieronymo super Matthæ. & Beda super Lucam, quod in Scriptura duæ generationes hominum computantur, bonorum scilicet, & malorum. Hoc est, quod omnes bonos sub vna comprehendit generatione, & rursus omnes malos sub alia. Et proinde cū dicit omnem sanguinem prophetarum requirendum à generatione ista, per generationem istam demonstrari omnem quæ à principio mundi fuit impiorum generationem, cuius & Iudæi qui tempore Christi fuerunt pars quædam præcipua extiterunt. Ab hac autem generatione certum est requiri in præsentī vita, & requirendum magis in futura omnem iustorum sanguinem ab illa effusum. Sed tamen secundum hunc sensum nihil noui, & peculiare intelligi potest comminatum fuisse Dominum Iudæis sui temporis, quemadmodum tamen voluisse comminare totus textus indicat. Proinde aduertendum tertio ex Iansenio, capit. 84. concordia in Scripturis, quandoque dici Deum punire parentum peccata in filijs, idque tum maximè quando filij parentum impietatem non solum, non fugiunt, nec simpliciter imitantur; sed etiam exuperant, & consumant: ita, vt Deus ad vindictam peccatis condignam tardus tandem peccatorum perseverantia, & magnitudine, velut coactus, & victus tam grauem, & seueram de filijs sumat vltionem; vt non tantum eorum iniquitates vltisci videatur: sed & maiorū quibus peccantibus Deus, sic pepercerat, vt non

Act. 9.

D. Hiero.

Iansen.



condigna omnino eis supplicia inferret. Sic in Amalechitis per Saulem vindicavit, & eorum patres Israelitis restiterunt, cum egredierentur de Aegypto. Sic cum completa essent iniquitates Amorrhæorum Dominus illos per Iosue deleuit introductis per illorum terram Israelitis, qui non potuerunt illam terram obtinere prius quam illorum iniquitates essent completa, ut dicitur Genes. 15. Cum enim filij parentum suorum peccata imitantes, aut etiam superantes, eo maiorem ultionem diuinam promereatur, quo magis Dei patientia, & longanimitate abutuntur; cum quæ per huiusmodi imitationem parentum suorum peccata consumunt & impleant; rectè completa, & seuerissima ultio diuina de huiusmodi consummatoribus iniquitatum sumpta; dicitur esse ultio omnium iniquitatum, quas etiam parentes eorum admitterunt. Non quod parentes eorum non suam perfoluerint etiam poenam, aut quod filij ultionem aliquam patiantur, quam non promeruerunt, aut grauiorem quam promeruerint; sed quod filiorum Dei bonitate abuentium tanta sit iniquitas; ut sicut per eam consumunt patrum suorum peccata; ita in eis diuina ultio consummet, & suppleat quod parentum peccatis deerat vindicandis. Itaque hic Dominus præmittit. Vos implete mensuram patrum vestrorum. Ac tunc velut in consummatoribus huius mensuræ venturum dicit omnem sanguinem iustum, qui ab exordio mundi effusus est. Rursum etiam illud notandum est, parentum peccata non dici puniri in filiis, nisi quatenus sunt filij cum parentibus suis vna generatio, & vnus populus; ita ut in ipsis filiis etiam parentes, & tota generatio dicantur puniri: quemadmodum Abraham e contrario in suo semine accepit promissam sibi terram, quatenus vnum quid cum sua posteritate. Nam siquidem filij considerarentur, ut singulares personæ, non sumit Deus de illis nisi pro singulari eorum peccato singularem vindictam. Si verò considerentur, ut vna cum parentibus generatio; sic generalem de eis vindictam dicitur Deus sumere, qua non singulares tantum personæ: sed tota etiam generatio plectitur. Quam tamen generalem ultionem, ut certo tempore Deus inferret filij promeruerunt, Dominum autem loqui delictis sui temporis, tãquã his qui vnus erat cum patribus populus, patet cum dicit de Zacharia. Quem occidistis inter templum & altare.

1. Reg. 15.
Genes. 15.

Occidistis, inquit, non in vestra persona, sed in patribus vestris. Itaque à Iudæis, aut potius à generatione Iudæorum quæ erat tempore Christi, tanquam consummatrice peccatorum suorum parentum per effusionem sanguinis Christi, & Apostolorum eius, & tanquam generatione vna cum Patribus præcedentibus; requisita est ultio sanguinis Prophetarum omnium: quando per Titum, & Vespasianum crudelissimo excidio perditæ est gens Iudæorum succensa ciuitate sancta Hierusalem, & alijs ciuitatibus eorum destructis, multisque eorum crudeliter occisis, ac reliquis venundatis, & dispersis in omnes Gentes: sed & generatione eorum tota à Deo reprobata, & in eius loco alia generatione nempe populus Gentium delecta. Tunc adimpletum est quod in persona Christi orat Propheta Dauid Psal. 108. contra Iudæorum Gentem dicens: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Dei, & peccatum matris eius non deleatur. Ecce quomodo intelligi debeat hæc Domini sententia. *Et veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram.* Id autem quod sequitur. *A sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare:* suas habet etiam difficultates. Primum Abel inter Prophetas computari pro certo sumi debet: nã fuit proculdubio spiritu diuino afflatus, per quem, & præcognouit venturum quandoque Saluatorem mundi, quæ & suo sacrificio, & morte præfigurauit. Sed de quo Zacharia hic Dominus loquatur est apud sanctos magnum dubium. Nec enim desunt qui dicant hunc Zachariam fuisse Ioannis Baptistæ patrem, quem Iudæi interemerunt inter templum & altare, eo quod beatam Virginem post genitum filium Dei, in loco virginum natus est in templo collocare. Erat enim locus pro virginibus in templo signatus. Hoc docet Basilus in sermone de Christi natiuitate, & dicit, id per traditionem, vsque ad sua tempora increbuisse: ut per hoc confirmaretur admirabile illud & decantatum signum. Virginem quæ genuit, & virginitatem non corrupit. Idem habet Origenes homil. 26. in Matth. Alij putant hunc Zachariam fuisse illum qui vnus est inter duodecim Prophetas. Nã hic in sua prophetia dicitur fuisse filius Barachia, de quo Origenes affirmat in scripturis quibusdã non manifestis haberi, fuisse occisum inter templum & altare.

Psal. 108.
Basilius.
Origenes.

Cæterum vtramque hanc sententiam reijcit Diuus Hieronymus, quod neutra scripturæ alicuius certa autoritate fulciatur. Quare verisimilius multo est, quod hic Zacharias fuit ille summus Sacerdos cuius fit mentio. 2. Paralypom. 24. qui fuit filius Ioiadæ. Hic enim populum legem Domini derelinquentem acriter increpauit; & ideò ex mandato Regis Iohas lapidibus obrutus est à populo in atrio domus Domini. Sed huic intellectui obstat, quod hic Zacharias, in præfato loco dicitur filius Ioiadæ; hic autem dicitur à Mattheo filius Barachia: sed hæc difficultas dupliciter soluitur. Primo dicendo cum Hieronymo, quod Barachias significat benedictum Domini, quo nomine sanctitas sacerdotis Ioiadæ significatur, qui sic dicebatur à populo propter insignem eius pietatem. Ac si diceret, filius illius benedicti, ac sancti viri, qui ita nuncupabatur à populo. Vel simpliciter dixeris illum fuisse binomium, quod familiare erat Gentibus populi illius, & idem vocabatur Barachias, & Ioiada: sicut pater Dauid dicebatur Iesse, & Elai. Nam eodem Hieronymo teste, pro Barachia in Euangelio Nazæorum iuuenit Ioiadæ. Locus autem inter templum & altare erat spaciū illud, quod erat in atrio templi, inter ipsum templum, & altare holocaustorum, quod erat in atrio in quo spacio erat lauatorium. Adhuc autem queritur cur istorum duorum meminerit dominus Zacharia, scilicet, & Abel, præcipue cum post hunc Zachariam multi alij prophetæ occisi sint: Nam de Manasse dicitur, quod impleuit Hierusalem, vsque ad os innoxio sanguine. 4. Regum. 21. Titelmanus ideò horum signanter meminisse dicitur, ut significetur pro omnibus iustis cuiuscunque conditionis, aut quocunque loco interfectis exquirendam esse vindictam. Abel autem, & Zacharias, & conditione, & loco diuersissimi fuerunt. Abel enim simplex erat ouium pastor, nec sacerdos villo modo erat: quoniam in lege naturæ sacerdotium primogenitura erat annexum. Abel autem non fuit primogenitus: sed hoc tantum legimus, quod iustus fuerit, & ex optimis Domino immolauerit. Zacharias autem, & sacerdos, & sacerdotis filius fuit, & propheta: quoniam tanquam propheta populo prædicabat, nam de eo dicitur in lib. Paralyp. quod spiritus Domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis, &c. Similiter in loco interfectionis diuersi fuerunt. Nam in

D. Hiero.
2. Para. 24.
4. Reg. 21.
Titelmanus.
2. Para. 24.

agro ille, hic in atrio templi fuit occisus. Et in occisionis modo, similiter fuit diuersitas. Quoniam ille ab vno suo fratre, hic à toto populo iubente Rege interfectus est. In his ergo diuersitatibus diuersas conditiones iustorum vult significare; de quorum omnium interfectionibus expetenda est vindicta. Sed rectius cum Caietano, & Iansenio dicitur, ideò de Zacharia fieri mentionem, quoniam hic est vltimus iustus qui in sacris Scripturis legitur interfectus fuisse. Et secundo quoniam Scriptura in hoc Zacharia, & in Abel duntaxat exprimit petitionem vindictæ. In Abel enim dicitur. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, In Zacharia verò cum narrat illum morientem dixisse: Videat Dominus, & requirat: quia enim de vindicta sanguinis Prophetarum Dominus loquebatur; par fuit, ut illorum sanguinem commemoraret, quorum vindicta petita traditur in sacra Scriptura; ut ex his duabus ultionibus petitis intelligatur similiter petita vindictæ omnium aliorum Prophetarum, ac proinde rationabiliter, sic dictum, ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum tanquam petens vindictam, à sanguine Abel, cuius sanguis clamauit ad Deum, vsque ad sanguinem Zachariae, qui moriens dixit videat Dominus & requirat. Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam. Ista repetitio semel dicti cum particula, ita, vel, amē, significat vehementem asseuerationem, & rem notatu bene dignam. Sic & alibi postquam confessus esset Dominus Patri, quod abscondita à sapientibus & prudentibus, reuelasset paruulis, statim subiungit. Itã Pater, quoniam sic placuit ante te. Et alibi, postquam docuit Patrem Deum super omnes esse timendum, eo quod haberet potestatem corpus, & animam mittere in gehennam; mox subiungit. Ita dico vobis hunc timete. Idem in huiusmodi vsu vult particula, ita, quod, amen, vnde apud Lucam hoc loco dicitur. Ita dico vobis requiretur ab hac generatione. Hierusalem, Hierusalem, qua occidisti Prophetas, & lapidas eos qui missi sunt ad te; quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis non meredebitis à modo, donec dicatis, benedictus qui venit in nomine Domini. Nomine Hierusalem totum populum Iudæicum intelligit, cuius præcipua

Caietan.
Iansen.
Genes. 4.
2. Para. 24.
Luc. 10.
Luc. 12.



ciuitas erat Hierusalem, ubi erat templum, & tamen illa citò debastanda erat. Con- duplicat autem nomen, vt exaggeraret con- ditionem ciuitatis, cui tot beneficia, & priuilegia donauerat. *Qua occidis Prophetas.* Non dicit occidisti, aut lapidasti, sed occi- dis: vt ostendat perseverantiam illius gentis in occidendo Prophetas. Adhuc enim in sua crudelitate perdurabant ipsum Dominum, & discipulos eius volentes occidere, vt de fa- cto fecerunt. *Quoties volui,* voluntate signi nempè præcipiendo, monendo, visitando, per Prophetas. *Congregare filios tuos quemad- modum gallina congregat pullos suos sub alas.* Hoc est, congregare non quomodocunque, sed materno affectu more gallinæ respectu pullorum, *vos,* congregare protegendo, & curam maximam vestri gerendo. Et dicendo, Hic Dominus. quotiens volui, ostendit quòd sit Deus: quia omnibus præteritis tempori- bus id voluit. *Et noluisit.* Damnatur hoc lo- co stulta illa necessitas, in negotio salutis, & ostenditur liberum arbitrium. Sed notandū ex Caietano in hoc loco, quòd licet Deus non habeat nisi vnam voluntatem, & vnum velle quòd est substantia eius: velle tamen diuinum relatum ad præcepta, monita, cõ- silia, prohibitiones, & similia, appellatur à Theologis voluntas signi. Contra quàm vo- lumus quotiens peccamus, non obediendo præceptis Dei, & de hoc velle est sermo cū dicitur. *Quoties volui, & noluisit.* Dicit enim Deum velle, id ad quòd vt faciat tot adhi- bet media. Nisi enim vellet meam salutem, nõ me admoneret, nõ me cõsuleret, nec alia similia faceret. Signum ergo hæ res sunt, q̄ Deus meam salutem vellit. Cæterum ipsum diuinū velle, si referatur ad illa quæ ab æter- no disposuit executioni mandari; vocatur voluntas beneplaciti, de qua scriptum est.

Psal. 134.

Ad Ro. 9.

scientijs, quàm in Regno. *Donc dicatis, Be- nedictus qui venit, &c.* Hæc consolatio est per occupationem adiecta, de his qui ex Iudæis conuerterentur, & suscipere Euangelium post mortem Christi. Dicere verò Christum benedictum venire, in nomine Domini, est confiteri Christum eum esse, qui à Domi- no missus est, & qui placet Domino. Cer- tē hoc, donec dicatis, &c. Designat vltimū Christi aduentum gloriosum, quandò con- uersi ad veritatem Iudæi dicent: *Benedictus qui venit, &c.* Certum quippè est hoc Iu- dæos dicturos: nam Deuter. 4. prædictū est. Nouissimo autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius: quia Deus misericors Dominus Deus tuus, non dimittet te, nec omninò delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit pa- tribus tuis. Et Osee. 3. etiam dictum est. *Quia dies multi sedebunt filij Israël sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, & sine altari, & sine ephor, & sine theraphim; & post hæc reuertentur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, id est Christum, & parebunt.* Id est, reuertebuntur, ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Et Azarias. 2. Pa- raly. 15. dixit: Si dereliqueritis Deū dere- linquet vos. Transibunt autem multi dies in Israël absq; Deo vero, & absq; sacerdote, absq; doctore quoq; & absq; lege: cum quæ reuerfi fuerint in angustia sua, & clama- rint ad Deum Israël, & quæserint eum; re- perient eum. Hæc vaticinia in Iudæis nõ- stri temporis adimplentur; quòd antea nõ- quam sine Principe, sine Sacerdote, sine lege fuerint. His allipalatur Paulus Roma. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret: & sic omnis Israël saluus fieret. Quòd si de vltimo die, quo Dominus iudicaturus omnes debet ap- parere, id vis intelligere; tunc boni ex Iu- dæis clamabunt: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Mali autem videbunt in quem pupugerunt, & plangent se super eum.

Deut. 3.

Osee. 3.

2. Para. 15.

Ad Ro. 11.

Zach. 12.

Nunc ad moralia trãseamus. *Eccē ego mit- to ad vos, &c. vt veniat super vos omnis san- guis iustus.* Hoc est, sicut omnis iustitia præ- cedentium sanctorū tantū mereri non po- tuit; quantum gratiæ datum est hominibus in Christo, sic omnium peccata impiorum, tantū mereri non potuerunt iræ, & sup- plicij; quantum Iudæis super venit: eo quòd in Deum ipsum se uerterunt. *Omnis sanguis iustus.*

Moralitas seu cõcio.

Gen. 9.

Ezech. 11.

Psal. 147.

Deut. 32.

iustus: ò verè graue, & horrèdum iudicium. In Genes. præcipitur capit. 9. Noe, & fi- lijs eius ne comedant sanguinem anima- lium: non ob aliud quam vt discerent mag- ni æstimare sanguinem humanum, vnde & statim subditur. *Qui effuderit sanguinem humanum effundetur sanguis eius.* Et apud Ezechiel. capit. 11. dicitur: *Plurimos occi- distis, &c. gladiū igitur inducā super vos.* Si tanti æstimatur apud Deum sanguis cuius- cunque hominis, quāti æstimatur sanguis sanctorū qui propter nomen ipsius occi- dentur: Hinc enim sanguis clamare ad Do- minum, dicitur: Et ob hoc (vt diximus) il- los duos nominat Abel, & Zachariam; quoniam eorum sanguis vindictam pete- bat, vt sciremus eodem modo sanguinem aliorum in cœlum clamare, ac iam instare, quia Zacharias dixit videat Dominus & re- quirat. *Hierusalem, Hierusalem qua occidis Prophetas, &c.* In his verbis aperte suam dilectionem, & Iudæorum malitiam osten- dit. Primò geminando dicit, Hierusalem, Hierusalem. Hæc enim geminatio charita- tem, & dilectionem indicat. Recogita quæ à Deo acceperis, quæ ego præstiti, sanctis meis non peperci, vt tibi parcerem, illo- rum vitam neglexi, ne tuam mortem vide- rem: si de tua morte grauius fuisset, nun- quàm prophetas misissem, nunquàm ego ip- se venissem. Deindè filios tuos colligere volui, filios, inquam, tuos non aliorum. Nā non fecit taliter omni nationi, quoties vo- luit congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. Om- nium beneficiorum Dei in hanc gentem caput est, quòd colligere & seruare ipsam statuerit: quare iocundissima hæc similitu- dine gallinæ & pullorū eximium suæ cha- ritatis affectum erga Iudæos explicat. Hæc frequens est Scripturæ consuetudo, quòd ad exprimendos suæ erga nos charitatis af- fectus, sumat similitudinem à parentibus, siue hominum, siue aliorum animalium. Nam in Deuter. legitur: Sicut aquila pro- uocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Expandit alas suas, & assump- sit eos, atque portauit in humeris suis. Sic enim Deus cum filijs Israël fecit. Debe- mus quidem rerum naturas contemplari, non vt (quemadmodum incredulæ gen- tes) quiescamus in eis; sed vt per eas Domi- num nostrum, & voluntatem eius erga nos cognoscamus. Paulus enim ait ad Roman. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ

facta sunt intellecta conspiciuntur. Inuisi- bile certè est, quòd Deus in periculis præ- sto nobis adit, ac defendat nos: sed hoc in- uisibile Dei efficitur nobis in gallina visibi- le, quæ ad volatē miluo statim colligit pul- los suos sub alas suas, vt eos ab impetu milui tueatur. Si Deus hæc gallinæ indidit natu- ram, vt nil prius, aut charius habeat, quam pullos suos protegere & conseruare; quomo- do Deus author naturæ omniū creator, hoc affectu erga suos pullos, quales sumus homi- nes præditus non erit? Neque enim fieri po- test, vt qui plantauit aurem non audiat, qui finxit oculum non consideret: ita non fit, vt qui maternā curam erga prolem creauit, nõ ipse quoque plusquàm maternum affectum erga populum suum gerat: sentiamus igitur de rerum natura quod sit spectaculum, & speculum quoddam; quo nobis inuisibilia Dei ad eruditionem & salutem nostrā intel- lecta proponuntur. Tradunt physici huic aui singulare studium protegendi, ac proue- hendi pullos suos in esse, vt qui miluo suum corpus obijciat pro pullis, ac vitæ suæ peri- culo pro illis animosè, ac ferociter pugnet. Mutat propriam vocem, in lamentabilem, & quærelam, quærit, verit, foditq; conti- nuo quòd pullis impertiatur, glocit & per- petuo aduocat, ac si quid inuenit id mini- mè edit, sed seruat ac præbet pullis, grauis- imè ac mira vehementia cõtra miluum pug- nat & vociferatur. Expandit suis pullis alas suas, ac si quis illis consulat, benefaciat ci- bum, vel manu porrigat, miris modis illum sibi gratificatum fuisse, ac summam volup- tatem attulisse ostendit. Sic & Christus mu- tauit vocē, penitentiam prædicauit, omni- bus suam ipsorum miseriam, & peccatum ostendit, corde propensissimo verit, & ef- fodit in scriptura quærens quibus pascamur cibos. Aduocat sollicitè nos ad se dicens. *Ve- nite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Expandit super nos alas suas, hoc est, omnem iustitiam suam, omnia merita & omnē gratiā. Blandissimè apud se recipit, calefacit, ac fouet suo naturali calo- re, hoc est, Spiritu sancto, qui per ipsum no- bis donatur. Pugnat deniq; pro nobis cõtra hostem in cœlestibus intentissimè, ac nihil omninò omittit q̄ ad alendū, fouendū, propugnandū, & saluandum nos quoquomodo pertinere possit. Hæc sunt non corporali- ter, sed spiritualiter. Alæ duæ, duo sunt te- stamenta sacræ Scripturæ, quæ expan- dunt super nos iustitiam eius, & faciunt, vt

Ad Ro. 11.

Psal. 93.

Matth. 11.



apud ipsum nos recodamur. Propter quod Scriptura nihil aliud nos docet, quam Christum huiusmodi gallinam esse, cui nos committamus. Veritas eius clypeus est, id est, scriptura, fide, & charitate perfecta. Fornax & scutum est certa protectio contra omnem inersum, & omnia pericula. Oportet igitur in verbo & scriptura concipere Christum, & adhaerere ipsi fide viva, qua non dubitemus talem nobis esse, qualem nos descripsimus. Sic certe sub alas, atque veritate eius vivemus, atque saluabimur. Dicitur autem Christus velut gallina glaucitate, & sub alas pullos congregare; quando reuelat Verbum & vocat ad resipiscenciam, non solum quando predicauit & Iudaeos vocauit ad penitentiam ne perirent, sed id etiam multo ante egit. Glaucitauit in regno Israel per Prophetas, vt posset dicere: Laboraui clamans tunc factae sunt fauces meae: vt per penitentiam sub alas venirent, & liberarentur. Et multa alia beneficia exhibuit Israelitis quos inuitauit ad resipiscenciam, vt ex hereditate populi Dei non excluderentur. Vera gallina ipse est amabilissima & non sibi supra modum sollicita; quae semper nos apud se colligere studet, expandit alas suas, & aduocat, id est, praedicat & curat, vt nobis praedicetur vtrumque testamentum, missis prophetis sapientibus, & Apostolis in vniuersum orbem, sed quid sit? Interim nos grauiamur illius pulli esse; & oblata gratiam negligimus. Excitemur igitur, & sub alas Domini curramus, fide, spe, & charitate armati. Caeterum super haec habet gallina quod granum accipit in ore fingens illud velle deglutire, & tamen hoc facit ea intentione, vt pullos ad comedendum excitet & instruat; at quando iam pulli nutriti sunt ipsa comedit, & saturatur. Sic Christus Dominus quasi fide comedeat, hoc est, actiones aliquas exercebat, quae sibi necessariae non erant, nec reuera ob eius necessitatem illi conueniebant, sed potius, vt nos instrueret illas faciebat. Nam baptizatus est non quia baptismo egebat, qui omnium fordes abluere veniebat: sed vt nos ad baptismum instrueret, & hortaretur. Sic & opera penitentiae exercebat, cum tamen non proficere faceret cum peccatum non haberet, sed vt nos ad ea excitaret & instrueret. Quare & tunc gloriam animae detinebat, ne in corpus redundaret, vt daret locum passibili carni. Postquam vero in omnibus educauit & instruxit filios suos, dedit locum

psal. 68.

animae, vt gloriam suam corpori vsq; ad fatietatem comunicaret. Habet insuper & hoc gallina quod infirmatur ad pullos, ita quod ex voce quam mutat & acuit ad pullos suos, & ex specie quam macilentam gerit, cognoscitur illam habere pullos. Sic Christus Dominus sic se habuit, vt ex vultu, ex voce, ex cura quam gerebat, cognoscebatur illum habere filios caros educandos. Sic enim, & Paulus dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et cupiebat cum suis filiis esse, & mutare apud illos vocem suam. Et in gallina sibi cibum subtrahens confert filiis, & Dominus noster dixit: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Perfidi ergo Iudaei haec attendere noluerunt; nos tamen summo studio, ac fide haec amplectamur verba. Nobis iam adest Christus, nos conuocat & colligit sub alas suas, de quibus Psalmista Psal. 35. Filij (inquit) hominum sub umbra alarum tuarum sperabunt. Omnis nobis libertatis spes adempta est, nisi speremus integumeto alarum Domini, qui eas ob id expandit, vt nos assumeret. Vt pullis non recurreribus sub alas gallinae huius, cum nunquam non desuper volitet miluus, imo leo quarens quem deuoret. Attendamus quantum charitate & affectu nobis assistat Christus; non secus quam gallina pullis. Nunquam enim cessat nos vocare, fouere, pascere, defendere. Timeamus deum ne & domus nostra deserta a Deo relinquatur. Quid enim grauius, quam a Deo relinquitur quo fugiet? ubi manebit? A Deo desertus cui associabitur, nisi ei qui ab initio a Deo desertus est nempe diabolus? Cum Psalmista igitur clamemus. Ne proicias me a facie tua, &c.

Sed D. Chrysost. homil. 46. in imperfecta, hanc gallinam dicit esse matrem Ecclesiam, sic dicens: Gallina Ecclesiae ponit similitudinem, sicut enim pulli gallinarum pastum suum quarentes per diuersa vagantur, & maternis vocibus congregantur ad ipsam, & iterum similiter pascentes disperguntur, & iterum maternis vocibus congregantur, sic & populus Dei carnalem voluptatem, & mundialem & concupiscentiam sequentes, per diuersos vagantur errores, quos Ecclesia Mater, per sacerdotes modo increpationibus, modo blanditijs quasi quibusdam vocibus congregat, & collectare festinat. Et quemadmodum gallina habens pullos vocando illos non cessat, vt assidua voce vagositate corrigit pullorum suorum, sic & sacer dotes in doctrina cessare non debent, vt studio

2. Cor. 11.

Ioann. 6.

psal. 35.

psal. 50.

D. Chrysost.

simile.

psal. 124.

psal. 124.

psal. 124.

psal. 124.

psal. 124.

& assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi errantis emendent. Et quemadmodum gallina habens pullos, non solum suos calefacit, sed etiam cuiuscunque volatilis filios excludos a se diligit quasi suos. Ita Ecclesia, non solum suos Christianos studet vocare: sed siue Gentiles, siue Iudaei, siue suppositi illi fuerint omnes fidei suae calore viuificat, & in baptismo generat, & in sermone nutrit, & materna diligit charitate. Vt autem, & haereticis haec eadem coaptemus. Hierusalem hic semper Ecclesiam intellige quae dicitur ciuitas patris, cuius fundamenta posita sunt super montes scripturarum. Sicut ergo illi Iudaei qui fuerant, Hierusalem spiritualem ingressi crediderunt in Christum, illi autem qui erant Hierusalem corporalis manentes in corporali Iudaismo persequebantur spirituales Iudaeos, id est Apostolos caeterosque ex circuncisione credentes, sic & de illa noua Hierusalem, id est, de Ecclesia, qui spirituales Christiani fuerunt relicta corporali Ecclesia quam perfidi occupauerant violentia, exierunt ab illis, magis autem illi exierunt a nobis. Sicut Ioan. exponit. 1.2. Non enim illi de Ecclesia exire videtur qui corporaliter exiit, sed qui spiritualiter veritatis Ecclesiae fundamenta reliquit. Nos enim ab illis exuimus corpore: illi a nobis fide. Nos apud illos reliquimus fundamenta parietum, illi apud nos reliquerunt fundamenta scripturarum. Nos ab illis egressi sumus secundum aspectum hominum: illi autem a nobis secundum iudicium Dei. Vult dicere Chrysostomus, quod Catholicis reliquerunt Ecclesias haereticorum, & fugerunt ab eis. Quoties volui congregare filios tuos, &c. Et nolui. Quotiescunque enim (sicut diximus) inter haereticos, & fideles fidei mouetur certamen; cuiusdenter vult illos Dominus congregare sub veritate alarum suarum, id est, duorum testamentorum. Quotiescunque leguntur, apud eos verba Prophetarum, & Apostolorum, illi autem non quasi domestici pulli gallinae, quae est Ecclesia, sed quasi syluestres pulli sanguinarij vulturis, aut accipitris, non solum ad veritatem duorum testamentorum venire non acquiescunt, sed adhuc irruunt super ipsam gallinam, id est Ecclesiam, & diripiunt, & dispergunt pullos eius; & vellicant

1. Ioan. 2.

eam; toties vult eos congregare, illi autem nolunt.

Caeterum quoniam Euangelium, hoc in festo sancti Stephani Prothomartyris legitur, operapretium erit animaduertere quod sacra Scriptura solet mentionem facere eorum qui primi rerum inuatores fuerunt, tanquam digni extiterint quod eorum celebretur memoria, & praecipue eorum, qui ea quae ad cultum Dei attinebant inuenerunt. Vnde Gen. 4. postquam Moyses retulit illos qui primitus pastorum habitum atque munus adinuenerunt, & illos etiam qui artem psalendi in cithara, & organo meditati sunt: imo & illos qui malleatorum officium primi exercuerunt. Cum de Enos faceret mentionem, ait. Hic coepit inuocare nomen Domini. Alij quidem pastorum officia, musicae artem, & fabrorum ferri adinuenerunt, iste vero quomodo nomen Domini inuocaretur docuit. Sed quantum maiori laude dignus erit beatus Stephanus, qui primus adinuenit pro nomine Christi mortem oppetere? Primus enim fuit qui Deo in eadem moneta soluere docuit. Christus enim pro homine mortuus est: hic fuit primus homo qui pro Christo mortem passus est. Saluator pro homine vitam dedit: Stephanus pro Deo suam vitam obtulit. Mortem enim quam dignatus est Saluator pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit saluatori, canit de eo hodie Ecclesia. Sic autem oportuit (ait D. August.) quod prius immortalis pro mortali carnem sumeret, vt mortalis pro immortalis mortem non expauesceret. Ideo quippe Dominus natus est ad moriendum pro seruis; vt seruis non timeret vitam suam pro Domino dare. Nascitur in terra Christus, vt Stephanus nasceretur in caelo. Christus ingressus est mundum, vt homo ingrederetur in caelum. Sublimis ad ima descendit, vt ima ad suprema subleuaret. Filius Dei factus est homo, vt homo fieret filius Dei. Et quod Deum ad terram de caelo traxit, hoc Stephanum a terra in caelum euexit. Vnde diuus Fulgentius ait. Hodierno die charitas quae de caelo ad terram deposuit Christum, ipsa Stephanum eleuauit de terris ad caelum. Rem mirabilem nobis beatus Fulgentius dicit. Nunquid charitas duas potest habere motus contrarios. Vnum sursum aliam deorsum? Quod idem amor, & Deum de caelo demittat, in terram, & Stephanum

De scto stephano concio.

Gen. 4.

D. Aug.

D. Fulg.

dd 5 e terra



et terra in coelum euehat? Quomodo tam diuersos operatur effectus in diuersis subiectis? Quod Deum humiliet, & hominem subleuet. Ita quidem est, sed vtrunque ex eadem amoris proprietate procedit. Hac quippe vim habet amor, quod amatem in amatum transferat, tanta est amoris vis, vt post se rapiat amantem. Nam si aquila cibus est in terra, illuc se dimittit, vt rapiat eum. Quod si illum in nubibus poneret, illuc aduolaret, vt haberet. Cibus amantis res amata est, vbi hunc cibum videt illuc currit amans, vt eo cibetur. Amoris Dei esca, homo fuit. Nam in illum amorem suum ab aeterno collocavit, cum semel dixit. In charitate perpetua dilexi te. Et iterum dicitur: mea esse cum filiis hominum. Si ergo res amata a Deo, hoc est homo, in terra erat, amans autem, hoc est, Deus in caelo; & tanta est amoris vis, vt trahat amantem in rem amatam: consequens erat, vt amor Deum in terram deiceret (si ita fas est loqui.) Et hoc praecipue, quia amor Dei non sic videri potest in ipso Deo, vbi infinitus est, & incomprehensibilis amor, quantum in re ipsa amata a Deo, in cuius bonis splendet amor Dei erga illam. Nam & inter homines non sic apparet amor Regis quem ad alium quem habet in ipso Rege, quam in illo quem amicum habet. Nam si videris illum potentem, opulentum, in magna positum dignitate, hinc inferes illum esse a Rege maxime dilectum. Idem dices de amore quem pater erga filium suum habet. In ipso filio videbis illum, si enim illum in dilectis habet, si in bonis paternis melioratum perspexeris, hinc intelliges quantum illum diligebat pater. Simili modo amor Dei impossibile erat in ipso Deo intelligi, in quo omnia inuisibilia, & incomprehensibilia sunt, oportuit, vt foras illum in creatura manifestaret, & videntes quantis illum affecerit bonis, hinc perpendimus quanto eam amore diligat. Quare in hominibus voluit Deus amorem suum ostendere, filium suum hominem factum nobis tribuens: vt in eo quasi in expresso quodam exemplo, & veridice Dei imagine amorem in ipsa origine agnosceremus. Vnde Ioan. c. 2. 1. Epist. In hoc (inquit) apparuit charitas Dei in nobis: quoniam filium suum misit in mundum, vt viuamus per eum. Igitur quoniam hunc amorem Dei in Deo perspicere non poteramus, venit Deus in mundum, vt illum oculis carnis ma-

Hier. 31. Prov. 8.

1. Ioan. 2.

nifestum redderet. Ecce cur amor Deum, & caelo ad terram nobis adduxit. Stephanum vero e contra terra in caelum amor auexit. Quoniam res amata ab eo, quae erat Christus, iam in caelis ad dexteram Dei patris erat. Magi illi Reges qui venerat quaerere puerum Iesum quia in stabulo illum repererunt: ibi in praesepe inter scenum, & animalia prona adorauerunt: Quoniam ibi erat res amata ab eis. Caterum Stephanus quia amabat Christum, & vidit caelos apertos, & Iesum stantem adextris Dei, ibi illum quae fuit, & quia ibi escam suam vidit ad ipsam auolans properauit. Ecce ergo quod Fulgentius dicit, charitas quae de caelo ad terram deposuit Christum, ipsa Stephanum eleuauit de terris ad caelum. Et hoc in verbis huius Euangelij ostenditur cum dicitur. Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & nolisti. In his enim verbis amorem suum erga nos clare manifestat. Nam alas suas expandit, vt nos sub sua protectione susciperet. Dum Dominus noster Iesus Christus in terra cum hominibus vitam egit, gallinae officium nobis cum exercuit. Cum autem ascendit in caelum, veluti aquila se habuit prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Gallina quippe alas demittit, vt sub eis eos recipiat, vt protegat, vel oua foueat, & calefaciat, aquila vero alas quat, vt cum eis sursum in aera subleuetur, vt secum pullos suos euehat. Et quamuis videatur humilis, & deiecta comparatio hominis Christi cum gallina, cui homines conferre solent timidos atque ignauos homines, tamen Dominus huic aui se comparat in nobilioribus, ac utilioribus officijs, quae ipsa exercet. Qui ouum considerat priusquam gallina super illud incubet, non putauit quod ex illo gallina prodire possit. Quae enim habet ouum illud quod solum crustam teneram habet, cum albugine, ac vitello, cum gallina quae carne, ossa & pennas habet similitudinem? Nulla omnino profecto. Verum si illud sub alis suis gallina suscipit fouet, calorem suum, ac substantiam illi communicans, paucis diebus videbis ex ouo illo pullum oriri, cum carnibus, ossibus, ac pennis, ita vt nullam iam cum ouo, a quo prodijt videatur habere similitudinem. Sic Christus Dominus cum homine se gessit. Qui hominem antequam eius naturam Deus supersisset aspexit, nunquid existimaret quod ille homo ad tantam dignitatem ascenderet.

deret, vt nomen Dei illi vllatenus secundum veritatem communicari posset. Et quod caro illa, & sanguis imbecillis, ac fragilis iuncta Dei verbo eius vocabulo dignissima acciperet? Et quod alas, ac pennas assumere deberet, non gallinae, sed aquilae quibus vsque ad dexteram patris volare valeret? Quam tunc cum Deo homo similitudinem habebat? Prorsus nullam, vel saltem minorem quam ouum cum gallina, si Dei magnitudinem cum eius paruitate conferas. Deus quippe spiritus est, homo ipsa caro: Deus aeternus: homo temporalis; Deus iustus, homo peccator. Deus immortalis, homo passibilis. Caterum postquam illum Deum sub alas suas accepit, & naturam suam suae copulabit personae, incubitque super eum triginta, & tribus annis fouendo illum, atque substantiam suam calorem suae gratiae, ac doctrinae illi communicando, se ipsum euiscerando, & escanguinando, vt vitam & substantiam homini conferret, postquam se in stabulo quodam tanquam in gallinario posuit, & super praesepe tanquam super nidum foeno, ac palleis compositum occubuit, sic se homini communicauit, vt iam homo similis Deo fiat. Iam hodie homo Deus nascitur, ibi suum illi calorem contulit sibi que iungit: ita quod iam homo nuncupetur Deus, & in eodem aestimetur pretio. Quoniam homo ille ipsa verbi persona est. Eductus pullus ex ouo non aestimatur pretio oui, nec tam minimo pretio venditur, sed tanquam aui ipsa quae illum ex ouo eduxit aestimatur. Sic homo cuius hodie natura verbo Dei copulatur: non iam tanquam purus homo aestimatur, sed tanquam Dei persona adoratur, nam verbi persona est. Certum est aliam esse hominis aestimationem aliam Dei, si quodlibet per se sumatur: vnita tamen hominis natura cum persona Dei: iam hic homo aestimatur sicut Deus, quoniam vere Deus est, & eandem adorationem quam Deo exhibemus illi, & attributa quibus Deum ipsum aestimamus, atque ponderamus habet etiam homo ille. Dicitur quippe immortalis, aeternus, omnipotens, &c. Item ouum tenuis quaedam res est, facile quae frangibilis: verum a calore gallinae forum in duritiam ossium transit. Sic homo imbecillis qui cuiuslibet occasio succumbit, quis putaret ipsum mortem. Bestias gladioque ferre valere: tamen quia Deus illum sub alis assumpsit, iam superior his omnibus euadit. Ibi enim Dei fortitudinem accepit. Vnde & Iob dicebat. Pone me

Iob. 17.

iuxta te, & cuiusuis manus punet contra me. Blanda petra igni applicata, indurissimum ferrum conuertitur, imò & massa illa ex qua fit vitrum, si certum in igne ei detur temperamentum durior ferro aliquando facta est. Sic & massa ista hominis, tenuis, ac blanda, huic diuino igni supposita, durior laevis, ac gladijs euadit. Ferrum de terra tollit (ait Iob) & lapis resolutus calore in es vertit. Lapidem emollit ignis: & liquefactum in duritiam aeris traducit. Sic homini contingit. Quis enim aestimare poterat quod Stephanus ex imbecilli carnis massa conditus, qui velut ouum in tenui testa inclusus erat, cum lapidum turbine poterat collidere. Sed quoniam e caelo gallina haec fouebat illum, durior, ac fortior lapidibus quibus praenebatur euasit. Quare de eo dicit Lucas. Stephanus plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Quis illum impleuerat gratia, & fortitudine, nisi ille qui vtraque repletus eas nobis impertiri venerat? De quo & Ioan. ait. Vidimus eum plenum gratiae, & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus. Sed quomodo Stephanus dicitur plenus gratia, cum Christus Dominus plenus gratia a Ioanne describatur? & beata Virgo Maria gratia plena, ab Angelo saluatur? Nunquid omnes plenitudinem gratiae receperunt? Ita plane sed vnusquisque secundum munus ad quod electus fuit, hanc habuit plenitudinem gratiae. Quemadmodum videmus vasa plurima plena aqua maiora, & minora, tamen quodlibet horum plenum est aqua aequali proportionem: hoc est, quod vas minimum ita plenum est sicuti, & vas maius, licet plus aquae maius capiat. Sic dicitur quod Christus Dominus, beata Virgo, & sanctus Stephanus pleni fuerint gratia; proportionabiliter tamen. Christus enim Dominus accepit gratiam tanquam caput, vt eam membris distribueret. Quare habuit infinitam gratiam in genere gratiae, hoc est, ad omnes effectus gratiae. Beata Virgo plena etiam fuit gratia, quam accepit tantam quanta ad hoc quod esset mater Dei decebat, vt haberet. Stephanus qui minoris capacitatis vas erat, secundum suam mensuram etiam est adimpletus gratia, quanta erat necessaria ad facienda signa, & prodigia magna in populo. Dicitur ergo de illo quod erat plenus gratia, & fortitudine: nam halitu, ac calore quem ab isto Domino acceperat, qui illum sub alas suas sumpserat ossa, ac nervos acceperat, quibus fortiter in-

Simile.

Iob. 28.

Act. 6.

Ioan. 1.

ibidem.

Simile.

micis

simile. micis resisteret. Item gallina quando enutrit pullos suos debilis, ac macilenta est, nam non comedit, ut pullos suos cibet, substantiam suam, ac calorem illis communicet, unde sic debilitata incedit, ut sola ossa, ac plumas habeat. Quare si tunc eam emere velles, nullum, aut modicum pretium inuenires pro ea. Et tamen si quis diceret tunc tibi. Cur istam fers gallinam, sic debilem, ac macilentam? Responderes utique illi, quoniam haec mihi pullos generat, ac enutrit. Nonne vides illam pullis comitatam quam plurimis? Plus enim illam ob hoc estimo sic macilentam, quam alias quatuor pinguioribus illa: quoniam plus utilitatis quam ille mihi affert. Sic Christo Domino dum in hoc mundo ageret contigit. Qui enim debilem, ac macilentum vidisset, opprobrium hominum factum, non hominem sed verum estimatum, super praesepe proiectum, tremementem frigore, pro lacte eiulantem, in cruce mortuum pendentem, ita quod nec manus, nec pedes moueret, diceres illum miserum, ac procius maxime inutilem omnium mortalium. Sed seduceris homo seduceris, nec enim intelligis fortitudinem eius, quae ibi abscondita est. Crux illa nidus est in quo suos procreat filios, in sinu lancea aperto illos colligens, & enutrit. Illa quoque infirmitas quae ibi oculis tuis apparet, omnium martyrum fortitudinem genuit. Pueritia illa, puerulos homines facit. Mors illa, vitam omnibus tribuit. Vide pullos quos post se trahit. Hodie martyrem vnum talem, cras Euangelistam magnam: perendie puellorum martyrum eximia multitudinem. Altera die alium martyrem, & alia alium confessorem, qui substantiam eius suggerunt, ac fortitudinem imbiberunt, & ideo ipse debilis, ac infirmus apparet, magno tamen cum fructu, ac utilitate. Hoc videtur mihi voluisse sentire ille Euangelicus Propheta Esai. cum cap. 51. dixit. Secundum translationem Septuaginta. In humilitate iudicium eius sublatum est, generationem eius quis enarrabit? Ac si diceret. Humilis quidem atque abiectus reputatus est: nam nec iustitiam illi seruauerunt contemnentes illum, & morti iniustissime tradentes: videre tamen generationem eius, quos post se pullos, ac filios trahat, & nutriat: & sic non ipsum contemnetis, sed tanquam omnibus utilissimum maxime reputabitis. Habuit igitur se Dominus in hoc mundo tanquam gallina cum suis pullis. Ceterum cum caelos petijt, tanquam aquila se gessit. Nonne vides aquilam cum iam

Esai. 51.

pulli sui plumescunt, quomodo super eos volitet, ascendat, & descendat. Oculis immotis ipsum solis luminare aspiciat? Ut sic prouocet filios suos ad volandum atque timorem inanem ab eis auferat, & abijciat. Sic Dominus noster Iesus super omnes auolat caelos sedens ad dexteram maiestatis, & illinc nos prouocat, ut relicto huius carnis nidulo: illic pergat nostrae mentis intentio quocumque patre est nostra substantia Iesus Christus Dominus noster. Sicut aquila prouocans aduolandum pullos suos, & super eos volitans. Sic hodie illum vidit beatus Stephanus cum ad illum volare vellet. Intendes in caelum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Quasi ex illo sublimi loco expanderet alas, ut illum prouocaret ad volandum, & quasi nutibus illum ad se vocaret atque suaderet, ne ictus aut pondera lapidum timeret: nam illi lapides deberent illum quasi pondera quaedam adiuuare, ut per huius mundi impedimenta irrumperet, quatenus celerius ad ipsum in caelos saltaret. Quare cum gloriam Dei vidisset omnia alia contempsit, & per turbinem lapidum irruptionem fecit. Quid mirum. Videbat enim ob oculos praemium, cur non ad illud rapiendum se extenderet? Animalia illa sancta quae vidit Ezechiel, plena erant oculis ante & retro. Nam ad hoc quod homo contempletur omnia quae in Deo sunt, oportet, ut totus in oculos conuertatur: ut tantum praemium aspiciere valeat. Imo ad contemplanda Dei beneficia, oportet ut oculis plenus sit homo. Quia ergo sancti illi pleni erant oculis, & poterant agnoscere magnitudinem praemij, hinc linguas suas in laudibus eius soluebant clamantes atque dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Ex visione quippe Dei fit ut homo sui oblitus totus in Dei laudibus rapiatur. Et illi viginti, & quatuor seniores proiectis phyalis, & coronis se ante thronum posternabant. Nam sancti Dei sceptris, & voluptatibus abiectis, se ante Dei maiestatem demittunt. Sic beatus Stephanus cum oculis etiam corporeis praemium vidit, corpus, vitam & animam ante Deum proiecit: & totus in illum raptus, illi lapides durissimi, videbantur blandi, lapides quippe illi dulces torrentes fuerunt. In illo nanque adimpletum est quod diabolus a Domino in deserto petijt, ut lapides panes faceret. Quoniam lapides illi beato Stephano, in cibum dulcissimum, ac in diuinam substantiam ad quam

Dent. 32.

Act. 6.

Ezech. 1.
Apoc. 4.

Apoc. 4.

Matth. 4.

Matth. 4.

quam videndam translatus est conuersi sunt. Hic etiam fuit vnus effectus aduentus Christi ad nos. Aperire nobis caelos sicut Stephano aperti sunt: quatenus visso praemio ad illud alacriter properemus. Hoc antiquis patribus concessum non est: Nec enim caelum apertum viderunt, nec praemium ob oculos intuiti sunt, sed longo ab illis intervallo distans. Iuxta illam Pauli sententiam qua ad Heb. 11. dicit. Hi omnes iuxta fidem defuncti sunt non dum acceptis re promissionibus, sed a longe eas aspicientibus, & salutantibus. Hoc est, venerantibus, a longe hoc aspiciabant bonum per fidem, ac spe, qua de Christo habebant. Nunc autem coram oculis praemium habentes iustum est, ut ad illud cum sanctis istis properemus, illud Pauli consilium accipientes quo dicit. Ideo quae & nos tantam habentes impositam nubem testiū deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccata, per patientiam curamus ad propositum nobis certamen: aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem consultatione contempta.

Hebr. 11.

Ad Heb. 12.

Cap. XXIII.



Egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei adificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis. Videtis haec omnia? Amen dico vobis non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur. Sedente autem super montem Oliueti accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando haec erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes ego sum Christus, & multos seducunt. Audituri enim estis praedia, & opiniones praediorum, videte ne turbemini, oportet enim haec fieri sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & Regnum in Regnum, & erunt pestilentia, & fames, & terra motus per loca: haec autem omnia initium sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem: & mul-

ti pseudo Prophetae surgent, & seducunt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Et predicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe: in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, &c.

Cum Dominus praedixisset desolationem Hierusalem audientibus discipulis, ut ad commiserationem tantae ciuitatis tantorum quae adificiorum prouocarent, ostendunt illi tam adificia, quam donaria quae in templo pendebant, ut refert Lucas, ne illa perdere vellet. Dominus autem respondit eis. Videtis haec omnia? Amen dico vobis non relinquetur lapis, &c. Quasi diceret. Ex omni hac structura tam ampla, tam artificiosa, & tam magnifica, quam vos modo cernitis, & admiramini, nihil remanebit integrum: sed tota dissipabitur. Secundum hunc modum apud Lucam Pharisaeo murmuranti, super peccatrice lauante pedes suos respondit Dominus. Vides hanc mulierem? Oculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Quasi dicat, haec mulier quam tu aspiciens aspernis, & condemnas, talis est, ut te amore, & beneficio erga me superet. Quando autem istud sine interrogatione dicitur minorem sonat affectum. Velut cum Moyses filijs Israel, qui propter Aegyptios persequentes eos conterriti erant iuxta mare dixit. Aegyptios quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis, usque in sempiternum. Quod certe maiori cum affectu sic diceretur. Videtis Aegyptios istos? Nec vnum ex eis ultra videbitis, usque in sempiternum. Quod autem dicitur non relinquetur hic, id est, in hoc adificio lapis super lapidem qui non destruetur. Secundum hyperbolem accipiendum est: ut significetur maxima, & extrema destructio, nihil quae ex eo adificio, quod ad rem attineret relinquendum. Nec enim verisimile est, tam fuisse curiosos, aut forte ociosos Romanos, ut eis, vel vacauerit, vel libuerit singulos lapides ab inuicem auellere, quomodo facere solent qui veterem murum destruunt, & lapides singulos magno labore abinuicem dissoluunt, ut ex iisdem lapidibus murum novum construant. Nam & Iosephus lib. 7. de Bello Iud. cap. 18. refert Romanos quosdam reliquisse turres in Hierusalem, quas postea alij diruerunt, & ciuitati nomen aliud imposuerunt. Imo & in loco alio illam transtulerunt, ut praesenti tempore cernimus. Et quamuis Marcus dicat, vnum ex discipulis

Luc. 21.

Luc. 7.

Exod. 14.

Iosephus.

Marcus. 13.



discipulis excitasse Dominum ad consideranda templi aedificia, Lucas vero, & Matthaeus pluraliter dicant discipulos id interrogasse, intelligendum tamen est prius discipulos inter se se de templo interno externo, quae ornatu contulisse, deinde vnum ex eis omnium nomine Dominum aduertisse, aut etiam post huius verba alios idem dixisse, vel per Synedochen alios Euangelistas pluralem pro singulari sumpsisse, quod familiare est in sacris literis. Postea vero sedente eo super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. *Dic nobis quando haec erunt.* Marcus dicit Petrum; Iacobum, Ioannem, & Andream hanc interrogationem fecisse. Quod intelligitur, vel quod hi soli tanquam Domino familiariores id quaesierunt: aut quod nomine aliorum id fecerint. Dicunt ergo. *Dic nobis quando haec erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi.* Tria per ordinem interrogant, primum petunt tempus desolationis Hierusalem. Ac si dicerent quando haec quomodo dixisti erunt. Secundum petunt signum aduentus Christi ad iudicium. Et tertio poscunt etiam signum consummationis huius seculi. Ad quae tria suo ordine respondit Dominus, inchoando a tertio quaesito nempe quae signa praecedent consummationem seculi. Chrysostomus quidem haec omnia de excidio Hierosolymitano explicare conatur, cum tot subreperint magi qui populum illum decipere conati sunt, quos in multis locis refert Iosephus, praecipue lib. 20. antiquit. Et similiter refert praedia multa, quae vltimum Iudaeorum excidium praecesserunt, & quae secuta sunt: & signa magna, & terrores. Quae omnia in libris de Bello Iudaico refert Iosephus. Nos autem haec omnia prolixitatis causa omittentes, & ad Iansenium in cap. 121. concordia lectorem remittentes, Caietani potius quam aliorum interpretationem in hoc sequemur: eo quod planior nobis, & textui conformior visa sit: quae in his tribus interrogationibus quas retulimus consistit. Et praemittit signa consummationis seculi, quae in tota mundi huius duratione contingere debent. Et primo dicit praecessuros haereticos quos Antichristos vocat, ac falsos Prophetas, deinde praedia magna, & rumores praediorum praecedere debent. Oportet enim haec fieri, ut pote ex necessitate humanorum appetituum: sed nondum est finis: Quia non quaelibet praedia erunt signa illius tremendi diei, oportet

D. Chrys.

Iansenius Caietanus

quod sint magna. Vnde & subiungit. Exurget enim gens contra gentem, &c. Et tamen nec tunc erit finis: & erunt pestilentia, & fames, & terrae motus per loca. Malis quae sibi inuicem homines inferunt. Adiungit mala quae non ab homine proueniunt: ut intelligant, nec ista mala futura esse signa consummationis seculi: Vnde & subdit, haec autem omnia scilicet bellum, fames, pestis, terrae motus, & similia, initia sunt dolorum non termini. *Tunc.* Hoc est, inter haec tempora tot vicissitudinibus subiecta, *Tradet vos,* vos in quam discipulos meos, in tribulationem. *Et occident vos.* & eritis odie omnibus gentibus propter nomen meum. Vult enim Dominus ad monere, quod nec ex malis proprijs turbentur quasi instet dies Domini. *Et tunc scandalizabuntur multi,* hoc est, impingendo cadent. *Et multi pseudoprophetae surgent, & seducent multos.* Supra Antichristos, modo pseudo Prophetas nominat: ut in his omnes haesum Doctores, cum reliquis qui similita sanitate seducere homines nituntur comprehendat. *Et quoniam abundabit iniquitas.* Et magnitudine, & multitudine. *Refrigescet charitas multorum.* Caritas, vel amor ipsum: vel formam amandi significat: quae est virtus theologalis infusa. Amor erga Deum, & erga proximos propter Deum. Frigere quidem potest, ac tepescere: sed charitas quae est amoris huius forma non comparitur se frigere, si est. Nam operatur magna si est. Sed hanc ipsam charitatem frigescere est omnino desinere esse, & quod animus his oppressio nibus, & timoribus virtus charitatem amittit; & hoc non ex quibuscunq; causis, sed ex magnis, & ex super abundanti iniquitate: dicitur autem frigere: quia licet ipsa charitas virtus infusa amittatur, charitas tamen acquisita quae est ipse amor haec frigescit. Nam non ex intentione: sed ex magnitudine passionis deficit ab amore Dei. Nam licet restet animus amans Deum frigidum tamen: quia non ex toto corde. *Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.* Hoc est, dicere. Multi seducentur, ab Antichristis, & pseudo Prophetis. Multi magnitudine, & usu malorum impingent, & delinquent: multi oppressionibus, & timoribus succumbent, & amittent charitatem: sed qui his omnibus superior euaserit usque in finem propriae vitae solus hic saluus erit. *Et praedicabitur haec Euangelium Regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc venit consummatio.* Hoc

D. Greg.

Hoc est; vltimum signum consummationis mundi: Euangelium Christi, non est Euangelium seruitutis, sed libertatis filiorum Dei, nec poenarum, aut tormentorum: quoniam licet minetur poenas aut tormenta: haec illis dumtaxat euenient, qui illud non accipiunt: Verè enim accipientibus, regna aeterna promittuntur. Nec enim virtutes absolute praedicantur, sed in ordine ad felicitatem aeternam. Est quippe Euangelium Regni non terreni, sed caelorum. Nam quae in eo annunciantur, in hunc finem diriguntur: ut regnemus cum Christo. *In vniuerso orbe,* non in parte aliqua. Vnde in Apocal. dicitur. Vidi alterum Angelum volantem per medium caelum habentem Euangelium aeternum: ut Euangelizaret illud sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam. Et cap. 10. Oportet te adhuc Prophetare Gentibus, & linguis, & populis multis. Vnde subdit. *In testimonium omnibus gentibus.* Ita quae sic praedicabitur in vniuerso orbe, ut nulla gens exempta relinquatur, à testificatione Regni caelorum per Christum facta. Ita quod non sola fama perueniet ad omnes Gentes de Euangelio Christi: sed quod sic perueniet ad notitiam eorum testimonium Christi per praedicatorum, ut inexcusabiles omnino omnes Gentes reddat. Et ideo dicit. *In testimonium illis.* Hoc est, ad testimonium perhibendum de Regno caelorum reuelato, & aperto per Iesum Christum. Vel in testimonium salutis si credatur, & condemnationis si non credatur. Hoc est, enim quod Dominus in vltimis verbis testificatus est discipulis suis dicens. Praedicate Euangelium omni creaturae, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Hanc praedicationem nostris temporibus adimpleri videmus, cum tot remotis Gentibus, & sub aequinoctiali, & alio Polo vitam agentibus: per Hispanos Euangelium Dei praedicatum fuerit. Quod multis retro seculis nunquam fuit auditum: imò omnes pro comperto habuere sub aequinoctiali non posse homines vivere. *Et tunc, omnibus, scilicet, adimpletis, & non ante venit consummatio.* Non dicit consummatio huius, vel illius, sed absolute consummatio: per quod datur intelligi quod de consummatione seculi verba faciat, directè respondens quae stioni discipulorum quae dixerunt. Dic nobis quod signum consu-

Apoc. 14

Apoc. 10

Ad Ro. 10

Ad Coloss. 1

mationis seculi. Si omnia haec dicta Domini colligamus, inuenimus ob oculos posuisse nobis tanquam depicta omnia mala, quae in toto tempore quo mundus duraturus est illi sint euentura vsque ad eius consummationem. Mala quidem communia praediorum, fames, & pestium, quasi initia aeterni mali nobis habenda proponit, non tamen pro signis consummationis: mala propria quae propter nomen eius iusti palli sunt debere haberi, quasi signa, & merita aeternae salutis. Multos autem Antichristos, se ductores, pseudo Prophetas, scandala per quae homines impingant, refrigescant charitatem, odium Christianorum; signa esse ac merita aeternorum malorum. Caeterum praedicationem Euangelij apud omnes gentes pro signo infalibili consummationis, ex diffinitione diuina: sic ut discipuli discerent discernere inter signa necessario praecedentia consummationem seculi, non tamen ostendentia quasi in ianuis ipsum finem mundi, & inter ea quae illum appropinquare demonstrant, licet non certissimum diem ostendant quale erit praedictio Euangelij in vniuerso orbe. Caeterum quoniam omnia haec signa diuus Chrysostomus intelligit tanquam praecedentia excidium Hierosolymitanum aduertendum est, quod licet tunc temporis Euangelium hoc, non fuerit vsque ad exterarum nationes quales nunc nouimus, diuulgatum: tamen sic per totum mundum iam insonuerat, ut posset dicere Paulus. Nunquid non audierunt & quidem in omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terrae verba eorum. Et ad Coloss. 1. Peruenit ad vos Euangelium, sicut & in vniuerso mundo confortatur & crescit. Et Theologi dicunt, quod in excidio Hierosolymitano iam erat facta sufficiens promulgatio Euangelij in toto orbe: ut iam intelligeretur legalia cessasse taliter quod essent iam mortifera. Vnde id quod dicit hic Dominus, quod deberet fieri promulgatio Euangelij in toto orbe satis est quod intelligatur in eo sensu, in quo Paulus dixit, In omnem terram sonuisse Euangelij praedicationem. Et vsque ad id tempus expectauit Dominus populum illum: ut iustior appareret puniio quam in illo exercuit. Si enim postquam totus mundus credidit praedicationem Apostolorum: ipsi adhuc increduli permanerunt expectante longanimitate Deo eorum conuersionem.

Ad Ro. 10

Ad Coloss. 1



nem: inuisibilem talem à Deo meruerunt re- tributionem. Cum ergo videritis abominatio- nem desolationis quae dicta est à Daniele Propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat. Tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes, & qui in caelo, non descendat tollere aliquid de dono suo, & qui in agris non revertatur col- lere tunicam suam. & autem praeveniens, & nutriendis in diebus illis. Gratia autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme, aut Sabbatho: erit enim tunc tribulatio magna qualis nunquam fuit ab initio mundi usque modo nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi non fuisset sal- ua omnis caro: sed propter electos breuiabun- tur dies illi: Tunc si quis vobis dixerit ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo christi, & pseudo propheta, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce praedixi vobis. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere: sicut enim fulgur exiit ab orien- te, & paret usque ad occidentem: ita erit & aduentus filij hominis, ubiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquile.

Sequendo Caietani sententiam quam di- ximus nobis magis consentaneam contextui; videri licet ea quae est D. Chryso. non sit aspicienda) aduertendum est quod hic rel- pondet Dominus principali quaesito à disci- pulis, qui illum interrogauerunt quando fu- tura esset desolatio Hierusalem. Quare per notam illam illationis, ergo non interuntur dicenda ex dictis, sed potius est accessus ad respondendum ad praecipue quaesitum. Ac si diceret. Ad propositum ergo redeunt, cum videritis abominationem desolationis quae dicta est à Daniele Propheta stantem, &c. Praeparate vos ad fugam: nam aliter tot mala effugerè non valebitis. Sed aduer- tendum quod diuersis modis tota haec ratio potest distingui. Prior est accipiendum parti- culam illam, qui legit intelligat, ut interie- ctam parenthesim, & iungendo reliqua hoc modo. Cum videritis abominationem deso- lationis, quae dicta est à Daniele Propheta stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes. Alter distinctionis modus est, ut in parti- cula illa, qui legit intelligat, prior complea- tur sententia. In eo autem quod sequitur, tunc qui in Iudaea sunt, inchoetur noua, hoc mo- do. Cum videritis abominationem desolatio- nis quae dicta est, &c. Tunc qui legit intel- ligat, supple tunc ad esse tempus implendae

illius Prophetiae; & desolationem instare: ac deinde sequitur. Tunc qui in Iudaea sunt. Hac sequitur Titelmanus, & alij Moderni: quia magis consentanea videtur his quae apud Lucam leguntur, nam sic ibi legitur. Cum au- tem videritis Hierusalem circumdari ab exer- citu, scitote quia appropinquat desolatio eius. Tunc qui in Iudaea sunt, &c. Nihilomi- nus optimè tanquam parentesis potest legi, quasi volens nos Dñs admonere, & cau- tos reddere, ne fallamur in verbis Prophetie huius, & consequenter in verbis ipsius Iesu. Videbat enim multos sub hoc abominatio- nis nomine intellecturos simulachrum ali- quod futurum in templo, sicut fuerat tempore An- tiochi, ut legitur. 1. Mach. 1. quod author illius libri interpretatus est idolum desolationis ap- plicando Prophetiam Danielis ad illud. Quare quasi praeveniendo nos monet, ut id intelli- gamus. Nec arbitror rectè dici verbum illud ad ditum ab Evangelista, sed quod ab ipso Dño verè sic dictum. Et certè nisi Lucas id clarè explicuisset magnas lucus iste difficultates adduxisset. Lucas tamen. c. 21. Hoc explicat de exercitu Romanorum, quem vocat abo- minationem desolationis Dñs. Et verè ipsa Danielis verba hoc significant. Nam non dixit. Erit abominatio in templo, sed specifica- vit abominationem adiuvando desolationis, ac si apertè dicat. Nō dico erit abominatio, hoc est, abominandum simulachrum, & ido- lum: sed erit abominatio desolationis, nam non terramotu, nō diluuiio, nō caelesti igne deso- latio templi erit: Sed ab abominabilibus idola- tris veniet desolatio, & ruina eius. Sic expli- cat Chrys. in imperfec. Quod autem hūc do- cuerit sensum Lucas, patet ex eo quod eadē ver- ba subiuncta hic, & ibi inuenies, nepe haec. Tūc qui in Iudaea sunt fugiant in montes. Qua- rē haec verba Lucae explicant haec verba quae Dñs apud Matthaeum dixit. Imò & ex cōiunctis videtur cōvinci hic sensus. Nam tempus fugiendi, fuit ad literam tempus illius exercitus: & nullū legitur tempus simulachri successisse quo fuerit fugiendū. stantem in loco sa- cto. Verè enim exercitus Romanorum in loco sancto stetit: nec cecidit quousque tota ciuitas & templū desolaretur, taliter quod nunquam amplius erectum est. Nam constat ex an- tiquis, & Ecclesiasticis historijs; Iudaeos post Titū aliquoties conatos esse suā patriam resti- tuere, & sub Adriano Imperatore, qui & Helius dicebat cōgregasse Iudaeos multitudi- nem magnā sub Coeheta duce, & Hierusalē armis inuasisse: repullos tamē ab Adriano, & de-

Titelm.

1. Mach. 1.

Luc. 21.

D. Chryso.

& deletos, qui postea publico edicto iussit, ut nulli Iudaeo ne introire quidem in Hierusalē liceret. Cuius & nomen mutavit, volens ut deinceps Helia vocaretur. Postea Iulianus Imperator apostata, odio Christiani nomi- nis cōcessit Iudaeis, rursum urbē & templū cōdere, & administravit sumptum; sed haec Iudaeorum laetitia non diu cōstitit. Nam cum cepissent fodere, agerem efferre, idque opus infinita hominum multitudine, & in- audita magnificentia (nam ligones & corbes ex argēto facti erant) horrendis miraculis exteriori ab instituto, vel tandem reuocati sunt. Nam non solum venti impetus disiecit vniuersam materiam gyphi & calcis quae para- uerant; nec tantum terramotus ingens edificantes exterruit: verumetiam ignis è fundamentis diuinitus erumpens, alios in- flammauit, alios assumpsit: ita quod coacti fuerint institutam aedificationē dimittere. Hoc enim narrat Theodoretus de Iudaeis, & Iuliano Imperatore, ut refert Eusebius lib. 6. hist. Tripart. cap. 43. Narrat Nazian- zenus passim vestib. populi figuras Crucis prodigiè impressas videri esse. Absterriti ergo Iudaei caelestibus signis inchoatū opus reliquerunt: quia Deus decreuit ne politia Iudaica restitueretur. Tostatus tamen, & quidam Doctores Louanienlis, qui dicitur Ioan- nes Heselins, existimant abominationem hanc desolationis, de qua Daniel, & hic me- minit Dñs, fuisse sediciosos illos, de quibus pleraque Iosephus lib. 4. & 5. Bel. Iudaei. Qui paulo ante obsidionem, & in ipsa obsidione ipsum templum abominandis polluerunt sce- leribus, sanguine etiam innocentium effuso ipsum foedantes, inter quos Zacharia quen- dam filium Baruch, interfectum à Zelotis in medio templi refert Iosephus libro. 5. cap. 1. subiciens cap. 2. Vetus quidem sermo fe- rebatur, tum demum ciuitatē ereptam iri, sancta quoque flammis exurenda esse lege belli, cum seditio fuisset exorta, sanumque Dei propriae manus ante violassent. Et ex consequenti Doctores hic Louanientis illud Lucae, ubi dicit: Cum videritis ab exercitu circumdari Hierusalem, non de obsidione: per Titum, & Vespasianum facta putat accipiendum, quia tunc fuisset nimis sera fuga ex Iudaea: sed de ea quae prius facta fuit à Sestio Floro, qui partem exteriorē ciui- tatis expugnauit, & interiorē, in qua tem- plum erat, quo seditiosi se se receperant ob- sedit. Postmodum tamen aliqua occasione obsidionem soluit Deo, videlicet impios ad

deteriora supplicia reseruante, & Christia- nis fugae locum relinquente. Nam si de obli- dione sub Tito sermo esset: quomodo tunc possent fugere obsedi, aut vnde pateret ad- itus ad fugam? Ceterum prior interpretatio commodior est, & iam communior. Sed de intelligentia prophetiae istius Danielis plura dicenda essent, nisi aliquantum ab instituto esset deflectendum. Quapropter lectorem remitto ad Cornelium Iansenium in. c. 122. Iansen. concordia, & ad Doctorem Peccerum super Peccera. cap. 9. Danielis, ubi summa diligentia hanc prophetiam simul cum hebdomadibus Dani- elis explicat. Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes. Eusebius lib. 3. cap. 5. refert Chri- stianos, qui imminente ista obsidione Hie- rosolymis reliqui erant, diuino respōso fuisse admonitos, ut trans Iordanem in oppidum quoddam Pellam nomine emigrarent, ut ita haec tempestas nō deprehenderet eos in Iu- daea. Monet autem, ut in montes fugiant Iudaei & non in alias vrbes: nam in nulla poterant esse securi, sed in montes, ubi propter loci altitudinem, & desertionem securi videtur esse posse. Et qui in caelo domus. Habet enim in ea regione recta plana, superque pleraque agere, & versari solent. Non descēdat ab illis: vel si descēderit, ne immoretur in aliqua re suscipienda; sed protinus omnib. relictis ad tutiora loca se cōferat. Similiter nec qui in agro est, reuertatur in domū pro pallio, aut pro vestimēto; sed ita ut est nudus salutem sibi fuga paret. Vae autem praegnantibus, & nu- trientibus, vel lactantibus (ut est in Graeco) in illis diebus: quoniam his fugere est impos- sibile, aut valdè difficile: quia illa foetus por- tant in utero, haec in brachijs, quibus à fuga maxime impediuntur. Nam pecunias aut res abijcere pro salute facile est: fieri autē leuē, aut expeditā ad fugam, quae in utero habet aut abijcere infantē eam quae lactat, prorsus est impossibile propter naturā vinculū. Vae ergo illis: quia facile simul cū embrionib. & infantibus comprehendentur. Orate ne fiat fuga vestra in hyeme, cum nimirū difficile fugitur ob temporis incommoditatem. Neque Sabbatho, quo religio vetabat ultra mille passus iterfacere. Haec autem omnia Dñs dicit; non quod vellet ita fieri, cum sui non essent amplius Sabbathū obseruaturi, quā- do capienda erat Hierusalē: sed his omnib. exaggerare voluit atrocitatē malorum, quae tūc erant ciuitatē illam oppressura, quae nec attē- dere ad Sabbathi religionē, nec ad humanas necessitates sineret, sed oib. praetermissis

Iansen.

Eusebius.

Theodor.

D. Nazian.

Tostat.

Iansen. Hef.

Iosephus.



ad fugam deberent attendere: Dixit autem tot de fuga, vt inlinuaret sola fuga posse tunc homines tibi prouidere. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, nec fiet.* Hæc verba ad tēpora Antichristi referenda censet Caietanus, nō ad vastationem Hierusalem. Tum ex eo quod hic dicitur, nec fuisse, nec futurā esse talem tribulationem, qualis est ea de qua est hic sermo. Cum tamē tribulatio ab Antichristo excitanda maior futura sit & grauior. Tum etiam, quia hic dicitur absolutē nullā carnem fore saluam, nisi breuiarentur dies illi. Ergo de vniuersali tribulatione totius carnis loquitur, & nō de sola Iudæorum vastatione. Absolutē etiā dicitur breuiandos dies propter electos, & non propter electos Iudæorum tantū. Tum etiam, quia mox subiungitur, statim post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, &c. Quod tamen non fuit post vastationem Iudæorū, sed post Antichristi persecutionē. Quare particula, *Enim*, non est pars responsionis ad secundum quæ sitū de tempore desolationis templi: sed est principium responsionis ad secundum quæ situm, scilicet, quod signū aduentus tui, & continuatur cū illis quæ antea dixerat de signis præcedentibus aduentum Domini gloriosum. Et Matthæus interposuit signa destructionis templi, inter ea quæ sunt cōsumationis seculi, & ea quæ sunt aduentus Iesu gloriosi: vt finita interpositione continuat ea quæ antea dixerat, reddendo rationē maximæ tribulationis, quæ tunc erit ex multis persecutoribus, qui illo tēpore instabunt. Verūm his non obstantibus multi alij maximæ autoritatis Doctores contrarium tenent: nempē q̄ continet Hierosolymitani excidij mala. Inter quos est D. Aug. in Epist. ad Hæsi-chium, nam pro ratione eorum quæ Dñs dixerat de fuga ineunda, subiungit apud Matthæum, & Marcū. Erit enim tunc tribulatio. Quam rationē clariū explicat Lucas, cū dicit: Erit enim præfura magna super terram, & ira populo huic: vbi de populo Iudæorū clarē videtur loqui. Si ergo loquutus fuerat de excidio Hierosolymitano, vt omnes fatentur: de eodem etiam subiūcta verba manifestē profert. Et ad arguenda respōdet Aug. loco proximē citato, q̄ & tribulatio inducenda ab Antichristo maior futura sit: tamē hic loquitur dūtaxat de tribulationibus, quæ populo Iudæorum obuenire deberent. Nulla enim maior populo illi quā hęc, maximē quod tribulatio

Caiet.

D. Aug.

Antichristi ab illis excitada est: ergo illi inferent eam non patientur. Hæc ille. Postumus etiam dicere, q̄ illud, neq; fiet, in exemplaribus Græcis legitur optatiuē, neq; fiat. Vel loquitur Dominus de tribulatione vltionis, qualis nō erit fidelium tribulatio sub Antichristo. Qualis autem, aut quāta fuerit hæc Iudæorū tribulatio, refertur à Iosepho in libro de bello Iudaico, præcipuē lib. 6. c. 11. & 14. & c. 7. & 8. lib. 7. Et Eusebius lib. 3. c. 8. Ad illud autem quod pro se adducit Caietanus: statim autem post tribulationem, &c. Sol obscurabitur, cū ad id peruenimus, respondebimus. Accipe quam malueris sententiam. *Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fuisset salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Abreuiatos dies (inquit Hieronymus) nō secundum deliramenta quorundam qui putant tēporum momenta mutari, nec recordantur illius dicit: Ordinatione tua perseverat dies: sed secundum temporum qualitātē sentire debemus, id est, abreuiatos, non mensura, sed numero. Et quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum: sic & nunc abreuiati dies intelligūtur, ne temporum mora fides concutiat credentiū, hæc Hieron. Breuiabuntur ergo non quod cursu Solis celeri terminati fuerint, sicut quidam vanē dixerunt (vt refert August. ad Hæsi-chium) sed quod tāta futura esset tribulatio dierum illorū: vt nisi numerum eorū abreuiasset Deus; totus Iudæorum populus periret, absq; hoc quod nec vnus etiam superstes esset. Ex quibus, quoniam aliqui erant electi, qui scilicet tunc credituri erant, aut qui postea credere debebant; aut etiam qui ex his qui tunc erant nascituri, erant electi ante mundi constitutionem: ideō pauciores Deus fecit dies illos, quam eorum iniquitas merebatur. Itaq; significat quantūuis grauē & inauditam eorum tribulationē futuram: tamen minorem & breuiorē, quam promeruerant: Deo seueritatem suæ iustitiæ temperante propter electos. *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi, & pseudo Prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri posset etiam electi.* Nunc secundum omnes de his quæ aduentū suum gloriosum præcedere debēt, loquitur. Licet, vt Hieronymus refert, illud aduerbium temporis, Tunc, indicet tempus Hierosolymitanæ denastationis. Nam (vt idem Hierony. habet) multi post Hierosolymita-

Ioseph.

Euseb.

psal. 118.

psal. 90.

lymita-

lymitanum excidium Principes extiterūt, qui christos se esse dicerent. In tantum, vt obsidencibus Romanis tres intūs fuerint factiones. Sed melius (inquit) de consumatione seculi intelligitur. Itaq; aduerbium, Tunc, nec tempus Hierosolymitanæ vastationis demonstrat: neq; tamē solum tempus circa deuastationem seculi, quanquam illud præcipuē demonstrat; sed in genere tempus post Hierosolymitanū excidium, de quo tempore sic loquitur Dominus, quali post illud sit futurus secundus ipsius aduentus: vt illum semper omnes expectarent, & ad illū se se omni pararent tēpore. Quare in ipsis Apostolis omnes admonet, qui post illos futuri sunt. Omnes quippē ferē Apostoli ante Iudæorum excidium mortui fuerunt: & quoniam afflictionum tempore, & quando de fidei veritate oritur quæstio maximē pseudo Christi, & pseudo Apostoli inueniunt locum decipiendi promittentes se malorum liberatores, & veritatis Doctores: ideō subiicitur. *Et dicent vobis pleriq; ecce hic, aut ecce illic est Christus.* Qui vos à tyrannide, aut ab errore liberet. Sed aduertendum quod dupliciter seductores demonstrant alicubi esse Christum, & iuxta hoc dupliciter etiam totus hic locus intelligitur. Vno modo certū aliquem hominem aliquo loco existentem affirmantes esse Christum, quomodo potissimum locus iste intelligendus est. Nam dicit: *Exurgent pseudo Christi, & pseudo Prophetæ, & dicent, hic est Christus.* hoc est, fingentes aliquem esse Christum. Et id confestim post excidium Hierosolymitanū extiterūt, sed postea plures, maximē circa finē seculi futuri sunt. Nam, vt refert Petrus Galatinus, nō multis annis post Hierosolymitanæ vastationē sub Adriano Imperatore, fuit quidam seductor, qui dicebatur Benchuziba, quem adiuuabat quidam pseudo Prophetæ, nomine Arira, qui ex scripturis conabatur ostendere se esse Messiam. Sed quia nomen Benchuziba significat filium mendatij: alij dixerunt quod vocabatur Barchochabam, id est, filius stellæ. Et propter hoc nomen conabatur falsus Prophetæ ostendere, de illo adimpletum fuisse vaticinium Balaam, quo dicit: Orietur stella ex Iacob. Sic Eusebius cap. 6. lib. 4. Eccl. hist. sed ille cum suis sub Russo Iudææ præside perijt maxima accepta clade. Potest & his annumerari Mahometes, qui se dixit magnum Prophetam, & tot seduxit, & seductos tenet miseros homines. Alij etiam quā plurimi homines

fuerunt, qui falsis signis suam confirmabant vanitatem. Sed Antichristus omnes superabit multitudine signorū mendatum, de quo Paul. 2. Thes. 2. ait, quod eius aduentus erit secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs, mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt; eō quod charitatem veritatis non receperūt. De quo Antichristo pseudo Propheta dicitur in Apoc. cap. 13. Magna ipsius signa operaturū ad seducendum orbem. Sic enim dicitur: Et potestatem prioris bestiar omnem faciebat in conspectu eius, & fecit signa magna, vt etiam ignē faceret de celo descendere in terrā in conspectu hominum; & seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in cōspectu hominum, dicēs: Habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiar, quæ habet plagam glaciū & vixit, & datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiar, & vt loquatur imago bestiar. Dicuntur autem signa mendatia, vel mendatij (vt legit August.) quia virtute diaboli fient, qui pater est mendatij. Vel secundum Augustinum lib. 20. de ciuit. Dei. c. 19. non sic est accipiendum, quasi omnia illa signa sint efficienda per seipsum & phantasmatis Iudificationem, vt quod non it, esse tamen videatur. Quædam enim verē efficient per coniuñtionem occultarū causarum naturalium. Quomodo diabolus ignē verē potest educere e celo, vt fecit apud Iob: maximē, quia tunc magnam accepturus est potestatem malefaciendi. Permittendus est enim operari secundum totū suum posse, quod est super omnem terrenam potentiam, vt dicit Iob: Sed tamen dicuntur signa mendatia, siue quia ad mendatiū pertrahunt dum creduntur fieri virtute diuina; siue quia quauis sint veræ res, non tamen sunt vera signa, & miracula. Quia id demū verē est & propriē miraculum, quod sit supra naturam, & virtute supernaturali, quæ soli competit Deo. Credent ergo homines his signis mendatij, pro eo quod dilectionē veritatis non receperunt, vt salui fierent. Vnde dicit: Ideō mittet illis operationem erroris, vt credant mendatio. Talia autē erunt signa, vt in errorem inducantur si fieri posset etiam electi. Eo enim non significauit quosdam electos seductos; sed tantam fore illorum signorum ad seducendum efficaciam: vt & electi seducendi essent, si id esset possibile. Id autem non erit possibile obfortiorem, & efficaciorē Dei prouidentiam, & infal-

2. Thes. 2.

Apoc. 13.

D. Aug.

Tom. II.

ce 2

bilem



1. Ioh. 10.

bilem eius prædestinationē. Ipse enim ait: Non rapiet eas quilibet de manu mea, & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ut ergo à falsis Christis, & signorum fallorum efficacia fideles sibi cautè p̄spicerent, subiicit Dñs. *Ecce prædixi vobis*, hoc est, caute vobis, nam ob id vobis hæc prædixi, ut vobis cauere. Si ergo dixerint vobis homines Ecce in deserto est Christus, tantū ab sit ut credatis, ut ne quidē exeatis ad videndum eum. Similiter si dixerint esse in penetralibus, & abditi, secretisq; locis, ne credatis. Non enim erit aduentus meus occultus, & certo aliquo consistens loco, nec talis ut vnus alteri indicare eum debeat. Nam sicut fulgur mox exiens ab Oriente apparet vsq; in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis subitus, scilicet, inexpectatus, gloriosus, & omnibus manifestus, nec in aliquo terræ loco cōsistens, sed in aere, & in nuibus. Alij malunt legere. Sicut fulgor Solis, scilicet, qui Orientē, & Occidentē illuminat: ita clarus erit secundus aduentus filij hominis. Non enim erit obscurus sicut primus. Sed omnia exēplaria fulgur legunt, & rectè ille hic aduentus declaratur, qui erit subitus & inexpectatus, & omnib; p̄spiciuus. Hęc autem admonita, ad fideles dumtaxat pertinet, qui Dñm Iesum tanquam verū Messiam veneramur. *Vbiunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquila.* Quæ sententia parabolice Dñs significat, q̄ quemadmodum vbiunq; fuerit cadaver aliquod, illuc continuo congregantur aquilæ sagacissimo suo olfactu, cadaver vnde pascatur à longè p̄spicientes, nec indigentes alicuius demonstratione: ita fideles celeri quodā rapta conueniendi sunt Christo in secundo aduentu: quoniam ille esca & cibus est vnde pasci & refici debent. Nec opus habebūt aliquo qui eis demonstrat ipsam Christum, adeo omnibus conspicuus erit. Tria in hac sententia Dñs significat. Primò quòd celeriter iusti ad ipsum congregandi sunt, nō ambulando super terram, sed in aera, ut Paul. 1. Thes. 4. dicit: *Raptemur in nuibus obuiam Christo in aera.* & sic semper cum Domino erimus. Secundò quòd opus nō sit aliquo indicante suam præsentiam. Quapropter audire non debēt eos qui dicturi sunt, ecce hic aut illuc. Et quidem hæc duo sunt præcipua, quæ Dominus significare voluit. Sed tertio, secundum Caietanum, id etiam significatur, quòd quemadmodum aquilæ auidè congregantur ad cibum olfactu perceptum: ita etiam san-

1. Thes. 4.

ctos summo eum desiderio congregādo: ad Christum, tanquam ad cibum suum, vnde in æternū feliciter sunt victuri. Et quamuis vultu res etiam cadaveribus vescantur ea quæ à longè olfaciant; tamen placuit magis aquilis iustos cōferre: eò quòd aquila regalis auis est accuratissimi visus, celerisque, ac sublimis volatus, ut eos indicaret qui regio quodam animo voluptatibus imperant, terrenisque despectis ad cœlestia toto conatu rapiantur, & agilitate corporis qua donabuntur, celeriter ad illum per aera volabūt. D. Hilarius intelligit hac sententia significari, in quo loco terræ sit Dominus venturus ad iudicium, nempe quòd in eo loco, in quo passus est, & quo cadaver ipsius pependit in Cruce. Creditur enim iudicium exercendum in valle Iosaphat, qui est circa Hierusalē: quia Iosaphat dicitur: *Congregabo omnes Gentes, & adducam eas in valle Iosaphat, & disceptabo cum eis.* Et hic est primus modus, quo seductores isti ostendunt Christum. Sed altero modo ostendunt hic, aut illic esse Christum, dum in certis quibusdam conuentibus verum nostrū Christum habitare, & recta fide coli affirmant. Quemadmodum faciunt hæretici, qui omnes sibi Christum vendicare præsumunt, atq; in sua illum cōgregatione manere contendunt, dicentes: *Ecce hic est Christus apud nos: ecce illic est in certo orbis angulo.* Quemadmodum Donatistæ in quadam Africæ parte tantum Christum esse contendebant, eiuq; Ecclesiam. Et nūc hæretici Germanici id ipsum n̄ utuntur. Et Anglici ac Geneuenses. Volūt enim Christum esse in deserto & in penetralibus: cum tamē ibi non sit querendus Christus; sed in Ecclesia per vniuersum orbem, ab Oriente vsque ad Occidentē dispersa, instar fulguris. Albertus Pigijs lib. 1. Eccles. Hier. c. 5. explicat hanc ultimā Domini sententiam. *Vbiunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Sic intelligit. Nempe per illam nobis insinuari, quo pacto quis intelligere possit vbi sit corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, nimirum ex congregatione aquilarum: quia vbiunq; illæ reperirentur, ibi Christi corpus esse non est dubitandum. Per aquilas autem intelligit Ecclesiæ Doctores, quotquot vnquam fuerunt, qui in carne præter carnem viuunt, aut vixerunt: quorum conuersatio in cœlis, quorum omnè studium, omnis meditatio, omnisque volūtas in Lege Domini, qui præ alijs ac-

D. Hilarius

1. Ioh. 3.

Alb. Pigijs

tius

Alia moralitas seu eocno.

Hilarius.

1. Ioh. 2.

1. Thes. 2.

tius cernere & sublimius subuehi à reb; terrenis potuerūt, aut possunt. Vbiunq; aquilæ congregentur, illic certò est credendum esse corpus illud, cui associari & consentire, & in quo Christum ac salutem querere debemus. Quæ enim est harum aquilarū concors sententia, idē & totius corporis sensus est. Hanc sententiā post Origenē videtur insinuarè B. Aug. ad Helichium, & sanctus Hieronym. in Commentarijs. Sed hic sensus potius accommodatus est: prior tamen est conformior Christi Domini proposito. Iam ad ea quæ ad amores atinent accedamus. Cum Dñs de tēplo exibat discipuli eius accedentes ad eum, dixerūt: *Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ.* Cum Dñs circa maiora occuparetur, ut potè quæ ad animarum salutē pertinebāt: cætera omnia, quasi parui momenti essent, despiciebat, atq; sic se habebat, ac si nihil horum quæ oculis repræsentantur, cerneret. Quapropter opus fuit ut discipuli excitarent eū ad aspiciendam magnitudinē ædificij tēpli. Certè qui cœlestia petit parum aut nihil de his caducis curat. Igitur cū Dñs Iesus vbiq; occasionem sumeret ad instruendū nos, ex his discipulorum suorum verbis occasionem sumplit ad prædicendam vastationem Hierusalē, ut suos in tantis malis præueniret. Cumq; montem Oliuarum ascenderet, vbi cum suis ad quiescendum pergere solebat: sedentes aduersus Hierosolimam, & eam ex aduerso intuētes accesserunt ad Iesum, querentes ea omnia quæ supra retulimus. Ad quæ suo ordine (ut diximus) Dñs Iesus respondit. D. Hilarius hæc omnia de tempore Antichristi intelligit. Et Ioānes in sua Canonica dicit, Antichristum iam esse in mundo: quoniam omnes hæretici (ut ipse dicit) qui soluūt Dñm Iesum, sunt Antichristi. Quare cū tot hæreses aduersus Ecclesiam insurgant: verè dicere possumus, abominandū idolū in loco sacro iam esse. Hoc enim idolū est ille filius perditionis, & homo peccati, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Dei sedeat, ostendēs se tanquam sit Deus, ut dicitur. 2. Thes. 2. hi sunt homines impij superbia pleni, qui aduersus Dei Ecclesiam insurgunt, dicēs se aliquid esse, cultū Dei auferentes, & se ipsos super omnes extollentes, atq; tanquā veros Prophetas haberi volentes: cum tamē falsissimi & impijssimi mortalium omnium sint. Talis fuit Lutherus, talesque eius sequaces

spurcissimi homines: & tamen Ecclesiā Dei impugnare aui sunt. Ille est de quo Propheta dicebat: *Ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non queret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluat.* O pastor & idolum derelinquens gregem! Hic pastor terrenus, non cœlestis, Lutherus fuit, qui seipsum Saxonicum Papam fecit: & tamen derelicta non visitauit, quoniam nihil de bonis operibus curæ ei fuit: sed sola fide dicebat homines saluari, nec vult vllū esse peccatū quo amittatur charitas, & derelinquatur homo à Deo, nisi infidelitas, & hæresis sua & suorum. Nec dispersa queret quoniam potius oues ex caulis deturbat, cum ab Ecclesiæ pastore eas deterret, & non in vnitatem fidei congregat; sed in diuersa dispergit dogmata, atq; peccata: ut vnusquisq; quod sibi liberit faciat, nec enim vlla eas astringit lege. Perditas oues non querit, sed omnes potius perdere nititur. Contritū non sanabit, nec enim contritionis dolorem, aut gemitus exigit, sed sola respicientia peccatores iustificat: quare & confessionē abijcit. Nec id quod stat conseruat, sed potius ea quæ stabāt diruit. Sed carnes pinguium comedet; omnes vacare libidinibus ac cōmensationibus & ebrietatibus docet, ut epicuri potius quam Christi discipuli efficiantur, dicentes, q̄ impij apud se non rectè cogitantes dixerunt: *Comedamus & bibamus: cras enim moriemur.* Et vngulas equorum dissoluat: quoniam & vim bonorū operum, & Sacramentorum virtutē dissoluere, atq; diluere, fatagit. O pastor & idolū derelinquens gregem, imò dispergens gregē. Idolū quod vitā non habet vllam, sic tu absq; charitatis vita fide sola mortua gaudes, quā tamen veram omninò nō habes, sed illā simul cum omnibus bonis amisisti. Quid ergo faciendum? Id quod Christus hic nos docet. *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes*, hoc est, nos qui verā fidei cōfessionem profite mur (id enim Iudæa interpretatur, nempe confessio) fugere oportet ab ijs malis. Nam & Dñs per Zach. 2. Prophetā. c. 2. clamoribus ad fugā nos excitat, dicens: *O, o, o, fugite à facie Aquilonis.* Ac si diceret, *ola, ola, ola.* Aquilo ventus frigidus est, qui nubes dissipat, secūdū illud Sap. Vetus Aquilo dissipat pluuias, ne terrā alluāt, ut fructus ferat vitæ humanæ necessarios. Tales isti hæretici sunt, qui calorē honorū operum auferūt, & animas in frigiditate

Zach. 11.

Esai. 22.

Zach. 2.

Prout. 23.

Tom. II.

ecj dicatō



ditate malitiæ relinquunt, pluuiasq; dissipant; quoniam confessionem, lacrymas, gemitus, ac poenitentia opera destruunt, quibus anima fecundata & humectata solebat fructus vitæ æternæ proferre. Ab his ergo fugiendum est. Et infra idem Propheta dicit: O Syon fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis, hoc est, a turbine & confusione tot hæresum vndiq; pullulantium fuge. Et quod fugiendum nobis est? In montes. In montes in alta ascendere oportet: culmē ac fastigium perfectionis attingere niti debemus: quoniam inter tot mala non sufficit quomodocunq; benè viuere, sed oportet optimè & perfectissimè viuere: quoniam si illos qui perfecti esse videbantur, & forte aliquando fuerunt, his occasionibus perturbatos persequimur, & ad pedes huius idoli prouolutos, quanto tepidi, ac peccatores id timere debemus? Fugiamus ergo ad montes, & auxilium nobis diuinū imploremus, quo protegimur cum Dauid, dicentes: Leuauit oculos meos in mōtes, vnde veniet auxilium mihi. *Psal. 120.* Et Sapiens dicebat: Erere quasi damula de manu, & quasi auis de insidijs aucupū. *Prover. 6.* Damula & auis eleuādo se à terra fugiunt, hæc volatu, illa saltu. Et alibi: Montes excelsi ceruis. Optimū refugium sunt montes, pro illis qui à facie ventorum fugientes excelsa quæruunt virtutū culmina, ad quæ ascendere nō præualeat inimicus. Sed quoniam à peccatis alijs etiam debemus fugere, ne captiui teneamur in ipsis. Aduertendum est, qd etsi semper homines ascendere ad virtutum culmina sat agere debemus, his maximè tēporibus quādo tot mala & peccata mundū occupant. In primitiua siquidem Ecclesia, habebant Christi fideles quāplurima, quæ eos ad virtutē excitabāt. Vbicunq; se verterent exemplū magnorum virorum videbant. Si enim ad prælatos eleuabant oculos, omnes sancti erant, ac miraculis corruscabant, si Pontifices summos omnes erant martyres. Si ad religiosos ac monachos, qui tunc temporis erant verrebāt faciem, mira & incredibilia exempla sanctitatis in eis videbant. Si Ecclesias, ac Ecclesiasticos omnes deuotione flagrabāt. Quocunq; se voluerent, viros sanctitatis magistros inueniebant. Nunc verò (proh dolor) omnia scādalis ac offendiculis plena sunt. Quocunq; te vertas occasiones peccandi inuenies? In vijs em atq; cōpitiscu occasionibus offendis. Quod si oculos eleuas offendes in oculis mulierū, quæ se per fenestras lasciuo vultu, atq; cultu infi-

Psal. 120.
Prover. 6.
Psal. 13.

nuat. Si aures ad audiendū extēderis; ea audies quæ te ad peccandū instigent. Si ad colloquiū p̄gis, idipsū inuenies. Si amicos queris, nisi vt te ad peccandū adiuuent ad bona opera nō inuenies illos, ad aleas, ad ganeas, ad meretrices, ad vindictas paratos illos reperies. Si ad eleemosynas faciendas, aut alia bona opera exercenda quæsieris, non inuenies vllū. Totus mūdus scādalis plenus est. Vnde D. Antonius illū plenū laqueis vidit. Quod si tunc mundū sic illaqueatum vidit Antonius, cum tot boni ac iusti florebat, in tantum qd fateatur Hieronymus se agnouisse plusquam viginti millia heremitarum tabernacula, qui procul à mundo vitā agentes totos se Dño consecrabāt: quid modo dices quando tāta bonorū penuria est, & peccatoribus totus scætet orbis? Omitto infideles, paganos, hæreticos; de Christianis loquor, inter quos sic viget peccatū, vt quā paucos inuenias qui peccatores maximè non sunt. Imò de peccatis victitat. Quo ille vitā agit, atq; rem familiarē auget? Vtiq; vsuris, dolis, ac versutijs magnis. Et illa mulier, de quibus victitat; sericis ac aureis fulget indumentis: Certè quia peccatrix est, & inhonestè viuuit. Et illa alia, quia lenocinijs vitatur. Et ille, quia id in sua domo cōsentit. Itaq; alius rapinis, alius libidinibus, alius versutijs, alius alijs peccatis victitat. O miserū ac deplorandum seculū! Quid ergo facere oportet? Vtiq; fugere de medio Babylonis. Fugere de tabernaculis impiorū, ne inuoluamur in peccatis eorū. Declinare occasiones, quæ etiam perfectos viros in pericula maxima rapere solent. Nam, vt iam supra dictū est, idē sancti tales fuerunt, quia occasiones peccatorū fugiebant, & Deus illos ab illis separabat. Vix enim iustus in occasione permanere poterit. Nunquid enim poterit quis abscondere ignē in sinū suum, vt vestimenta illius non ardeant? Et quid amplius debemus facere? *Et qui in tecto est, non descēdat tollere aliquid de domo sua.* Hoc est dicere, qd ille qui per exercitium virtutū supernaturalium, cū auxilio Dei tectū ac fastigium perfectionis semel ascendit ibiq; cū Deo moratus in altissimæ contemplationis officia se exercuit: non descendat ad tēporalia domus suæ tollēda, hoc est, ad negotia tēporalia vitrā modū trahēda, nec in his de nouo occupet curis, sed qui semel cœleste manā gustauit, ollas, ac cepas Ægypti fastidiat, vt omnib; tēporalibus curis expeditus, securius possit hæc iuga sibi consulere. Quando Dauid à facie Sa-

Num. 6.
Prover. 6.

1. Reg. 21.
exiuit

Genes. 28. exiuit fugiens, nihil secū tulit, nec gladium, nec cibū, vt vitæ suæ cōsuleret. Sic quādo Iacob à facie Esau fratris sui in Mesopotamiam fugit, baculum solummodò ferens in manu sua iter peregit. Sed cum postea à facie soceris sui fugā inisset: quia mulieribus filijs, ac pecoribus onustus veniebat: paucis itineribus illū socer suus occupauit. Quod si hæc damna prout oportet fideles sentiremus: nosmetipsos oblitū ad hæc euitanda, duntaxat niteremur. *Pa autem pregnantibus,* hoc est, illis qui pleni sunt bonis ueliderijs, quæ concipiant, & tamen nunquā ea opere complent. Plenus est infernus (ait August.) bonis desiderijs. Concipiunt quidem, sed nunquā pariunt. Ita vt de illis, & illud possit dici: Venerunt filia vsq; ad partum, & vires non habet parturiens. Quoniam desideria ac proposita, nō efficacia, sed nimis tepida erāt. Sed nec obsterrices ad hoc inuenient, hoc est, qui eos adiuuēt ad bona desideria exequutioni mandanda. Quoniam si monachus vis fieri, omnes tibi impedimēto erunt. Si eleemosynas facere vellis, nec argentum ad hoc inuenies. Si autem ludere aut aliud malū facere volueris, multos inuenies adiutor es. Ad quid ergo concipis, si nunquā parere debes? Cur pro crastinando detineris, si bonum operari debes? Tempus est, quid diem crastinū expectas? Contra quos Sophon. 2. dicitur: Vox cantantis in fenestra, coruus in superluminari. Loquitur ad literā de vastatione Hierusalē, quæ tanta erit vt possint homines ad fenestras canere: quoniam nullus per viam trāsibit, qui eos audiat. Et coruus erit in superluminari domus: quia non inuenietur qui exterreat eū. Sed ad propositum. Quia cantus corui est crocitate (videtur enim dicere, Cras, cras) diabolus qui coruū imitatur, hunc cantum canit in superluminari, hoc est, in introitu, in principio alicuius boni propositi facit homines pro crastinare, & de die in diem differre bona opera. Contra illud quod Sapiēs nos monet, dicens: Ne tardes, conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Nihil aliud facitis, nisi per fenestram aspiciere virtutem, & dimittere eam, vt trāseat. Agnoscat eam ex visu, sed nō ex familiari conuictu. Non ergo sufficit virtutē etiā bonis oculis aspiciere aut desiderare, nisi manū eius per opus apprehēdatis. Sunt enim nimis tepida hæc desideria, nō tamen efficacia. Nec enim iudiciū speculatiuū est, quod mouet voluntatem (ait D. Thom.) sed pra-

4. Reg. 19.

Sophon. 2.

Eccles. 5.

Tom. II.

cticum, hoc est, operatiuū. Non sufficit dicere, vellē, nisi dixeris efficaciter, volo. Sed obserua, qd sunt nonnullæ anime sic steriles, vt nec dum parere, sed nec concipere bona desideria valeant. Qui possunt cum Dauid dicere: Concipiuit anima mea desiderare. *Psal. 118.* Alia sunt quæ abortus faciunt, qui statim vt concipiunt parere volunt, nec expectāt vt foetus prius in vtero voluntatis formetur, sed informē virtutē efficiunt. Ex quo prouenit, quod mōstrua pariunt; sed quod protinus volunt, vt mundus eorum sanctitatem agnoscat, statim se mundo prodere volunt. De quibus apud Esaiam dicitur: Ante messem totus effloruit. Cum tamen de iusto dicatur, quod fructū suum dabit in tempore suo. *Et nutritibus.* Animas etiam inuenies sic effeminatas, & viles, qd pro officio habeant pessimas cogitationes nutrire. Si turpis aut leuis cogitatio in eas irreperit, enutriuit illā, lactant, atq; fouent. Quod si forte cogitatio illa euauit iam illā memoria requirunt, & summa cum diligentia exigunt. Quid nam est illud, quod ego cogitabam? Mihi enim valde delectabile erat? Et cū inueniret cogitationem, iterū eam fouet, sicut mulier lactās filium illū quarit, & inuentū lactat ac nutrit; & sic vires acquirit eundo, & ex paruo damno in magnum emergit & forte. Quemadmodum gallina incubans super oua, ea fouet & nutrit, vsque dum in pullos ea viuificet: sic isti fouent ac nutriunt pessimas cogitationes, quæ cū prius paruæ ac penè mortuæ sint, nutritæ viuificantur, & in magna mala emergunt: ita vt tanquam pulli iam os, & alas habeāt, hoc est, per linguas exeant, & in opus volent. Et in talibus Proverbium illud Hispanū dicatur, *Cria el cuerno sacarte à el ojo,* hoc est, si has pessimas cogitationes nutrueris: oculos animæ tibi eruent. Hos etiam comprehendit maledictio illa, quam Dñs super Saul misit: eō qd præceperit illi, vt pueros lactantes Amalech interficeret, & non fecit. Amalech populus labens dicitur, & significat homines carnis voluptatibus inuolutos, qui manus suas post has voluptates labunt, vt dicitur in Proverbio, *Comēse las manos tras ellas.* De quibus & Dauid dixit: Inimici tui Dñe terrā lingent. *Psal. 71.* Hiergo pueri lactētes interficendi sunt, nē pē prauæ cogitationes cū à principio teneræ sunt, atq; in viros crescūt, & arma cōtra animam suā capiāt, nec eis iam resistere possint. Aliās Saulis te cōprehēdit maledictio. Cū tamē cōtra, qui tales cogitationes intere-

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 1.

Simile.

1. Reg. 15.

Psal. 71.

et 4 merint,



Isa. 136.
Onidius.
Thren. 4.
Iob. 4.
Prone. 10.
Prover. 2.
D. Aug.

merint, beati dicantur à Psalmista, cum dicit: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Protinus cum exorta fuerit praua cogitatio, illam ad petra, qui est Christus allidere debes, *Acibarraslos alli.* Nam principijs obstandu est. Serò enim medicina paratur. Cù mala per longas conualuere moras. Oppositu autè facientes deplorabat Hiero. Thre. 4. cum dicebat: Sed & lamia nudauerunt mammas: lactauerunt catulos suos. Lamia monstra quaedam dicuntur, quæ habebant pedes equinos, in alijs verò femina videbantur; & adeò crudeles sunt vt filios suos dilacerare soleant. Oportet enim has paruulas cogitationes dirumpere, quæ more mulieru blanditijs suis animas emolliunt. Tamen iam hæc non faciunt hæc lamia, sed nudant mammas, & lactant catulos suos. Anima quippè quæ has repellere cogitationes solebant, nò id faciunt, sed potius nudant mammas, aperiant pectus, vt intrèt in cor, & ibi eas foueat ac enutriant. Quare deploradi sunt cum Hieremia. Væ enim eis à Domino hic interminatur, cum dicitur: *Va nutrientibus.* Si plura de his videre cupis, consule Commentarios nostros super Plalmum: Beati immaculati in via. fol. 49 1. 478. 479. in tractatu. 15. super illum Versum: Declinate à me maligni. Et super illum: Quia iniusta est cogitatio eorum. *Va nutrientibus.* id est, his qui vitia ac scelera nutriunt, ac fouent, quales sunt diuites, qui pecunias, & peccata, & peccatorem colunt & fouent, de quibus dicit Iob: Huic montes herbas ferunt, hoc est, diuites qui tanquam mōtes coacerbatas habent diuitias Behemot, id est, diabolo herbas administrant, quibus pinguescat. Nutriunt etiam vitia adulatores, qui peccata ipsa blanda faciunt, & risum æstimant peccatum. Nam de illis dixit Sapiens: Quasi per risum stultus operatur scelus. Et alibi: Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Hinc peccatum iam non æstimatur: vnde multi gratis peccant, *Peccan por peccar,* quasi contemnentes peccatum, imò gaudent ob hoc solum, quia peccant: vt illi qui facile absque vlla necessitate iurant, imò peierant. Diuus August in suis confessionibus grauitè se accusat, q̄ cum adhuc puer esset poma quaedam furatus est, nò ob gulam, sed quia in illo furto voluptatem capiebat: quoniam grauisima res est peccatu ipsum habere pro obiecto delectationis. Væ ergo prægnantibus, & nutrientibus in illis

diebus. Hi sunt etiã homines peccatis onerati, quibus ita opprimuntur, vt fugere nequaquam possint. Quibus contigit id quod de simijs narratur, nempè quòd quando simia filios habet & venatorem percipit venientem, filiolu quem minus diligit ad terga ponit, & quem plus amat super brachia, & fugit. Sed ille qui à tergo est collum matris stringit ne cadat, quare etiam si illu velit mater à se eicere, non potest: quia ipse fortiter illi stringitur, quem amat non vult illa dimittere, & sic in manus venit venatorum. Id cōtigit magnis peccatoribus, qui ea quæ minus diligunt in hoc mundo, hoc est, peccata præterita ad terga ponunt: dilecta verò brachijs amplexantur. Illa nolunt eos dimittere, quia per consuetudinem iam fortiter illis in hæserunt; hæc præsentia nolunt ipsi dimittere, quia maximè ad ea affecti sunt: vnde oneribus præsi nequeunt fugã capere, & sic in manus veniunt dæmonioru. *orate autem ne fuga vestra fiat in hyeme, vel sabbato.* In hyeme sunt dies breues, in Sabbatho non poterant iter agere, nisi certu spatium, & illud breue. Hi sunt qui pœnitentiã differunt vsq; ad horã mortis, de quibus dubitat Augustinus. Cur tantum negotium in tam breue tempus perficere cogitas? Transire de hac vita in aliam: de tempore ad æternitatem, non qualiscunque res est, quæ breui possit tēpore peragi: sed grauisima & eo valde necessaria quæ multas exigit præuentiones, & transiliendū hunc periculosissimum transitum opus est multò retrò spatio incipere cursum. Vel hyeme. Quando tepidus es, aut frigidus in Dei seruitio, non te tunc occupet mors: sed dic cum Propheta: Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me Domine. Vel Sabbatho, hoc est, in tuis festiuitatibus, ac delitijs, cum prosperè cuncta succedunt: cum te aura popularis insufflat, & inflat. Miseranda res est, cum homo in medio prosperitatis huiusmodi discedit. Id enim cogitandum est, quod Dñs dicit: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Vel per Sabbathu, quod otium significat, intelligamus otiositatē. Ac si diceret. Orate ne vos dies ille otiosos inueniat; sed assumite consilium Hiero. qui dicit: Nunquã te diabolus otiosum inueniat. Nã multa mala docuit otiositas, vt ait Sap. Et apud Ezech. dicitur: Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, otiu eius & filiaru eius. Quid enim faciet homo otiosus, nisi pessimas nutrire cogitationes, & eas in opus malum producere? Otiosus autē ille

simile.
Psalm. 70.
Luc. 16.
D. Hiero. Eccles. 33. Ezech. 16.

Prover. 22.
simile.
Iob. 28.
Matth. 3.
1. Hier. 18.
Matth. 10.
Prover. 1.
Isa. 18.
D. Hiero. Matth. 5.

ille est, qui nihil boni operatur, aut in ordine ad vitã æternam. Homines huius temporis, aut omnino otiosi sunt, aut si quid agunt totum temporale est. Tunc maximè occupati sunt, cum lucris (& his vtinam licitis) præcipuè vacant. Alias nihil nisi peccata operantur. *Tunc si quis vobis dixerit ecce in deserto est Christus,* hoc est in locis solitarijs, quos pedes hominum non attriuerunt. Vult dicere Dominus, vt fugiamus ab his qui nouã viam docent, tam in moribus, quam in consuetudinibus, aut in doctrinis; tenentes firmiter illud Sapientis consilium. Ne transgrediatis terminos antiquos: quos coluerunt patres tui. Vulpes nunquam per viam tritã incedunt; sed per deuia ne capiantur. Sic hæretici & pseudo prophetæ, à communi via se disiungunt, & noua quædam adinueniunt itinera, quæ patres nostri non agnouerunt; illis ergò non est credendum. Verbi gratia, via per quam patres qui nos præcesserunt ambulauerunt, fuit in pœnitentijs, ac in misericordiã operibus intelligentes hæc esse viã quæ ducit ad vitã. Qui diuersam ab ista viam ostendere vellit, ne credas illi: nã hanc viam (vt docet Iob) calcavit pes institoris. Hoc est illorum qui negotium Regni cœlorum tractauerunt. Simile namque est Regnum cœlorum homini negotiatori. Institores autem illi de quibus Iob loquitur hi sunt, qui à longè hoc est ab alia vita merces congregant. Et Dominus per Hieremiã irascitur populo suo: quia non ambulauerunt per viam tritam. Vel si te volunt ad deserta loca trahere, vel obscura & secreta, hoc est, qui volunt in locis secretis, aut in penetrabilibus domus prædicare, ne audias eos. Nam Dominus dixit. Quod dico vobis in tenebris dicitè in luce. Et quod in domo, prædicare super tecta. Lux est Euangelica veritas, omnibus se prodere vult: quid tu secreta quæris, & diuerticula, vt illam prædices. Sapientia etenim foris prædicat, in plateis dat vocem suam. Vel si volunt in montibus qui propter vmbra arborum obscuri sunt tibi prædicare, ne audias, nec acquiescas illis, Quoniam præceptum Domini lucidum est illuminas corda, nec obscuritatibus, ac perplexitatibus gaudet Euangelica veritas. Et sic intelligit D. Hieronymus illud Psalms 18. vt supra diximus. In sole posuit tabernaculum suum. Hoc est Ecclesiam suam posuit in luce & claritate veritatis. Non enim debet abscondi lucerna hæc sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui

in domo sunt. Nec em̄ Christus est in atrijs aut penetrabilibus, vel montibus; sed in medio Ecclesiæ aperuit os suum. Itaq; quæcunque nouitas, vel in re, vel in modo docendi; tanquam suspitiosa fugienda est. Quod si mihi dixeris. Pater, si doctrina quæ mihi docetur sana est, & communi doctrinæ conformis; quid ad rem, quod publicè, vel in secreto mihi dicatur? Adhuc dico tibi, quod si modus docendi nouus est, & peregrinus: ab illo omnino fugere debes. Si veritas communis; cur non communi modo docebis illam? Quid nouis vocibus, aut locis eam perhibes? Doce eam per patrum meorum cartulam, *Por la a, b, c, de mis padres.* Nec enim sat mihi est quod doctrina antiqua sit; nisi etiam modus docendi eam, vetus sit, *Enseñan me por el libro de mi aldeã.* Eo modo quòd patres mei dederunt illam. Nam nouitas in modo docendi; via est ad hoc quod & ipsa doctrina quæ docetur noua sit. Eò quòd principium hæresum superbia est, ac vanagloria. Superbia autem est appetitus singularis excellentiæ. Quare isti singulares esse volunt. Qui enim ipso modo dicendi se singulares ostendunt. Voluntq; vt ait Paulus magistri & capita vocari, principium in se manifestant, vnde schismata & falsa doctrinæ oriuntur. Vnde Paulus ait. Sicut rogauit, vt denuntiaret quibusdam, ne aliter docerent. Non dicit alia, sed aliter, licet ibi includatur illud. Qui enim docere præsumit, quam communiter docetur: in proximo est, vt alia etiam doceat. Nam Pharisei qui mundi gloriam, & lucrum cupiebant; falsas doctrinas seminabant. Sic Prædicatores qui suam & nò Christi gloriam & cupiditatem quærunt, vel omnino veritatem reticebunt, vel falsa seminabunt dogmata, secundum quod populo placere perpexerint.

Sed circa totum hoc Euangelium vltimò aduertendum est, non esse mirum, quod eadem signa videantur esse quæ præcesserunt vastationem Hierusalem & templi: & quæ præcessura sunt mundi finem. Quoniam excidium illius ciuitatis & templi: fuit tanquã figura & prognosticũ, illius vastationis quã vniuersus orbis pati debet. Nam quemadmodum post oblationem illam, ac sacrificium, quod Dominus in cruce obtulit: cætera omnia sacrificia quæ in templo illo offerebantur, cessarunt, & consummata sunt; Quod verbum illud quod Dominus in cruce protulit, significauit cum dixit: Consummatum est, sicut adueniente luce fugantur vmbre: & veritate

1. Timot. 1.



veritate patefacta figure iam inutiles sunt. Et quoniam iam sacrificia illa quæ in illo templo offerebantur cessauerant; superfluum iam atque inutile erat ipsum templum. Unde necesse erat, vt dirueretur & periret; sicut domus absque habitatore ipsa sponte se destruit, atque diruit; quoniam nihil superfluum aut redundans debet esse in rerum natura. Sic autem consumationem mundi, fides Ecclesie Romanæ ferè consumatur. Quoniam in tantam veniet diminutionem propter tot insurgentes hæreses ac persecutiones: vt vnus, aut alter inueniatur in mundo verus fidelis: quod ab obedientia Sedis Romanæ diuidenda sunt. Sic em intelligitur illud Pauli ad Thessal. vbi ait, Die Domini non instare, nisi venerit discessio primû. Vbi in Græco est, Aposthalia, hoc est scisma, ac diuisio Gentium ab Imperio Romano. Non solum à temporali, sed præcipue ab spirituali, vt Diuus Augustinus docet. 20. de Ciuit. cap. 23. Quoniam sicut Leo Papa in quodam sermone affirmat. Temporale illud quod olim fuit, in spirituale, quod hodie est fuit conmutatum. Igitur maximum signum consumationis mundi hoc erit. si obedientia in Põtificem Romanum defecerit. Tunc enim fides etiam consumabitur, vel in vitimas angustias veniet: & per consequens mundus inuicem accipiet. Quoniam mundus propter homines est cõditus, homo verò ad gloriam æternam destinatus: quæ sine fide supernaturali consequi non potest. Hæc autem fides vera, in sola Romana Ecclesia est. Igitur tunc iam non erit necessarius mundus. Sicut enim tẽplum illud antiquum iam redundabat in mundo; postquã Christus Dominus vnico sacrificio cætera omnia compleuit: ita postquã Christus in monte Caluario mortuus est, in vniuerso mundo Hostiæ ei & sacrificia offeruntur, ac si totus mundus iam esset templum Dei. Eo modo loquendi quò sanctus Leo Papa reddens rationem cur Christus in aere, & in monte fuit oblatus, dicit eò fuisse, vt crux Christi non templi esset ara, sed mundi. Et ipse Dominus per Prophetam dicit, quod ab Oriente vsque ad occasum offerebatur ei sacrificium mundum: Quoniam in vniuerso orbe diulgatur Euangelium, & offertur ei sacrificium altaris, quod in ara crucis semel oblatum fuit. Igitur tunc deficiet hoc iurge sacrificium, cum deficiet fides, vt iam inter hæreticos videmus. Deficiet cum ab Ecclesia Romana que magistra est desiciant homines. Igitur iam

2. ad Thes.
2.
D. Aug.

non erit necessarius mundus, & ideo peribit. Cum ergo illius templi ruina fuit veluti prognosticum quoddam ruinæ totius orbis: nihil mirum (ait Chrysostomus) si signa quæ vtrumque excidium præcesserint similia esse videantur. Multa hic dicenda essent de his pseudo Prophetis, nisi iam supra abundè dicta fuissent in tractatu de falsis Prophetis, capit. 7.

statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de celo: vt virtutes celorum commouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli; cum virtute multa & maiestate. Et mittet Angelos suos cù tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis caelorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficæ discesit parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nataz scitis quia iam propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia propè est in iannus. Amen dico vobis, quod non præteribit generatio hæc donec hæc omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt. De die autem illo & hora nemo scit, neque Angeli caelorum; nisi pater solus. sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis. sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intravit Noë in arcam, & non cognouerunt donec veniret diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc erit duo in agro, vnus assumetur & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur.

statim autem post tribulationem dierum illorum. Ex hoc loco (vt supra diximus) colligit Caietanus, quod hæc signa supra posita sunt quæ debent præcedere iudicium. Non autem excidium Hierosolymitanum, eò quod dicitur, quod post hæc statim venturus sit Dominus ad iudicium, non autem post illa quæ tot annis antea præcessit. Tamen Chrysostomus respõdet, quod cum hic dicitur post tribulationem dierum illorum, non est referendum ad tribulationem dierum illorum, de quibus supra dictum est: erit enim tunc tribulatio magna, &c. Sed ad tribulationem dierum, de quibus dictum est, quod exurgēt pseudo Christi, & pseudo Prophetæ signa magna edentes, vbi Antichristi tempora potissimū designata sunt, qui omniū maxima edet

Caiet.
Chrysost.

edet signa & prodigia ad seducendum efficitur. Qui & tribulationem maximam fidelibus intero, non tamen hoc videtur verisimile quod de alia loquatur dierum tribulatione, quam de illa qua tunc loquebatur, quæ secundum Chrysostomum erat tribulatio quam passuri erant Iudei, inobedientia & vastatione illius ciuitatis. Quare secundo dicitur ideo Dominum dixisse, statim, etiam si multis post annis id futurum erat: vt hoc sermone admoneret suos omni tempore expectare aduentum illum, atque ad illum se præparare, tanquam iam instantem, & ipsum seculo futurum. Vel ob id dicit statim post illam tribulationem aduentum suum futurum, quod post illa nihil aliud insigne sit expectandum, quam quod circa aduentum suum sit euenturum, quodque nulla alia rerum mutatio insignis sit observanda fidelibus, quæ in consumatione fiet seculi. Ac si diceret, statim post tales tribulationes, erit iudicium. Quoniam tribulationes similes non interueniēt inter has, & illud tempus, & ob has causas Dominus tam suis, quam Apostolorum sermonibus, non longè ab esse aduentum suum palam voluit prædicari. Sic enim Petrus. 1. 4. Omnium autem, inquit, tempus appropinquauit. Et Paulus. Nos sumus in quibus fines seculorum deueniunt, & Iacobus. Patientes (inquit) estote & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Dñi appropinquauit. Et. 1. Ioan. 2. Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quoniam Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima hora est. Ex his colligitur ob hoc etiam Dominum dixisse statim post Iudæorum deuastationem suum aduentum seculorum. Quod si dixeris quomodo illum (statim) tot secula intermedia suffert; iam enim fluxerunt postquam mille quingenti anni ab illa vastatione. Respondet Petrus his qui dicebant vbi est promissio, & aduentus eius. Ex quo enim patres nostri dormierunt; omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Vnum (inquit) hoc nõ lateat vos charissimi; quoniam vnus dies apud Dominum sicut mille anni. Alludens ad illud Psalmi: 89. Quonia mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterijt. Hoc est dicere quod iudicatio secundum Dei æstimationem, post excidium Hierosolymitanum futura erat seculi consummatio, quantumuis hominum iudicium sit longeuum tempus intermedium. Sic autem conueniebat Dominum loqui: ne oscitaremus

1. Petri. 4.
1. Cor. 10.
Iacobus. 5
1. Ioan. 2.
1. Petri. 3.
Psal. 89.

cogitantes longè esse diem iudicij. Noluit enim Dominus certum aduentus sui tempus significare: & tamen eum omni hora illos expectare voluit. Nam sicut post mentionem tribulationis Iudaicæ, subiicit Dominus. Tunc si quis vobis dixerit ecce hic, aut ecce illic, &c. Vbi per tunc, demonstratur totum tempus futurum post Iudæorum excidium, & maximè tempus Antichristi quasi mox sequuturum, quod tamen post multa secula erat sequuturum. Similiter nunc dicit Dominus, statim post tribulationem illam futurum suum aduentum.

Sol obscurabitur, & Luna non dabit splendorem suum. Hæc obscuratio non erit naturalis, sed miraculosa, fortè per retractionem radiorum, quæ tunc non illuminabunt orbem. Sed aduertendum quod hæc obscuratio nõ cõtinget in ipsa hora iudicij, quoniam tunc omnia potius renouabuntur, & lux Lunæ erit sicut lux Solis septemplex maior, vt Esai. 30. dicitur. Sed erit ante diem iudicij. Et fortè non erit per retractionem radiorum, quia nulla erit corruptio, vel naturalis qualitatis oblatio in corporibus cælestibus quæ impassibilia sunt; quoniam sine his poterit fieri, nempe per hoc quod cælum nube tegatur, aut turbine. Sed ex hoc quod dicitur quod Luna non dabit lumen suum; videtur colligi debere hanc obscuritatem per retractionem radiorum fieri. Nã ex hoc quod Sol retrahet radios; Luna non poterit dare lumen suum, vt potè quod à Sole recipit. Nõ defunt tamen qui dicant, inter quos Albertus Magnus, hæc obscuritatem debere intelligi per aduentum maioris luminis, nempe Christi: cuius tantum lumen erit vt splendor Solis, quasi nullus esse videatur; sicut lumen candelæ ante radios Solis non splendet, neque apparet lumen suum. Nam Esai. 60. dicitur. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem; neque Luna per noctem: (sed potius) surge illuminare Hierusalẽ quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, & Apoc. 21. Ciuitas non eget Sole, nec Luna, vt luceant in ea; quia ipse Dominus illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Et Esai. 24. Erubescet Luna & confundetur Sol: cum regnauerit Deus exercituum. Sed quoniam hoc nõ poterit esse nisi in ipsa hora aduentus Christi; & hæc obscuratio debet præcedere illam, & secundum hunc modum dicendi verè, & realiter Sol non obscurabitur, sed in suo lumine manebit; etiam si non videatur: sicut candela ante Solem

Esai. 30.
Albertus.
Esai. 60.
Apoc. 21.
Esai. 24.



Solem suum verum lumen habet etsi nō appareat: ideo primi duo modi dicendi potius amplectendi sunt. Et *stellae cadent de caelo*. Non casu corporali; sed quoniam non dabit lumen suum arbitramur cecidisse de caelo. Sicut communiter iudicat vulgus defecisse stellam, cum a nostro subtrahitur aspectu. Alij per casum stellarum intelligunt frequētes cometas, quae tunc currēt per caelum & deficient, ut in aestate videmus, & videbitur nobis quod cadant, Albertus Magnus existimat casum hunc esse quoad effectum generationis. Nam calidum & humidum sunt materia generationis; Sol calidum administrare solet, Luna humidum: imagines stellarum conferunt figuram generato. Et quo ad hos effectus qui tunc cessabunt, dicuntur subtrahere lumen suum & cadere de caelo: Non enim erit tunc amplius generatio, sed omnia formabuntur ad statum collectionis iustorum, ad eorum gloriam & peccatorum poenam. Et *virtutes caelorum commovebuntur*. Ego per virtutes Angelos motores orbium intelligo, & hoc erit maius omnibus signum: datur enim pro ratione aliorum apud Lucam. Postquam enim dixit signa & prodigia magna apparere, in Sole & Luna, subdit. Nam virtutes caelorum movebuntur. Ac si diceret. Ne miremini tot signa in caelo tunc apparitura: Quia virtutes, quae movent caelos commovebuntur. Quoniam tunc imprimetur eorum intellectibus haec veritas, quod mundus iam finem debeat accipere, ut uniformem hunc motum quō modo movent hunc caelum, tunc mutabunt in tantam velocitatem, ac diuersitatem, ut diuersa prodigia & stupenda, tam in caelo, quam in terra apparere faciant. Si enim causam suam naturalem cursum quomodocumque mutent, novos effectus producere necesse erit, qui homines attonitos, ac stupidos reddent: hoc enim est quod Petrus ait. Donec veniat dies Domini magnus & terribilis, in quo caeli magno impetu transibunt, hoc est inconfueta celeritate, elementa verō calore soluentur, propter quod & in mixtis noua & stupenda apparebunt. Quare inter signa generalia consumationis mundi, quae apud Ecclesiastem ponuntur; hoc dicitur, commovebuntur custodes domus, & mutabuntur viri fortissimi. Custodes domus sunt intelligentie motrices, quae motu illo quō movent caelos mundum hunc custodiunt, atque conseruant, cum virtus eius inde gubernetur. Commovebuntur autem: quoniam vniuersitatē

Albertus Magnus.

motus mutabunt, & hi viri fortissimi qui sunt Angeli mutabuntur, hoc est timore admirationis concutientur, tot nouitates videndo. Mutabuntur etiam ex noua rerum consideratione quas per species concreatas videre non poterant, quam vicissitudinem cogitationum ab eis beatitudo non tollit, secundum illam Augustini sententiā quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempora. Erit etiam in eis admiratio diuinā virtutis, in quantum ab eius imitatione & comprehensione deficient, secundum illud quod B. Agnes dicebat. Cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, & nos dicimus admirari de his, quae nostrā cognitionem, vel facultatem excedunt. Vbi & obseruandum est, quod aliqui per virtutes caelorum intelligunt omnes Angelos, & tunc dicuntur moueri, propter admirationem nouitatis rerum quae in mundo euenient ut diximus. Alij intelligunt Angelos illius Hierarchie ad quam pertinet miracula facere: & tunc dicentur moueri propter virtutes & miracula stupenda, quae in corporibus caelestibus & terrestribus operabuntur. Sed multo melius est per Angelos; motores orbium intelligere. Nonnulli per virtutes caelorum intelligunt omnia sidera & astra, quae in scripturis dicuntur frequenter militia caeli, & virtutes, hoc est exercitus caelorum, ut Psal. 2. Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quoniam enim homines videbunt omnes istas caelorum virtutes commoueri a suo statu; hinc trepidabunt, & trepidē expectabunt quae superuenient orbibus. Quod ergo speciatim dicebatur Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellae de caelo cadent; id deinde generaliter dicitur, & virtutes caelorum commovebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in caelo. Quoniam crux est tribunal & regale sceptrum, quo omnium iudex ius omnibus dicit, ac imperat; ideo tanquam iustitiae Dei virga ibi tunc in aere apparebit. Unde & Ecclesia canit, Hoc signum crucis erit in caelo: cum Dominus ad iudicandum venerit. Licet D. Th. Opusc. 60. art. 25. doceat quod lignum crucis tunc non sumitur pro ipso ligno in quo ipse fuit affixus; cum nullum mixtum tunc permanens sit: sed pro aliqua representatione ipsius, ut appareat signum aliquod simile cruci: Haec D. Tho. Nisi velis dicere ipsum & lignum miraculose conseruandum, usque ad illam horam. Sed de hoc mysterio statim in concionibus dicemus.

D. Thomas

Viden-

Videndus est etiam commentarius noster super Psal. 118 in tract. & octonario. 22. in illū versum appropinquet deprecatio mea. Et tunc plangent omnes tribus terrae. Zachar. 12. dicitur: Aspiciunt ad me quem pupugerunt. Et in Apoc. dicitur, Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent se super eum omnes tribus terrae. In illo loco Zachariae describitur planetus, quem super mortem Regis Iosia totus ille populus Iudaeorum fecit, per quem (secundum diuum Hieronymum) significabatur ille quem fideles, tam ex Iudaeis, quam ex Gentibus super mortem Christi facturi erant, alij plangentes quod ipsi occidissent eum, alij, quod peccata sua fuerint causa suae occisionis. Tamen Ioannes hunc locū etiā intelligit de his Iudaeis infidelibus, qui in nouissimo die oculis corporalibus aspicient in eum quem transfixerunt exhibentem se cum vulnerum cicatricibus, & significet eos qui pie & cum fructu illum per fidem aspicerent eiusque mortem plangere non uerunt; aliquid vel inuitos aspecturos illum, & inutiliter eum plangentes, ex quo intelligendum est vnus eiusdemque Scripturae varios esse sensus etiam a Spiritu sancto intentos. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa & maiestate. Angeli dixerunt ad Discipulos in die Ascensionis quemadmodum vidistis eum euntem in caelum, sic veniet, viderunt autem illum ascendentem in nubem, ergo & in nube veniet, ad declarandam maiestatem suam quam in illo secundo aduentu veniet, quemadmodum & in primo venit in magna humilitate, & ideo dicitur in virtute multa: quoniam etiam in primo aduentu habuit virtutē reddendi miracula, sed multo maiorem in secundo aduentu secum feret. Quod & Dani. 7. praedictum fuit cum dixit, Et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, &c. Et mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis a summo caelorum usque ad terminos eorum. Videtur hic ordo praeposterus prius enim congregandi sunt homines ad iudicium ab Angelis, quam Christus Dominus descendat ad iudicandum. Nec enim iudex iudicandos expectare debet, sed e diuerso iudicandi iudices. Quod si prius Christus descendet, non paruo tempore perstabit super nubes in aera. Prius enim debet tuba canere, & colligi cineres, & resurgere homines: licet haec omnia in breuissimo tempore fient, ut potest in

Zacha. 12.

Apoc. 1.

Hierony.

Act. 1.

Gregor.

Iob. 26.

Gregor.

Apoc. 5.

Sap. 5.

1. Thes. 4.

Hierony.

Matth. 25

Num. 10.

ictu oculi, in nouissima tuba. De tuba autē aliqui tenent accipiendum esse metaphoricē, inter quos Diuus Gregorius, qui ait tubam sonare, nihil aliud est quam mundo filium Dei ut iudicem demonstrare. Sed contra hoc est: quoniam vox tubae erit signum aduentus Christi, & praesentia ipsa non est signum, sed res significata, signum ergo erit, seu tonitruum, seu alius clangor, qui ad similitudinem tubae exprimitur, ut Iob. 26. dicitur. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Vbi Gregorius ait, quem Iob tonitruum appellauit cum cap. 1. dixit. Dies tubae & clangoris. Accedit ad hoc quod iudiciū sensibilibus faciendum est: ergo signa sensibilia debent praecedere illud. Quidquid autem sit de tuba vox quidē sensibilis proferenda est, & tuba probabilis est, quod etiam canet, & ministerio Angelorum sonitus ille tubae formabitur: sicut in monte Synai cum dabatur lex, imō erit terribilis vox, non tanquam vnus tubae tantum, sed tanquam multarum tubarum, & ille sonitus tubae respectu iustorum erit receptui canere, quasi post partam victoriam vocari ad premium, secundum illud Apoc. 5. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Respectu malorum erit canere classicum, quasi conuocando creaturas omnes ad praelium contra malos secundum illud Sapientis. Armabit creaturam in ultionem inimicorum, & cum illo sonitu tubae ibit haec vox, Surgite mortui, & venite ad iudicium. Sic enim ait Paulus in voce Archangelii, & in tuba Dei, & sic considerat Hieronymus. Quā vochem etiam corpora audient, sicut qui dormit audit vochem cum qua simul expurgiscitur, secundum illud Psal. 67. Dabit voci suae vochem virtutis, id est virtutem suscitandi corpora, & audietur in caelo, & in inferno haec vox. Unde Hieronymus ad Minerium & Alexandrum vox ipsa, inquit, potest & clamor, & vox, & tuba cense ri: ut clamor dicatur ab effectu conuocandi Gentes iuxta illud media nocte clamor factus est. Vox propter humanam articulationem & significationem Imperiū iudicis exprimentem: tuba propter vehementissimam vocis magnitudinē. Et est allusio ad morem antiquae legis. Nam nume. 10. praecipitur, ut duabus tabis argenteis vocarentur ad praelium. Quare verisimilius est, quod praeter vocem erit in aere strepitus admodum clangoris tubae: erit enim vniuersale Concilium ad quod tuba vocatur. Et congregabunt Angeli, scilicet



scilicet electa, Collectio quippe cinerum fiet ministerio Angelorum, subito tamen id est tempore imperceptibili, sed organizatio & introductio animarum fiet in instanti virtute diuina, non Angelorum: quia hanc organizatio nem non possunt facere Angeli, nisi applicando actus passiuus, Tunc autem nulla erit feminis virtus. Id tenet Scotus, Durandus, & Sotus, & quando D. Thom. dicit quod fiet subito intelligit in ultimo instanti temporis, quod collectae sunt cineres, & quando Paulus ait in actu oculi, intelligit de collectione cinerum, quae fiet in tempore imperceptibili, sicut est actus oculi: nam resurrectio corporum quae post futura est, in instanti fiet. Congregabunt ergo Angeli electos, a quatuor ventis a summitate caelorum usque ad terminos eorum. Hoc secundum est maior explicatio prioris. Dicitio autem quae est in Graeco, tam apud Mattheum, quam apud Marcum non solum significat sumitates, verum etiam extremitates, id est dicere: Ab vno extremo, usque ad aliud extremum, hoc est corpora quae sunt sub utroque polo, aut sub utroque emisphaerio. Et signando extrema includit media, ita quod nullus sit locus, siue extremus, siue medius, in quo non debeant perquiri corpora defunctorum. Licet alij existiment per summa caelorum intelligi caelos, & per terminos siue extrema; terra omnis, tam superficiem tenus, quam subter: ut intelligamus, quod animarum quae erunt in caelo, & quae erunt in inferno, aut purgatorio, & corpora quae sunt in terra, ad hanc vocem debent congregari. Sic enim & Marcus videtur significare cum dicit. A summitate terrae, usque ad summum caeli. Frequenter Dominus in scripturis dicit se congregaturum suos ab omnibus mundi partibus, ut est illud Esai. 43. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te, dicam Aquiloni da & Austro noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terrarum. *Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata scitote quia prope est aestas. Ita & vos, cum videritis haec omnia scitote quia prope est inianuis.* Ex germinatione ficus cum iam in ramos tenerescens proterudat gemmas ac folia quodammodo parturit, seu ex iudicij certissimis colligitur prope esse aetatem, & certi estis hanc non procul abesse: ita ex signis quae praedixi futura discite, tum vrbis excidium, tum consummationem seculi proximam.

Scotus. Durandus. Sotus.

Esai. 43.

Nam cum videritis turbas, clades, pestes, fames, seditiones, prauas doctrinas, seductores turmatim oriri & irruere in vos, Romanum item exercitum transportari in Syriam, & occupare terram Sanctam: iam scitote excidium esse pro foribus. Similiter cum videritis Solem obscurari, virtutes caelorum commoueri, & reliqua quae praedixi vobis fieri; certo argumento colligere poteritis, quod propinquus sit aduentus meus, & iudicij, & consummationis seculi dies imminet. Nam quemadmodum visis in arbore fici gemmis, non protinus plenam aetatem aduenisse scimus, sed prius expectamus florem deinde ficum, incrementum, & denique suo tempore ficus maturas: & tunc plenam aetatem habemus: sic debemus agnoscere ea quae Christus hic praedixit, non simul, sed ordine cuncta esse complenda. Visis prioribus proxima continuo affutura non dubitemus, donec & postrema eueniant. Ita cum Discipuli primum viderunt quosdam se se extollere, & se Christos predicare, & multos seducere, cognouerunt post bella & rumores bellorum, non tamen deuastrandam statim Hierusalem existimauerunt, sed prius ipsos multis agitando esse persequutionibus, & Euangelium propagandum, & deinde deuastrandam urbem intellexerunt. Postea multos pseudo Christos, & pseudo Prophetas, & pseudo Christianos inualituros esse praedixerunt, deinde nihil insignis, aut nouum quam diem extremum, & signa illa horrenda admonentia illum expectarunt. Quare per haec omnia vniuersaliter omnia praedicta a Domino intelligi debent. In hunc modum videtur intelligisse hunc locum Diuum Hieronymum sic dicens. Sub exemplo arboris docuit consummationis aduentum, quomodo inquit, quando teneres fuerint in arbore ficus canticuli, & gemma erumpit in florem cortex quae folia parturit; intelligatis gestas aduentum, & fauonij, ac veris introitum: ita cum haec omnia quae scripta sunt videritis, nolite putare iam adesse consummationem mundi, sed quali preconia & precursores quosdam venire, ut ostendant quod prope sit & inianuis. Hec ille, obserua Domum multa hic praedixisse quorum aliqua ante multa secula contigerunt, quaedam etiam hodie experimur, & experiemur postea; nonnulla in extremo tandem die euenient. Unde colligimus Domum

simile.

Hieronymus

haec

haec praedixisse, ut nos omni tempore, & hora, & quocumque seculo praemunitos debere esse intelligamus: nam omni momento expectandus est Dominus, atque ideo vigilandum est, & instantissime pietati studendum. Id autem quod dicit, Scitote quia prope est in ianuis idem est, ac si diceret, *(haec euenta quae le teneis en casa)* Caetera cum ad moralia peruenerimus dicemus. Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec donec haec omnia fiant. Nonnulli, inter quos Claudius Guilielmus, haec omnia referre excidium Hierosolymitanum existimant, de quo praecipue & principali intento sermonem habebat Dominus. Caetera enim quasi misceuerat. Et sic intelligendo certum est, quod non praeteribit generatio illa tota ante illud excidium, cum multi qui tunc vivebant viderunt illud. Sed quoniam generaliter videtur loqui dominum de omnibus quae in hoc sermone dixerat: ideo alij dicunt de generatione illius populi Iudaeorum loqui Dominum, quae usque in finem mundi duratura sunt: ut tandem ad verum Regem suum Dauid conuertantur: Sic enim Dominus solet loqui populum illum vocando generationem haec: ut cum dixit filium hominis oportere multa pati a generatione haec, hoc est a populo Iudaeorum. Et alibi, Amen dico vobis venient haec omnia super generationem istam. Verum contra hoc est, nam quorsum Dominus dixerit generationem Iudaeorum non praeterituram donec illa fierent non apparet: & multo minus apparet si de generatione hominum intelligatur. Sed tamen obseruandum est generationem pro aetate, vel seculo sumendam esse. Nam dictio Graeca id significat, quia dicitur Nestor tres generationes, aut tres aetates hominum vixisse. Est autem aetas, vel seculum Romanis proprium spacium centum annorum, & hoc modo dictio, dor, Hebraeis nonnumquam accipit, quae ferè verti solet generatio. Nam Gene. 15. Quator generationes & quater centum anni pro eodem accipiuntur. Nam cum dixisset Dominus Abraham semem eius affligendum quadringentis annis a populo cui seruiturus erat: subiicit. Generationem autem quarta reuertentur huc: sunt ergo qui sic generationem intelligunt pro aetate, aut seculo centum annorum; & voluisse Dominum dicere omnia illa excepto extremo die contingere debere intra centum annos, quibus generatio illa deberet durare: nam infra centum annos omnia illa contigerunt, ut

Claudius.

Luc. 17.

Matth. 23.

potè prelia, fames, pseudo Christi, & pseudo Prophetarum persecutiones variè; sed dies extremus in quo, vel circa quem fient Solis & Lunae defectio, stellarum casus debet ab his excipi: quia is soli Patri notus est, ut statim dixit Dominus. Verum hoc licet D. Remigio ascribatur coactè nimis videtur dici: nam absolute dicit Dominus, donec omnia fiant. Maxime quod id dictum est de pseudo Prophetis, qui dabunt signa magna: circa tempora Antichristi debet contingere, qui intra seculum illud non venit. Et ideo conuenientius nomen aetatis crediderim hic accipi debere, pro toto tempore quod fluet inter primum & secundum Domini aduentum, quod nouissima dicitur mundi aetas, & a Ioanne dicitur nouissima hora, a Paulo, verò in quos fines seculorum deueniunt. Ita quod Dominus vult dicere, quod illa vltima aetas, quae a praedicatione Euangelij coepit, in qua noua & mirabilis totius orbis mutatio visa est, erit nouissima, nec praeter eam debere alia noua orbis mutatio & singularis: donec omnia quae dicta sunt fierent. Haec enim ratione nouissima hora & finis seculi dicitur, & Petrus clamat nouissimum finem appropinquasse. Significat ergo Dominus citò omnia quae dixit euentura: quia ante finem eius, quae tunc cepta erat aetatis; & tunc haec omnia possunt referri ad omnia praedicta, vel praecipue ad ea quae dicta sunt euentura in vltimo die, vel prope eum, Nec multum abest ab hac interpretatione ea quae est diui Chrysostomi, quae prope sequitur Caietanus, qui per hanc generationem intelligunt significatam generationem iustorum & fidelium: idque ideo de ea dictum, ne metuerent Apostoli per praedicta pericula penitus fideles delictos, & praedicationem Euangelij supprimendam, sed certiores essent religionem Christianam usque ad seculi consummationem, & nouissimum Domini aduentum perseveraturam: & ne possent existimare haeretici aliam nouam hominum generationem post vltimam conflagrationem incipere debere, sicut post diluuium incoepit. Absoluit itaque nos, ait Caietanus, a timore dilationis aduentus sui, vltimam completum numerum electorum secundum generationem istam, tam inesse naturae, quam inesse gratiae per Euangelium & Baptismum. Et hoc adiecit ad declarandam similitudinem de arbore fici, ne putaremur plures redeuntes generationes, sicut plures redeunt & adueniunt aetates: sed illam aetatem;

Remigius.

1. Ioan. 2. 1. Cor. 10.

Act. 2.

Chrysostomus.

Caiet.



tem, quam hæc signa consequutura erant debere esse ultimam generationem. *Cælum & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.* Primo quoniam reuera cælum & terra transibunt, non quidem secundum substantiam, sed secundum statum: nã à statu motus generationis & huiusmodi transibunt, ad statum quietis & gloriæ iuxta illam Pauli sententia qua ad Rom. 8. dicit. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Ideo enim dicit Psalmista, quod sicut opertorium debent mutari: quia abijcient vestimentum corruptionis, & induent nouam vestem incorruptionis. Hinc Esai. capit. 65. ait. Ecce ego ereo cælos novos, & terram nouam, & non erunt in memoriam priora. Quia cæli magno impetu transibunt à motu ad quietem. Igitur mutabuntur cæli & terra, dum inno-uabuntur. Quod Ioann. Apoc. 21. confirmat dicens. Vidit cælum nouum, & terram nouam: primum enim cælum & prima terra abiit: Mutabuntur ergo omnia, sed verbum Dei manet in æternum, nec vlllo modo mutabitur, aut desinet esse, iuxta illud Prophetæ, *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascunt.* Sensus ergo est, Cælum & terra mutabuntur, vt meliora fiant, vt non nihil perfectionis adquirent; verbum autem meum tale est, vt perfectius esse nõ possit, vnde & immutabile est, impossibile ergo est illud non impleri. Vel die secundò cum Iansenio Chryostomo & Euthymio, non quod significetur hic cælum & terram aliquando transitura (verè enim secundum substantiam nõquam transibunt, terra quippe in æternum stat, vt dicitur Eccles. 1. & de cælis dicitur Psal. 148. Statuit ea in æternum, & in seculum seculi) sed quod prius futurum sit, vt illa pereant, & transeant quæ omnium maximè sunt stabilia, & quæ scriptura dicit fore æterna, nec perire posse, quam vt transeant verba Domini. Vnde Chryostom. Facilius (inquit) hæc immobilia destruentur: quæ verba mea possint decidere: Quod si tu subinferas, sed illa nõ destruentur, ergo verba mea non decident. Et Euthymius ait. Hæc adeo compata & immobilia prius demolientur: quam excidant sermones mei. Et hic sensus maximè confirmatur, ex eo quod Luc. 16. dicitur. Facilius est cælum & terram præterire, quam à lege vnum iota cadere. In quo sensu videtur accipiendū illud quod dicitur Esai. 54. *Montes commouebuntur, & colles con-*

Rom. 8.
Psal. 101.
Esai. 65.
Ioan. 21.
Psal. 101.
Iansenius Chryost. & Euthymio.
Eccles. 1.
Psal. 148.
Luc. 16.
Esai. 54.

tremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non commouebitur. Quomodo dicendi vsus est. Virgil. Egloga. 1. cum dicit. *Ante leues ergo pascentur in aethere cerni. Et frætra destituent nudos in lictore pisces, Antè per erratis amborum finibus exul. Aut ararim Parthus bibet, aut Germania tygrim.* *Quam nostro illius labatur pectore vultus.* Vel tertio sic cū Caietano hæc verba debere intelligi, secundum similitudinè proportionalem, hoc est, quod cælum & terra quidem non transibunt à statu suo, & similiter verba Dei proportionaliter non transibunt à statu suo. Nam status verborum prædicentium futura est veracitas: transirent autem & præterirent, si veracitatem perderent, si non adimpleretur quod significant. Nam transiret à statu veracitatis in statum mendacij. *De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi pater meus solus.* Ne erraremus ex signis prædictis exclamantes quæ per illa certitudinem temporis & horæ possemus agnoscere, non autem propinquitatè solam; dicit. De die illo certitudinaliter nullus scire, neque Angeli notitia naturali, nisi solus Pater. Per hoc non excluditur filius secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem dumtaxat, & adhuc est sermo de notitia naturali qua nullus secreta Dei agnoscere potest. Nam solus Deus nouit ex sua naturali notitia tempora, & momenta, quæ posuit in sua potestate: quia nullus naturaliter notitia cognouit consilium Dei nisi spiritus Dei. Cum hac tamen veritate stat, quod Iesus etiam secundum quod homo sciat notitia supernaturali diem illum: imò ab instanti sua cõceptionis sciuit illum: quoniam fuit perfectè beatus secundum partem superiorè animæ, & vidit in diuina essentia omnia & singula, quæ sunt, erunt, & fuerunt, sed an aliquibus superioribus Angelis hæc notitia communicata sit nescimus. Hoc tamen certum est, quod naturali notitia nesciunt diem illum. Apud Marcum cap. 13. dicitur de die illo nullus scit, neque filius, quod præter supradictum sensum intelligitur se nescire ad dicendum: quia scire dicit ordinem addicentem. Sicut confessarius potest dicere se nescire, quæ in confessione audiuit: quia nescit ad dicendum: & hoc noluit nobis dicere, vt sollicitos semper nos haberet de die illo, sic D. Hilarius, & Theophilactus hac pulchra simi-

Virgil. Caiet.
1. Cor. 13.
Marc. 13.
Hilarius. Theophil. simile.

similitudine id nobis explicat. Sicut, inquit, patres sæpe continent quid in manibus, dein de autè dū quarunt hoc filij, & dare ipsi nolunt, occultant dicentes, non habemus quod queritis, & sic plorates filios cõpescunt: & Dñs vt cõpescat Apostolos, ne querat importunè ab eo diè illū, ait, Neq; ego scio nisi Pater solus. Ac si dicat illis, Ne importunè id à me queratis, quia neque ego scio, hoc est, neq; ego id debeo vobis indicare. *Sicut autè in diebus Noè, ita erit & aduentus filij hominis: sicut enim erant in diebus antè diluuium comedores, & bibetes, nuberes, & nupti tradites, vsque ad eum diè quò intrauit Noè in arca, & nõ cognouerunt donec venit diluuiū, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis.* Sicut enim tunc homines noluerunt credere Noè prædicanti orbis visitationè p diluuiū, etiã si viderent illū fabricatè arcam: sed contemnerent ei verba similibus vacabat vitijs, ac negotijs quibus antea, nec potuit etiã egerūt, acideo incautos illos occupauit diluuium: sic & homines improvidos dies illa inueniet, nec his signis vilius adhuc penitentiam accipient. *Tunc duorūt in agro vnus assumetur, & alter relinquetur.* In his cõbinationibus significatur gratia diuine electionis, quæ tunc temporis cõtinget. Siquidè gratia diuine electionis in hoc exprimitur, quod vtriusq; cõbinationis, alter eligi ad Regnū Christi, alter relinquitur sibi ipsi. Per hos autè intelliguntur diuersa hominū genera, & diuersi sexus. Diuiditur em̄ mundus in dominos & seruos, in his qui ex suis diuitijs, & in his qui ex suis laborib; viuunt, & quiescēt in lecto, intellige diuites & liberos, qui ex laboribus aliorū viuūt, cū ipsi in lectis suis quiescāt. Per eos qui in agro semināt & in pilstrino molliūt; intellige seruos & pauperes. Et quia in secūda cõbinatione loquit de serm̄ini, intellige, quod cuiusuis sexus, cuiusuis cõditionis, aut sortis homines sint; excelsi aliqui assumētur ad vitã, alij sibi ipsis relictī in æternum peribunt. Et quia in nulla harum cõbinationū meminit malorū, sed indifferētium: moraliter intellige, quod non meritis electio, nec demeritis relictio, sed gratia diuina; q; libertati totum adscribatur. Et quoniam tunc effectus huius diuinae prædictionis videbit, ideo dicit, quod tunc vnus assumet, & alter relinquet. Ac si diceret. In aliquib; tunc apparebit electio Dei, & in alijs reprobatio, cuiusuis stat; sexus, aut cõditionis fuerint. *Iã ea quæ ad adificationem animarum utiliora sunt, dicamus, maximè cū hoc Euangelium pro prima Dominica Aduentus apud*

Romanos legatur, & pro secūda apud nos; quare sic ego cõcionem habens ad populum aliquadò exorsus sum. Hodie sancta mater Ecclesia ob oculos nobis ponit secundum ad uerum visibitè, quò filius Dei in carne venturus est in ultimo die, cū adimpleri debet iuramentum Angeli, quò iurauit per uiuentem in secula seculorū, quod non amplius esset futurum tempus, aut dies. In illa ergo die, quādo dies finiedi sunt, venturus est Dominus ad iudicandum viuos & mortuos. In primo aduentu vidimus eum ingrediētē mundum humili & mansueto asello insidentem ad saluandum omnes: tunc autem veniet in nubibus cæli, cū potestate magna & maiestate, iratus, seuerus, terribilis: vt omnes mortales iudicet, & vnicuiq; retribuatur secundum opera sua, siue bonum, siue malum. Et hic est vnus ex articulis fidei quem hodiè nobis Ecclesia proponit tãquam rem magni momenti, quæ nunquã à memoria nostra excidere debet. Quoniam illius terribilis diei recordatio, magnū nobis ad peccadum frænum erit, ne ruptis habent post vitia curramus. Quã tamè veritatē aliqui per ignoratiã nesciuerunt: nonnulli ex malitia intelligere noluerunt. Mali quippe vidētes, quoniam huius veritatis cõgnitio eos à peccado detinebat, nec sic libere eos in peccatis volutari sinebat: nec em̄ sic poterant desideria cordis sui adimplere, si intus in corde hæc haberēt veritatē fixã quod Deus deberet iudex ac vindex illius nequitia esse: noluerūt illã credere, & à corde suo abiecerūt illã. Quare Spiritus sanctus, qui intima cordis penetrat, scit quid intus in cordibus suis impij cogitent & dicāt. Vnde Psal. 9. dicit. *Vt quid irritauit impius Deum? Dixit em̄ in corde suo, Nõ requirit. Oblitus est Deus, auertit faciem suã ne videat finem: nõ est Deus in cõspectu eius.* Vbi est nomē Heloim apud Hebræos, vt Chaldaica paraphrasis & Septuaginta legunt, quod significat Deum iudicem, hoc est dicere. Nolunt scire quod Deus sit iudex omnium, cū tamen id sit primum quod Deus vult nos scire. Nam in primis verbis Genesis cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terrã; est in Hebræo (Heloim) id est, iudex, nõ Adonai, nec nomen Tetragramaton, vt Hieronymus in Epistola ad Marcellam refert. Vidit quippe Spiritus sanctus, cuius instinctu, ac inspiramine facta Scriptura incepta est & finita, quã difficilè impijs foret credere Deum iudicem, quantumque carni nostræ id aduersaretur, vepotè eius volupta-

Moralitas seu concio.

Apoc. 29.
Psal. 9.
Genes. 1.
Hierony.



Inuptates ac infanias reprimens: & ideo pri-
mum vocabulum quo Deum nominat ostē-
dens eius bonitatem in vniuersi creatione,
est illum appellare iudicē. Magis em voluit
illo se nomine appellari quod plus nobis cō-
ueniret; quam illo quo sua vita, aternitas ac
diuina natura declararetur. Cui primo ver-
bo, vltimum totius sacre Scripturæ optimē
respondet, vbi in vltimis verbis Apocalypsis
sic dicit. Ecce venio cito. Amen. Veni Do-
mine Iesu. Igitur articulus fidei est, hunc cre-
dere secundum Domini aduentum. Alij fa-
tentur quidem iudicium Dei; negant tamen
aliud debere fieri iudicium vniuersale, pre-
ter illud particulare quod cum vnoquoque
habet iudex, cum anima eius ex hoc corpo-
re egreditur. Ita refert D. Thom. 3. p. q. 59.
artic. 5. & in additio. quæst. 88. artic. 1. ad 5.
quod probabat ex illo Nahum. 1. secundū trā-
lationem Septuaginta. Nō iudicabit De^s bis
in idipsum. Nec enim capere poterant, quo-
modo post hoc singulare iudicium deberet
Deus super eadem opera publicum habere
iudicium: quatenus omnibus publicē de ei⁹
maxima æquitate constaret, præterquam
quod corpora in primo iudicio, nec puniuntur,
nec præmiantur. Alij vsq; in diem iudi-
cij detinebant præmia & pœnas: qui error
multos olim inuasit. Nā & Bernardus id in-
sinuare videtur in sermone quodā de vigilia
omnium Sanctorum, ostendens animas Sā-
ctorum sub altare Dei cōtineri, hoc est sub
Christi humanitate protegi vsq; in diem iudi-
cij, cum cōpletus fuerit numerus electorū,
quandō perfectē diuinitate fruētur. Qui ta-
men error ab Ecclesia explorus est; nā Dñs
ad latronē dixit Luc. 23. Hodie mecum eris
in Paradiso. Et de diuite pessimo dicitur,
Mortuus est autem diues, & sepultus est in
inferno. Et Apoc. 14. habetur. Beati mortui
qui in Dño moriuntur, amodō iam dicit spi-
ritus, vt requiescant à laboribus suis: opera
em illorū sequuntur illos, hoc est, simul cum
illis pergunt, vt statim vel præmiantur, vel
puniuntur. Id est etiam definitum in Cōcil.
Florentin. sub Eugenio. 4. & cap. Apostoli-
cam. de præbyr. non baptizato, & c. maio-
res. de Baptismo & eius effectu, & Benedic⁹
xj. in extrauaganti quadam. Nam & Deute-
ron. 4. præcipit Deus, ne pretium mercena-
rij q̄ hodie suo labore meruit, in alterū diē
differatur. Eodē diē (ait) reddes ei pretium
laboris sui ante Solis occasum. Et Deus qui
est Pater misericordiarum, differet præmiū
laborum Sanctorum suorum, vel pœnā ma-

Apoc. 14.

D Thom.

Bernard.

Enc. 23.
Luc. 16.

Apoc. 14.

Conc. Flo-
rentinum.

Deut. 4.

lorum, qui millibus, aut duobus millibus
annis ex ætīs maiestātē suā ostenderūt. Qua
rē & Ecclesiastes. 3. dicitur. Iustum & impiū
iudicabit Dñs: & tempus omnis rei tūc erit.
De hoc videndus est Cōmētarius noster in
Psal. 118. tracta. 7. vers. 4. per totum. fol. 236.
Licet numer⁹ sit falsus, & dicat. 336. Et post-
quā hoc Sapientis testimoniū prout ibi vi-
debis explicaueris, in illo in quo dicitur q̄ er-
rit tēpus Dei, quādō oues à dextris, & hēdos
à sinistris collocabit, dices, tunc loquetur ad
eos in ira sua, & in furore suo turbabit eos.
Et sic ad eos iracūdo, ac severo vultu dicet.
O peruersi ac prauī homines, ingrati serui,
inobediētes filij. Nonne vobis æquum vide-
tur, q̄ vos in aternas tenebras ac perpetuos
ignes detrudā? Quid em in terra dū vixistis,
minoris pretij, aut æstimationis quā Deus
veller? Me etenim p̄ vilioribus omniū rerū
cōmutare non puduit. Nōne ego vos creauī,
& ex nihilo cōdidī, atq; toto tēpore quo vi-
xistis cōseruaui, educaui, & crescere feci? Nī
si em ego manu mea vos tenuissem, omnino
in nihilū redacti fuissetis. Nonne vobis vitā
meā dedi, & dilectam animam meā pro vo-
bis in manibus quærentiū eā liberaliter tra-
didī? Corpus & sanguinē meū, imō & diuini-
tatē ipsam in alimentū vobis tribui? Nonne
Sacramēta & alia pretiosissima remedia p̄
vestra salute reliqui? Et tñ vos propter tur-
pissimas & propediē perituras voluptates,
ac diuitias, propter assem, & tiruntū millies
me vēdidistis, cōtēpistis, sanguinē meū cō-
culcastis, leges meas spreuistis, proximos ve-
stros odio habuistis, filios ac seruos meos in-
iuria affecistis: nec vlla super eorū miserijs
flexiblis misericordia, neq; super eorū ne-
cessitatib⁹ doluistis. Ite, ite, ergo p̄cul a me,
abite, atq; recedite maledicti Patris mei, &
omniū creaturarū, in ignē aternū, qui para-
tus est Satanæ, & angelis eius. Heu mise-
ras aures, quæ talē debēt audire sententiā.
Quid tunc miseri sentiēt cōsiderate, asperri-
mā & acerbam audientes sententiā, a qua nul-
la restat appellatio, cum a supremo omniū
tribunali lata sit. Tunc mortis eos apprehē-
dent angustia. Tunc stridor dentium inci-
piet ac tremor, tunc montibus dicēt, Cadi-
te super nos, & collibus, operite nos. Tunc
Deum omnium Dominum; blasphemabunt,
oraq; sua maledicta in Deum ponēt, maledi-
cētes diē natiuitatis sue, miserāq; sortē suā
aspēnātes. Hic oculis cernēt bona quæ ami-
serūt, causalq; ob quas amiserūt, opportuni-
ratēq; ac occasiones quas ne pderēt habue-
runt.

Ecclesi. 3.

Psal. 20.

rūt. Quæ opportunitates illos trementes ac
vlulātes clamare cōpellent, atq; dicere. Heu
me miserū, ac miserimū: tēp⁹ quippē habui
vt tantū lucraret bonū nec dū amitterē, nec
volui. Tēpus fuit, in quo me ad tm bonum
inuitabant, imō & oblectabant vt acciperē
illud, & gratis illud mihi offerebāt: & ego re-
nui, nec volui illud. Nūc aut in aternū ieiū-
nabo, & plorabo, & penitebo, nec tñ mihi
iā proderit quicquā. Quicquid iā fecero, sine
fructu fiet. Omnia illa tranierunt fructusq;
ille protin⁹ desijt, nec vnquā adhuc reuertetur:
& tñ in aternū obstupescēt dētes mei.
Quid mihi datū est, p̄ quo tātā rei dispen-
diam feci? Nā si mihi omnia regna mundi da-
ta fuissent, & quod ea possiderem tot annis
quot gutta aquæ in mari sunt: omnia hæc
pro nihilo reputanda essent, collata vel mi-
nimo tormētōrū quæ patior. Et tñ nihil horū
mihi concessum est, sed vmbrā cuiusdam
fugitiuæ voluptatis, quæ tanquam vmbrā
transijt: ob quam pondus aternorum tormē-
torum super me porto. O misera voluptas,
& infelix cōmutatio, ob quæ in tam infeli-
cē incidī sortē. Pereat dies in qua nat⁹ sum,
& hora illa in qua sic seductus sum maledi-
ctionib⁹ impleatur. Maledict⁹ pater qui ge-
nuit me, & lac quod suxi maledictū sit. Ma-
ledict⁹ panis quē comedi, & vitam qua vsus
sum. Maledict⁹ part⁹ matris meæ, & omnia
quæ ad hoc quod ego essem adiuuerūt. Ma-
ledicti q̄ me nutrierūt; quia nō benē erudie-
rūt me, nec meos suis correctionibus mores
cōponere satagerūt. Nec hoc eis, fratres mei
sufficiet; sed ora sacrilega in cœlū ponēt, in
Deumq; ipsum horrēda maledicta cōgerent
verbis sic p̄cacibus ac inuerecūdis, quod so-
lū ea referre horror maxim⁹ sit, nec lingua
aliqua ea proferre audeat. Maledict⁹ quippē
Deū, potētiā, sapiētiā, ac iustitiā ei⁹, crucē &
sanguinē suū; quia tā potēs est, vt aterna in-
ferre supplicia valeat, tā sapiēs vt nullū ipsū
latere potuerit malū: tā iustus vt tam acerbē
peccatores puniat, & nihil illis p̄ferat, nec
crux, nec sāguis, nec flagella ei⁹. Maledicent
Virginem quæ illū peperit, Angelos ac Sā-
ctos qui ei indefinēter assistūt. Deniq; om-
nia quæ Dei sunt sūmis prosequuntur blas-
phemijs. Ex alia parte alius chorus mulierū
pessimarū stabit, quæ dūm viuerēt turpiter
vixerūt, virosq; suis fucis ac blāditijs seduxe-
runt; miserōs clamores horribilesq; vlulatus
emittēt dicentes. Miseras nos, imō miserri-
mas atq; infelices. Quid præteritæ volupta-
tes modō cōferunt nobis, nisi iratum in hac

hora iudicē habere ac offensum? Illa omnia
tāquā fum⁹ præterierūt, memoria etiā eorū
delecta est: & ex alia parte tāquā spīnē (no-
stra corda trāshgūt. Dilacerabūt crines, fa-
cies quib⁹ tātā adhibuerūt curā: si possunt,
vulnerabunt. Illic vellēt vestes vanitatis sue
præsētes habere, vt quædamodū suarū cul-
parū instrumēta fuerūt: ita simul cū illis in
gehēnē ignib⁹ cōburerēt. Hic ne est fructus
quē ex nostris voluptatibus habuimus? Hic
stupor dētiū ex nostra gula remāsit? Bonum
fuisse nobis nō nasci, quā offēsū habere iu-
dicē in hac hora. Melius nobis euenisset, si
terra aperto ore deglucisset nos; ne iudicem
nostrū offensis irritassem⁹. Infelix hora in
qua deliqui, cur huius tūc nō sum recordata
iudicij. Hic termin⁹ omniū quę in mūdo ge-
rūtur? Has laudes, has cātīlenas miserī ac re-
probi, in illa hora intonabūt: quādō terra a-
perto ore eos degluciet, & Angeli mittent
eos in caminū ignis; post quos ignis, sulphur
& spiritus procellarū descendet, & eos per-
petuis vinculis alligatos iustitia Dei in ater-
nū tenebit. Et licet prius iustos premiaturus
est iudex, vt videāt hostes sui & cōfundant:
tñ vt cū gloria sermonem finiamus, pri⁹ dā-
natorū sententiā retulim⁹. Suos quippē ele-
ctos, benignissimis oculis aspiciet Deus, &
omnes circūspiciēs, quasi ad vnum solū cō-
uerteret oculos, vnico intuitu omniū simul
corda suo amore trāshiget, & intus cōsolato-
ria verba eis loquens: exterius hæc ego cōsi-
dero dicturū eis. Vos estisq; permāsi istis me-
cū in tentationib⁹ ac tribulationib⁹ meis. Et
ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater
meus Regnum, vt edatis & bibatis super mē
sām meā in Regno meo. Dicit etiā cuiuslibet
illud Hier. 31. Cesset oculus tuus à lacrymis,
& vox tua à ploratu: quia est merces operi
tuo. Apostolis ac Martyrib⁹ dicit. Vos estis
q̄ venistis ex magna tribulatione, & lauis-
istis stolas vestras in sāguine Agni. Venite ergo
vt me ipso fruamini, q̄ p̄ me ipso mortē oppe-
tistis. Illi autē respōdebūt. Nō sunt cōdigne
pāssiones huius tēporis ad futurā gloriā quę
reuelabit in nobis. Omnia quæ passi sumus
flocci pēdim⁹: collata quippē huic bono mul-
tō minora vident. Mille annos in craticula,
ait Laurentius, libēter sustinuisē, vt vel vna
saltē hora tantis gaudijs fruerer. Cōfessorib⁹
aut dicit. Vos q̄ pauperes fuistis, accipite Re-
gnū cœlorum: quia esuristis, saturamini mo-
dō, quia luxistis, ridete: & quia ieiunastis in
corpore, nūc corpora & animas in mea pa-
scite mēsa. Ipsi autē respōdebūt illud Esa. 26.
ff 2 Omnia

Luc. 22.

Luc. 22.

Hiere. 31.

Apoc. 7.

Rom. 8.

Matth. 56.



Esai. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis.
2. Cor. 4. Quare sublimitas virtutis tuae fuit & non ex nobis. Virginibus autem teneris alloquetur vobis ac dicet. Venite ad me sponsa, amica, columba, speciosa, ac dilecta mea, quae imbecillitatem corporum vestrorum, nec teneritudinem membrorum attendentes, nec pulchritudinis vestrae miserata, corpora & animas vestras consecrasti mihi, omnibusque carnis delictis ac voluptatibus valedicentes propter mei amorem, absque viris & liberis mihi tanquam indiduae turtures adherere voluistis, a mundo excludere atque contemptae ob vestri cultus pauertatem. Accedite idcirco ad me, communicabo vestris meam gloriam animabus, ipsaeque vestris corporibus anime: ut & animae vestrae gloriosae & corpora speciosa consistant. Quia viros mortales renuistis, me immortalem Deum spiritum accipite: filiorum loco quos neglexistis, fructu operum vestrorum fruimini, & in pretio mei amplexu permanete. Tunc & ipsae respondebunt. Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum; confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione. Et tunc omnes beati gaudijs immensis repleti dulcia canentes cantica, duce Christo Imperatore, ad caelum triumphantes volare incipient. **Quado Dominus traduxit filios Israel per mare Rubrum sicco pede, & Pharaon simul cum exercitu suo suffocatus est, Maria soror Moyli accepit tympanum, quae aliae mulieres in choris planguerunt sicut cantantes, atque dicentes. Cantemus Domino, gloriosum enim honorificatus est. Equum & ascesorem proiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. Accipiet beata Virgo Maria laudationis tympanum, quae beatorum animae sequetur videtes inimicos suos ab igne submersos, & quod illi iam promissionis terram calcant, in choris charitatis ac dilectionis caelum intrabunt concinentes. Cumque dux eorum Christus illos in conspectu Patris obtulerit dicens illud Esai. Ecce ego & pueri mei quos dedisti mihi, & omnibus suum locum in illa nobili Curia signauerit: tunc omnes vno ore eleuatis dulcibus vocibus hoc intonabunt canticum dicentes. Reddidit Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte: quibus perpetuis canticis illa perpetua perfruatur gloria, quae nobis omnibus contingat exopto. Amem.**

Eccl. 51. Laudabo te Deum saluatorem meum; confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione. Et tunc omnes beati gaudijs immensis repleti dulcia canentes cantica, duce Christo Imperatore, ad caelum triumphantes volare incipient. **Quado Dominus traduxit filios Israel per mare Rubrum sicco pede, & Pharaon simul cum exercitu suo suffocatus est, Maria soror Moyli accepit tympanum, quae aliae mulieres in choris planguerunt sicut cantantes, atque dicentes. Cantemus Domino, gloriosum enim honorificatus est. Equum & ascesorem proiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. Accipiet beata Virgo Maria laudationis tympanum, quae beatorum animae sequetur videtes inimicos suos ab igne submersos, & quod illi iam promissionis terram calcant, in choris charitatis ac dilectionis caelum intrabunt concinentes. Cumque dux eorum Christus illos in conspectu Patris obtulerit dicens illud Esai. Ecce ego & pueri mei quos dedisti mihi, & omnibus suum locum in illa nobili Curia signauerit: tunc omnes vno ore eleuatis dulcibus vocibus hoc intonabunt canticum dicentes. Reddidit Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte: quibus perpetuis canticis illa perpetua perfruatur gloria, quae nobis omnibus contingat exopto. Amem.**

Esai. 8. Ecce ego & pueri mei quos dedisti mihi, & omnibus suum locum in illa nobili Curia signauerit: tunc omnes vno ore eleuatis dulcibus vocibus hoc intonabunt canticum dicentes. Reddidit Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte: quibus perpetuis canticis illa perpetua perfruatur gloria, quae nobis omnibus contingat exopto. Amem.

Sap. 10. Reddidit Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte: quibus perpetuis canticis illa perpetua perfruatur gloria, quae nobis omnibus contingat exopto. Amem.

Alia moralis asseruconio. Videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa & maiestate. Sic se venturum in illa die nobis demonstrat Dominus,

vt terrorem nobis ac metum incutiat. Nam inter omnes affectus ac passiones hominis, timor maxime eum mouet, praecipue si sensu lis sit. Videmus quippe bruta ob timorem poena ab his quae appetunt abstinere. Nam & canis quatuor rabida fame crucietur, si tamen videt flagellum super seipsum minantem, nequaquam cibum audebit contingere. Multo magis tamen hic affectus locum habet in homine, qui eo quod maxime inter omnia animalia cognoscitius est, melius cognoscit grauitatem mali impendentis sibi. Videmus enim illum qui naufragium semel pertulit, & se iam penes suffocatum sensit; cum iterum tempestas ingruit, maximo timore concuti, pallido vultu, ac horripilato capite apparere: quoniam praesens videt malum, in quo aliquando penes usque ad mortem periclitatus est. Et cum miser reus sententiam capitis audit, immutato colore in lacrymas erumpit, sanguineque, ac spiritibus collectis, sic exanimatus efficitur, vt mortem ipsam ipse exanimatus videatur. Quid ergo faciet ille qui tempestatis illius reminiscitur, non aquae, sed ignis, quae orbem terrae vniuersum in flammam debet, tanquam nuncius quidam irae terribilis Dei? Non vt corpora suffocet vt aqua; sed vt animam in abyssum mergat. Et qui audit quod sententia illa quae illo die pronuncianda est, non a puro homine, sed ab homine Deo proferenda sit, & quod non in corpus solum feratur, sed in animam & corpus: vt animas immortales in aeternas detrudat flamas, & quod mors immortalis erit sicut & ipsa anima quae patitur illam: quid mirum qui hoc animi oculis pensat, quod timeat, tremat, horror animi occupet, spiritibusque collectis exanimis fiat, caroque adeo quae sunt mundi deficiat, animamque vitam spiritus agere sinat, ad eamque totis viribus tendat, vt tanta possit euadere mala? Horrendum est, ait Paulus, incidere in manus Dei viventis. In manus, inquam, illas, quae dilacerare corpus & animas valent, Angelosque aeternis ignibus tradere possunt. Manus, inquam, illas grauiore, quam manus Moyli; quae vbi cumque vulnus intulerint in aeternum plagae liuor persistabit: igitur quoniam veritas haec maxime ad nostram curationem praestat, idcirco illam clare & multis verbis docet, & Ecclesia similiter multotiens nobis proponit eam. Caeterum licet haec veritas summa veritas sit, de qua omnino nulli liceat dubitare, & veritas efficacissima ad coercendos animos a peccatis, ad vitia odio habenda, & ad timo-

similia.

Hebra. 10.

Exod. 17.

timorem Dei in cordibus imprimendum: tamen suspicor certe, quod multi ex vobis vel non creditis, vel non vt oportet consideratis: quod iudicium omnis mali credo quod sit. Quare ego ne huius culpa particeps sim; quod mihi Deus dederit post longa considerationem atque studium non tacebo. Nam & ipse Deus magnam adhibuit curam, vt haec veritas mundo manifestaretur. Quare non satis sibi visum est quod Prophetarum tuorum diuinae praedicerent, sed voluit vt Prophetissae mulieres quas Gentilitas in magna habuit veneratione, etiam de illo vaticinarentur. Nam & Sybilla Aritrea de illo tremendo die prophetauit, in verbis quibusdam quos D. Aug. in lib. de ciui. Dei refert, & Laetius Firmianus in suis diuinis institutionibus; atque Dei nutu in manus Tarquini Prisci deuenit, quos ille in Capitolio summa cum veneratione collocauit, vt sic per totum mundum diuulgarentur: imo & in Ecclesijs antiquis carmina haec cantari solebant, vt hominibus omnis excolatio tolleretur & adimplet illud Esai. 40. Nuncquid non scietis? Nuncquid non audietis? Nuncquid non annunciatum est vobis ab initio? Quare dicit Iacob & loqueris Israel, abscondita est via mea a Domino, & a Deo meo iudicium meum transiit? Nuncquid nescis, aut non audisti? Esai. dicit. Dedisti mentibus te significationem, vt fugiat a facie arcus, vt liberent electi tui. Nam nos monitis praue nit ne in iram suam incidamus, ne suis igneis transigamur sagittis. Scopus autem sagittarum Dei peccatum est, ab hoc fugit iustus, ne dum prope scopum est, ab his Dei sagittis feriat. Nec enim haec sagittae ab animo diuellunt, si semel in ea fixae fuerint. Quare sepe perma nebit vulnus, atque dolor. Praeterea multi ex Philosophis haec veritatem licet a longe odorauerunt, & per radii aliquem luminis naturalis non nihil de illa inuestigare potuerunt, licet parum quia non lumine huius illustrati sunt, quo sola veritas haec nobis vere constat. Pythagoras, Hermes Trimegillus ex Aegypto, imo & Plato clari in vno suorum dialogorum, vbi duo itinera ponit, quibus animae quae ex huius corporis sepultura egrediebantur transibant. Alterum bonos ad quietem, alterum malos ad poenas ducebat. erat enim veluti praecipitium, quoddam quo animae ad inferna precipitabant. Pueri quippe ac vitiosi homines (dicebat Plato) quolibet peccato cathenas quasdam animae iniiciunt, quibus ea fortissimè alligantur corpori. Cum autem animae a corpore egrediebantur, sic torpebat, ac ille, qui postquam per multum tempus pedes ligatos habuit, torpet pedibus ac stupet, ita quod penes am

bulare non queat. Sic anima cum per totam vitam vitijs alligata fuit corpori, postquam ab illo migrat sic torpet ac stupet, vt non possit ad alta conscendere, sed inter sepulchra debilis remanebat, & inde ad inferos deberet descendere. Caeterum honorum animae amore Dei calidae alas quasdam producebant, quibus a corpore egressae ad caelos celeriter volabant: tunc prius ad iudicium Radamati deberet stare, & ibi examinata causa cuiuscumque, vel praemium, vel poenam meritam ab illo accipere deberet. Verum tamen non hac vobis iniuria irrogare volo, vt Gentium testimonijs quae Deum ignorauerunt vos instruere velim; sed tanquam homines fide illuminatos Christiana Christiana nis etiam testimonijs quibus passim Scriptura diuina referta est, hanc vobis veritatem confirmare conabor. Vnum quippe maxime animaduertendum est, quod cum de ceteris huius mundi mysterijs sacra scriptura figuris atque metaphoris subobscurè loqui videatur: hoc tamen mysterium clarissimis verbis proferat, vt Iob apertissimè de resurrectione & de finali iudicio loquitur. Prophetarum apertissimis verbis de illo vaticinati sunt. Christus Dominus qui in ceteris parabolis vt solebat, de hoc tamen mysterio clare loquitur est. Epistola Pauli ad Thesalonicensis haec veritate apertissimè annuntiat omnibus. In quo maxime Dei misericordia fulget, vt potest qui tot ante seculis nos de hoc tremendo iudicio sigillatim praue nit dignatus est: ne incautos nos inueniens illud euadere non possemus. Quare non solum verbis ac scriptis, verum etiam signis ac operibus quotidie nos de illo tremendo die admonet. Quippe omnia quae secum admirationem, horrorem, timorem, aut nouitatem adferunt, ad hoc praeparata sunt a Deo facta sunt, vt nos ad illud praepararet die iudicij; eius maxime timeamus. Tonitrua, fulgura, incendia, tempestates, bella, fames, pestes, reptina mors, frequentes vindictae iniustitiae, quas in aliquos peccatores Deus exequitur, praegordia quaedam illi tremende diei sunt; nuncios legati ac ministri Dei, qui nos ad iudicia sua vocant. Quare Hebraei cum Dominus super montem Sina lege ferret, cum vidissent fulgura, fumum & flammam ignis, audissent tonitruum, sonitumque buccinae crepantis; sic timore perterriti sunt; vt a suis non auderent tabernaculis exire, sed operis capitibus ad Moysen dixerunt. Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus: Nec enim Dei praesentia vllatenus ferre valebant. Si ergo ad daedam legem sic terribilis apparuit Deus, quid faciet cum aduersus transgressores legis aduenit? Si ministri iudicij talem nobis hortom-

Esai. 40.

Esai. 59.

Pythago. Trimegillus. Plato.

Exod. 20.

simile.



remincutiunt, quid paratis ipsi in iudicem facturum? Cum classica in castris timeret fortissimus quisque, & pallido vultu horret: at incepto praelio impavidus fortissimè pugnat. E contra ignavus miles aut tyro, cum audit sonitum buccinae provocatis ad bellum, impavidè magna promittit, sed conferta manu agminibusque praeliantibus primus fugit, aut arma dimittit. Sic modò cum fortis ac bonus signa hæc videt, quæ classicum sibi videntur canere, & illi ob oculos tremèdum illum diem ponit; pauet ac timeret, ut in D. Hiero. patet, cui semper in aures sonare videbatur vox illa tubæ dicentis. Surgite mortui, venite ad iudicium. Sed in die belli & pugnae, hoc est in illo iudicij die, securi ac impavidi permanebunt, secundum illam Sapientis sententiam qua dicit. Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt: adventum enim iudicis (ait Gregorius) tunc securiores aliquando videbimus, quanto nunc distinctione illius timèdo praevenerimus. E diverso pravi homines ac ignavi, quos nunc nec minè terrèt, nec vindictæ movet; sed omnibus his spreis securi in vitramque aut dormiunt, tunc sic timidi, sic pusillanimes, sic inbecilles ac miseri erunt, ut inter montes ac rupes se absconderent, si fugere à iudicij presentia valerent. Videntes turbabuntur timore horribili, ait Sapienter. Igitur paulò ante illum terribilem, ac tremendum diem, mare mortuis plenum erit, capi mortuorum ossibus redundabunt, terra sanguine madida erit ex praelijs quæ tunc diabolus in orbe excitabit: tot enim erunt bella & seditiones, nam exurret gens contra gentem, & Regnum adversus Regnum, Provincia contra Provincias, domus contra domos, frater adversus fratrem, & insurgent filij in patres: & omnia bellis ac discordijs turbabuntur. Caritas quippe frigescet: & omnia malicia ac tyrannides occupabunt. Sacerdotes tunc temporis obedientiam summo Pontifici negabunt, ut verum sit illud Osee. 4. Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt Sacerdoti. Vbi nomen Sacerdos anthonomaticè pro summo Sacerdote illic sumitur, qui est Papa, pro famosiori quippe stat: quæ utinam nostris temporibus non contingat. Reges non obediunt Imperatoribus, nec Principes Regibus, nec nobiles Principibus obsequuntur. Omnia autem ambitione ac superbia replebuntur. Prædicatores veri Euangelij persequutiones & ignominias sustinebunt, in carceribus detinebuntur, flagellabuntur, & occidantur, sicut à principio, quod iam apud An-

Hierony.

Sap. 5.

Gregorius.

Sap. 5.

Osee. 4.

glos (heu dolor) videmus. Maxima scelera, incredibilia facinora perpetrabuntur, quæ iram Dei adversus orbem provocabunt. Terra tremet, montes movebuntur, ut dicit Hierem. 4. Capi sterilitate masculent, nec dabunt fructus hominibus. Aer infectus generabit pestes, Mare sequetur, ac intumescet ostendens se homines deglutite velle. Sic autè horribiliter rugiet ac personabit, ut homines per timore areleat. Orbis universus turbabitur tonitruis, fulgure ac procellis. Ignis de caelo descendet, qui terram ac elementa consumat, ut Petrus ait, Elementa quippe calore solvantur. Purificabit enim terram ignis ille consumens mixturam, cuius superficiem foeda faciebant, & remanebit pura, claraque, quasi chrystallus. Malos comburet, & fuscas atque nigros faciet secundum illud Esai. Facies combustæ vultus eorum (chamuscados.) Nam licet color faciei non immutetur, ex redundantia tamen animarum ad corpora, horribilitas quædam in eis apparebit, quæ quasi fumus erit indicans interiorem ignem. Virtutes etiam colorum mutabuntur, & cessabunt, & Angeli motores orbium multa nova in hoc mundo efficiant. Lux Solis (ut Propheta & Evangelista testantur) convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. Hæc omnia signa erunt, quod mundi interitus instet. Hæc omnia instantiam nostram redarguent, qui in terrenis fidimus, quæ tamè consumenda sunt. Hæc omnia signa mortem mundi præcedent. Simile hoc erit, sicut cum grauis morbus senectuti superuenit. Nam cum membris debilibus superueniat, humores protinus distemperat, spiritus alterat, ac relaxantur membra, torpent sensus, phantasia ac iudicium perturbatur, potentiarum ordo dissolvitur, usque dum & ipsa anima à corpore soluta migrat. Sic in mundi termino considera. Distemperabuntur quippe colorum influentia, ac virtutes, & postea elementa solvantur, & in grauescente morbo ad caput ascendet, & oculorum acies in orbe deficiet: nam Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum: Sol autem & Luna velut mundi oculi habentur. Et sicut in morte Christi obscuratus est Sol, sic & in morte universi. Post hæc personabit tuba sic horribili sonitu, simul cum voce Archangeli, quod in caelo, in terra, & in inferno audietur: ad quam vocem omnes mortui resurgent, & congregabuntur in valle Josaphat. Danandi satellitibus demoniorum comitati venient. Iudas cum vexillo traditorum exibat, Cain cum

Hier. 4.

2. Petr. 3.

Esai. 13.

simile.

honi.

homicidis, Nero cum crudelibus, Herodes cum parricidis, Pilatus cum iniquis iudicibus. Mahumethus cum Saracenis, Simon cum Magis, Sardanapalus cum multitudine delitiosorum. Ex alia parte considero ego splendentia agmina iustorum, quos Angeli lucis comitantur. Exhibet Abraham cum coniugatis, Elias cum eremitis, Petrus cum Apostolis, ac Sacerdotibus, Stephanus cum Martyribus. Vel ut vult D. Gregorius, Petrus cum his qui ex populo Iudeorum per suam prædicationem crediderunt, Paulus cum his qui ex Gentibus conversi sunt, Thomas Apostolus cum Ethiopibus, Andreas cum Achaicis, Ioannes cum Asianis, Iacobus cum Hispanis. Ex alia parte insinuabit se vexillum Christi, quod est signum crucis pretioso suo sanguine perfusum, ad cuius conspectum ululabunt danandi. Veniet statim Iudex summa cum maiestate ac gloria, Angelorum exercitu circumdatus, gladium iustitiae suæ habens in manu. Aperietur libri vitæ, aperietur & conscientiarum: & tunc manifestabuntur consilia cordium, proferetur sententia, & in momento temporis iusti cum Angelis ferentur in caelum, mali cum daemonibus detrudentur in infernum aeternis flammis cruciandi. Quid tunc pravi homines sentient, cum turbati mundum conspexerint? Aperiri libros, proferri à potentissimo iudice sententiam, cum & iusti & Angeli quadam admiratione timebunt videntes leuitatem iudicis, simulque terribilem sententiam contra illos tunc temporis prolatam? Nam si iustus vix salvabitur (ait Petrus) impius & peccator ubi parerunt? Christus Dominus debet esse Iudex, accusatores daemones & propria conscientia, accusati omnes homines. Quod Christus debeat esse iudex Prophetæ, Sybille Apostoli, & Evangelistæ dixerunt, & ipsemet Dominus dicit. Neque enim Pater iudicat quæquam, sed omne iudicium dedit filio. Ratio huius est. Quoniam iudex debet esse sapiens, bonus & potens. Sapiens, ut intelligat veritatem: bonus ut illum sequi velit, nec ab ea deviare: potens, ut valeat illam executioni mandare. Christus Dominus Dei sapientia est, sic sapiens ut nec falli queat: sic bonus, ut nec fallere possit: ita potensque nullus eum evadere valeat, tantaque simul iustitia præditus, ut nullum bonum opus absque premio, nullumque malum absque poena permittat. Deinde iudex debet esse medius, aequalis, nec ulli parti cedens. Causa autem debet inter Deum & homines tractari. Si iudex purus esset homo, suspiciosus fieret apud Deum, nec adeo securus: si purus Deus, tremere

Gregorius

3. Petr. 4.

Ioan. 5.

Tom. II.

bundus maximè apud homines. Iure optimo ergo hæc iudicatura Christo Domino deberetur, quoniam Deus simul & homo est. Sic timebatur Deus antequam homo fieret, ut omnes timerent iudicio eius presentari: hoc enim iudicio deterrebat Psalmista peccatores cum dicebat. Dixi iniquis, nolite iniquè agere ob hoc maximè quoniam iudex est Deus. Quis enim non timeat te, o Rex Gentium, ante cuius conspectum columna caeli pavent, & contremiscunt? Qui respicis terram, & facis eam tremere, qui tangis montes & fumigant, Quare & peccatores aspiciendo, sicut cæca ad ignem eos liquefieri facit. Unde & David dicebat. Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Eapropter iudicium tuum ferre non valeo. Ideo iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Iudicium ergo in manus Christi Domini est, qui ex his quæ passus est didicit compassionem, qui crudelis esse non potest: quoniam agnus est: nec suspectus de iniustitia aut odio, quoniam frater noster est, qui meum maximè curat: quoniam Saluator meus est atque advocatus & pater, cuius vulnera cum ego tacuero respondebunt pro me, qui propter me per tulit sententiam crudelissimam mortis iniustam; optimo ergo iure sibi vendicat iudicium Christus, & de illo clamant senes & dicunt. Dignus est Agnus qui occisus est accipere librum (iudicij scilicet) & solvere signacula eius. Hoc est, aperire consilia cordium quantumque sigillata sint. Maximus accusator tunc erit propria conscientia, quæ, etiam si diabolus cessaret, ipsa sufficeret ad condemnandum nos, secundum illud Pauli, Cogitationibus accusantibus, in die quo iudicabit Dominus occulta cordium. Ita quod si omnes illum absolunt, ipse se condemnabit: nemo enim se iudice absoluit. Quare vermis conscientiarum in corda damnatorum in æternum patetetur; corrodens viscera ac dicens. Possibile ne est te non insanum vixisse? Quod cum facillimè posses caelum lucrari noluisse, & tuimet non es misertus. Sic sanus ac demens extitisti, quod propter breuem ac foedam voluptatem gaudia colorum amisisti, & inferni tormenta emisisti? Nec furia, nec ignes, nec inferni, huic confertur cruciatui valent, & ipsamet propria conscientia contra nos clamabit ad Deum. Secundus accusator erit crux Christi, quæ nos ingratitude arguet. Quam videntes pravi in illa se damnatos videbunt, ut adimpleatur illud Zachariae. Videbunt in quem confixerunt, & ipsa

Psal. 74.

Hier. 10. Iob. 26.

Psal. 103.

Psal. 88.

Psal. 71.

Apoc. 5.

Roma. 2.

ff 4 crux



crux per foramina clauorū apparebit quod loquatur aduersus illos: eō quod tanti pretij participes esse noluerunt. Tertius accusator erit Demon. Nec beneficium Dei in malos collatum omittet quod non referat, nec peccatum commissum quod non accuset. Mundus etiam torus clamabit aduersus impios. Et non solū de malis, verū etiā de bonis operibus reddenda tunc est ratio, secundū illud Psalmi, Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Non solū iniustitias, verū & opera iustitiæ iudicare debeo. Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parent? si de bonis operibus exigenda est ratio, quid de malis iudicandum est? Si Hierusalem debet scrutari in lucernis, quid de Babylonia fiet? Si Deus ibi scrutari debet in lucernis quo animo, aut intentione, qua deuotione aut attentione rem sacram audisti, aut elemosynam prebuisi, aut ieiunium obseruasti; quid de re aliena, aut honore quæ furatus es, & nunquam restituisi, erit? Vnde & Dan. 7. dicitur. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et Apocalip. 20. Alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera eorum. Respondebit Manuale cū libro vitæ, liber operum cum libro prædestinationis: opera enim eorum qui in libro vitæ scripti sunt, in Manuali reperietur quod bona fuerint, & vita æterna digna, & quod imaginem Christi portauerunt: secundum illud Pauli, Quos præsciuit, hos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Sed qui in libro prædestinationis non sunt scripti, in Manuali repleti malis operibus inueniuntur. Hic coniecturare poteris in quo libro sis scriptus, secundū opera quæ in te inuenieris, siue bona, siue mala. Nā apud Iob habetur cap. 37. Deus signat in manu omnium hominū, vt nouerint singuli opera sua: opera sua debent unicuique; fauere, opera enim illorum sequuntur illos. Quod ergo habebis re medium: Aduocatos quære, ac testes, qui bonum de te proferant testimoniū, fidē rectā, patientiā, misericordiā in pauperes: ipsa enim de te bonum proferent testimoniū, vt fecerūt de Thabita misericordiæ operibus plena, ostendentes bona quæ illis vidua illa fecerat ad Petrum; & ideo illam resuscitauit. Sic erit in nouissimo die.

Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. Si quis sermo in toto anni cursu me timidum atque elinguem reddit, præfens utique est.

Psalm. 74.

1. Petr. 4.

Dan. 7.

Apoc. 20.

Rom. 8.

Iob. 33.

Apoc. 5.

Matth. 9.

Alia moralitas seu concio.

Res quippè mihi maximè difficilis ac rigida apparet, me ipsum referre hanc terribilem sententiam quam iudex omnium aduersum malos prolaturus est in illa die, cū ego vnus ex iudicandis futurus sim, & ignoro (vix mihi) ignoro, an etiam ex condemnandis. Nonne res tibi videretur grauis, si iudex qui duos damnatos ad mortem habet, vni eorū præciperet, vt prece alterius esset, & eius delictum voce grandi personaret? Nam cū ipse eodem timore ad mortem iret, & ante ipsam mortem mortuus, nec ad aperiendum os haberet spiritum, quomodo ad clamores magnos edendos haberet? Certò scio, sicut Iob sciuit, quod ego ipse & nō alius pro me sisti debeo in carne mea, in illo generali Inquisitionis actu, siue iudicio, in quo Christus debet esse Præses, Auditores, & iudices Apostoli, relator propria conscientia, lictores demones; & nescio, nescio, inquam, si ego ex his qui relaxantur & brachio demoniorum traduntur, futurus sim: referre ego hinc iudicis illius sententiā seuerissimā contra malos, cū fortè futurus sim vnus ex illis, quomodo vires suppetent, aut spiritus halitusve non me deserent, verbaque præcisa relinques in medio itinere gelata substiant, tanto percitus tremore ac horrore quem mihi propria conscientia suggerit, quæ omnium præcipuus testis aduersum me in illo iudicio debet esse. Sed quoniam iam antiqui illi spiritus defecerūt, in quorum ore sermo hic poterat vos pauidos sic, ac trementes efficere, vt in ecstasim quādam raperemini, nec amplius ad peccandum vobis vires essent. Nos qui minimum huius spiritus ac fortitudinis accepimus, secundum quod Deus nobis concesserit; si præcedenti Dominica misericordiam eius summis clamoribus prædicauimus, nūc maioribus, si possumus, vocibus iustitiæ eius maximam publicauimus: quoniam non minor iustitia Dei, sed æqualis cum sua misericordia est. Esaias Propheta capit. 21. Cū Dominus illi reuelasset quædam quæ in hoc tremendo iudicio futura essent, quasi plenus ipse hoc esset timore sic ait. Visio dura nunciata est mihi, corruui cū audirem, cōturbatus sum cum viderem, emarcuit cor meum, tenebræ obstupescerunt me. Si sola figura, atque somnium illius terribilis dici, hæc accedētia, atque effectus in Propheta efficiebat; quid faciet veritas ipsa claris cōspecta luminibus? Quare Propheta Ioel cū de hoc die verba facere vellet, quasi interceptus magnitudine rei, & elinguis factus ferè videtur se

simile.

Esai. 21.

Ioel. 1.

se

se nescire loqui, sed ait: A, a, a, diei: quia dies Domini appropinquabit, & quasi vastitas à potēte veniet. A, a, a, puer sum ego, nescio loqui, dicebat Hieremias: sic & modò Ioel, quasi nesciēs quid loqueretur, dicit, A, a, a, diei, nec alio nomine illū nuncupare diem nouit, nisi vocando eū diem Domini. Dies huius vitæ, dies noster est, in quo nos nostram facimus voluntatem. Cæterum illa dies Domini erit, in qua ille suam contra nostram adimplebit. Nunc dies tua est, in qua peieras, blasphemias, furaris, & securus remanes: tunc autem erit dies Domini, in qua ipse contra te victor euadet, *saldra con la suya*. Sic enim soletis inter vos dicere, cum quis absq; vilo prohibitore perpetrat mala quæ vult. Dimittite (ais) hæc est dies sua, cras erit nostra. Putas, o homo, quod quia Deus dissimulat hodie tua facinora, nec vindictā vllam de eis expetis, quod ita erit semper? Falleris certè in caput tuum. Nunc est dies tua, cum tuam ad libitū exequeris voluntatem: tunc autem erit dies Domini, cum ipse exequetur suam. Nunc tace, tunc quasi parturiens loquetur. Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo, hoc est, quando venerit tempus meum, & dies mea: tunc unicuique tribuā secundum opera sua, & malos sic puniam, vt admirentur & ipsi. Erit enim dies illa Domini contra malos, qui in die sua non sunt recordati Dei. Quare Deus tantis antea seculis huius diei quasi præueniendo nos admonet, signisque quibusdam eius nobis notitiam antepōnit. Nam erunt (inquit) signa in Sole, & Luna, & stellis. Et hic illa explicat, dicens, quod Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, &c. Iam supra hæc signa de Sole isto vitibili, de Luna, ac stellis, quæ in cælo sient, explicuimus: nunc in alio sensu, quem plures Sancti sequuntur (inter quos Hieron. & August. in Epist. ad Hesyrium, existimantes etiam ad literam de hoc loqui Dominum) illa, Deo dante, declarabimus. Intelligūt quippè hæc signa cæli de hoc cælo spirituali, quod est Ecclesia, & de Sole, Luna, & stellis, quæ in illo sunt. Sæpè enim Dominus Iesus Ecclesiā hanc visibilem, vocat Regnum cælorum: & vita hæc quam hic gerunt sancti, initium quoddam est illius, quæ in cælis agent. Sol huius cæli Christus Dominus est, quemadmodum Malachias Propheta illum vocat, cum cap. 4. dicit. Et orientur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ. Nam sicut in cælo materiali Luna,

Hieron. 1.

Psalm. 74.

Luc. 21.

Hieron. August.

Malac. 4.

simile.

ac ceteræ stellæ, & Planetæ lumē suū à Sole communicant: sic quidquid lucis, quidquid veritatis, sanctitatis, aut potestatis Ecclesia hæc visibilis habet, tam in maioribus, quam in minoribus, totum ab hoc vero Sole communicat, atque mendicat. Et ideo Luna est summus Pontifex Romanus: nam potestatem quam exercet, ab hoc primo Pontifice habet, qui Petro & suis successoribus illam concessit. Et sicut Luna, quia à Sole mendicat lumen suum, differenter illud ostendit: nunc enim plena apparet, nūc media, modò semiplena; sic Ecclesia, & Pontifex hanc lucem ac veritatē ostendunt per temporum incrementa, secundum quod Deus illis manifestare vult, & Spiritus sanctus eos docere. Stellæ autem ceteri prælati sunt, qui summo Pontifici subsunt: & sunt Doctores, atq; Magistri. Inter quos etiam intelligere possumus omnes qui in Ecclesia Dei hoc ministerio docendi funguntur, de quibus Daniel dicit: Qui ad iustitiā erudiunt plurimos, fulgebunt tanquam stellæ in perpetuas æternitates. Ex his ergo coniectari licebit propè esse diē Domini: quoniam Sol obscuratur. Fides enim recta Christi penè in toto orbe iam deficit, & ecclypsiatur. Proh dolor! Quis audiuit Solē istum totum illustrasse mundum, quando vtraque Asia, Africa, & Europa hoc illuminabantur Sole, suamq; fidem ac veritatem indefectibiliter tenebant: quando in vno Concilio sexcenti congregabantur Episcopi ad res Fidei definiendas? Nunc autem sic obscuratum videmus Solem istum; vt vix hæc pars Europæ, quæ Hispania dicitur, suo lumine gaudeat, in qua & vidimus hunc Solem in aliquibus ecclypsiari, & à nobis tantisper remoueri. Ergo adimpletum hoc signū videmus, quia Sol obscuratur. Et quemadmodum cū lux Solis minuitur, & in Oceanum mare submergitur, signū est noctem instare & accedere: sic videntes Solis huius radios imminutos (nam vt ipsemet dixit: Cū venerit filius hominis, putas ne fidē in terra inueniet?) & in Oceanū mare submergi: nam ad Gentes, quæ ultra Oceanū mare sunt, se se sensim transmittit: suspicari possumus noctem iam ac finē mundi appropinquare. Filij, nouissima hora est, tot seculis retrò dixit Ioannes. Cur nos non hoc melius dicemus vidētes signa, quæ finē mundi præcursura prædixit Dñs? Possemus & nos huic Soli dicere, quod discipuli illi qui cum illo pergebant in Emanus, dixerūt, cū intelligerent

simile.

Dani. 12.

simile.

Luc. 18.

1. Ioan. 4.

Luc. 24.

gerent



gerent illū longius velle transire: Mane nobiscum Dñe, quoniam aduersperascit, & inclinata est iam dies. O bone Iesu, quò pergit? Cur à nobis recedis? Tecū & lux nostra & omne bonum nostrum pergit, ne longius à nobis recedas, ne plusquam in cimerijs tenebris maneamus. Sed mane nobiscum, ne Aegypti tenebris inuoluamur. Atq; vñam sic preces nostræ apud illum valeat, sicut & discipulorum illorū valuerunt. Lunam, quæ Ecclesiasticos viros refert, etiam videmus eclypsari. Tunc autem eclypsatur Luna, quando terra interponitur inter Solem, & Lunam. Terra quippè grossitie ac opacitate sua radios Solis impedit, ne ad Lunam illuminandam transeant, sed potius ad se reflectantur: quia terra perspicua non est. Hoc prælatos Ecclesiæ maximo afficit damno: quia terrā interponit inter ipsos & Deum, ne ad illos Lux Christi transitum inueniat; curis terrenis intenti honores, ac diuitias avidissimè ambiunt: quare perspicui non sunt, sicut corpora cœlestia, sed opacitate terrenarū curarum Solis radios à se retorqueunt, ne penetrēt corda eorū. Murus erat inter me & eos, dixit Dñs per Ezechielem. Hinc & Hierem. 2. dicit: Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus, & tenētes Legem nescierunt me, & pastores præuicarij sunt in me. Illos dicunt iura præuicarij, qui cum sint vnus partis aduocati, in lite quam cum alia gerit, etiam contrariæ parti patrocinium ferunt. Hoc autem maximū crimen est. Ideo prælatos, ac pastores suos præuicarij vocat: quia cum proprium eorū munus sit parti Dei patrocinium ferre, homines vt cœlestia appetāt, terrena despiciant verbo & exēplo admonendo: contrariæ parti, nempe mundo etiam patrocinantur, terrenos honores ac diuitias quærentes, suoque exemplo alios etiam ad hoc inducentes. Et cum negotium eorum deberet esse Regni cœlorum, etiam negotijs secularibus sic se immiscerent, vt spiritualium omnino obliuiscantur. Hinc Paul. ait: Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Ac si diceret. Tu qui Dei aduocatus ad sua peragenda negotia es, & ob hoc ab eo stipendium accipis, non debes contrariæ parti patrocinium ferre, te negotijs secularibus implicando: alioquin præuicarij eris. Præuicarij vocat vos acculat Propheta, & ego cū ipso ante tribunal Christi, corā quo omnes stare in illo die debemus. Per stellas religiosos intellige, qui sic similiter à cœlestibus ad

Ezech. 34
Hierem. 2.

2. Tim. 2.

terrena degenerant: quæ prout opportunitas petierit, poteris ampliare. Ecce hæc adimpleta signa. Et tunc plangēt omnes tribus terræ. Ratio huius est, quæ insinuat Lucas, cū dicit: Et in terris pressura Gentium, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Quæ maior angustia illa, quam hodie inter homines videmus? Hodie quippè homines aridi absq; humore charitatis sunt ad seiplos restricti, nec ad benefaciendū alijs extenduntur: quoniam peccatis ac inordinatis desiderijs affluūt. Hinc quippè de his temporibus dixit in hoc cap. Dñs: quoniam abundabit iniquitas, refrigeret charitas multorum. Pondus quippè priorum desideriorū homines aliorū obliuisci facit, & solū sui ipsius vnūquēq; curā agere: gignunt nāq; hæc desideria amorē proprium. Hinc Paul. de his temporibus: In nouissimis temporibus (ait) instabunt tempora periculosa, erunt homines se ipsos amantes. Cū ergo homines seiplos amantes videritis, aliorū curam negligētes: tunc intelligetis finem mundi in ianuis instare. Hoc hisce temporibus (væ nobis) experimur. Nusquam enim homines plus se ipsos dilexerūt, nusquam sic frigidi in operibus charitatis fuerunt, nec vsquam sic tepidè omnia quæ pietatis sunt exercuerunt: Quoniam ergo abundabit iniquitas, refrigeret charitas multorum. Nam cū vides infirmum frigidescere, iam illum morti propinquum iudicas, & properas, vt oleo sancto vngatur. Mundus friget in capite & in pedibus (quoniam tam maiores, quam minores in charitate frigent: à maiori quippè vsque ad minorē omnes auaritiæ student, ait Propheta) ergo propera, extremā ei iam affer vñtionē: quoniam iam mūdum morti appropinquare cernis. Sol ergo obscurabitur, & Luna nō dabit lumen suū, ne videat iram ac indignationem iudicis, ne videat sauiam, ac crudelissimā vindictā, quam tunc in homines exercere debet. Claudet oculos cœlum ne videat hominis perditionē, ad cuius obsequium creatus est: lugubri ac tristi induentur vestimento Sol, Luna, & cætera luminaria cœli, veluti serui pullati veste nigra induuntur propter patrisfamilias mortem. Tanta enim erit damnatorū hominum miseria, quòd etiam irrationales creaturæ signa tristitiæ pro illis dabunt, tanquam eorum sortī miseræ: licet ex alia parte iudicem ad eorum punitionem adiuent, illos suo lumine orbantes. Væ illis, qui hæc pati debent

1. Tim. 4.

Hierem. 6.

simile.

debet: melius fuisset illis, si nati non fuissent. Item obscurabuntur ac cludent oculos, ne videant abominationes peccatorum, quæ in cōspectu iudicis, sanctissimæq; eius Matris, ac omnium cœlicolarum manifestabuntur. Vnde Esai. 24. dicit: Erubescet Luna, & confundetur Sol, cū regnauerit Dñs exercituum in monte Sion, & in Hierusalem, & in cōspectu seniorum suorum fuerit glorificatus. Vel per Solem tunc temporis intelligamus Christum, qui obscurabitur contra malos vultu iracundo deterrēdo eos; sicut tenebræ solent homines pauidos terrere: impij autē timidi sunt, secundum illud dictum Sapientis: Cū sit timida nequitia, dat testimonium condemnationi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, dicitur Ioel. 2. & Apoc. 6. Dicent montibus cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum. Et illud Iob: Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me? Eligerent quidē damnati subus terrā mille stadijs abscondi: vt vultum irati iudicis non viderēt. Sed dices: Si Agnus iratus est, ouis eius mater erit mansuetata: Minimè gentium. Nam si Sol conuertetur in tenebras, Luna in sanguinem abibit. Si sauiet Agnus, sauiet & ouis. Si iratus est Filius, irata erit & mater, nec vlla iam tūc in impios flectetur misericordia. Adstitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate. Varia atq; diuersa induta tunc erit veste, ab ea quam dum nobiscum erat, portabat. Nunc enim Regina & Mater misericordiæ est: tunc autē iram & indignationem aduersus malos efflabit. Et stella cadent de cœlo. Apostoli assessores Christi, etiam aduersus prauos indignabuntur, lumenq; omne refrigerij à malis retrahent, imò clamabunt, & dicent auditores illi ac consiliarij ad suū diuinum Præsidentem. Tempus faciendi, Dñe, dissipauerunt Legem tuam, hoc est, nunc est tempus faciendi iudiciū aduersus eos, qui dissipauerunt Legem tuam. Quid autem de Angelis dices? Virtutes (inquit) cœlorū commouebuntur. Aduersum malos, scilicet, & præcipuè Angelus, qui te custodiuit, tūc aduersum te stabit in magna constantia: quia eius monita, quæ secretè tibi inspirabat, accipere noluit. Itaq; omnes contra impios stabunt, & instabunt. Iudex autem Christus magna cum gloria ac maiestate descendet, & cū eo tota cœlestis curia. Iudicandi autem in campo Iosaphat simul cum corporibus stabunt: nam ad vocē Angeli omnes resurgent. Considera

Esai. 24.

Ioel. 2.
Apoc. 6.
Iob. 14.

Esai. 44.

Esai. 118.

quid sentiet anima, cū videat se reuerti ad corpus, quod causa fuit suæ terribilis damnationis. Furore plenæ cōtra corpus sauiet, & terribiliter illud aspicientes, dicet: O miserum corpus, propter cuius bestiales appetitus in tot me video intrasam miseras. Maledictum eris, terq; quaterq; maledictum es, & in æternum eris: cū in tot me, & te contuleris damna. Maledictæ horæ quas in tui cultu consumpsi. Maledicti dies, quos vt tibi diuitias acquirerem transegi. Maledicta delicata obsonia, ac cibi conditi, quos tibi dedi: quia tanto nunc pretio ea soluere cogor. Nonne melius mihi, & tibi fuisset, vt cum simul agebamus vitā in bonis operibus laborassemus, vt nunc perpetua fruere emur requie: quā propter vmbra tormentorum pōdus super nos modò portare? Veni, veni, igitur, o miserum corpus, atq; huic infelici animæ consociare in tormentis, sicut in vita mortali comes fuisti in delictis: comitare illā in malis suis, sicut illa te comitata est in bonis tuis (si bona dici queunt, quæ tantorum malorum causa extiterunt) nunc tui vindictam ego sumā, cū te videā fame perire, propter tuā ingluuiem, miserimā sustinere paupertatē, propter tuas diuitias iniuste acquisitas, male partas, & peius consumptas: cū te, inquam, æternis cruciari ignibus videam, propter tuas turpes voluptates ac delicias. Mecum pœnas lue, sicut ego tecū delicias habui, & ambo soluamus quod ambo simul cōmisimus. Et sic tremens ac fremens miserima animā in miserū intrabit corpus, ex cuius consortio horrenda quadam feciditas ac mœllestia resultabit, quæ omnes quotquot viderint in stuporem, ac tremorē conuertant. Quare se iniucē damnati odio habebunt, & abominabuntur, & qui se dum viuerent turpiter dilexerunt propter pulchrā corporis speciē, tunc se immortalī odio prosequuntur, propter abominanda mala, quæ in se iniucē videbunt. E contra verò maximum gaudiū animæ beata erit ad corporis sui consortium redire, quod sibi adiuuamē præbuit ad tantum consequendum bonum. Dulce corpus, dulcis comes, dicet ei, qui sic mihi tuas operas dum simul in mortali statu agebamus, prestuisti, intra modò mecum, vt & gaudeas mecum perenniter, nūc videbis nullā tibi iniuriam tunc fecisse, cū te castigabam, flagellabam, & feriebam, cū à te victum, vestitum, & somnum aliquando auferebam, & ne post concupiscentias tuas præceps



præceps ires desinebam: quoniam sic te ad tantum bonum perduxi. Benedicta hora quas in Dei obsequium occupauimus, benedicta pecunia, atq; panis, quæ in pauperum victum expeditur, quibus talis ac tam opulenta hereditas, tam paruo pretio comparauimus. Intra ergo mecum, vt perfruaris mecum quod ambo simul meruimus. Cumq; felix anima corpus beati ingressa fuerit: tantus splendor ac claritas in corpus beati ex anima redûdabit, vt nec Sol, nec Luna, nec res aliqua corporalis quancûcunq; pulchra ei possit cõparari. Quod in Christi transfiguratione uisum est. Tanta quippè claritas, ac pulchritudo, ex anima beata Christi in corpus apparuit, vt nunquam ab illo gaudio uellet Petrus separari. Cû ergo omnes mortales in corpore & anima in campo illo coram Iudice apparuerint: tunc aperientur libri singulorum, & acta quæ fecerunt quisq; manifesta erunt. Et Ioan. ait, se uidisse multos libros aperiri, & inter illos liber apertus est, qui dicebatur, Liber vitæ, per quæ omnes qui illic erant, iudicati sunt. Liber vitæ mihi uidetur esse cognitio ac intuitus superni illius Iudicis, quem cum quilibet intuebitur, mox in sua propria conscientia uidebit, quidquid contra Iudicem illum commiserit. Alij libri, Sancti qui ibi erunt, sunt, in quorum uita praua uidebunt in quibus ipsi defecerint. Et cum negare minime possint mali quod tot testibus comprobatur, accusante propria cõscientia, pronuntiabit Iudex pro tribunali sedendo terribilem illam sententiam, qua prauos omnes ad perpetuos damnabit ignes. Tunc furor, tunc tremor, tunc ululatus miserum personabunt, quoru nullus in æternu miserabitur. Heu me miseru, si talis ego aduersum me audire debeo sententiam! Heu miseræ aures, ac infelices, qui talis contra se sententiam audire merebuntur! Tunc ex illa parte, in qua erunt damnati, aperietur terra, & deglutiet omnes, post quos fulgura, tonitrua, & ignea lancea descendunt. Est ne veru hoc? Et veri Christiani creditis esse verum, an nõ? Ita verum est, vt nec minima quidè pars, eorum quæ futura sunt narrata sit uobis. Nam etsi fingeretis Phalaris, & omnium tyrannoru tormenta, & maiora multa excogitaretis: adhuc somnium esset totum collatum ad ipsam rei ueritatem. Si ergo sic certum est, & infallibile hoc, quod potius cælum & terra transibunt, quam iota unu, aut vnus apex huius ueritatis prætereat, quid in hac uita cõsidentes fu-

Apoc. 20.

ciamus? Quis torpor, quæ infania, quæ mētis inopia nos cepit? Quomodo nostri recordamur, si hunc diem in memoria retinemus? Quod maius negotiū excogitari potest, pro quo istius obliuiscamur? Sancti qui hunc diē semper ob oculos habebāt, nec comedebant, nec dormiebant, nec quidquam huius mundi curabant, semper se præsentis antea seueri Iudicis tribunal existimātes. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deū (ait Iob) Nam sicut in magno tēpestare homines omnia, quæ habent etiam pretiosissima in mare proijciunt, vt ipsi incolumes euadant: sic sancti hanc ignis tēpestatem excogitantes (nam fluius igneus, atq; rapidus à throno Dei procedit, vt Daniel dicit) nihil huius mundi æstimabāt, sed omnia à se abdicabant, & in mare proijcebant, vt tantā euadere cladē ualèrent. Quid ergo faciemus uiri fratres, nisi cum Dauid clamare, atq; dicere: In te Dñe speraui, non cõfundar in æternum: in iustitia tua libera me. Duobus titulis tuū est Regnū cælorum, ó bone Iesu: & quia filius es æterni Patris, & ideo hereditario iure tibi debetur, & quia per passionē tuam illud etiam mereris, nisi primo iure tuum iam omninò esset. Sit ergo Regnum cælorum tuum primo hereditario iure, & in me transfer secundum titulu tuæ passionis, iustitiam scilicet, qua digna ac Regni cælestis meritoria opera mea facias. Namq; tam clara & aperta iustitia præditus, spero me à tam tremenda sententiã liberari, quam contra malos proferre debes: & quod in me fauorabilis illa iustoru sententia proferetur, qua tecu in æternum regnē, Amen.

Iob. 31. simile.

Dani. 7.

Psal. 30.

Videbunt Filium hominis uenientem in nubibus cæli, cum uirtute multa, & maiestate. Utinam, fratres mei, sermonē hunc ad nos haberet homo, quem timor Dei, & suorum iudiciorum sic huic tremendæ considerationi assuetum haberet, vt eum eam uobis prædicaret, tanto seruire diceret, vt uos illius etiam participes faceret. Tunc enim fortè uobis utilis talis esset sermonis materia. At nunc ego, fratres, quid dicam? Qui secundum quod ex factis meis colligere possum, omnem timorem Dei à meo corde timo iam expulisse, nec unquam horum iudiciorum recordor, nec in mea aliquando mente percurro, & ante tremendu illud diuini Iudicis tribunal præsentari debeam. Cum ergo his nõ sim assuetus considerationibus, nec eas, vt oportet depingere, nec uis agglutinare cordibus ualebo. Bene quippè
D. Aug.

Alia moralitas seu concio.

D. Augustinus dixit, quod hunc sermonem ille poterat rectè facere, qui se iam in talibus aliquando uidisset angustijs, si fortè quisquis iam ante tremendu illud Dei tribunal stetit, & expertus est quanta seueritate ac rigore omnium operu, cogitatum, ac uerborum rationem exigat Deus, & ille postea Dei uoluntate ad nos rediret. Ille quidem posset terribilem illu diem ad proprium depingere, ostendens quanta cura ac diligentia omnes actus nostri, uerba, ac cogitatus in libro descripta sint: quamq; exacta ab omnibus illis exigatur ratio, quæ si per poenitentia opera hic non sunt deleta, illic summo cum rigore uindicantur: ille, inquam, qui id experientia nouit, solus posset hunc nobis ostendere diem, quamque terribile sit ante tribunal tanti iudicis apparere. Ego tamē sic me in hoc geram, non quasi ille qui iam in cornibus tauri (vt in prouerbio dicitur) se uidit, nec quasi ille qui à maxima tempestate liberatus est. Is enim sic miserè & lamentabiliter sic proprie rem ipsam referunt, ac si adhuc in ipso periculo constituti essent: non ita, inquam, me habeo (quoniam nec re, nec cogitatione in hoc me periculo uidi) sed ero licet ille qui refert ea quæ nec uidit, nec expertus est, sed quæ audiuit ab alio, & imperfectè ea mente percepit. Quare & balbutiendo, & tepidè refert, nec alios, nec se magnitudine rei mouere ualeat: ita in ore meo iudicium hoc sic aliud, ac diuersum ab eo quod erit, uidebitur, quantum differt res picta ab ea quæ uera est. Verum est, quod ueritas huius mysterij tantam secum affert vim, vt à quocunq; prædicetur, horrorem ac tremorem in audientibus generet. Quoniam ipsa ueritas hæc secum affert, nisi omninò à cordibus nostris omnem Dei, ac iudiciorum eius timorem exulare iam fecimus. Igitur præsentis sermonis hic erit scopus, ob oculos uobis hunc tremendum diem repræsentare, maiestatem, auctoritatem, ac comitatum iudicis, prout Deus dederit, uobis depingere, nostrorum operum rationē, quam ibi reddere debemus, diffinitiuasq; sententias, quæ tunc tam bonis, quam malis intimari debent, breuissimio sermone præstringere. Cæterum quoniam iudex in illo die, Christus Dominus debet esse in quantum homo, secundum illud Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: ideo hanc unam rationē inter alias, quæ de hoc iudicio referri solēt, uobis nūc osten-

dere uolo, quare hoc uniuersale iudiciu debeat celebrari, quæ maximè ad auctoritatē iudicis attinet, & cuius raro memoria fieri solet: quæ talis est. Oportet maximè, vt hoc iudicium publicum ac uniuersale fiat, in quo omnes, & Angeli, & homines intersint, quatenus corā omnibus detur filio suo Iesu Christo honor, auctoritas ac maiestas, quam propter suam in Patrem, usq; ad mortem obedientiam iure optimo meruit, & ut honor ille quē in mundo inimici eius ab eo tollere conati sunt, corā ipsis & alijs illi restituantur uidentibus & dolentibus illis. Attendite obsecro, fratres mei: quoniam res hæc auctoritatem nostri capitis tangit. Placuit Deo Patri sic sapientia suæ opera in Christo homine ostendere, vt in illo uideatur omnes cæli thesauros posuisse: tot in eodona cælestia accumulauit. Quod Paul. his uerbis dixit: In quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absconditi. His tantis donis sic Filius homo gratus extitit, vt in nulla omninò re à Patris uoluntate declinauerit: ita quod de illo multo melius, quam de Dauide dixerit Dñs: Inueni uirum secundum cor meū. Sicut & ipse Pater non semel falsus est, cū ppria uoce dixit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Opus nostræ redemptionis, quod dedit ei Pater vt faceret, consummauit: Regnū electorum ipsi Deo Patri acquisiuit (quod obsequium maximè æstimauit Pater) & hoc totum suis expensis fecit Christus: quoniam uitam & sanguinē, vt hæc expleret, expendit. Cæterum homines parui eius personam fecerunt, quod plenum flagelli, sputis, alapis, ludibrijs, & opprobrijs saturatum, spinis oblitum, clauis in Cruce inter duo nequam confixerunt illum. Hic autem contemptus filij Dei usq; in finem mundi durabit. Nam etsi Pater iam illu ad se recepit, & ad dexterā suam collocauit: tamē inimici sui qui nõ pauci sunt, adhuc in sua duricia permanent, & pmanebunt, & minor pars orbis illu tanquā uerum Regē Messiam, ac caput suscepit. Infideles quippè, pagani, ac hæretici, non illi honore filij Dei tribuunt: alij omninò negantes eum, alij mēdaciter illu confitent, nec illu tanquā omnium Iudicē merentes. Imò inter ipsos fideles quamplurimos inuenies, qui eum peierent, blasphemēt, ludibrio habeāt, uerbis quidē confitent illu, sed factis omninò negates. Ergo eius honor conueniebat, vt Pater decerneret diem, in quo omnes, siue inuiti, siue spontanei illum

Colos. 2.

Acto. 13.

Matth. 3.

uerum



Philip. 2.

Hebr. 2.

1. Cor. 15.

Esai. 8.

Danie. 7.

verum Filium Dei, ac omnium iudicem agnoscerent. Paulus ad Philip. 2. ait: Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & inferorum: & omnis lingua coniteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. Nunc autem non videmus hanc Christi exaltationem adimpletam, nondum de hostibus suis triumphauit: non enim adorant eum omnes Gentes, cum multi sint qui non agnoscant illum, quem admodum & ipse Apostolus dicit ad Hebr. 2. Nam eum adduceret illud Psalm. 8. qui de Christo loquitur, ubi dicit Regius Propheta: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Subinfert Paul. Nunc autem non omnia videmus subiecta ei. Sed. 1. Cor. 15. ait, hoc in die iudicij adimplendum. Cum tradiderit Regnum Deo & Patri (ait) cum euacuauerit omnem principatum & potestatem. Oportet autem eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos, scabellum pedum eius: omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem omnia subiecta erunt ei, praeter eum qui subiecit ei omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit Patri, ut sit Deus omnia in omnibus. Hoc est dicere: Vultis scire quando erunt ei omnia subiecta: tunc scilicet, quando Regnum electorum Patri tradiderit, & numerum integrum illorum coram eo praesentauerit, dicens illud Esai. 8. Ecce ego, & pueri mei, quos dedisti mihi. Cum euacuauerit omnem principatum & potestatem, hoc est, cum mundi potentatus destruxerit, qui aduersus illum insurgere nitentur, cum iam inimicos sub pedibus victos habuerit, quod erit in ultimo die: tunc omnia erunt ei subiecta, praeter Patrem, qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta ei fuerint omnia: tunc & ipse in quantum homo erit Patri subiectus, ut sit Deus omnia in omnibus, id est, ut regnet ipse Deus, tam in caelo, quam in inferno. Ecce quomodo Paulus docet, quod in illo die hic honor defereat Christo homini, ut omnia ei subiciantur simul cum hostibus suis. Vnde & Dani. 7. dicitur: Aspicebam in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem & honorem, & Regnum, & omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruiunt. Potestas eius, potestas aeterna, quae non auferetur: & Regnum eius quod non corrumpetur. Optime

haec Danielis propheta, de hoc ultimo die intelligi potest, quando Filius hominis Christus veniet in nubibus caeli, cum potestate magna & maiestate, & tradet Patri Regnum electorum integrum: quod sic placebit Patri, quod dabit illi honorem & gloriam, sic ut omnes tam caelestium, quam inferorum illi subditi sint, & de inimicis suis tanquam Iudex vindictam sumet, & Regnum eius in aeternum maneat, & potestas eius sit aeterna, & Regnum nulli corruptioni pateat. Vnde ipse Filius dixit Patri: Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Clarifica ergo me tu, Pater, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Vbi petit hanc notitiam suae diuinitatis omnibus innotescere in die iudicij: quod quidem sua ipse meruit passione. Verum locus ubi hoc clarius & diuinius exprimitur, credo quod sit in Psalm. 109. qui ad litteram loquitur de honore, quem Pater filio suo Christo homini tribuit: quoniam & Christus ipse Dominus ad probandam suam auctoritatem illum inimicis allegauit, ut per illum eorum confunderet incredulitatem. Nam supra. c. 22. interrogauit Phariseos, dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cuius Filius est? Cui illi responderunt, David: ait eis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dominum eum vocat, quomodo filius eius est? In hoc quippe ostenditur auctoritas Christi, qui etiam secundum carnem est Filius Davidis; secundum diuinitatem est Dominus eius: imo secundum quod homo Iudex ac superior ei. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Ac si diceret. His fructus bonis, hunc accipe honorem, quem modo tibi, o dilecte Fili, concedo: exinde enim consequetur vindicta inimicorum tuorum, quos sub pedibus tuis ponam. Hoc accipe modo: nam post hoc & vindictam tibi inimicorum tuorum dabo, quos sub pedibus tuis ponam. Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. Haec virga fuit humanitas Christi, qua tanquam instrumentum usum est diuinitas ad tot mirabilia facienda: sicut Moyses cum virga aquas conuertit in sanguinem; sic humanitas suam conuertet in sanguinem: per quem tanquam per mare Rubrum euecti sumus de Aegypto. Hac ergo die hanc virgam de caelo

Ioan. 17.

Psal. 109.

Hebr. 1.

Exod. 7.

emittit

Zach. 12. Ibidem. 3.

Iob. 36.

Psal. 2.

emittit Dominus, ut dominet in medio inimicorum suorum. In medio quippe aeris stabit Iudex ubi & hostes sui, velint nolint, illum in sua maiestate videat, & adimpleatur illud propheticum. Videbunt in quem pupugerunt. Vidit Zacharias Propheta Sacerdos magnam Iesum, sordidum indarum vestibus, ac contemptibilibus: praecipitque Deus, ut vilius illis vestimentis exueretur, & duplicibus indueretur, cidarimque poneret in capite eius. Et quomodo hoc in die resurrectionis Christi in illo adimpletum est, quando finitis laboribus, ac ludibrijs sanctissima eius caro immortalitate induta est: cidaris tamen siue corona quae dominium super omnes significat, hoc die coram omnibus capiti eius impositur: quando potestatem illam, quam semper super omnes habuit, exerceat, & comitia omnium hominum fiunt, ut omnes suam intraneantur potestatem, ac gloriam. Illic omnes inimici sui, qui eum dum viueret contempserunt, stabunt videntes gloriam ac magnitudinem eius. Illic stabit Iudas noue prodicionis inuentor, omnium proditorum dux & antesignanus, & vel inuitus videbit illum quem ipse se parauit, iratum ac terribilem aduersus eum. Nam quia misericordiam tantam tunc neglexit, sentiat tunc seueritatem iustitiae eius. Illic & iniustissimus Pilatus apparebit, qui sub suo tribunali iudicauit Christum, nunc ab illo iustus ac rectus iudicabitur, ut adimpleatur illud Iob, ubi dicit: Causa tua quali impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. Illic & stabunt omnes qui illum blasphemauerunt, accusauerunt, manumque suas sacrilegas in illum iniecerunt, iratum vultum, ac seuerum iniecerunt illius, quem illi tanquam nihil aestimauerunt. Videbunt ergo in quem confixerunt, vel cui insultauerunt, ut legitur Septuaginta. Illic & tyranni assident, qui nomen suum persecuti sunt, fundentes sanguinem eorum, qui illum confitebantur. Illic & haeretici qui Euangelium suum falsis dogmatibus peruerterunt. Illic & mali Christiani adstant, qui Sacramenta sua contempserunt, & indigni sumeres: denique tunc omnes hostes sui sub pedibus eius iacebunt, & ipse eos sua iustitia coculcabit, & iridebit iuxta illud Psalm. 2. Qui habitat in caelis, iridebit eos, & Dominus sublanabit eos. Nam sicut illi iridebant eum dum viueret: nunc commutata sorte ipse iridebit eos. Illi quidem rabide portabant tormeta: Christus autem ridens, ac sublanans eos puniet. Pessimus Christianus qui verba sacra concionatorum contem-

nit, eorumque admonitiones iridet, tunc a Domino & ipse iridebitur, quia sanctis motibus non est ad meliorem frugem conuersus. Vnde Proverb. 1. dicit Deus: Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas despexistis. Ego quoque, in interitu vestro ridebo, & sublanabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Irridebit & sublanabit eos: quia a suis machinationibus frustrati sunt. Machinatus est diabolus, machinati sunt haeretici, infideles, ac peccatores contra Christum mille fraudes, ut sua non adimpleretur intentio: & tamen nihil profecerunt. Nam quidquid Deus voluit, adimpletum est, & numerus electorum completus: ita ut nec unum iota defuit ex omnibus quae Deus decreuerat facienda. Quia ergo tam diabolus, quam eius satellites a suis machinationibus frustrati sunt: tunc qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus sublanabit eos, *Darles ha la raya*, sicut iridetur is qui cepit edificare, & non potuit consummare, ut Dominus per Lucam dicit: Dominus autem iridebit eum: quoniam prospicit quod veniant dies eius, hoc est, quotidie Deus iridet peccatorem, nam cras incidit in manus filius. Ecce optimam rationem, cur dies ille futurus sit, ut honor Christo Domino reddatur, quem pessimi homines, dum viueret, ab illo abstulerant, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. Quare in nocte suae passionis hoc illis in memoria adduxit, cum omnibus congregatis contra se Phariseis dixit: A modo videbitis filium hominis venientem in nubibus caeli. Id est enim quod hodie etiam dicit cum potestate & maiestate, quando Dominus daturus est filio inimicos suos in manus, & adimplebitur illud: Sciens quia omnia ei tradidit Pater in manus suas. Et illud: Ut tradas eos in manus tuas. Quae admodum cum tu inimico tuo minaris, dicit ei: Aliquando incidet in manus meas. Hac ergo die mali incident in manus Christi iudicis, de quibus Paulus dicit. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis, quae grauiore sunt quam manus Moysi. Ceterum ut honor hic quem Pater in die illa filio suo dabit, magis elucescat, veniet Iudex tanta eum maiestate, ut omnes qui eum viderint obstupescant. Postquam omnes ad vocem Archangeli, & ad sonitum tubae ex sepulchris resurrexerint, & animae simul & corpora omnium hominum, nemine dempto, coram Iudice in valle Josaphat steterint: veniet Iudex cum vexillo Crucis, suo sanguine

Proverb. 1.

Luc. 14.

Psal. 36.

Matth. 26.

Ioan. 13.

Psal. 10.

Hebra. 10.

Exod. 18.



languine rubricato: & forte insignia passionis Christi ex eo pendeant, corona, clauis, lancea, flagella, quæ velut gemmæ apparebunt inclatæ in rubicundo pyropo, qualis erit Crux. Quod si insignia passionis Christi ibi non apparebunt, id negari non potest, Crucem ipsam ibi venturam omnibus carbunculis rubicundiorum, quam Angelis summo cum honore ac reuerentia tunc adducent, quam forte vsque in illum diem miraculose conseruabit Dominus, in memoriam tanti triumphis, quem in ipsa consequutus est Dominus. Quinimo & in monumentum iustitiæ Dei, quæ talis ac tanta in Cruce Christi splenduit. Nam si gladius ille cum quo Dauid amputauit caput illius Gigantis Goliath, summa cum reuerentia in templo seruabatur post Ephod pannis inuolutus, inter vestes sacerdotales habebatur in memoriam magnæ illius victoriæ, quam puer Dauid ex illo Gigante tulit: cur non Crux Christi, cum qua Dominus Iesus filius Dauid, cū iuuenis trigintatium annorum esset, caput serpentis tulit, & diabolum ac Satanã omnium potentissimum iugulauit, cuius potestati nulla in terra est similis: cur, in quâ gladius hic, qui est Crux Christi, non seruabitur in illam diem in cœlestibus, inter Angelos, ac ceteros Sanctos, qui sub tali vexillo militantes triumphis palmam adepti sunt: Quare præter Angelorum comitatum, qui eam adducet, existimo ego aliquos etiam Sanctos illam comituros, inter quos decem millia martyrum venient, qui Crucis supplicium pertulerunt, comitantes veluti in missis militibus sui Imperatoris vexillum, sub quo & ipsi militauerunt, & stipendium ac palmam adepti sunt. Cùm ergo iusti viderint signum Crucis in aere, gaudebunt maxime, exultabunt, ac gestient, videntes signum sub quo ipsi triumphauerunt, & per quod à peccato, & inferno liberati sunt. Malis verò causa mortis ac doloris erit, videntes virgam diuinæ iustitiæ, & tribunal iudicij sui. Vellet quidem super altissimū illum cedrum ascendere, vt ibi ab ira, & diluuiio tormentorum protegerentur, sed non illis (heū miseris) concedetur. Oprarent utique, vt illis permitteretur ingredi in illam arcam capaciorem, quam fuit illa Noe, vt ibi à fluuiio igneo liberarentur: sed minime id consequentur. Multi quidem voluerunt arcam Noe ingredi, sed non illis permissum fuit: sola octo animæ ibi saluatae sunt: nam

1. Reg. 21.

iusti duntaxat qui pauciores sunt, per Crucis Christi mysterium salutem consequuntur. Ipsi soli super ramos huius arboris subleuati, à fluuiio ignis, qui mundum conflagrabit, & malos torquet, liberabuntur. Vidit Nabuchodonosor apud Danielem proceram arborem, cuius culmen attingebat cœlum, in cuius ramis aues cœli nidificabant, sub cuius vmbra animalia terræ quiescebant. Hęc est arbor Crucis, in cuius ramis soli iusti, qui sunt aues cœli, nidificant & proteguntur. Inter spinas illas, ac elauos, qui flores sunt suauissimi, sibi nidum parant. Mali verò sub vmbra illius proteguntur: nam adhuc aliqua vmbra misericordiæ illis ostenditur: eò quod non punit eos Dominus quantum potuerat: nam semper Deus punit citra condignum: potuit enim acerbiore poenas ad punitionem malorum decernere, quam quas ordinauit. Non ergo in ramis eius, sed sub aliquantula vmbra (in sensu quo diximus) quiescent. Verum hæc requies nihil poenarum, quas modò patiuntur, auferet. Sicut ergo vexillum præcedere solet Ducem, & est signum ipsius aduentus: sic signum Crucis aduentum iudicis prænuntiabit. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate magna, & maiestate. Vel cum virtute multa, & maiestate. Veniet ergo iudex sedens in nube rutila, omnibus cœlestibus choris ac hierarchijs, suo ordine comitantibus illum. Propè iudicem beatissima Mater eius veniet, quæ olim fuerat peccatorum aduocata, nunc in iram conuersa aduersus illos descendet. Deinde duodecim Apostoli in duodecim thronis sedentes, qui forte etiam erunt ex nubibus cœli, vt verum fiat quod Angeli in die Ascensionis eius discipulis dixerunt, Quem admodum vidistis eum ascendentem in cœlum, sic veniet. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Vel veniet in nube omnibus conspicuus, vt eorum errorem damnaret, qui dicebant. Nubes latibulum eius, iuxta cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. In nubibus ergo, vbi tu stulte cogitabas latere ipsum, nec te videre, ibi ad iudicandum te veniet. Ipse quidem dixerat: Arcum meum ponam in nubibus cœli, quod sit signum fœderis, inter me & hominem. Sed hoc debebat intelligi hac cõditione, vt homines illa vindicta prima corrigerentur, & videntes arcum in nubibus recordarentur Deum habere vim,

Dani. 4.

Acto. 1.

Iob. 22.

Genes. 9.

ac po-

ac potestatem castigandi peccatores, iuxta illud Prophetæ, Dediti meuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. E cœlo nobis innuit Deus cùm arcum ponit in nubibus, vt fugiamus à facie arcus iræ suæ, Vt in prima punitione, quæ facta fuit per aquam exemplum sumamus, ne incidamus in secundam quæ debet fieri per ignem. Sed quoniam prauis homines, ac peccatores illa prima vindicta non sunt correcti, quinimo, & iustitiam Dei contempserunt: ideo arcus iste iustitiæ Dei, qui est Christus, iudex veniet in nubibus cœli, in signum vindictæ, peccatoribus, qui per arcum pacis neglexerunt corrigi, atque ex se emittet sagittam acutam, atque potentem, quæ erit sententia illa quam contra malos proferet, quæ corda illorum transfiget, cùm in inferno eos in æternum conuertet. Nubes etiam in quibus veniet id efficiet, vt radios, ac splendores Christi iudicis temperent, vt prauis etiam illum videre possint, alias oculos eorum lux Christi, sic obtenebraret, vt in eum intendere nequirent. Quæ ira, quis dolor, quæ confusio, quanta rabies malos apprehendet, cùm videant illum iudicem suum esse, quem ipsi floccipenderunt, blasphemauerunt, illuserunt, ac mille opprobrijs affecerunt. Videbunt, inquit, in quem confixerunt. Cùm videant aperta vulnera illa in corpore Christi, in quibus protegi potuerunt, & noluerunt. Cùm videant propè illum Apostolum eius Thomam mittentem manum in latus eius, quasi innuens, quod ibi poterat ingredi homo, & quod apertura illa illum capere posset, si ipse homo vellet intrare: & tamen ipsi id neglexerunt: iusti verò quasi veræ columbæ nidum suum in his foraminibus constituerunt, quibus Spiritus sanctus in Canticis dixerat: Columba mea in foraminibus petreæ, in cauerna maceræ: & ideo hij videntes vulnera Christi in eius corpore glorioso, maximo afficientur gaudio: quia vident nidos, vbi ipsi à rapacibus auibus protecti sunt, à dæmonibus, scilicet, quorum vngues præacutos vident, ad dilaceranda, rapienda & torquenda damnatorum corpora, & animas. O quantum ibi bona opera valebunt, quæ sunt testes qui nos coram iudice defendere possunt, Testigos de abono. Vx vx vx.

Psal. 65.

2. Cor. 12.

Genes. 22.

Tom. II.

illis qui hæc negligunt verba, quæ hic dicimus, nec in suis cordibus ea imprimunt, sculpunt atque figunt, vel illicò obliuioni tradunt, nec recordantur iudiciorum Dei: nam tunc sic reperient iudicem, & eos quos tanquam patronos habebant, contra se durissimè conuersos. Et hoc erit, vt supra insinuauimus, obscurari Solem, Lunam, atque stellas: quoniam Sol iustitiæ Christus Deus noster conuertetur tunc in tenebras, in horrorem, pauorem, & seueritatem contra malos. Tunc non faciem hominis, aut agni in ipso videbunt, sed faciem leonis quam in illum vltimum diem reseruauerat, contra se durissimè inuenient. Ideò quippè dies ille vocatur dies vultus Domini: quoniam tunc iram suam contra malos, & amorem suum erga bonos in vultu suo ostendet. Nam & iacob in vultu agnouit iram, quæ focer suus Laban iam contra ipsum conceperat. Sic enim, & ipse suis vxoribus dixit: Video faciem patris vestri, quod non sit mecum sicut heri & nudius tertius. Sic furorem suum contra malos, in vultu ostendet Dominus in illa die. Vnde Psalm. 20. dicitur: Pones eos, vt cibus ignis in tempore vultus tui (hoc est, in die iudicij) Dominus in ira tua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Et alibi. Ab increpatione vultus tui peribunt. Hoc est, facies iudicis irati malos in infernum protudit. Econtrario verò boni, ac electi sua præsentia delectabuntur, secundum illud Psalmi. Lætificabis eos in gaudio, cum vultu tuo. Et Proverbor. 16. In hilaritate vultus regis vita: & clementia eius, vt imber ferotinus. Idè de Virgine quæ est luna, & alijs sanctis quæ stellæ dicuntur, poteris dicere: Omnes quippè confortes stabunt, atque vnanimiter sigillabunt sententiam iudicis, secundum illud Psalmi. Absorti sunt iuncti petreæ (id est Christo) iudices eorum. Itaque omnis misericordia Patris misericordiarum, & Filij, & beatæ Virginis, & Sanctorum, conuertetur tunc in iram, & in furorem contra peccatores, iuxta illam Apostoli Iacobi sententiam: Iudicium sine misericordia, ei qui non fecit misericordiam. Et illud Iob. Obliniscantur eius viri misericordes, & nemo eius recordetur amplius. Aperientur ergo libri, & omnium apparebunt defectus. Hi libri (vult Diuus Augustinus,

Genes. 31.

Psal. 20.

Psal. 79.

Psal. 20.

Prover. 16.

Psal. 140.

Iacob. 2.

Iob. 24.

Augus. lib.

gg lib.



lib. 20. cap. 14. de ciuitat. Dei) quod sit quaedam vis diuina, qua fiet, vt opera cuiuscunque ipsi manifestentur, & coram oculis suis apponantur: qua vi, ac si librum coram se haberet, legat, velit nolit, quidquid fecit, quidquid cogitauit, quidquid toto tempore vitæ suæ loquutus est. Quæ veritate conuictus sua propria conscientia intelligat quæ iuste condemnentur à iudice. Tunc aperiet iudex os suum, & voce sua tanquam tonitruum magni, & tanquam aquarum multarum his qui à dextris suis erunt, dicet. Veni te benedicti Patris mei, percipite Regnum quod paratum est vobis à Patre meo ab origine mundi. Beatæ aures quæ talem audient vocem, & opera quæ tantum bonum meruerunt. O vox suavis, o vox amabilis, o vox tali dicente digna. Benè de te dixit Sponsa, o animarum sanctarum Sponse, quod essent fauus distillans labia tua, quæ bonis stillabant dulcedinem. Hæc vox erat quam desiderabat audire Sponsa, cum dicebat: Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Et hoc osculum illud quod in amorem magnum prorumpens postulabat dicens: Osculetur me osculo oris sui. E regione verò contra malos conuersus terribilem intonabit vocem, qua & inferna ipsa miserè tremere faciet, ac dicet: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. O tremenda vox, horribiliterque à iudice prolata, qua stridentes dentibus suis conterentur iniqui. Ioann. Apocalyp. 7. vidit illum habentem oculos tanquam flammam ignis, & vox eius tanquam aquarum multarum, & quod ex ore eius egrediebatur gladius. ex vtraque parte acutus. Sic ipsum reprobi visuri sunt. Nam ex oculis eius igneæ scintillæ videbuntur exire, quæ illos miserabiliter exurant. Tantus erit furor iudicis, quod oculi eius ignem scintillabunt. Vox eius tanquam aquarum multarum; tanquam cum mare rugit, cum intumescit procellis, tunc enim omnes pauore concutit. Vox tempestatis, vox iræ, vox furoris, atque rabiei aduersus impios tunc personabit. Et in ore eius gladius biceps: quoniam hac sententia corpus & animam reprobos feriet, atque in perpetuum vulnerabit. Tunc terra dehiscet, & ignis ille qui purgauerat orbem, in globum quendam conglomeratus, tanquam cohors militum expectabit sententiam iudicis. Quæ prolata, magno impetu

Cant. 4.
Cant. 2.
Cant. 1.
Matt. 25.
Apoc. 7.

damnatos inuoluet, atque vsque ad nubes eleuauit flammam, simulque illos omnes in æternas comitabitur flammam: à quibus suos fideles Deus optimus maximus auertat. Amen.

Nunc soluta oratione quædam dicemus notata digna, quæ fortè ordinem concionum attendentes prætermittenda sunt. Primò obserua, quod quemadmodum quando Eliseus exploratores quos Rex Syriæ misit, percussit cæcitate, nec intellexerunt quò ibant, quoadvsque apertis diuinitus oculis viderunt se in medio inimicorum in Samaria esse: sic modò mali homines quasi percussi cæcitate ambulat; nec intelligunt quo peccata sua illos ducant: vsque dum finita vita in illa die apertis oculis intelligent, se in medio hostium suorum esse. Item Iacob dissimulauit peccatum Ruben filij sui, qui polluit cubile patris sui: tamen in hora mortis maledixit illi. Sic Deus in hac vita dissimulat peccata hominum; cæterum post mortem in iudicio, tam vniuersali, quam particulari maledicet illis dicens: Ite maledicti, &c. Item aduerte, quod quando infirmus incipit egrotare, inquietudinem incipit sentire, verum si morbus mortalis est, quanto propinquior mortis, tantò maiores angustias sentit. Sic mundus, etsi semper bellis, pestibus, & inquietudinibus agitur: tamen quanto plus fini appropinquat, tantò plus nouitatibus, signis ac inquietudinibus, & terroribus vrgebitur, maiores son las bastas. Sicut domus quæ interruptionibus quibusdam cadere incipit, maiorem strepitum quando cadit dat. Vide Gregor. 2. Moral. cap. 16. Si Adam timuit & fugit à facie Domini & abscondit se, quando illum vocabat, vt misericordiam faceret cum illo, quid faciet cum illum ad iudicium, & vindictam vocauerit? Item Propheta ait de malis. Abutere eis in die occisionis: Abuti est, quando quis vitur re non ad quod destinata est, sed ad contrarium. Deus homines ad vitam æternam destinauit, & vt essent beati creati sunt: & quoniam mali in miseriam debent abire, quasi ab vitur eis Deus, quoniam ad aliam rem à primæua sua conditione omnino aliam eos mittit, nempe ad miseriam, cum ipsi ad felicitatem conditi sint. Obserua, quod dies iudicij dicitur dies iræ: quia licet tunc diuina misericordia in electis maximè apparebit, sumitur denominatio à maiori parte,

Alia moralitates circa idem 4. Reg. 6.
Gent. 49.
simile.
Gregorius.

parte, non à meliori: quoniam plures erunt qui damnabuntur, & quia tempus huius seculi, potissimè post Christi aduentum, misericordiarum destinatum est; ac proinde necessarium erat, vt iustitiæ suæ quoque dies statueretur, iuxta illud Esai. 61. Vt prædicare animum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. Nam post aduentum misericordiarum, debet sequi dies iustitiæ. Et Sophon. 1. Vocatur dies magnus, quoniam illi nò succedit nox: sed in æternum est duraturus. Vnde Zachariæ ult. dicitur: Et in tempore vesperi erit lux, id est, nunquā finietur. Quando videbatur finire per vesperam, oriri incipit. Tunc autem reddet Deus vnicuique iuxta opera sua, vt dicitur Rom. 2. hoc est, non secundum maiorum stemmata, nec secundum scientiæ altitudinem, aut venustatem loquelæ: sed secundum propria cuiusque merita. Vnde Origenes colligit, fidem sine operibus non sufficere. Docet autem, quod nam sit bonum opus, ex illo Matt. 26. quod de sancta muliere dictum est, quæ sudit vnguentum super caput Domini, bonum enim opus, ait, operata est in me. Qui ergo super verbum fidei effuderit charitatem, & misericordiarum opera, is bonum opus operatur, & odore bonæ famæ reficiet Ecclesiam. Ex quo etiam colligitur, nullam tunc habendam esse rationem personarum, sed meritum duntaxat. Nò enim est apud Deum acceptio personarum. Nam nunc quantum ad huius seculi vindictas, ac correctiones, aliquo modo videtur quod Deus respiciat personas; quoniam Num. 12. cum comune peccatum murmuracionis contra Moysen, Aaron, & Maria commissent; sola illa lepra percussa est, Aaron interim pepercit Deus, propter sacerdotij dignitatem, vt omnes dicunt. Ideò quippe de eo dicitur Sapien. 12. Cum tranquillitate iudicas nos: & cum magna reuerentia gubernas. Tunc autem in die iudicij nullus talis respectus erit. Sic enim dicitur Esai. 33. Projicit ciuitates, nò reputauit homines. Ac si diceret. Iam humana politia finita est: nò oportet iam hominum qualitates respicere. Quod etiam pertinet ad maiestatem iudicis, in cuius conspectu omnis humana dignitas euanesceat. Non reueretur magnitudinem cuiusquam: quia pusillum & magnum ipse fecit: vt dicitur Sapien. 6. Sicut magnates Regni qui in proprijs locis honorantur: coram Regia maiestate, sicut alij assistunt. Vnde Apocalyp. 20. dicitur: Vidi mortuos pusillos, & magnos stantes ante thronum.

Esai. 61.
Sophon. 1.
Zach. ult.
Rom. 2.
Origenes.
Matt. 26.
Num. 12.
Sap. 12.
Esai. 33.
Sapien. 6.
Apoc. 20.

Et hac consideratione beatus Petrus colligit, quod si patrem vocamus eum qui sine acceptione personarum iudicat: incolatus nostri tempore cum timore conuersemur. Erunt autem sic rectum iudicium, quod ea tantum ab vnoquoque iudicandorum exigentur, ad quæ tenebantur ex legis professione. Qui solam erant sub lege naturæ; non erunt rei transgressionis legis scriptæ: ijs qui legem veterem vel nouam fuerint professi, iudicium erit secundum easdem leges. Sic enim, ait Paulus Rom. 2. Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Alia ratio rectitudinis iudicij erit bonitas iudicis, in quo nulla poterit cadere iniustitia. Debet enim iudex innocens esse. Nam licet oportet motorem primum liberum esse ab omni motu: alioquin non esset primus in genere mouentium, si ipse quoque moueretur: ita supremus iudex ab omni prorsus iniquitate immunis esse debet. Nā si esset iniustus, alius superior iudex esset necessarius, à quo ei? iniustitia corrigeretur. Vnde de Christo dicitur, quod iudicabit orbem terræ in iustitia. Et hac ratione probat Paulus Roman. 3. quod Deus non sit iniustus, cum dicit: Ergo iniustus est Deus qui infert iram. Abicit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Id est quomodo posset esse iudex, si ipse esset iniustus. Huius integritatem iudicis in ferenda sententiâ significabat thronus magnus, & candidus, quæ Ioannes vidit in Apocalypsi. Nam per candorem puritatem ab omni vitio intelligi voluit. Et Daniel. 7. vidit eundem thronum tanquam flammam ignis, & rotæ eius ignis accensus. De hoc iudice Esai. 11. scribitur, quod erit iustitia cingulum lumborum suorum. Nam per cingulum defluentia vestimenta coaptantur, & constringuntur: sic superabundans bonitas diuina, cum iudicaturus est orbem terræ in æquitate, quodammodo constringitur. Superabundabat enim bonitas, ac misericordia Dei, & quasi superfluens hic illicque diffundebatur; tunc autem iustitia videbitur quod restringat illam, colligat, atque coaptet, vt det locum iustitiæ diuine, quia tunc erit tempus eius. Nam qui modo misericordem se exhibet; tunc induet prothorace iustitiæ. Quibus verbis significatur quod seueritas diuini iudicij nullis precibus flectetur: nam modò peccatores facillè veniam impetrant. Diximus autem, quod propter gloriam Christi oportet, quod sit dies hic destinatus, nunc autem addimus, quod

1. Petr. 1.
Rom. 2.
simile.
Rom. 3.
Daniel. 7.
Esai. 11.
Sapien. 5.



propter ipsum hominem hoc necessarium est. Pro quo advertendum est, quod homo non est anima solum, nec corpus solum, nec enim est anima, quae utitur corpore, sicut dixit Pitagoras, nec corpus fomentatum anima ad fruendum vita duntaxat, ut Epicureus dixit; sed homo est una res ex duabus istis composita, corpore scilicet, & anima, & hoc compositum est homo ex his duabus rebus unicum. Hoc supposito sciendum deinde, quod negotia huius hominis, sic varia ac diversa fuerit, & simul sic occulta ac celata, sic obscura & perplexa, ut ipsi met homines cum quibus ea tractauerunt, intelligere non potuerint. Quare multi pessimi homines, ac scelerati, tanquam iusti in hoc mundo habiti sunt estimatione & honore bonorum gaudentes: sicut & multi, qui coram Deo iusti estimabuntur, apud homines tanquam iniusti reputati sunt. Nam, ut dicitur Luc. 16. quod apud homines altum est, abominatio est apud Deum. Et Proverbior. 10. dicitur: Qui depravat vias suas manifestus erit. Et 1. Corinth. 3. Vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit. Et 1. Corint. 4. Mihi pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die: qui enim iudicat me Dominus est. Hoc autem non decet, ut sic occultum remaneat: sed oportet, ut aliquando veritas manifestetur, & coram omnibus appareat. Quare necesse est, ut vnus dies ad hoc decernatur, in quo opus vniuscuiusque omnibus palam fiat. Hic autem erit dies iudicii, in quo omnes ante tribunal Domini stabimus; ut referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Deinde solus homo inter cetera animalia liberè operatur: quia est dominus suarum actionum, unde potest ea facere, & non facere: nam de iusto dicitur: Qui potuit transgredi, & non est transgressus, potuit facere mala, & non fecit. Quare sola opera hominis digna sunt, vel praemio, vel poena, quia libera sunt. In his autem operibus faciendis totus homo incubuit, ut potest, nec anima sola, nec corpus solum, sed corpus simul & anima: ergo totus homo, & integer debet premiari, vel puniri. Hoc autem non potest fieri, nisi cum anima corpori reunitur, quod erit in die vltima: ergo tunc debet esse hoc iudicium vniuersale. Deinde hoc ex parte Dei conuenientissimum est. Homo quippe sua adiutus gratia ipsi Deo obsequutus est; malus verò tanta gratia potius abusus est, malè operans, & Deo inobediens existens. Ergo

Luc. 16.

Prover. 10

1. Cor. 3.

Eccl. 31.

oportet, ut Deus iuxta magnificentiam principalem iustum praemiet, dando ei tantum honoris, ac gloriae quantum ipse capax est; itidem, & malum ignominiosissime puniat. Haec autem gloria, aut ignominia, non tanta est cum in occulto praemium, aut poena decernuntur, ergo necesse est, ut publice coram omnibus haec omnia fiant. Conuenit etiam hoc ex parte Dei: quoniam iudicium hoc ostendit Deum esse summè sapientem, summè potentem, & summè iustum. Oportet enim, quod ille qui iudex vniuersalis omnium hominum debet esse; habeat perfectam, & plenissimam cognitionem omnium humanorum operum: & quod clarè, & aperte videat omnia opera totius humanæ naturæ. Similiter quod cognoscat & sciat omnes cogitationes, & desideria hominum, insuper verba, & omnia interiora, & exteriora. Nam quoniam opus hominis secundum intentionem facientis fit magis praemio, aut poena dignum, idè necesse est, quod ille qui debet praemiare, vel punire, perfectè & clarè cognoscat omnes intentiones, & voluntates occultas omnium hominum. Quomodo enim aliter posset rectè remunerare, vel punire opera hominum, cum omnia ex voluntate, aut intentione originem trahant? Deinde quia homines dum viuunt, simul viuunt, & simul operantur; idè necesse est quod simul, & semel opera omnium hominum viuentium videat iudex, simul cum intentionibus, desiderijs, ac verbis. Haec autem cognitio non debet esse duntaxat praesentium, sed etiam praeteritorum: oportet enim quod nihil obliuiscatur, sed omnia retineat in memoria, ita quod nullum minimè opus sit, quod secundum suum meritum, aut demeritum non accipiat. Ex his ergo inferitur quanta sit sapientia iudicis, qui haec omnia scire debet. Nam si mente pensemus quanta sapientia esset videre, & cognoscere opera, cogitationes, voluntates, atque desideria vnus hominis à principio quo libero arbitrio uti coepit vsque in finem vitae: & quanto plus esset non vnus tantum, sed duorum haec omnia scire, & plus trium, & incomparabiliter maius millium. Si ergo cogitaueris quot millia hominum transferunt, quot sunt modò, & quot erunt, quot etiam cogitationes, verba & opera horum fuerint, & quod omnia haec iudex iste nouit, & scit, & cognoscat tunc quid cuique de iure debeatur: colligere quidem clarè poteris quam sapiens iudex iste sit, & quod

Hebr. 4.

Psal. 50.

quod omnes creaturas sapientia excellat, & quod sine mensura, ac termino sapiens sit, ac proinde summè sapiens, summè sciens, summè cognosces, ac summè & perfectè, atque clarissimè omnia videns: omnia quippe nuda, & aperta sunt oculis eius, & nihil inuisibile est in conspectu eius, ut ait Paulus. Et talem iudicem exigunt opera hominis, ut rectè, & debite remunerentur, aut puniantur. Oportet etiam, quod sit summè potens; ut possit cuique retribuere quod sibi debetur, siue bonum, siue malum, & ut valeat sententiam suam executioni mandare. Et quia opera humanæ naturæ sunt quasi infinita, requiritur etiam infinita potentia ad remunerandum, & retribuendum vnicique; quod iustum est: ita quod nihil remaneat irremuneratum, vel impunitum, aliàs esset aliquid inordinatum, & vacuum in vniuerso: quod est impossibile. Postremò sequitur ex hoc quod Deus sit iudex, quod sit summè iustus, ut supra probauimus, ut sic vellet iustissimè, & equissimè dare cuique quod iustum est. Et quod non sit acceptor peronarum, sed secundum merita, vel demerita iudicet, & quod habeat iustitiam inflexibilem, & inuariabilem, inconuertibilem, & immutabilem; aliter ordo vniuersi periret: quod fieri non potest. Igitur omnia breuiter colligendo dicamus, quod homo in quantum homo habet liberum arbitrium, per quod facit opera meritoria, seu demeritoria; & idè necesse est quod in natura sit aliquis praemiator, vel punitor: & etiam quod iudex sit summè sapiens, ne per suam ignorantiam aliquid maneat indiscussum. Summè potes, ne per suam impotentiam aliquid maneat irremuneratum, ac impunitum. Summè iustus, ne per suam prauam voluntatem aliquid maneat indeterminatum: sed totum quod per liberum arbitrium est commissum suam habeat vicem & recompensam. Hoc autem clamat, ac petit totum vniuersum, cuius homo principalis pars existit. Opera hominum etiam hoc requirunt; qui volunt, ut sibi rependatur quod debetur, poena, scilicet, vel praemium. Ecce optimas rationes in iure ipso naturæ fundatas, quare iudicium hoc vniuersale futurum sit. Haec enim omnibus debent publice constare, ut iustificetur Deus in sermonibus suis, & vincat cum iudicatur. *Ab arbore autem fisci discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est aestas. Ita & vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope*

Tom. II.

est in iannuis. Iam supra quae ad literam attinent abundè diximus. Nunc autem ex hac similitudine dicere possumus quid pijs de afflictionibus suis sentiendum sit. Cum arbores, ait Dominus, producunt gemas, agnoscitis ex ipsis, quod instet aestas: sic & vos cum videritis haec fieri, hoc est, cum afflictiones de quibus dixi vobis acciderint, cognoscite Regnum Dei iam praesens adesse. Regnum Dei est praedicatio Euangelij. Regnum Dei est reuelatio Euangelij de Christo in toto orbe terrarum: Euangelio enim regnat Deus in terra, Euangelio perueniunt credentes ad Regnum Dei. Euangelium autem tunc maxime in toto orbe diffusum est, cum Apostoli à Iudæa sunt eiectione, & Ecclesia crudeliter à Iudæis dispersa fuit. Quare Christus persecutionem quae Apostolis in Iudæa accidit, aptissimè vocat gemmas. Ex gemis arborum agnoscitur immnere aestas, quae tanta potentia irruit, ut nullius Monarchae viribus inhiberi queat. Ita ex persecutione quae Apostolis accidit, Euangelium tanta potentia totum orbem inuasit: ut nec Iudæi, nec Gentes cursum eius impedire potuerint. Itaque persecutio, gemma est, afflictio, germinatio est. Imperitus rerum horum tolerans cum videt in arbore gemas turgidas, existimat potius vlcera esse, qualia multa saepe in corpore humano enasci solent, quam germinationem fructus; ut gnarus rerum olitor nouit eas esse fructibus grauidas, & intelligit ex ipsis fructibus per altatum futurum. Sic & impij diuinarum rerum imperiti, putant afflictiones magis esse perditiones, quam organa & instrumenta salutis: pijs verò intelligit ex verbo Dei afflictiones praegnantem esse optimis quibusque fructibus. Vera enim salus, vera redemptio, perpetuaque felicitas haec sunt siquidem per gemas afflictionum trahuntur, seu profertur. Apostoli cum discederent caesi à concilio Pontifici, & Pharisaorum; gaudebant (ait Lucas in Actis) quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. An non in hoc loco Apostoli, duxerunt contumeliā & persecutiones pro gemis optimo fructu turgidis? Stephanus cum lapidaretur confidentissimo animo in caelum suspiciens, ait. Ecce video caelos apertos, & Iesum statem à dextris Dei. Quid hoc aliud est, quam in gema lapidationis videre fructum felicitatis? Paulus vocat mortem lucrum. Mori mihi lucrum est, ergo mors hominis pijs turgida gema est, quae fert fructum caelestis gaudij. Quare gemmae arboris, & corporis spiritali oculo

simile.

Act. 5.

Act. 7.

Philipp. 1.

gg 3 asp



aspicienda sunt: vt ex germinationibus discamus rationem nostrarum afflictionum, & concipiamus firmam in omnibus aduersis patientiam. Sed dices: Si afflictiones sunt gēnæ fructibus turgida, si afflictiones sunt vtilēs ad profectum Ecclesie, & ad consequendam salutem, cur execramur eas? cur petimus, vt Deus liberet nos, nunc à bellis, nunc à fame, nunc à peste, nunc ab alijs, tam publicis, quam priuatis malis? Cur non potius oramus, vt mala subindè grauiora nobis contingant? Certè nō iussit nos Deus orare, vt mala augeantur: sed vt à malis liberemur. Non iussit peti bellum contra pacem, sed pacem contra bellum. Non voluit, vt petamus famem, sed vt Deus illam auertat à nobis, & sic de alijs huiuscemodi. Quare Hierem. 29. dicitur: Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. Et. 1. Timoth. 2. Obsecro igitur primū fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate. Et in Psal. 9. Inuoca me, inquit, in die tribulationis. Quid, vt augeā tribulationem? Mini me omnium, sed vt eruā te, & honorificabis me. Itaque obsequendum est vocationi Dei, & orandum, non vt conijciat nos in mala, sed vt liberet nos à malo. Afflictiones enim natura sua sunt argumenta perditionis & interitus, à Deoque vnaquæuis afflictio, siue corporalis, siue spiritalis homini peccatori velut quidam iudex est, & concionator, quid propter peccatum suum, & ingratitude commereatur annuncians. Sunt enim incommoda huius seculi stipendia peccati, & vnā cum peccato in orbem introierunt. Quod autem fiant impijs instrumenta salutis, hoc non naturæ ipsorum, sed Redemptori nostro Christo deferri debet: qui cum suscepit in se stipendia peccati absque vllō peccato; sanctificauit afflictiones in nobis, vt sint credentibus in eum nuncijs vitæ & viæ ad cœlum. Cum igitur afflictiones natura sua representent perditionem, & absente Christi gratia pariant adferantque ruinam, non est orandū, vt contingant nobis afflictiones, ne videamur Deum præsumptione nostri tentare: sed si contigerint forti animo per fidem vitam ferendæ sunt, & interim orandū, vt liberet nos Deus à malo. Cœlum & terra transi-

Hiere. 29.

1. Timo. 2.

Psal. 9.

bunt: verba autem mea non prateribunt. Verbum Dei iam antea tantā sui potentiam monstrauit, vt si nondum aduenerit nouissimus huius seculi dies quo cœli & terra mutabuntur: tamen interea temporis sæpè numero verbū Dei coegit cœlū & terrā suo mandato cedere. Dixit quondam Helias ex verbo Dei. Viuit Dominus Deus Israël in cuius conspectu sto; si erit annis hiscos & pluuia. Quid factum est? Vt verbū Dei procederet necesse habuit cœlum obedire, hoc est, contra naturā ordinem claudi, & negare imbrem. Promiserat Deus verbo suo Iosue victoriam de regibus Amorrhæorū, & cū sol antequā victoria reportaretur ad Occasum properaret; coactus fuit ex verbo Domini stare, donec vlcisceretur se Iosue de inimicis suis. Iusserat Dominus verbo suo Israelitas ab Egypto secedere in desertum, & ibi promiserat opem ac tutelam; quare vt verbū Domini verax maneret, necesse habuit cœlum manna esui aptum pluere: sic & terra & mare ipsi cesserunt verbo Dei. Mare diuisum est, vt Israëlitis siccis pedibus transirent: terra arida, & sicca dedit in deserto præter naturam suam fontem aque: tantū vt verbū Dei promoueret. Quid ergo verbo Dei potentius? Quid item eo certius? Si igitur verbū Dei, quod Christus dixit de interitu Iudæorum, tantā fuit firmitatis & veritatis, quantæ obsecro erit firmitatis verbū misericordiæ eius. sicut autem in diebus Noë, sic erit & aduentus filij hominis. Tunc homines videbant Noë fabricantem machinam illam sic grandem, & audiebant ipsum dicentem ad quid fabricaret illā: imō (vt Berofus refert) multi prædicatores fuerunt ante diluuiū, qui homines hortabantur, vt euaderent iram Dei, quæ illis imminerebat: & tamen nullus ibit ad Noë deprecans illum, vt in arca illa illum ab ira Dei protegeret. Sic modò homines vident tot signa tremenda, quæ iram Dei minantur, tot nouitates in orbem terrarum increfcere, audiunt prædicatores idem minitantes: & tamen nullus ab eis quærit quomodo iram Dei effugere valeat, quidue faciendo à tanta tempestate liberabitur.

Sicut enim erant in diebus ante diluuiū comedentes & bibentes, nubētes & nuptui tradētes, vsq; ad eum diem quo intravit Noë in arca, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Dan. 5. legitur, quod Balthasar Rex Babylonis erat comedēs & bibens cū Principibus regni sui,

3. Reg. 17.

Iosue. 10.

Exod. 16.

Exod. 14.

Daniel. 5.

& vidit articulum manus scribentis, Mane, Thechel, Phares. Id est numerauit Deus Regnum tuum, & compleuit illud: appēsus es in statera & inuentus es minus habens: diuisum est Regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. Sic erunt homines comedētes & bibētes, & articuli manus, id est Christus veniet ad numerandum & appendendū tēpus & merita, & diuidet bonos à malis. Nubentes & nuptui tradentes. 1. Machab. 9. legitur, quod cum filij Iambri facerent nuptias magnas cū apparatu magno, & ambitione; ex improuiso exijt Ionathas cum socijs suis ex inuidijs, & impetum fecerunt in illos, qui cum mulicis, & tympanis veniebant, & occidit ex eis multos, vulnerauit & perdidit, & conuersa sunt nuptia in luctum, & vox mulicorum ipsorum in lamentum. Sic erunt homines nubentes, & nuptui tradentes, quā dō repentinus eis superueniet interitus. Tūc erunt duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duo molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Mysticè per hos tres Ordines, secundum Remigium, tres Ecclesie Ordines rectè accipiuntur designari. Per duos in agro Ordo prædicatorum quibus commissus est ager Ecclesie: per duos in mola Ordo coniugatorum, qui cum per diuersas curas nunc ad hæc, nunc ad alia flectantur, quasi molas in circuiu trahant. Per duos in lecto Ordo continentium, quorum requies nomine lecti designatur. In quibus ordinibus sunt boni & mali, iusti & iniusti, & ideò ex eis quidam assumuntur, & quidam relinquantur. Vel per hos tres ordines tria genera hominum, in quibus continetur hominum vniuersitas, intellige. Hi sunt prælati actiui & contemplatiui, de quibus dicit Ezechiel. capit. 14. Tres viri Noë, Daniel, & Iob liberabunt animas suas. Noë qui rexit arcam, prælatos. Daniel vir desideriorū, contemplatiuos, Iob dolens, illos qui in vita actiua exercent se sanctis operibus, in laboribus, tam suis, quam alienis dolentes significat. Luca etiam. 10. significantur per duas sorores, & tertium fratrem Lazarum, quibus erat amicus Dominus, & in earum domo hospitabatur. Nam Maria quæ sedebat ad pedes audiens verbum Domini, contemplatiuos significat: Martha quæ satagebat circa frequens ministerium, turbata erga plurima actiuos refert, & Lazarus gubernator domus prælatos. Et de prælati dicitur, quod tunc duo erunt in agro, Ecclesie scilicet,

1. Mach. 9.

Remigius

Ezech. 14.

Luc. 10.

cet, vel cordiū, exercentes ea vomere verbi Dei. Ager autem hic mūdus est, vt sup. c. 15. & de fidelibus dicit Paul. 1. Cor. 3. Dei agricultura estis. Vnus assumetur, ad gloriam scilicet, & hic erit ille qui potest dicere illud 2. Cor. 2. Non sumus sicut quidam adulterātes verbum Dei, sed sicut ex Deo corā Deo in Christo loquimur. Hic est ille qui & verbo Dei folium non admiscet, quod est adulterare verbum Dei, seu cauponare, vt alia litera habet, nec malo exemplo quod verbis prædicat moribus impugnat; sed ex Deo auctore, & coram Deo pia intentione in Christo loquimur confirmante per vnctionis gratiā. Et alter relinquetur. Relinquetur, inquam, in terra, propter pondus peccati, & non ascendet obuiā Christo in aëra, vt supra diximus. Et ille est, de quo dicitur Philipp. 1. quidam ex inuidia, aut ex contentione Christū annunciat, siue per occasionē quæstus. Sicut in eodē agro Naboth assumptus est, & Achab, & Iezabel à canibus deuorati sunt. Et in eodē agro Abel assumptus est, & munera eius & Chain damnatus: Et Ruth. 2. dicitur: Ne vadas colligere in alterum agrū. Quia licet duo sint in agro: tamen ager Ecclesie, quantumcūq; malus sit agricola, non est nisi vnus. Duo erunt molentes in mola. Per molā circuitus laborū huius mundi designatur: in hos quippè, & alios quasi circulariter agitati ferimur, & in his homines quasi in mola cōterantur; in his autē laboribus vitæ actiue incubentes maxime exercentur. Et dicit in genere sceminino, propter fecunditatem: nā exēplo suo alios in bonis operibus instruunt. Vna assumetur. Ad gloriam, scilicet, Martha, & qui eam imitantur, qui faciunt sibi amicos de mamōna iniquitatis: vt cum defecerint recipiant eos in æterna tabernacula. Sic Psal. 127. dicitur: Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es & benè tibi erit. Et altera relinquetur. Labore stulto consumpta: quia non ad vitam æternam illū ordinat. De quo Eccles. 10. scribitur: Labor stultorum affliget eos: quia nesciunt in vrbem pergere. Quia hæc quæ laborant non reponunt in thesauris: sed expēdunt ad vanitatem mundi. Duo in lecto, cōtemplationis scilicet, de quo Cantico. 1. dicitur: Lectulus noster floridus. Vnus assumetur. Quia amplexibus charitatis, & dulci eloquio veritatis delectatus, in conscientia, & religione requiescit. Vnde Cantico. 3. dicitur: Tenui illum, nec dimittam, donec introducam in domū matris meæ, scilicet: gratia.

1. Cor. 3.

2. Cor. 2.

Philipp. 1.

3. Reg. 21.

Genes. 4.

Ruth. 2.

Psal. 127.

Eccles. 10.

Cant. 1.

Cant. 3.



& in cubiculum genitricis mex, nep̄ sapien-
tia. Et vnus relinquetur. Nemp̄ ille qui ex-
tra habet contemplationis habitum, intus-
que in alienis à Deo rebus requiescit. Qui-
bus Esai. 58. dicitur: Iuxta me disco operui-
sti, & s'cepisti adulterum.

*Vigi' ergo, quia nescitis diem, neque ho-
ram, & qua hora Dominus vester veniet. Il-
lud autem scitote, quoniam si sciret paterfa-
miliaris, qua hora fur venturus est, vigilaret vti-
que, & non sineret perfodi domum suam. Ideo
& vos estote parati, quia qua nescitis hora fi-
lius hominis venturus est.* In hoc insinuan-
tur nobis duo, nemp̄ periculum nostrum
ex ignota hora, & necessitas continuæ vigi-
liæ. Periculum quidem, quia si sciremus
horam, vigilaremus i la hora, sicut paterfa-
miliaris si sciisset horam, qua fur venturus
esset, non incurrisset damnum. Proinde ne-
cessaria est illi continua vigilia: subinfert
dicendo. *Ideo & vos estote parati, &c.* Cum
inferre deberet vigilate continuè; id omi-
sit, ne intolerabile quid præcipere videret-
tur: sed estote parati, ad significandum cõ-
tinuam vigilantiam fore esse paratum. *Quis
putas est fidelis seruus & prudens, quem con-
stituit Dominus super familiam suam, vt det
illis cibum in tempore? Quis putas est, &c.*

1. Cor. 4.

Prouer. 20

Eccles. 7.

1. Reg. 3.

Bernard.

1. Reg. 3.

Gen. 42.

Hebr. 3.

1. Reg. 22.

se Domino suo humiliet, vt Christus Domi-
nus verbo & ex ep̄lo docuit, vt Philip. 2. di-
citur: Hoc sentite in vobis quod & in Chri-
sto Iesu, qui cum in forma Dei esset, non ra-
pinam arbitratus est esse se æqualē Deo: sed
semetipsum exinanivit formā serui accipiēs.

Et prudēs. Hęc est tertia conditio, vt nō fal-
latur, sed familiā Christi sapienter ordinet:
sapiētis quippē est ordinare. Vnde Prouer-
bio. 14. dicitur: In corde prudētis requiescet
sapiētia: & indoctos quosque erudiet. *Quē
constituit Dominus, Alia conditio est, vt non
assumat sibi honorē, nisi vocatus à Domino
tanquam Aaron, vt dicitur Hebr. 5. ita quod
non munus, non sanguis, non faustus secularis
hoc munus surripiat: sed electio & voca-
tio Dei, qui non est acceptor personarū, su-
per familiā suā. Ecce gradus regiminis, super
alios constitui, secundum illud Hier. 1. Ecce
constitui te super Gētes, & super regna. Et
Psal. 44. Constitues eos Principes super om-
nem terrā. Sic Exod. 18. præcepit est Moy-
si, vt constitueret Tribunos & Centuriones,
Decanos, & Quinquagenarios. Hi enim sig-
nificabant gradus Hierarchicos, qui in Eccle-
sia deberent esse. Vnde Act. 12. dixit Paulus:
Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo cõ-
stituit vos Spiritus sanctus Rectores, & Epif-
copos regere Ecclesiam, quā adquisiuit san-
guine suo. Et ad quid cõstituet eos? Vt det
illis cibum in tempore. De vtroque cibo loquitur,
tam corporis, quā animę. Ad vtrumque
enim tenetur prælatus in tēpore suo, vt det
eis cibū cuique necessarium, non flagellum. *In
tempore.* Hoc est, iuxta diuersitatem tempo-
rū cibare illos, hyeme, æstate, vespere, & ma-
nē. Sed quantū ad intētum sensum; est pas-
cere animas temporibus quibus oportet: vt
nullo vnquā tempore quando opus est omit-
tat prælatus dare cibū indigentibus anima-
bus. Nā cuique negotio tēpus est, & opportu-
nitas, vt ait Sapiens. Isocrates ad Demonicū
scribit, in iocundū in omni re esse, quidquid
intempestiuū sit: Adeo in cunctis negotijs
plurimū habet momētū tēporis, & opportu-
nitatis obseruatio. Heliodus Poëta anti-
quus dixit,*

*Obseruato modū, nam rebus in omnibus illud
Optimum erit, si quis tempus speclauerit aprū.
Tātā vim habet oportunitas, vt in aggrediē-
do conficiendoque negotio præcipuū habeat
momentū. Quare veteres eam deū fecerunt.
Nā & Eccl. 20. dicitur: Ex ore stulti repreba-
bitur parabola, quia non dicit illa in tēpore
suo. Cibū autē dicit verbi, ex ep̄li, & tēporalis
subsi-*

Philipp. 2.

Prouer. 14.

Hebr. 5.

Hierem. 1.

Psal. 44.

Exod. 18.

Act. 12.

Eccle. 8.

Isocrates.

Heliodus.

Eccle. 20.

subsidij. Nam vt ait Ambrosius. Ad hoc au-
rū habet Ecclesia, vt distribuatur pauperibus.
Et hic triplex eibus significatur in illis tri-
bus vicibus, quibus dixit Dominus Petro.
Pascē, pascē, pascē. Hic itaque erit sensus. Quis
putas idoneitatis dignitate, est fidelis in in-
tentione seruus, humilitatis affectione, &
prudens in officij exequutione, quem cõsti-
tuit Dominus, in officij susceptione, super fa-
miliam suam, in gubernationis mansuetudi-
ne. Non quasi dominantes in clero: sed for-
ma facti gregis ex animo. Sic enim & Assue-
rus Rex subditis suis scripsit dicens. Volui
nequaquam abuti potestatis magnitudine:
sed in mansuetudine gubernare subiectos.
Vt det illis cibum in tempore? Temporalis sub-
sidio, & exemplo, & prædicatione. *Beatus il-
le seruus, quem cum venerit Dominus eius inue-
nerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam
super omnia bona sua constituet eum. Ille seruus
Dei feliciter gaudebit, qui vsq; in finē per-
seuerauerit sic faciens, siue ex improuiso ve-
nerit, siue tardē. Quare hæc dicta etiam ad
diuites applicari possunt. Nam scriptum est
ad Galat. 6. Dum tempus habemus opere-
mur bonum ad omnes: maxime autē ad do-
mesticos fidei. Et Eccles. 9. Quodcunq; po-
terit manus tua instanter operare, &c. *Super
omnia bona sua constituet eum.* Nam beatitudo
est status omnium bonorum aggregatione
perfectus. Et hæc est aureola, quę imponitur
capiti bonorum seruorum, iuxta illud Eccle-
siast. 45. Corona aurea super caput eius ex-
pressa signo sanctitatis. Et Prouer. 8. Beatus
qui audit me, & vigilat ad fores meas quoti-
die; & obseruat ad postes ostij mei.*

Super omnia bona sua constituet eum. In hoc
non solum significatur præmium essentielle
quod nomine beatitudinis est expressum,
verum etiam præmium accidentale, quod
debetur officio, hoc est, aureola, secundum
illud. 1. Tim. 5. Qui præfunt benè presbite-
ri, duplici honore digni habeantur, maxime
qui laborant in verbo. Hoc enim est consti-
tuere eum super omnia bona sua, hoc est, glo-
riari, non solum de suo bono, sed & de bono
torius familiæ Dei, quam optimè governa-
uit, iuxta illam sententiam Daniel. cap. 12.
Qui docti fuerint fulgebunt sicut stellæ fir-
mamenti; & qui ad iustitiam erudiunt pluri-
mos, quasi stellę in perpetuas æternitates. *Si
autem dixerit malus seruus ille in corde suo. Mo-
ram facit Dominus meus venire, & caprit per-
cutere seruos suos, manducet autem, & bibat
eum ebrius.*

Ambros.

Ioan. 21.

1. Pet. 5.

2. Thim. 13.

Galat. 6.

Eccles. 9.

Eccles. 45.

Prou. 8.

1. Tim. 5.

Dan. 12.

Hic ponuntur vitia malorum prælatorū.
Tarditas diuini iudicij est istis ratio peccan-
di. Et verè estimatur tardum iudicium: quia
non nisi post hanc vitam apparet. Hinc Sa-
piens dicit. Quia nō profertur citò cõtra ma-
los sententia: idē filij hominum absq; timo-
re vllō perpetrant malum. Sed alibi dicit Sa-
piēs. Ne dicas. Peccaui. Et quid accidit mi-
hi tristes? Altissimus enim est patiens reddi-
tor. Vel hoc quod dicit, Morā facit Domi-
nus meus venire, intelligatur, quia promittit
sibi longam vitam, & euadere iudicium: cõ-
tra quod dicitur. 2. Machab. 8. Noli fru-
strā extolli vana spe: quia non effugies iudi-
cium Dei. *Et caprit percutere seruos suos.*
In hoc comprehendit peccata contra proximo-
s, cõtra quos Ecclesiast. 4. dicitur. Noli
esse quasi leo in domo tua euertens domelli-
cos tuos, & opprimens subiectos tuos. *Man-
ducet autem & bibat cum ebrius.* Hic inclu-
duntur peccata contra se ipsum, in tempera-
tē bibendo. Ebrius autem dicitur, qui excedit
briantem, hoc est, mensuram potus. Nā
brians, ait hic Albertus, est cyphus sobrio
proportionat. Et hi sunt prælati qui de sub-
ditis non quarunt nisi voluptatem suam: de
quibus dicitur Ecclesi. 25. Vx terra, cuius
Rex puer est, & cuius Principes manē come-
dunt ad ebrietatem. Et Ecclesi. 38. Propter
crapulam multi deliquerunt. Et Rom. 13. Nō
in comestationibus, & ebrietatibus. *Veniet
Dominus serui illius in die qua non sperat, &
hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius
pascet cum hypocritis, ibi erit fetus, & stridor
dentium.* Diuidet eum, id est, in duas partes
secabit eum. Hic per diuisionem seu sectio-
nem mortem significat hominis, ad differen-
tiam aliorum animalium. Mors enim homi-
num est separatio partium remanentium,
spiritus, scilicet, immortalis, & materiæ.
Mors verò aliorum est etiam animę extin-
ctio. Ex quo apparet, quod Iesus his verbis
trāstulit sermonem ab aduentu suo ad iudi-
cium vniuersale, ad mortem cuiuscunq; &
iudicium eius particulare: quoniam quan-
tum ad incertitudinē, tam incerta est hora
mortis cuiuscunq; sicut dies iudicij, & idē idē
nobis periculum inest: & quia qualis vnus
quilibet in hoc singulari iudicio iudicabi-
tur, talis in vniuersali iudicio comparebit.
Nam vt ait August. ad Helychium, tunc vni-
cuique veniet dies ille, cū venerit dies, vt ta-
lis hinc exeat qualis iudicandus est illo die.
Vel sic, Diuidet eum, nemp̄ malum præla-
tum: quia ex duobus componitur, ex agni
vellere,

Eccles. 8.

Eccles. 5.

2. Mac. 8.

Eccles. 4.

Albertus

Eccles. 20

Eccles. 38.

Rom. 13.

August.



vellere, & ex lupi rapacitate. Agni enim vel
 lus est extra, in vice Christi quam obtinet:
 lupi malitia est intus in opere quod exhibet,
 & hæc duo diuidentur: nam malitia lupi exuretur,
 & vellus agni liberabitur. Persona quippe
 punietur, munus tamē eius semper sanctum
 erit. Quæ enim cōuentio Christi ad Belsai? Aut
 quæ pars fidelis cum infidelis. Et Osee. 10.
 Diuisum est cor eorū, nūc interibunt. Et hoc
 est, quod dicitur Daniel. 5. Mane, Tethel,
 Phares. Hoc est, numeratum, appensum,
 diuisum. Regnum enim talis prælati numeratur,
 vt numerus poenarū sit secundum numerum
 peccatorum. Et appenditur, vt quantitas
 poenarum sit secundum quantitatem circumstantiarum,
 & præcipue intentionis. Et diuiditur ab eo,
 & locus liber datur meliori. Partemq; eius ponet
 cum hypocritis. Ea quæ in mundo sunt
 diuiduntur, & vni cuiq; datur sua portio;
 sic in alia vita pars mali prælati, diuisi-
 tur æternitas suppliciorū cū hypocritis.
 Verē enim hypocritæ sunt mali prælati,
 statum profitentes sanctum, & facta
 exercentes iniqua: dum prætextu sanctitatis
 velare impunitate saltē volūt iniquitates
 suas. Vel quia aliud sunt extra, aliud in
 tra. Extra enim obtinent Christi locū, & in-
 tra exhibet Pilati, vel Luciferi actū. De qui
 bus dicitur Psal. 62. Partes vulpiū erunt. Et
 Hier. 13. Disseminabo eā quasi stipulā quæ
 vento rapitur in deserto, hæc est pars tua,
 parsq; mēdretur. Esai. 17. Rapietur sicut
 puluis montium a facie venti, & sicut turbo
 coram tempestate. Hæc est pars eorum qui
 vastauerunt nos. Iob. 20. Deorabit eos ignis
 qui non succenditur, affligetur relictus in
 tabernaculo suo, detrahetur in ira furoris
 Domini: hæc est pars hominis impij. Ibi erit
 fletus, & stridor dentium. Circumloquitur
 inferni poenas, erit enim priuatio beatitudinis
 cum in eo prehensibilem cruciatum perpessio-
 ne, & inquietudine conscientie supra omnē
 modum magna. Vel fletus propter fumum
 incendij qui solet exprimere lacrymas, licet
 tunc talis resolutio fortē non erit: & stridor
 dentium propter frigus, sicut Iob. 24. dicitur.
 Ad nimium calorem transibunt ab aquis
 nimium: sed hoc iam supra exposuimus.

2. Cor. 6. Daniel. 5.

Psal. 62. Iob. 24. Hierem. 13.

Esai. 17.

Iob. 20.

Moralitas seu cōcio.

Ideo & vos estote parati: quia nescitis quæ
 hora filius hominis venturus sit. Quod Dominus
 præcipue in hac doctrina intendit, est
 homines præparare ad mortem. Nihil enim
 nobis vtilius contingere potest, quam quod
 mors nos non incautos sed præparatos in-

ueniat. Nihil nāq; tibi proderit rectē ince-
 pisse vitam hanc, si eam non recte finieris.
 Nam principium ad finem dirigitur: quod
 si finis malus fuerit, nihil tibi proderit boni-
 tas principij. In cuius signum præcipiebat
 Dominus, quod in fimbria sacerdotalis vestis
 malogranata aurea, & cymbala argentea
 ponerentur. Ora vel fimbria, quæ extre-
 mum vestis est, significat extremitatem, &
 finem huius vite: campanulæ quæ sonitum
 tristem reddunt, poenam: malogranata quæ
 coronam habent, præmium significant. Ad
 insinuandum quod in vitæ nostræ extremis
 præmium, & poena reperiantur. Nam in fine
 vite punitur malus, & præmiatur bonus: ibi
 felicitas, vel damnatio hominis sita est.
 Hoc differt hæc vita præsens ab illa quam
 expectamus: quoniam totum bonum futuræ
 vite consistit in hoc quod est rectē illam in-
 cipere: nam si recto pede in illam ingrediaris,
 hoc factis in æternum erit tibi. Præsentis
 vitæ bonum e contra consistit in rectē finie-
 do illam: si enim benē vitam hanc egrediaris,
 & finieris illam iuste: hoc tibi sufficiet
 perenniter. Nam Dominus seruo fideli dicit:
 Intra in gaudium Domini tui. Quoniam totum
 præmium iusti in hoc consistit, ingredi
 di semel in gaudium Dei cui seruauit. Nam
 si ibi posuit semel pedes, nullum malū aliud
 timere poterit. Et nobis dixit supra cap. 5.
 Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam
 Phariseorum, & Scribarum, non intrabitis
 in Regnum cælorum. Hoc est, nullum habe-
 bitis bonum, eo quod vniuersum bonum ve-
 strum in hoc situm est, quod est ingredi in
 Regnum Dei. Itaque bonum alterius vite
 consistit in rectē incipiendo, huius autem in
 rectē finiendo: ne multum bonis fidas prin-
 cipijs; nam qui perseuerauerit vsq; in finem,
 solus hic saluus erit. Nunquid nauim dum
 in medijs fluctibus vadit securam dices? Nō
 utiq; donec ad portū veniat, multis quippe
 periculis interim subiecta est. Poterit enim
 impetu fluctuum, aut ventorū in rupim of-
 fendere, & cōfringi: vel in arenam sistere,
 vel tumentibus fluctibus submergi. Opor-
 tet nauclerum vigilantem semper esse, ac
 prouidum, nec gubernacula vnquam ē manu
 dimittere, ne & ipse simul cum nauis pe-
 reat. Sic oportet vigilantem semper rationem
 gerere, quæ Naucleri vices in homine agit,
 & gubernacula legis Dei semper in manu
 habere vsq; in finem vite, ne corpus, &
 anima simul in profundum pereat. In cuius
 signum, & caudam animalis in sacrificio

Exod. 28.

Matth. 24.

Matth. 5.

Matth. 24.

simile.

petit

Gen. 37.

simile.

Iob. 7.

Prou. 21.

Iob. 39.

Matth. 14.

Hieron.

petit Dominus: quoniam extrema vitæ præ-
 cipue debemus Deo immolare. Tunica po-
 limica diuersorum colorum quam habebat
 Ioseph, vsq; ad talos extendebatur: quoniam
 vestis diuersarum virtutum qua indui debet
 fidelis, vsq; in finem vite pertingere debet.
 In prælijs quæ homines inter se gerūt in hac
 vita, quidquid agunt ad vltimum cōgressum
 dirigunt, in quo pleno agmine vterq; exer-
 citus dimicare debet: quoniam ibi res tota
 finitur, & qui ex illo victor euaserit palmā
 portabit, namq; cætera omnia quasi prælu-
 dia quedam sunt ad hostium confringendas
 vires, vt in vltimo conflictu imbecilliores fa-
 cti alijs cedant. Sic dæmonum prælia quæ
 nobis in hac vita mouent, præludia sunt il-
 lius vltimi conflictus, in quo nos totis viri-
 bus adorientur, vt si in priuatis prælijs supe-
 riores euaserint, in illo vltimo, & ipsi secu-
 riores manus nobiscum conferent, & nos af-
 fueti illis cedere minus resistere valeamus.
 Quare rectē Iob dixit militiam esse vitam
 hominis super terram: quoniam semper ad-
 uersus hunc hostem dimicare debemus, &
 dum viuimus semper superiores euadere, vt
 ipse in illa hora timidus factus a nobis fu-
 giat. Tota ergo vita præparatio quedam de-
 bet esse ad mortem. Sic enim, & Prouer. 21.
 dicitur. Eques præparatur ad diē belli, Do-
 minus autem salutem tribuit. Si enim tu te
 tanquā eques bellator præparaueris ad diē
 illum belli, Dominus tibi salutem præstabit.
 Et de equo dicit, Iob. 39. Procul odoratur
 bellum, exhortationem ducum, & vlulātū
 exercitus. Nam sicut equus id natura docē-
 te intelligit; multo melius homo Christianus,
 Deo demonstraute, debet a longē odorare
 bellum istud: multo tempore antequā mors
 adueniat, iam ipse debet esse præparatus, &
 habere in mente exercitus, quos tunc coget
 diabolus cōtra eum, & quos vlulatus dabūt
 vt illum exterreat, & in desperationem in-
 ducant. Quapropter exhortationem ducū,
 hoc est, prædicatorum qui sunt duces verbi,
 vt dicitur Actor. 14. debet dum viuūt audi-
 re, & alta mēte reponere. Nam & subditur.
 Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit ha-
 sta, & clypeus in occursum pergit armatis.
 Nam semper videtur habere presentes iētus
 ac misilia hostium, & sagittas quibus illum
 configere niuntur. Iam videtur auribus suis
 sonare lancearum iētus, & contractionem
 hastarum, gladiatorum, ac scutorum strepitū,
 scolpetarum horribilem sonitum. Sic enim
 de D. Hieronymo legitur, quod siue come-

dens siue bibens, semper videbatur sibi clan-
 gorē tubæ sonātis audire, qua dicebatur: Sur-
 gite mortui, venite ad iudiciū. Hoc ergo nos
 docet hic Dominus, vt semper ad mortem
 præparati simus. Et sic apud Luc. cap. 12. di-
 cit. Beati sunt serui illi, quos cū venerit
 Dominus inuenerit vigilantes, per recorda-
 tionem iudicij, & præparationem ad illud.
 Semper enim hæc cura nos angere debet.
 Nam & ait. Et si venerit in secunda vigilia,
 & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, bea-
 ti sunt serui illi. Hoc est, si in omni ætate, &
 omni tempore paratus fuerit. Nam per has
 tres vigilias tres hominis ætates intelliguntur,
 nempe pueritia, iuuentus atq; senectus,
 quamuis hic de prima ætate, hoc est, de pue-
 ritia nullam faciat mentionem Dominus.
 Nam cū tunc nondum peccatum inuase-
 rit hominem, quia nec rationis vsus ad com-
 mittendum illud adest, non est tanta præpa-
 ratio necessaria. Quamuis hac nostra tem-
 pestate (proh dolor) sic malitia præualeat, vt
 ipsos etiā puerulos inuaserit, & maiora pec-
 cata puer decem, vel vndecim annorum per-
 petretur, quam olim homo qui iam vigeti-
 mum annum expleuerat. Et hoc propter pa-
 rentum incuriam, qui eos non solum nō do-
 cent bona, quinimo & suo malo exemplo il-
 los multa peccata ostendunt. Vix loqui scit
 puerulus, & iam iurare nouit: quia parentes
 suos audit passim peierantes, nec illum quia
 iurat corrigunt. Quid faciet puella, quæ ma-
 trem suam iam annosam videt colere facie,
 & capillos christas eleuare, nisi idem ip-
 sa facere? Et si leuia, & amatoria verba au-
 dit a matre, vel quod aures præbet ad illa,
 nisi eadē ipsa loqui, & appetere audire? Ceterum
 quoniam regulariter in pueritia non
 solent esse peccata, sufficit baptismus pro
 præparatione ad mortem. In secunda autē,
 & tertia ætate, hoc est, in iuuetute, & sene-
 ctute, necessaria maximē est hæc præpara-
 tio. Non multum fidat teneri ætati iuuenis;
 aut senex putet se plus posse viuere: quoniam
 veniet Dominus eius in die quo non sperat,
 & hora qua ignorat, & diuidet eum, & po-
 net partem eius cum hypocritis. Et custodia
 in nocte quæ pro nihilo habentur eorum
 anni erunt (ait Psalmista) hoc est, quod anni
 nostri, qui pro nihilo habentur, sunt sicut
 custodia in nocte. Nam in ciuitatibus quæ
 vicinæ sunt hostibus, custodes ponuntur in
 arcibus, qui diuisi per vigilias noctis semper
 præparati sunt ne hostes eos imparatos ag-
 grediantur. Sic homines qui inter iplos ho-
 stes

Luc. 12.

Psal. 89.

simile.



Res vitam agimus (nam inter daemones, & peccatores, inter morbos, & periculaviuim) oportet per totam vitam custodes, & vigiles habere, ita quod ratio nunquam, nec dormiat, nec dormitet, ne nos mors incautos inuadat. Quare nec iuuenis, nec senex debent otio torpere. Quid securus uiuis, diuuenis quasi mors etat em aut vires attendat. Tam propinquus mortu es, ac senex, imo plus. Na licet propter etatem propinquior habeatur, tu tamen tuis vitijs mortem ad te vocas, & acceleras. Nam gula, ebrietate, ac luxuria naturę vires eneruas, & minuis, pluresque excitas morbos. Deinde noctium pruinas, solis ardores non metuens, plura tibi damna concilias. Non ne experientia videmus adolefcentes multos fortes, sanos, robore præstantes, qui videbantur, vel nunquam morituros, post biduum breui affectos febri decessisse? Item pericula quę temere subeunt, multum eos damnificant. Hos vulnerant, illos contumelijs afficiunt, & des alienas suffodiunt, ascēdunt noctu, ad multa magna pericula temeritate quadā se exponunt; quotidie audimus illum ad ianuas talis domus fuisse occisum, alium flumine natando suffocatum, alium agitādo taurum, alium currendo equum interiisse, denique mortera ipsam ipsi accersunt, vocant, imo trahunt, & accelerant. Vnde eis dici debet illud carmen Virgilij.

Virgilius.

O forma se puer, nimium ne crede colori, Albe ligustra cadūt, vacinia nigra legūtur.

Quod si aliquando respicerent, & in se reuera dicerent, Heu me miserū, si me mors in tot periculis occupasset, quomodo in æternum perissem, nolo iterum me in tantis periculis ponere, sed ab eis totis viribus auferere. Vnde & Sapiens Eccles. 7. dicit. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hoc est, considera mortem propediem venturam, & hæc consideratio te a peccatis auertet. Vel sic, considera fines peccatorum, hoc est, quem finem habuit ille qui libidinibus vacabat, quomodo foedis oppressus morbis in hospitali quodam interiit, & alter aleis patrimonium consumpsit, & se in summam pauperiem redactum sentit. Alius cum alio rixans percussus interiit. Considera ergo hos fines peccatorum, & in æternum non peccabis. Hinc Paulus aiebat. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? Idem poteris dicere de puella, quę cultui faciei suę mulum attendit. Si videat alias mulieres,

Rom. 6.

quę sedæ ex pulcherrimis factæ sunt, putridos dentes, faciem rugis contractam habentes, & videntes hos fructus ex illo inani labore succrescere, forsan dimittent illum. Nam si hunc finem mea cura debet habere, vt quid tantū temporis in illa impendo? Iezabel illa Regina Israël, vxor Regis Achab pulchra, & profana mulier, quę se stibio, ac fucis alijs depingebat; & tamen hunc habuit exitum. Præcipitata est ex fenestra domus suę ad quam facie fucata se visendam posuerat, & canes carnes eius comederunt relicta caluarie, & extremitatibus manuum ac pedum. Et omnes quotquot viam illam pertransibant admirantes dicebant. Hęc est illa Iezabel? Sic erit de qualibet muliere quantumuis pulchra, & de quocunq; iuvene, quantumuis specioso, ac forti. Quod etiam Absalonis speciosissimi iuuenis exitus demonstrat, qui cum se liberatum vidisset a scelere quod primò comissit occidendo fratrem suum, in occupando Regnum patris sui animam induxit: existimans sicut a primo peccato, sic ab hoc maiori posse liberari. Et tamen tribus lanceis perfossus suspensus capillis suis (quos aureos quasi radios solis habebat) è quercu vitam finiuit. Sic & tu adolefscens insane cōsidera, quod si de vno periculo ereptus es, ne putes aliud te euasurum, sed ab eo quod in te pulchritudine iactabat, & ideò mulierosus erat, scabie putrida consumptus est. Alius qui se fortem esse existimabat nullumque metuebat, & ab hoc duello, & ab illo victor euasit, tandem cum alio dimicans occisus est. Ex eo quod in se pulchrius erat velut alter Absalon suspensus est. Memorare ergo nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ij autem qui tertiam custodiunt vigiliam sunt senes, qui similiter ad id tenentur, nec quia mors illis differtur obliuioni tradere illam, ne illis cōtingat quod hic dicit Dominus de seruo qui secum dicit, quod facit moram dominus eius, & ideò percutit alios, & inebriatur. Veniet enim dñs eius extemplo, & vindictam exercebit in illo. Magnū quippè malū erit, vt senex cui ex misericordia Dei differtur mors, vt locus illi penitentię relinquatur, in iuuentutis iterū vitia declinet. Hinc Dñs dicit hic. Illud autē scitote, quonia si sciret pater familias, quahora fur venturus esset, vigilarer, vtique, & non sineret perfodi domu suam. Quis tā iners esset cultos domus suę, vt si certò sciret furem tali hora venturum, somnum

4. Reg. 9.

2. Reg. 18.

simile.

num

num securus torperet, aut sterneret vsque ad illam horam, & tunc lentè surgat à lecto, & induatur, & armis muniatur? Vt verbi gratia si sciret quod hora duodecima noctis deberet venire fur, quandò illa hora sonabat horologium, tunc paulisper surgeret, & arma caperet. Duabus antea horis se prępararet certè, nisi omnino esset insanus. Quod si certò sciret venturum esse furem, non tamen horam qua deberet venire; tota die, & nocte in custodia esset, ne illum imparatum inteneret, & domum suam diriperet. O viri Christiani, quia nihil certius morte (vt ait Hieronymus) nihil incertius die mortis. Nō datur nobis locus segnitiei aut socordię, sed semper vigilantes oportet esse, ne nos dies illa improuisos inuadat. Si inimicus tuus sic tibi minaretur. In tali loco, & tali hora te expecto, vt ibi mecum singulare certamen inuas: sufficeret quidem tibi tunc temporis vsq; ad illam horam quiescere, & vsq; ad illum locum imparatus esse, & tunc in loco certaminis videns inimicum te expectantē euaginare gladium, & pallio brachiū inuoluere, & sic inire certamen cum illo. Tamē si sic dixisset tibi. Obseruame, nam vbi cūque te inuenero, quocunq; loco, & quocūque tempore te certè totis meis viribus inuadam. Iam tunc nullum tibi quietis datur tempus, aut locus, sed semper armatus debes incedere, tentans ense an leui motu euaginari valeret, & quemcunq; a longe videres deberes existimare esse inimicum tuum, qui ad te occidendum venit. O homines Christiani, considerate obsecro, quod Deus nobis mortem minatur, & ad illā prouocat, atq; lacepsit. Statutum quippè est omnibus hominibus semel mori. Et tamen nec locum nobis, nec tempus signauit, sed cum id minus sperabamus tūc mors in ianuis est. Ideò oportet nos semper paratos esse, timentes, ac pauidos talem inimicum præstolātes, atq; in quacunq; occasione, vel minima illam timeamus quasi presentem: ne vnquam nos imparatos inueniat, nec in iuuetute, nec in senectute. In cuius signum olim præcipiebat Deus, vt vesperè, & manè offerretur ei sacrificium, hoc est, tam iniuuentute, quā in senectute, quę per vesperè designatur, quādò sol ad Occasum pergit, oportet Deum per sacrificia placatum habere: quonia nescis quo tempore Dominus te vocabit. Quandò Deus condidit mundum & tempora, ait diuina Scriptura, quod factum est vespere, & manè dies vnus. Quoniam sic debes tu homo

simile.

Heb. 9.

Exod. 29.

facere, & diem natiuitatis cum die mortis iungere, quasi vnus sit vtriusq; dies. Sæpè enim contingit, vt reuera idem sit dies natiuitatis cum die mortis hominis; sic & tu manè cum vespere iunge, & existima quod dies hic qui hodie tibi cum sole oritur, erit dies quo vita tua simul cū sole ad Occasum perget. Si quis daret tibi centum panes, vnū per singulos dies, si scires quod in vno illorum panum est venenum absconditum, nescires tamen in quo, quā pauidus esses ad sumendum quemlibet panem, timēs ne forte in illo esset venenum quo infici deberes. Sic dedit tibi Deus hos dies in quibus viuis, sed in vno illorum latet mortis venenum; quemlibet illorum magno cum timore debes trāsfigere: ne forte ille sit dies, quo mors tibi propinanda esset. Sicut quando Rex Salomon dixit ad Semei: In quacunq; die transieris Cedron, scias te interficiendum: semper timeret illum diem, quo deberet torrem illum trāsfire: quoniam ille deberet esse vltimus vita suę. Sic cum nescias quo die debes bibere talem potum, aut comedere talem cibum, ex quibus mors tibi aduentura est, vel morbus quo pereas generandus: semper te talis timor anxium deberet tenere. Vnde quidam vir sanctus, quotiescunq; audiebat horologium sonans, considerabat se iam habere vnā horam minus ex vita sua. Ne putes quia ex hoc periculo, aut infirmitate euasisti, quod iā securus sis, alia quippè, & alia te inuadet: & tandem in vna illarum moriturus es. Si campum quandam ingressus fueris, in cuius introitu essent leones, & post illos serpentes, & basilisci, & statim aqua profunda, post illam ignis inflammans omnes: nunquid si leones euasisti, existimares iam te esse ab omni periculo tutū? Nequaquam certè: adhuc enim basilisci tibi supersunt, quos si euaseris, inuenies aquam quę te suffocabit; a qua si liberatus fueris, cū igne offendes, qui te comburet. Sic quia liberatus es dolore lateris, nunquid iam securus eris? Nequaquam: Nam ex febre capitali interibis, vel ex febre ardenti. Quod si morbos omnes euasisti, aqua te suffocabit, vel ignis te comburet, aut leo, vel taurus te dilacerabunt, vel alia multa pericula quę in vita miseris mortalibus contingunt. Vnde Amos. 5. dicitur. Dies Domini tenebrę, & non lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis; & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietē, & mordeat eum coluber. Dicitur autē dies Domini

simile.

2. Reg. 2.

simile.

Amos. 5.

Domini tenebrae, & non lux: quoniam illud non possumus videre quando veniat ad vocandum nos, si ex hac infirmitate, vel ex illa, in hoc die, vel alio. Sententiam capituli tulit Deus contra hominem cum dixit, In quacumque die comederis ex hac arbore, morte morieris: & omnes creaturas fecit carnifices, & ex equitibus huius sententiae. Nam aeternis malis humoribus nos inficit, terra nos deuorat, aqua suffocat, ignis consumit, animalia corripit, & brachijs nos petunt: denique omnia creata aduersus hominem belligerare videntur, secundum illam Sapientis sententiam. Armavit creaturam in ultionem inimicorum. Sicut apud Veneros in usu est, ut cum quis hostis Reipublicae declaratur, omnibus ciuibus sit copia, ut illum vbicunq; offenderint occidant. Recte ergo Dominus nos hic admonet dicens. Vigilate ergo, & estote parati quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Audi quid Paulus dicat. Dies ille sicut fur in nocte veniet. Quid hoc est dictum diem in nocte venire? Verum vult dicere Paulus, quod dies ille erit dies quia manifestabit abscondita tenebrarum, & illuminabit consilia cordium. Veniet autem in nocte: quoniam non videbimus illum, sed veniet quando de illo minus cogitabimus venturum. Cum enim dixerint, Pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, ait Dominus, Vos autem fratres (subinfere Paulus) non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Hoc est, vos filij lucis estis, & sicut Virgines prudentes lampades, accensas in manibus portatis: ut etiam si media nocte veniat Sponsus illum videatis venire. Quoniam non posuit nos Deus in ira, sed in acquisitionem salutis. De electis loquitur, quibus Deus lucem praestat, ne in tenebris illos dies illa tanquam fur comprehendat. Ecce quid in tota hac doctrina nos doceat Christus, quam si amplexi fuerimus, beati in sempiternum erimus.

Cap. XXV.



INC simile erit Regnum caelorum decem virginibus, quae accipietes lampades suas exierunt obviam Sponso, & sponsa. Quinq; autem ex eis erant fatuae, & quinq; prudentes. Sed quinq;

Sap. 5. simile.

1. Thes. 5.

1. Cor. 4.

1. Thes. 4.

Ibidem.

fatuae acceptis lampadibus, non sumserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes Virgines illae, & ornauerunt lampades suas. Fatuae autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat vobis & nobis, ite potius advenientes, & emite vobis. Dum autem irent emittente venit sponsus, & quae paratae erant intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimae vero veniunt & reliquae Virgines dicentes. Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam qua filius hominis veniat.

Primum communi quadam interpretatione sensum huius parabolae explicabimus: doctorem quendam non parum auctoritatis imitantes. Deinde eo modo quo in concionibus ad populum proponitur, eam iterum interpretabimur.

Decem ille Virgines, vniuersitas est fidelium, qui ratione fidei, & rectitudinis eius Virgines merentur appellari, cum infideles quatenus, nec in Deum credunt, rectus meretrices, vel fornicatrices, aut adulterae mereantur nuncupari. Et conuenit recte vniuersitati denarius numerus omnino perfectus, in quo omnes numeri simplices comprehenduntur, qui & alias frequenter vniuersitatem, vel perfectionem designat, ut in Apocalypsi. Sustinebis tribulationem diebus decem. Id est, omnibus diebus usque ad mortem. Qua etiam ratione decalogo praecepta sua completi voluit Dominus.

Harum autem Virginum non omnes sunt prudentes, sed cum quinq; prudentibus sunt etiam quinq; fatuae: quia in Ecclesia fideles aliqui boni sunt, & sapientes: aliqui mali, & insipientes. Habent omnes Virgines lampades, sed in oleo est differentia inter sapientes, & fatuas: quia in Ecclesia omnes fideles similiter fidem habent quasi lampadem, quae admodum & ore consistuntur se nosse Deum, sed in operibus est differentia. Quia enim fidem habent otiosam, sine operibus Deo gratis, & hi sunt insipientes: quoniam id quod fides requirit negligunt, & lampadem otiosam tenent. Alij vero fidem habent per dilectionem operantem opera bona, & Deo grata, quemadmodum Apostolus ait, fidem per

Apo. 2.

Galat. 5.

simile.

simile.

Ioan. 5.

Matth. 6.

per dilectionem operantem esse illam, quae hominem gratum faciat Deo. Haec opera bona sic per dilectionem facta, hoc sunt fidei, quod oleum lampadi. Quemadmodum enim non illuminat domum lampas, nisi oleum in se continet: sic non illuminat domum cordis fides mortua, cui non sunt adiuncta opera ex dilectione procedentia. Vel aliter, lampades sunt ipsa externa opera, quae fideles in Ecclesia passim, omnes boni atque mali cernuntur habere (nam quod ad externa attingit, plerumque mali, & in nouissimo die damandi videtur similes iustis) oleum vero est, vel ipsa charitas, vel recta intentio, quae ex charitate procedit, & directio ad Deum in omnibus externis operibus. Quemadmodum enim oleum infusum lampadi facit ipsam ardere, & lucere: sic ipsa charitas, & ea quae a charitate procedit intentio, & directio ad Deum, externa nostra opera facit lucentia, & ardentia, ut sint grata Deo; facitque nos in operibus nostris lucere, & ardere, quomodo de Ioanne, ait Dominus. Hoc oleum habent sapientes, fatuae non habent: quoniam inter fideles quidam solum externis fidentes operibus, non curant opera sua ad Deum dirigere, sicut in tenebris semper ambulant defectu olei, quantumuis lampades gestent in manibus. Alij vero iuxta Apostoli verbum in fide sua per dilectionem operantur, & siue comedunt, siue bibunt, siue quid aliud faciunt in gloria Dei faciunt. Cauentes (iuxta Salvatoris consilium) ne opera sua faciant coram hominibus, ut videantur ab eis: sed coram Deo omnia faciunt, qui videt in abscondito, ut ipsi placeant, & ab eo mercedem accipiant. Omnes vero istae Virgines fatuae, quae atque prudentes Sponso pergunt obviam: quoniam fideles omnes, & boni, & mali dicunt se Christi aduentum expectare, & ad iudicium, ut aiunt, se preparant, & ad caelestia gaudia in eius aduentu suscipiendo omnes aspirant. Sicut fide, ita & spe mortua, quae absque debitis ad finem tendit medijs. Hoc oleum signanter dicuntur sapientes in vasis suis accepisse secum, non tantum in lampadibus: quoniam charitas, atque quae ex ipsa venit directio bona in corde est habenda, & a corde debet in externa opera effundi, quemadmodum oleum in vasculo illo effunditur opporuno tempore in lampadem. Tardat Sponsus aduenire: quoniam iudicij die Christus Dominus tardat, ut impleatur electorum numerus, & longè vitra quam credebatur longius differtur. Sic enim Apostoli atque

ipse Christus loqui videbantur, quasi si iam iam de proximo instaret dies ille iudicij, dicente Domino. Vigilate quia nescitis diem neque horam, dicente Ioanne, Filioli iam nouissima hora est, dicente Paulo: Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Et iterum, praeterit figura huius mundi, dicente Petro, Omnium finis appropinquauit, & alia huiusmodi: cum tamen ad nostra usque tempora ad plurimos annorum centenarios dies ille sit dilatus, neque adhuc videatur propinqua consumatio seculi. Tardante autem sic Sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt tam prudentes quam fatuae: quia dum differtur dies iudicij, omnes moriuntur, tam boni quam mali, & mortem corporis nemo potest euadere: quoniam secundum corpus vnus est omnium interitus (ut ait Sapiens) Sicut moritur stultus, sic & sapiens, & est vtriusque equa conditio. Dormitatio praecedit dormitionem: quoniam per dormitionem, ad dormitionem, & somnum perfectum pertingitur: propter quod per dormitionem intelligi potest defectus ille, quo homo ante mortem incipit deficere, atque ad mortem tendere priusquam mors adueniat, quemadmodum senibus potissimum videmus accidere: per dormitionem vero ipsam mortis dormitionem. Media nocte aduenit Sponsus diu expectatus: quia die, & hora quam nemo nouit nisi Deus, subito veniet ad iudicium Christus, quando minus eum praestolabantur homines; sicut fur in nocte ad furandum venit hora qua minime suspicatur paterfamilias: ita & ipse ad iudicandum adueniet. Clamor autem factus est, Ecce Sponsus venit, exite obviam ei. Atque hic clamor ab eis fiet qui cum Sponso venient, & ab eo missi erunt: quoniam mittet adueniens filius hominis cum tuba, & voce magna, ut dicat, Surgite mortui, venite ad iudicium. Ecce adest iudex, surgite depulserite mortui, & venite ad iudicium. Tunc surgent omnes illae Virgines: quoniam aequae boni atque mali, omnes surgent a somno mortis corporalis, & viui resuscitabuntur in corporibus suis euigilantes. Virgines statim lampades suas parare incipient: quoniam statim ad opera sua in illo die quisque considerationem vertet: quoniam de operibus tunc solum quaestio fiet, reddet enim tunc filius hominis, ut ipse ait, vnicuique secundum opera ipsorum. Quanto do etiam Paulus ait, omnes manifestandos ante tribunal Christi, ut recipiat vnus quisque quae gessit in corpore, siue bonum siue malum.

Matth. 24.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 10.

1. Cor. 7.

1. Pet. 4.

Eccles. 3.

2. Cor. 5.



1. Cor. 4.

lum. Incipient parare lampades. Non quod tunc tempus erit faciendi grata Deo opera prius facta: sed quia conuertet se vnusquisq; tunc ad considerandum conscientiam suam, & opera quae attulerint secum: vt sciant nu dignè possint Sponso occurrere. Statim autem, vt incipiunt parare lampades, aduertit fatuae Virgines sibi deficere oleum: quonia dies illa Domini reuelabit omnia, & illuminabuntur abscondita tenebrarum, & manifestabuntur consilia cordium: & tunc clare videbuntur ij qui tantum in fide otiosa, vel in externis tantum operibus, absq; charitate, & recta intentione habuerunt fiduciam, quod ad occursum iudicis illa non sufficiat. Agnoscentes fatuae suam egestatem, ad sapientes recurrentes postulant sibi comunicari oleum: quia tunc conturbati subito illi qui vanam habuerunt fiduciam, cupiunt in alienis meritis saluari, postquam propria videtur non sufficere. Sapientes Virgines interim non conturbantur, sed cum fiducia praestolantur aduenientem iudicem: quia in testimonium bonae conscientiae letabuntur iusti in operibus, quae ad gloriam Dei fecerunt: scientes quod nunc ille adueniat, qui ea videat quae in occulto fecerunt coram eo, quaeque ex autoritate, & potestate sibi à Patre data pro illis in occulto factis retribuet in propatulum coram omnibus. Sapientum autem responso ad fatuas, qua negant se posse comunicare oleum suum, indicat, quod in illo die nemini prodesse poterunt aliena opera, vel merita: quoniam iudicabitur de singulis secundum opera sua, & recipiet vnusquisque prout ipse gessit in corpore. Nam licet in hac vita prodesse possit proximo opus bonum ab altero factum, vel alterius intercessio ad consequendam, vel impetrandam per ipsum gratiam Dei: in die tamen nouissimo, quando ultra tempus merendi non erit, non potest ex alio aliquo quicquam meriti, vel salutis expectari: tantum ex proprijs operibus quae secum tulit quisque, vel condempnabitur, vel saluabitur. Quod etiam dicunt, Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, iustorum humilitatem insinuat, qua ipsi vix sibi putabant sufficere ad salutem sua merita, rigorousam condignitatem spectando, nec tantum ea faciunt, vt praesumant se etiam alios in suis meritis posse saluare. Quod vero adiciunt, Ite potius ad vendentes, & emite vobis, vel tanquam per ironiam qua digni sunt ij qui sic in rebus necessarijs negligentem egerunt, adiectum accipitur, vel iuxta consue-

tudinem loquendi inter homines, qui cum postulant aliquid quod non habent, sic postulantes solent remittere ad eos qui eiusmodi habere solent, tanquam si dicant, Nequaquam in vobis confidite, nihil est vobis spei à nobis. Ceterum num aliunde vobis parare possitis quod postulatis à nobis, vos videtis. Nobiscum bene agatur, si hoc modicum olei quod nobiscum attulimus nobis suffecerit, vt cum Sponso ingrediamur. Illis sine oleo manentibus, Sponsus cum sapientibus, quae paratas tenebant lampades lucentes atq; ardentes ad domum nuptialis conuiuii ingreditur, illis neglectis, & foras manentibus, quae non habuerunt oleum: quoniam iustis ad coelestem gloriam, cum Deo cui seruiuerunt introeuntibus cum gaudio, iniusti foris manebunt, & à Regno excludentur cum confusione, & perturbatione maxima. Prudentibus cum Sponso ingressis in nuptialem domum, ianua clausa fuisse describitur: quoniam Regni caelorum aditus post nouissimi diei iudicij patebit nemini, quando cum patre familias erunt omnes pueri eius in cubili, & erit impletus numerus electorum, quae tamen ianua vsque ad diem illam clausa non fuit aduentantibus semper nouis hospitibus siue conuiuis, ab Oriente, & Occidente, Aquilone, & Meridie, qui cum Abraham, Isaac, & Iacob coelestibus intus letabuntur cum Sponso. Veniunt fatuae sibi: aperiri postulant, sed repulsam patiuntur tanquam ignote. Quod dicitur ad significandum fuisse irrationabilem, & vanam impiorum fiduciam, quomodo, vel ex fide otiosa, vel ex operibus tantum externis sine charitate, & recta intentione factis sperauerunt adipisci gloriam Regni caelorum. Illa namque postulatio qua dicunt, Domine, Domine aperi nobis, significat vanam talium hominum fiduciam, propter quod dicunt, Domine Domine, tanquam adhuc suam fidem protestantes, aut externa opera. Verum illa responsio, Nescio vos, indicat huiusmodi fidem otiosam, aut vacua charitate opera non esse grata Deo, neque aeternae vitae meritoria. Ex quibus concluditur, semper esse vigilandum omnibus salutem cupientibus, & ita vigilandum quomodo docet parabola, vt nemo sit de sua salute securus, sibi putet omnia salua, si tantum lampadem teneat. Nemo fidat otiosae fidei quam Iacobus mortuam appellat: nemo item operibus fidat externis, quae vt hominibus magnum quid esse videantur, sine interiori charitate, & recta intentione,

1. Cor. 2.

1. Cor. 13.

Moralitas seu cocio.

1. Phes. 2.

1. Tim. 3.

intentione, & si laudem aliquam apud homines mereamur: certe apud Deum nihil sunt, nisi ad hanc charitas, & ex ea procedens recta intentio. Id quod Paulus aperte testatur dicens. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, & cetera quae deinde in charitatis magnificam commendationem annectit.

simile est Regnum caelorum decem virginibus. Status vtriusque Ecclesiae tam militantis quam triumphantis, est honorificus, & grandis auctoritatis: eo quod in illa Ecclesia omnes, in hac militante semper boni, ac studiosi homines erunt. Agnoscat Christianus se inter bonos vitam agere, in quorum societate oportet etiam, & recte viuere. Iam non estis hospites, & aduenae, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. Ac si omnibus Christianis diceret. Videte quomodo facti estis, ciues, & familiares Dei, & sanctorum eius; non vos indignos tali societate vestris pessimis moribus faciatis. Et ideo comparatur Regnum caelorum in hac parabola decem virginibus: quoniam virginum status magna auctoritatis, ac virtutis est in Ecclesia.

Sed pro intelligentia pleniori huius parabola, quae difficilis est, & multa eruditionis, & doctrinae, oportet supponere esse tres hominum differentias in hac Ecclesia militanti (nam haec parabola de solis fidelibus in Christo loquitur qui in Ecclesia sumus.) Alij, qui licet nomine tenus sint Christiani, in vita tamen, & operibus nihil differunt à paganis: ita quippe viuunt, ac si nec fidem, nec ullam Euangelij doctrinam accepissent. Hi sunt illi qui iam hunc mundo fidem dederunt, honoribusque ac voluptatibus sic se copulauerunt, vt omnes cogitatus fines, ac intentiones in eo iam posuerint. Denique hi sunt qui coniugium cum his rebus iniierunt, & ex alia parte sic Dei, ac bonorum caelestium obliui sunt, ac si nullam vquam de eis notitiam accepissent. De quibus Paulus dicit. Spiritus manifeste dicit, quoniam in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa. Et inter alia mala quae inter homines dicit futura, ait. Erunt homines habetes quidem speciem pietatis: virtutem autem eius abnegantes. Apparent enim inter alios fideles, ac si bonorum vitam haberent: cum nihil minus in eorum cogitatione sit. Hi sunt aliqui Christiani, qui ad tam miseram sortem deuenerunt, vt Deo omnino terga iam verterint, illiusque obliui sint, & Deus

Tom. II.

etiam videatur ab eis auertisse faciem, & obliuioni perpetuae tradidisse eos, & à manu sua repulisse, de quibus Psalmista dicit. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Quali iam omnino desperati, & repulsi essent, se se habet Deus cum illis, quia sic sua delicta promeruerunt. Quibus videtur dicere Deus. Discedite à me maledicti, qui operamini iniquitatem. Et de his Euangelium hodiernum non loquitur quoniam tales ferè in eodem habendi sunt gradu quo & pagani, & si fidem habeant, nihil utilitatis capiunt ex ea: sic enim se habent, ac si non haberent illam. Quare de infidelibus dicitur, Qui non credit iam iudicatus est. Nam contra infidelem non est vlla alia probatio necessaria: quia eius infidelitas condemat eum. Haec autem otiositas fidei videtur esse quaedam infidelitatis species: non ergo de his praesens parabola loquitur. Secundum genus hominum qui sunt in Ecclesia, est eorum qui non otiose credunt sed ad utilitatem. Proficiunt quippe in fide, & ea ad opera suae salutis opportune vtuntur. Denique obuiam exeunt Sponso, atque vocationi suae concedunt. Nam primi de quibus statim diximus, neque obuiam veniunt Sponso, neque vocationi eius respondent: sed tantum illi qui vocati ad nuptias neglexerunt, & abierunt, alius in vineam suam, alius in negotiationem suam. Hi autem veniunt ad nuptias, faciemque ad supernaturalia conuertunt, in illisque delectantur quarentes atque procurantes ea. Sed sunt in duplici differentia. Quidam qui sic tepide, ac frigide haec opera faciunt, quod non in veritate, & recto corde ea operantur, id satis sibi esse putantes, si vulgi opinionem aucupentur, nihil de vero testimonio conscientiae curantes: de quibus dicit parabola quod non sumperunt oleum secum. Nihil aliud ferunt nisi lucem illam externam: illam pietatis speciem, inuis autem nihil habent, sed inanes, ac vacui sunt. Confitentur quidem peccata sua, sacrosanctum Eucharistiae sacramentum recipiunt, sed totum hoc frigide sine spiritu. Denique sine charitate Dei operantur, sed comunem stylum omnium sequentes, ne alios scandalizent, si eadem non faciant & ipsi, quae comuniter alij facere solent. Et de his loquitur media pars huius parabola: Hi enim sunt Virgines fatuae, quae sibi satis esse putant haec exteriora opera

psal. 87.

1. Cor. 3.

Matth. 20.

h h facere,



facere, interius testimonium conscientiae negligentes, atque utinam non haec maior pars fidelium sit. Alij vero sunt qui haec in veritate tractant, negotiumque hoc suae salutis summa ope nituntur explere, non tantum hominum opinionem pensantes, semper ad mortem se preparantes, ne illos imparatos inueniat. Et haec solum classis Christianorum saluatur. Hi dumtaxat ad nuptias cum Sponso ingrediuntur: nam caeteri omnes, clausa ianua, foris manent. De his dicitur esse simile Regnum decem virginibus: ad significandum se de illis loqui, qui supra comunem viuendi statum aliqua singulari excellentia se extollunt. Numero denario eos comparat, ut omnes huius generis comprehendat: quoniam numerus denarius perfectus est, qui in se omnes alios numeros includit. Velut ostendat nobis quod Deo numerum iustorum, ac malorum apud se habeat, nec est aliqua creatura inuisibilis in oculis eius. Acceperunt omnes lampades suas, per quas significatur vera Christianorum fides, quae omnes illuminat Christianos, sicut lucerna lucens in caliginoso loco, ut dicitur 2. Pet. 3. *Exierunt obuiam sponso.* Haec obuiatio significat intentionem spei Christianae quae ad hoc potissimum dirigitur. Sperat enim aduentum Domini, in quo iusti debent accipere integrum praemium, sicut dicit Paul. ad Tit. 2. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei. *sponso, & sponsa.* Latini codices sic legunt, licet Graeci non omnes legant, Spōse: sed sensus semper idem est. Nam qui Christum Sponsum recipit, ex consequenti recipit Ecclesiam Sponsam suam, quae sicut indiuiduus turtur semper inhaeret ei. Quare qui Christum recipit, & Ecclesiam: & qui Ecclesiam recipit, simul & Christum recipit: quoniam neuter sine altero reperitur, neque Christus extra Ecclesiam, neque Ecclesia sine Christo. Tam indissolubili coniugio copulati sunt, ut nulla ratione dissolui queat: secundum id quod ipse Spōsus dicit infra cap. vlt. dicens. Ecce ego uobiscum sum, usque ad consummationem saeculi omnibus diebus. Et ipsa dicit. Tenui eum, nec dimittam. Post contracta sponsalia per fidem quam accepit a Christo Sponso Ecclesia, nunquam hanc fidem amittet: Sed semper ea veraciter perseuerabit. Et haec est haereticorum cecitas, qui Christum extra Ecclesiam quaerunt: cum tamen sine ipsa nullatenus possit inueniri. *Quinq; autem ex eis erant fatuae.* Deploranda maxime miseria esset, si media

2. Pet. 3.

Tit. 2.

Matth. vlt.

Cant. 3.

pars eorum qui videntur sequi perfectionis semitam, perirent; verè fatui reputandi essent, si dimidia pars Christianorum, aut religiosorum, a nuptijs excluderentur. Sed quod plus miserandum est, si dimidia, vel maior pars eorum qui maiorem perfectionem professi sumus, qui praeter alijs selecti videmur, absque oleo haberemus lampades, & quod de nobis recte dici possit illud Mich. 7. Qui optimus ex eis, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Hoc est, si illi qui caeteris dicitur benefacere, & nudos vestire; quasi paliurus pallijs adhereret aliorum, & eorum potius bona diriperent: & hi ad quos alij tanquam ad ciuitatem refugij confugere deberent, ut eos ab impijs protegerent, & in suis laboribus consolarentur: illi potius eos tanquam spinæ ferirent, & vulnerarent: & qui blandè alios alloqui deberent, asperrimis eos verbis contristarēt. Quae maior calamitas excogitari posset? *Quinq; ergo ex eis erant fatuae, & quinq; prudentes.* Quoniam istae etiam in posterum sibi prouidere nouerunt, aliae vero praesentibus sibi fat esse estimauerunt. Hoc est illud oleum ferre in lampadibus quod sufficiens erat, ad hoc quod lampades pro tunc arderent, nihil de futuro curantes: & ideo illae sapientes, istae stultae uocantur. Ideo enim Ecclesiast. 4. dicitur. Melior est puer pauper, & sapiens Rege senex, & stulto, qui nescit prouidere in posterum, *Non sumpserunt oleum secum.* Volebant enim finem consequi sine medio conuenienti. Volebant Sponsum recipere, & nuptijs cum illo frui: sed non talem secum apparatus adferre qualem tantis nuptijs necessarium esse celsere deberent. Hi sunt Christiani illi quos a principio proposuimus, qui desiderant quidem saluari, plurimaeque de hoc negotio loquuntur; & ob hoc ad rem sacram pergunt, ad audiendas conciones vadunt, ad lubilæa, & indulgentias properant: media tamē efficaciam quae suam possint operari salutem, non apponunt. Vae nobis miseris, qui nescimus qui nā sint hi stulti, & fortè nos sumus, & plures quam putamus: qui fortè existimantes rectam inuenisse viam, vel quia nimis nobis fidimus, vel quia stulti, & improuidi sumus, foras (heu miseris) eijciemur. *Non sumpserunt oleum secum.* Haec est charitas, & eius effectus atque exercitia. Nā ipsa est oleum quo lampas fidei fouetur. Cum qua nullus damnatur, sine qua nullus saluatur. Hoc est clariùs dicere. *Istae fatuae Virgines fidem*

Mich. 7.

sine

sine operibus deferebant; ut pessimi solent Christiani facere: & ideo damnantur. Videbantur quidem lucem secum ferre (quoniam fidem habebant, Ecclesiae dogmata credebant, Sacramenta recipiebant, conciones audiebant, Iubilorum indulgentias consequi satagebant) & tamen in interioribus animae uasis oleum charitatis deficiebat, atque actus, & effectus eius, qui sunt opera misericordiae. *Vultis lampadem absque oleo uidere? Audite Paulum. 1. Corint. 13. dicentem. Si linguis hominum loquar, & Angelorum. Ecce lumen. Quae enim maior Lux, quam linguis Angelorum, & omnium hominum loqui? Charitatem autem non habuero. Ecce defectum olei: factus enim sum sicut aes sonans, aut sicut cymbalum tinniens. Hoc est, strepitum quidem facio, ac si opera magna facerem: cum tamen ea mortua sint, & absque charitatis consona harmonia. Et si habuero Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, etsi habuero omnem scientiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Quoniam fides sine operibus, lampas absque oleo est. Imò plus dicit. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quod & in illo videmus Phariseo qui dicebat, Ieiuno bis in Sabbatho, hoc est, in septimana: decimas decimas omnium quae possideo, Ecce lampadem: & tamen quia non habebat oleum, discessit sine utilitate. Denique lux lampadis est a fide, ardor vitae a charitate, vas olei voluntatis promptitudo ad omnia opera bona exequenda, oleum bonorum operum, charitatis, ac misericordiae opera. Nec enim Christianorum lampas quocumque liquore fouetur: sed hac pinguedine huius adipis, quae est charitas. Id enim, & Dauid poscebat dicens. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Nam ut anima in vita gratiae conseruetur, hoc adipe charitatis impinguari debet, quem Dauid suis precibus postulabat: hoc enim oleo lampas fidei Christianae ardet, ac lucet. *Moram autem faciente spōso dormitauerunt omnes, & dormierunt.* Dormitare non est dormire, sed quaedam somni inceptio. Tam fatuae quam prudentes dormitauerunt: quoniam in hac vita carnis curae animas tam bonorum quam malorum*

1. Cor. 13.

Psal. 62.

Tomo. II.

dormitare faciunt. Paulatim quippe in has curas se intromittere incipiunt, de quibus postea non sic citò se expedire queunt, vel plus in illis quam praecogitauerunt immorantur. Vel si per dormitionem vis intelligere mortem, per dormitionem intelliguntur egritudines quae disponunt ad mortem, sicut dormitatio disponit ad somnum, & dormitionem. Et erit hic sensus. *Dormitauerunt omnes, & dormierunt.* Hoc est, egrotauerunt, & mortuae sunt. Tam boni quam mali in morbos incidunt, & moriuntur. Et hic germanior, & facilius sensus videtur. *Media autem nocte clamor factus est.* O quam terribiles voces, ac clamores illi sunt qui animam excitant dicentes illi, quia Dominus venit, ut exigat ab ea rationem eorum operum quae fecit. Qui strepitus, quae tabulae ferreae ad Matutinas tunc illas excitabant? Si coeli die illo magno impetu transibunt, ut dicitur (2. Pet. 3.) quantum in anima generabitur horrorem tremor ille caelorum? Qui tonitruum, quae fulgura illos a somno expergiscere facient? Expergiscimini mortui, surgite, & venite ad iudicium. Tonitruum magnitudinis eius quis ferre poterit? ait Iob. *Eia homo surge, expergiscere, ante iudicem appare, redde rationem vitae tuae, ac operum tuorum, cogitationum, loquutionum, omissionum, & commissionum, & omnium quae opere, vel cogitatione perpetratus es. Quid iudici tuo respondere ualebis, cui sic ingratus exitisti? Heu mihi Domine, quid dicam, aut quid faciam, cum nihil boni perferam ante tantum iudicem? Ingredientur scissuras petrarum, & voragines terrae a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, dicitur Esai. 2. Illi soli hunc clamorem, aut strepitum non formidabunt, quorum aures illi assuefactae fuerint. Et sicut Hieronymus de se refert, siue comedant, siue bibant, siue dormiant, semper sibi videntur hanc vocem audire. Surgite mortui, venite ad iudicium. Expergiscimini homines, venite ad tantum tribunal iudicis, qui cum potestate magna & maiestate ad iudicandum nos veniet. Et ab hac voce perterritus ad deserta loca fugiebat, & ibi in rupibus, & in aperturis petrarum abscondebatur, inter seras vitam agens: sicut & multi alij ob eandem causam idem faciebant, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in caernis terrae.*

2. Pet. 3.

Iob. 26.

Esai. 2.

Hebr. 11.

h h z Date



Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt sapientes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dū in hac vita sumus, Sancti adiutores nostri sunt, qua transacta, nihil nobis proderunt. Volo dicere. Dum hic vivimus, ab his qui in alia vita sunt possumus auxilium poscere; sed dū coram iudice omnes fuerimus, quilibet suis indiget meritis. Namq; tam strictum iudicium est illud, quo Deus omnes iudicabit, vt corā illo positi ipsi sancti, & electi putent sua sibi merita, ac opera satisfactoria necessaria esse, nec alijs ea prestare posse. Vnde apud Ezechiel. c. 14. dicitur. Si sterint Noë, Daniel, & Iob, filium, & filiam non liberabunt. Satis enim facient si se ipsos liberare sufficiant. Et in Psal. dicitur. Frater nō redimit, redimet homo. Hoc est, Christ⁹ qui est frater noster, & caro nostra, vt ipse dixit ad Magdalenā, Vade, & dic fratrib⁹ meis. Si ergo Christus qui omniū Redemptor est tunc nos non redimet, sed iudicabit, nec sanguis eius tūc peccatoribus proficiet; quomodo tunc nos redimet alter homo? Quare eis responsum est, vt sibi ipse prouiderent. Et interim *Clausa est ianua.* Clausa quidē est ianua, tam his qui introierunt, quā eis qui foras remanserunt. Sed diuerso modo, nam his qui introierunt clauditur ianua, vt significetur perpetuitas gaudij, a quo nunquam exhibēt, nec eiciuntur, quia clausa est iam quantum ad hoc ianua. Nec enim esset perfecta beatitudo, si aperta essent ianuae ad excludendum eos, qui semel introierunt. Nam quantum maius est bonum quod possident, tanto magis eius carentiam, aut amissionem sentirent. Quod si vel minima suspicio in eis oriretur, quod possent tale bonum amittere, hoc non minimum gaudium eorū turbaret. Vnde in Apocal. 3. dicitur. Qui vicerit, faciam eum columnam in templo meo, & foras non egredietur amplius. Et Psal. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Non solum clausit ianuam, sed & repagula opposuit: vt neq; qui intus sunt exeant, neq; qui foris ingrediatur: quoniam illis in perpetuum nō aperientur ianuae. Dum peccator vivit in mortali peccato, clausa est illi ianua caeli, sed nō repagulis firmata, nec eternitatis pessulū est positū, vt nulla vltra in eo remaneat spes ingrediendi, imō si perseverauerit pulsans, aperiet ei, iuxta illud qd Dñs in Euangelio dixit de homine quodā qui erat iā in lecto quiescēs,

Ezech. 14

Psal. 48.
Ierem. 20.

Apo. 3.

Psal. 147.

Luc. 16.

& pueri eius cū illo in cubili, & media nocte alius pulsauit portas eius petēs ab eo tres panes, & sic importunē pulsauit ianuas, vt alius surgeret e lecto & daret ei, non solum tres panes, sed quotquot habuit necessarios. Sic peccatori propter vnū peccatū mortale clauditur quidē caelum, Si tamen perseverauerit ex corde pulsans, aperietur ei: ceterum post mortem repagula, & seras cōfirmat, ita vt amplius portē caeli peccatoribus nō pateat. Erit enim tūc inexorabilis Deus, nā armabitur tunc iustitia sua aduersus malos iuxta illud Sapient. Sumet scutum inexpugnabile equitate. Quare nec lacrymis, nec precibus cedit. Dū in carne viueret Dñs noster Iesus, exarmatus videbatur incedere, & idē lacrymis Magdalenae vincebatur, & perseverantiae vnus Chananae cedebat: & quia Publicanus percutiebat pectus suam aperuit illi ianuam caeli. Sed in alia vita clauditur ianua, & dicitur illis, Nescio vos: quoniam delet eos de libro vitae, & de electorum numero, & medici, & egestate pleni, in inferno detrusi in aeternum iacebunt: quia in solis lampadibus ferebant lucem, oculis hominum solum apparentes boni, cū tamen testimonium conscientiae ipsorum vacuum omnino esset. Iud. 22. legitur, quod ad dignoscendum qui nam deberent vivere aut mori, ex his qui vada Iordanis transibant, illi qui dicebant Ciboleth per C, vel Z, occidebantur, qui verō dicebant Siboleth mittebantur vivere. Nam per, sim, aut Zaim, quae sunt literae Hebraeorum proferebatur. Sed Ciboleth per Zaim significat spicam absque grano, Siboleth per, sim, eandem cum grano. Vada Iordanis significant mortem, quae vadum dicitur, non autē profunda aqua: quoniam omnes transeunt per illam. Igitur qui dicunt Siboleth, id est, spicam cum grano, vivunt. Hoc est, illi qui fidem cum operibus in aliam vitam deferunt, de quibus David dicebat: Venietes autē venient cū exultatione portantes manipulos suos. Tales erāt sapientes Virgines quae simul cum lampadibus ferebant secum oleum. Hoc est, non solum specie pietatis, sed ipsam veritatis substantiam, ac grana virtutis. Hi autem qui blandula voce dicunt, Ciboleth, tanquam ficti Christiani solum virtutis speciem habentes absq; grano, & substantia eius quae est charitas, hi tunc in perpetuum peribunt. Quare omnes debemus bis in quolibet die, vespere, & mane scilicet, lampades nostri cordis requirere, vt videamus quid desit

Sap. 5.

Iud. 22.

Psal. 125.

Exod. 30.
et Lev. 24.

desit

desit eis, & provideamus de illo ne extinguantur. Sic enim, & Dominus praecipiebat vt bis in die lampades templi a sacerdotibus mundarentur, & oleo, & reliquis necessarijs prouiderentur: vt sic cum Sponso felicissimis nuptijs fruamur in secula seculorum, Amen.

Simile est Regnum caelorum decem Virginitatis seu concio. Parabola haec, ait D. Augustinus lib. 83. qq. quaest. 59. solet multum quarentes exercere. Quare requiritur, vt expositio omnibus eius partibus conueniat: licet hoc magnum tractatum exposcat, dicemus tamen quod Deus dederit. Per Regnum caelorum non intelligit hic Dominus vniuersitatem omnium fidelium, cū inter illos maximi sint peccatores, qui nihil de Regno caelorum ament, vt statim diximus: sed illā collectionem fidelium hic intelligit Dominus per Regnum caelorum, qui exterius veri fideles apparent, quorum nullum agnoscitur peccatum, sed videntur se in operibus virtutum exercere, etiam si aliqui id non recta intentione exequantur: nam lampades accensas portant. Ecc. esia verō virgo dicitur, imō qui liber fidelium dum fidem non amittit, virgo etiam dicitur: nam vt D. Tho. 2. 2. docet duo ad virginitatem requiruntur, integritas carnis, ita vt nullam veneream voluptatem experiatur, & animae puritatem, vt nec voluntate in illā consentiat, nec villo modo illam velit, aut appetat. In vita spirituali fides se habet vt corpus, charitas vt anima, & vita. Oportet ergo summa cum diligentia integritatem fidei seruare ea cura, qua patres carnales integritatem corporum filiarum suarum custodiunt, consilium illud sapientis accuratē obseruantes quo dicit, Filiae tibi sunt, serua corpus illarum. Hanc diligentiam atque curam adhibet Ecclesia, vt integritatem fidei conseruet. Hinc Inquisitiones adinuentae sunt, quae haereticos magnis poenis puniant, hinc conciones, lectiones, exhortationes, argumenta, Concilia: vt corpus hoc fidei absque corruptione seruetur. Hac ardebat cura Paulus cum 2. Corint. 11. dicebat. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et alibi, Timeo, inquit, ne corrumpatur sensus vestri, & decidant a simplicitate quae est in Christo Iesu. Et ad Tit. Increpa eos dure, vt sani sint in fide. Itaque tam boni quam mali inter fideles hanc fidei virginitatem tenent. Verum prudentes Virgines, quae bonos significant, habent illam viam cum sua

Alia moralitas seu concio. August.

2. Cor. 11. Ibidem.

Ad Tit.

Tom. II.

forma, quae est charitas: imprudentes autem ac fatuae, quales sunt mali Christiani, etiam si veram habeant fidem, non tamen cum hac perfectione, ac vita. Secundō oportet scire quid nam sit lampades accipere, & obuiam ire Sponso. Accensis lampadibus obuiam exire Sponso, nihil aliud est quam operibus quae exteriorē habent splendorem Sponsum praestolari, eo modo quo solēt homines principes, ac magnates lampadibus atq; luminarijs recipere, vt Iud. 3. legimus quod Holofernem Principem militiae Regis Nabuchodonosor exceperūt in quadam ciuitate exentes obuiam ei cum lampadibus. Quod autē dicitur quinq; fuisse fatuas, & quinq; prudentes, nō sic intelligendum est, quod dimidia pars fidelium saluatur, & dimidia condēnatur: sed quod magna pars credentium salutem consequitur, & magna pars perit. *Fatuae non sumperunt oleum secum.* Per hoc oleum intelligitur gratia, & charitas succus ille spiritus qui habet Deum. Nam oleum linit, penetrat, roboratq; mēbra ad luctam. Quare athletae oleo ungebant membra, sic gratia & charitas animā mollificat, vt Deum in se recipiat, duriciam peccati auferendo. Illam roborat, vt eū diabolo cōgrediatur, secundum illam Pauli sententiā. Optimum est gratia stabilire cor. Quae infusio gratiae in diuina Scriptura per nomen vnctionis significatur, secundum illud Psal. 44. Propterea vnxit te Deus tuus oleo letitiae praeparatōis tuis. Et Esai. 4. Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me. Et Zachar. 4. iusti vocantur filij Dei, id est, filij Spiritus, gratiae, & amoris. Igitur fatuae non sumperunt oleum secum, prudentes verō sic: quoniam mali nō habent intra se testimonium bonum conscientiae suae: sed totam suam fiduciam in approbatione hominum collocant, quae cōmuniter fallax est, & dolosa. Quod hoc exemplo manifestatur. Nam multi sunt qui non tam appetunt esse sapientes, quā ab hominibus tanquam sapientes approbari. Hi sunt qui nihil aliud volunt, nisi gradum Doctoratus sumere: literas autem contemunt. Magister, ac Doctor sum, aiunt, nihil aliud volo. Contra quos est Socratis sententia dicētis, quod vnusquisq; ita agere debet, vt qualis haberi appetit talis sit. Sic in virtute inuenies homines, qui praeter hominum approbationem nihil aliud curant, nec cōscientias suas excutiunt, nec opera ac actiones examinant, vt quales sint intelligant, & videant: sed seipos fallunt, existimantes se recto tra-

Iudith. 3.

Psal. 44.

Esai. 4.
Zachar. 4.

Socrates.

h h 3 mita



Prov. 13.
Luc. 16.

mitte accedere, cum tamen longissime ab scopo, qui est charitas, aberrerit. Vnde Sapiens, ait. Est via que videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem: ita quod ij non sumpserunt oleum secum, in hominum approbationem totam suam fidetiam habentes, coram illis tantum lucetes, de quibus dicitur. Lucerna impiorum extinguetur. Et Christus Phariseis dixit. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum. Prudentes vero sumpserunt oleum secum cum lampadibus, iusti quoquomodo intelligunt se habere lucem in suis animabus. Approbatio quippe que aliquam securitatem asserere potest, ea sola est, que ex bona conscientia nascitur: bona autem conscientia in hoc consistit, quod anima hoc oleo sit delibuta. Idcirco secum acceperunt oleum cum lampadibus: hoc est, intro in penetralibus cordium, secundum illam Pauli sententiam qua dicit. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Cor irrigat, penetrat, ac delinit, semper pauidi sunt, se ipsos aspicientes, & respicientes, intentiones suas examinantes, opera ponderantes, radices eorum caute circumspectantes. Vos ipsos tentate si estis in fide (ait Paulus.) Et alibi. Prober autem se ipsum homo. Et illud. Galat. 6. Prober autem unusquisque opus suum, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in altero. In semetipso, hoc est, in intentione, in testimonio conscientie sue. Nam gloria nostra hec est (ait idem Paulus) testimonium conscientie nostrae. Vnde Aug. Epist. 52. In laculentis, inquit, ingenijs non deest resplendentia veritatis. Cicero. 2. Tusculan. loquens de virtute ait. Quod tunc sit maxime excellens que sine venditione populi sit. Non quod fugiendus sit (omnia enim benefacta in lucem se collocare volunt) sed tamen nullum theatrum virtuti maius conscientia est. Quod si iusti aliquando estimare videantur hominum testimonium, id faciunt quando hominum iudicium Dei iudicio conforme est. Id enim est quod Paulus. 2. Cor. 4. dicebat. Ab dicamus occulta de decore, non ambulantes in astutia, commendantes nos metipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Id est, que conformis est scientie Dei. Iare ergo optimo dicit. Prudentes acceperunt oleum suum cum lampadibus.

Rom. 5.

2. Cor. 13.

1. Cor. 11.

Galat. 6.

2. Cor. 1.

August.

Cicero.

2. Cor. 4.

Moram autem faciente sponso. Videtur quod mors moram faciat, & homines illius

obliuiscuntur, & dormiunt tam sapientes quam fatui. Omnes namque homines peccatores sumus atque negligentes, nec est homo absque peccato, nec infans vnus diei. Solus Christus & mater eius expertes fuere peccati. Quare omnes dormitamus, & dormimus. Media autem nocte aduenire Spolum, id docet, quod mors quando minus de illa cogitamus, tunc venit, & nonnunquam cum in vtranque aurem dormimus. Nam dies Domini, sicut fur in nocte veniet. Sicut si Princeps aliquis inexpectatus nocte veniret, omnes properarent obuiam ei, & penes omnes absque apparatu conuenienti. Tunc surrexerunt omnes Virgines illae, & ornauerunt lampades suas. Nam omnes Christiani, tam boni quam mali certissime nouimus, omnes nos oportere stare ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Ideo cum sentiunt aduenientem mortem, omnes preparant lampades suas, examinantes conscientiam, Sacramenta Ecclesie postulantes: ut cum luce possint ante iudicem apparere. Sed tunc demum mali incipiunt sapere, intelligentes sibi Deum deficere cum luce, atque quod illa lux coram hominibus dumtaxat lucebat, coram Deo tamen extinguebatur. Sed sero sapiunt Phryges. Et quoniam per totum suum vitam discursum tepide, ac frigide vixerunt, etiam tunc tepide se conuertunt ad Deum, nec ea efficaci voluntate que tunc oportet operantur: & ideo querunt externa auxilia, nempe bonorum. Sed nec illis conceduntur, sed respondetur illis a sapientibus. Ne forte non sufficiat nobis, & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis. Et quamuis videatur responsio hac prudentium non multum proposito conuenire (nam etsi boni auxilium quod mali postulant prestassent, non ideo illis minueretur gratia) ideo aliis quibus videtur, in parabolis quas Christus Dominus adduxit, non oportere singula verba accommodare ad propositum quod in ea intenditur, satis est scopum ipsius parabole attingere, & explicare. Multa enim verba in parabolis sunt ad supplementum historie super quam fundabatur parabola. Nam parabola est similitudo, & si in omnibus teneret, non esset similitudo iam sed ipsa res: sed de hoc plura supra cap. 13. Licet igitur ita videatur, tamen prudentes his verbis dicere voluerunt, non esse admittendam fatuam petitionem. Id enim accidit his qui timore sermone perciti conuertuntur ad Deum: quia illam

1. Thes. 3. simile.

2. Cor. 5.

Prov. 23.
Cant. 8.

Sep. 6.

2. Cor. 13.

Ioan. 5.

illam efficaciam que requiritur in voluntate non ponunt, aliena auxilia expetunt. Cum interim ipsi in sua tepiditate permaneant. Quare non illis confertur quod poscunt auxilium, sed repelluntur, & dicitur illis, quod vadant ad vendentes. Quod licet non ad propositum videatur responsum: tamen datur per hoc intelligi, quod nec ipsarum petitio ad propositum sit. Itaque ad vendentes, & emite vobis. Qui emit, pretium dat pro eo quod acquirit, quod si res magna estimationis est, magnum etiam pretium confert. In quo docent nos diuina litera, quod gratia, & charitas adipiscuntur dando pro eis, id quod homo habet, hoc est, voluntatem suam, illam Deo, & legi eius subiuciendo, & ideo dicuntur emi. Hinc Sapiens dicit. Veritatem eme, & sapientiam vendere noli. Quod mysterium Cant. 8. manifestat nobis Spiritus sanctus dicens. Ponite me vt signaculum super cor tuum: vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est, vt mors dilectio, dura quasi infernus emulatio: lampades eius lampades ignis atque flammam. Aquae multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam suam pro dilectione: quasi nihil despiciet eam. Encomium charitatis hic canit, eam laudibus effert: eo quod fortis sit ac valida, lucida, splendidaque. Clara enim est, & que nunquam marcescit sapientia. Est enim fortior morte: quia illa superat, & de ea triumphat. Deuicta quippe morte charitas permanet, secundum illud Pauli. Charitas nunquam excidit: siue Prophetiae euacuabuntur, siue lingue cessabunt. Lampades eius sunt lampades harum Virginum prudentium: quas nec aquae tribulationum, nec inundationes maris, aut tormentorum extinguunt. Dicuntur enim lampades ignis: quia intus per amorem ardent: flammamque quia extra per bona opera lucent. Sicut de Ioanne baptista dicitur, quod erat lucerna ardens, & lucens: quare tam magnam pretium meretur. Si dederit homo omnem substantiam suam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Substantia propria hominis liberum arbitrium est, hoc enim est proprium eius (nam nec salus, nec vita, nec diuitiae sue sunt, cum ab eo etiam inuito auferatur.) Per liberum autem arbitrium dominus est suarum actionum: quare sua substantia est sua libera voluntas, quam Deo subdendo hanc dilectionem mercatur, cum meam subijcio Deo libertatem, que tunc liberior, & perfectior est, nam ad optimum bonum libera,

secundum illud quod Dominus per Ioannem dixit. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Nam qui per propriam voluntatem committit peccatum, seruus sit peccati, quod est misera seruitus. Sed libertas illa suauis est, ac dulcis, suauis iugum Domini reddit, secundum illud quod Dominus clamabat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ac si diceret. Ego reddam vobis suauis iugum meum, & si mihi vestra dederitis libertatem, ac voluntatem, auferetur onus de humero vestro, & iugum de collo vestro (vt ait Dominus per Prophetam.) Et idem. Computrescet iugum a facie olei, id est, amoris Dei qui suauia onera facit: & que quasi iugum putridum non sentiantur. Vnde iusto non est lex posita, quantum ad vim coerciuam saltem: quoniam sua voluntate fertur, non ex vi legis. Quare emere oleum hoc, etiam si tota nostra substantia pro illo detur, non male eueniet nobis: quoniam splendorem nostris operibus tribuit, cum magis necessarium est: vt potest quando acclamatur venire Sponsus, & exeunt obuiam ei. O quantum tunc estimat anima habere lampadem istam charitatis accensam, oleo gratiae perfusam: vt tali apparatu ad aeternas Agni nuptias ingredi mereatur. Hinc Proverb. 31. dicitur. Gustauit, & vidit quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Hoc est, quando homo in hac exercetur negotiatione, vt emat oleum istud charitatis, quo anima sua, & ardeat, & luceat, dando pro eo omnem substantiam suam: hoc est, voluntatem, ac liberum arbitrium, non timeat quod in nocte extinguatur lucerna eius. Hoc est, media nocte quando aduentus Sponsi annuncietur, aduenti, ac lucenti lampade illum excipiat, & sic introibit cum eo ad nuptias. Verum tamen fatua dum vadunt emere, quia reuera non vadunt efficaci motu voluntatis, venit interim Sponsus, & clausa est ianua, nempe imparatis. Postea autem per recapitulationem dicitur, quomodo clausa fuerit ianua imparatis. Pro cuius exactissima intelligentia lege id quod habetur Luc. 13. vbi sic dicitur. Cum autem intrauerit pater familias, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium eius dicentes, Domine, Domine aperi nobis, & respondens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis, discedite a me omnes operarii iniquitatis: ibi erit fletus, & stridor dentium, cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & oes Prophetas

Matth. 23.

Esai. 10.

Ibidem.

1. Tim. 1.

Prov. 31.

Luc. 13.



phetas in Regno Dei, vos autē expelli foras. Et venient ab Oriēte, & Occidēte, & Aquilone, & Austro, & accūbent in Regno Dei. Et hæc est interpretatio parabole.

Sed super illa verba (Ite potius ad vententes, & emite vobis) aduertendum est quod præparatio ad has nuptias est charitas, quæ est oleum quod fouet huius lampadis flammam, quæ semper sine cessatione splendet. Ipsa etiam est, quæ testimonium bonæ conscientie confert, in quo vera gloria; & opinio summa cum auctoritate fundatur. Ipsa est origo ex qua nascitur meritum bonorum operum nostrorum, & quæ nos facit his nuptijs, ac festiuitatibus dignos. Per illam ius ad æternitatem acquirimus, & ad gaudia celestia. Hinc est quod Paulus postquam 1. Corint. 12. dicit, Amulamini charismata meliora, subiungit. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstrō. Hac enim via peragrata omnes attingemus virtutes. Quare cap. 13. explicans charitatis eminentiam ait. Si linguis hominum loquar, aut Angelorum, charitatem autem non habeam, &c. Totum hoc caput legendum est explicando eminentiam charitatis, causalitatem eius, & durationem: quoniam nunquam excidit. Secundō aduertendum est, quod Aristoteles loquendo de iustitia legali, ait, sic inter alias virtutes eminere, quod nec Lucifer sic admirabilis est sicut illa. Imō in Proverbio dicitur, iustitiam hanc omnes in se complecti virtutes. 5. Ethicor. capit. 1. Verumtamen hæc doctrina verissima est de vita polytica. Cæterum loquendo de vita Christiana, quæ altior, ac eminentior est, quippè vita celestis supernaturalis, ac diuina vita quæ viuunt filij Dei, Lucifer, ac hesperus clarus quæ admirabilem pulchritudinem gignit, charitas est: quoniam hæc nos consortes facit diuinæ naturæ, & in Deum nos rapit, transfert atque similes efficit, & mirabili vinculo nos vnit cū illo. Nā qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. De charitate autem dicitur, Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. 1. Cor. 6. & 1. Ioan. 4. Hinc Moyses Deut. 30. dicebat. Elige vitam, vt diligas Dñm Deum tuum, & illi adheras: ipse est enim vita tua. Quare ad hoc præcipue attendere debemus, vt hanc consequamur charitatem. Aliqui quidem abstinentijs vacāt, alij vigilijs carnē castigāt, alij vili habitu indui placet, alij orationibus incubunt, nonnulli in operibus vitæ actiue exercentur, sed for-

1. Cor. 12.
1. Cor. 13.

Aristot.

1. Cor. 6.

2. Cor. 6. et
1. Ioan. 4.
Deut. 30.

tē aliqui horum his operibus quæ mūdus estimat, ac magnificat, intenti, non plenē aduertunt lōgē à veritate illos abesse, nec se ipsos intelligunt, quod absq; charitate, & recta in Deum intentione hæc opera fiāt. Quare hæc opera vacua, & non plena sunt: quibus & dici poterat illud Apoc. 3. Non inueni opera tua plena corā Deo. D. Aug. mirabiliter in lib. de moribus Eccles. c. 1. docet facile esse simulare, difficilē verō habere virtutē. Et c. 33. ostendens quomodo in Ecclesia omnium virtutum exercitia habeātur; subiungit. Charitas præcipue custoditur, charitati virtus, charitati sermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur, quo itur, & cōspiratur in vnā charitatē. Sed quid necesse est Aug. citare, cū hoc ipsum habeamus in Paulo ad Col. 3. sic dicēte. Induite vos ergo, sicut electi Dei, & sancti viscera misericordie, benignitatē, humilitatē, modestiā, patientiā, supportatēs inuicem, & donātes vobismetipsis: si quis aduersus aliquē habet querelā, sicut & Dñs donauit vobis, ita & vos. Et post hæc subdit. Super omnia autem hæc charitatē habete: quæ est vinculum perfectionis. Nā sicut calor naturalis in corde mansionem suā habet, sed ab eo in cetera membra diffunditur: sic calor iste charitatis diuinæ in voluntate quidē manet (quæ gerit vicem cordis in anima) sed inde omnibus alijs virtutibus suā vim, ac virtutem cōmunicat. Cū ergo hæc sit vitæ Christianæ substantia, oleumq; quo ante Deum anima lucet, hæc amare debemus, & exquirere à iuuentute nostra, & querere eā sponsam nobis assumere; amatores facti formæ atq; pulchritudinis eius. Hæc prælati doceāt subditos, hanc reformatores suadeant, hæc prædicatores laudibus ad cætera efferāt. Vidi aliquos zelo non spirituali sed carnali exagitados; qui potius suant quam aliorum vtilitatem quærentes, non pacem, non amicitias iungunt, sed potius lites mouent, secreta aperiant, & vt hunc reforment, exagitant potius, ac turbant, sine misericordia vlla aut charitate procedentes: cū tamē blandē curanda sint vulnera mentis. Nam medicus qui oleo rosaceo potest vulneri mederi, non vtitur cauterio. Idem de medico spirituali est dicendum. Vnde Esai. 25. de Christo Dño dicitur. Factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbra culum ab aestu. Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Et alibi Esai. Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me, ad Euangelizandum pauperibus

Apoc. 3.
August.

Col. 3.

simile.

simile.

Esai. 25.

Esai. 61.

pauperibus misit me, vt medererer contritis corde. Quare & ipse Dominus discipulis cū vellent ciuitatem quandam succedere, dixit: Nescitis cuius spiritus sitis? Vult quippè Dominus, vt ea suauitate, ac dulcedine qua Deus omnia gubernat, ministri eius etiam subditos tractent. Hinc enim iusti filij olei dicantur (vt supra ex Zachar. 4. retulimus) quoniam filij charitatis sunt, & ab ea totū suū esse spirituale habent. Quare hoc oleum debemus petere, vt diffundatur in cordibus nostris per Spiritum sanctū quid datus est nobis.

Zach. 4.
Rom. 5.

Alia con-
cio in fe-
sto B. Ca-
therina
martyris.

2. Timo. 1.

Hieron.
1. Cor. 7.

August.

Philipp. 1.

Cæterum quodiam Euangelium hoc in festo sanctæ Catherinæ virginis & martyris canitur ab Ecclesia Romana; dicendum quod hæc virgo hoc oleo maximē litata est, de qua tria quidē in dicenda sunt. Primum quod excellit sapientia quæ reperitur in prælati, illa scilicet, quæ est potens ad exhortandum & reuincendum, cū hæc mulierem præcipit in silentio discere, nec in Ecclesia debet permitti, vt doceat, nihilominus Deus sua superna gratia aliquas sic extulit foeminas, vt viros in hac sapientia superarent. Præter hoc floruit virginitatis candore, qui maximē effert naturam nostram, nam in carne præter carnem viuere, non humanum, sed Angelicū est, ait Diuus Hieronymus. Paulus namque. 1. Corinth. 7. sic ait. Mulier inuupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quomodo placeat viro. Lege D. Augusti. de vera religione capit. 3. vbi fingit se cum Platone congregari, aut alijs discipulis eius, & interrogantem de hac vita voluptatibus experta quid de illa sentiret; respondere quidem non posse hoc ab homine fieri, nisi quem forte ipsa Dei virtus, ac sapientia ab ipsa rerum naturam exceptum, nec hominū magisterio, sed intima illuminatione ab incunabulis illustratum, tanta honestate gratia, tanta firmitate roboraret, tanta denique maiestate subueheret: vt omnia contemnendo quæ præui homines cupiunt, & omnia perpetiando quæ horrescunt, & omnia faciendo quæ mirantur, genus humanū ad tam salubrem fidem summo amore atq; auctoritate conuerteret. Habuit etiā beata Catharina martyrij meritum, atque coronam. de quo Paulus ad Philippens. 1. Donatum est vobis pro Christo; ait, non solum vt in eam credatis; sed vt etiam pro eo

patiāmini. Quod D. Augustin. libr. 3. de Ciuitate Dei, capit. 4. mirabiliter differit. Ideo quippè docet, Dominum voluisse corpora nostra esse mortalia, vt hoc genus sanctorum, nempe martyrum, esset in Ecclesia sua. Apocalyps. 7. interrogat Ioannes Angelum dicens: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et dictum est. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni. Quare in B. Catherina tres fuerunt coronæ aureolæ, sapientiæ, scilicet, virginitatis, & martyrij. Quod circa perfectissimè lumpsit oleum secum; & ita præparata est cum lucerna ardente, atque intrauit cum Sponso ad nuptias feliciter æternæ.

Apoc. 7.

Circa illud verō Intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua, duo dicenda sunt primum quid est intrare cum Sponso ad nuptias, & secundum quid sit claudi ianuam. Et quoad primum certum est quod per nuptias in præsentia loco intelligitur status bonorum, nempe vita illa quam iusti in consortio Dei in altero seculo viuunt. Status autem ille nuptiarum nomine appellatur; non solum ob similitudinem quam gerit cum his nuptijs temporalibus, & viuitibus: verumetiam quoniam esse, & conditionem verarum nuptiarum habet. Cuius ratio est. Nam Deus, & Dominus noster propter esse gratiæ, & multo magis propter esse gloriæ communicat bonis iuum diuinū esse, atque super excellentem naturam, illosque ad suas diuitias, ac statum admittit, & quoniam in esse, ac statu Dei includitur esse omnium bonorum, quæ extra ipsum sunt, taliter quod in se omnia eminentia quadam contineat, puriora, perfectiora, pleniora quam in se ipsis sint: hinc sit quod in statu beatitudinis inueniantur omnes res create, quantum ad bonum quod in eis est. Et sic verificatur illud Sapien. 7. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cū illa. Hinc in diuina Scriptura Regnum cælorum, nunc diuitiæ, nunc Regnum, nunc delitiæ, nunc prandium, nunc cœna, nunc potus, nunc nuptiæ nuncupantur. Quoniā quidquid boni in his rebus est, totum celsitudine quadam, ac eminentia in Regno cælorum continetur. Igitur intrauerunt cum eo ad nuptias, hoc est, cum Christo in gloria, in qua veræ nuptiæ celebrantur, non carnales, aut temporales, sed cœlestes & æternæ: ibi enim in illa conjunctione cum Deo

Alia con-
nuptias, & clausa est ianua, duo dicenda sunt primum quid est intrare cum Sponso ad nuptias, & secundum quid sit claudi ianuam.

Sapien. 7.



quæ sit in gloria, inuenitur quidquid voluptatis, utilitatis, & gaudij in nuptijs carnalibus est seculis imperfectionibus, laboribus, oneribus, defectibusque quibus temporalia omnia commiscetur. Sunt enim nuptiæ illius perfectissimi matrimonij, quod inter Christum, & probos, ac iustos celebratur, ac contrahitur, cuius magnam mentionem facit Paulus ad Ephes. 5. ubi loquens de matrimonio illo, quod inter Adam, & Euan contractum fuit, subdit. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. In quo apparet perfectius esse matrimonium spirituale, quam carnale: hoc enim in mundum illud purissimum est. Verum est quod Diuus Bernardus nõ vult, quod hoc nomine sponsæ quælibet anima gaudeat, sed illa duntaxat, cuius cum Deo delitiæ, ac amores tales sunt, quales sponsæ cum sponso, quem summa dilectione complectitur, tenerimeque, ac dulcissime diligit, vt patet in multis locis super Cantic. signanter serm. 12. Hæc enim sola sponsa videtur dici in Scriptura, quæ perfectissime, ac dulcissime sponsum suum Christum diligit. Licet omnia hæc quæ in his locis ad hoc propositum docet, intelligenda sint tantummodo de illis personis, quæ speciali quodam privilegio, ac gratia cum Deo confabulantur, familiarissimeque conuersantur: generaliter tamen loquendo omnes homines quotquot in gratia Dei sunt, nomine etiam sponsæ decorantur. Gratia quippè ordinat, ac constituit inter eos, & Deum certum quoddam matrimonij genus, arctius, & ex sua natura indissolubile, quam carnale. Quare Paulus generaliter omnes iustos, qui Christo fidem dederunt alloquens, ait ad illos. Emulor enim vos Dei æmulatione, despondi enim vos vni viro virginem castâ exhibere Christo. In hoc cœlesti matrimonio, sicut in carnali, prius fuerunt sponsalia per verba de futuro, deinde per verba de presenti tandem consummatum est. In istis nuptijs sponsalia fuere in veteri lege, matrimonium in lege gratiæ contractum per totum tempus præsens, consummatio verò matrimonij erit in gloria. De quo vide summam Ecclesiæ, libro. 1. capit. 3. & 33. Hoc matrimonium constat in vnione animæ ad Deum, insolubileque cognitione, & per amorem: In hac vero vita, nec cognitio, nec amor possunt esse perfecta, aut consummata. Nam cognitio est confusa, & obscura; est

Ephes. 5.

Bernard.

2. Cor. 11.

enim per fidem quæ inuidentis est, & per auditum de qua Paulus. 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmatate. Item cognitio huius vitæ est à procul, quia per creaturas, & non immediata: non enim videtur Deus in se, sed creaturæ videntur immediate, & imago Dei, & similitudo in eis. Vnde Balaam Numer. 24. Videbo eum, sed non propè, intuebor eum, sed non modo. Et quia tantum Deum amat homo, quantum cognoscit de eius bonitate, & eius bonitas est sua substantia, quam imperfectè cognoscimus: ideo imperfectè amamus. Vnde Sponsa Canticor. 5. adurat filias Hierusalem, dicens: Si videritis Sponsam, dicite ei, quia amore languero. Id est, habeo amorem languidum, & infirmum. Præterea hic amor perfectus, & cognitio semel habita potest amitti, ideo vnio qua anima vnitur Deo in hac vita, est imperfecta, & solubilis, & ideo matrimonium non est consummatum, sed in anime glorificatione consummabitur: quia cognitio ibi perficitur, & cognoscet anima perfecta cognitione: quia erit per claram & manifestam visionem, sicut ipse cognoscit, licet quoad gradum in intensione possit esse maior, vel minor in diuersis, de quo Paulus. 2. Corinth. 13. Nunc cognosco ex parte: tunc autè cognoscam, sicut & cognitus sum. Et tunc videbimus eum facie ad faciem. Et. 1. Ioann. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus: videbim⁹ enim eum sicuti est. Hoc est, sicut est in se ipso, & non solum sicuti est in creaturis extra se. Perfecta autem cognitione, & consummata perficitur amor, qui consequitur ad illa: quare tunc amor erit perfectus, & non antea. Nam, vt Paul. ait. 1. Cor. 3. Caritas nõ querit quæ sua sunt. Quia est amicitia, & amicitia est semper ad alterum, & in amando amicum consistit, vt dicitur. 8. Ethico. & 22. quæstio. 27. articulo. 1. In hac vita verò nunquã amicitia Dei est perfecta: quia semper anima amat se aliquantulum, & amor eius sapit se amantem; in patria vero alienatur anima penitus à se, & per amorem fit totaliter Dei sui, & omnium oblita. Vnde August. Bernardus, & D. Tho. dicunt, illud præceptum de diligendo Deo, non posse perfectè impleri, nisi in patria: quia præcipitur, vt diligatur ex toto corde, & illucvq; nõquã cor hominis totum fertur in Deum, sed aliquantulum in se detinetur. Et de illo statu intelligit Bernardus illud. Psal. 70. q. de anima dicitur, Introibo in potètiâ Domini, Domine memo-

1. Cor. 13.

Numer. 24.

Cantic. 5.

1. Cor. 13.

1. Ioann. 3.

1. Cor. 13.

Aristot. 2. D. Thom.

August. Bernat.

Bernard. Psal. 70.

memo-

memorabor iustitiæ tuæ solius. Et Esai. 11. Dicit Dominus cuius ignis est in Sion, & caminus ignis in Hierusalem. Sion quod dicitur specula est Ecclesia præsens, sed Hierusalem, pacifica, & Ecclesia triumphans. Ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem: quia charitas quæ est ignis in gloria est in camino, vbi ignis fortiter ardet & continuè suffilatur, per continuam Dei contemplationem claram. Sed in hac vita est ignis extrâ caminum, charitas tepida, & imperfecta. Vnde in gloria est charitas, sicut ignis in propria iphara, vbi perfectissime viget (quare & ipsum cœlum vocatur empyreū, hoc est, igneum) sed in hac vita est in Sion, vbi imperfectè viget, nec sic corda accendit, exurit, atque inflamat, sicut ibi vbi Seraphin hoc amore ardent. Circa quod diligenter notandum, quod charitas in patria est in loco naturali, & extrâ patriam est veluti extra locum naturalem: quia soli Deo qui ibi beat, est naturalis charitas, cæteris vero est aliena, extranea, & supernaturalis. Et hic est Theologus, & pulcher sensus prædictorum verborum. Et sumitur hæc figura ad literam ex quadam ceremonia veteris legis. Exod. 38. Nam in templo erant duo altaria, vnum vocabatur holocaustorum, id est, sacrificiorum, qui penitus ab igne consumebantur, in quo ignis nunquam extinguebatur, ex quo cum necesse erat deferebatur ignis ad altare thymiamatis, id est, sacrificiorum, quæ penitus non consumebantur ab igne. Vbi erat figurati duo Ecclesiæ status, vnus in hac vita, vbi sacrificium animæ & cordis non consumitur ab igne charitatis: quia, vt dictum est, adhuc remanet aliquid amoris proprii: alius in gloria, vbi cor fit holocaustum, quia totaliter consumpto amore proprio totum Deo offertur, & traditur; & ita ibi erat perfecta vnio animæ ad Deum, & omnino insolubilis: quia status ille est perfectus & perpetuus, & solum ibi consummatur matrimonium, & perficitur, secundum illud. 1. Corinth. 13. Cum venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est: & tunc matrimonio consummato, anima traditur penitus sponso suo Deo, & traducitur in domum suam, vt ibi quietè permaneat in æternum. Et tunc nomine dotis accipiet tres excellentissimas perfectiones consequentes statum illum cuiuslibet beati. Vna visio, altera comprehensio, tertia fructio, de quibus Theologi. 4. Sententiar. distinctio. 19. q. 4. & D. Thom. add. quæst. 95.

Exod. 38.

1. Cor. 13.

D. Thom.

artic. 5. & part. 19. q. 12. artic. 7. ad. 1. Tunc ibi fiunt omnia pertinentia ad nuptias, quia sic magnum conuiuium, vbi apponuntur infiniti cibi, & dapes, de quo intelligitur illud: Homo quidam fecit cœnam magnam, & illud etiam Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disponit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et Apocalyp. 14. dicitur: Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt. Videte quale conuiuium illud erit, vbi ipse filius Dei erit mēstr præfectus, Et mæstrisala, vt ipse Luc. 12. dicit: Beati sunt serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Ibi Angeli & beati concinis vocibus dulcia cantica canent. Erunt enim ibi incessabiles gratiarum actiones: quas beati omnes pro libi tanto collato bono Deo suo cantabunt, secundum illud Esai. 51. Gaudium & lætitia inuenientur in ea: gratiarū actio & exultatio, & vox laudis. Et Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua, Domine: in secula seculorū laudabunt te. Et Apocalyp. 14. dicit Ioannes: quod vidit turbam magnā sequentem Agnum, cantantem canticum nouum. Nec ibi deficient choreæ virginum, saltationes, tripudium. Hæc sunt accidentalialia gaudia, quibus de creaturis Dei beati gaudent: & de alijs bonis quæ illi summo bono accumulabuntur. Ibi saltatur saltatio illa, quæ dicitur Alta, hæc est altissima illa cognitio omnium rerū, quæ omnes beati habent in Deo: quæ à D. Augustino dicitur cognitio maturina: & illa saltatio, quæ apud nos dicitur, Baccæ, hæc erit cognitio, quam beati habebunt de omnibus rebus, considerando illas in seipsis, quæ ab Augustino dicitur cognitio vespertina. Non deerunt iusus, aut lætitarum inuentiones. Nam de ipso filio Dei qui Patris sapientia dicitur, legitur Prouet. 8. Delectabar per singulos dies, ludens coram eo, ludens in orbem terrarū. Et hæc fortè erunt gaudiū & læticia, quæ sancti habebunt, quia se vident à pœnis inferni liberatos, irridente illos, qui in hac vita irriserūt, & ludibrio habuerunt virtutem; secundum illud Psal. 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos. Et alibi. Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lætabit in sanguine peccatoris. Ex his ergo omnibus patet, quod status beatorum sunt verè, & iucundissima nuptiæ, de quibus intelliguntur hæc verba thematis, Intraverunt cum

Luc. 22.

Apoc. 14.

Luc. 12.

Esai. 51.

Apoc. 14.

D. Aug.

Prouet. 8.

Psal. 2.

Psal. 57.



cum eo ad nuptias. Et notandum, quod non dixit, admissi sunt ad celebrandum nuptias, sed intrauerunt cum eo ad nuptias: ad significandam conditionem illius status beatorum. Intrare enim dicimur in id quod est clausum, custoditum, & secretum, separatim a natura omnium. (est enim ille status soli Deo naturalis, & extraneus naturae omnium creaturarum) itaque consequi gloriam est ingredi in thesauros magnos rerum nunquam visarum, intrare in regale illud veri Salomonis palatium, ex cedris incorruptibilibus fabricatum: in domum illam magnam Dei, de qua Propheta quidam dixerat: O Israel, quam magna est domus Domini, & ingens locus possessionis eius. Et David, Introibo in potentias Domini. Et infra, Intra in gaudium Domini tui. Ioan. 20. Ingredietur, & egredietur: & pascua inueniet. Et loquitur de gaudio duplici beatorum, alterum quod ex Dei visione sumitur, alterum quod ex creaturarum cognitione habetur. Itaque beatitudinem adipisci, ingressio quaedam est non vulgaris, aut communis; sed sollemnissima, & mirabilis, in qua ad modum triumphatoris beatus quilibet illam ingreditur requiem. Quemadmodum in temporalibus festis, in hastiludio, aut arundinum ludo, aut torneamentis, ingreditur quidem Rex & sui cum illo; sed sigillatim vnus post alium, vt in hastiludio; aut bini, & bini, vt in arundinum ludo, aut in partes ordinati, vt in torneamentis. Ceterum quod plus oculis placet, id est, cum omnes simul congregantur, & in ludo illo exercentur, *En la festa*. Sic dum Ecclesia haec militans durat, multi ingreditur in illam requiem post Regem suum Christum, & ad festiuitatem Angelorum admittuntur: sed aliquando vnus, aut alter, alij vicibus bini, & bini, alij multi veluti in aciem conglomerati quasi caelo ipsi vim inferre conantes ingrediuntur. Quare eorum ingressus, ceu triumphus magnus celebratur in caelo ab ipso Deo, & Angelis eius, qui illos ingredienti aspiciunt. Quae venerabilis cohors Sanctorum veteris Testamenti, qui cum Christo Domino in die Ascensionis eius post illum caelos ingressi sunt? Quam celebris introitus post haec fuit ille beatissimi martyris Stephani, qui tanquam optimus in hastiludio certator solus omnes penetrat caelos; Petrus, & Paulus bini ingrediuntur. Martyres in cohortibus, legionibus, & aciebus conglomerati intra-

icb. 3.

Psal. 70.
Ioan. 20

bunt, similiter confessores sacri, sacrarum virginum chori, vndecim milliū Virginum pulcherrimus chorus, decem milliū Martyrum sacrata legio: omnes hi ingressus celeberrimi erunt. Ille autem omnes superabit, sollemniorque erit ceteris, cum Dominus noster, ac dux noster Iesus Christus, post mundi consummationem, simul cum Sanctis omnibus aethereas penetrabit regiones, morte deuista, palmam, ac victoriam ex hoc mundo reportantes. Laetabuntur in te (ait Esai. capit. 9.) sicut qui latantur in messe: sicut exultant victores capta praeda, quando diuidunt spolia. Tunc enim (vt dicit Paulus. 1. Corinth. 15.) insultabunt morti dicentes: Vbi est, mors, victoria tua? Vbi est, mors, stimulus tuus? Mirabile est principem, aut magnatem in curia magno cum comitatu intrantem intueri; sed multo mirabilius erit, Regem regum omnibus comitatum beatis caelos penetrantem cernere. Nam, vt Esaias clamat, omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos foeni; verbum autem Domini manet in aeternum. Magnum D. Maximo hoc spectaculum videbatur, cum postquam bona plurima quibus beati in caelis fruuntur, numerauerat, subdit. Verum super haec omnia est confortari Angelorum ciuibus, omniumque celestium sanctarum Virtutum contubernijs perfrui, & intueri agmina sanctorum splendidijs syderibus micantia. Quae omnia includuntur in verbis illis, Intrauerunt. Quod si etiam ponderes particulam illam, Cum eo, maiora adhuc inuenies mysteria. Nam quando multi ad festa regalia ingrediuntur qui sunt aequalis autoritatis; absolute dicimus, ingressi sunt Comes ille, & Dux ille: quando autem multi vnus autoritati innixi intrant; dicimus illos ingressos fuisse cum illo Duce, aut Comite. Sic in festis caelorum solus Christus propria autoritate ingressus est tanquam primogenitus, & naturalis filius Dei, alij meritis & passioni eius innixi intrant, atque autoritati eius suffulti, secundum illud Pauli Hebr. 9. Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis, nec per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta aeterna redemptione inuenta. Et Esai. 63. Torcular calcui solus, & de Gentibus non est vir mecum. Et alibi. Saluabit mihi brachium meum

Esai. 99

1. Cor. 15.

D. Maxie

Simile.

Hebr. 9.

meum

meum: sed in Apocalypf. dicitur: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni. Quia per merita sanguinis Christi iusti saluantur. Et Ioann. 3. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Vnde de ipsa Sponsa in qua intelligitur omnis multitudo iustorum, dicitur Cantorum. 8. Quae est ista quae ascendit de deserto, innixa super dilectum suum & *Aenida a su amico*. Et haec de prima parte quam propolui-

De secunda autem, vbi dicitur, *clausa est ianua*, nunc videndum est. Re vera in caelo nulla est ianua proprie, sed hoc est metaphora quaedam qua nobis significantur mirabiles conditiones vitae illius beatae qua Sancti fruuntur, & in ea etiam explicatur quies, & requies beatorum. Quando enim fit festum aliquod in palatio Regio apertis ianuis, absque vilo personarum delectu, maxima inquietudine, ac intolerabili strepitu fit. Quare vulgare erit festum illud, inquietudine intrantium fastidiosum. Sic sunt omnes festiuitates Ecclesiae militantis in hac vita, tam interiores, de quibus dicitur (Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi) quam exteriores, & publicae quas simul omnes celebramus. Magnae quidem & laetae festiuitates in Ecclesia sunt, sed tamen apertis ianuis celebrantur, & bonis ac malis absque delectu conceditur aditus ad eas: quare quasi confusione quadam turbantur. De hoc enim introitu ad Ecclesiam militantem intelligitur illud quod supra capit. 22. dictum est, praecipisse Regem seruis suis, dicentem: Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui congregauerunt quoscunque inuenerunt, bonos & malos.

Hinc Apocalypf. 8. dicitur: Factum est silentium in caelo, quasi dimidia hora. Vbi secundum Gregorium. 3. Moral. capit. 24. & super Ezechiel. homil. 14. in fine, per caelum intelligitur caelestis status beatorum vel iustorum, qui in hac vita morantur: nam in cordibus peccatorum, nec per momentum quidem fit silentium, sed in caelo, id est, in cordibus eorum quorum conversatio in caelis est, aliquando fit silentium, sed dimidia hora: quoniam festa hic apertis ianuis celebrantur. Longe aliter in beatitudine. Nam quando in Regia domo festa fiunt,

Apoc. 7.

Ioann. 3.

Cant. 8.

simile.

Psal. 75.

Matth. 22.

Apoc. 8.

Gregorius.

clausis ianuis celebrantur, & ex Regis edito non intrant nisi proceres, & electi. Et tale est festum illius caelestis palatii, ad quod non admittuntur nisi magnates & electi, secundum illud Matth. 13. Exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum. Et ita festum fit insigne. Item clauditur ianua vitij, & culpis & passionibus, quae ibi omnino cessant, nec inquietant festum. Vnde dicitur Esai. 35. Nec erit ibi leo, nec mala bestia transibit per illam. Item clauditur ianua omnibus molestijs, & malis, quae ibi penitus cessant, secundum illud Apoc. 14. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius, nec luctus, nec clamor, sed nec vllus dolor. Item per clausam ianuam significatur securitas, & aeternitas gloriae. Est enim vna conditio illius beatae vitae, certitudo, & securitas nunquam illam amittendi: & ita sunt securi, & sine timore appositae ianuis immortalitatis, quibus ab omni malo custodiuntur, iuxta illud Esai. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduitate, & vsque, & securitas vsque in sempiternum erit. Et Psalm. 147. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Et Esai. 33. Oculi tui videbunt habitationem opulentam, tabernaculum quod nunquam transferri poterit. &c. Significatur etiam aliquid in ordine ad reprobos, hoc est, illud quod est summum infelicitatis eorum, nempe perpetuum exilium, & probatio beatitudinis, ita quod damnati absque vlla spe salutis in aeternum permanebunt: quia porta negotiandi cum Deo semper erit clausa eis; & nunquam admittentur ad praedictum festum nuptiarum. Nec tantum malum esset non admitti ad festa Sanctorum, si non haberent eorum notitiam. Hoc autem ad cumulum suorum tormentorum eis addetur, quod agnoscent, licet non distincte, Sanctorum felicitatem, qua ipsi sua culpa carent. Nam Lucae. 16. diabolus ille auarus vidit Lazarum in sinu Abraham. Nec solum id agnoscent, verum & appetent illam: nam appetitus beatitudinis naturalis est omnibus, & cum ex alia parte certissime sciunt illam iam sibi esse impossibilem, furibunde vlulabunt, cum videant se in desperatis permanuros tormentis. Nam & in hac vita cernimus, si festum aliquod in regali palatio celebratur, hi qui foris stant, & audiunt voces cantorum, & tripudium gaudentium, dolent

Matth. 13.

Esai. 35.

Apoc. 14.

Esai. 32.

Psal. 147.

Esai. 33.

Luc. 16.



lent vehementer, quod non sibi detur aditus ad illa. Quis dolor putabis viscera damnatorum torquet, cum intelligant certissime Deum cum suis Sanctis letari festiuitatibus perpetuis, & ipsis claudi ianuam. At naturali appetitu pulsabant ostium caelorum quod est Christus Dominus; & tamen non aperietur illis, sed dicitur: Nescio vos. Discedite a me omnes operarij iniquitatis, sicut factus istis virginibus dictum est. Heu miseros, milliesq; miseros illos, qui ex inferno semper illo naturali appetitu clamabunt dicentes: Domine, Domine aperi nobis. Et tamen semper respondebitur illis: Nescio vos. Quae vox (ait D. Chrysostr.) plus torquet illos, quam infernus ipse. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neq; horam. Hoc est, ne periculo tantum bonum opponatis: sed semper per vigilate, vt cum Sponso introeatis ad nuptias.

Chrysostr.

Sed aduerte, quod ideo dicitur Dominus hora mortis venire, quia cum anima exit a corpore, protinus intimatur illi sententia iudicis Christi, siue per Angelum suum custodem, siue per nouas species. Et quia ibi est Christus in virtute sententiae, quae illi suo nomine intimatur: ideo dicitur hora mortis venire Christum. Et circa illud. *Ita potius ad vendentes, & emite vobis.* Aduertendum, id voluisse prudentes virgines, nempe docere factuas, quid debuissent antea facere: vt suam negligentiam tunc agnoscerent, & intelligerent quam iuste condemnarentur.

Sicut enim homo peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque: similiter & qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abscondit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum vero temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Accersit autem, & qui duo talenta habebat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus eius,

Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine scio, quia homo durus es; metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abijt, & abscondit talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem Dominus eius dixit ei: Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam numularijs, & veniens ego recepissem vti que quod meum est cum vsuris. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutile seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

Volo (sicut praecedentem parabolam) prius istam ad literam explicare: vt postea possimus commodius in illam immorari. Homo hic peregre proficiscens, Christus est, qui a domo sua quam aedificauit & bene instituit abscessit, tanquam peregre proficiscens. Quoniam post resurrectionem suam, discipulis instructis, ad caelos ascendit, atq; ad Patrem redijt secum: ferens humanitatem, in qua cum hominibus conuersatus est: eo quod tunc a nobis suam corporalem, & visibilem praesentiam duxerit vsque ad diem reditus, siue iudicij. Non in totum ille Dominus abijt, sed reuersurum se praedixit attestantibus in ipsius Ascensione Angelis, atque dicentibus. Hic Iesus qui assumptus est a vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Proficiscens autem vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: quoniam statim post Ascensionem suam misit discipulis Spiritum sanctum, iuxta illud Psalmi: Ascendens in altum dedit dona hominibus: & per eum multiplicata dona hominibus ad utilitatem, & consummationem Ecclesiae domus Dei; per quem etiam ad consummationem vsq; seculi, nunquam desinat fidelibus sua dona largiri. Vni autem dedit quinque talenta, alteri duo, alteri vnum: quoniam alij quidem maiora dona dantur, alij minora, alij plura, alij pauciora: quemadmodum Apostolus ait, Alj quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alj sermo scientiae, alj gratia sanctorum, &c. Omnia autem haec operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Haec autem dona tradidit

psal. 67.

1. Cor. 12.

didit seruis suis Dominus: non tanquam dominos faciens bonorum istorum, vt otientur, & glorientur in eis, sed tanquam dispensatores tantum eos constituit, vt negotientur in eis, & suo Domino lucrum adferant: quemadmodum, ait Apostolus Paulus: Sic nos existimet homo quasi ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et Petrus Apostolus: Sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. Quae autem alicui, vt dispensatori tantum traduntur, non illi dantur, vt sibi seruet, vt eis fruatur in otio: sed vt ea expendat in praescriptos vsus, ad utilitatem eorum pro quibus bona illa tradita sunt ei dispensanda. Sic qui in Ecclesia dona quaelibet acceperunt, sciant sibi non in eis otiose gloriandum, aut capiendam tantam animi sui oblectationem: sed negotiandum esse in eis, & fructificandum ad Domini lucrum, id est, ad Dei gloriam, & proximorum utilitatem; minime interim neglecta propriae animae salute. Quod autem post commissam seruis bona peregre abscedere dicitur Dominus, significat libertatem in qua nos constituit Deus, vt agere possimus, vel bene, vel male, otiosi, vel negotiari pro nostri libertate arbitrij. Sic enim quando dominus adstat seruis, velut cogitur ad opus; ipso autem absente liberius agunt, neque probatur seruorum erga Dominum fides, nisi absente domino: nam coram adstante domino plerumque etiam pigerrimi serui ad sudores vsque laborant; eo vero absente tunc demum cernitur quales vere sint in animo. Sic nobis igitur quasi abest Dominus: relinquens nobis plenam libertatem operandi, vel cessandi, vsque ad diem iudicij. Primus quinque talentis acceperis studioso lucro intendens, fideles dispensatores in Ecclesia, significat: qui agnoscetes magna nauis dona sibi commissa, summo ad hoc conantur studio, vt non in vanum suam videantur recepisse gratiam. Hi quinque talenta superlucratur: quoniam iuxta proportionem donorum suorum, ad Dei gloriam, & proximorum suamque salutem proficiunt ex illis. Seruus qui ex duobus talentis duo superlucratur; alios significat qui minora dona acceperunt; nihilominus iuxta proportionem suarum virium quantum possunt proficiunt. Seruus tertius talentum Domini abscondens, significat eos in Ecclesia, qui donis Dei acceptis otiose

viuant, neque ea student vtiliter expendere, idque ob pigritiam, & damnanda socordiam: quoniam vident requiem quod sit bona, quemadmodum de Isachar habet propheta Iacob, & in vsu donorum vident sibi magnum suscipiendum esse laborem. Hic seruus piger suae pigritiae praetexit timorem Domini, quo se dicit retractum ne operetur. Ita otiosi in Ecclesia plerumque praetextunt timorem Dei, allegantes periculum quod est in vsu donorum, & quod hi qui publice aliquo officio occupantur vt aliorum saluti proficiant, facile in aliquod periculum incidunt: & minora esse pericula ijs qui sibi solis viuunt, & qui dulci fruuntur ocio. Deus, inquit, inimum seuerus est iudex, admodum difficile est eum qui publice utilitati vacat non offendere, & qui in paucioribus se occupat offendit minus: melius est, vt in otio viuam & sim securus de mea salute, quam si multos lucrer & ipse forte peream. Hi serui pigri sunt, hi dicunt Dominum austerum esse, & hac consideratione se dicunt moueri ad otium. Custodiunt isti talentum, sed in terra abscondunt, & lucrum non faciunt: quoniam plerumque huiusmodi videntur vitam satis probam ducere, & quantum ad se ipsos attinet, abstinent a communibus ceterorum hominum vitijs: verum his rebus Deo non satisfaciunt, cuius in vanum acceperunt gratiam: quam illis non pro se tantum, sed & alijs contulerat. Post multum temporis reuertitur Dominus, vt ratione exigat: quia in externo iudicio adueniet Christus, vt examinet vniuscuiusque opera, & fidelitatem singulorum seruorum suorum. Tunc serui vtilis, & fideles, in bonae conscientiae testimonio prodibunt confidenter, procedentque obuiam Domino, & lucrum suum adferent. Non quod ibi sua iactabunt merita: sed quia vniuscuiusque conscientia monstrabit, quae egerit, quamve Domino fidelis fuerit. Ibi adferunt lucra sua serui: quoniam (vt in Apocalypsi dicitur) opera illorum sequantur illos. Ibi seruis fidelibus fiet bona retributio propter lucra quae attulerint, non propter bona quae acceperunt: quoniam non ibi quisquam accipiet praemium secundum quantitatem donorum gratuitorum quae acceperat, sed pro bono, & fidelis vsu ex eis acquisito: & vnicuique illic reddetur non secundum dona sua, sed (vt in Euangelio, ait Dominus) secundum opera sua. Euge (dicit Dominus) seruo vnicuique fidelis:

Gen. 49.

Apoc. 5.

fideli: quoniam eius opera approbabit, seruum quoque bonum, & fidelem agnosceret. Nā omnis qui eū cōfessus fuerit coram hominibus, & vsque ad mortem fidelis fuerit, hunc ipse & consitebitur corā Patre, & Angelis. Vnde & fidelitatem commendat atque remunerat, dicens: Quia super pauca fuisti fidelis. Fidelitatem autem hanc fructus allatus probat. Super pauca, ait Dominus, seruum fuisse fidelem: quoniam quidquid donorum in hoc mundo accipimus, perexiguū est si ad immensum illam cumulum bonorum celestium conferatur. Ideo & subditur. Super multa te constituam, hoc est, super omnia mea. Nam minus dicit, & maius significat. Super omnia autem seruos fideles Christus constituet, quando eos iuxta verbū Apostoli suos coheredes & Patris sui coheredes efficiet, ac iuxta sacram Apocalypsim Reges & Sacerdotes, vt regnent super terram uiuentium in secula. Atque hanc esse illam constitutionem super omnia, indicat quod statim subditur. Intra in gaudium Domini. Tertius seruus ad Dominum accedens excusationem præmittit: quod esse solet hominis malè tibi consciij deprehensi in scelere, & metuentis penam: sic homines pigri donis Dei abusi, vel certè non vti accusabuntur testimonio suæ conscientie, quod non satisfecerint voluntati Domini, excusationem tamen conabuntur proferre: quoniā videbuntur illi serui pigri habere aliquid honestæ excusationis; eo quod retracti videantur timore diuinæ iustitiæ, & consideratione seueritatis eius. Hoc enim sibi vult illud: Domine sciebam quoniam homo austerus esses. Item illud: Metis vbi non seminasti, & colligis ea quæ non sparsisti: prouerbialis est sermo ille, quo significatur magna in exigendo rigiditas. Et timens abij & abscondi talentum tuum in terra, hoc est, non sum ausus collato mihi dono vti, propter pericula peccatorum, quæ in vtendo conipexi. Addit tamen, Ecce habes quod tuū est, hoc est, sicut non sum vltus benè, ita nec malè sum vltus: quamquam non profeci alijs, caui tamen mihi ne vitijs communibus inquinarer, sicq; velut mundum tibi tuum talentum, & integrum, sine luro refero. Dominus hunc seruum, & ignauium, & infidelem increpat: eo quod lucrum non inuenit. Quid faceret ergo, si etiam ipsum talentum cum ebriolis

& adulteris dilapidasset, aut in quemlibet alium malum vsum insumpsisset. Diligenter autem notandum, quod serui pigri excusationem Dominus ei vertit in accusationem, & iustam condemnationem, cum ait. Sciebas, quia ego austerus homo sum, &c. Quoniam videlicet timor Dei quem prætexunt pigri, & consideratio diuinæ seueritatis; debebat illis esse potius incitamentum ad sedulò, & studiosè operandum, & fideliter expendendum commissa dona, quam ad cessandum ab opere. Si enim ita seuerum, & iustum iudicem credimus fore Dominum nostrum, quomodo sperabimus effugere iudicium eius, si infideles, & inobedientes nos inuenierit? Vnde hoc vel maxime omnes debet ad operandum incitare. Quemadmodum Apostoli Pauli habemus exemplum dicentis: Vt mihi si non Euangelizauero: necessitas enim mihi incumbit. Et a libi. Græcis, ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. Quod vult Dominus committi pecuniam suam numularijs, & cum vltura etiam accipere; nō aliud significat, nisi quod vult Christus nos non in vacuum gratiam suam, & dona accipere: sed ad lucrum semper intendere, vt ad Dei gloriam, & proximorum vtilitatem quæ accipimus conuertamus. Tunc enim cum vltura accipiet ipse commissum talentum, quando in nouissimo die ex donis quæ contulit fidelibus, cumulos accipiet meritorum, atque bonorum operum. In vltionem iubet Dominus auferri talentum a pigro & dari fidei seruo habenti iam decem talenta: ad significandum id quod frequenter contingit etiam in hac vita. Sæpè enim is qui à Deo gratiam accepit quam otiosam finit, priuatur ea, & is qui acceptis gratijs benè vtitur, augeti sibi sua dona meretur: maioribus enim dignus est qui minoribus bene vtitur. In futura quoque retributione, ex impiorum, & pigrorum condemnatione augetur gloria seruorum fidelium: quoniam erit illis hoc ad singulare gaudium, quod tanta dignatione se viderint peruenisse ad gloriam æternam, vbi suos conseruos vident æternis deputatos tormentis. Ad conclusionem autem huius tam dignæ notatu parabole, est reperenda ex priori parabola illa similis exhortatio Domini, didicentis: Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Est & illud diligen-

ter audiendum quod ait Apostolus Paulus. Exhortamur vos fratres, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Et rursus. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Et iterum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles abundantes in opere Domini semper; scientes quia labor vester non est inanis in Domino: Cum (vt in alio loco dicit) mercedem sit accepturus vnusquisque secundum proprium laborem.

Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Hæc vltima capita Matthæi multas continent parabolas, quæ Christus Dominus, cum morti proximus esset populo illi prædicauit. Nam quemadmodum candela cum iam iam extinguatur, plus lucet, & maiores de se flammæ emittit, celeritateq; quadam ardere videtur: sic Christus Dominus, cum à nobis abire decreuerat per mortem, plus ardet plus splendet, lucidioreq; radiis doctrinæ sacræ emittere conatur, qua edocti ac præuenti simus omnium periculorum, quæ nos in interitum ducere poterant. Quare in omnibus his parabolis loquitur quasi dominus qui iter arripere statuit, & seruis suis formam quæ se debent gerere dum ipse abest relinquit. *sicut homo peregrè proficiscens, &c.* Homo hic Christus Dominus est, qui verus est homo, secundum illud. Homo est, & quis cognocet illū? Dicitur autem peregrè proficisci: quoniam proprius locus carnis est terra; cælum autem quasi peregrinum & extraneum est ab ea. Et quoniam filius Dei carnem nostrā in cælum inferre debebat, dicitur peregrè proficisci. Et (velut deuotissimè hic docet Chrysostom.) vocat hic cælum regionem peregrinam & extraneam sibi; cū tamen suæ diuinæ personæ naturalis & propria esset: quoniam per tempus illud, quo in terra conuersatus fuerat, tanto iam erga illam amore affectus erat, sicq; amabilius ac alacriter vitam in illa agebat; vt assuefactus illi quasi extraneam cœlestem regionem existimaret sibi, & tanquam si se à naturali sua patria alienaret, peregrinam sibi vocat habitationem cœli. Cum Christus prius in terrā venit, quasi extraneus ac peregrinus habebatur in illa (iuxta illud Prophete: Et tu quasi colonus, futurus es super terram, & tanquam peregrinus declinans ad manerium) postquam autem discipulos cepit facere, & pater familias fieri, & quasi domum componere in terris, & tanquam co-

lonus cepit habitare in ea; sic se terræ applicuit, tantoque amore erga suos arsit; quod ab illis separari, etiam si ad cœlestem regionem, videretur illi quasi abalienari à suis, & in exteras abire nationes. Quemadmodum inter homines contingit. Nam si longè à patria tua ducis vxorem & habitationem tuā instituis; cum in propriā pergis, quasi extraneus videris. Sic Dominus Iesus qui in terris nostram humanitatem duxerat, ad patriam propriam rediens, quasi peregrè proficisci videtur. *Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.* Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum (ait Iacobus) de sursum est, descendens à Patre lumine. Vnde & Ecclesia sic orat dicens. Deus à quo bona cuncta procedunt. Hinc Paulus ait. Quid habes quod non accepisti? *Et vni dedit quinque talenta.* Omnia bona quæ Deus in hac vita homini ad negotiandum dedit, ad quinque rediguntur. Primum est subiectum cui gratia infidet: nam inter has inferiores creaturas, sola rationalis creatura qui est homo, capax est gratiæ, in quo bono includuntur omnia naturalia quæ bona sunt, iuxta illud Genes. 7. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Et hæc dona omnibus dantur. Bona etiam gratiæ sub his comprehenduntur, quæ solis bonis vsque in finem dantur; à malis enim postquam data sunt eis auferuntur. Vel intelligo gratiam quæ in sacramentis confertur. Nam hæc solis dignis contingit. Super hæc bona tria alia addo. Neipè donum scientiæ atque sapientiæ, & potestatem spiritualem quæ solis Prælati confertur. Postremum & infimum bonum sunt diuitiæ, quarum bonus vltus bonis etiam cedit in gloriam. *Vnicuique secundum propriam virtutem:* Angelis quidem diuisit Deus dona gratuita secundum cuiusque naturalem virtutem, vt D. Thom. in. 1. p. docet. Itaque Angelus perfectioris nature, perfectiorem etiam gratiam consequutus est, & per consequens perfectiorem gloriam. Angelus quippè toto suo conatu potuit ferri in Deum: nec enim habebat corpus hoc corruptibile aggrauans animam, quod illi impedimento esset, sicut homines habemus. Quare quia maiores habuit vires naturales, vehementius in Deum se conuertit, ac ideò & gratiam & gloriam maiorem adeptus est: licet totum hoc in voluntatem Dei referatur, cui sic Angelorum naturam constituere placuit, & hunc illo perfectiorem cedere. Hoc autè

simile.

Iacob. 1.

Genes. 7.

D. Thom. 1. p. q. 62. ar. 18

Chrys.

Matth. 14.



in hominibus non habet locum. Nec enim qui melioris ingenij aut condicionis naturalis est, semper vehementius in Deum fertur; quā alius qui hebetioris est intellectus: quoniam habet carnem quæ maximum ad id impedimentum præstare solet. Sed totum hominis negotium à Dei voluntate dependet, quæ hunc ad maiora munera quā illum destinat & eligit; & ideo plura illi talenta credit. Et ob hoc solum quod Deus id facit, iuste facit: quoniam iniustitia non potest habere locum in eo: quia sua voluntas, norma, & regula equitatis est. Quare sicut inter cæteros Apostolos elegit Petrum, ut Principatū Ecclesiæ obtineret, sic præ cæteris dedit illi gratiam & virtutes, quæ ad tantum munus exercendum necessariæ erant. Et hoc totum Dominus secundum ordinem suæ sapientiæ statuit, quod ab æterno hunc ad hoc munus, illum ad aliud decreuerat. Nam ut Paulus eleganter docet, corpus hoc mysticum magnam similitudinem gerit cum corpore naturali. Et quemadmodum in eo, nec omnia membra sunt oculi, nec omnia manus, nec omnia pedes, sed quodlibet membrum suum habet officium, licet; ab authore suo compactum est, nec potest pesqueri, quia non sit factus oculus, quoniam non omnia membra deberent esse oculus, sed aliquod pedes: quod autem hoc membrum fuerit pedes, & illud oculus, ex voluntate factum est Conditoris: in cuius manu omnes tanquā lutum in manu figuli sumus, sicut ipse per Prophetam dicit; sic in corpore mystico, quod est Ecclesia contingit. Nec enim omnes oculi, manus, aut pedes deberent esse; sed hi Prælati munus gerant, qui vicem habent oculorum in Ecclesia: alij manus, ut eas auxiliatrices alijs impendant: alij pedes ut eis seruiant. Quæ omnia per Spiritum sanctum ordinantur, ut Paulus docet dicendo. Alios quidem dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores atque Doctores. Hæc autem omnia operatur vnus & idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Hæc ergo fuit talentorum diuisio. Nam Prælati dedit quinque, nempe naturam, & gratiam, ut Petro munus ipsum cum gratijs eius scientiæ & sapientiæ; imò & subsidij temporalis contulit. Homini Christiano duo, naturam scilicet & fidem dedit: Gentili, atque Pagano vnum, nimirum solam naturam horum omnium compotem. Sed tunc queritur quomodo dicat. Vnicuique secundum propriam

1. Cor. 12.

Esa. 29.

Ephes. 4.

virtutem. Vtique quoniam supposita Dei electione, qua hunc ad hoc munus, illum ad aliud destinauit, iam officia illa illis propria fecit, & ideo secundum illam virtutem quam illis aptopriauit, diuisit illis talenta. Quemadmodum Rex, supposito quod hunc è vulgari homine diuitem ac magnatē fecit, iam potest illi dare officia, quæ diuitibus, ac magnatibus credi solent. Nam etsi Rex id ei præstitit sua gratia, quod esset diues; iam ille habet virtutem propriam ad exercendum munera propria diuitum. Sic quia Deus hunc ad hoc munus elegit, & illam illi tribuit virtutem; iam quasi sibi propriam fecit, ut secundum illam prouideat illi. Et profectus est statim. Hoc est, reliquit hominem in libertate sua. Nam quando dominus præsens est, non remanet in seruis libertas, ad ea quæ eis lubet facienda. Deus semper præsens est (iuxta illam Domini sententiam, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus) sed absentari dicitur: quoniam sic liberum dimisit hominem, ac si nullum haberet superiorem dominum: animam enim suam posuit in manibus suis. *In alma en su palma*, Fecit Deus hominem rectum, hoc est, dedit illi regulam & normam viuendi, nempe rationem naturalem, & legem qua rectus potest stare: & reliquit eum in manu consilij sui. Dedit ei quidem necessaria ad salutem suam habendam, reliquit tamen illum liberum, ut suo viueret, ac operaretur arbitrio. *Negotiamini dum venio*. Ne existimes Christianorum vitam esse hominum otio torpentium & ignauia: nec enim Deus nobis reliquit bona sua, ut manus otiosas in sinu haberemus; sed ut per illa cælorum Regna lucraremur. Simile est enim Regnum cælorum homini negotiatori. Abijt (inquit) hoc est, non otiosus stetit; sed protinus ad opus se præparauit, *Comenzo a poner las manos en la massa, a manejar los negocios*, & lucrari, & acquirere merita ad Regna cælorum consequenda. Nam (ut ait Bernardus) non progredi in via Dei, regredi est. Nec enim sufficit ad salutem, ut quietus sis absque eo quod vlli noceas; nisi ad opera bona facienda surgas. *Abijt*, (inquit) surrexit ab otio, & abijt ad negotium, sicut Maria Magdalena sedebat quidem in domo sua; sed cum audiuit Dominum Iesum adesse, & vocare illam, mox surrexit & abijt ad eius vocationem. Sic & quilibet

simile.

Matth. 11.

Eccles. 7.

Bernard.

quilibet Christianus facere debet. Abijt. *Abijt*, surge ab ignauia & socordia; & præpara pedes. Aperi manus, & incipe omnibus quibus poteris benefacere, & adquire merita coram Deo. Sic enim & Dominus Discipulis suis dixit. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut cauis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Non in hoc vocati sumus, ut temporalia augeamus, quæ in tempore cito deficiant; sed ut fructus in æternum perimansuros faciamus. Vnde & alibi dicit Dominus, Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et operatus est. Operatio quidem actus est propriæ potentie, sicut operatio visus est videre, & auditus audire; sic propria operatio hominis est secundum rectam rationem viuere. Et recta ratio id exigit, ut qui talem habet thesaurum à Deo, tot dona; & tot talenta; non otiosè viuat, sed cum eis operetur ea quæ Domino suo placeant. *Et lucratus est alia quinque*. Nullum donum suum vult Deus in nobis otiosum, sed qui quinque accepit, cum quinque operetur, & alia quinque lucretur: ut nullum videatur fuisse otiosum. Et similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo, nec vllum absque opere habuit. Et qui vnum accepit, si vnum cum illo lucratus fuisset, nihil aliud voluisset Dominus. Nec Pagano quidem ac Gentili deerit Deus, si cum ratione naturali negotiatur, ut statim videbimus. Ex hoc autem colligere licebit, quantum bonitas in prælato debeat lucere, & quanta ad eius integram bonitatem exigantur. Habet quidem Prælati naturam, habet gratiam, saltim illam quæ officio suo annexa est: habet scientiam (ut sit Doctor, ad minus debet habere illam), habet imperium, baculum, & mithram. Hoc est, *El mando, y el palo*. Habet & diuitias quæ ex ouium suarum factura sibi proueniunt. Igitur ex omnibus his quinque talentis debet rationem reddere, vsque ad vltimum quadrantem. Dico ergo, si Episcopus bonus est, mansuetus ac pius, sufficere hoc illi? Minimè gentium. Nam hoc esset cum vno solummodo talento negotiari. Hoc sibi soli erit in vtilitatem, quod bonus, quod castus, quod modestus sit, vel ut plurimum erit, cum natura bona & gratia negotiari, quæ sunt duo dumtaxat talenta. Erit bonus

Tom. II.

homo si aliud non habeat, non tamen erit bonus Episcopus. Si doctus est, & vel non docet, vel recta non docet; malè vtitur talento suo. Si imperio abutitur ad vindicandas proprias iniurias; iniustus quidem est; baculo ac potestate sua malè vtitur. Imò & si hæc benè exerceat; si tamen durus est ad elemosinas largiendas, iam ob hoc talentum postremum malè expensum strictissimam redditurus est rationem. Debet enim in veritate dicere, Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Sapiens cap. 11. Sapiens sic dicit. Omnia sap. 11. in numero, pondere, & mensura disposita sunt. Quod Augustinus de rebus naturalibus interpretatur. Nam hæc creatura tot gradus ex perfectionibus Dei participat, illa plures, alia pauciores. Petra esse solum, planta esse & viuere: animalia esse, viuere & sentire. Ecce numerum. Habet etiam quilibet creatura limitatum suum esse ac perfectionem. Ecce mensuram. Cuique rei creatæ dedit Deus pondus ac inclinationem, qua ad res sibi conuenientes ferretur. Ecce pondus. Hoc etiam fecit Deus in opere gratiæ supernaturali, ut in hoc Euangelio ostenditur. Diuisit quidem Deus gratiam, officia & dignitates in hoc corpore mystico Ecclesiæ, secundum quod ad rectam gubernationem ac politicam vitam exigebatur. Et hic est numerus, nempe diuersa officia diuersorum ministrorum. Et hoc est, quod hic dicitur. Vni dedit quinque talenta, alij duo, alij vnum. Hæc autem munera ad suas dumtaxat actiones strinxit. Itaque limitatam gratiam cuique tribuit, ad ea nimirum solummodo munera exequenda, ad quæ ordinauerat eos. Et hæc est mensura. De qua Paulus loquitur cum ait, Secundum mensuram donationis Christi omnes accepimus. Et hoc est quod hic dicitur. Vnicuique secundum propriam virtutem. Hoc est, non supra vires cuiusque, sed secundum quod poterat vnusquisque facere, talia onera iniunxit. Dedit etiam lumen naturale quo bonum discerni potest: nempe sensum, hoc est, ad bona naturalia inclinationem, gratiam, fidem, ac virtutes infusas, quibus ad supernaturalia ferremur. Et hoc est pondus. Hæc sunt enim talenta & pondera, quæ animam in suum centrum

Ephes. 4.

ii a rapiunt

rapiunt, atque ad suum consummatum bonum perducunt. Sed aduerte quod quemadmodum cui ponderosior inclinatio collata est, fortius etiam, ac promptius ad suum finem debet moueri; ita cui plura talenta commissa sunt, maiori conatu ad perfectionem ferri debet. Nam sicut in bilanci illa quae plus ponderis habet celerius mouetur deorsum; sic qui plura talenta accepit plus ponderis habet, ut promptius ad ea quae sunt virtutis opera moueatur. Quare Episcopum sanctiorem esse oportet clerico simplici; imo plusquam religiosus, ac clericus magis quam secularis, iste plusquam paganus. Quia secularis Christianus duo habet talenta, nempe naturae & gratiae. Gentilis vero aut paganus vnum solum, quod est naturae. Sed attende quod dicit, Tradidisti mihi. Ac si diceret. Quod lucratus sum tuum est: quia tua pecunia negotium peregi. Tu enim tradidisti mihi. Tua quippe sunt Domine omnia, & quae de manu tua accepimus, reddimus tibi. Hinc Paulus dicit. Plus omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. Tanto pondere gratia Dei, & diuinum auxilium animae infidet; ut illam velut rapiat ad Deum (Nam ideo appellatur hic talentum quod erat omnium ponderum maius apud antiquos.) Hinc Sponsa aiebat. Trahe me post te curremus. Videtur quod haec talenta poscebat, quorum pondere traheretur ad Deum. *Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Pauca sunt bona quae in hoc mundo a Deo accepimus, collata ijs quae in futuro seculo accepturi sumus. Nam (ut ait Chrysostomus) sic hoc est ac si de magnis acruis tritici vnum granum tantum tibi daretur: aut si ex aqua fluminis gutta sola tibi administraretur. Sic sunt omnia bona creata respectu illorum, quae in alia vita nobis conferuntur. Pars quaedam minima est praesens portio iustorum, respectu illius integre fortis, quam tunc sunt accepturi. Hinc Paulus ait. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Quia in pauca fuisti fidelis, fructus modo multis: & quia in parte fuisti fidelis, accipe totum. *Intra in gaudium Domini tui,*

simile.

1. Cor. 15.

Cant. 1.

Chrysostr.

simile.

1. Cor. 13.

Qui enim intrat, totus intrat. Nec enim dicitur intrasse adhuc domum, qui mediam corporis partem habet extra. Intra ergo totus in gaudium: quia totus homo integer tunc praemiabitur, tam in corpore, quam in anima, sensibus & potentijs. Hinc Elai. ait. Tunc videbis, & affluēs, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Oportet quippe dilatare cor, ut tantum gaudium capere possit: nam maior est Deus corde nostro. Vnde intratu. Ac si diceret. Tu debes intrare in gaudium: quia gaudium non poterit intrare in te, non enim capies illud. Et dicit, Intra in gaudium, non ad gaudium: quoniam non solum ad hoc quod festa caelorum videat ingreditur; sed ad possidendum etiam Regna caelestia. Hic modo intras quidem ad videndum festa, quae coram Rege aguntur; non tamen ingrederis tanquam in propriam domum: fideli autem seruo dicitur, Intra in gaudium, non solum ut videas illa bona, sed ut possideas, & in illa tanquam in propria bona ingrediaris. Vnde Dominus in oratione ad Patrem dixit. Pater volo ut vbi sum ego, & hi sint mecum. In hoc sensu, ut sicut ego beatus sum meam gloriam ac essentiam videndo; in hoc & ipsi etiam beati sint. *Et qui duo talenta accepit, lucratus est alia duo.* Hic ille Christianus fidelis est, qui non sibi sat esse debet putare, quod secundum naturalem modum viuat; nisi etiam secundum gratiam quam a Deo accepit operetur, ita quod bonus homo, & bonus Christianus simul sit. *Accesit autem & qui vnum talentum habebat, & ait. Domine, scio quia homo austerus sis, & metis vbi non seminas, & congregas vbi non sparsisti; & timens aby, & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est.* Hi sunt qui solo lumine naturali sunt praediti, qui tamen si recte illo vti fuissent, Deus illis de necessarijs ad salutem prouidisset, ut cum Cornelio fecit, & cum illo Eunucho Reginae Candacis Aethiopiae, qui erat super thesauros eius: quos Paulus dicit nulla posse pretextere iustam excusationem. Nam cum per lumen naturale Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; sed euauerunt in cogitationibus vanis suis, & obscuratus est cor eorum insipientes. Et hoc est talentum sub terra abscondere; hoc est lumē naturale sub terrenis vitijs obscuratum tenere. Hinc Iacobus ait. *Suscipite*

Esai. 60.

1. Ioh. 3.

Ioh. 17.

Act. 10.

8.

Rom. 1.

Iacob. 1.

Susci-

Suscipite inquit verbum, quod potest saluare animas vestras. Vocat illud inquit; propter capacitatem quam habet anima hominis, ut in illa supernaturale lumen inferatur. Sicut truncus arboris capax est, cui aliud virgultum inferatur. Vnde & Paulus ait. Propere est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei quod praedicamus. Diuus Chrysostomus, per hoc vnicum talentum intelligit fidem, quam quidam pessimi Christiani, atque vitiam non maior eorum pars, solam habent sub terrenis vitijs, ac concupiscentijs quasi absconditam, atque sepultam. Sunt enim ex fidelibus quam plures, qui acutum quendam, vel fasciculum articulum fidei habent in angulo quodam intellectus inuolutum, atque absconditum, nec vnquam euoluunt illud, aut explicant, ut ex eo vtilitatem capiunt. Hoc autem faciunt ne memoria rerum futurarum quas docet fides, impediatur ne liberē in vitia sua debacchentur. Oportet ergo ad vltimam talentum dare: nam vltima ab vltimo dicitur. Sicut ergo pecunia in arca inclusa non multiplicatur, nisi negotiationi alicui exponatur; sic nec fides nisi in societate charitatis, & aliarum virtutum illam, ad negotiationem Regni caelorum exponamus. Oportuit te ponere pecuniam meam ad mensam, ut dicit Luc. Hoc est, ad mensam Scripturarum, ex Scripturis sacris vtilitatem, ac lucrum capere: nam Scriptura diuina, mensa dicitur ibi apud Psalm. vbi dicitur, Fiat mensa eorum ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Eo quod in illa legerunt. Maledictus omnis qui pendet in ligno, & ideo maledixerunt Christum in ligno pendentem, non intelligentes quia factus est maledictum in ligno ut tolleretur ligni maledictionem. Numularij autem qui ad hanc mensam sedent, de quibus fit hic sermo, sunt Praedicatores & Doctores Ecclesiae, cum quibus negotia Ecclesiae & fidei tractanda sunt, & propriae saluationis opus communicandum, alias a Domino condemnabitur. Sicut ille qui dedit seruo suo decem fanecas tritici ut seminaret illas, & sic multiplicatae illi redderentur; etiam si easdemmet fanecas solas illi reddiderit, quoniam non eas illi dedit ut otiosas conseruatas haberet, sed ut in terra seminatae multiplicarentur, condemnasse, ta-

Rom. 10.

Chrysostr.

Luc. 11.

Psalm. 68.

Deut. 21.

Galat. 3.

Tom. II.

lem seruum. Etiam si serues fidem integram, nec vnquam ab eius veritate vnquam quidem transuersum descueris, si tamen fructus bonorum operum non exercuisti, nihil tibi proderit. Nec enim sufficit non facere malum, nisi etiam feceris bona, *stiebam quia homo durus & austerus est.* Hoc est, inexorabilis: quia Deus nullum vitium impunitum relinquit. Nam si tu per penitentiam illud hic non punieris, Deus in altero seculo casti gabit illud. *Ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.* Nam id quod absque fide aut charitate sit, etiam si bonum videatur; bonum tamen in rei veritate non est: quia coram Deo nullum habet meritum. *Et date ei qui habet quinque talenta.* Nam beati in caelo gaudium accidentale habent omnium bonorum, quae in hac vita ad gloriam Dei facta sunt. Quod si peccator bono opere non fruitur; iusti illo fruuntur. Sic enim intelligitur illud, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.* Dicitur Christus Dominus peregre profectus respectu nostri, a quibus se absentauit, & nostan quam peregrini ab illo absimus, & ille a nobis. Nam, ut ait Paulus, quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Vel ideo quia post resurrectionem caro glorificata transit ad alium statum, sic nostro altiore; ut tanquam alius, ac extraneus ab isto videatur. Quare post resurrectionem Christus Dominus suis discipulis tanquam peregrinus apparuit. *Vocauit seruos suos.* Omnes vocauit Deus per creationem, secundum illud Pauli. Qui vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt. Et Baruch. 3. de stellis dicit. Vocatae sunt, & dixerunt, Adsumus. Porro cum dixit, Fiat lux, & facta est lux. Vocat etiam omnes per lumen naturale, quo potest cognoscere Deus largitor bonorum, iuxta illud Psalm. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona. Et respondit. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Vocat etiam multos per gratiam suam, quomodo omnes Christianos vocat in Baptismo, vbi confertur eis haec Dei gratia. *Et tradidit illis bona sua.* Quoniam bonum est diffusiuum tui; Deus autem est summum bonum: & ideo effudit illud super omnia opera sua. Vnde omnia opera nostra, participatio quaedam sunt boni diuini. Nam, ut ait Iacobus, Omne datum optimum de sursum est.

Apoc. 3.

Alia moralitas sen concio.

2. Cor. 5.

Rom. 4.

Baruch. 3.

Genes. 1.

Psalm. 4.

Iacob. 1.

descendens à Patre luminum. Et vni dedit quinque talenta. Nam supra satis exposuimus quenam sint hæc quinque talenta, licet D. Gregorius per hæc quinque talenta, quinque sensus intelligat. Tunc enim speciale donum Dei sunt, cum Dominus talem alicui gratiam tribuit, ut possit sensus suos secundum rectam rationem dirigere, atque eis dominari, & eos in officio continere. Alij duo. Hoc est, fidem, & operationem, fidem & dilectionem, nempe fidem illam quæ per dilectionem operatur. Et secundum hanc intelligentiam, etsi in pondere plus recepit ille, cui quinque dederunt; in qualitate autem & valore, plus hic cui duo sunt data. Plus enim valet fides cum operibus; quam bonus vsus sensuum. Et profectus est statim. Ad designandum, quod in omnibus operibus suis homo sit liber, nec cogatur à Deo. Nam licet in iustificatione detur prima gratia absque meritis præiis; tamen adhuc in illa concurrat peccator consentiens Deo mouenti. *Profectus est statim.* Cur protinus abiit? Cur aliquantulum non manlit nobiscum, ut prospiceret quomodo negotia eius ageremus? Commisit nobis bona tua, nonne rectum videbatur, ut videret si prudenter ad ea augenda nos haberemus? Videmus enim magistros artium, qui novitios & tyrones in arte illa instruunt, postquam eos docuerunt, ut artem illam, & opus iniunctum exercere valeant; adhuc aliquod tempus expectare illos, quomodo lineas ducant, & ea quæ edociti sunt, quomodo exequantur. Et postea dimittunt illos in opere, quod eis iniunxerunt. Quare sic non se habuit nobiscum Deus? Dicam vobis fratres. In instrumentis quibus artes mechanicæ exercentur, non est ars illa qua fit opus. Nec enim in terra est ars frabilis, aut in penicillo ars pictoria. Sed oportet ut discipulus doceatur, quomodo debeat mouere illa ad opus. Cæterum in instrumentis, & donis quæ Deus nobis reliquit, ut cum illis opus istud Regni coelorum exequeremur, ars ipsa continetur, *En ellos está la maestría como se han de menear,* & ideo non indigent alia Dei præsentia, præter eam quam in illis habet. Fides est magistra & ars huius operis Christiani; charitas est manus, quæ opus hoc facit: illud ergo instrumentum, quod est fides, ducit manum, quæ est charitas: ut opera fidei exerceat. Id enim vult Paulus cum dicit. Fides quæ per charitatem operatur. Quare vnum sine alio

simile.

Galat. 5.

non sufficit. Non fides sine charitate factis est. Sunt enim hæc duo simul viua instrumenta, quæ in seipsis artem & Magisterium recte operandi continent, nec alio opus est, quam eis uti, ipsa enim opus perficient, sicut perficiendum est. Vnctio docebit vos de omnibus ait Ioannes. Quoniam fides doctrix est disciplina Dei: & electrix operum illius, ut ait Sapiens. Quia ergo talia nobis instrumenta reliquit, in quibus ipsa ars operandi est; ideo datis talentis profectus est statim: quoniam satis nobis prouisum cum illis existimauit, ad negotia eius peragenda. Abiit autem qui quinque talenta habebat, & lucratus est alia quinque: similiter qui duo, &c. Abiit & operatus est. Abire distinguit ab operari. Prius abiit in domum suam, deinde exiit ad opus suum: Primum enim abiit ut cogitaret de opere sibi iniuncto, quomodo exequi deberet illud; & postquam id excogitauit, manum ad opus admouit. Nam prius fidelis secum debet pendere dona quæ à Deo accipit, simul cum obligatione quam habet ad bene illis utendum, & hac habita consideratione ad opus exire. Sic enim de Discipulis dicitur. Abierunt ergo iterum Discipuli ad semetipsos. Hoc est prius secum præmeditati sunt quæ agere deberent: ut sic opus perfectum facerent. Sic & filio prodigo contigit. Prius fuit reuersus in se, & dixit. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus? ego autem hic fame pereor? Et deinde dixit. Ibo ad patrem meum, & abiit. Memoria enim & recordatio misericordiarum, ac liberalitatis Patris sui; fecit eum ad illum abire. Sic considerare dona quæ à Deo donata sunt nobis, quæ non ut otiosa essent nobis illa contulit; per hoc excitabimur ad operandum per illa. Quare me ad Ecclesiam suam adduxit? (deberet sibi quilibet Christianus dicere) ut otio torpescerem forte? Minimè, sed ut negotijs Regni coelestis vacarem. Negotiamini dum venio. Et sic alij qui alia dona à Deo acceperunt meditari deberent. Nam ex huiusmodi inconsideratione prouenit, ut otiosam fidem, & reliqua dona Dei, multi ex Christianis teneant, talentum sub terra fodiant, ut nullius utilitatis sit. Et lucratus est alia quinque. Plura quam quinque forte lucratus est, sed per hanc duplam

1. Ioan. 20.

sap. 8.

1. Ioan. 20.

Luc. 16.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

multiplicationem intelligitur fructus quem in proximo tuo facis cum donis quæ à Deo habes. Nam per hoc quod alijs tua scientia, aut pietate vsui es; etiam tibi multiplicas, ac conduplicas merita. Id enim quod alijs profuisti, in tuam etiam utilitatem meritum cedit. Quare qui quinque habuit talenta, quia omnibus illis proximis suis profuit, sibi etiam illa multiplicauit. Nam si in quinque rebus illis profuit; etiam in illis quinque sibi meritum acquisiuit. Hinc enim Paulus dicit, Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrificiam, *Para ganar à todos y contodos.* Nam lucrum spirituale quod illis acquirebatur, incommodum etiam meum cedebat. Ideo quippe Iacob ex rebus foceri sui Laban ditatum fuisse dicitur, quoniam iustus ex alienis rebus locupletatur. Nam quod alijs prodest, sibi meritum accrescit. Id enim & animalia illa sancta, quæ Ezechiel vidit significabant, de quibus dicitur, quod ibant, & reuertebantur. Ibant, & redibant. Nam in hoc quod vadunt ad commoda proximorum pertractanda, ad se redeunt; eadem commoda per merita ad se referentes. Hoc ergo significat quinque talentorum multiplicatio: nempe id quod in utilitatem proximi expendis, tibi multiplicas. Potest etiam per hoc duplicatum lucrum intelligi duplum præmium, quod Sancti per sua opera consequuntur; nempe corporis & animæ. Vtramque enim in beatitudine suam accipit præmium. Hæc enim sunt diploida illa, quibus domestici Dei induuntur, iuxta illud quod Proverbiorum. 30. dicitur. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Id est, gloria corporis & animæ. Modò dantur eis singulari stola alba (ut in Apocalyp. legitur) hoc est, gloria animæ dantur. Postea autem bina stola dantur eis, hoc est, gloria animæ & corporis. Vel si vis ut sistamus in expositione Gregorij, qui per quinque talenta bonum usum quinque sensuum intelligit; tunc duplicatum hoc præmium erit, quando quilibet sensuum iuxta legem Dei ex imperio voluntatis suam actum exercet. Quilibet etiam suum præmium meretur: nempe lingua cum doctrina, aut Dei laudibus, oculus cum lacrymis, manus cum elemosynis, & sic de alijs: ut sic adimpleas illud quod Paulus ad Romanos docet dicens. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete seruire iustitiae in sanctificatione. Sed plus adhuc mysterium hoc examinemus. *Lucratus est alia quinque.* Non videtur quippe multum magnum lucrum conduplicare tantum principale. Nam si negotiator quispiam cum mille ducatis alia tantam millia duplicasset per totam vitam; non magnum certe lucrum portasse diceret. Sed triplicare, imò & centuplicare principale debet, ut diues fiat. Quomodo ergo Dominus iste, qui dedit seruo suo quinque talenta, post multum temporis rediens solum alia quinque multiplicata inueniens sic gaudet, ut magno illum seruum afficiat præmio? videtur paucis satisfieri. Sed attendite fratres mei. Hoc speciale habet spirituale peculium, quod dum distrahitur, & expenditur, augetur eius valor & crescit pondus eius, & eodem tenore quo ipsum crescit, crescit etiam lucrum quod illi correspondet. Quare etsi cuiuslibet talento aliud dumtaxat talentum respondeat, sed quoniam quodlibet talentum vsu crescit, & auctum est tam pondere quam valore; hinc fit, quod lucrum ei correspondens etiam maius fuit, & tanto præmio meruerit ditari. Exempla hoc nobis manifestum efficiunt. Si scutum quo tu negotiaris hanc haberet virtutem aut qualitatem, ut quo plures cum illo negotiationes ageres, plus & valor, & pondus eius crescerent, ita quod plura grana auri ei adderentur, certum est, quod eo tenore, quo valor scuti cresceret, augetur, & lucrum ei correspondens. Nam si quando valor eius erat ut viginti, lucrabatur, verbi gratia, quinque; nunc quia auctus est per vsu vsque ad quadraginta, lucraretur decem; & cum cresceret vsque ad octoginta, viginti, & sic proportionabiliter sicut valor scuti cresceret, augetur, & lucrum, quod ex eius negotiatione reportaretur. Igitur hoc habet peculium hoc spirituale; hæc talenta quæ nobis confert Deus, quod vsu valor eorum augetur, & per consequens lucrum. Vsus fides augetur, & roboratur: quoniam per multiplicationem auctum augetur habitus, licet supernaturalis meritorie augetur à Deo, qui infudit illum, & per opera chari-

Gene. 31.

Ezech. 1.

Prover. 30.

Rom. 6.

simile.



ritatis charitas & gratia crescunt. Opera etiam quae ex maiori charitate & gratia procedunt; maioris meriti sunt, & sic etiam proportionabiliter lucrum. Certum quippe est quod si duo idem opus meritorium faciunt (v. g. largiantur elemosynam) & vnus ex maiori ac intensiori charitate illam largitur, si caetera sint paria, plus is, quam alter lucratur & meretur. Nam peculium quo negociabatur auctius erat: creuerat enim per vsum. Nam si radix sancta, & rami: & si sanctior radix, sanctiores & rami: & si sanctissima, itidem & rami: nam sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, vt Logici dicunt. Si bonum peculium, bonum & lucrum, si multa charitas quae est radix, multum & meritum. Vidit quaedam vice Dominus Iesus multos mitentes munera in gazophilatio, inter quos intuitus est viduam quandam, quae tantum duo minuta obtulit, & dixit Dominus illam plus alijs obtulisse: quoniam ex maiori deuotione & charitate ad Deum, & ex intensiori voluntate ea obtulit. Nam si ex eis quae sibi necessaria erant (pauper enim omne quod habet necessarium est) illa libentissime obtulit, multo magis ex superfluo tribuisset si habuisset. Igitur quoniam peculium principale quo negociabatur haec vidua, nempe charitas, maior erat, etiam si id quod tribuit parum videbatur; meritum tamen maximum fuit. Et sic intelligitur quod Dominus dicit. Centum pro vno accipies. Nam si Deus secundum iustitiam distributiuam praemiat; secundum proportionem meritorum debet & praemia largiri. Centum autem pro vno magna improportio videtur.

Roma. 11.

Luc. 21.

Matth. 19.

Eccle. 11.

Quomodo ergo stat eius iustitia? Ad quod tamen respondetur, quod quia illud vnum per vsum creuit; valor eius etiam auctus est vsque ad centum. Igitur etsi videatur quod Dominus duplo lucro contentus fuit, quod parum videtur; tamen quia duplum illud per augmentum talentorum, & peculij creuerat, erat forte centuplicatum. Quare huic seruo in die iudicij dicitur. Euge serue bone & fidelis. Bonus quia conseruauit datum; fidelis quia multiplicauit acceptum. Vnde Ecclesiast. 11. dicitur. Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in aeternum. Vel fidelis, quia seruauit commissum; bonus, quia multiplicauit. Nam bonum est diffusiuum sui. Diffusum est vt lu-

craretur per illud. Venit autem & qui vnum acceperat, &c. Postremus venit qui puniendus erat: nam Deus semper in castigando est tardus, & in praemiando citus. Cui maius praemium collaturus erat primum accessit: quoniam prius fecit bonum, quam malum poenae. Et parentes nostros qui mane peccauerunt; ad vesperum puniturus venit, & lente deambulando, quasi qui inuitus ad puniendum eos veniret. Hic qui abscondit talentum, pusillanimos significat, vt supra dictum est. Otiose vixit nec ad opera manus admouit: cum tamen apud Ezechielem dicatur. Ecce haec fuit iniquitas Sodomae. Otium eius, & filiarum eius. Nam de anima iusti dicitur quod panem otiosa non comedit. Ecce quod tuum est. Videtur his, quod sufficit malu alicui non fecisse, & praepcepta negatiua seruasse; cu tamen praepcepta negatiua sint medietas legis Dei & iustitiae, quae duas habet partes: nempe declinare a malo, & facere bonu. Na lex Dei etiam habet praepcepta affirmatiua. Qui enim dixit, Non furaberis, dixit etiam, Tribue quod tibi sapere est pauperibus. Et qui dixit, Non occides; dixit etiam, Erue eos qui ducuntur ad mortem, hoc est, Conserua vitam proximi tui cum vales. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Nam, vt diximus, ex operibus bonis quae mali aliquando fecerunt, gaudium accidentale recipiunt beati; & satisfactoria opera eorum quae in gratia fecerunt, & illis ob eorum culpam non profecerunt, in thesauros Ecclesiae cedunt ad vtilitatem bonorum. Dominus Dauid, ait Scriptura, indies crescebat, domus autem Saul minuebatur. Nam pessimi & peccatores proficiunt in peius, vt ait Paulus, Van sempre de mal en peor, Boni autem indies augentur, De bien en mejor. Ab eo autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Nam saepe fides qua habebat otiosam sapiens & doctus, ab eo aufertur, vt indocto & rustico detur. Sed obserua, quae iste qui abscondit talentum, quando veniebat Dominus, properauit, vt e terra talentum educeret. Sic multi pigri Christiani nihil operantur dum viuunt, & omnia ad horam mortis seruant, sicut virgines fatuae fecerunt: & ideo permittit Deus, vt tunc locus illis non detur & peccent. Sapientes lampades accensas, & plenas oleo tunc habebant: quoniam iusti dum viuunt, operantur, nec eos incautos hora mortis offendit, ya ti enen hecha su mochila, y el mal alotaje para passar ala otra vida, Gregorius Homilia. 9. ait esse quod-

Gen. 3.

Ezech. 16.

Prover. 31.

Luc. 11.

Prov. 24.

1. Reg. 3.

2. Tim. 3.

Gregorius

dam

dam, qui nec magna apprehendere volunt, nec talento suo vti, sed in vitijs sepeliuntur: quia nimium sibi rigidus videtur Deus. Et tamen propter hoc deberent potius ab otio surgere ad negotium: quia rigidus exactor suorum talentorum est Deus. Vt Petrus dixit Domino: Exi a me, Domine, quia homo peccator sum. Imo quia peccator es, non deberes illu a te repellere. Quia in pauca fuisti fidelis. Non enim sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Et Sap. ait: In paucis vexati, in multis bene disponentur. Cur non dedisti pecuniam meam ad mensam? Nam si tu, homo, pusillanimis es, nec magna apprehendere audes; iungere maioribus ac perfectioribus, & cum eis societatem contrahe: vt eorum exemplo, & exhortationibus animos capias ad maiora subeunda numerata.

Luc. 5.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suae. Et congregabuntur ad eum omnes Gentes, & separabuntur ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hordis, & statuet quidem oves a dextris suis, hordos autem a sinistris. Tunc dicet Rex is, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidere paratum vobis Regnum a constitutione mundi. Esurini enim, & dedistis mihi manducare: sitiini, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & paupimus te: sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicit illis: Amen dico vobis, quando vidimus vni de his fratribus meis, mihi fecistis. Tunc dicet & his, qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esurini enim, & non dedistis mihi manducare: sitiini, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quando vidimus vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam.

Si terrores hi, quibus Dominus in praesenti sermone nos minatur, non nos ad meliorem frugem redire cogunt: nescio quam spem nostrae salutis habere possimus. Quoniam si secundum prauitatem, ac ingenij nostri rusticitatem, nihil boni sponte ac liberaliter operamur, sed metu poenae, aut terrore perciti, tanquam vilia mancipia ea agimus: cum hodie aeternis, ac innumerabilibus poenis nos terreat Dominus, & ex alia parte perpetuis gaudijs nos inuitet: si nec vnus metus, nec alterius cogunt: nescio quid erit satis vt boni simus? Si tanta nobis medicamina non profunt, quasi filios diffidentiae ferere nos habere possumus, & quasi infirmos, qui iam omnino suae diffidentiae saluti. Hic benedicta medicamina nobis applicantur (quae sunt benedictiones istae, quibus in die iudicij benedicendi sunt boni): aspera etiam pharmaca nobis indicuntur (quae sunt maledicta, quae aduersus impios pronuntiantur.) Si ergo nec hoc, nec illud tibi prodest, nescio quod aliud remedium tibi superfit. Sed dicere tibi possumus praedicatorum: Incurabilis plaga tua. Et in hoc ostendit nobis Deus superabundantem misericordiam suam: cum tot antea temporibus nos admonet, atque praenit de his quae super nos vetura sunt. Iam, Domine Deus, perspicio quanto animas digneris amore, quas iam iam tuo pretiosissimo sanguine es redempturus: cum tot nobis signa facias, nutribusque praenitias, admoneas, atque exhorteris, ne in iram tuae terribilem incidamus. Nam cum sis Iudex, pro reo te manifestas: & cum sis Dominus, seruo tuo reuelas arcana, quae cum Angelis sint occulta, hominibus tamen aperta facis. Nec enim occidere vis, sed vitam dare: non condemnare reum, sed absolueret: non perdere hominem, sed saluare. Dedisti metuentibus te significationem (ait Regius Propheta Dauid) vt fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui. Ad hoc enim manicat, ad commonendum nos, vt fugiamus a facie arcus irae suae, quo igneus sagittas emittit, quibus anima cum inferno configitur. Vt liberentur dilecti tui, id est, ad hoc quod electi tui tot pericula euadant. Ob hoc ergo sic nos admonet, Christus, dicens: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suae. Id dicit, vel quia vere sedebit iudicaturus homines pro tribunali, vt iudices facere solent; vel ad

Hier. 30.

Psal. 59.



insinuandam tranquillitatem ac veritatem, qua sententias debet proferre. *Et congregabuntur ad eum omnes Gentes.* Nullus enim abesse poterit ab illo generali capitulo, in quo culpa omnium hominum audientur. Omnes enim nos stare oportet ante tribunal Christi (ait Paulus.) Omnes (inquit) nullus enim ab illo exemptus erit. *Et segregabit eos ab iniuicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis.* Id est, bonos a malis separabit. Nam boni oves dicuntur: eo quod omnibus utiles sunt, sicut ovis inter cœtera animalia utilissima est. Lana quippe sua pauperes calefaciunt iusti, secundum quod dicebat de se Iob: Si despecti prœtereuntem, eo quod non haberet vestimentum, & absq; indumento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Itē ovis animal mansuetissimum est, si roncatur, si decorietur, si iuguletur, nec manibus, nec pedibus resistit, sed patienter suffert. Sic iustus tanquam ovis ad occisionem ducitur, & non aperit os. Mali verò hœdi dicuntur caprarum hœdi, quæ animalia immunda sunt, ac libidinosa, aspera, atq; syluestria auida maxime cibi: propter quem rupes, & aspera quæq; conscendunt. Sic pravi homines inutilis sunt, duri, syluestres, libidini dediti, cupidi alienorum, nihil non tētant, vt diuites hiant, sibi solis commoda quærunt. Tunc ergo segregabit hos hœdos ab ouibus; malos scilicet a bonis: nam tunc erit tēpus messis, quando in campo Iosaphat permūdabit aream suam, & cōgregabit triticum in horreum suum; paleam autem comburet igni inextinguibili. In nocte non splendet gemmarum lumē, sed lapides pretiosi, & glebæ omnes vnius coloris apparent. At cum lux Solis aduenierit, discernitur terra à gemmis. In hac vita, quam in tenebris agimus, non discernitur bonus à malo; quinimò multoties mali honore debito bonis perfruuntur. Tunc autem veniet Sol iustitiæ in splendoribus sanctorum, & illuminabit omnia, & apparebit honorum gloria, & tanquam gemmarum, ac lapides pretiosi in thesauros Regis reponētur, malis quasi glebæ terræ in sterquilinum inferni reiectis. Vnde & Paul. ait: *1. Cor. 4.* Nolite ante tempus iudicare, quoaduq; veniat dies Dñi, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium. *Et statuet oves quidē à dextris suis, hœdos autem à sinistris.* In hoc misericordia Dei splendet, quæ illū proniorē ad prœmiandum quam ad puniendum facit. Nam quos prœmiare debet

2. Cor. 5.

Iob. 31.

Matth. 3.

simile.

1. Cor. 4.

cōstituit ad dexteram, puniendos autē ad sinistram. Opera enim quæ dextera manu exercemus, fortius, melius, & perfectius agimus quæ sinistra operamur, in qua nec tanta vis, nec dexteritas esse solet. Deus ergo manu sua dextera ad prœmiandum vitur: quoniam largitur in prœmiū quidquid potest, nempe semetipsum. Ceterum ad puniendum sinistra vitur, vt qui non id sponte sua faciat, sed coactus à malitia impiorum, nec totam suam vim in hoc applicet, cum maiora potuerit decernere supplicia. Propterea nāq; Theologi dicunt, quod Deus punit citra condignum, prœmiat autem ultra condignum: quoniam maius prœmium statuere non valuit, nempe quia seipsum pro prœmio, & mercede dat, quo maius nihil excogitari valet. Potuit autem acerbiora statuere supplicia pro malis, quam ea quæ ordinavit. Vel dicitur bonos ad dexteram collocare, hoc est, ad locum deliciarum, & favoris. Nam quos diligimus dextera amplexamur, iuxta illud: Dextera illius amplexabitur me. Vel per dexteram intellige optima, & electa bona, quæ Deus habet, ad quæ suos admittit. Sic enim & filio dicitur: Sede à dextris meis. Hoc est, in melioribus, & selectioribus bonis, quæ ego habeo. His igitur bonis quibus fruitur filius, fruuntur & iusti, qui fratres eius ac cohæredes sunt: & ideo dicitur à dextris suis, hoc est, in bonis suis. De malis autem non dicitur à sinistris suis, sed à sinistris duntaxat: quoniam nihil suorum bonorum perfruuntur, sed tormentorum, quæ solum p malis ordinavit Deus. Bonos autem in bonis suis collocabit: quoniam illis comunicat sua gaudia, diuitias, amorē, substantiam, & eadē bona, quibus ipse perfruitur. *Tunc dicit Rex his qui à dextris eius erunt.* A prœmio incipis, pijsimè iudex: Equidem vt appareat quā spontaneus sis ad prœmiandum, coactus autē ad castigandum. Ab eo incipis operari quod tuæ magis consonū videtur naturæ. Ad hoc enim omnes cōdidit, vt suo frueretur aspectu. Quod si penas statuit, quasi coact⁹ à malitia impiorum fecit, id exigere iustitia sua. Neminē enim vellet Deus perire, sed oēs vult saluos fieri. A prœmio incipit, vindictā in posterū referuādo. Vel ideo prius bonos prœmiat antequam malos à se deterreat, vt videat oculis suis bonorum prēmium ac gloriā, quod ipsi culpa sua ac iniuria amiserunt, & pudore pusi vlulēt, stideat dētibus suis, & rigeat videtes corā oculis suis bonos ad æterna pducī p̄mia, quæ ipsi, si voluissent, potuissent etiam lucrari. Nec hoc parū afficiet prauos videntes corā se, ad tantam felicitatē iustos vocari, cum ipsi in tantas relinquantur miserias. Quanto putas maiore affectū diuitem illum epulonem, cum Lazarum in sinu Abraham collocatum aspexit, & se in tantas prouolutum miserias: vt nec guttam quidem aquæ haberet, qua refrigeraret linguam suam? Quid similiter sentiet prosper ac ditissimus mercator, qui vsuris ac rapinis locupletatum se videt, ita vt omnes propter illas honorent eum, & ad eum deprecantes pro pecunijs accedant, cum se modō videat in tantam pauperiem obtrusum, vt nihil omnino consolationis habeat? Fame cruciari, siti suffocari, igne comburi, absq; vilo cōsolatore; & interim perspiciat pauperes agricolas, quorum rem omnem familiarē ipse suis vsuris deuorauerat, in tantam felicitatē collocatos, tantis repletos diuitijs, vt nihil omnino illis desit, sed in dextera Dei constitutos. Væ, væ mihi, dicit, quantō melius mecū actum esset, si ego miser ille agricola fuisset, aut pauper ille ac vulgari homo, de quorum rebus ego meas auxi, quā tunc sic diuitem fuisset, & nunc in tantam pauperiem, ac ignominiam detrusum. Hac ergo ratione prius prœmiabit Deus bonos, quam puniat malos: vt confundantur mali, videntes gloriam iustorum. Sic enim & apud Esaiam dicitur: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Sed subinfert, dicens: Videant, & confundantur, & ignis hostes tuos deuoret. *Venite ad me.* Ad me (inquit) qui vestra sum quies, vester thesaurus, vestrum centrum, & omne bonum vestrum. Ad me, inquam, qui summum bonum sum, summum gaudium, summa pulchritudo. Non dico vobis vt veniatis ad meā domum, ad meas res, sed ad me. Non ad Angelos vos mitto, nec ad Cherubin, aut Seraphin, sed ad meipsum. In hac vita si Rex terræ te hospitare facit in Curia sua, & ex cibo Regio te pascat; summam erga te amicitiam in hoc ostendit. Id enim fecit Dauid cum Vria. Ceterum si in domo propria sua te reciperet, multo maior gratia esset: si in suomet cubiculo, maxima: si in suomet lectulo, incredibile, nec vllus vnquam Regum terræ talē alicui gratiam fecit. O Dei summa, atque incredibilis bonitas, quanti tuos æstimas amicos ac seruos. Nec enim in tua cœlesti Curia duntaxat eos suscipis, ac Regio tuo cibo eos pascis: verū & in domo tua, in cubiculo tuo, in temetipso eos recipis, re-

Cant. 2.

Psal. 109.

Psal. 26.

simile.

2. Reg. 11.

potuissent etiam lucrari. Nec hoc parū afficiet prauos videntes corā se, ad tantam felicitatē iustos vocari, cum ipsi in tantas relinquantur miserias. Quanto putas maiore affectū diuitem illum epulonem, cum Lazarum in sinu Abraham collocatum aspexit, & se in tantas prouolutum miserias: vt nec guttam quidem aquæ haberet, qua refrigeraret linguam suam? Quid similiter sentiet prosper ac ditissimus mercator, qui vsuris ac rapinis locupletatum se videt, ita vt omnes propter illas honorent eum, & ad eum deprecantes pro pecunijs accedant, cum se modō videat in tantam pauperiem obtrusum, vt nihil omnino consolationis habeat? Fame cruciari, siti suffocari, igne comburi, absq; vilo cōsolatore; & interim perspiciat pauperes agricolas, quorum rem omnem familiarē ipse suis vsuris deuorauerat, in tantam felicitatē collocatos, tantis repletos diuitijs, vt nihil omnino illis desit, sed in dextera Dei constitutos. Væ, væ mihi, dicit, quantō melius mecū actum esset, si ego miser ille agricola fuisset, aut pauper ille ac vulgari homo, de quorum rebus ego meas auxi, quā tunc sic diuitem fuisset, & nunc in tantam pauperiem, ac ignominiam detrusum. Hac ergo ratione prius prœmiabit Deus bonos, quam puniat malos: vt confundantur mali, videntes gloriam iustorum. Sic enim & apud Esaiam dicitur: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Sed subinfert, dicens: Videant, & confundantur, & ignis hostes tuos deuoret. *Venite ad me.* Ad me (inquit) qui vestra sum quies, vester thesaurus, vestrum centrum, & omne bonum vestrum. Ad me, inquam, qui summum bonum sum, summum gaudium, summa pulchritudo. Non dico vobis vt veniatis ad meā domum, ad meas res, sed ad me. Non ad Angelos vos mitto, nec ad Cherubin, aut Seraphin, sed ad meipsum. In hac vita si Rex terræ te hospitare facit in Curia sua, & ex cibo Regio te pascat; summam erga te amicitiam in hoc ostendit. Id enim fecit Dauid cum Vria. Ceterum si in domo propria sua te reciperet, multo maior gratia esset: si in suomet cubiculo, maxima: si in suomet lectulo, incredibile, nec vllus vnquam Regum terræ talē alicui gratiam fecit. O Dei summa, atque incredibilis bonitas, quanti tuos æstimas amicos ac seruos. Nec enim in tua cœlesti Curia duntaxat eos suscipis, ac Regio tuo cibo eos pascis: verū & in domo tua, in cubiculo tuo, in temetipso eos recipis, re-

ficis, atq; accubare facis. Tu enim es eorum domus, habitaculum, lectus, atque requies ipsorum. Magnas delicias æstimabat Sponsa, quod sub umbra tua requiesceret, cum aiebat: Sub umbra illius quem desideraueram, sed: modō verò non sub umbra tantum, sed in temetipso requiescit ac vivit. *Venite ergo ad me benedicti Patris mei.* Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominū. Rectē benedicti Dei dicuntur, quia oēs benedictiones eius ipsos apprehēdunt, omnia bona sua illis tribuit: vt videatur quātis illos benedictionibus repleat. *Benedicti Patris mei.* Benedicere, est bonum dicere, & dicere Dei, est facere: tunc ergo Deus suos benedixit, cum ad æterna gaudia illos ab æterno prœdestinavit, & præscluit, & illa fuit prima benedictio, aliarum omnium benedictionū fundamentum & radix. Tunc etiam secundō eos benedixit, cum mediā eis contulit, quibus prœdestinationis effectū consequeretur. Tunc demum benedictionē suam adimpleuit in eis, quando possessionem bonorum, ad quæ eos elegit, contulit. Vnde infert. *Possidete paratum vobis Regnū ab creatione mundi.* Possidete (ait) quoniam bona illa pacifica possessione tenebunt in æternū sancti. *Paratum vobis Regnum.* O Dei maximā curam circā electos! Nam ab æterno, ex quo Deus est Deus hanc habuit curam, vt pararet electis suis Regnū. Regnum (ait) non domum, aut agrum, aut populum, aut ciuitatem, sed Regnum, vt Sap. 5. dicitur: Accipient Regnum decoris, & diadema honoris de manu Domini. Possidete quasi propria, quasi bona paterna, omnia Dei bona tanquā vestra. Quomodo illos hæc visio Christi decora & amabilis decorabit? Veluti Sol campos, ac prata in Vere decore ac pulchritudine adimplet diuersis ac pulcherrimis coloribus vestiens illos. Multo magis clara Dei visio illos vestimentis gloriæ decorabit, aureis ac sericis indumentis eos vestiens. Nam propterea vermis sericus, qui dicitur bombex, factus est, iuxta illud Psalmi: Ego autē sum vermis, & nō homo; vt serica hæc indumenta nobis texeret. O Domine dicent boni, nescimus in quo tibi ita placuimus, quod tantis nos bonis affeceris. Quibus & Dominus respondet: *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & deditis mihi bibere.* O misericordiarum opera beata ac felicissima! Possibile ne est, quod tantus sit valor vester, vt vobis solis talia premia tribuantur, nec alia ratio allegetur pro bonis nisi vosmet, nec alij testes iustos approbent præter

Cant. 2.

Psal. 127.

Sap. 5.

simile.

Psal. 21.



præter vos? Esuriui (ait) & dedistis mihi manducare: sitiuui, & dedistis mihi bibere, &c. O beatus calix aquæ frigidæ pro Christo datus, qui tantum tibi præmium acquirat. O felix panis, o felix pecunia, quam in pauperes, aut hospitia erogasti, cum tanto addito lucro omnia hæc bona tibi soluantur. Vide quomodo non amittas quod pro Deo tribuisti, imò cum illo Regna cælestia merearis. Possibile ne est, o diues, possibile ne est, quod intelliges ac sciens tantum elemosynam valere, taleq; præmium pro illa retribuisti, tenax sis ac durus in eâ elargiendo? Imò quântum habes, cum necesse fuerit pro tanto bono deberes expendere. Pro cane, equo, aue, aut veste, quæ tibi placet non dubitas millia ducatorum dare, & pro Regno cælorum dipondium differis tribuere? O plura quam cinerias tenebras! O cæcitatem inferni maiorem, cum tantum bonum negligas gratis acquirere! O stulte. *Dñe, quando te vidimus esurientem, & paupimus te, &c.* Opera bona facit iustus, & tamen ac si non faceret, sic ea negligit, ac obliuioni tradit. Nec enim ea sic in memoria retinet, vt de illis gloriatur, aut verè intumescat, sed quasi nihil fecerit, sic ea obliuiscitur, & se inutilem fuisse feruum fatetur. Nec enim est sicut ille Pharisæus, qui sigillatim singula sua opera coram Deo quasi impropere numerabat: sed quasi nihil esset quod pro Christo pertulisset, & quasi ea oblitus esset interrogabat, quando talia opera fecerit? Nec minime iusti quid fecerint cogitant, sed quid debeant facere animaduertunt, secundum illam Pauli sententiam. Vnum autem, quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea quæ ante me sunt conuertit me ipsum. Et Iob dicebat. Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti. Et ideo quasi nihil fecisset, plura sibi superesse facienda semper existimauit. *Amen dico vobis, quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* O quanta sanctorum erit gloria (ait hic Chryso.) cum coram Angelis, & hominibus audient à Domino, quod ea quæ alijs in nomine suo præsenserunt, ipsi Domino contulerunt. Sed audiamus iam sententiâ, contra malos prolatam. *Discedite à me maledicti.* Væ mihi, Domine, & si à te me repellis, quò ibo? Quò ibo à Spiritu tuo, Domine Deus? Tantillum tui perfruitus fuerat Petrus, & cum illum inuitares, vt abiret, respondit: Quò ibimus, Dñe? verba enim vitæ æternæ habes. Et cum te vidit in monte transfiguratum, à

Philip. 3.

Iob. 9.

Chryso.

Psal. 138.

Iean. 6.

tui presentia inebriatus dixit: Domine, bonum est nos hic esse. Nec inde volebat discedere. Quomodo ergo ferre poterunt mali, in æternum à te separari? Repulisti à te fratricidam Cain, & per totam vitâ pauidus & tremebundus incessit. Et quid faciet miser, quem in æternum à facie tua deterres? Quis tremor, quis pavor, quæ mortis illum apprehendent angustia? *Discedite à me.* A me (inquit) qui bonum vestrum sum, & extrâ me nulum bonum est. Ergo ad mala illos mittis, Domine Deus. *Maledicti.* Non dicit Patris mei, sicut supra bonos dixit benedictos Patris sui: quoniam (vt Chryso. & Orig. docent.) Deus est author benedictionis, homo autem maledictionis. Ipse eam voluit, quasiuit & inuenit, legem Dei prætergrediendo, vt Psal. 138. dicitur. Maledicti omnes, qui declinât à mādatis tuis. Et alibi: Dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: imbibitus est malus maledictionibus, atq; ab eis repletus illas patitur. Et quò illos projicis, bone Deus? In ignem (inquit) æternum. Quid hoc est mali, Domine Iesus? Non potest homo nec lucernulam ignis applicatam digito ferre, & tolerabunt mali corpora, & animas in æternum exuri in ignem inferni? Et ignis talis quod ei collatus ignis iste, quo nos vtimur, quasi pius & hietus apparebit. *Æternum.* Æternum, Domine? Quid est æternum? Mille anni, aut duo millia, aut centum millia? Minime, minime certe. Sed millia millium annorum, quæ postquam translata fuerint, de nouo alia millia millium incipient, & sic nunquam finientur. Nam pro magna ducerent felicitate, si post tot annorum myriades finiretur poena eorum. Sed non ita erit. Nam æternum est, quod non habet finem: sicut Deus. Itaque dum Deus fuerit, erit & tormentum eorum. Sed illis transactis, de nouo incipient numerari, & nunquâ numerus terminabitur. Possibile ne est, quod p vno peccato mortali in sempiternâ iustitia Dei puniat peccatores? Ita certè. Quoniam si peccator in mortali decedet, si plus ei duraret vita, plus in peccato duraret, & si in æternū viveret, in æternū peccaret. Iustum ergo est, vt qui tam amplam habuit voluntatem peccandi, & in suo æterno offendit Deum, in æterno Deo plectatur à Deo. Moriantur ergo semper, & tamen nunquam moriantur, sed semper mortis angustia ipsos teneant. Ideò namq; in inferno dicitur, quod sit vmbra &

Genes. 4.

Chryso. orig.

Psal. 138.

Psal. 108.

De. 10.

Simile.

Chryso.

Iob. 10.

imago

imago mortis. Nam habet id quod asperum, ac rigidum est in morte: non tamen quod bonum est, nempe cum illa omnia finire tormenta. Est enim vita cum morte, & mors cum vita, & ex vtroq; habet quod peius est. Ex morte quippe accipit angustias, & ex vita viuere in illis absq; vllō termino. Hinc Psalmista ait: Pluet super peccatores, laqueos, ignis sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Pluet (ait) quoniam erunt multi, *Como llosidos*, vt solemus dicere. Laqueos, quoniam quodlibet tormentum erit laqueus vnus, quo immotus tenebitur in illo absq; eo quod euadere possit: & hæc omnia sunt pars duntaxat suorum tormentorum, non tamen omnia. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Si mixtum, quomodo merum? Si merum, quomodo mixtum? Dicitur merum: quoniam pura erant tormenta, absque refrigerio, vt in diuitem illo Epulens vitium est, qui guttam aquæ desiderabat ad refrigerandum linguâ suam, nec tamè inueniebat quid daret. Dicitur autem mixtum: quoniam erant plura, atq; diuersa tormenta. Sicut oues in inferno positi sunt (ait alibi.) Nam sicut oues nō se defendunt, nec possunt cum iugulantur: sic nec mali in suis tormentis. His ergo dicit Iudex: *Discedite à me.* Hæc est maior omnibus poenis, imò poena poenarum, à Deo in perpetuum se iungi. Ac si lapis haberet intellectum & videret se à centro suo in perpetuum diuelli, & clavis alicuius fortissimi ædificij fieri: illi maxima poena esset, videns nunquam se posse ab illo loco separari, vt in centrum suum properet: sic in aliquos clauis terribili illius ædificij infernalis facit Dei iustitia, vt nunquâ inde exire possint, vt in suum perueniant centrum. Et ita ait Chryso. quod omnes ignes inferni pariter vniti, non tantum animam cruciarent, quântum ista separatio perpetua à Deo. Veluti si homo, qui ex magna peregrinatione in domum suam venit, nimio desiderio accensus videndi suos, cum iam iam domui suæ appropinquat, à licitoribus detineretur, & in carcerē perpetuū detruderetur, vide quâ angustia illum apprehenderent angustia. Sic cum anima à corpore exit, & à longa peregrinatione, quam cum corpore habuit, in domum suâ desiderio pergere vellet, quæ est Deus, à dæmonibus tunc rapitur, & in inferni carcerem, clausis ianuis, recluditur: incredibilis illi cruciatus erit. Cur Domine istos à te repellis? *Esuriui enim (ait) & nō dedistis mihi*

Psal. 10.

Psal. 74.

Psal. 48.

Simile.

Chryso.

Simile.

manducare, &c. Scriptum quippe est: Iudicium sine misericordia, ei qui non facit misericordiam. Domine, quando te vidimus esurientem, &c. Hoc est maius malum in peccatore, nō se agnosceret peccatorem, nec culpas suas fateri, sed obliuioni tradere: quomodo poenitebit illum? Et vide quomodo mali breuiter hæc bona opera recensent, & celeriter per illa transeunt, cum boni ea sigillatim numerent, & suauitate quadam in illis recensendis immorentur. Quoniam boni gaudent in bonis operibus, & delectabiliter operantur illa: ac proinde sic sigillatim ea memorant: cum tamè mali, quia nunquam in eis gustum habuerunt, celeriter ac breuiter eas commemorent. Ecce huius iudicij breuem interpretationem. Ceterum quoniam in his verbis, quæ hic dicit Dñs, quæ sunt hæc. *Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angelici cum eo tunc sedebit super se dē maiestatis sua. Et congregabuntur ad eum omnes Gentes.* In his, in quâ, verbis quandam formam triumphij videtur insinuare Dominus, cum qua veniet ad ostendendam magnitudinem iustitiæ suæ, quæ vsq; ad illum diem erit occulta: ideo de hoc triumpho agendum est. In hac vita quidem misericordia super iustitiam triumphum gerere videtur, secundum illâ Iacobi sententiam: *Misericordia superexaltat iudicium.* Eo quod nunc plures misericordiam diuinam effectum quàm iustitiam videamus. Verum quoniam hæc due virtutes, misericordia scilicet, & iustitia plus alijs in Deo splendent, secundum illud Psal. 24. Vniuersa via Domini, misericordia & veritas, id est, iustitia, quæ conseruat veritatem naturæ in rebus; & in his duabus virtutibus omnia opera Dei fundantur: nam in omnibus reperitur misericordia, & iustitia, hæc cum vnicuiq; rei iuxta eius naturam ac conditionem tribuit: illa quia eas condidit, & in suo esse conseruat, tribuens omnibus affluenter. His pensatis, conueniens erat, quod sicut misericordia habuit diem suum, in quo se totam ostenderet & triumpharet: ita & iustitia suus statueretur dies, in quo se ipsam manifestaret, eiusq; gloria, potestas, atq; triumphus ab omnibus videretur. Sed vt ordinatè & sapienter procedamus, oportet ea quæ dicturi sumus fundare super doctrinam D. Thom. qui in 1. p. q. 37. art. 7. quærit, an in Deo sit iustitia? Ad quod respondet duas esse iustitias: vna quæ dicitur commutativa, altera distributiva. Commutativa supponit debitum, quando pro

Iacob. 2.

Iacob. 2.

Psal. 24.

D. Thom.

pro



pro vna re aliam tribuo: nam talis est contractus, nempe do vt des, facio vt facias. Et in ff. de verbor. obligationib. dicitur, quod contractus est vltro, citroq; obligatio, scilicet, & ex vtraq; parte tam dantis, quam accipientis, vt in emptionibus & venditionibus vsu venit. Et hanc commutatiuam iustitiam non ponimus in Deo: quoniam nec Deus recipit ab aliquo, nec vlli vnquam debitor est, iuxta illam Pauli sententiam Roman. ii. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Nullas enim aliquid Deo tribuit, quod eum ex iustitia obliget, quin potius ipse omnibus abundanter tribuit. Altera est iustitia quae dicitur distributiua, quae est propria Principis ac Gubernatoris, cuius munus est distribuere bona publica subditis, secundum vniuersi cuiusq; proportionem, ad totam Rempublicam, & ad alterum. Et haec iustitiam (ait D. Thom.) in Deo ponimus, qui tanquam vniuersi Gubernator omnibus tribuit, secundum quod cuiusq; rei conditio, aut natura efflagitat. Verbi gratia. Coelo suum motum tribuit, homini animam & corpus, quia id sua natura exposcit: alijs rebus suos instinctus, quibus suos fines possunt attingere, ad quos naturaliter inclinatur, secundum illam D. Dionysij doctrinam, cap. 8. de Diuin. nom. in qua sic dicit: Oportet videre in hoc veram esse Dei iustitiam, quod omnibus tribuit propria, secundum vniuersi cuiusq; existentium dignitatem. Et vniuersi cuiusq; naturam in proprio saluat ordine & virtute. Nam vnicuiq; rei haec distributiua iustitia, quae est in Deo, tribuit secundum suam dignitatem ac conditionem: vt homini rationis usum confert, quae non tribuit brutis: quia id sua natura non exigit. Hanc ergo iustitiam distributiua in Deo ponimus. Sed quoniam quaelibet harum iustitiam importat aliquam rationem debiti: oportet (secundum eundem Doctorem) scire dupliciter posse considerari hanc rationem debiti in Deo: vel respectu suae bonitatis, quoniam sic Dei bonitati conuenit, aut respectu creaturarum, quoniam sic exigit eorum natura. Sed hoc secundum ad primum reducitur: quoniam hoc vnicuiq; rei debitum est, quod diuina Sapiencia ordinauit: quod esset suum, vnde totum ad Deum ordinatur, & ad implendum ordinem per suam sapientiam institutum. Deus autem nulli rei ordinatur, nisi sibi ipsi, qui finis omnium rerum est: quare proprie & vrbane loquedo, *hablando cortesamente*, non dicimus Deum dare quod

Rom. II.

D. Diony.

creaturae debet, sed quod sibi ipsi debet, qui talem ordinem suis creaturis statuit: sicut qui aliquam ordinauit & statuit Rempublicam, sibi ipsi debet quod in illa statuit conseruare. Hinc & Paulus dicit: Fidelis est Deus, seipsum negare non potest. Ac si diceret. Quia Deus verax est, negaret seipsum, si hanc veritatem, quam ipse in rebus a se conditis statuit, non conseruaret. Quare licet pro hoc statu communiter dicamus, quod misericordia triumphat in omnibus operibus Dei: modo tamen idem de iustitia dicimus: sed quia modo plus effectus misericordiae splendent, illi pro hoc stata palma damus. Verum iustitia sic in diuina est comes misericordiae, quod in omnibus effectibus illius praesens adhit. Nam omnes effectus Dei cum iustitia etiam sunt, secundum illam celebrat B. Anselmi sententiam, qua dicit: Cum parci malis iustum est, quia bonitatis tuae concessio est. Cum punis malos, iustum est: quia eorum meritis conuenit. Itaq; in omnibus suis effectibus Deus suam iustitiam seruat. Quinimo & addo, quod misericordia Dei nihil aliud est, quam superabundans complementum iustitiae. Verbi gratia. Iustitia Dei exigit, quod rebus secundum quod eorum natura exigit, prouideatur misericordia id superabundanter exequitur, vt in praemio iustorum patet. Iustitia quippe Dei poscit, vt iustus propter bona opera sua praemietur: misericordia Dei excogitauit praemium sic superabundans, vt abiq; vlla proportione qualitatem operum excellat, iuxta illud Pauli, quo dicit: Non sunt condignae passionis huius temporis, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Postulat etiam iustitia, vt homini finis suus constituitur, sicut & ceteris rebus, & simul media illi decernantur ad consequendum propositum finem: misericordia illi altissimum constituit finem, qualis est Deus, & merita subinde ordinat altissima, vt potest gratiam, ac reliquas virtutes insulas. Itaq; praesens misericordia est veluti iustitiae exequutrix, quae supereffluenter exequitur id quod iustitia efflagitat & ordinat. Alia etiam iustitia est in Deo, quae iustificat homines: sed de hac modo non loquimur, sed de ea quae distributiua dicitur, quae vniuersum moderatur & regit, quae in vltima retributione maxime emicabit: nam tunc reddet vnicuiq; iuxta opera sua. In praemijs quippe & vindiectis haec aequalitas, ac iustissima retributio fieri debet, quae tamen vsque ad illum diem

2. Tim. 2.

or. 103

2. Tim. 2.

Anselm.

3. 2. 103

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

diem detinetur, vt vnicuiq; rei suum tempus decur. Nam iuxta Sapientiam sententiam, vnicuique rei tempus est, & opportunitas. Nunc iustitia misericordiae cedit dans illi locum, vt plus se manifestet: tunc misericordia rependet has vices iustitiae, & reddet ei, & dabit illi locum, vt se se coram omnibus ostendat. Omnia quippe tempus habet (ait Sapiens) & suis spatijs transeunt vniuersa sub Sole. Quod alia litera his verbis dicit: Omnibus rebus tempus est constitutum. Et inter alia subdit: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Nunc iustitia Dei silet, ac dissimulat, & dat locum misericordiae vt loquatur: tunc vice versa, misericordia obmutescet, vt coram omnibus loquatur iustitia. Hinc illud quod Esai. 42. dicitur: Tacui, semper filii, quasi parturiens loquar. Habebit se tunc Deus, quasi parturiens. Nam sicut mulier occultum habet foetum in ventre, vsque ad tempus a natura constitutum, vt edat illum, quem postea gemitibus & vocibus parit. Sic in hoc tempore quasi occulta gerit Deus hominum peccata, vsq; ad tempus ab eo constitutum: nam tunc gemitibus & clamoribus peccatorum ea in conspectu omnium creaturarum pandet. Ne dilabaris ad peccandum fidens quia Deus tacet modo, & dissimulat peccata: quoniam tempore suo loquetur, & omnibus manifesta ea faciet. Tunc loquetur ad eos in ira sua (ait Psalmista) & in furore suo turbabit eos. Cum accepero tempus (ait alibi) ego iustitias iudicabo. Nunc misericordia habet diem suum, & detinet iustitiam: cum autem venerit tempus suum, iustitia sua exequetur munera. Tuus est dies (ait alibi) Regius Propheta) & tua est nox. Nunc misericordia habet interdictam iustitiam, tum copiam ei faciet vt operetur, *Tiene agora la misericordia puesto entre dicho a la iusticia, mas entonces algar se le ha.* Vnde Paul. Nolite (ait) ante tempus iudicare. Hoc est: Obseruate tempus vestrum ad iudicandum, sicut & Deus expectat suum ad sua propalanda iudicia. Itaque quoniam Deus omnia propter electos disponit & ordinat (vt ait Paulus) propter illos etiam modo malos consentit & suffert, vt in parabola zizaniorum agri patuit. Relicta sunt quippe zizania vsq; ad tempus messis, ne simul eradicaretur & triticum. Propter damnum ergo quod iusti (qui granum electum sunt) poterant recipere, si occasiones illae, quas illis tribuunt peccatores, deessent, tolerantur modo mali vsq; ad tempus messis: tunc enim

Eccles. 8.

Eccles. 3.

Esai. 42.

simile.

Psal. 2.

Psal. 74.

Psal. 73.

1. Cor. 4.

2. Tim. 2.

Matth. 13.

diuidetur granum a paleis. Quare Psalm. 1. Psal. dicitur: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proicit ventus a facie terrae. Vbi alia litera habet. Tanquam gluma qua propellit ventus. Gluma pellicula illa est, qua in spica granum vestitur quasi subucula, quae dum granum est in spica, illud protegit a gelu, estu, & inclementijs coeli. Ceterum in area illud est quod primo a vico tollitur: sic modo mali dum granum est in spica, hoc est, dum boni in carne viuunt, suis persecutionibus, ac scandalis eos protegunt: obligant quippe ob hoc illos, vt ab hoc mundo, & ab eius scandalis fugiant, & vt asperis indumentis vestiantur, & poenitentiae opera exerceant: verum in area campi Iosaphat, illi erunt primi quos tempestas Dei rapiet, atq; disperdet. Igitur quoniam in praesenti impij prauales permittuntur a Deo, & ad suum libitum ambulare, non potest Dei iustitia suum ostendere triumphum, nec se omnino propalare vsq; in diem iudicij. Vnde Abachuc. 1. dicitur: *Abach. 1.* Propterea non peruenit vsq; ad finem iudicij: quia impius prauales aduersus iustum. Hoc est: Non potest modo iustitia vsq; ad victoriam & triumphum pertingere: propterea quod impius ex Dei permissione prauales aduersus iustum. Hoc enim significat sententia illa. Non perueniet vsq; in finem iudicij, id est, *No llenara la suya a delante, no salara con la suya.* Phrasim enim Habrea haec est. Vnde verbum illud, In finem (quod est in titulis plurium Psalmorum) multi explicant pro victoria. Titulus enim Psal. 6. est. In finem pro octaua. Et D. Greg. *Psal. 6.* vult quod intelligatur de die iudicij, & de generali resurrectione ista octaua, id est, octauus dies. Nam sex dies laboris Septimanae, sunt dies praesentis vitae: Sabbathum est dies mortis, quando iusti requiescunt a laboribus hebdomadae vitae quam gesserunt: cui succedit octaua dies, id est, Dominicae resurrectionis, in quo omnes resurgemus & iudicabimur. Et quoniam tunc debet esse dies victoriae & triumphus iustitiae: ideo titulus est. In finem pro octaua, id est, pro victoria quam ostendet iustitia Dei in die octauo resurrectionis & iudicij. Imo & instrumentum ad quod Psalmus ille concinebatur, quod vocabatur Saminitum, erat instrumentum octo chordarum appropriatum ad concinenda per illud triumphalia carmina. Itaq; Psalmus iste, qui dicitur triumphalis, & victoriosus (quoniam de die iudicij loquitur, in quo debet celebrari triumphus iustitiae)

Abach. 1.

Psal. 6.

tia)



tia) sic incipit: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Vbi loquitur de furore, atque ira, quam in illo die ostenturus est Dominus. Igitur ideò Habacuc dicit, quòd in presentiu iustitia non deducet vsque in finem iudicium: quoniam praualeat impius contra iustum. Tunc autem commutabuntur sortes, & iusti aduersus impios praualebunt: & ideò perueniet vsque in finem iudicium. Sic enim &

Psal. 48.

Psalmita ait: Dominabuntur eorum iusti in matutino, id est, in iudicio quod manè celebrari debet, & in luciferi, iusti incipient dominari contra malos. Vnde Sophon. 3. dicitur: Manè, manè iudicium suum dabit in lucem, & non abscondetur. Et nesciuit iniquus confusionem suam. Non intelligit nunc iniquus mala quæ facit, sed tunc cum maxima cõfusione sua ea videbit: nam scriptum est: Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino: vngues autem extremitates hominis sunt, vt intelligamus quòd ad extremum diem referuntur iniquitates impiorum. Et Esai. 42. sic dicitur: Ecce puer meus, quem elegi, electus meus, complacui in illo animæ meæ. Non contendet, neque clamabit, nec audiet aliquis in plateis vocem eius, donec eiciat ad victoriam iudicium. Quod testimonium supra cap. 13. retulit Matthæ. In quo ostenditur, quòd vsque ad diem iudicij patienter sustinebit peccatores Dominus, quando triumphum, atque victoriam constituet iustitiæ: sed tamen in corde suo reseruat hominum peccata, vsque ad illum diem: nam peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo, donec eiciat ad victoriam iudicium. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? *En su coragon te la tiene guardada, y en sus archinos.* Dies ultionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Igitur dies ille signatus est pro triumpho iustitiæ, sicut presens pro misericordia, quæ tunc cedit iustitiæ, & dabit locum illi. Hinc apud Esai. de Christo dicitur, quòd erit iustitia cingulum lumborum eius. Cingulum enim superfluentes vestes colligit, & restringit: sic iustitia tunc faciet. Nam misericordiam superfluentem, quam mali per terram trahunt, tunc colliget, atque constringet: vt totus locus tunc detur iustitiæ, & vt fiat iudicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam, vt dicitur Iacob. 2. Et sic intelligitur illud Psal. 2. 4. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas re-

Micr. 17.

quirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Nunquid misericordia non malis etiam prodest? Quomodo dicit Psalmita, quòd erit pro ijs qui seruant Legem eius? Quoniam etsi tunc misericordia etiam in illo iudicio erit: tamen quia iustitiæ opera tunc maximè manifestabuntur, quasi absorta à iustitia non apparebit. Tanto enim pondere tunc opprimet terrâ iustitia, vt suauitas misericordiæ ibi ferè non sentiat. Obluiscetur enim eius misericordia. Igitur sicut misericordia triumphauit aliquando in Christo: ita & iustitia vult tunc Pater quòd in eo victrix appareat. Vtramque namque virtutem voluit Pater manifestare in Christo. Nam in persona Christi dicitur vtrumque apud Esai. cap. 62. Vt prædicarem annu placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. Et Psal. 88. de Messia loquens, ait: Veritas mea, id est, iustitia mea, & misericordia mea cum ipso. Et in quantum homo debet esse iudex, quòd per suam passionem meruit, Paulo attestante ad Philip. 2. cum dicit: Quod propter meritum passionis eius exaltatus est. Vnde ipse Dominus Ioan. 5. cap. ait: Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. De hoc iudicio visibili loquitur, quod Pater cõmilit filio. Vnde ait: Omne iudicium dedit filio. Quoniam debet esse iudicium vniuersale omnium hominum, & omnium peccatorum commissorum, quantumcumque leuia aut occulta fuerint: vt omnes honorificent filium, &c. Nam (vt supra diximus) tunc honor suus restituendus est Christo, quem mali ab illo abstulerunt. Sic enim apud Iob dicitur: Causa tua quasi impij iudicata est: causam, iudiciūque recipies. Quia ergo misericordia in homine Christo triumphauit: & in illa die iustitia victrix & triumphans apparebit. Et sicut misericordia in Deo triumphat, eò quòd in sui ratione & modo significandi includit omnem carere miseria (nam qui miseriam aliquam debet subleuare, illa carere necesse est: qui enim pauperi subuenire debet, non debet esse pauper, nec ægrotus qui infirmos curat) qui ergo omnes subleuat miseras (quod facit Deus) omnis miseriæ expertem esse oportet, & omnipotentem esse: secundum illud Sapient. Misereris omnium, quia omnia potes. Sic modò iustitia in Christo triumphat: quoniam illum ab omni culpa & labe liberum esse dicit. Nam sicut primus motor

Esai. 42.

oportet quòd sit immobilis, aliàs non esset primus motor, cum ab alio deberet moueri, & primum alterans quale est cœlū, oportet quòd sit inalterabile: sic primus Iudex oportet quòd sit innocens, & ab omni macula mundus. Aliàs si peccatum haberet, deberet & ipse alium habere iudicē super se, qui illum de illa culpa iudicaret. Quia ergo Christus omnium Iudex est, nullā debet habere culpam, & hoc ponit in eo iustitia. Quare de illo dicitur in Psalmo: Iudicabit orbem terrarū in iustitia, & populos in æquitate. Itaque iustitia in Christo triumphat: quoniam ponit in eo omnium carentiam culpam, & omnium cõplementum virtutū. Sed hic triumphus in suum proprium diem reseruatur, in quo Angeli homines iudicandos debent ad iudiciū accersere. Nam Angelus voce magna, tanquā tubæ, quæ vsque ad viscera terræ penetrabit, quam & infernus & cœlum audituri sunt, homines ad iudicium vocabit, dicens: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Et in momento, & in ictu oculi in hac nouissima tuba omnes mortui vbicumque fuerint, ex proprijs resurgent sepulchris, & resumptis eisdem corporibus, in quibus vixerunt, in campo Iotaphat apparebunt, & ibi stabunt expectantes Iudicem. Et summo manè cum Aurora rutilare incipiet, subito aperietur cœlum, & Iudex incipiet exire cum illo tam illustri ac splendido cœlicolarum comitatu. Et credo ego, quod primi omnium exhibent Angeli inferioris Hierarchiæ, quorum ministerium fuit homines singulos custodire. Et sicut quādo Christus ascendit triumphans in cœlum, in mōte Oliueti cepit ascendere: sic iustitiæ triumphus à mōte cœli incipiet, vbi iustitia residet. Ideò quippe dicitur: Iustitia tua sicut montes Dei. Vel iustitia de cœlo prospexit. A vertice ergo cœli iustitia veniet: quoniam sic sublimem habet thronum suum. Et cum incipient Angeli inferioris Hierarchiæ descendere, forsitan venient canendo, atque dicendo illud Psal. 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Post illos exhibent alij Angelorum chori, atque superiores Hierarchiæ, cantantes & dicentes: Timete Dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius. Post illos Patriarchæ, atque

Deut. 32.

Tom. II.

Psal. 35.

Psal. 84.

Psal. 67.

Psal. 11.

Iacob. 2.

Psal. 24.

quirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Nunquid misericordia non malis etiam prodest? Quomodo dicit Psalmita, quòd erit pro ijs qui seruant Legem eius? Quoniam etsi tunc misericordia etiam in illo iudicio erit: tamen quia iustitiæ opera tunc maximè manifestabuntur, quasi absorta à iustitia non apparebit. Tanto enim pondere tunc opprimet terrâ iustitia, vt suauitas misericordiæ ibi ferè non sentiat. Obluiscetur enim eius misericordia. Igitur sicut misericordia triumphauit aliquando in Christo: ita & iustitia vult tunc Pater quòd in eo victrix appareat. Vtramque namque virtutem voluit Pater manifestare in Christo. Nam in persona Christi dicitur vtrumque apud Esai. cap. 62. Vt prædicarem annu placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. Et Psal. 88. de Messia loquens, ait: Veritas mea, id est, iustitia mea, & misericordia mea cum ipso. Et in quantum homo debet esse iudex, quòd per suam passionem meruit, Paulo attestante ad Philip. 2. cum dicit: Quod propter meritum passionis eius exaltatus est. Vnde ipse Dominus Ioan. 5. cap. ait: Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. De hoc iudicio visibili loquitur, quod Pater cõmilit filio. Vnde ait: Omne iudicium dedit filio. Quoniam debet esse iudicium vniuersale omnium hominum, & omnium peccatorum commissorum, quantumcumque leuia aut occulta fuerint: vt omnes honorificent filium, &c. Nam (vt supra diximus) tunc honor suus restituendus est Christo, quem mali ab illo abstulerunt. Sic enim apud Iob dicitur: Causa tua quasi impij iudicata est: causam, iudiciūque recipies. Quia ergo misericordia in homine Christo triumphauit: & in illa die iustitia victrix & triumphans apparebit. Et sicut misericordia in Deo triumphat, eò quòd in sui ratione & modo significandi includit omnem carere miseria (nam qui miseriam aliquam debet subleuare, illa carere necesse est: qui enim pauperi subuenire debet, non debet esse pauper, nec ægrotus qui infirmos curat) qui ergo omnes subleuat miseras (quod facit Deus) omnis miseriæ expertem esse oportet, & omnipotentem esse: secundum illud Sapient. Misereris omnium, quia omnia potes. Sic modò iustitia in Christo triumphat: quoniam illum ab omni culpa & labe liberum esse dicit. Nam sicut primus motor

Iob. 24.

Esai. 62.

Esai. 88.

Ioan. 5.

Iob. 36.

Sap. 11.

simile.

oportet

Psal. 97.

Psal. 35.

Psal. 84.

Psal. 67.

Apoc. 14.

Prophetæ confestim apparebunt antiquitate pleni, atque diebus, inter quos sanctus Rex David stabit in cithara, ac decachordo Psalterio, canens ac dicens: Deus, iudicium tuum Regi da: & iustitiam tuam filio Regis. Psal. 72. Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Post illos Martyres, ac Confessores descendant psallentes & dicentes: Vindica sanguinem nostrum, qui effusus est super terram. Et cum iam iam exire volet Iudex, præibit ante illum Beatissima Virgo genitrix sua, stellis coronata, Sole quasi pallio amicta, & Luna sub pedibus eius, candido illo ac splendido choro virginum ac sanctorum mulierum comitata, Sole ipso rutilior, & facie versa ad Filium iam in aere apparentem, dicit ad illū illud Proverb. 31. Quid dilecte mi? Quid dilecte animæ meæ? Quid dilecte votorum meorum. Aperi os tuum, & discerne quod iustum est. Vindica inopem, & pauperem. Veniet sicut speciosissima illa Regina Esther, quæ populo suo poscit vindictam à Rege, crucem autem & supplicium aduersus Aman iniquum. Sic & hæc Regina virginum vitam æternā bonis, perpetua autem supplicia malis postulabit. Protinus duodecim Apostoli apparere incipient, qui assessores iudices simul cum Christo debent esse super duodecim scintillatos thronos sedentes, qui ex se scintillas igneas ad terrorem malorum emittent, clamantes atque dicentes: Ecce venit Dominator Dominus reddere vnicuique secundum opera sua. In medio eorum Iudex omnium veniet Christus, sedens in nubibus cœli, in solio quodam ex nubibus compacto, quod bonis quasi Sol resurgens apparebit, malis autem quali ignis ac fulgura aduersus illos coruscantia. Nam Daniel vidit illum in throno quodam igneo, cuius rotæ etiam erant igneæ. Hic erit fornix, ac triumphalis currus, in quo Triumphator iustitiæ tunc apparebit. In ore suo gladius biceps ex vtraque parte acutus (quemadmodum illum vidit Ioannes) illam terribilem sententiam significans, quam aduersus malos prolaturus est, quæ & corpora, & animas eorum in æternum secabit, & à bonis diuidet: oculi eius tanquam scintilla igneæ, zona aurea circa pectus accinctus, quæ significat cingulum iustitiæ, quod

Psal. 72.

Apoc. 6.

Truoc. 31.

Esther. 9.

Dani. 7.

Apoc. 1.

KK mise.

misericordiae viscera cōstringet tunc: ne iustitiae vindictā impediatur. Et quoniam triumphatores solent ante se praemittere machinas, arma, & ingenia bellica, quibus victoriā consequuti sunt: lignū Crucis in quo Christus triumphavit, apparebit tunc in aere, quem magnus aliquis Angelus adducet, & ante iudicis thronum constituet: quod adorantes Angeli clamabunt & dicent: Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis, nulla sylva talem profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Malis terrori erit Crux Christi, & signanter illis qui in illa confixerunt Christum. Bonis autem erit arbor vitae, sub cuius umbra requiescunt. Sic vsq; ad mediā aëris regionem veniet iudex, ad quem electi omnes cum corporibus volabant, secundum illud Pauli: Simul rapiemur cū illis obuiam Christo in aëra. Corpora tamen damnatorum in terra manebunt, nec poterunt prae grauedine ad aëra conscendere. Tunc aperientur libri, & omnium conscientiae aperientur. Nec hoc recte explicari potest, sed pro certo habendum est, quod omnium peccata omnibus clarè manifesta erunt. Et voce quadam dulci ac lauari sententia, in fauorem iustorum pronuntiabitur, eos benedictos Patris vocando. Erit enim vox illa, quam Spōsa auidè cupiebat audire, cū dicebat: Sonet vox tua in auribus meis. *Venite benedicti Patris mei (dicet) possidete paratum vobis Regnum. &c.* Tunc iusti omnes clamabunt prae gaudio & dicent: Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, & eloquium tuum dulce. Ad malos autem cōuersus, leonis faciem, quā ad illum diem seruabit illis terribilem ostendet: quia faciem hominis, quam illis prius ostendit, noluerūt aspicere, & voce quadam terribili quasi vox aquarū multarū, & quasi vox tonitruū magni, illam tremēdam aduersus illos fulminabit sententiam, quā illos in aeternos ignes detruet, ex throno eius fulgura, fulmina, & igneas lanceas emittens. Leo rugiet, quis non pauebit? Quo rugitu mali omnes in tenebras exteriores mittentur perpetuis temporibus duraturas, quas Deus a nobis propter suae passionis meritum auertat, Amen.

Et ibunt hi in supplicium aeternū: iusti autem in vitam aeternam. Hic locus directè pugnat contra Origenem, & alios haereticos, qui poenas damnatorū finiendas dicebant, existimantes hoc pugnare cum iustitia Dei: quod tamen falsissimum est. Imò æquitarunt.

te plenum est, quod peccatum temporale poena aeterna puniatur. Nam vt arguit Diuus Hieronym. super cap. 3. Ioan. si finienda esset aliquando poena damnatorum, & in beatitudinem transferendi essent, quæ differentia esset tunc inter virginem & prostibulum? Inter Matrem Dei, & meretrices? Idem enim erit Gabriel, & diabolus, idem Apostoli & dæmones, idem Martyres & persecutores. Nam si tandem in aeternum saluabuntur, & finis omnium similis est: præteritum omne pro nihilo est: quia non quærimus quid aliquādo fuerimus, sed quid semper futuri sumus. Et Augustinus lib. 21. de Ciuit. cap. 11. idem ostendit, contra eos qui iniustū putant, p vt peccatis quantunlibet magnis, paruo scilicet, tempore pepertratis, poena quisquam damnetur aeterna. Non enim aliqua etiam humanae legis iustitia hoc attendit, vt tanta mora temporis quisquam puniatur, quanta mora temporis vnde puniretur admisit. Sed & humanae leges quantum in se est, pro quibusdā peccatis poenas infligunt aeternas. Vt cū infligunt exilium, aut seruitutem perpetuam. Quod enim aeternae non sint, ob id est, quia nec ipsa vita, quæ his plestitur, peragitur in aeternum. Et cū quinquam humanae leges pro aliquo grandi crimine morte multant: non æstimant iudicium eius iuxta moram qua occiditur, quæ per breuis est: sed potius, quod talem auferunt in sempiternum de societate viuentium. Quod autem est de hac ciuitate mortali homines supplicio primæ mortis: hoc est de illa ciuitate immortalis homines supplicio secundæ mortis auferre. Præter quam rationem indicatam ab ipso, inueniuntur & alia rationes à Patribus assignatae, quibus ostenditur, quare iuste pro peccato temporali quidam aeterno puniantur supplicio. Vna est, quia peccauerunt contra bonum aeternum, dum contempserunt vitam aeternam. Vnde eodem libro cap. 12. dicit Augustinus. Factus est homo malo dignus aeterno, qui hoc in se peremit bonum quod esse posset aeternum. Alia ratio est, quia homo quantum in se est in aeternum peccauit. Vnde Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 44. suo Petro interroganti, quomodo iustum sit, vt culpa quæ cum fine perpetrata est sine fine puniatur, respondit: Hoc (inquit) rectè diceretur, si distinctus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui idè cum fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt.

Cant. 2.

Cant. 4.

Apoc. 1.

Origen.

August.

August.

Gregor.

runt. Nam voluissent vtique si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam de sinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquā voluerunt carere peccato. Et Hiero. ferè eisdē verbis super. c. 27. Prouerb. in illa verba: Infernus & perditio non replebuntur. Aut idè reprobis sine fine poenas luunt: quia voluntatem habuerūt sine fine peccandi, si naturam haberēt sine fine viuendi. Tertia ratio est, quia per peccatū contra Deum peccatur, qui est infinitus, atq; ob id infinitam meretur poenā. Poena enim secundum Philosophum, 5. Ethic. infligitur secundum dignitatem eius in quē peccatur. Est & quarta ratio ad idem pertinens, nempe quia culpa manet, cū culpa nō possit remitti sine gratia, quæ post mortē non potest acquiri. Culpa autem manente, non debet cessare merita poena. Confirmatur hæc sententia ex D. Hieron. qui super. c. 26. Job in illa verba: Saluauit te de ore angusto latissimè nō habente fundamentū super se, ait, quod in hac sententia describuntur habitacula infernorum, quæ immensa capacitate sui fundamentum nō habent, & os habent angustum, eod quod sit amplū ad recipiendum, angustum ad dimittendum: quia nullū exire permittit. Quare Psalmista ab eo erui poscebat, cum Psalm. 68. ait: Non me demergat tempestas aquæ, neq; absorbeat me profundum, neq; virget super me puteus os iuum. In quo autem loco sit infernus, & quo pacto ignis corporeus possit habere effectum in animabus: relinquere volo modò Theologis, qui in. 45. dist. 4. Senten. id disputant, & Diuus Thom. in additionib. ad. 3. part. quart. 70. artic. 3.

Hieron.

Aristot.

Hieron.

Psalm. 68.

Cap. XXVI.



Tom. II.

T factū est, cū consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cū autem Iesus esset in Bethania in domo Simōnis Leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recubentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? potuit enim istud venditari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me: nam semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Autens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbiunq; predicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam: & dicite ei: Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & paraauerunt Pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valdè, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Vt autè homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei q̄

ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum, Rabbi? At illi: Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, et benedixit ac fregit: deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam a modo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in Regno Patris mei. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. At illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, et dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc, et orem. Et assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi, cepit contristari et mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate mecum. Et progressus pusillum, præcidi in faciem suam, orans, et dicens: Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos, et inuenit eos dormientes, et dicit Petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, et oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit iterum, et inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum

grauati. Et relictis illis, iterum abiit: et oravit tertio eundem sermonem, dicens: Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: Dormite iam, et requiescite: ecce appropinquauit hora, et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladijs et fustibus, missi à principibus Sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et cœstus accedens ad Iesum, dixit: Aue Rabbi, et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in Iesum: et tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: et percussit seruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora, dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs et fustibus comprehendere me? quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphã principem Sacerdotum, vbi Scribæ et seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium principis Sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem Sacerdotum et omne consilium querebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent, et non inuenierunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, et post triduum reedificare illud. Et sur-

gens

gens princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps Sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti: verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli. Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: et colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophe-tiza nobis, Christe, quis est qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio: et accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: et ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: et dixerunt Petro: Verè et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari et iurare quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: Prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

Cap. XXVII.



Mane autem factò consilium inierunt omnes principes Sacerdotum, et seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et vinculum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato præfidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset: penitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, et senioribus, dicens: Peccauit, tradens sanguinem

Tom. II.

iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: et abiens, laqueo se suspendit. Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in carbonem: quia pretium sanguinis est. Consilio autem inuito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Hæceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiatum, quem appretiauerunt à filiis Israël: et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autem stetit ante præsidem, et interrogauit eum præses, dicens: Tu es Rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus Sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita ut miraretur præses vehementer. Per diem autem solenne consueuerat præses populo dimittere vnum vinculum, quem voluissent: habebat autem tunc vinculum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quæ vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi et iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem Sacerdotum, et seniores persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Iesum vero perderent. Respondens autem præses, ait illis: Quæ vultis vobis de duobus dimittis? At illi dixerunt: Barabbam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus,

KK 3

lus,

lus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam. Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorium, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plerentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudaeorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerunt eum uestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem: hunc angariauerunt ut tolleret Crucem eius. Et uenerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluarie locus. Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sorte mittentes: ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. **HIC EST IESVS REX IVDAEORVM.** Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris, & unus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua te metipsum: si filius Dei es, descende de Cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes eum scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei: confidit in Deo: liberet nunc eum si uult: dixit enim: Quia filius Dei sum. Id ipsum autem, & latrones qui crucifixi erant eum eo, improperebant ei. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram, usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli,

Eli, lammaez abacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Heliam uocat iste. Et continuo currentes unus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cateri uero dicebant: Sine, uideamus an ueniat Helias liberans eum. Iesus autem iterum clamans uoce magna, emisit spiritum. Et ecce uelum templi scissum est in duas partes, a summo usque deorsum, & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terramotu & his quae fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae secuta erant Iesum a Galilea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedaei. Cum autem sero factum esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu: hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Altera autem die, quae est post Parasceuem, conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens, Post tres dies resurgam. Nube ergo custodi sepulchrum usque in diem tertium: ne forte ueniant discipuli eius, & furetur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signantes lapidem, cum custodibus.

Histo-



istoria Passionis Domini, quod subtilius declaratur, & plenius intelligatur, in principales aliquot partes diuisa tractabitur. Vt primo quidquid ab omnibus Euangelistis proditum est, sedulo enarremus: tum omnes quaestiones quaecumque exorientur penitus enodemus: postremo quidquid expectabit ad eruditionem, ad doctrinam, siue historiam, siue allegoriam, siue moralitatem curiose tractemus. Propositum enim mihi est in expositione huius historiae mea facultate omnino deseruire tantae materiae dignitati, meae deuotioni satisfacere, & omnium utilitati consulere. Sed in prima parte praecipue quae ad literam pertinent tractabuntur, licet nonnulla typici sensus miscbuntur. In secunda uero conciones duntaxat, quae de hoc mysterio ad populum in diuersis partibus habui, scribentur.

Prima pars historiae Passionis Domini, de ijs quae in horto Gethsemani contigerunt.

IN hac prima parte quatuor tradunt Euangelista. Primo describunt locum. Secundo narant praecipuam Christi orationem. Tertio tristitiam, agoniam, & sudorem sanguineum. Quarto quomodo in horto captus fuit a Iudaeis. Locum quidem omnes Euangelistae describunt, sed uariè: alij pressius, alij autem distinctius. Matth. & Marc. aiunt, Christum Dominum, peracta Coena, exisse hymno dicto, in montem Oliuarum. Lucas ait exisse in monte Oliuarum, secundum consuetudinem, nihil addens. Rursus Matth. & Marc. dicunt, in uilla Gethsemani, quae erat ad mortis radicem. Ioan. autem c. 18. tradit, eum transiisse torrentem Cedron, & in uilla in hortu. Quare quatuor nobis consideranda sunt. Primo, quis fuit ille hymnus. D. Tho. putat fuisse orationem quam refert Ioan. c. 17. habuisse Christum ad Patrem: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Tamen hoc non ita apparet uerisimile. Nam Euangelista appellauit hymnum, id est, Canticum & Psalmum: & ille hymnus dictus est per gratiarum actionem, qualis non est illa oratio. Euthymius per hymnum esse intelligendam putat gratiarum actionem, quam Christus & Apostoli post Coenam Deo exhibuerunt. Hic mos erat Christo, dicere uersum illum: Eident pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Chryl.

Tom. II.

hom. 16. in Matth. ait, hunc hymnum esse exemplum eius, quod obseruat Ecclesia in celebratione Missae, post communionem. Solet enim recitare aliquot orationes pro gratiarum actione. Unde inuehitur in Christianos sui temporis Chryl. qui peracta communionem, protinus decedebant sine gratiarum actione. Sed mihi plus arridet quod annotauit Paulus Burgen. in additionibus super Psal. 112. Laudate pueri Domini. Tradunt enim Hebraei rem memorabilem ex illis Psalmis, qui sunt a. 112. usque ad. 218. hoc est, a Laudate pueri, usque ad Beati in maculati, inclusiue, ab Hebraeis appellari magnum Alleluia, hoc est, magnum hymnum, seu canticum; & fuisse more Iudaeis, hos Psalmos in tribus praecipue festis, & in sacrorum ceremonijs maiori quam ceteros religionem decantare. Et post Coenam Agni Paschalis, hos Psalmos pro gratiarum actione summa cum deuotione canebant: atque hunc arbitror esse hymnum quem Matth. & Marcus tradunt Christum recitasse post Coenam. Sed hic quaeritur, Cur Christus non remaneret Hierosolymis, & ibi uoluit capi a Iudaeis, sed exiit extra urbem. Et respondetur id fecisse: quia uoluit inimicis suis dare maiorem opportunitatem capiendi ipsum. Si enim fuisset Hierosolymis, uel non fuissent auri ipsum capere metu populi, aut si id tentassent forte tumultuante populo destitissent ab incepto.

Secundo nota in monte Oliuarum.

VRbs Hierosolyma erat posita in excelso monte, & habebat circum circa alios montes, secundum illud Dauid, Montes in circuitu eius. Horum montium eminentissimus & excellentior erat alius mons Oliuarum, sic appellatus a multitudine oliuarum. Adiacebat Hierosolymae ad partem eius Orientalem: distans ab ea (secundum Iosephum lib. 2. Antiq. & 6. de Bello) quinque aut sex stadijs. Lucas Actor. 1. ait eum esse iuxta Hierusalem itinere Sabbathi, hoc est, quantum itineris licitum erat Iudaeis facere in Sabbatho: quod (ut Euthymius super caput primae Actorum probat) erat unum miliarium. Ex culmine huius montis ascendit Dominus in caelos. Sed quid sibi uult quod Christus Dominus initium suae passionis in monte Oliuarum celebrat? In Scriptura, oliua, seu oleum significat laetitiam, seu exultationem. Vnxit te Deus oleo laetitiae. Significat corroborationem, & preparationem; significat

KK 4 pacem,



pacem, denotat misericordiam. Christus in monte Oliuaru inchoat passionem, ut ostendat quanta letitia pro nobis patitur: & in illo monte per orationem preparauit se ad certamen subeundum. Declarauit deinde pacem perfectam, & reconciliationem hominum cum Deo efficiendam per suam mortem. Postremo voluit significare, passionem suam esse opus maximae misericordiae; & in nullo opere plus eius emicuit pietas. Quare nonnulli illud Psal. 50. Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: sic interpretatur. Id est, propter passionem filij tui, in qua maxima misericordia demonstrata est, misere mei: vnde illam Paulus ad Timot. vocat magnum pietatis mysterium.

Psal. 50.

1. Tim. 3.

Tertio ex Gethsemani.

Quem Matthaeus villam, Marcus praedium appellat. Sed Graece est, Mio, apud vtrunq; quod sonat locum, seu agrum. Hilarius legit agrum. Et locus hic sic describitur a Brocardo. Erat ad radices montis Oliueti, adhaerens cuidam rupi ex monte pendenti, in qua rupe iussit Dominus discipulos sedere, & expectare quoad oraret Patrem. Procul autem ab hoc agro quantum est iactus lapidis, vbi Dominus procumbens orauit, remanserunt figurae genuum, & manuum Saluatoris in lapide quodam impressae, auctore Brocardo. Gethsemani significat vallem pinguedinis. Nam Geth, Hebraeis est vallis, Semani, pinguedinem sonat. Esai. 25. de hoc loco loquens appellat vallem pinguis simam propter oliuas & hortorum fertilitas. Sed quare cur sit initium passionis in isto valle? Respondeo. Lucas cap. 18. tradit: Cum filius prodigus reuersus esset ad patrem suum, iussit patrem afferre vitulum saginatum, quod fuit signum reconciliationis patris: & significauit non potuisse genus humanum reconciliari Deo, nisi per vitulum pinguem Christum: & ideo preparatur in valle pinguedinis. Victimae Legis non placebat Deo, quia erant steriles: nam (vt ait David) Deus vult holocausta pinguis & medullata, qualis fuit Christus. Huic potest accommodari illud Esai. 25. Preparauit Dominus in hoc monte conuiuium pinguium, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Nam in hoc horto coepit sanguis Christi fundi, & vitulus pinguis scilicet corpus eius ad sacrificium preparari: vt pacem inter Patrem suum & genus humanum perficeret.

Hilar. Brocard.

Brocard.

Esai. 25.

Luc. 15.

Esai. 25.

Tertius locus est torrens Cedron, &c. Ioan ait Christum transisse torrentem, Cedron, & venisse in hortum. Torrens iste fluebat per vallem Iosaphat, qui interiacebat inter Hierusalem, & montem Oliuarum. Sed quaeritur, quare dicitur sit Cedron. Quidam putant a copia cedrorum quae erat ibi sic esse appellatum. Sed haec vox Hebraica est, & Hebraice dicitur Chidron. Sic appellatur hic torrens tribus locis Veteris Testamenti (2. Reg. 15. & 4. Reg. 23. & 2.) quia Hebraei cedros appellant azazin. Igitur Chidron significat tenebras, denigratum, tristem: quae significatio optime quadrat ibi gestis. Intra hunc torrentem Sol iustitiae coepit obtenebrari, & denigrari, & tristis esse usque ad mortem. Huius Christi per torrentem Cedron ad passionem olim figura fuit, quod narratur de Dauid. 2. Reg. 25. qui propter filij sui Absalonis, & populi Israel, qui illum sequebatur, rebellionem, fugiens a Hierusalem, transiit hunc torrentem maximo fletu ac ciuitat. 3. Reg. c. 15. Aza Rex Iuda simulachrum Priapi dei voluptatum Venerearum dicitur combussisse in torrente Cedron. Cuius enim Venereas voluptates non consumeret contemplatio tristitiae, & sanguinei sudoris Christi in hoc loco?

2. Reg. 15.

3. Reg. 15.

Quartus locus est, quem Ioannes appellat hortum. Brocardus tradit, loca intra torrentem Cedron aquis eius irrigua, fuisse amantissima, plena delictis, multis viriditibus, & horti consista. Adam in horto peccauit, eoq; peccato se & omnem posteritatem suam perdidit: Christus in horto incipit persolueri poenas peccato illi debitas: & ideo sudorem sanguineum, vt lauet peccatum in horto commissum. Addit Ioan. hunc locum fuisse notissimum Iudae proditori: quia (vt tradit Luc.) Christus antea solitus erat frequentare hunc locum orandi causa. Quare exprime dici poterit de Christo illud Psalm. 109. De torrente in via bibit: propterea exaltauit caput. Transiit torrentem Cedron, vt biberet amarissimum calicem: propter quod Pater dedit ei nomen, quod est super omne nomen.

Brocard.

Psal. 109.

Secundo sequitur de tristitia, agonia, & sudore sanguinis.

De hoc loco Ioannes nihil scribit, sed tres priores Euangelista. Matth. & Marc. & Luc. dicunt: Coepit tristari, & mortuus esse. Et dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Marcus vero: Coepit raderere, & paterere. Reliqua

liqua sicut Matth. Luc. ait. Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, tanquam guttae sanguinis decurrentis in terram. Pro eo quod in Marco legitur contristari, est in Mattheo tegere, quod in vtroq; idem est verbum, quod proprie significat graui ex angustia, prope modum exanimari, & deficere pro dolore. Est autem verbum Graecum, achimonia, & pro eo quod est in Marco (paupere) in Graeco est achimanieste, quod significat obstupescere, seu expauescere, cum stupore quodam. Hoc autem, vt Mattheus refert, solis tribus discipulis quos ab alijs separauit dixit. Illos voluit huius spectaculi spectatores esse, qui fuerunt spectatores gloriae in transfiguratione: ob idq; minus ceteris debebat perturbari, &c. Tristis est anima mea usque ad mortem. Dupliciter interpretatur haec verba. Primo, Anima mea pro tristitia prope est vt moriatur, sic Aug. super Psal. 86. Secundo, Tanta est tristitia, quanta solet esse morientiu, quanta solet sciri in morte: sic Euthymi. Tertio, Haec tristitia tanta valde inualuit me, qd nec abibat, nec minuetur, sed durabit usque ad mortem, sic Hiero. Quarto, Haec tristitia tanta est, vt mihi omnino mortem affertet, nisi ego mea virtute diuina mortem auerterem, & me ipsum sustentarem: sic Hilarius. Circa illud, Factus in agonia, duo notatur. Primo, quid est, quia vox Graeca dicitur a nomine Graeco Agon, qd significat luctum, seu certamen, putatur significari luctum & certamen, inter carnem Christi, & spiritum eius: carne aucterente, & horrente passione spiritum vero eadem amplectente & exhortate. Quibus videtur sanere illud qd dixit Christus: diu possibile est transire a me calix iste. Id ex inimitate carnis dixit, sed ex fortitudine spiritus dixit: Verumtamen non mea, sed tua haec voluntas. Non tamen videtur probanda haec sententia: qm pugna & lucta, inter carnem & spiritum in homine, non sit nisi cum peccato, vel non nisi ob peccatum, vt bene disputat Paulus Rom. 7. In Christo autem, sicut nullum fuit peccatum, ita nulla fuit pugna: Caro enim omnino fuit subiecta & obediens rationi. Licet non incongrue possit dici, hanc resistentiam carnis non fuisse contra rationem, sed sequendo suum naturalem appetitum viuendi, quem Dominus explicuit in prima parte orationis. Nec enim carnis erat, ea quae sunt superioris rationis attendere, vt statim dicemus. Quare hanc vocem (agoniam) accipere debemus, secundum vulgarem interpretationem, quae significatur magna quaedam molestia,

August.

Euthymi.

Hierony.

Hilarius.

Rom. 7.

& angor animi, per similitudinem eius quae solet accidere dimicantibus singulari certamine, qui propter eminentem timorem succumbunt ex angore ob mortem impendentem. Secundo dicitur, non sine causa Lucam dixisse, Dominum cum angere prolixius orasse: vt exemplo Christi disceremus, quanto grauioribus malis premimur, quanto pluribus aduersis contristamur, tanto magis insistendum orationi. Factus est sudor eius tanquam guttae sanguinis. Hilarius lib. 10. de iust. & Hiero. lib. 2. contra Pelag. monet, hanc orationem de sudore, in multis codicibus Graecis & Latinis non inueniri. Sed quod debeat legi, patet: quia sic legit Ecclesia a tempore Apostolorum. Iustinus Martyr in dialogo Triphonem commemorat eam tanquam Euangelicam. Irenaeus lib. 3. cap. 37. & lib. 4. cap. 69. Athanas. 6. volumine de beatitudine filij Dei, inter alios anathematismos, & hunc ponit: Qui negarit filium hominis sudasse sudore sanguineo; anathema sit. Deinde illud vocabulum (Guttae) Graece est Oetidromi, quod significat idem quod partes sanguinis crassa, globos concretos. Et quia hoc vitium est quibusdam incredibile; ideo Euthymius super Lucam dixit, Christum verum non sudasse globos sanguinis, sed sudasse tantum sudorem aequum: per similitudinem autem & comparationem appellari guttas sanguinis: vt sit sensus: Ita sudauit tanquam crassum sudorem; vt sunt partes sanguinis concreti. Theophilactus autem super Lucam ait, haec esse locutionem metaphoricam, & proverbialem. Non enim significat Christum sudasse sanguinem, sed vt significetur eius plurimum sudasse: dicitur sudasse sanguinem: sicut dicitur de quibusdam, fletu lacrymas sanguinis. His duobus videtur suffragari illa particula, tanquam, vel quasi sanguinis guttae. Reprehendenda tamen est haec sententia, nec tenenda. Siquidem omnium Patrum & Ecclesiarum hic est sensus, sudorem illud Christi verum fuisse sanguinem. Et ad argumentum respondetur, particula (quasi) in Scriptura non semper denotare similitudinem, sed aliquando exprimere veritatem. Vt Ioan. 1. Quasi unigeniti a Patre. Vbi (quasi) significat veritatem, quia verum erat unigenitus. Sic etiam hoc loco respondetur, guttas tanquam sanguinis verum esse sanguinem, sed super guttas, vt sit sensus: Sudauit sanguinem ad modum & similitudinem grandium guttarum.

Hilarius.

Hierony.

Iustinus.

Irenaeus.

Athanas.

Euthymi.

Theophil.

Ioan. 1.



Tertio queritur, an iste sudor naturaliter factus sit, an miraculose. Respondetur, sudore sanguineum tripliciter posse accidere homini: primo ex morfu cuiusdam serpentis qui ab effectu appellatur Amorrhoeis, a quo qui percussus est, ut Solinus narrat cap. 30. laxatis resolutisq; omnibus venis sanguinem pariter & animam fundit. Altero modo ob copiam sanguinis immodici indigesti (ut ait Arist. lib. 3. hist. cap. 19.) Neutra ob causam Christus sudavit sanguine ut patet. Tertio modo potest contingere, ut ex nimio dolore & angore quis incipiens vbertim sudare, & intento & continuato illo angore, deficiente materia sudoris, sanguinem ipsa natura emittat loco sudoris. Exemplum ponit Caietanus in venereo coitu, ubi accidit quod nimium ac diu veneri intenti, post effusionem seminis emittant deinde sanguinem. Aliquot ab hinc annis accidit, Principem quandam adolescentem totam noctem in venereis actibus consumpsisse, & exhausto semine sudasse sanguinem, & deinde vitam. Hilarius libro. 10. de Trinit. sentit, sudorem hunc non potuisse fieri naturaliter, sed miraculose. Quod confirmat hoc argumento. Christus in horto summo timore & tristitia affectus est: verum timor & tristitia naturaliter habent vim compellendi calorem & sanguinem ad cor, quo fit, ut timentibus & tristibus extrema corporis frigescat & pallescat. Fuit igitur contra passionem tristitia & timoris qua tunc passus est Christus, ut sanguis emitteretur foras. Poterit nihilominus dici, fortasse fuisse miraculum, ut tanta tristitia & angor, quanta Christus tunc sustinuit, non ei afferret mortem; sed posito illo dolore & angore, tali & tanto, naturaliter est consequutus sudor ille sanguinis. Nam si tantus angor emittere tantum sudorem ex corpore potest, & maior maior; ergo potest ita tantum augeri, ut potest sit & omnem sudorem, & postea sanguinem emittere. Et confirmatur, quia sudor ille sanguineus fuit naturale indicium, & argumentum incomparabilis angoris, quo anima Christi tuncangebatur. Et ad argumentum factum respondetur, Christum sensisse timorem & tristitiam, postmodum fuisse correptum summo dolore angore animi: quare licet passio tristitia & timoris euocauerit sanguinem ad cor, tamen summus dolor, & angor deprompsit illum a corpore.

Queritur, An sanguis ille deberet fluere tenuis & liquidus, ut potest expressus a calore illius angoris. Respondetur, potius fluxisse

Solinus.

Aristot.

Caietan.

Hilarius.

ad modum globorum concretorum. Ratio est quia sanguis ille proditus extra pellē ob circumfusam aeris, & nocturni temporis frigiditatem coquebatur in partes crassas, & coerecebat, sicut guttae pluuia in aestate gradiore, rotundiores, & coeretiores cadunt. Ob hanc anthy-paristatim D. August. ex libro Sententiarum Prosperi ait, ideo ex corpore Christi manasse sudorem sanguineum, ut significaretur ex corpore eius, quod est Ecclesia, manasse martyria, id est emanasse futuros plurimos martyres in Ecclesia. Et addo ego Deum dixisse primo parenti: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, sed secundo Adamo ex lestri Deus Pater grauius onus imposuit. Nec enim in sudore vultus duntaxat, sed totius corporis, non aqueo, sed sanguineo vesci debuit pane suo: Panis Christi fuit facere voluntatem Patris, perficere redemptionis opus. Erat corpus Christi sublimatorium, anima erat mina plena floribus, ignis quo flagrabat erat charitas & vis passionis, ex qua per corpus exiit odorifera aqua naribus Dei. Nam si Gene. dicitur, Odoratus est Dominus sacrificium Noe; quanto magis iste odor placuit Deo in odorem suauitatis? Obserua. Sudanti duo sunt contraria, frigus & vetus: vnde cum Saluator in horto adeo sudauerit, ubi expositus erat frigori & vento, etiam hoc modo putandum est autum esse dolorem eius.

Sed de tristitia queritur primo, An fuerit contra excellentiam fortitudinis Christi, adeo timere & contristari propter mortem? Secundo, An potuisset propulsare hunc timorem ac tristitiam, cum eam voluntarie suscepit? Tertio grauius queritur, An tristitia & dolor Christi fuerit in parte inferiori eius, hoc est, in carne & in sensu, an etiam in parte superiori, hoc est, in intellectu, & voluntate? Circa primum videtur fuisse contra excellentiam fortitudinis. Primo, quia ipse docuerat Discipulos non timere mortem cum dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus. Secundo, ipse paulo antea demonstrauerat se multum desiderasse mortem, cum cenantibus dixit: Desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Et alibi, Baptismo habeo baptizari, & quomodo coactor, vsq; dum perficiam illud. Et Petro dissuadenti passionem dixit: Vade post me Satan. Tertio, quia multi martyres non solum inerepēdē, sed alacriter, & gaudenter mortem appetierunt: Laurentius, Stephanus, Andreas, Vincentius & alij. Propter has rationes

August.

Ephipha.

Hilarius.

Basilius.

Ambros.

August.

Ephiphanius ait Christum verē non timuisse mortem, sed simulasse metum mortis: ut ita diabolum prouocaret, & quodammodo animaret ad inferendam eam. Diabolus enim putans eum timere, accelerauit ei mortem, quam postea sequuta fuit Dux qui simulat fugam, ut attrahat hostes & percutiat eos. Alij vero, sicut Hilarius lib. 10. de Trin. Basil. lib. 4. contra Eunomium. Ambros. super. 22. cap. Luc. & lib. de Fide, cap. 3. Hier. super cap. 26. Matthae. August. super Psalm. 21. & 93. tradunt, Christum verē timuisse, & turbatum esse; verumtamen non propter mortem, sed ob alias causas, quas tunc versabat in animo, & illam tristitiam & dolorem efficiēbant. Ceterum non est negandum, quin timuerit & contristatus sit propter mortem impendentem, quod explicuit in oratione ad Patrem, cum dixit: Pater, si possibile est transeat a me calix iste. Deinde filius Dei permisit carnifera, ut ageret & pateretur secundum conditionem suae naturae, ut tradunt Patres: sed conditio humanae carnis est, ut praesentam ac obiectam mortem sensibus perhorrescat: hoc euenit Christo, ergo. Ad hoc praesentatio imaginaria passionis Christi maiorem dolorem afferebat Christo, quam alijs. Primo quia certo sciebat se non euasurum mortem. Alij enim semper habent aliquid spei. Secundo quia proponebat sibi sigillatim omnes dolores, ac tormenta quae passurus erat. Sed ad hanc causam doloris accesserunt aliae, quas Patres tetigerunt. Primo obstinata malitia Iudae, desperatio, & impenitentia ipsius. Secundo scandalum & fuga suorum discipulorum, negatio Petri, dolor suorum amicorum, & maxime Virginis sanctissimae Matris suae, deinde impietas populi Iudaeorum, & ob hoc extrema eius abiectio & reprobatio. Vltimo ingratitudo futurorum Christianorum, qui tantum beneficium neglecturi, & conculcaturi erant. Sed hoc cum per modum conuentionum de hoc mysterio agemus suscipimus in secunda parte tractabimus. Et ad argumenta, ad primum respondetur, quod Christus non vetuit discipulos contristari simpliciter propter mortem; sed ita contristari ut absorberentur tristitia, & retraherentur a bono ad malum. Ad secundum respondetur, quod Christus mortem suam desiderabat, secundum rationem & voluntatem deliberatam: cauebat tamen mortem, secundum naturalem

affectionem, & secundum sensum tristabatur. Ad tertium dicitur. Martyres ideo erant lati & intrepidi: quia in suo martyrio plurimis Dei auxilijs recreabantur, quibus omnibus Deus voluit Christum carere tunc propter nostram salutem. Notandum tamen est, quod Magister in. 3. distinct. 16. sub fine tradidit quadruplicem statum hominis, & ex omni statu Christum aliquid assumpsisse. Primus fuit innocentiae, ex quo Christus sumpsit immunitatem peccati. Secundus status fuit post peccatum, ex quo Christus sumpsit miserias & dolores. Tertius fuit status gratiae, ex quo accepit plenitudinem gratiae. Quartus est gloriae, ex quo accepit visionem Dei, secundum partem superiorem. Et D. Bonauentura in Commentarijs illius, hoc adnotauit Magistrum sumpsisse ex Boetio. Verumtamen licet Christus de statu hominis post peccatum sumpsit passionem: aliter tamen fuerunt in Christo, quam in nobis. Et differentiae sunt quinque. Primo in nobis istae passionem proueniunt ex peccato originali, in Christo non ex peccato. Secundo in nobis sunt omnino necessariae, non possumus eas prohibere; Christus voluntarie se illis subiecit. Tertio istae in nobis praueeniunt iudicium rationis: in Christo omnino pendebant ex praescripto rationis, & ex imperio voluntatis, quantum ad initium, quantum ad modum & mensuram, & quantum ad durationem & finem. Quarta differentia est, quod in nobis plerumque moent & inuitant nos ad illicita, & in Christo nunquam. Vltimo in nobis passionem inferioris redundant in superiorem partem, eam afficiunt & perturbant; in Christo nulla fiebat redundantia, ita ut turbaret rationem. Propter has differentias signatas D. Hieronymus super Cap. 26. Matth. quem sequuntur omnes scholastici, dicit in Christo non fuisse passionem, sed propassionem: nam in se cepit pauere & mortuus esse, quali a sua voluntate passionem hanc inciperent operari.

Quaestio secunda fuit, Cur voluit in horto sustinere tantam tristitiam & agonem, si in manu eius erat reprimere? Respondetur, Christum sua voluntate suscepisse multas ob causas. Primo, ut demonstraret veritatem naturae humanae assumptae. Nam si caruisset illis, existimatus esset non verus homo, sed phantasticus. Et hinc coarguitur error Appollinaris & Arrianorum, qui putarunt in Christo non fuisse animam, sed tantum

Magister.

Bonauentura.

Boetius.

Hierony.

Ephipha.



tum corpus & verbum, verbum autem imple-
 uisse vicem animae: sed contra hoc est, quia
 Christus dixit, Tristis est anima mea usque
 ad mortem; ergo tristitia, timor & agonia,
 sunt passiones animae, & non solius corporis.
 Secunda causa, quia voluit per experientiam
 gustare mala nostra, & discere ea. Nam, vt
 ait Paulus, habemus Pontificem, qui possit
 compati infirmitatibus nostris, tētatum per
 omnia. Tertia causa est: vt demonstraret hoc
 facto incredibilem acerbitatē passionis suae.
 Nam si sola praemeditatio, & imaginaria
 quaedam representatio futurae mortis adeo
 eum afflixit, vt ex toto corpore expresserit
 sudorem sanguineum; quanta fuit acerbitas
 in ipsa praesentia dolorum, cum in actu prae-
 sentem suam passionem videbat? Quarto
 ne quis putaret accidisse Christo in sua pas-
 sione, quod memoratur contigisse multis
 martyribus, quorum animi miris solatijs
 fuerunt à Deo recreati; ita vt vix affligeren-
 tur sensu doloris; Christus verò acerbissi-
 mos dolores tulit, sine vlllo singulari solatio,
 adeo vt exclamaret dicēs. Deus meus,
 vt quid dereliquisti me: Quinto, in documē-
 tum, & exemplum. In documentum, vt dis-
 cerent fideles tristari & trepidare propter
 mortem; non esse in seruis Dei vitium: quia
 est naturale. In exemplum: vt exemplo suo
 cum tentantur, & affliguntur munirent se
 praesidio orationis, & voluntatem suam om-
 ninō subiecerent voluntati Dei. Vltima cau-
 sa, Christus in sua tristitia & trepidatione
 promeruit seruis suis, in tentationibus & tri-
 bulationibus quas passuri erant, latitiam &
 fortitudinem. Illa enim hilaritas, illa inui-
 cti & interriti animi magnitudo quam prae-
 se ferebant martyres in medijs tormentis,
 ex hac Christi tristitia & angore promerita
 est. Nostras enim infirmitates ipse suscepit:
 vt suas nobis firmitates impartiretur. Quem
 locum Leo Papa sermone. 3. de passione lu-
 culenter tractat his verbis. Dominus in no-
 bis trepidabat, suo metu nostrum pellens,
 sua tristitia nostram exterminans. Infirmita-
 tem nostram induit: vt inconstantiam no-
 stram suae virtutis soliditate firmaret. Venit
 in hunc mundum diues caeli negotiator,
 mirabili commutatione nostra accipiens,
 & sua tribuens, &c. Tertia quaestio fuit cum
 Christus dixit, Tristis est anima mea usque
 ad mortem, Vtrum tristitia illa tantum oc-
 cupauerit partem inferiorem, hoc est sen-
 sum, an etiam afflixit partem superiorem,
 hoc est, voluntatem rationalem. Non enim

Hebr. 4.

Leo Papa.

videtur potuisse contingere partem superio-
 rem. Nam pars superior erat beata videndo
 Deū, ergo erat in summo gaudio: alioquin
 tristitia, & gaudium fuissent simul in eodē
 subiecto, praesertim cum gaudium esset sum-
 mum & tristitia summa. Deinde quādo duo
 extrema siue contraria sunt simul, vnum
 remittit & minuit aliud. Si fuisset in parte
 superiori tristitia, remitteretur gaudium, vel
 ē contrā. Confirmatur quia Aristot. libr. 5.
 Ethic. ait, Tristitiam impedire delectationem,
 non solum contrariam, sed etiā quan-
 libet aliam, &c. Tametsi tristitia de passio-
 ne, non sit contraria gaudio eius de visione
 Dei; tamen vna impedit aliam. Confirmatur
 2. quia haec videtur esse doctrina D. Tho-
 me in disputatis. q. 6. de veritate. ar. 10. & 3.
 p. q. 46. art. 8. vbi affirmat, tristitiam fuisse
 tantum in parte inferiori, & non redundasse
 in superiorem, sicut nec gaudium superioris
 redundauit in partem inferiorem. Neothe-
 ricus quidam affirmat Christum fuisse con-
 tristatum, non solum secundum sensum, sed
 etiam secundum voluntatem rationalem, in
 illa eadem parte, in qua erat beatitudo &
 gaudium. Propterea David in persona Chri-
 sti ait. Repleta est malis anima mea. Non er-
 go tantum vna pars animae Christi sensit
 mala; sed omnes partes. Et Esa. 53. dicitur.
 Verē languores nostros ipse tulit, & dolores
 nostros ipse portauit. Si non fuisset secun-
 dum partem superiorem contristatus, non
 sensisset tristitiam & dolorem nostrū, acer-
 biores enim sunt dolores partis superioris,
 quā inferioris. Tertio, Christus obtulit se
 se Patri hostiam pro peccatis nostris, & vt
 dicunt Patres, egit poenitentiam pro omni-
 bus peccatis; optimum autem sacrificiū pec-
 nitentis consistit in corde contrito & spiri-
 tu contribulato vt Psalm. 50. dicitur: ergo.
 Quarto, ad Hebr. 4. ait Paulus Christū fuisse
 tentatum per omnia, vt sciret compati no-
 stris infirmitatibus; at si non sensisset tristi-
 tiam in parte superiori, non fuisset tentatus
 per omnia, nec didicisset experientia com-
 pati nostris infirmitatibus. Quinto, haec sen-
 tentia magis extollit patientiam Christi &
 obedientiam eius erga Patrem, charitatem
 eius erga nos, plenitudinem suae gratiae &
 sanctificationis. In eo enim in quo maxi-
 mē peccauerat Adam, in eodem voluit sa-
 tisfacere; maximē autem peccauerat in
 parte superiori, ergo. Praeterea haec videtur
 esse doctrina Ecclesiae in 6. Concilio, vbi
 probatur in Christo fuisse duas voluntates:
 alteram

Aristot.

D. Thom.

Psal. 87.

Esa. 53.

Psal. 50.

Hebr. 4.

alteram

alteram diuinam, & alteram humanam ra-
 tionalem: quia Christus dixit in horto, Tris-
 tis est anima mea usque ad mortem, Ve-
 rumtamen non mea, sed tua fiat voluntas:
 ergo tristitia illa, & horror ille mortis per-
 tinebat ad rationalem voluntatem. Damasc.
 3. lib. capit. 26. docet solam diuinitatem in
 Christo fuisse impassibilem omnino, in re-
 liquis fuisse passum in mente & carne.
 Idem cap. 33. confirmat testimonio Atha-
 nasi. Bonauen. in 3. d. 16. affirmat hanc esse
 sententiam omnium Theologorum. & D.
 Thom. 3. part. quaest. 15. artic. 6. & quaest.
 18. artic. vltimo inclinatur in hanc sententiam.
 Sed restat declarare, quomodo fuerit in par-
 te superiori Christi tristitia. Primo fuit
 propter passionem & mortem, & propter
 peccata hominum, vt erant diuinae voluntati
 contraria, & offendeabant eius maiestatem.
 Prior tristitia tripliciter afficiebat partem
 superiorem. Primo, quia erat contra natu-
 ralem inclinationem voluntatis rationalis,
 quae naturaliter vult salutem & conseruatio-
 nem personae. Mors & passio secundum se
 non erat debita Christo, sed tantum ex
 suppositione, id est, ex ordinatione Pa-
 tris, & in ordine ad finem redemptionis
 nostrae; est autem doctrina Philosophorum,
 Quādo aliquid non est volitum secundum se,
 & est volitum ex suppositione, illud
 aptum est asserre tristitiam. V. g. Mercator
 proicit merces in mare metu mortis,
 quam proiectionem secundum se non vult,
 sed tantum ex suppositione: & ideo illa
 contristat eum. Tertio, anima rationalis
 in Christo erat forma naturalis illius cor-
 poris, & pars superior habebat naturalem
 connexionem cum inferiori, vnde passio-
 nes superioris redundabant in inferiori.
 Sed contrā. Quia gaudium beatificum non
 redundabat in partem inferiorem. Sed re-
 spondetur non valere hoc. Tum quia illud
 gaudium non conueniebat animae Chri-
 sti, vt erat forma corporis, & erat conne-
 xa cum sensibilibus, sed vt erat per se sub-
 sistens modo supernaturali. Deinde non re-
 dundauit, ne impediretur negotium redem-
 ptionis. Sed redundantia tristitiae & passio-
 nis nihil impediēbat, ergo altera tristitia e-
 rat, quae attingebat partem superiorem, quā
 capiebat Christus de peccatis hominum:
 prout erant contraria voluntati diuinā, quae
 erat multo acerbior, secundum quam verē
 poenituit, & habuit veram contritionem,
 & absolutam satisfactionem pro peccatis

Damasc.

Bonauen.

D. Thom.

nostris. Ad argumentum Canus libr. 12. de
 locis. capit. 14. dicit non fore impossibile
 & absurdum, si dicatur animam Christi ad
 breue illud tempus passionis suae habuisse
 perfectam beatitudinem essentialiter, quae
 consistit in visione & amore Dei; tamen ca-
 ruisse gaudium beatifico, quod est vnum de
 accidentibus consequentibus essentialiter bea-
 titudinis. Nam vt docet Aristot. 10. Ethico.
 Voluptas non est operatio in qua est felici-
 tas, sed est aliquid consequens eius operatio-
 nem: quare per potentiam Dei absolutam
 potest separari a felicitate, sicut Deus se-
 parauit calefactionem ab igne in fornace,
 & illuminationem a sole tempore passionis
 suae. Veruntamen quidquid sit de hoc, An
 possit separari gaudium a beatitudine (quod
 nonnulli negant, & Aristot. 7. Ethico. ait
 Gracos ideo appellasse beatum (Macha-
 reos) quod verbum dicitur Acheim, quod
 est gaudere, quali gaudium sit de ratione
 beatitudinis) non est necessarium confu-
 gere ad ista; sed dicitur falsum esse quod
 gaudium de visione Dei, & tristitia de
 passione sint contraria. Nam contraria de-
 bent esse intra idem obiectum: quare sicut
 scientia hominis, & ignorantia leonis, non
 sunt contraria & possunt esse simul; ita non
 implicabat contradictionem, esse in Chri-
 sto summum gaudium de vno, & tristitiam
 de alio. Secundò dicitur, licet naturaliter
 tristitia impediatur gaudium, etiam non con-
 trarium ei, & ē contra; tamen in Christo
 per dispensationem diuinam fuerunt simul.
 Sicut enim non potest esse naturaliter si-
 mul esse comprehensor & viator, & tamen
 fuit Christus; & sicut naturaliter non po-
 test superioris partis gaudium & felicitas
 non afficere inferiorem; & tamen in Chri-
 sto non redundauit in illam, ergo.

Canus.

Arist.

Arist.

Sequitur tertium, scilicet Oratio Christi in horto.

Circa quā orationē quatuor sunt ex-
 ponenda. Primum, quomodo Christus
 se preparauit ad illam; Secundum, quid di-
 xerit & orauerit; Tertium, quemadmodum
 oranti apparuerit Angelus confortans eum;
 Quartum, quomodo ter ex oratione reuersus
 sit ad Discipulos, & quid dixerit illis. De
 primotres Euangelistae dicunt Christum se
 preparasse ad orationem dupliciter. Primo,
 eligendo locum idoneum, hoc est, locum
 secre-



cretum & solitarium, & aliquantò à Discipulis suis remotum. Marcus ait. Proceffit parum. Matthæus, Proceffit est pulillum. Lucas, Aualius est ab eis quantum est iactus lapidis, &c. Basil. in Epist. celebri ad Gregorium Nazian. de laudibus eremi, inter alias eius utilitates & voluptates hanc refert, quòd maximè còducatur orationi, & meritò, tres ob causas. Primo, quia in solitudine liberius orat quis, & potest omnes affectus animæ reprimere. Secundo, non est ibi periculum inanis gloriæ. Tertio, non est qui obstrepat oranti, & auertat ab oratione. Christus id docuit exemplo, legimus cum orasse, & noctu, & in montibus, & consuluisse, *Matth. 6.* Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauo ostio, ora Patrem tuum in abscondito. Daniel ter orabat in die, in superiori conclauis domus. Sic Petrus cum vidit lintheum. Sed aduerte hoc esse intelligendum de pènuata oratione. Est enim oratio publica quæ fit in Ecclesia: huic locus conuenit publicus, vt sunt templa. Secundo, præparante Christus decenti compositione corporis: primò orauit flexis genibus (vt ait Lucas) deinde procidit in faciem suam (vt ait Matthæus) denique procubuit, & procidit in terram (vt ait Marcus) sicuti crescebat animi affectus, ita augebatur demissio exterior corporis. In Scriptura legimus apud Iudæos quatuor modos orandi, quod actinet ad compositionem corporis. Primus est stādo, non leuando oculos in cælum, percutiēdo pectus, sicut Publicanus in Euāgelio. Secundus est flexis genibus. Sic Daniel cap. 6. ter in die orabat. Et Paulus ad Ephesios. 3. Huius rei gratia flecto genua. Tertius modus flexis genibus, & extensis manibus in cælum, vt. 3. Regum. 8. Salomon publicè in dedicatione templi à se ædificati orauit. Quartus modus, toto corpore prostratus in terra, Iosue. 7. Oravit usque ad vesperam. Huiusmodi ceremonia exterior in oratione, non est superstitiosa, vel hypocrita, vt garrunt hæretici; sed est maximè utilis & laudabilis. Primò, quia prouenit ex interiori affectu orantis humiliantis se coram Deo, & assilgentis se. Secundo valet ad hunc affectum excitandum, præsertim in hominibus non multum exercitatis in orando. Tertio congruit penitentibus contritis: quia exterior inclinatio corporis, affert molestiam corpori, & cruciatur. Vltimò, sicut Deo interiori submittimus animū, quia est Dominus anime; ita

Matth. 6.

Dan. 6.

Acto. 10.

Iuo. 18.

Dan. 6.

Ephes. 3.

3. Reg. 8.

Iosue. 7.

conuenit vt exteriori etiam procumbamus corpore: quia etiam est Dominus corporis. Lege August. Epist. 121. de orando Deum ad Probam, & lib. de Oratione, vbi inuebitur in eos, qui orant sedentes. In oratione sua Christus Dominus quatuor vel quinque expressit notāda. Primum est illud, *Pater*, Secundum, *si possibile est*, Tertium, *Calix iste*, Quartum, *transseat a me*, Quintum, *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.*

Ante omnia sunt excutiendæ hæc dubitationes. Prima, Vtra pars Christi hæc orationem fecit, an superior, an inferior? Respondetur, pars superior; nam inferior, hoc est, sensus non potest orare Deum: quia oratio est eleuatio mentis in Deum, hæc faciebat eam exprimens affectum partis inferioris. Vnde dicebat, *Spiritus promptus est, caro autem infirma.* Quod autē dicunt Patres, Christum orasse, non secundum partem superiorem, sed secundum partem inferiorem; sic intelligendum est. Quia exprimebat affectum partis inferioris, & agebat eius partes. Secūda, si oratio est eleuatio mētis in Deū, Christus autem semper habebat eleuatam mētē in Deum, quia semper eum videbat; quomodo ego dicitur nunc orasse? Respondetur, mentem Christi per illam operationē intellectus, quam exercebat per species infusas, vel more humano conuertendo se ad phantasmata orasse tunc: nam hanc operationem non semper exercebat. Tertia quaestio est, cum Christus dicat se in omni oratione exauditum fuisse à Patre, & quando dixit, Scio quia semper me audis, & illud, Exauditus est pro tua reuerentia: quomodo hic non est exauditus. Respondetur, quidquid Christus exorauit absolute & ex voluntate deliberata; obtinuit, & exauditus est. Nunc autem non orauit absolute, sed tantum exprimens affectum naturalem. Vnde subdit, *Non quod ego volo, sed quod tu vis.* Quod bene notauit Iustinus Martyr in dialogo Tryphone, in hac oratione Christi impletū fuisse illud Dauid, Psal. 21. Deus me, clama- bo ad te per diem, & non exaudies: & nocte & non ad insipientiam mihi. Ait Iustinus. Ne quis putasset Christum orasse Patrem in hortu, quod non erat impetraturus ex insipientia, subdit: Et non ad insipientiam mihi. Prosper de promissione Patriarcharum cap. 20 ait, signum huius rei fuisse id quod narratur Iud. 11. Iephte sacrificasse filiā suā Deo, vt debellaret hostes populi Dei, & eū liberaret. Filia tamen petijt ab eo indutias mortis,

August.

August.

Iuan. 11.

Hebr. 5.

Iustinus.

Psal. 21.

Prosper.

Iud. 11.

mortis, vt fletet virginitatē & mortem suā: Christus vt debellaret diabolū, & liberaret genus humanum, in ara crucis immolauit carnem suam, quæ ante mortem fleuit & expauit. *Pater*, sic ait hic. Matth. verò *Pater mi*, illud, *mi*, exprimit filialem affectum, & demonstrat aliter Deum esse Patrem Christi, aliter nostri. Christi propriè, vnice & naturaliter; nostri verò cōmuniter, & per gratiam adoptionis. Vnde dicitur, *Pater noster*. Marcus, *Abba Pater*. Multi dicunt esse geminationem (nā est vox Chaldaica significans Patrem) ad maiorem emphasim, quod est frequens in Scriptura. Domine, Domine: Deus Deus meus, & alibi sæpè. *Pater*, si possibile est. Lucas ait. Si vis. Non enim (vt bene notauit Aug.) dubitat, An possit simpliciter, sed an possit volendo, an velit. Marcus ait. *Pater*, omnia tibi possibilia sunt, absolute. Quo verbo declarat absolutam infinitamque Dei potentiam. Docemur autem debere nos accedere magna fiducia ad orationem, sicut ait Iacobus. Postulet autem nihil hæsitans in fide.

August.

Iacob. 1.

Sed circa hoc, est prima quaestio. Si Christus certò sciebat Deum velle vt ipse moreretur, ac proinde fieri nō posse quin nō moreretur, quomodo ergo tanquā nescius, vel dubius huius rei dixit, Si possibile est, & si vis? Respondetur, Christum ita esse loquutū, non ex ignorantia, vel dubitatione diuinæ voluntatis, sed primò vt exprimeret affectum hominis, & sensum carnis auersantis & refugientis mortem. Deinde vt doceret seruos suos, qui futuri erant incerti diuinæ voluntatis, quo pacto deberent eum orare pro liberatione malorum temporalium, quibus premerentur: nimirum non absolute petendo, sed cum cōditione, si vis, si congruit. Secunda Quaestio. An tunc cum Christus hoc dixerit, fuerit possibile Deo impedire mortē Christi. Ratio dubitandi est, quia Marcus dixit. Omnia tibi sunt possibilia, transfer à me calicem istum, ergo è contrariò impossibile est mutari Dei voluntatem, quæ erat æterna, vt Christus moreretur; ergo impossibile erat quin moreretur. Respondetur cum distinctione. Mors Christi quinq; modis potest considerari. Primò in ordine ad Dei potentiam, & voluntatem absolute, & per se, & ita possibile erat etiā tunc impediri mortem Christi: quia Deus semper est omnipotēs, & voluntas libera est ex se ad omnia quæ sunt extra Deū: ergo. Secundo, mors Christi considerari potest, vt est medium conferēs

ad redemptionem generis humani; & sic poterat impediri: quia poterat per alios modos saluari à Deo genus humanum. Tertio potest considerari, vt ab æterno volita à Deo & ordinata; & sic impossibile erat cum non mori: quia voluntas Dei est immutabilis, & non potest non impleri voluntas absoluta. Quarto consideratur, vt prædicta à Prophetis, & sic nō poterat impediri: quia vt ait Dominus, Cœlū & terra trāsibunt, verba autē mea nō præteribunt: & vt dicitur num. 23. Nō est Deus vt homo, vt mētiatur, nec vt filius hominis, vt muretur. Et Paul. ait. Fidelis est Deus, seipsum negare nō potest. Quinto modo potest considerari mors Christi, posito quod voluit Deus saluare hominem, per medium valde conueniens saluti hominis; & sic non potuit impediri mors Christi. Quia licet Deo possibiles erant alij modi saluandi, non fuit tamē possibilis alius modus conuenientior, vel vtilior isto, sicut præclare dixit August. 3. de Trinit. cap. 10. Non dicamus aliū modum saluandi homines Deo possibilem defuisse, cuius potestati cūcta æqualiter subiacent; sed dicimus sanandæ nostræ miserię alium modum conuenientiore non fuisse, nec esse potuisse; ergo. Tertio in oratione Christi est, *Calix iste*. Haud dubiè per calicē significatur passio & mors Christi, per metaphorā. Est em̄ similitudo ducta ab antiqua potantiū cōsuetudine, qua in conuiujs, ab eo qui appellabatur rex vini, vel magister potadi, sua cuiq; cōiuiæ portio vini, quæ exhaurire deberet præstinebatur & propinabatur. Vnde Phrasi Hebraica in Scriptura significat suā cuiq; sortē, vel bonā, vel malā, à Deo paratā. Sumitur autē nomē Calicis in Scriptura, aliquandò in bonā partē, & significat bona parata bonis à Deo. Psal. 25. Dñs pars hæreditatis meę, & calicis mei; & Psal. 22. Calix meus inebrians, quā præclarus est. Et ibi. Calicem salutaris accipiā, & nomē, &c. Sed frequentius vsurpatur in malā partē, vt significet poenā, supplicium, & mortē. Psal. 20. vbi de poenis impiorum agitur, dicitur. Ignis, sulphur, spiritus procellarū, pars calicis eorū. Et Psal. 74. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Et hoc bibent peccatores. Hac phrasi vtitur Esa. cap. 57. & Hier. 25. vide ibi, & Matth. 25. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et in hoc loco. Sed quare passio Christi appellatur calix? Tres rationes afferemus ex Theophil. Teophil. & Clemen. Alex. 7. libr. Pedagogi cap. 6. Prima, sicut maxima siti ardens au-
dissimè

August.

Psal. 25.

Psal. 22.

Psal. 115.

Psal. 20.

Psal. 78.

Esa. 57.

Hiere. 25.

Matth. 25

Theophil.

Clemen.

Alex.

Alex.



disimè capit poculum, & totum potat; ita Christus avidissimè subiuit passionem, & mortè. Secunda, Sicut egrotus potum amarissimè potionis magno exhaurit animo, vt expellat morbum & sanitatè comparet: ita Christus qui omnium nostrum morbos suscepit, vt eos purgaret exhaurit totum phar macum passionis amarissimè. Tertio, sicut qui largè bibit, & capacissimum poculū exhaurit sono corripitur ad breues; sed vbi dormiuit vinū continuò euigilat; sic Christus bi bens calicem passionis correptus est somno mortis; sed ad breue quia post triduum reuixit gloriosus, vt ipse dicit, Ego dormiui, & soporatus sum, & surrexi, quia Dñs suscepit me. *Quartum est, Transcat à me.* Hoc variè interpretantur Patres. Ego quinq; præcipuas expositiones reperio. Prima est Basilij libr. 4. contra Emonium. Hierony. super 26. cap. Matt. Euseb. hym. de passione Christi, & eā tagit Amb. super. 22. cap. Lucè, Christi non petisse vt calix passionis remoueret ab ipso; sed ne propinaretur sibi à populo Iudaico, què sciebat ob illatā sibi mortè reprobatum & abiectum iri à Deo. Quare non dixit *Trāseat à me calix;* sed adiunxit (iste) id est, què mihi parant propinare Iudæi. Secundò Hila. cano. 31. in Mattheū, Non orat vt non moriatur (ait) sed vt fructus & gloria sue mortis, nō in ipso tñ maneat, sed trāseat ad omnes alios. Tertio eiusdē ibidē, Petit, vt quomodo ipse bibiturus est calicē passionis, eo modo bibat eum serui sui post ipsum. Primò magna charitate, constantia, & paciētia sine spei disidentia, sine metu mortis, & sine sensu doloris. Est enim phrasī Scripturæ dicere, Deum accipere de spiritu vnus, & & transferre in alium, pro dare illi similem spiritum. Ita legimus: Tūc accepit Deus de spiritu Moysi, & trāstulit in seniores alios. *Quarta est Dion. Alex.* Petit, non vt mors non contingat ipsum; sed vt statim ab ipso transeat, & ipse redeat ad vitam. Quod em̄ trāstulit, & fuit, & non permansit. Quinta est Ambros. Orig. Chrysost. & est cōmunis & mihi placet, Christi ex affectu naturali hominis, & ex sensu carnis deprecatum esse mortem, id est, petisse, vt liberaretur à morte. Nā (vt docet D. Tho.) quod quis vult secundū rationē deliberatā, illud vult simpliciter; sed quod vult secundū sensum, vel secundū naturalem inclinationem, vult secundum quid, & dicitur velle ita. Quintum orationis verbum est, *Veruntamen, non quod ego volo, sed quod tu vis.* Quibus verbis signi-

Basilij.
Hieron.
Euseb.
Ambros.

Hilar.

Dionysius
Alexan.

Ambros.
Origenes.
Chrysost.

D. Thom.

ficat Christus voluisse fieri quod volebat nō fieri. Nam vult vt fiat quod vult Deus, & nō quod ipse vult. Nā volebat mori secundū voluntatē rationis, cū tamē vellet nō mori, secundū sensum carnis. Ex hoc loco confutatur hæresis Monotelitarū dicentiū, in Christo fuisse vnam tantum voluntatem diuinā. Qui error dānatus est. 6. Synodo generali. Nā in actio. quarta recitatur epistola Agathonis Papæ, in qua probatur, in Christo fuisse duas voluntates, vnā diuinā, & alterā humanā. Primò ex hoc loco, Nō quod ego volo, sed quod tu vis: secundò, ex illo Ioan. 3. Descendi de cælo non vt faciam voluntatē meam; sed eius qui misit me. Tertio, ex illo Mar. 7. Ingressus Iesus in domum voluit latere (volūtate humana intelligitur) & nō potuit. Probatur ratione. Christus fuit perfectus? Deus & homo; habuit ergo volūtātē diuinā & humanam. Hugo de sancto Victore libr. de voluntate Christi facit in Christo quadruplicē volūtātē, vnā Deitatis, alterā rationis, tertiā pietatis, quartā carnis, & ait. In Christo volūtas Deitatis per iustitiā dictabat sententiam mortis: volūtas rationis per obedientiam latam sententiā approbat: volūtas pietatis, id est, naturalis affectus, per compulsionē in malo suæ carnis suspirabat, voluntas carnis per passionē in proprio malo murmurabat, id est trepidabat.

Prima dubitatio est, An voluntas Christi fuerit perfectè cōformis voluntati Dei? Videtur non fuisse, quia non omnimodo voluit quod Deus volebat. Quia Deus volebat ipsum mori, Christus et si id volebat secundū rationē & voluntatē deliberatā; tamē id nō volebat secundū naturalem affectum, & secundū appetitum sensus. Respondetur tamen, in Christo voluntatem humanā fuisse perfectissimè conformem diuinæ, secundū conditionem status eius. Nā ipse dixit. Ego descendi de cælo; non vt faciā volūtātē meam, sed eius qui misit me, & ego quæ placita sūt ei facio semper. Et Pater dixit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Sciendū tamē est, hanc esse differētiā inter statum viatoris, & cōprehensoris. Huius enim voluntas secundū omnem modū est subiecta Deo: in statu autem viatoris vno modo oportet voluntatem viatoris esse conformē voluntati Dei sibi notæ secundū rationem & voluntatem deliberatam: debet enim absolutè velle id quod scit Deum velle, & hoc pacto Christus voluit omnino quod Deus volebat. Vnde & dixit, Nō quod ego

Ioan. 3.

Mat. 7.

Hugo.

Ioan. 3.

volō,

volō; &c. Non est autem necessarium, vt homo viator velit id quod Deus vult secundū naturalem inclinationem, vel secundū appetitum carnis: quia potest Deus aliquid velle nō secundū naturalem appetitum hominis, vt mori: & hoc modo nō est necesse vt voluntas viatoris conformetur diuinæ voluntati. Potest etiam esse difformis voluntas nostra ex suppositione, sic. Vellem non mori patrem meum, si Deus aliter non ordinauerit. Vterque enim appetitus à Deo est, voluntatis, & rationis. Vide D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 20. *Secunda dubitatio est, si in Christo fuerunt diuersæ voluntates contrariæ appetentes: quaritur an fuerint inter se contrariæ.* Respondetur non fuisse contrariæ, licet contrariæ appetierint. Sic enim est diffinitum in sexta synodo generali. Quod patet primò; quia Christus secundū vnam partem anime volebat mori, hoc est, secundū rationē, secundū verò sensum nolebat, ergo nō secundū idē. Secundò Christus volebat mori, vt mediū ordinatū ad saluandos homines, nolebat vero mortē, secundū quod mors dissoluebat naturalem vnionē anime, & corporis: ergo. Tertio, volūtas quæ nolebat mori, nō impediēbat volūtātē quæ volebat mori: ergo nō erāt contrariæ: quia quæ sunt verè contrariæ mutuò se impediūt, & minuūt vices suas. *Tertia dubitatio est, Vnde Euangelistæ cognouerūt quod Christus orauerit in hortu, quod Angelus ei apparuerit cōfortans eū, quod sudauerit sanguine: quia ipsi non viderūt, nec viderunt Christū id eis dixisse, quia statim est captus à Iudeis. Hæc ponit Euth. & soluit dicēs, tradidisse Christū eis post Resurrectio nē, ante Ascensionē ad cælos. *Quarta questio est, quoniam cōstat ex Matth. Christum Dominū bis interrupisse orationē, veniēdo ad discipulos quos reliquerat, & orauisse, quare ergo hoc facere voluit Christus? Responde tur: interruptio orationis declarat magnitudinem tristitiæ, & angoris Christi, qui nō sinebat eum continuare orationem; repetitio autem orationis significabat fortitudinem spiritus, qui præualebat, & vincebat infirmitatem carnis. Secundò fecit hoc, vt significaret perfectam debere esse perseverantiam in orando, idē ter orat: vt testaretur perseverantia cōtinuam in orando. Vnde Paul. ait. Ter Dñm rogavi. Id est, sui perseverans perfectè. Vnde Dominus, Petite, & accipietis: secundò, Querite, & inuenietis. Tertio, Pulsate, & aperietur vobis. Ad hæc voluit hæc facere, vt intelligatur quibus de causis soleat**

D. Tho.

Euthym.

2. Cor. 12.
Iac. 11.

Tom. II.

interrumpi oratio: Nempè ob duas causas, vel ob imbecillitatē corporis, vel ob vilitatem proximi: vtrumque in Christo reperitur. Ex tristitia interrumpit, & visitat discipulos exhortās eos, ne intrent intētationē. *Quinta dubitatio est, quare voluerit Dominus tantopere contristari, & angī, ante mortem suam. Respondetur duas ab causas. Prima, vt intelligeremus, quod accidit ipsi, hoc euenturū membris suis, & Ecclesiæ. Nā hoc serè contingit omnibus, vt ante mortem maximè affligantur: idem euenturum est Ecclesiæ Dei, vt ante finem suum tempore Antichristi maximè affligatur. Altera ratio est: vt intelligerent serui eius, non solum ex persecutione mortis, sed etiam ex meditatione eius perpeti dolorem. Ipse præmeditans eius mortem, maximè est afflictus: vt serui Dei eam verè meditando maximè compatiantur.*

De apparitione Angeli, &c.

Solus Lucas ait. *Et Angelus de cælo apparuit ei confortans eum.* Prima dubitatio est, An hæc confortatio Angeli sit accipiēda tanquā Canonica. Ratio dubitandi est, quia Hilarius lib. 10. de Trin. reliquit hoc tanquā incertū. Hier. lib. 2. contra Pelag. ait in quibusdā codicibus Latinis reperiri, & in multis non reperiri. Ex quo colligit tanquā verū simile, quōdam Catholicos zelo Dei, sed nō secundū scientiam expunxisse hæc verba ex Euangelio: eo quod Arriani, vt narrat Epiphanius, valdè insultabant Catholicis dicētib; de Christo, quod fuerit confortatus ab Angelo. Verūtamen hæc sententiā Ecclesia approbat vt Canonica. Dion. Areopagi. de Cælesti Hierarchia. c. 4. inquit, hæc historiā exponi in Sacrosanctis nostris traditionibus, hoc est, in ijs quæ Euangelistæ scripto tradiderunt. Quare de hoc non est dubitandū. Nā insultatio Arrianorū est fatua: ipsi enim fatentur Christū, licet nō fuerit Deus equalis Patri, tamē fuisse supra omnes creaturas: ergo potest retorqueri cōtra ipsos, quomodo ab Angelo est cōfortatus? Vnde dicēdū est fuisse cōfortatū ab Angelo, vt homo passibilis secundū partē inferiorē. Sed quæres. Quis fuit iste Angelus? Respondeat secundū aliquos, Raphael cuius officium est cōsolari afflictos: secundū alios Gabriel, qui deputatus erat obsequijs, & ministerijs pertinetibus ad Christū: secundū alios Mich. qui erat princeps synagoge, & ipse apparuit Ios. c. 5. quādo erat trāstulit, Jordanem,

Hilarius
Hieron.

Dionysius

11 Iordanem,



Gerson.

Iordanem, & ita vt figura respondeat figura to, apparuit Christo, qui erat transiturus tor...

Epiphani.

Theophil.

4. Reg. 13

des sedes quas perdidit nostri. Sed quare voluit confortari? Respondetur, vt ostenderet veritatem naturae humanae...

Quando Christus captus fuerit a Iudeis in horto?

Circa hoc quatuor notant Euangelistae. Primum qui fuerint qui iuerunt ad capiendum Dñm. Secundum, quid Dñs dixerit eis...

Hebr. 2.

Vegetius.

Alf. 1.

Iesum

Luc. 4.

Origenes.

Hieron.

Epiphani.

Hieron.

Iesum. Et vt hoc insinuaret Lucas dicit, q Iudas antecedebat ceteros. Iudas autem premonerat eos quos ducebat. Primum, sicut narrat Matth. & Mar. se daturu signu...

vim illorum, si qui sibi opponerentur, gestabant arma, gladios, & ligna, seu fustes. Iudas igitur ante alios primus obuia iuit Christo...

Cyrril. Dio. Cart.

Ammon. August.

Historia Eccles.

Iansen.

Gen. 29.

2. Reg. 20.

Luc. 7.

1. Cor. 16.

2. Cor. 13.

Prou. 27.

112 a Salo



à Salomone. Meliora sunt vulnera diligen-
tis, quam frudulenta oscula odientis. Ter-
tio, sciendum est triplicem dari tropologiã
à Patribus huius osculi. Osculum Iudæ ex-
hibitum Christo, quo datus est in manus ho-
stium; significat blanditias, & illecebras car-
nis, per quas anima nostra traditur in pote-
statem demonis. Rectè dicit Plato, Omnium
malorum esca est voluptas. Alij dicit. Nun-
quam homo traderetur in manus demonis,
nisi peccaret; nūquam peccaret nisi deciperet
osculo animi: quia nemo peccans respi-
cit ad malum. Motiuum peccati est per os-
culum, id est, per apparatus bonum decipitur
homo. Respondit autem Dominus Iudæ.

Plato.

Amice ad quid venisti, &c.

Euthym.

EVthymius legit enuntiatiuè, vt sit ani-
mo suspensa, & imperfecta oratio, & sup-
pleatur. Operare aperte, relicto dolo, & frau-
de. Tamen primò melius legitur. Cui suffra-
gatur quod Lucas ait subiunxisse Dominum.
Osculo filium hominis tradis? Sed quare
Christus appellauit Iudam amicum? Orig-
hom. 35. in Matth. docet, quod hæc loquutio,
Amice, in Scriptura ferè sumitur in malam
partem. Legimus enim in parabola de nup-
tiji dixisse Dominum non habenti vestem
nuptiale: Amice, quomodo huc intrasti? Et
in illa de operarijs locatis ad vineam: Ami-
ce, non facio tibi iniuriam. Quidam dicunt
sic appellasse, per antiphrasim, & ironiã: qua
si diceret. Nihil minus quã amicus es. Alij
amicum dicunt appellatum: non quia tunc
sed quia antea fuerat. Alij, quia simulabat se
esse amicum in specie, non in veritate. Alij
dicunt amicum, non ex parte Iudæ, sed ex
parte Christi. Nã licet esset inimicus Chri-
sto: tamen Christus amicum gerebat se er-
ga illum. Nam præterquam quod elegit eum,
& fecit Apostolum, etiam postquã prodide-
rat eum, tria, vel quatuor argumenta amici-
tiæ exhibuit ei. Lauit enim pedes eius, dedit
Sacramentum corporis sui, significauit se cõ-
sciũ esse illius proditiõnis: voluit enim illũ
à tanto malo auertere, cum dixit: Bonũ erat
ei, si natus non fuisset. Et Christus dolebat
plus de illius exitio, quã de sua proditiõne.
Et paratũ erat, si poenitisset, remittere. De-
nique quia cooperabatur suæ Passioni, per
quam liberandum erat genus humanum, li-
cet hoc esset præter intentionem Iudæ, vo-
cat eum amicum. Adeo enim Christus cupiebat
mori pro gloria Dei, & salute nostra,

Matth. 22

vt amicos appellaret proditores. Sic apud
Prophetas Nabuchodonosor appellatur ser-
uus Dei: quia per eum Deus puniebat Iudæos,
licet hoc ipse non cogitaret. Hinc Christus
in orto proditorem vocat amicum, & in cru-
ce orat pro inimicis. Ad quid venisti? Nõ dicit
hoc quasi nesciret animum eius; sed admirã-
do tantã eius impudentiam, audaciam, ingra-
titudinem, & impietatem. Vel quasi tacitè
cõpellendo eius cõscientiam, quasi dicens. Be-
nè scis tu ad quid veneris. Lucas ait, Christũ
dixisse: Iudæ, osculo filiũ hominis tradis? Ne
quis putaret illud, Ad quid venisti, dixisse
ex ignorantia: quasi diceret. Osculũ est sym-
bolum pacis, & amoris, tu abuteris illo ad
odium, & perniciem meã. Quæ verba benè
Ambros. sic exponit: Amoris pignore vuln-
inligis? Charitatis officio sanguinẽ fundis?
Instrumento pacis mortẽ irrogas? Seruus Do-
minum tuum, discipulus magistrum, electus
authorem, per osculum hostibus tradis filiũ
hominis? Quasi diceret. Ego cũ essem filius
Dei, pro tua salute, & omnium factus sum fi-
lius hominis; & tu tanto ingratus beneficio,
hominem quem suscepi vis perdere, & mor-
ti tradere. His verbis declarabit Christus,
quã fuerit sibi amarum illud osculum, quã
acerba illa simulata amicitia. Vndè David
representans Christi personam, hoc factum
præuidens in Psal. 54. ait. Quoniam si inimi-
cus me? maledixisset mihi, sustinuissem uti-
que: & si is qui oderat me, super me magna
loquutus fuisset, abscondissem me forsitan
ab eo: Tu verò homo vnanimis, dux meus,
& notus meus, qui simul mecum dulces ca-
piebas cibos. Post hæc narrat Ioan. Chri-
stum processisse obuiã Iudæis, & interrogas-
se eos. Quem queritis? Nõ quia nesciret quor-
sum venerint, sed vt ostenderet se scienter,
libenter, & intrepidè mortem oppetere. De-
indè vt ex responso eorum occasionem ca-
peret edendi illud miraculum quo demon-
strauit omnipotentiam suam, & quã faciliè
poterat si vellent omnes perdere. Illi autem
responderunt, Iesum Nazarenum. Sic enim
appellabatur à Iudæis. Cyrillus lib. 11. Com-
menta. in Ioannem capit. 33. responsum hoc
expendit. Non dixerunt Iudæi in secunda
persona, Querimus, sed in tertia. Vndè ap-
paret, quod licet Christus multis illorum
fuerit antea notus, & tunc signo Iudæ fuisset
prẽmostratus omnib; tamẽ cũ Christus eos
interrogauit, nõ nouerunt eum: quod inquit
Cyrillus, miraculi loco habedũ esse. Dñs
enim perstinxit eorũ visũ; vt videntes eum
non

Ambros.

Psal. 54.

Cyrillus.

non agnoscerent. Hoc accidit Sodomitis
cum Loth, & militibus Siris cum Helisæo.
Et discipulis euntibus in Emaus. Respondit
Dominus. Ego sum. Et abierunt retrorsum, &
cecidit in facies suas. August. tract. 172.
in Ioan. exclamat super hoc. Vbi est mili-
tum cohors? Vbi terror, & murmur armo-
rum? Vna vox dicentis, Ego sum; tantam tur-
bam odij ferocissimam, minisque terribile,
sine tello vilo percussit, repulit, strauit. Ni-
mirum Deus latebat in carne, Deus mem-
bris occultabatur humanis. Iudicaturus quid
faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid pote-
rit regnaturus, qui moriturus tantum potuit?
Quã formidabilis erit illa sententia Iudæis,
Ite maledicti, cum tam terribilis fuerit hæc
vox, Ego sum? Greg. homil. 9. in. 4. Ezechi-
& 3. Moral. cap. 8. ait, in Scriptura multum
interesse inter cadere retrorsum, & in fa-
ciem suam. Illud in malã partem dici, hoc
in bonam: nam Genesis. 49. dicitur, Fiat
Dan coluber in via, Cerastes in semita mor-
dens vngulas equi, vt cadat ascensor eius re-
trorsum. Quod sancti Patres interpretantur
de Antichristo, qui futurus est ex tribu
Dan, qui sua persecutione multos etiã de
magnis viris cadere faciet retrorsum in in-
fernum. Sic Iudæi hoc loco, Econtrariõ Pau-
lus in sua conuersione, & Dominus in hor-
to cecidit in faciem suam. Cadere in faciem
suam, ait Gregorius, est quando homo, licet
labatur in peccatum, tamen illud agnoscit,
plangit, & per poenitentiam diluere nititur
veniam à Deo impetrando. Tamen pecca-
torem cadere retrorsum, est ita peccare, vt
neque peccatum agnoscat, nec caueat, &
totum rebus terrenis hæerere. Vndè secun-
dum Augustinum hic casus Iudæorum in ter-
ram, figura fuit ruinæ eorum de quibus Esai.
cap. 25. prædixerat. Vadant, & cadant re-
trorsum, & capiantur. Addit Augustinus,
Sicut tunc Iudæi dixerunt se querere Chri-
stum, & Christus dixit, Ego sum, & tamen
abierunt retrorsum; sic omni tempore Iu-
dæi querunt Messiam, & Christus per
prædicatores suos, & miracula, & per vo-
ces Prophetarum, & per Gentilitatis con-
uersionem clamat, Ego sum; ipsi tamen
abeunt retrorsum amore rerum terrenarum.
Sed queritur qua ratione factum
fuit, vt ipsi subito exanimati caderent
in terram. Quatuor modi traduntur. Hie-
ronymus Epistol. 140. ad Principiam Vir-
ginem, ait, Christum Dominum aliquan-
dò solitum è vultu suo emittere fulgorem
Tom. II,

Gen. 19.

4. Reg. 6.

Luc. 24.

August.

Gregorius.

Gen. 49.

August.

Esai. 25.

Hieron.

quendam celestem, & diuinum: vel ad
trahendum homines ad se, vel ad terren-
dos ipsos. Sic, inquit, attrahit ad se Apo-
stolos, sic prostrauit Iudæos in terram. Leo Papa.
Papa Sermon. 1. de Passione Domini ait,
hanc vocem Christi, Ego sum, intonuisse
in auribus Iudæorum, tanquam horrible
tonitruum, & fulmem horrificum, atque
ita cecidisse. Et Sermon. 15. ait. Nunc Chri-
stus respondit, nunc omnis illa virtus, que
regit, & sustinet membra iussu Dei est su-
spensa: & ideo tanquam Paralytici cecide-
runt. Alij dicunt hanc fuisse propriam effi-
caciã vocis Christi. Nam qua voce Chri-
stus siccauit arborem ficus; imperauit mari
& ventis, expulit demones, sanauit le-
prosos, paralyticos, mutos, & surdos, susci-
tauit mortuos, remittebat peccata, & immu-
tabat corda hominum: qua panem, & vinum
transubstantiauit in corpus, & sanguinem
suum; eadem voce prostrauit Iudæos. Pot-
entiam huius vocis scripsit David cũ Psal. 28.
28. dicit. Vox Domini in virtute, vox Do-
mini in magnificentia. Vox Domini con-
frigentis cedros, & intercedentis flammam
ignis, & comminuentis desertum. Rursus
Christus interrogauit eos, & responderunt.
Iesum Nazarenum. Quibus verbis apparere
magnitudo animi, & charitas erga suos, quos
illeos, & intactos dimisit, cum dixit. Si ergo
me queritis, sinite hoc abire. Chrysost. ait, hoc
non deprecatiuè sed imperatiuè dixisse, ac
si diceret. Me permitto à vobis capi, &
occidi, sed hos nolo vt tangatis. Idem
hom. 82. in Matth. hoc dictum Christi, ait,
fuisse adeo efficax: vt cum Iudæi essent in-
festissimi Apostolis, & propter auriculam
abscissam à Petro voluissent sine dubio oc-
cidere eum; tamen nihil mali tunc fece-
runt, nec mulieres à cruce depellere po-
tuerunt. Vt impleteretur, inquit Ioan. sermo quẽ
dixit. Quia quos dedisti mihi non peridi ex
eis quengquam. Dominus in oratione quam
habuit ad Patrem, in sermone post Cœnã,
sic orauerat. Pater quos dedisti mihi cu-
stodiui eos, & nemo ex eis periit, nisi si-
lius proditiõnis. Quæ vltima verba deno-
tant Dominum loquutum fuisse de perdi-
tione animæ, non tamen de proditiõne cor-
poris: quia tunc Iudas non perierat ad-
huc corpore, sed tantum anima. Quo-
modo ergo Ioannes nunc illa verba Chri-
sti applicat ad proditiõnem corporum dis-
cipulorum? Respondetur, Apostolos Chri-
sti tunc fuisse in illo statu, vt si fuissent capti à
Iudæis

Leo Papa.

Psal. 28.

Chrys.

Ioan. 17.



Iudæis, cruciatibus tunc negassent Christum, & percussent secundum animam, sicuti patet ex fuga eorum, & ex negatione Petri: quare liberatio eorum à perditione corporis, tunc fuit etiã liberatio à perditione animæ. Deinde solus Lucas narrat, Apostolos, cum viderent propè esse ut Iudæi comprehenderent Christum, interrogasse Christum. *Domine si percussimus in gladio? Græcè est in futuro, Patafomen, percuriamus. Volebant dicere. Num displicet tibi, si percuriamus illos? Undè gladios habebant Apostoli. Multas causas affert Cyrillus libr. 2.º in Ioan. cap. 3. an Petrus potuerit gestare gladium, & alij discipuli simili iter. Sed dicunt fuisse penes Apostolos tunc duos gladios: quod indicant dicentes: Domine ecce duo gladij hic. Et duos gladios istos portabant Petrus, & Ioannes. Ipsi enim præmissi fuerunt à Christo ad parandum pascha. Quare ad mandandum agnum paschalem gestabant illos. Alij dicunt, fuisse ibi in horto alios gladios. Quare Apostoli tanquam dubij consuluerunt Dominum: quia ex vna parte meminerant Christum dixisse illis, qui non habebant gladium, ut emerent; quo purabant opus esse sibi gladio ad defensionem; ex aduerso autem nouerant Christum semper fuisse alienissimum ab omni specie vindictæ, imò docuisse, ut percipienti vnam maxillam, præberemus & alteram. Et cum Ioannes, & Iacobus agrè ferrent quòd Samaritani nolissent recipere Christum in sua ciuitate, & peterent à Christo, ut iuberet ignem è coelo descendere, ut consumeret illos: respondit Christus. Nescitis cuius spiritus sitis. Filius hominis perdere non venit, sed saluare. Sed Petrus, non expectato responso, ardentior, & animosior cæteris (& fortassè, ut inquit Ambrosius, facti recordatus Phinees, qui zelo Domini accensus, gladio transfodit duos: quod factum fuit acceptum Deo, in tantum ut perpetua Pontificatus dignitate illius posteritatem remuneratus fuerit) tanto impetu insurrexit in quendam, qui vel primus, vel ferocius cæteris manus iniecerat in Christum, ut vno ictu abscinderet eius auriculam. Volebat Petrus ei medium caput scindere, sed non successit, vel errore manus, vel quia ille declinauit caput, vel quod magis credo, Christo moderante vim Petri. Circa hoc Petri factum primò notandum est, diuersimodè narrari ab Euangelistis. Omnes dicunt, eum qui abscidit auriculam fuisse*

Cyrillus.

Num. 25.

ex ijs qui erant cum Christo: solus Ioannes nominat Petrum fuisse. Secundò, omnes dicunt illum percussum fuisse seruum Pontificis, solus Ioannes nomine proprio eum appellat Malchum. Tertio, omnes dicunt abscissam fuisse auriculam, Lucas, & Ioannes dicunt fuisse dexteram. Quarto, solus Lucas ait, Christum tetigisse auriculam, & restituisse eam in locum suum. Tactu sanauit, ut inquit Caietanus, ne diceretur carnem suam tempore passionis perdidisse virtutem, quam prius ostenderat. Euthym. testimonio Chrysostomi confirmat, hunc Malchum fuisse illum, qui Christo impexit alapam in domo Pontificis. Quod si verum est, non erit vsquequaque verum quod tradunt Theologi, quencumque Christus sanauit miraculose, perfecte sanasse tam in animo, quam in corpore. Sed cur Christus hoc loco miraculum fecit? Quinque ob causas. Primò, ut hoc tam illustri exemplo doceret nos benefacere, etiam ijs qui mala nobis inferunt. Secundò, quia tempore passionis maximè apparebat infirmitas carnis Christi, voluit per aliqua miracula noua declarare latentem in se diuinitatem. Tertio, ut tantæ humanitatis, & beneficentiæ exemplo, vel reuocaret Iudæos à scelere, vel certè furorè mitigaret. Quarto, ut essent inexcusabiles Iudæi, qui visis tantis miraculis, & acceptis tantis beneficijs ausi fuissent Christum comprehendere, & morti tradere. Vltimò, ne Iudæi haberent occasionem accusandi Christum, quòd pro eius defensione, ipso vidente, ministri iustitiæ fuissent violati. Huius autem facti duplex sensus mysticus traditur à Patribus. Primus est Hieronymi, Ambrosii, Cyrilli, & Augusti. Malchus erat seruus, & tamen nomen significat Regem: designat populum Iudaicum gloriantem de genere suo regali, cum tamen seruili timore subiectus esset legi Moysi: & quod peius est, erat omnium vitiorum mancipium. Perdidit dexteram aurem, & retinuit sinistram: quia noluit Christum præsentem agnoscere, & in eum perdidit fidem, & veram intelligentiam Scripturæ, & veram cognitionem, & amorem rerum celestium. Retinuit sinistram, id est, studium circa literam Scripturæ, amorem, & cognitionem rerum terrenarum. Apostoli abstulerunt auriculam dexteram: quatenus relictis Iudæis abierunt ad Gentes. Hoc Paulus, quia non crediderunt, inquit, veritati, misit eis

Caietanus

Euthym.

Hieron. Ambros. Cyril. August.

2. 7 heb. 2º

Deus

Deus spiritum erroris, ut credant mendacio. Hoc de Iudæis ad literam dicit Paulus. Christus autem abscissam auriculam sanauit: quia spes est in fine mundi conuersum iri Iudæos. Gladius Petri significat auctoritatem excommunicandi, qua vtuntur Pontifices. Abscissio auriculæ significat poenam excommunicationis: quia excommunicatus priuatur multis bonis Ecclesiæ, quæ non percipiuntur sine auditu, nimirum conciones, Missæ diuina officia, perceptiones Sacramentorum, præcipue Confessionis, commendationes, & communicationes fidelium. Et excommunicatus est ut infidelis, secundum illam Domini sententiam: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: fides autem est ex auditu; ergo. Subdit Lucas dixisse Dominum discipulis. *Sinite vsque adhuc.* Quæ verba exponuntur quatuor modis. Augustinus putat esse dicta ante abscissionem auriculæ, quando Apostoli interrogauerunt Dominum, Si percussimus in gladio: & sic interpretatur: Sinite istos progredi, vsque ad me capiendum, & occidendum: sic enim est voluntas Patris mei, & sic est in Scripturis prædictum. Caietanus sic declarat. Sinite illos scire in me hoc tempore: quia hæc est hora ipsorum, & potestas tenebrarum. Alius sic. Nolite resistere, & defendere vos armis, sicut hucusque fecistis, nec enim resistitis vsque adhuc. Euthymius verò putat hoc dictum fuisse post abscissionem auriculæ, ac diceret. Sinite, id est, satis est quod fecistis. Iam permisi vos inimici auriculam præscindere, desistite iam, nec progrediamini ultra. Matthæ. & Ioan. narrat Christum conuersum ad Petrum reprehendisse factum eius. Matthæus dixit, Conuerte gladium in locum suum. Ioan. autem dixit, Mitte gladium tuum in vaginam. Deinde quatuor rationibus reprehendit illum. Primò indicat occisoribus, ac percussoribus similem poenam manere, dicens. Omnis qui gladio percussit, gladio & peribit. Pro eo quod est gladio uti ad percutiendum, vel occidendum. Hebraismus est, & intelligitur de eo, qui gladium defert propria auctoritate, vel extra vim necessitatis. Nam publica potestas habet auctoritatem puniendi, ut magistratus, & eius ministri licitè vtuntur gladio: similiter quæ libet priuata persona, ut repellat vim pro defensione vitæ, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quæ sententia Christi non

Matth. 18

August.

Caietanus

Euthym.

Tomo, II.

reperitur in lege Moysi, nisi fortè hoc sensu, quòd lex præcipit par peccatum simili poena plesti. Videtur tamè sumpta ex cap. 9. Gen. vbi dicitur. Qui fuderit humanum sanguinem, fundetur & sanguis illius. Quo modo loquendi vsus est Ioan. Apocal. cap. 23. Qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Sed contra, quia non videtur vera sententia. Nam multi homines euadunt poenam; ergo. D. August. interpretatur de interitu animæ, & nõ corporis: quia omnis homicida perit secundum animam. Quia non nulli distinguunt quinque gladios: corporalis vnus, secundus continentia, quæ male agentes percussit: tertius verbi Dei, ut ait Paulus ad Heb. & diuinæ legis. Quartus gladius diuinæ vindictæ, & animaduersionis: quintus gladius doloris, & contritionis, secundum illud Simeonis: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex quibus respondetur, quòd omnis homicida, licet effugiat gladium corporalem, alijs quatuor gladijs percussus, continentia gladio, & verbi Dei, ac diuinæ legis, ac vindictæ, doloris etiam, ac contritionis. Sed quia ista allegorica sunt, dicendum est intelligi debere simpliciter de gladio corporali, & sensus erit. Qui gladio percussit gladio peribit, id est, dignus est qui gladio pereat. Itaque non denotatur euectus rei, sed personæ meritum. Sed quaeritur secundò, quia videtur factum Petri licitum, imò & laudabile. Defendit enim magistrum suum virum innocentissimum, præsertim cū Scriptura præcipiat Eccl. 4. Libera hominẽ qui patitur iniuriam, de manu superbi, & Prou. 24. Educ eos qui ducuntur ad mortẽ. Nihilominus respõdetur, Petrum dignũ fuisse reprehensione, quãdo quidẽ Dñs reprehendit illum. Primò, quia cū cõsulisset Dñm an percuteret, nõ expectato respõso id fecit. Secundo Petrus nouerat Christum abhorre ab omni genere vindictæ, & violẽta defensione: sciebat enim Dñm libeter subire mortẽ quã impedit volebat, vnde ei dixit dissuadẽti mortẽ: Vade post me Satana. Tertio, quia Petrus volebat impedire, ne impleteretur Scripturæ, quæ erãt de morte Christi. Quarto, restabat ordinationi, & decreto Dei de morte Christi, & cõprehensione. Quintò, erat actio temeraria, & ideò reprehendenda: quia vnus homo gladio volebat resistere tot hominib. bene armatis. Sextò, defensio Petri nõ solũ nõ erat utilis Christo, sed potius erat maxime perniciofa ad magis excitandã sãuitiã Iudæorũ in eũ, ut Iudæi iusto titulo possent accusare

Gen. 9.

Apoc. 23.

August.

Heb. 4.

Luc. 2.

Eccl. 4.

Prou. 24.

81. 23. 2.

114 Christum.



Christum, tanquam violatorem publicæ iustitiæ. Ex his aliæ quæstiones oriuntur. Prima, An Christianis liceat armis uti, & bellum gerere contra infideles: nam Erasmus in suis annot. super. 22. capit. hic contendit defendere dogma Lutheri, qui id negavit. Quem errorem egregiè confutat beatus Roffensis. 34. actione contra Lutherum, & Augustinus multis rationibus Epistol. 5. ad Marcellam, & 22. contra Faustum, & Alfonso de Castro aduersus hæreses, voce, Bellum, probant licitū esse. Secūda quæstio est, An Ecclesiasticis viris esset licitum uti armis, vel prælati aduersus suos subditos, vel priuatæ personæ ad se defendendū. Sed hæc quæstio tractatur in Decretis. 23. q. 2. & 24. q. 7. Igitur ad primum propositum redeunt, secūda ratio Christi ostendit, se nō egere defensione Petri, nam, si vellet, posset se alio modo defendere. An putas quia nō possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Circa quod queritur primò, An hoc dixerit Christus, ut ostenderet se non capi à Iudæis ex impotentia, sed ex propria voluntate: vel secundò ut ostenderet se illo tempore passionis, non fuisse de relictum à Patre, sed valere apud illū maxima acceptione & gratia. Secūda dubitatio est, quare Christus non dixit, Possum vno verbo istos interimere, vel possum me non solū ē manibus eorum, sed etiam à totius mundi potētia eripere. Respondetur, hoc dixit, ut ostēdat se nō indigere defensione Petri. Si enim defensione externa indigeret, posset aduocare milites cœlestes. Legio apud Romanos, ait Hieron. cōtinebat sex millia militum. Vegetius lib. 2. de re militari ait, q̄ cōtinebat sex millia militū, & septingētos viginti sex equites. Et quia ab initio facta est diuisio in Septuaginta duas Gētes, & duodecim legiones Angelorum efficerent Septuaginta duo millia Angelorum, aduersus quālibet Gētē essent mille Angeli, significatur hoc. Si ego velle, non solum contra hos, sed etiam contra omnes Gentes possem habere tantum præsidium. Et cum ex. 4. Reg. constat, vnum Angelum occidisse vna nocte. 185000. Assyriorū, colligitur quā magnum, imò & excellens esset præsidium, ad defendendum se de vniuerso orbe. Quare hæc sententia Christi est celeberrima, & valet ad redarguendos errores Philosophorum, & veritates aperiendas. Primus error fuit dicentium Deum agere ex necessitate, & tantum quantum potest, &

Erasmus.
Roffensis.
August.
Vegetius.
4. Reg. 18

non aliud quā facit. Quæ sententia refellitur dicendo. Possum rogare Patrem, & exhibebit mihi, &c. Secundus error fuit aliorum dicentium, non esse plures Angelos quā sunt orbes cœlestes. Cū tamen hic dicat Dominus. Exhibebit mihi plusquā duodecim legiones Angelorū. Et apud Dan. dicitur; Millia millium ministrabant ei, &c. Tertius error fuit aliquorum Philosophorum dicentium, Angelum non habere aliquam aliam operationem externam, quā mouere cœlos. Hic error refellitur, quoniam ait Dñs, illos esse destinatos tanquam milites ad defendēdos homines. Vndē puer Helisæi vidit totū motum plenum equorum, & curruum igneorū pro defensione Helisæi, qui dixit. Plures sunt nobiscum quā cum eis. Et Ps. 33. dicitur. Immittit Angelos in circuitu timētū Dñm. Immittere autem in Hebraico verbo significat castrametari. Quartus error fuit dicentium, Angelos esse immobiles, affixos orbibus: contra quos dicit Christus mittendos esse Angelos ad terras. Et ex hac Christi sententia etiā colligitur esse disparēs Angelos in officio. Nam legionarij milites non sunt pares: alij enim sunt Centuriones, alij signiferi. Et in illo quod dicit, Quomodo implebuntur Scripturæ, duas innuit, vnā ex Ps. 22. alteram ē cap. 53. Btā. Quarta ratio hæc fuit. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illū? Quasi dicat. Tu vis resistere ordinationi Dei. Post hæc narrat Euangelistę tres Dñm dixisse Iudæis. Tanquā ad latronem exiis eum sustibus, & armis comprehendere me. Quotidiē apud vos eram in templo docēs. Dicit quotidiē, hoc est, sequentissimē, referendo ad dies ante passionem proximos, in quibus quotidiē versabatur in tēplo. Lucas ait dixisse Dominum. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Significās, illo tempore passionis fuisse permissum Iudæis seuire in Christum: alioquin non potuissent. Tanquā ad latronem, &c. Duo voluit significare. Primum, illos iniquē agere cum ipso, tanquā cum latrone: cum esset optimus vir, quotidie in templo docens eos; quod non est latronis. Secūdo voluit docere, se quando noluit capi non esse captum, quando autē permisit tunc est captus. Nam ait, Quotidiē erā apud vos, & nō me tenuistis. Quare? Quia ego nolebā: & etiam nunc si vellē nō me teneretis. Narrat Matthæus, & Marcus deinde Dominum fuisse captum, & omnes discipulos fugisse. Marcus ait, quendam adolescentē amictū sindone super nudo sequutū fuisse Dominum,

Dan. 7.
3. dicitur
4. Reg. 60
Psal. 33.
Psal. 22.
Esai. 53.

Dominū, & cum teneretur aufugit. Magna quæstio est quis fuerit iste iuuenis. Epiphanius hæres. 74. ait, fuisse Iacobum fratrem Domini, qui cū rigidissimā vitam ageret, vna tantum veste induebatur. Idem ait Hieronymus super Psal. 37. Quāquam non omnes Cōmentarij in Psalmos, qui arbitrantur esse Hieronymi, in veritate sint eius. Tamen Epiphanius sibi contradicit. Quia secundum ipsum Iacobus ille tempore passionis cōpleuerat septuagesimum annum: & Marcus dicit, quod erat adolescens quidam. Alij dicunt fuisse Ioannem, qui iunior erat ceteris, & non poterat diuelli à Christo. Ita Ambrosius & Gregorius lib. 4. Moral. cap. 33. & Beda super hunc locum Marcus. Sed contra hoc est, quod Marcus ait aufugisse: Ioannem verò, ait Petrum, sequutū Dominum, & aliū discipulum, qui erat notus Pontifici: quem alium omnes intelligunt Ioannem. Sed Beda respondit, quod primò fugit, deinde reuersus reassumpsit vestem, & sequutus est Dominum. Caietan. in ientaculo. 6. & super hunc locum probat non fuisse Ioannem hoc argumento. Ioannes eo tempore explebat trigagesimum annum, & ut traditur in Historijs Ecclesiasticis. obiit sexagesimo sexto post passionem Domini, cūm ageret nonagesimum nonum annum ætatis suæ. Non ergo poterat dici adolescens. Purat igitur Caietan. hunc adolescentem fuisse filium hortulani illius horti. Theophilus super hunc locum, & Euthymus super. 26. cap. Matth. referunt opinionem Epiphanius. de Iacobo tanquā antiquam; sed existimant istam adolescentem venisse cum Domino in hortum ex domo vbi cœnauerat. Ego tamen dico duo. Primum, hunc adolescentem non fuisse ex Apostolis: quia amictus solius sindonis, nō erat ordinarius apud Iudæos, præsertim cum Christus Dominus vteretur pluribus vestibus; verisimile est, nec aliquem Apostolorū vsum fuisse vnā veste. Tum etiam, quia hoc apertè demonstrat narratio Marci. Nā cū primò dixisset fugisse omnes Apostolos; subdit. Adolescens quidam. Vnde apparet fuisse diuersum à discipulis. Deinde verisimile est mihi, fuisse aliquem ex eis qui erāt in horto, & ea hora decubuisse in lecto; auditō autē rumore, arrepta sindone exiisse at morum strepitu auditō, & cum Iudæi vellēt eum comprehendere, fugit. Sed quare Marcus narravit hoc quod leuis momēti videtur esse? Respondetur: ut ostenderet Marc. quāta illo tempore fuerit trepidatio omnīū cir-

Epiphanius.
Hieron.
Ambrosius.
Gregorius.
Beda.
Caietan.
Theophilus.
Euthymus.
Epiphanius.

ca Christum, ita ut nullus auderet non solū opitulari Christo; sed nec iuxta illum consistere. Et ita impleta sunt quæ à Prophetis de hoc prædicta fuerant Psal. 37. Qui iuxta me erant de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam. Et Psal. 87. Longè fecisti notos meos à me. Et infra. Elongasti à me amicum & proximū. Et hic terminatur prima pars historiæ passionis Domini. In secunda parte agendum est primò de ijs quæ acta sunt circa Dominum in domo Annæ, & Cayphæ: solus Ioann. narrat nulla prætermissa ab alijs Euangelistis, quæ cōtulerunt postquā Dominus in horto captus est, & ligatus, & ductus ad Pontifices. Primum narrat Christum fuisse adductū ad Annam, & dat rationem: quia erat socer Cayphæ, qui erat Pontifex anni illius. Secūdo dicit Ioann. Petrum fuisse sequutum Dominum, à longè tamen, ut alij Euangelistæ dicunt cum eo alium discipulum, tacito nomine: qui quoniam erat notus Pontifici, introduxit Petrum in atrium Pontificis. Hoc solus Ioānes dicit: Quis autem fuerit iste alius discipulus, cōmunis coniectura est fuisse Ioānem. Quomodo autem erat notus Pontifici, dicunt aliqui, quod propter nobilitatem, & peritiā Legis. Quod mihi nō placet. Nā erat pauper piscator, ut ait Hieronymus. Alij dicunt, quod pater Ioannis solebat eum mittere frequenter ad Pontificem cum bonis piscibus. Alij putant aliquem consanguineū Ioannis fuisse famulum Pontificis, & sic notus erat. Tertiò Ioannes cōmemorat vnā Petri negationem fuisse factā in domo eius Pontificis. Quartò narrat, Christum interrogatum à Pontifice de discipulis eius, & doctrina: cui Dominus liberè respondens percussus est alapa à seruo Pontificis. Vltimò subdit, Annam misisse eum ligatum ad generum suum Caypham. Circa quæ omnia est prima quæstio. Nam videtur repugnancia inter Ioannem, & alios tres Euangelistas, qui tradunt Christum ductum esse ad Caypham; Ioannes vero ad Annam. Respondetur, nullam esse repugnantiam, quia alij dicunt ductum ad Caypham simpliciter, sed non addunt primò. Ioānes addit, & ait esse primò adductum ad Annam. Alij autem Euangelistæ omiserunt adductionem Christi ad Annam: quia nihil ibi memorabile, aut insigne actum est. Clemens Roman. lib. 5. Constit. Apost. capit. 13. in hac narratione discrepat à Ioanne. Ait enim, Christum

Psal. 37.
Psal. 87.
Hieron.



Christum primò ductum fuisse ad Cayphā, & apud eum fuisse tota illa nocte, manē verò fuisse à Caypha missum ad Annam. Quare quod ait Ioann. primò ductum fuisse ad Annam; interpretatur non simpliciter, sed manē factò. Sed hæc opinio Clementis, non potest concordari cum Euangelistis. Nam reiicienda est; primò, quia Ioann. simpliciter ait fuisse primò adductum ad Annam, ergo è suo sensu Clementis adiungit illud Manē. Secundò est contra narrationem Marci. capit. 15. dicentis: Confestim autem manē inito consilio, duxerunt illum ad Pilatum. Tertio secundò Clementis sententiam necessarium esset, ut aliqua negatio Petri fuisset facta manē: ac qui secundum Euangelistas, & secundum Patres omnes fuerunt facta ante ad Galliantum; ergo. ¶ Secunda quæstio est, Quare est adductus primò ad Annam? Quatuor rationes afferuntur. Primò, quia sic mandauerat Cayphas, idque vel ut honoraret socerum suum, vel quia credebatur fore gratum illi, qui fuerat præcipuus author necis Christi. Vel ut ex iudicio Annæ probabilior esset condemnatio Christi, quam ipse facturus erat, & facilius induceretur Pilatus ad condēnandum Christum. Secundò, ut Augustin. & Beda dicunt, quia ducentibus Christum prior occurrebat domus Annæ, quam Cayphæ: & ideo factum est, præsertim cum Cayphas id iusserit. Euthymius super. 20. cap. Matth. ait, vnam fuisse amborum domum, cuius domus erat vnum atrium, sed diuersa habitacula, quorum alterū tenebat Annas, alterum verò Cayphas. Tertia causa traditur à Cyrillo libr. 11. in Ioann. capit. 37. Ad Annam primò: quia pactus erat pecuniam Iudæ. Huius pecuniæ repiciendæ vesana cupiditate Iudas instituit, ut primò duceretur ad Annam. Quartò, quia cum omnes seniores, & principes conspirassent in mortem Christi; Annas erat cæteris honore, & dignitate præstantior: ideo ad illum primò ductus est. Nam, ut ait Iosephus libr. 20. Antiqui, hic Annas ad satietatem gessit Pontificatum, & ex quinque liberis quos genuit, quilibet sanctus est Pontificatus: quod, ait Iosephus, nemini ante illum, vsq; ad illam ætatem contigisse. Huius filius, ut ait Iosephus, iussit occidi Iacobum fratrem Domini. ¶ Tertia quæstio est, An quæ narrat Ioann. acta in domo Pontificis, nempè introductionem Pe-

August. Beda.

Euthym.

Cyrrill.

Ioseph.

tri in atrium, negationem eius; interrogationem Pontificis de doctrina Christi, & alapam illi impactam: An hæc, inquam, gesta fuerint in domo Annæ, an Cayphæ. Ioann. enim dicit facta hæc fuisse in domo Pontificis. Sed incertum est in qua domo. Patres diuisi sunt circa hoc in duas partes. Augustin. libr. 3. de consensu. cap. 61. & tractatu. 113. in Ioann. Euthymius super 26. capit. Matthæ. & Caietan. super hunc locum Ioann. denique: ferè omnes communiter dicunt, hæc quæ narrat Ioann. facta in domo Pontificis, acta fuisse in domo Annæ. Probatur hoc argumento, nam Ioannes postquam narrauit hæc facta in domo Pontificis, subdit: Misit autem eum Annas ad Caypham. Ex quo colligitur, superiora facta fuisse in domo Annæ. Contrariam tamen sententiam tenet Cyrillus, lib. 11. & Iansenius, & fortè magis probabile. Quòd ea quæ narrat Ioannes acta in domo Pontificis, contigerunt in domo Cayphæ. Primò, quia inter illa est negatio Petri: sed tres Euangelistæ aperte tradunt omnes negationes Petri factas fuisse in domo Cayphæ, ergo. Nam quod ait August. omnes tres negationes factas in domo Annæ, nimis aperte contradicit narrationi Euangelij. Quòd autem dicit August. fuisse factas tres in domo Annæ, alias tres vel quatuor in domo Cayphæ; non ita verum apparet, ut intra patebit, sed improbabile omnino est. Secunda ratio contra hoc est. Quia omnes quatuor Euangelistæ dicunt, Petrum sequutum esse Dominum, & ingressum domum in qua negauit eum: hanc domum dicit Ioann. esse Pontificis: Lucas principis sacerdotum. Marcus summum sacerdotis, qui erat Cayphas, ergo per Pontificem Ioannes intellexit Cayphā. Tertia ratio est, quia Ioann. narrat hæc esse acta in domo Pontificis, sed ipsemet dicit, & hoc loco. & c. 11. Pontificē illius anni fuisse Caypham, & quotiescunque nominat, vocat eum Pontificem, quo nomine nunquam hic vocat Annā; ergo. Quauis enim in historia Euangelica sæpè reperiamus appellari in numero plurali Pontifices, & Principes sacerdotum, qui sunt vel qui gesserunt Pontificatum, vel Principes familiarum filiorum Aaron; tamen nunquam reperimus in singulari vocari Pontificem, vel Principem sacerdotum; nisi qui est summus omnium, & illius anni. Quarta ratio huic nostræ opinioni fauet, & fidem adiun-

August. Euthym. Caietan.

Cyrrill. Iansen.

August.

adiungit textus Euangelicus, qui est in Commentarijs Cyrilli. Nam post illa verba, Adduxerunt illum ad Annam, sequuntur immediate hæc verba. Miserunt autem eum ad Caypham. Et postea quæ sequuntur, quæ nos habemus. Erat autem Cayphas, qui consilium dederat Iudæis, Expediit, ut vnus homo moriatur p. populo, &c. Et tunc sequuntur quæ Ioannes narrat acta fuisse in domo Pontificis. Vnde sequitur, per Pontificem intelligendum esse Caypham. Ad rationem autem Augustin. quòd postquā Ioann. narrauit acta in domo Pontificis, subiungit, *Et misit eum Annas ligatum ad Caypham*, ex qua apparet illa superiora fuisse acta in domo Annæ; Respondetur, Ioann. scripsisse illa verba, *Et misisse eum Annam ad Caypham*, non sequendo ordinem rerum gestarum, sed quòd superius ponendum erat, & ab ipso omisum fuerat, & nunc per recapitulationem memorari, quia dixerat ductum fuisse in domum Annæ soceri Cayphæ: quia mentionē fecerat de Caypha, subito subtexuit quæ acta fuerant in domo illius. Huic interpretationi fauet textus Cyrilli. Misit igitur eum ad Caypham Annas. Faut etiam textus Græcus, quia non habet illam coniunctionem, & sed simpliciter dicit, misit eum Annas ad Caypham. Iansenius dicit, & sumi pro, quia, aliquando: ut tibi, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. Et Verbum caro factum est, id est, quia Verbum caro factum est. Sic, & misit eum ad Caypham, idem est, ac si diceret, quia misit eum ad Caypham. Vnde cum prius retulisset per anticipationem quæ facta sunt in domo Cayphæ, declarat & dicit quia misit eum Annas ad Cayphā. Postquam autem ante illum stetit tātisper, subdit Ioann. Petrum sequutum esse Christum. Alij Euangelistæ addunt, à longè sequebatur amore ipsius Christi, & desiderio videndi euentum rei. Sequebatur à longè, ne videretur ab hostibus, & ut fugam facile posset sibi arripere. Gessit typum Petrus Christianorum, timide, verecundè, cūctanter sequentium Christum, qui non propè sequitur eum, sed à longè metu hominum, timore in famiæ alicuius, vel alterius damni. Ex quo docemur, quàm periculosum sit nos à longè sequi Christum: quia Petrus timidè eum sequebatur, leuissimò oblato periculo, ter Deum negauit: sic isti leuissima quaque causa deseruor Christi famulatum. Duo sunt genera hominum sequentium Christum. Alij longè nempè se-

Cyrrill.

Nizephor.

Cyrrillus.

Esai. 45.

Idem. 65.

Prouer. 8.

August.

culares, qui versantur in magnis periculis. Alij propè, nempè religiosi, qui renunciant mundo. Disputant interpretes, quis fuerit ille alius discipulus, qui introduxit Petrum; & dixi supra plerisque arbitrari fuisse Ioannem, & varias causas attuli quare erat notus Pontifici. Sed Nizephorus lib. 2. Eccles. cap. 20. & cap. 3. affirmat, Ioannem amplam domum, quæ ei in Galilæa paterna hereditate obuenerat, vendidisse huic Pontifici Cayphæ, eaque de causa fuisse illi notum. Sunt tamen aliqui viri docti, qui discedunt ab hac opinione communi, dicentes, hunc non fuisse Ioannem, vel aliquem alium Apostolorum; sed fuisse nobilem aliquem virum Hierosolymitanum ex discipulis Christi occultis. Habebat enim Christus ex nobilibus Iudæis aliquot discipulos occultos, ut Nicodemum, & Iosephum ab Arimathia, quorum vnum colebat Pontifex: quia erat strenuus dignitate. Aiunt enim, & non improbabiler, quòd (præterquam quòd Ioann. piscator, & ignobilis non fuisset admissus ad tantam familiaritatem cum Pontifice, quæ erat tunc suprema potestas apud Iudæos) discipuli Christi erant omnibus infesti, & sic eadem ratione Ioannem, ac Petrum malè tractarent. Subdit Ioannes. *Interrogauit eum Pontifex de discipulis eius, & doctrina.* Quorsum hæc interrogatio? Certè, ut posset eum calumniari de discipulis, & diceret eum esse seditiosum, & factiosum hominem. & ad hoc sibi aggregasse homines, & gratiam populi, & collegisse hominum conuenticula. De doctrina, ut ostenderet doctrinam eius esse nouam, contrariam legi Moysi, eruditioni seniorum, & iurisdictioni Romanorum. Respondit Dominus. *Ego palam loquutus sum mundo, in templo, & in synagogis, ubi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil.* Quibus verbis ostendit Christus, adeò esse publicā suā doctrinā, ut non opus haberet nouo examine. Ad interrogationē verò de discipulis nō respondit: quia illa pendeat ex hac doctrina. Cyrillus doctrinam Christi ex eo fuisse publicam docet, quia Esai. cap. 45. dixit: Non sum loquutus absconditè, nec in tenebroso terræ loco. Et cap. 65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Possumus etiam afferre illud Salomonis de sapientia diuina quæ erat Christus Prouer. 8. Sapientia clamitat foris, in plateis dat vocem suā, &c. August. mouet hanc quæstionē quomodo Christus dicat



dicat sermone occulto se nihil loquutu fuisse; cum multa docuerit priuatim, & secretò suis Apostolis? Illis enim dixit: Vobis solū datum est nosse mysterium regni cælorum, cæteris autem in parabolis. Ad quam quæstionem responderetur, Christi doctrinā fuisse publicam tripliciter. Primò, quia si quæ priuatim discipulos docuit; eadem publicè docuerat Iudæos. Secundò, quæ docebat priuatim discipulos, eadem per substantiam docebat Iudæos, sed discipulos alio modo, nēpè apertè, Iudæos autē in parabolis. Tertio quæ docebat occultè suos, mandabat vt ipsi publicè ea docerent postea. Quare dixit illis: Quæ dixi vobis in tenebris dicite in lumine, & quæ audistis in aure, prædicate super terram. Sequitur. Interroga eos qui me audierunt. Ecce ipsi sciunt quid dixerim ego. Cyrillus adnotauit, cum hæc verba dixit Christus, digito demonstrasse multos ex illis adstantibus, qui olim missi fuerant à magistratibus ad comprehendendum Christum; audientes autem, & admirantes Christi sapiētiam, reuersi sunt dicentes: Nunquam sic loquutus est homo.

Matth. 10.

Cyri.

Ioann. 7.

De Alapa.

HINC subdit Ioann. vnum de illis ministris dedisse alapam Iesu dicens, Sic respondes Pontifici? Quare hoc tantum facinus fecit minister? Quia putauit respōsum Christi spectare ad contemptum, & contumeliam Pōtificis: vt gratiam hoc facto apud Pontificem lucraretur. Alij in veteri testamento retulerunt Christi figuram in hoc Michæas Propheta, vt dicitur. 3. Reg. 22. quia Regi Achab pronunciauerat funestum belli euētū, percussus est alapa ab vno pseudo-propheta. Item Hieremias propheta, denūcians Iudæis ex mandato Dei quædam quæ illis displicebant; percussus est colapho à sacerdote Principe domus Dei. Simile contingit Paulo, iussu Pō. ificis percussus est alapa. Sed illud mirū est, quomodo illi impio ministro statim non exaruit illa manus, vt Regi Ieroboam contigit, cum manum extēdisset ad cōprehendendū Prophetam Domini. Quomodo nō statim mortuus est, sicut mortuus fuit Oza, qui indignè tetigit Arcū Domini. Audite pulchram in hoc loco sententiam August. Qui d responsione Domini verius, mansuetius, & iustius? Cum nos agitur quis fuerit qui adegerit alapam, nonne volumus percussorem illum, aut cœlesti ig-

3. Reg. 22.

Eiere. 20.

Alfor. 25

3. Reg. 13.

2. Reg. 6.

August.

ne consumi, aut terra dehiscēte absorbi, aut correptim à diabolo volitari, aut alia qualibet grauiori poena puniri? Quid enim horū Christi potentia nō posset iubere, per cuius virtutem factus est mundus? Nisi nos docere voluisset patientiam, mansuetudinem, & clementiam, qua vincendus erat mundus? Valde notabile est etiā illud. Cyrilli in hoc loco. Primos parentes cum sunt præuaricati, quasi alapam impēgisse Deo. Nam Eva plus credebat serpenti quā Deo, Adā plus voluit gratificari Eua quā Deo; quare maxima fuit Dei offensa. Apud homines autem honestos, & nobiles percussio colaphi grauisimæ cōtumeliæ loco ducitur. Quare Dominus noster colapho ignominiosissimo quē accepit; ignominiam à nostris primis patribus Deo illatam expiare, & absoluere voluit. Euthym. testimonio. Chryso. affirmat hūc percussorem fuisse Malchum, cui abscissam auriculam Dominus restituerat. Verū hoc parum verisimile est. Tum quia cōmunis est sententia doctorū; quæcunque Deus sanauit miraculosè, & anima, & corpore sanasse. Tum etiā, quia Ioannes posuisset hīc nomen eius, præcipuè cum hoc multum faceret ad exaggerādā eius ingratitude, & Domini patientiam, atq; clemētiam. Sed quia Dominus percussus est alapa, curiosè posset quis forsan quærere, in qua sit maxilla percussus. Probabiliter responderi potest, quod in sinistra. Quod colligitur ex eo quod August. epist. 5. ad Marcellinum, ait, illud quod Dominus dixit Matth. 5. Si quis te percusserit in dextera maxilla, præbe ei sinistram; non esse intelligendum propriè, sed figuratiue: non enim, inquit, solet percuti dextera, sed sinistra; ictus enim percutientis colapho directè fertur in sinistram. Percussori Christus mitissime respondit. Si male loquutus sum, testimoniu perhibe de malo, si autem bene, cur me cœdis? Exclamat Euthym. hoc loco. Perhorrescite cœli, & obstupescite terra, vel tantam vilissimi serui audaciam, & impietatem, vel magis incomparabilem Domini patientiam, & mansuetudinem. Qui cum omnes illos posset vno verbo ad nihilum redigere; voluit tamen leuissimis verbis, & suam innocentiam, & illorum iniustitiam demonstrare. Nota quod reus exiit stens coram iudice in accusatione, & probatione, non solet ibi percuti à ministris; sed si bene, aut malè loquitur, alibi suppliciu patitur. Cum Christo verò nullus terminus iuris, nec rationis seruatus est. August. quærit,

Cyrius.

Cyri. Chryso.

August.

Euthym.

August.

eur Dominus non seruauerit hoc loco cōfilium quod dedit discipulis præbendi alteram maxillam percipienti. Responderetur, vt doceret, illud consilium seruandum esse semper, secundum præparationem animi; veram tamen re ipsa tum demum seruandū esse, cum poscit, vel maior Dei gloria, vel maior vtilitas proximi, vel id cōfert ad profectum perfectionis nostræ: nulla harū causarū hic fuit; ergo. Sicut nec Paulus seruauit cū percussus est, Act. 23. ergo, ait Augustin. erga percussorem intus in animo seruanda est semper beneuolentia, & auertendum odium, & appetitus vindictæ. In externo autem aliquando est seruandum, aliquando non, quod Dominus consulit. Nam consilium illud per figuram est intelligendū, & non propriè. Significatur enim eum qui iniuriam accepit, satius esse alterā grauiorem iniuriam accipere, quā patientiam & beneuolentiā perdere. Et sic ei qui te percusserit in dextera, hoc est, qui voluerit tibi impedire bona spiritualia, quæ significantur per dexteram; tu præbe ei sinistram, id est, patere potius iacturam bonorum temporalium, quæ significantur per sinistram. Apud Matth. & Marc. proditio falsorū testium, & prolatio testimoniorum contra Christū scribitur, & aiunt subornatos fuisse multos testes, sed non erant conuenientia testimonio, hoc est, non erant valida ad eum condēnandum: sic Origenes. Vel non erant inter se cohærentia, & consentientia: sicut testimonium duorum senum contra Susannam non fuit conueniens, sed fuerunt conuicti à Daniele. Figura huius rei fuit in Naboth. 3. Reg. 21. qui quoniam noluit vendere vineam Regi Achab, subornatis falsis testibus, quasi blasphemasset Deū, & regē, lapidibus est peremptus. Ille adūbrauit Christum. Vineæ sunt animæ fidelium quas Christus redimere volebat. Iezabel, Synagoga impia, maritus Achab, diabolus qui vineā volebat habere. Impleta sunt duo Dauidis vaticinia in hoc facto. Primum Psal. 21. Circudederunt me vituli multū tauri pingues obsederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Tale fuit hoc consilium. Et Psal. 26. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Tacitis alijs vnum tantum cōmemorant Euangelistæ. Duo testes dixerunt. *Audiuimus eum dicentem: Ressum destruere templum Dei, & in triduo reedific-*

Act. 23.

Origenes.

3. Reg. 21.

Psal. 21.

Psal. 26.

care. Vel secundum Marc. *Ego destruam hoc templum manu factum, & in triduo aliud non manu factū reedificabo.* Simile quid dixerat Dominus Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud:* sed isti non intellexerunt sensum Domini, & deprauauerunt verba. Dominus autem loquebatur figuratè de corpore suo, illi autem intellexerunt de tēplo Salomonis. Deinde Dominus dixit, *Soluite,* ipsi dicebant eum dixisse, *Ego possum destruere tēplum hoc, vel dissoluam.* Quare subdit Marcus *Et non erat conueniens testimonium.* Quo significat duas ob causas. Primò, vt ex eius falsitate, & leuitate æstimaremus cætera. Deinde, quia hoc testimonium designabat mysterium passionis & resurrectionis. Tunc Pontifex exurgens in medium, ait Marcus, hoc est, præ ira, & rabie aduersus Christū exiliēs è solio suo in mediū Consilij, dixit illi. *Nihil respondes ad ea quæ isti testantur aduersum te?* Quasi diceret. Cum tot testimonijs coarguaris, quare te non purgas? Quare te non defendis, nisi quia conuictus veritate tuorum criminum non audes respondere? Christus autem, vt inquit Matth. tacebat, & vt ait Marc. nihil respondit. Tunc impleta sunt duo vaticinia Dauid Psal. 37. Inquitētes mala loquuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & tanquā mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, &c. alterū in Psal. 38. Cum cōsisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Id est, innocentia mea gloriam non quæsiui, iniuriarum mearum vltionem non sum sequutus, omnia Patri meo cōmendaui. Primò nō respondit Christus: quia Consilium illud non erat legitimū, nec iuridicè exercebatur; ergo non tenebatur Dominus respondere. Secundò, quia Christus sciebat testimonia illa etiam iudicio ipsorum Iudæorum esse friuola, & inualida, nec egere defensione. Tertio, quia sciebat per omnes suum responsum retorquendum esse ad calumniam, & magis incitandam eorum sequitiam: nam antè pro vero, & iusti responso in

Psal. 37.

Psal. 38.



ingentem alapat accepit. Quarto, quia venerat eò, non vt se defenderet; sed vt patienter omnes eorum cõtumelias, cruciatus subiret, & mortem. Post idem Pontifex inuenit aliam rationem circunueniendi Christum, quam non posset ille fugere, & dixit ei. *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei vini?* Id est, an tu sis Messias, qui expectatur à nobis. Non interrogat, an sit secunda persona Trinitatis, quod mysterium ignorabat Cayphas; sed interrogat, An sit filius Dei per excellentiam quãdam, grauiam & gloriam, secundum quam ipsi existimabant Messiam fore filium Dei. Hæc autem fuit Pontificis tecna in hac interrogatione. Aut respondebit, aut non. Si non respondet, ageretur reus: quia contempnit aut horitatem summi Pontificis, & quia adiuratus per Deum, contempto Deo noluit respondere. Si respondet, aut fatebitur se esse Messiam, aut non: si sic, condemnabitur tanquam affectator dominationis aduersus Romanos: si negauerit, condẽnabitur etiam: quia alias vsurpauerat sibi hunc titulum, & nuper ante sex dies ingrediens Hierosolymam permisit sibi acclamari, Benedictus qui venit Rex Israël, & monitus, vt compesceret illas acclamationes, noluit. Apud Latinos adiurare, id est quod iurare; sed in Scriptura tripliciter sumitur. Aliquando adiurare aliquem, est facere illi iurare, & adigere illum ad iuramentum, sicut Abraham adiurauit seruum suum, ne daret vxorem de Chanaã Isaac filio suo, dicens: *Pone manum tuam super femur meum, &c.* & cap. 45. Ioseph ait sic fuisse adiuratum à Patre, vt sepeliret eum in terra Chanaã; id est, iustum fuisse à patre hoc iurare, & promittere. Secundo modo, Adiurare, est subijcere aliquem execratorio iuramento, & maledictioni. Sic vsurpatur. 1. Reg. cap. 14. Adiurauit Saul populũ, dicens: *Maledictus qui comederit vsque ad vesperam.* Et Num. 5. Mulierem suspectam de adulterio sacerdos adiurabat, id est, subiiciebat eam maledictionibus, & execrationibus, si adulterium comiserat. Tertio modo sumitur pro eo quod est metu violandæ religionis, & offendendi Deum obstringere ad aliquid agendum, vel dicendum: hoc modo Rex Achab dixit Michæ. *Ite u atq; iterum adiuro te, ne dicas mihi, nisi quod verum est in nomine Domini.* Et in hac significatione sumitur hoc loquor, id est, per obedientiam, & reuerentiam

Gen. 24.
Gen. 45.
1. Reg. 14.
Num. 5.
3. Reg. 22.

debitam Deo uiuo; ego te adstringo, vt dicas id quod interrogo, ita vt nisi dixeris reus sis contempni iuramenti, & nominis Dei. Sic adiurantur dæmones per exorcismos. Nam exorcizo, Latine dicitur, adiuro. D. Thom. 2. 2. copiose tractat de adiuratione, & docet posse adiurare Deum, Angelos bonos, dæmones, homines, & creaturas irracionales. Et duobus modis fieri adiurationem, vel per modum deprecationis, & sic Deum, & Angelos bonos, & homines superiores, & non subditos deprecor. Vt cum dico, per Christi passionem deprecor vt dicas hoc. Vel per modum imperij, vt superiores subditos, exorcistæ dæmones, &c. Sed queritur quando fuerit facta hæc interrogatio, vel nocte qua passus est, an mane sequentis diei, à summo Pontifice, vel ab alijs. Matth. & Marc. narrant esse factam nocte, & à Summo Pontifice. Lucas mane, & à Concilio quod ibi conuenerat. Illi aliter dicit Dominum respondisse, & aliter Lucas. Duobus reconciliatur modis hæc dissonantia. Primo Augustin. lib. 3. de consensu Euang. cap. 7. qui ait, re vera facta fuisse mane, vt ait Lucas, quia ipse expressit tempus: Cum mane autem esset factum. Matth. & Marcus inter acta illa nocte narrant, sed per anticipationem. Quod autem aliter narrent isti, hoc non est dissonantia: quia vel eandem sententiam exprimunt alijs verbis, vel aliæ circumstantiæ huius facti ab alijs narrantur, ab alijs tacentur: vel sumunt singulare pro plurali, vel contra. Iansenius vero respondet altero modo, nempe hanc interrogationem factam esse bis, semel nocte (vt dicunt Matthæus, & Marcus à Pontifice) secundo mane à toto Concilio, vt narrat Lucas. Vtrumque mihi probatur, licet pro Augustin. sententia sit hæc ratio. Nã si fuisset facta nocte, cum iam tunc fuisset condẽnatus ad mortem, nõ erat cur iterum fieret mane: quia iam nocte responderat.

D. Thom.

August.

Iansen.

Theophil.

Respondit Christus, Tu dixisti.

Hæc responsio ambigua est secundum Theophil. Nã vel significat, Tu dixisti, ego non dico, vel tu dixisti, ita vt est, rem attigisti. Secundum Lucam sic respondit. *Vos dicitis quia ego sum.* Vos dicitis per ludibrium; sed re vera ego sum. Quare non est dubium, quin Christus suo responso docuerit se esse Messiam apertissime, idque sic intellexerunt illi. Nam dixerunt. *Blasphemauit.*

mauit. Adiecit Christus. *Verumtamen dico vobis, a modo videbitis filium hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei, &c.* Quasi diceret, Nõ tantum dico me esse Messiam, sed vos ipsi vestris oculis videbitis clarissime ita esse; cum me conspicietis fulgentem summa gloria, & potestate, & omnium bonorum abundantia. Quod significauit metaphorice, per illa verba, *Sedentẽ à dextris Dei.* Illud autem. *Veniẽtem in nubibus,* dixit propter visionem Danielis, cap. 7. vbi ait se vidisse quasi filium hominis venientẽ in nubibus ad antiquum dierum; & accepisse ab eo potestatem æternam super omnes Gentes: à modo, id est, paulo post. Quando hoc euenit? D. August. considerans vim vocis, à modo, ait non referendum id ad diem iudicij; sed ad tempus post missionem Spiritus sancti. Tunc enim aliqui ex illis Iudæis conuertendi erant ad fidem, & oculis fidei videre debebant: quia credituri erant ipsum esse verum Messiam, & in gloria Patris sedere. Hoc dicit Augustin. in epistol. 80. ad Elychium. Veruntamen hæc expositio est potius mystica, quam literalis. Ideo secundum Chrysostom. Hieronym. Theophil. & Euthym. fatius est referre ad diem iudicij; & voluit significare Dominus, & dicere. Ego in primo meo aduentu veni pauper, & humilis à vobis iudicandus, & occidendus; in secundo aduentu veniam gloriosus, potens & iudex omnium. A modo, id est, post hunc aduentum. Nõ est nouum in Scriptura prædicare secundum aduentum Christi, tanquam rem instantem: eo quod tempus aduentus primi dicitur vltima ætas, hora nouissima, finis seculorũ. Deinde etiã frequens est in Scriptura, a modo, vsurpari indefinitè, pro tempore quod sequitur presens, siue sit proximè, siue longè post. Sicut eras in Scriptura, non tantum significat diem crastinum proximum, sed tempus futurum indefinitè. Voluit ergo Dominus percellere animos illorum terrore secundi aduentus. In quo datur documentum iudicibus, vt in iudicando semper ante oculos habeant vltimum iudiciũ, vt iuste iudicent. Sed queritur, cum Christus antea noluerit respondere, cur modo respondit huic adiurationi? Respondetur, id fecisse Dominum quatuor ob causas. Primo ne videretur omnino contẽnere authoritatẽ Pontificis, qui ex plena potestate sua faciebat hanc interrogationem, licet iniuste exerceret suam potestatem. Nam vigeat tunc vsque ad mor-

Daniel. 7.

August.

Hieron. Chrysost. Theophil. Euthym.

tem Christi. Secundo, ne videretur parui pendere nomen Dei, per quod fuerat adiuratus. Tertio, vt auferret à Iudæis omnem pretextũ suæ infidelitatis, ne possent aliquãdò se excusare, quia rogatus Christus in Concilio publico noluit fateri. Quarto, vt ostenderet Dominus, quod si in illo Concilio Synagogico, in quo iniquo, & malo animo fuit interrogatus, voluit tamẽ docere veritatem; quanto magis in Concilio Ecclesiastico legitime congregato, in quo zelo Catholicæ fidei queritur veritas, credendum est eam Christus reuelare. Quinto voluit respondere, quia veritas quæ poscebatur ab eo, non erat qualiscumque veritas, sed erat fundamentum totius fidei. Credere enim Dominum Iesum esse Messiam & filiũ Dei, est columna nostræ fidei; quam quia cõfessus est Petrus, tanti eam confessionem fecit Christus, vt in eius remunerationem dederit Petro principatũ Ecclesiæ. Quare Paul. dixit. 1. Timot. 6. *Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo qui bonum testimonium reddit coram Pontio Pilato.* Hæc autem confessio fuit testificari coram Pontio Pilato se esse Regem, & habere regnum in altero mundo. Si propter hoc dixit illud, etiam & nos possumus dicere: Bonũ testimonium fecit Dominus corã Caypha. Subiungunt Euangelistæ, quod Pontifex auditus hoc responso, tanquam si fuisset blasphemia contra Deum, simulans magnum gloriam Dei zelum, scidit vestimenta sua, & exclamauit cum toto Concilio, dicens. *Blasphemauit, reus est mortis.* Malis omnia cooperantur in malum, sicut bonis in bonũ. Iste Pontifex peccauit contra Legem. Primo, quia scidit vestem; Deus autem prohibuerat Leuit. 21. *ne summus Pontifex, vel aperiret caput, vel scinderet vestimenta.* Secundo, quia quamuis Christus fuisset blasphemus, & dignus morte; non tamen deberet esse puniendus cruce, sed lapidibus obruendus secundum Legem. Leuit. 24. *præcepit Deus blasphemum à populo lapidibus obrui.* Sciendum est scissionem vestis veterem fuisse ceremoniam apud Iudæos, qua signabatur dolor quo animus interius lacerabatur: & fiebat duabus de causis. Primo vel ob calamitatem acceptam, priuatã vel publicam. Ira Iacob audiens filium Ioseph deuoratum à fera, scidit vestimenta sua, Gen. 33. Iob quoque c. 1. & Dauid. 2. Reg. 7. propter mortem Saulis, & Ionathæ. Vel secundo fiebat in execrationem alicuius hor-

1. Timo. 6.

Rom. 8.

Leuit. 21.

Leuit. 24.

Gen. 33.

Iob. 1.

2. Reg. 7.

tendi



Esai. 37. Num. 14. Joel. 2. 3. Reg. 11. 1. Reg. 15. Caietan. Hieron. Leo Papa. Ioann. 11. Deute. 25.

rendi sceleris, praesertim autē blasphemiae contra Deū. Quare Esa. 37. dicit, Regē Ezechia; auditis blasphemias Assyrionū scidisse vestes. Et Num. 14. Caleb & Iosue audito clamore populi recusantis ire in terrā promissionis, sciderunt vestimenta sua. Tertia causa erat, in signū poenitētia. Vnde Joel. 2. dicitur: Couertimini ad me, &c. & scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra. Quasi diceret: Nolo ego tantū poenitētia externam in veste. Quartō, solebat adhiberi scissio vestis, tanquā signū diuini regni, & amissae dignitatis. 3. Reg. 11. Ahias propheta cū gestasset palliū nouū scidit illud in duodecim partes, & dedit decē Ieroboā, dicens: Scissum est regnum Salomonis, &c. Et. 1. Reg. 15. cū Saul uellet retinere Samuelē abeuntē, apprehēdit palliū eius, & scissum est. Et dixit Samuel: Ita scissum erit regnū tuū. Caiet. sup. 14. c. Mar. ait. Cū dicitur Pōtificē scidisse vestimenta sua, non est intelligendū propriē scidisse, sed aperuisse tantū vestes supra pectus. D. Hieron. hic, & Leo serm. 6. de Passione Domini, dicunt inficiēter prophetasse uerbis & factis, q̄ futurum erat. Verbis cū Ioan. 11. dixit: Expedi uobis, ut vnus moriatur homo pro populo: factis etiā, nesciēs qd̄ faceret scindēdo vestes; significauit se condēnādo Christū discedere a sede Pōtificali. Nā designabat post mortē Christi cathedrā Moyfi fore vacuā omnipotestate, & autoritate. Quare scidit vestes, quasi iam vestes illae Aaron scindendae essent, & abiiciendae. Secundo scindēdo vestes significabat scindendū esse regnum Iudaeorū, tollendumq; Pontificatum, & adimplendū in illis q̄ paulō antea illis dixerat: Auferetur a uobis Regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus illius. Nec tamen impijs illis hominibus sat̄ fuit condēnasse ita iniuste Christū; sed incredibili rabie, & furore illū contumelijs, & ludibrijs affecerūt, colaphis eū percutiendō, & in faciem eius conp̄uendo. Quatuor genera malorū fuerūt illa quae ab Euangelistis ponuntur, ut ex his paruis nos alia credamus. Primū conp̄uerunt in faciem eius. Quanta autē hac fuisse ignominia apud Iudaeos, patet Num. 12. c. & Deute. 25. vbi traditur. Si quis uxorem fratris sui defuncti sine liberis sumere noluerit in uxore, mulier illa ad perpetuā ignominia illius conp̄uat faciem eius. Et quando aliquis uult sputa emittere, querit uisiorē locū, ubi non videatur ab alijs. Isti uerō impij, ac pro-

caces, in facie Christi (in quā, ut ait Petrus 1. Petr. 1. desiderant Angeli prospicere) non uerebantur conp̄uere, quali res uilissima esset, quā Dauid, & Moyses, & ceteri Patres desiderauerunt uidere. Secundo uelauerunt faciem eū, & hoc ut audacius, & inuerecūdius possent eū cedere, & onerare cōtumelijs. Vnde dicunt Euangelistae. Percutiebat eū dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit. Et tunc impletū est illud Esa. 53. Abscōditus erat uultus eius, & despectus. Vnde nec reputauimus eū. Tertio cedebāt eū colaphis & alapis, id est, manibus apertis, & clausis: quare necesse erat faciem eius reddi liuidā, & tumidā. Quartō uellebant genas, & barbā eius. Hoc non tradunt Euangelistae, sed praedixit Esa. c. 50. Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Subdit Lucas. Et alia multa blasphemantes dicebant ei. Hic sunt impleta multauaticinia Prophetarū. Primo, illud Iob. c. 16. ubi loquens de Christo in persona sua, ait: Aperuerunt super me ora sua, & exprobrātes mihi perculserunt maxillā, & satiati sunt poenis meis. Cōclusit me Dñs apud iniquū: & in manibus impiorū tradidit me. Et Psa. 21. Ego sum uermis, & nō homo: opprobriū hominū, & abiectio plebis. Dabit percutiēti se maxillā, & saturabitur opprobrijs. Et Esa. 50. Corpus meum dedi percutiētib; & genas meas uellentibus. Faciem meā nō auerti ab increpantibus, & conp̄uentibus in me. Hebraicē ab ignominia & sputo. Lanctant. lib. 4. in tit. c. 14. producit multos uersus Sybillę Enithreae, in quibus illa uaticinata est filiū Dei perpeffurum hac omnia genera cōtumeliarū, quae narrat Euāgelistae. Sed nō est praeterendū, euenisse Iudaeis q̄ Salomon dicit. Stultus iacit lapidem in altum, & cadit super caput eius. Nā hac mala quae intulerunt Christo, in caput eorū ceciderūt, & in magnā perniciē illis fuerūt. Nā pro eo q̄ tū inuerecūde uelauerunt faciem Christi, uelauit Deus mentes eorū, ut legentes Prophetas nō intelligant, nec ueritatē agnoscant. Vnde. 1. Cor. 3. dicitur, Quod usq; in hodiernū diē est uelamen positū super cor eorū. Et Dauid optat eis hanc uindictā, dicens: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorū semper incurua. Et Esa. 6. Exceca cor populi huius. Pro ijs malis quibus afflixerunt Christum, afflixit eos Deus innumeris calamitatibus, ut sint toti mundo ludibrio. Vnde Hierem. 24. dicitur: Dabo eos in vexationē, & afflictionē cunctis Gentibus, in opprobriū, parabolam, & male-

1. Petr. 1. Esai. 53. Esai. 50. Iob. 16. Psal. 21. Thren. 3. Esai. 50. Lactant. Eccle. 27. 2. Cor. 3. Esai. 6. Hierem. 24.

maledictionem cunctis Regnis, &c. In his quae acta sunt in domo Cayphe, una fuit negatio Petri, quae quia multas habet difficultates, peculiariter de ea agendum est. De negatione Petri. DE qua duo sunt explicanda. Primò enim declaranda est praedictio futurae negationis à Christo: tum ipsamet negatio quomodo facta sit. Circa primū duxerunt quaestiones. Prima, An Christus semel tantū praedixerit Petri negationē, an bis, uel ter? Secunda, an Petrus trinā negationē fecerit ante galli cantū, uel post? Causa dubitandi, primò est haec. Quod quatuor Euangelistae tam diuersē tradunt praedictionem istā, ut nō videantur posse adaptari ad unā praedictionē. Hoc patet dupliciter. Primò, quia Lucas, & Ioannes manifestē narrant Christū praedixisse eā, priusquā ē domo ubi coenauerat exiret: Matth. autē, & Marcus narrant esse factā, postquā egressus fuit in montem. Matt. dicto hymno (inquit) exierunt in montem oliueti. Tunc dixit Dominus. Omnes uos scandalizabimini in me in ista nocte. Et postea sequitur praesumptio Petri, & praedictio negationis. Deinde quia Ioan. ait Petri inductum fuisse ad ostendendam suā praesumptionem, ex eo quod Dominus ei dixerat: Non potes me modò sequi, sequeris autē postea. Lucas autē dixit Petri ad id inductū, ex eo quod Christus dixit ei: Simon, ecce Satan expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū. Ego autē rogauī pro te, &c. Matth. & Marc. narrant, quia Dominus dixerat: Oēs uos scandalizabimini, idē Petri dixisse. Et si oēs scandalizati fuerint in te, ego uerò non scandalizabor. Vnde apparet nō fuisse unam praedictionem. Propter has rationes D. Aug. lib. 3. de consensu. Euang. c. 2. Beda, & D. Th. sup. 16. Matth. dicunt, Petri negationē Christū ter praedixisse. Primò sicut narrat Ioann. Secundò, sicut narrat Lucas. Tertio, sicut Matth. & Mar. Quare ille quas narrant Lucas, & Ioan. facte sunt prius quā Christus exiret de domo: tertia uerò Matth. & Mar. post egressum ad montē Oliuarū. At uerò moderni, inter quos Iansenius, probabiliter putant fuisse unā tantū praedictionē. Quod probatur uno argumento. Nā incredibile uideretur tantā fuisse praesumptionē Petri, ut cū fuisset bis iā reprehesus à Christo, & monitus de sua negatione, nihilominus tñ etiam tertio monitus auderet praesumere; ergo. Et hanc unā factā dicunt priusquā exiret ē domo. Et Matth. & Mar. narrant

August. Beda. D. Thom. Iansen.

eā post egressum per recapitulationē, nō seruato ordine historię. Illud autē, Tunc Matth. apud ipsum frequēter, nō significat immediatā cōnexionē dicendorū cū ante dictis; sed simpliciter, ut si diceret, In illo tēpore, uel in illa nocte Coenę dixit hoc Dñs Petro. Licet Aug. opinio magis probetur. Circa secundā quaestione sciendū est, quing; modos esse eā soluēdi. Prima solutio est Caiet. sup. 14. c. Mar. Christum primò dixisse id q̄ ait Mar. scilicet, Petri ipsum negaturū ter antē quā gallus bis cāret; sed cū Petrus pergeret iactare suā fortitudinē. Secūda, Petro denūciasse per omnia, Ante primū cantum galli ter me negabis, sicut alij tres Euangelistae habent. Quā solutionē manifestē redarguit narratio Mar. quippē qui expressē narrat primā negationē esse factā ante primū galli cantū, secundā autē, & tertiā post primū cantū, & ante secundū. D. Aug. lib. 3. de consensu. Euang. c. 2. duos inuenit modos dicēdi. Primò, inquit, illud q̄ dixit Chrs, secundū tres Euangelistas, Priusq; gallus cāret ter me negabis; habet hunc sentum. Ante galli cantū in tantā perturbationē incidēs, ut propter illā, deinde me sis negatur. Vnde illud, negabis, nō significat exequutionē negationis; sed praeparationē animi ad negandum. Quae solutio mihi nō placet: quia nimis durā interpretationē habet. Negabis me, id est, eris praeparatus ad me negandū. Secundus modus dicēdi Aug. est, Quod prima negatio cepta est ante primū galli cantū, sed cōsumata est ante secundū. Tñ si trina Petri negatio fuisset cōtinua, sustineri forsan posset haec solutio, sed fuit interpollata, & inter secundā & tertiā intercessit spatium unius horae, ut tradit Luc. Deinde quia oēs Euangelistae, ita narrāt tres negationes; ut clarē ostēdant eas oēs esse cōsumatas ante galli cantū. Quarta solutio est Chrys. hom. 86. in Matth. Euthy. sup. Mat. et Dion. Cart. Isti dicūt, gal. Euthym. 3. lū in una uoce qua cantat edere multas uoces, aut sonos, bis enim, aut ter cantat uel saepius. Ergo tres Euangelistae per cantū galli intellexerunt totā illā uicē cātandi. Mar. distinxit uarios cātus in eadē uice. Haec solutio est pbabilis & uera: quia nihil habet cōtra cōmunem. Quinta est Alesij, & Ians. & admodum probabilis. Isti distinguūt duplicem cātum galli. Primum circa mediā noctem, posteriorem ante lucem in quarta uigilia, quae appellatur gallicinium. Huius duplicis cātus meminit Iuuenal. satyr. 9. illius autem secūdi meminit Ecclesia, in hymno ad Laudes Dñicę, & ad Laudes seriae ter-

Caietan. August. Iansen. Alesij. Iuuenal.



tiæ (A les diei nuncius) de hoc Plin. lib. 10. c. 21. ita scribit. Galli nostri sunt vigilæ nocturne, quos excitâdis in opera mortalibus, rûpendoq; somno natura genuit. Igitur tres Euâgelistæ dicentes Petrû negaturû ante galli cantû, intellexerunt ante galli cantû ante lucanû qui propè manè fit. Voluerunt enim nominare illû, tanquã notiorè, & magis obseruatû ob hominibus, per què excitantur à somno ad opus. Marcus verò volens distinctè docere ordinè temporis, quo factæ sunt negationes, ait, primâ factâ ante primû cantû mediæ noctis, duas posteriores ante secûdû cantû antelucanû. Quod aut dicit Marcus, Priusquã gallus bis vocè dederit, intelligere oportet duas vices cantandi in diuersis tēporibus, circa mediâ noctē, & ante lucem: alioquin in vna vice plures voces edit gallus. Hęc de prædictionibus negationis.

Sed modò agendû est de ipsa Petri negatione. Circa quâ prima quæstio erit de diuersitate quæ videtur esse apud Euâgelistas in enarrâdis tribus negationibus Petri. Triplex enim diuersitas circa hęc rē inuenitur in eis. Prima est in ordine tēporis. Nã Ioan. inter primâ, & duas alias negationes interponit multa alia acta: cæteri Euâgelistæ continuè, & sine interruptione narrant oēs has negationes. Rursus Matt. & Marc. dicunt factas post testimonia producta cōtra Christû, post interrogationē, & adiurationē Pōtificis, post responsum Christi, postquã crudeliter tractatus est à toto cōcilio. Lucas verò narrat illas ante hęc. Secunda diuersitas est in hoc, qd Ioan. primâ indicat esse factâ in domo Annæ, alias verò duas in domo Cayphæ, cæteri Euâgelistæ aperte dicunt oēs tres esse factas in domo Cayphæ. Tertia diuersitas in modo narrandi quâlibet negationem, qui tã diuersus est apud vnūquemque, vt non eandē, sed diuersam negationē narrare videantur. Verûtamē dilucidè ostēdemus nullâ esse discrepantiã inter Euâgelistas, sed ex variatione omniû cōflare vnâ integrâ, & perfectâ narrationē. Primò nota, has negationes factas in domo Cayphæ, vt docent tres Euâgelistæ (nã Pontificē in cuius domo Ioânes dicit factâ fuisse primâ negationē, non fuisse Annâ, sed Caypham ostendimus supra.) Secûdò, not. qd Euâgelistæ semper eandē rē diuersis verbis narrât nec est discrepantia in re, & aliqui eandē rē vberius, & explicatiûs, alij breuiûs & inuolutiûs, aliqui omittunt vnâ circumstantiam, alij tradunt, & cū multa cōuenerint ad quâ-

libet negationem, vnus Euâgelista tangit vnû, alius aliud, & alius aliud. Tertio not. Euâgelistas posteriora narrare priûs per anticipationē; priora narrare posteriori per recapitulationē, & frequenter abuti plurali pro singulari, & e contra. Et aliquando vnû Euâgelistâ dicere vnû aliquem dixisse, vel fecisse aliquid, alios verò dixisse multos: quia vnus fuit primus & principalis, qui mouit alios ad dicendum, & faciendum.

Prima negatio Petri.

CIRCA quâ primò oēs Euâgelistæ dicunt Petrû fuisse in atrio Pontificis cū ministris ad ignē. Lucas dicit, in medio atrij. Matt. foris in atrio. Marc. in atrio deorsum. Nam in atrio Pontificis primò erat ianua & ingressus palatij, post erat vestibulû, post qd atriû, deinde erat dom⁹ interior, & superior, vbi erat Christus & cōciliû Iudgorû. Vnde atriû illud vbi erat Petrus, erat foris respectu domus interioris, & deorsum respectu superioris dom⁹. Matt. dicit Petrû sedisse. Lucas Petrû in medio ministrorû calescenti se describit. Ioan. stantem eû ad prunas, cū alijs ministris ponit. Sed fuit ita. Nã alternis vicibus sedebat & stabat, vt facere solent qui sedēt ad ignē, nisi fortè apud Ioannē, stare, nō significat rectum corporis habitû, sed esse. Secundo, oēs dicunt primâ negationē habuisse ortû, & occasionem ab ancilla, seu, vt est Græcè, puella: hanc Ioan. dicit fuisse ostiariã Marc. ancillã Pōtificis, hęc accessit vbi erat Petrus, & secundum Mar. & Luc. intuita est eû, & primò secûdû Lucâ dixit ministris, Et hic ex illis est: deinde conuersa ad Petrû dixit qd habet Ioan. Nunquid tu ex discipulis es hominis istius? Et postea cū fortè Petrus negasset, dixit asseueranter, Et tu cū Iesu Nazareno eras; vt Marcus, nã Galilæus es; vt Matthæus. Tunc Petrus, secûdû Ioan. respondit, Nō sum: secûdû Lucâ, Non noui hominem: secûdû Marcû, Nec scio, nec noui quid dicas. Post hęc addit Matthæus Petrum exisse portâ, nō palatij, sed atrij, in quo erat: nã ex atrio egressus est in vestibulum, & hoc patet ex text. Græco apud Matt. (istompilona) exiuit in vestibulum, & Marcus habet, Exiuit foras ante atrium. Exiuit autem percussus metu propter verba ancillæ, subduxit se ex consortio illorum, non est tamen ausus profus abire, quod si fecisset, non incidisset in duas alias negationes: veritus enim est ne mini-

ministri propter digressum eius confirmarentur in eo quod dixerat ancilla, & perfequerentur illum. Quare simulato metu, rediit se ad confessum ministrorum. Solus Marc. ait. Cū Petrus exisset cantasse gallum, qui fuit prior galli cantus à solo Marco descriptus, ante què facta est prima negatio, paulò post media noctem. Secunda negatio. Lucas ait. Post pusillû, id est, paulò post primam negationem. Quantum autem interuallû fuerit, nescitur: quia nullus Euâgelista expressit. Secundum Marcû, venit ancilla quam Matth. ait fuisse aliam à priori, quæ dixit adstantibus: Et hic ex illis est. Cuius verbis, secundum Lucâ, motus quidam ex adstantibus dixit Petro: Tu ex illis es. Ioann. aut ait hoc dixisse adstantes, in plurali: nec est vlla in hoc cōtradictio. Nam vel Ioann. posuit plurale pro singulari, vel primò adstantes interrogauerunt: Nunquid tu ex illis es? deinde quidam asseueranter dixit: Tu ex illis eras; secundum Marcum. Et ille iterum negauit secundum Ioann. Non sum: secundum Lucam, O homo, non noui illum: secundum Matth. At ille cum iuramento dixit, Quia non noui hominem istum. Itaque hęc secunda negatio fuit cum periurio.

Tertiam negationem Matt. & Marc. dicunt factam fuisse post pusillû à prima: quatum fuerit hoc pusillum, declarat hic dicēs, fuisse spatium vnius horæ. Tunc circumstantes dixerunt Petro: Et tu cum illo eras: nã & Galilæus es. Vel vt Matth. Nam & loquela tua te manifestum facit. Nã licet Galilæi, & Hierosolymitani vterentur eadē lingua, dignoscebantur tamen ex pronuntiatione, vt multotiens fit. Sic Iudic. cap. 12. Ephraei ex pronuntiatione dignoscebantur. Lucas ait, hoc idem dixisse quēdam, in singulari. Quare vel dicendum est illos posuisse plurale pro singulari, vel Lucam hęc nominasse, quia hic vehementius vrgebat Petrû. Cū autē Petrus negaret, tunc, sicut habet Ioan. quidam seruus Pontificis cognatus Malchi dixit illi. Nonne ego te vidi in horto cū illo? Petrus verò (qui iam conuictus tanto testimonio tenebatur, nō poterat negare se fuisse in horto, & detegebatur iniuriã fecisse ministro Pōtificis) cepit exaggerare negationē. Vnde secûdû Matt. cepit detestari, vel secûdû Marc. & anathematizare, & iurare, quia nō noui hominē. Isto enim iuramento execratorio asseruit, & cōfirmavit se nō nouisse illû. Dicebat enim;

Afficiat me Deus innumeris malis, si ego cūctis detestabilis, & execrabilis, & anathema, eripiat mihi Deus vitã, detrudat in infernû, si ego noui illû. Et adhuc eo loquēte, inquit Lucas, conuersus Christus respexit Petrû, & gallus cantauit, nēpè posteriori tēpore, paulò ante lucē: de quo loquuntur tres Euâgelistæ. Marc. dixit, Et iterû gallus cantauit, & recordatus est Petrus (dixerat hī tres præter Ioannem) verbi quod dixerat eī Iesus: Antequã gallus cāter ter me negabis. Dicit Marc. Et cepit flere. Matth. & Luc. Et egressus foras fleuit amarè. Hoc fecit respectu Christi, vt recordaretur verbi quod dixerat ei Iesus, & vt egrediretur foras, & fleeret amarè. Hic est vnus modus conciliandi Euâgelistas. Alter modus est: Cum dicitur Petrum negasse ter Christum, non est intelligendum tantum tres negationes expressisse, sed intelligendum est tribus vicibus, per diuersa interualla temporis eû negasse. Potuit autem contingere, vt in quâlibet vice sapius eandem negationem exprimeret, prout ab vno, vel pluribus ei infligebatur quod esset discipulus Christi. Quare Euâgelistæ varios modos, quibus Petrus singulas negationes expresserit, alij alios cōmemorantes, variè scripserunt historiam negationû. Notandû est, qd fuerit triplex præsumptio Petri. Prima quãdò dixit. Animã meã pro te ponã. Secunda cū dixit: Et si oēs scandalizati fuerint, ego nō scandalizabor. Tertia, Et si oportuerit me si mul cōmori tecû, non te negabo. Hinc natû est triplex crimē Petri. Primò simplex negatio Christi: deinde negatio cū periurio. Tertio negatio cū periurio & execratione. Verû hoc triplex crimē fuit postea purgatum per trinam amoris erga Dñm confessionem. Quod Aug. tract. 123. in Ioannē bene exposuit. Redditur negationi trinæ trina confessio; ne minus amoris seruiat lingua, quã timori, & plus vocis eliciuisse videatur mors imminens, quã vita præsens: vt sit pastoris officium pascere Dominicû gregē, si fuit timoris indicium negare pastorem.

Secunda quæstio est, Cur Dominus permiserit tantû Apostolû, qui fururus erat Ecclesiæ caput, in tam grande, & execrandû crimen cadere. Varias reddunt causas Patres huius permissionis, maximè verò Chrysost. hom. 83. Matt. Aug. serm. 124. de tēpore. Cyrillus, li. 12. in Ioan. c. 1. Leo Papa. serm. 9. de Passione. Caietan. super cap. 26. Matt. Sunt autē tres causæ. Prima Cyrilli;



voluit Christus ostendere Petro, qui erat feruentior, & fortior ceteris, quales essent discipuli ante missionem Spiritus sancti, quam infirmi, & imperfecti, & quales fuerint post Spiritum sanctum missum, quam feruētes, & quam constantes. Nam Petrus qui vnus ancillae voce perterritus negauit Dominum; postea totius concilij minis non potuit prohiberi, ne publice predicaret Christum. Secunda est Chryso. Voluit Christus per humilitatem huius lapsus sanare superbiam, quae erat in Petro. Fuerat autem triplex superbia. Primum, noluerat credere Christo predicanti casum ipsius. Secundum, praeposuit se omnibus alijs, dicendo. Et si omnes scandalizati fuerint, &c. confidit suis viribus, & non gratiae Christi. Deuisset enim dicere Petrus: Domine ego desidero mori priusquam te negem, & paratus sum; sed quia noui meam fragilitatem, obsecro adiuua me. Aug. & Leo Papa alias duas abhibent rationes. Prima, Petrus pastor totius Ecclesiae; data erat illi facultas ligandi & absoluedi; erat naturae durus, & seuerus; promisit Christus ut laberet in hoc peccatu fragilitatis: ut sciret deinde ignoscere subditis, & ex ijs quae passus erat, disceret copati infirmitatibus subditorum. Quarto voluit docere Dominus quam nihil possit homo sine speciali gratia eius: & ideo semper debere hanc implorare, & cognoscere quod dixerat eis. Sine me nihil potestis facere. Caiet. Considera extrema, vir iuste. Petrus testimonio Christi mundus erat, ob idque charitatem habebat, Sacramentum corporis & sanguinis Christi dignè acceperat, praemonitus fuerat à Christo futurae suae tentionis, fortior erat ceteris discipulis ac ardentior, verè paratus erat tunc mori pro Christo; hic tamen vnus puellae voce negat, peierat, anathematizat Christum. Cur hoc? Primum, ut appareret, quod non sufficit habitum habere gratiae, sed quod continuo indigemus auxilio Dei speciali, quo quia Petrus hic caruit sibi derelictus, ideo peccauit, sicut & Moysi, & Dauid contigit. Iuste autem est sibi derelictus, propter praecedentem suam praesumptionem, & superbiam. Sexta causa, ut esset in Ecclesia inigne exemplum & metus, & spei. Metus viris iustis, ne sibi fiderent, sed timerent lapsum; spei, ut si cadant sperent redire in gratiam, sicut Petrus cecidit & surrexit.

Chryso.

Aug. Leo Papa

Ioan. 15. Caietan.

Hilar. Ambros.

Tertia quaestio est, Quale fuerit peccatum Petri, & habet quinque dubitationes. Prima, An Petrus sit verè mentitus Hilar. Can. 31. & 32. in Matth. & Ambr. lib. 10. Comen. in Lucam, significant Petrum non fuisse mentitum,

& verba eius continere sententiam, non falsam, sed ambiguam. Cum enim dixit; Non noui illum, voluit significare Christum, qui erat filius Dei, esse incomprehensibile; Nam Christus dixit, Nemo nouit filium nisi Pater. Item dicendo, non cognosco hominem, significatur, non cognosco illum tanquam purum hominem, sed Deum & hominem. Haec autem magis sunt pia quam vera. Hieron. sup. 16. Matth. & epist. 49. & August. tract. 66. in Ioan. valde reprobauit istam opinionem. Vbi ait Hieron. Isti dum pij esse volunt erga Petrum; impij sunt aduersus Christum: nam dum excusare volunt Petrum à mendacio; Christum in simulat mendacem. Si enim Petrus non est mentitus, ergo Christus mentitus est, qui dixit ei, Ter me negabis. Fortè Hilar. & Ambrosius praefectu voluerunt dicere, responsum Petri ita fuisse temperatum, ut posset bonum recipere sensum. Secunda dubitatio est, An mentitus fuerit timore mortis, vel ex amore Christi. Cyril. lib. 11. in Ioan. c. 41. ait Petrum mentitum esse ex amore Christi. Videre enim volebat Christum, & ab eo non separari, quod non poterat obtinere si esset agnitus discipulus eius. Quare mentitus est se esse discipulum eius, ut posset videre Christum. Quam sententiam D. Th. sup. 18. c. 10. lect. 3. appellat inanem quandam pietatem. Certè non est vllomodo probabilis: nam & narratio Euangelistarum ostendit Petrum ex timore negasse Christum, & concorditer id tradant Patres, & Christus hoc docet aperte, nepe Petrum non negasse quia amaret Christum, sed ut fugeret mortem. Quia Christus dixit illi: Animam tuam pro me pones? dico tibi; quia ter me negabis. Tertia dubitatio est, An negatio Petri fuerit peccatum mortale? Et videtur quod non. Nam Bernardus ut eum citat D. Th. sup. 16. c. 16. Matth. ait in Petro charitatem non extinctam, sed sopitam, cum negauit Christum. Simile dicit Leo serm. 4. de passio. Domini. Non fuit in Petro fides ficta, nec charitas auersa, sed constantia turbata. Respondetur tamen proculdubio peccasse mortaliter: quia dixit mendacium perniciosum, & fuit negatio fidei, loco & tempore quo tenebatur cohereri. Adhibuit periurium, vltus est iuramento execratorio. Quare modestè interpretandi sunt Bernardus & Leo Papa: volunt enim significare, Petrum non ex malitia, sed ex infirmitate peccasse, & quia statim resipuit, & mox rediit ad gratiam; dixit Bernardus quod charitas fuit in eo sopita. Leo verò dicens, quod non fuit auersa charitas, non loquitur de charitate infusa, hanc enim proculdubio amisit, sed de affectu beneuolentiae erga Christum,

Hieron. August.

Cyrril.

D. Thom.

Bernard.

Leo.

Christum. Itaque vult dicere: Cum Petrus negauit Christum, non peccauit ex odio in Christum; adhuc enim humana amicitia eum amabat. Quarta dubitatio est, Quantum fuit peccatum Petri, graue, an leue? Chryso. hom. 83. in Matth. ait, fuisse atrocissimum crimen: contra vero Augustinus serm. 124. ait fuisse leue & exiguum. Possunt tamen reconciliari inter se, si consideremus peccatum Petri a mari quinque modis. Tribus prioribus consideratum est grauissimum, duobus posterioribus est leue. Primum obiectiuè, id est, ratione eius contra quae peccauit. Is fuit Christus, qui dixit, Qui me negauerit coram hominibus, negabo ego eum coram Patre meo. Secundum formaliter ex propria specie fuit grauissimum etià: quia fuit negatio fidei, periurium, & iuramentum execratorium. Tertio, ratione personae negatis etià fuit grauissimum. Tria enim erant quae peccatum Petri valde aggravabant. Primum ingratitude: quia negauit eum, à quo tantopere dilectus & honoratus fuerat. Secundum infidelitas: quia ter promiserat Christo se non negaturum eum, & tamen negauit. Tertio ratione scādali: quia ipse fuerat coniunctior Christo, & erat caput aliorum, & fortior ceteris, negando Christum maius scandalum exhibuit. Duobus autem modis fuit leue. Primum effectiuè, id est, ratione eius vnde prouenerat, scilicet, ex passione, & ex vehemēti timore, & ex fragilitate. Secundum fuit leue ratione morae quam fecit in peccato: statim enim resipuit, & poenituit.

Chryso. August.

Luc. 12.

Quinta dubitatio est, An Petrus negando Christum perdidit fidem. Nam quidam Patres dicunt eum defecisse in fide. Respondetur, Si loquamur proprie de fide per quam credimus quae credenda sunt, corde Petrus non perdidit fidem: non enim credebat verum esse quod ore proferebat, negabat enim ore, sed non corde. Dicitur autem perdidisse fidem quatuor modis. Primum perdidit fidem viuam, quia perdidit charitatem, sine qua fides mortua est. Secundum, fidem non quoad actum interiore, sed quoad exteriorē: quia non est confessus Christum, iuxta illud Pauli: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Tertio, fidem, id est, fidelitatem: quia non fuit fidelis magistro. Quarto, fidem perdidit quoad estimationem aliorum, & ratione scādali.

Rom. 10.

Vltima quaestio est de conuersione & poenitentia Petri. Solus Lucas aperit causam conuersionis & poenitentiae Petri, cum dixit, Et conuersus Dominus respexit Petrum. Hinc tria prouenerunt. Primum Petrus recordatus est verbo

Tom. II.

Domini. Secundum egressus est foras. Tertium fleuit amare peccatum suum. Vnde duo colligimus. Primum contra haereticos Nouatianos dicentes; peccantibus post baptismum non esse locum poenitentiae. Ecce Petrus baptizatus peccauit, & impetrauit gratiam per poenitentiam. Secundum contra haereticos nostrae opinionis, qui dicunt poenitentiam non esse agentiam cum morore, sed cum gaudio. Notat Chryso. hom. 1. & 4. de poenitentia, tantam esse vim poenitentiae, ut per eam possit peccator resurgere, non solum ad paritatem gratiae, sed etiam ad ampliorē, & probat exemplo Petri. Duae sunt adhibitiones. Prima, quomodo verum est quod ait Lucas, Conuersus Dominus respexit Petrum. Nam Petrus erat inferius in atrio; Dominus vero tunc erat intra palatium superius, quomodo potuit inde videre eum? Quare est communis opinio, istam inspectionem Christi fuisse spirituale. Sic Augustinus li. de gratia contra Pelagium. c. 44. & 45. Et est sensus; Dominus qui Petrum sibi ipsi reliquerat, auxilio suo ipsum erexit. Potest tamen dici fuisse corporalem inspectionem. Nam vltima negatio Petri fuit circa lucem; potuit ergo tunc fieri, ut dimisso concilio Christus deduceretur deorsum, & transiens per atrium respexit Petrum. Secunda dubitatio, intelligendo de inspectione spirituali, Quid sibi vult respectus, & conuersio Christi? Conuersio Christi non fuit aliud, quam collatio spiritualis auxilij, quo Petrum moueret ad poenitentiam; sicuti auersio Christi à Petro, non fuit aliud quam permissio, ut ille caderet in negationem. Conuersio Christi est efficax voluntas Christi dandi Petro auxilium, ut resurgeret respectus fuit auxiliū quod dedit Petro. Respexit Petrum, hoc est, mentem, volūtatē, & memoriam reduxit ad hoc, ut recordaretur praedictionis suae, & praesumptionis ipsius. Intellectum, quia fecit, ut consideraret grauitatem peccati sui: voluntatem mouit ad maximum dolorem. Et dicit Marcus. Caput flet. Verbum Graecum quod hic est, ambiguū, ait Theophilus. est. Nam potest significare erumpere, & cum impetu incipere. Et erit sensus. Petrus magno impetu erupit in lacrymas. Secundum, ait Theophilus. Epibalō (haec est enim dictio quae in Graeco est) significat velamē iniicere. Et significat, Petrum misisse palliū in faciem suam, & obtulisse praenitium dolore. Haec triplex negatio Petri aduibravit triplicem negationem Christi in Ecclesia ab infidelibus factam; propter quam Ecclesia valde vexata est diuersis temporibus. Prima fuit Iudaeorum, qui negauerunt Christum fuisse Messiam. Secunda fuit Pa-

D. Chryso.

August.

Theophil.



ganorum qui negauerunt Christum fuisse Deum, & Saluatorem mundi. Tertia hereticorum, qui tripliciter negauerunt Christum. Quidam negauerunt ipsum esse Deum, vt Arriani, quidam esse verum hominem, vt Manichæi, & Valentiniani, quidam esse verum Deum, & hominem, vt Nestoriani, & Euthyciani. Negatur etiam corde, ore, & opere. Triplex occasio est negandi Christum. Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Morales sensus sequendo debemus excutere capita. Primo, initium negationis Petri fuit à muliere. Secundo, Petrus non negasset Christum nisi in societate malorum. Tertio, negauit nocte, dum erat frigus, & dum federet ad ignem Iudeorum. Nimirum quia omnis peccans est ignorans, & quia vbi refrigescit charitas abundat iniquitas, & quia qui sequitur concupiscentiam huius mundi non potest non negare Christum. Quarto, primus galli cantus non profuit Petro ad resipiscentiam, nec profuisset secundus, nisi, vt ait Lucas, Christus conuersus respexisset eum. Sicut enim ad aspectum solis molitur gelu, & eliquatur ab eo: sic ad aspectum Christi peccantium gelata corda soluantur in lacrymas, & in dolorem poenitentia. Vltimo poenitentia Petri tria obtinuit, recordationem verborum Christi, egressum foras, & fletum amarum. Talis debet esse poenitentia, iuxta illud Ezechiel. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.

simile.

Esai. 38.

De Poenitentia, & morte Iudæ.

SOLVS Matth. narrat, postquam Dominus noster decreto Pontificis, & totius populi Iudeorum fuerat adiudicatus morti, & deferrebat ad Pilatum, vt ferret in eum sententiam ad mortem, cum cognouisset Iudas Christum condemnatum ad mortem: poenitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum, & senioribus, & dixit: Peccanti tradens sanguinem iustum. At illi, Quid ad nos, tu videris? Et ille proiecit argenteos in sepulchro, & laqueo se suspendit. Circa hoc est prima dubitatio, vnde acciderit Iudæ poenitentia. Respondetur, tres potuisse causas fuisse illius poenitentia. Primo potuit proficisci ex conscientia ipsius Iudæ. Nam vbi refugit ab eo cupiditas auaritiæ, qua fuerat obsecutus, cepit se cum cogitare patratum facinus quantum fuerit. Et verum simile est eum reparasse hæc. Primo sanctitatem & innocentiam Christi, incopa-

rabilem eius humilitatem, mansuetudinem, & charitatem, quas bene expertus erat. Deinde beneficia quæ illi priuatim, & ea quæ publice contulerat hominibus. Tertio innumera quæ viderat miranda miracula. Quarto celestem quæ predicauerat doctrinam. Quinto, quod benedictus fuerat erga ipsum, etiam usque ad illud tempus quo illum prodiderat. Nam recordabatur se fuisse electum Apostolum, procuratorem totius familiae Christi, accepisse ab illo potestatem faciendi miracula, lauisse pedes, dedisse corpus & sanguinem in Sacramento, etiam cum proderetur, accepisse osculum, & blandè eum salutasse. Et ex altera parte cogitabat poenam quæ promeruerat, & veniebat ei in mentem id quod dixerat Christus: Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Ex hac poenitentia Iudæ colligunt quidam, non fuisse animam, nec opinionem Iudæ. Christum occisum iri, nec voluit, nec putabit, cum eum vendidit; sed putauit ipsum in carceribus, vel afficiendum aliqua poena, vel certè quod Christus suis verbis placaret Iudeos, sicut alias fecit, vel euasurum è manibus eorum. Altera causa poenitentia, dicunt aliqui, potius fuisse diabolum, qui solet in peccando excæca re homines, & extenuare peccata; post peccatum autè aperire oculos, & amplificare delictum, adimere spem veniæ, & obstruere hominem iustitia & desperatione. Tertia causa poenitentia potuit esse Deus, qui iniecit hæc in animo Iudæ poenitentiam non profutura ei; sed tandem ad testimonium innocentia Christi. Nam Iudæi habebant aliquem pretextum necis Christi, nimirum quia Iudas intimus Christi discipulus eum tradiderat, tanquam execratus eius vitam & mores. Voluit ergo Deus, vt hic pretextus tolleretur, & ipsemet Iudas palam confiteretur se peccasse, & Christum esse innocentem, & iustum: & forte tres omnes causæ concurrerunt. Secunda dubitatio est, Qualis fuit poenitentia Iudæ. Respondetur, Si spectemus rem ipsam, fuit integra: quia habuit omnes tres partes, contritionem: quia, vt ait Matthæ. ductus est poenitentia, & quia præ nimio dolore se ipsum suspendit. Deinde confessionem: quia dixit, Peccavi: tertio satisfactionem: nam restituit pecuniam. Re vera tamen non solum fuit poenitentia inefficax & inutilis, sed fuit deterior ipso peccato quod admiserat: nam caruit vera fide. Ait Leo serm. 1. & 5. de Passione Domini, Iudam non credidisse Christum fuisse Deum, sed tantum hominem iustum. Caruit spe: quia desperavit veniam, & dissidens fuit de misericordia Dei. Fuit sine chari-

Leo papa.

charitate: quia licet oderat peccatum, non tamen ex charitate, vt offensam Dei, non enim propter illud se interemisset, quod erat maior offensa. Itaque rectè Psal. 108. de illo dicitur: Fiat oratio eius in scandalum, id est, poenitentia eius in peccatum. In quo triginta (vt ait Rupertus) maledictiones Iudæ describuntur. Figura huius fuit poenitentia Cain, qui occidit fratrem, & dixit: Maior est iniquitas mea, &c. Talem poenitentiam agunt dæmonati in inferno, quæ describitur Sapient. 5. Tertia quaestio, Quantum fuerit illud pretium triginta argenteorum. In Scriptura reperimus hæc duo nomina, argenteum, & siclum, & significantur numisma æqualis pretij. Siclus valebat semiunciã argenti, hoc est, quatuor dragmas, paulò amplius quàm quatuor Iulios: ergo triginta argentei erant centum viginti Iulij. Ex quo licet refellere tres illas opiniones. Prima Lyra: qui sup. 28. c. Matth. dicitur unum argenteum valuisse decem denarios, & triginta argenteos trecentos denarios, tanti numerum quantum vnguentum valuit Magdalena. Voluit enim Iudas dæmonum illius vnguenti venditione Christi refarcire. Altera opinio est Rupertus sup. 26. c. Matth. dicitur, argenteum valuisse unum denarium, id est, Iulium. Iudas solebat decimare omnia quæ afferebatur ei in usum Christi: & quia vnguentum Magdalena valebat trecentos denarios, cuius pretij decima sunt triginta denarij; ideo voluit Christum vendere triginta denarijs. Tertia est dicentium, quoniam Ioseph venditio fuit figura venditionis Christi: quia Christus dicitur venditus triginta argenteis, dicunt etiam Ioseph fuisse venditum triginta argenteis. Et certe ita habet quidam codices Gen. 37. Septuaginta habet viginti aureos. Ambrosius li. de Ioseph Patriarcha, c. 3. ait illo loco variari codices. Quosdam habere viginti aureos, alios viginti quinq, alios triginta argenteos; tamen libri Hebræi omnes, Chaldaica paraphrasi, emendatissimi; quique Latini codices habent Ioseph venditum viginti argenteis, & ita fuisse, ait Hieron. quaest. super Gen. & super. 20. c. Matth. hoc est, tertia parte minus quàm Christus. Iosephus lib. 1. Antiqu. ait fuisse venditum Ioseph viginti minis, vna autem mina pendebat sexaginta siclos, vt tradit Ezechiel. Quare viginti minæ faciebant quatuorcentos & octoginta aureos. Quod autem est error librarij, aut mentitur Iosephus ad commendationem Patriarchæ. Quarta dubitatio est, an Iudas mortuus fuerit ante passionem Christi. Leo serm. 2. & 3. de Passione, ait fuisse mor-

Psal. 108.

Rupertus.

Gen. 4.

Lyra.

Rupertus.

Ambrosius.

Hieron.

Ioseph.

Leo.

tuum ante mortem Christi, & hoc videtur indicare ratio. Matth. quippe ait Iudam statim, atque cognouit Christum esse condemnatum à Iudæis retulisse argenteos & suspensisse se. Et hæc est sententia communis, & mihi probatur. In lib. tamen quaest. noui & vet. Test. qui sub nomine Aug. fertur. q. 49. traditur Iudam non fuisse mortuum, nisi post mortem Christi, & colligit post mortem Christi Iudam mortuum, ex hoc quod Matth. narrat Iudam retulisse triginta argenteos in templum ad Principes sacerdotum, & seniores: sed illo die quo Christus crucifixus est Principes duxerunt Christum ad Pilatum, & adstiterunt condemnationi eius, & non dimiserunt, donec mortuus est; ergo non erant in templo tunc. In qua sententia videtur fuisse Euthymus & Theophilus. Respondetur ergo ad argumentum: primo, author illius libri non fuit Augustinus, vt patet: quia plurimas sententias falsas continet. Ad rationem dico, non valere: quia erant multi Principes sacerdotum, & seniores, ex quibus quidam adstiterunt condemnationi Christi, alij remanserunt in templo. Quod confirmatur: quia erat primus dies Azimorum; non ergo est credibile, quod illo mane esset templum absque sacerdotibus. Quinta quaestio est, Quo genere mortis Iudas interierit. Matth. ait. Abijt, & laqueo se suspendit, quo significatur eum perisse suspendio. Luc. Act. 1. plus narrat de eius morte, nam inquit. Et suspensus medius crepuit, & diffusa sunt omnia viscera eius: tam terribili ergo morte perijt: sed illud quod sequitur, Crepuit medius, & diffusa sunt eius viscera; affert nonnullis difficultatem, quomodo suspensus crepuit. Quare duobus modis hoc intelligitur. Vel vt primo sit suspensus & mortuus, deinde fracto laqueo procidit pronus, & prode corpore ramus illius arboris, seu ligni fuerit fractus, & sic creperit. Secundo modo, quod etiam pendens creperit hac ratione, spiritus eius qui detinebatur in corpore procluso hostio, ex vi illa quaerens exitum creperit: vt euenire solet in terramotu. Nam spiritus profusus intra viscera terræ, cum haber exitum prohibitum, vi prorupere nititur, & terram tremere facit. Communis ergo sententia est, quod obierit suspendio. Theophilus & Euthymus super. 27. c. Matth. dicunt non perijisse illud ex suspendio, sed supervixisse postea aliquanto tempore. Deo permittente, vel vt haberet spatium poenitentia, vel ad maiorem eius cruciatum, confusionem & opprobrium, vel in exemplum aliorum; mox tamen fuit

Euthymus.

Act. 1.

Theophilus.

Euthymus.



hydropisicorruptus, & adeo intumuisse, ut se non posset mouere. Cumq; semel veheretur curru, pronus cecidit e curru, & tunc crepuit medius. Eumenius super cap. primū; Actorum commemorat antiquam traditionem, Iudam post suspensionem vixisse. Nam cum est suspensus, vel fractus est ramus, vel cognitus a prateruentibus antequā suffocaretur fuit depositus, sed postea grauissimis morbis affectus est, ita ut ex toto corpore scaturiret foedissima sanies, & vermes ebullirent, & adeo inflatus fuerat, ut nec ipse videre posset, nec videri vellet, & mortuus est in tuo praediolo; quo in loco tātus erat foetor, ut non posset aliquis illac transire, nisi naribus plicatis manibus. Ego tamen credo quod mortuus est suspendio, & haec opinio iā praua iuit. Sexta quaestio est, quomodo verū sit, quod dixit Christus de Iuda volens ostēdere summam eius miseriam, & infelicitatem. Bonum erat illi si natus non fuisset homo ille. Matth. 26. Videtur enim hoc nō esse verum, quia semper est melius esse quam nō esse: dānatus enim habet esse; ergo habet aliquid meli⁹ quā qui nō est simpliciter. Itē si Iudas nō fuisset, nō apparuisset tanta Dei bonitas, & clementia.

August. Ultimo, quia Augustin. lib. 3. de liber. arbi. cap. 18. ait, nec damnatos quidem appetere non esse, quia non esse non est appetibile. Vnde grauis est quaestio hāc inter Theologos, An melius esset dānatis non esse simpliciter, quā esse. Augustin. lib. 1. quaestio. Euang. cap. 40. ait, duobus modis posse intelligi dictum hoc Domini. Melius fuisset ei si natus non fuisset, diabolo, scilicet, ad peccandum: ac si diceret, *Meior fuerat no auer nacido, que ser seruo del diablo.* Secundo modo, Meli⁹ fuerat illi si natus nō fuisset, Christo ad Apostolatū. Ista tamen expositiones sunt nimium violentae. Quare Caietan. Euthym. Theophil. super. 26. cap. Matth. dicunt Christū voluisse dicere. Melius erat ei si fuisset mortuus in vtero: quia tunc incurrisset solū poenam damni. Verū hāc interpretatio non videtur sufficiens, nec soluit difficultatem. Primō, quia non erat necesse dicere, si non fuisset natus; sufficiebat dicere, si nō venisset ad vsum rationis: quia licet fuisset natus, si obiisset ante vsum rationis, fuisset idē. Secundo, quia illud, esset natus, significat, non natū ex vtero; sed idē quod genitum, productum ac factum. Patet quia Archāgelus Gabriel loquēs Ioseph de virgine grauida, ante partū dixit: Quod e-

nim in ea natū est, de Spiritu sancto est, id est, genitū, productumque: praterēa id solent intelligere homines, quādo prae nimia tristitia quā patiuntur solent dicere, *No qui serua ser nacido.* Confirmatur, quia Iob. 3. maledixit die in qua natus est, & in qua cōceptus erat. Ego autem sic respōdeo. Hāc duo, non esse simpliciter, & esse dānatum, tripliciter posse considerari. Primō, conferendo ea inter se; tñ absq; vllō respectu ad aliud, siue ad personā dānati, siue ad iustitiā Dei, siue ad aliud; sed simpliciter consideratum, dico quod sic melius est esse dānatum, quā nō esse simpliciter. Nā tunc, non esse, non potest habere rationē boni: quia bonū fundatur in aliquo esse; non esse autē non potest habere rationē boni, nec veri, nec apparentis: cū in non esse, neq; apparentia quidem sit. Et ita intelligitur Aug. li. 3. de Trin. c. 8. cū dixit: Non esse, non est eligibile. At verō esse dānatum, licet sit malum, & magnū malum; tamen est aliquod bonum, scilicet esse, & esse intellectuū. Secundo modo potest considerari esse dānatum in ordine ad meritum dānati, ad iustitiā Dei, & ad perfectionē vniuersi; & tunc etiā melius est esse dānatum, quā non esse: nā dānatus meretur, q̄ sit semper in tormentis. Similiter iustitia Dei exigit, ut dānat⁹ perpetua poena afficiatur; idē melius est, ut ipse sit. Hoc etiā potest perfectio vniuersi, nepe ut boni semper sint in gloria, & mali semper sint in poena. Vnde dānatus secundū rectā rationem, nō potest appetere nō esse simpliciter. Tertiō, non esse, & esse dānatum, possunt considerari, non in ordine ad iustitiā Dei, sed in ordine ad naturālē appetitum dānati, & ita assero q̄ eligibilius est dānato, non esse simpliciter, quā sic esse dānatum, & in illa poena. Quod patet, quia in dānato sunt duo, & est culpa, & est offensa Dei, & est poena, & tormentum q̄ patitur. Respectu culpae, nō est dubiū, quin eligibilius sit nō esse quā culpa mortalis. Melius est enim eligere non esse, quā peccare. Respectu autē poenae (quae est grauisima duplici nomine, extēsiuē, quia est aeterna sine vlla spe remissionis, intensiue, quia est grauisima) & ita cōsiderādo esse respectu poenae eligibilius est simpliciter non esse, quā esse: ut patet Eccl. 30. Melius est mors quā vita amara, & requies sempiterna, quā lāguor per seuerans. Id est, nō esse simpliciter, quā semper esse in labore, & lāguore. Confirmatur: sicut se habet vita corporalis ad graue poenā tēporalē, ita vita perpe-

August.

August.

Caietan. Euthym. Theophil.

Matth. 1.

Iob. 3.

August.

Eccl. 30.

perpetua ad perpetuam poenam; sed ita est quod eligibilius est non haberet vitam corporalem, quā habere grauem poenam, & miseriam corporalē; ergo si eligibilius est non habere vitam temporalem, quā habere grauem poenam, & miseriam corporalem, & priuari vita tēporali, quā subire tanta mala; eligibilius etiam erit non esse sempiternum, quā esse sempiternē damnatum. Nam licet damnatus habeat esse; tamen est tantum malum poenae in illo, ut nullum gustum possit capere in suo esse, imō odit suum esse. Et hāc est sententia Augustini; nam lib. 5. contra Iulian. cap. 8. ait, de infantulis mortuis ante baptismum, se non audere affirmare melius esse illis nunquam fuisse; quā sic esse. De adultis autem qui passuri sunt graues poenas in inferno, melius est et illis non esse. Hier. hoc tenet apertissime super. 23. cap. Iob in illa verba, *Maledicta dies in qua natus sum; & super cap. 4. Ecclesi. in illa verba, Laudau magis mortuum quā vinum; & feliciorē vtroque iudicari qui nondum natus est.* Et ita tenet Bonauent. in vltima distinct. Ad argumentum autem, Non esse simpliciter non esse eligibile, quia non est bonum, nec apparens bonum. Respondetur, quod non esse simpliciter, ut sic, non est eligibile, sed quatenus per non esse careo summa miseria, sic eligibile est: quia sic habet rationem boni. Nam ut ait August. non solum est bonum quod est bonum verē; sed etiam quod habet rationem boni, quod est priuatio mali.

August.

Hieron.

Bonauent.

August.

De ijs quae acta sunt circa Dominum in domo Pilati, & Herodis.

EX tribus primis Euangelistis patet fuisse duo concilia Iudaeorum acta in domo Cayphae aduersus Dominum. Vnum noctū, alterum manē, in quibus adiudicatus est morti. Sed quia Iudaeis per leges Romanorum non licebat quenquam occidere, sed erat hęc potestas penes praesidem: idē summo manē duxerunt Iesum in atrium Pilati. Sed quæro, quare tantopere Iudaei procurabant illum occidere? Duas ob causas. Prima, ex odio, non poterant amplius ferre eius vitam. Secunda, ex metu quia verebantur si tardarent, ne aliquo modo illis eriperetur. Tertiō, ut expedita morte Christi possent melius vacare, & liberius cultui di-

uino, sine vlla cura. Et dicit Ioan. quod Iudaei non sunt ingressi pratorium Pilati, ne contaminarentur, ut possent manducare pascha. Nam ex traditione seniorum peritiam habebant Iudaei, ex ingressu in domum Gentilis contrahi immunditiam legalem quae redderet eos indignos ad esum agni. Sed hinc oritur quaestio: Nam cum Dñs pridie manducaret pascha more Iudaeorum, quomodo hoc die dicit Ioan. quod Iudaei habebant pascha manducare? Hinc enim sequitur, vel Christum manducasse pascha ante tempus legitimum, vel Iudaeos post illud tempus. Euthym. Theophil. & Chrysostr. super. 26. cap. Matth. dicunt Christum manducasse pascha vno die ante tempus legitimum. Idem censent Graeci, qui aduersus Latinos contendunt Christum consecrasse in fermentato, & non in azimo; & Iudaei manducauerunt pascha vespere illius diei, quo Christus crucifixus est. Rupertus super. 26. cap. Matth. & Burgen. ibidem, idem dicunt Christum manducasse pascha tempore prescripto secundum Legem; verō Iudaeos, post reuersionem ex captiuitate, ex decreto magistrorum Synagoga solitos manducare illud vno die post praescriptionem Legis. Iste duae opiniones sunt contrariae Euangelicae historiae, quae apud tres primos Euangelistas manifeste docet Christum manducasse pascha, quando Iudaei manducabant, & quando necesse erat secundum legem, & consuetudinem. Confirmatur, quia si Christus non manducasset pascha legitimo tempore, Iudaei exprobrassent ei hoc tanquam maximum crimen, & capitale; quomodo ergo Christus manducasset illud antequam Iudaei? Notandum, hoc nomen pascha, in Scripturis summi quatuor modis. Primō pro tota solennitate paschali septem dierum, ut Act. 12. dicitur, Herodem conclusisse Petrum in diebus Azimorum, volens post pascha producere eum populo. Sed non sic sumitur in hoc loco. Secundo modo sumitur pro agno paschali, qui immolabatur, & comedabatur quartadecima luna ad vespēram, cum ceremonijs quae Exod. 12. & Leuit. 23. mandabantur. Vnde Christus dixit. Desiderio desiderau hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar, id est, agnum paschalem: non tamen ita sumitur hic: quia Christus iam manducauerat. Tertiō, sumitur secundum D. Thom. 3. part. quaest. 46. art. 9. pro paschalibus cibis, id est, azimis panibus, sine melle.

Euthym. Theophil. Chrysostr.

Rupertus. Burgen.

Act. 12.

Exod. 12. Leu. 23.

D. Thom.



nibus, qui illis septem diebus manducabantur, & ait sic sumi in hoc loco nomen pascha: vt sit sensus: vt possent manducare pascha, id est, Azimos cibos paschales. Sed contra hoc videtur agere, quia nunquam in Scriptura reperio panes azimos nominari nomine paschatis. Secundò, neque reperitur ad esum panum azimorum opus fuisse munditia aliqua legali. Nam Exod. 12. & Leuitic. 23. describuntur omnia, quæ opus erant ad manducandum pascha, & nunquam dicitur debere esse mundos Iudæos ad edendos panes azimos. Tertio, quia illis septem diebus, nullus alius panis, nisi azimus reperiebatur in domibus Iudæorum sub pœna mortis. Quarto, sumitur pro sacrificijs paschalibus: nam per illos septem dies solent fieri certa sacrificia singulis diebus, vt dicitur Numer. 23. Horum sacrificiorum quedam cedebant in esum offerentium, sicut hostiæ pacificæ, ad quarum esum opus erat munditia legali. Vtrumque traditur Leuit. 7. & Deuter. 12. Quod autem pascha sic sumatur patet ex Deuter. 16. Et. 3. Esdra. 1. Postquam dictum est, Immolate pascha, subiungitur, dedisse Iosiam oues, & agnos ad immolandum pascha, vbi pro sacrificijs sumitur pascha, vel phas, quod idem est: Immolabis pascha de ouibus, & bobus, vbi non potest intelligi agnus paschalis pro pascha. Sensus ergo est, vt ait Tostatus, in opere defensorio, vt manducarent pascha, id est, vt possent rectè offerre sua sacrificia, & illa participare. Augustinus ait. Timebant contaminari alieno habitaculo, & non timuerunt contaminari proprio peccato. Bene de illis dicit Christus. Hypocritæ excolantes culicem, camelum autem deglutientes.

Leu. 7.
Deut. 16.
3. Esdra. 1.

Tostatus.

Augus.

Respondit eis Pilatus. Accipite eum vos, & secundum legem vestram indicate illum. Quatuor modis potest intelligi: primò vt sit dictum quasi insultando Iudæis. Nam Romani Iudæis dempserant potestatem occidendi quenquam: nam illi dixerant, Si non esset hic malefactor: & Pilatus. Quam accusationem assercis. Dixit ergo eis, si non vultis obseruare ius in accusando, sed videtur vobis sufficere vestra autoritatè, accipite ergo eum vos, &c. Secundò, quòd Iudæis exhibuerit potestatem iudicandi Christum, & afficiendi eum aliqua pœna, non tamen mortis. Nam illi dixerunt: Nobis non licet interficere quenquam. Volumus qui-

dem eum interficere, sed potestate caremus. Accipite ergo eum, & alia pœna, quæ non sit mortalis lege vestra constituta poteritis afficere eum. Tertio, Iudæi habuerunt potestatem occidendi, sed nõ morte crucis qua Christum occidere volebant: illorum enim sunt verba illa Hierem. 11. Mittamus lignum in panem eius, hoc est, crucem in corpus eius. Nam Iustinus in dialogo cum Thyphone, & Tostatus, & Hieron. sic interpretantur. Et illud Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Quarto modo, & hic mihi magis probatur, vt hoc dixerit Pilatus per indignationem: vt sit sensus. Vos petitis à me hunc hominem condemnari sine occasione, hoc non patitur lex Romanorum: nam vt dixit Festus Act. 25. consuetudo Romanorum est non condemnare quenquam, nisi prius adsint accusatores, & dato spatio reo defendendi se. Vnde apparet, istos Iudæos reddidisse legem Dei valde execrabilem, volentes condemnari aliquem sine accusatione. Responderunt Iudæi. *Nobis non licet interficere quenquam.* Difficultas est, quomodo eis non licuerit secundum leges interficere quenquam. Nam ipsi dixerunt. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori.* Deinde lex Mosayca statuerat pœnam mortis aduersus blasphemos, adulteros, homicidas, sodomitas, violatores Sabbathi, idolatras, contumaces contra parentes, & summum Pontificem. Occiderunt Stephanum, & sapè tentauerunt occidere Christum. Potest ergo primò intelligi: Non licet secundum leges Romanorum: quia ademerunt nobis potestatem inferendi mortem. Vel non licet in die festo: quia erat primus dies azimorum. Vel non licet eum afficere morte crucis, qua eum afficere cupimus: nam non reperimus legem veterem statuisse pœnam crucis vlli peccato. Quatuor crimina obiecerunt Christo. Primum, quòd subuerteret populum. Secundum, quòd prohibebat tributa dari Cæsari. Tertium, quia se fecerat Christum regem. In quo duplex crimen latebat. Primum aduersus Romanos affectati Regni alterum contra Iudaicam religionem affectando nomen Messie. Pilatus audiens arripuit vltimum, interrogans Christum. *Tu es Rex Iudæorum? Respondit. A temetipso hoc dicitis, an alij tibi dixerunt de me? Rursus Pilatus. Gens tua, & Pontifices tui, &c. Christus vero respondit. Regnum meum,*

Hier. 11.
Iustinus.
Tostatus.
Hieron.
Sap. 2.

Act. 25.

Augus.

Chryf.

Dan. 7.

Psal. 2.

Luc. 11.

non est de hoc mundo. Quasi diceret, Non li timere de Regno Romanorum. Primò, considerandum, Christum non negasse se esse Regem, imò significasse: & hoc verè intellexit Pilatus dicens. Tu igitur es Rex Iudæorum. Secundò not. Non negat Christus Regnum suum in hoc mundo, vel super hunc mundum, quod in hoc incepit, & in altero consummatur; sed dixit, non est de hoc mundo: quia non est ad similitudinem Regni huius mundi. Nam, vt Augustinus docet, per Regnum intelligit subditos, super quos regnat, & ait significare electos Christi, qui dicuntur non esse de hoc mundo: quia non sunt mundani, id est, amatores rerum mundanarum: vel non mihi seruiunt, sicut in hoc mundo seruitur regibus dando tributa. Quo significatur, electos esse super mundanos; quorum electorum conuersatio in cœlis est. Chrysostomus per Regnum intelligit potestatem, & auctoritatem Regiam; vt sit sensus: Potentia, & auctoritas mea non est de hoc mundo, id est, non habui eam, vt in hoc mundo habetur, vel per successorem carnalem, vel electionem subditorum, vel per vim. Sed Christus accepit Regnum à Deo Patre diuinitus. Vel non est de hoc mundo, id est, non est simile Regno mundano: quia non est temporale sed æternum, non corporale, sed spirituale. Vt Daniel scribit cap. 7. Vnde Psal. 2. dicitur. Ego autem constitutus sum Rex ab eo. Et Gabriel ad Virginem dixit. Et Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis. Vel sic, Regnum meum non est de hoc mundo; hoc est, non regno sicut Reges terræ, qui exigunt tributa, & capiunt vtilitatem à subditis maiorem quam subditi ex ipsis. Christus nullam ex nobis capit vtilitatem, & nos ex illo multam. Et licet Christus regnet in hoc mundo; tamen si comparatur Regnum Christi quòd est in hoc mundo, cum cœlesti, quali nullum est. Potest tamen fieri comparatio & penes subditos, inter quos non est comparatio: quia illi sunt omnes perfecti, hi pauci & imperfecti. Bona etiam quæ Christus dat in hoc mundo, cum cœlestibus comparata nulla sunt; sed sunt sicut guttula aquæ in comparatione Oceani. Hinc colligunt Theo-

logi, Christum, cum esset in hoc mundo, non habuisse potestatem Regni terreni, nec Apostolis eam reliquisse. Nec tamen ex hoc licet inferre, vel summum Pontificem, vel Episcopos, non debere habere potestatem secularem, quæ optimo iure habetur ab ipsis: nam etsi à Christo immediatè non fuerit relicta; tamen fuit eis donata à pijs Principibus. Et hoc loco dixerunt Manichæi esse duos Principes, vnum huius seculi malum, alterum verò alterius mundi bonum Deum, quia dixit Christus, Regnum meum non est de hoc mundo. *Diabolus autem dicitur huius Regni princeps, secundum illud: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Sed hoc Ioannes redarguit dicens. Et mundus per ipsum factus est, & Dauid, Domini est terra, & plenitudo eius. Pilatus hoc audiens dixit. Ergo Rex es tu? Et Christus respondit. Tu dicis, quia Rex ego sum. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Quorum hoc Christus dixit. Dupliciter potest connecti cum præcedentibus. Primò, quia Christus dixerat, Regnum eius non esse de hoc mundo; poterat ei dici. Quid ergo agis in hoc mundo? Et ad hoc respondet. Non sine causa sum in hoc mundo: quia veni ad eum, vt ostenderem hominibus huius mundi vbi sit Regnum meum, & qua via possint peruenire ad illud. Secundò (vt ait Caietanus) quia videri poterat Pilato incredibile ipsum habere Regnum, & non in hoc mundo; ne talia putes, scias me non posse mentiri, sed verum dicere: quia missus sum à Deo, vt sim testis veritatis, & doceam eam. *Ego in hoc natus sum, &c.* Hic indicat naturam humanam, quam ex Virgine accepit. *Et ad hoc veni.* Hic indicat quòd secundum naturam diuinam erat in cœlo; Sed exiit à Patre, & veni, vt testimonium perhibeam veritati. Nempè, vt testificer vbi sit veritas, vel vt confirmem veritatem. Sed quæ est ista veritas? Tripliciter respondetur. Primò, est veritas Prophetarum de Messia: & est sensus, Ego veni, vt impleam prædicationes Prophetarum. Secundò, potest intelligi veritas promissionum Dei, qui multa, & magna populo Hebræo promiserat*

Ioan. 10.

Ioan. 1.
Psal. 8.

Caietam.

rat



rat præstanda per Messiam. Quam veritatem Christus impleuit. Tertio, intelligitur doctrina coelestis in se, & omnia que homini erant credenda, & agenda, ut placeret Deo, & consequeretur vitam æternam. Hanc attulit Deus in mundum, & eam confirmavit exemplo vitæ, & multis miraculis. Quarto, intelligitur summa veritas quedam, nempe quod ipse esset Messias, & mundi Saluator, Dei filius. De his omnibus testimonium perhibuit probando se esse talem miraculis, vita, & vaticinijs Prophetarum. Si dicatur ei, Cur ergo pauci credunt tibi, si es magister veritatis? Christus occurrit huic quæstioni dicens. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Quasi diceret, omnes qui amant veritatem mihi credunt. Qui liberam à vitijs, & impedimentis terrenis vitam agunt, hi audiunt veram doctrinam ex veritate, hoc est, ex Deo: quia qui est ex Deo verba Dei audit, id est, qui amat Deum, & illi placere desiderat, iste me audit, alij verò non. Vel secundum Augustinum, qui ex Deo est, id est, electi, & prædestinati audiunt vocem meam, & cognoscunt me; sunt pauci electi, licet multi vocati. Quæstio est; Christus ait venisse ut doceret veritatem, & tamen venit ut mortem subiret pro genere humano. Respondetur, Christus principaliter venit ut saluaret homines, ad quos saluandos duo pertinebant. Primum, ut eos doceret veram doctrinam. Secundò, ut sua morte eos redimeret. Sed quia redimere homines per mortem pertinebat ad eum exsuppositione, si occideretur à Iudæis: docere autem veritatem erat simpliciter ex Deo; ideò hoc dixit, & non illud. Respondetur secundò. Quòd hæc fuit vna præcipua veritas, qua testimonium perhibuit, quòd ipse sua morte esset liberaturus hominem, ut Esai. 58. patet, quam sua morte compleuit: ideò dixit. Ad hoc natus sum, ut mortem subirem pro homine, ut hac morte mea huic veritati antea prædicata testimonium perhiberem. Pilatus dixit. Quid est veritas? Non interrogavit metaphysicè, prout verum conuertitur cum ente, ut Quid est Deus, quid summa veritas; sed quæ est ista veritas ad quam testificandam dicis te esse natum? Christus nihil respondit, non quia no-

August.

luit, sed quia Pilatus non expectato responso exiit statim ad Iudæos, ut Ioannes inuuit dicens. Et hoc dicto exiit foras. Duas ob causas non expectauit responsum. Primò, quia Pilatus interrogauit frigide, & obiter, nec curabat multum illud scire. Vel, ut ait Augustinus, cupiebat Pilatus Christum absolueri placando iram Iudæorum, & ne videretur si plurimum moraretur, comperisse vllam in eo causam mortis, statim exiit. Vel interrogauit quasi irridens responsum Christi, simul id dicens & exiens, ut solent homines responsa aliorum irridendo, exeundo ab eis replicare. Iudæi vero ceperunt clamare audientes Pilatum, qui ut facerent Christum suspectum Pilato, & exosum dixerunt ipsum esse Galileum: quia Galilæi erant seditiosi, rebelles, & bellicosi, & sæpè aduersus Romanos se rebellauerant. Vnde Iudas Galilæus, qui prohibebat tributa dari Cæsari, multum negotium exhibuit Romanis, ut dicitur Actorum. 5. & Iosephus lib. 15. antiquit. Pilatus etiam oderat Galilæos, ut Act. 13. ipse occiderat multos Galilæos, inter sacrificandum. Audiens Pilatus hæc misit eum ad Herodem. Vnde de Iudæis explicaret se ab isto iudicio sibi molesto. Secundò, ut gratificaretur Herodi, de cuius ditione erat Christus. Tertio, ut testimonio Herodis ostenderet illum esse innocentem: Sperabat enim Pilatus quòd Herodes absolueret Christum, & quia erat Galilæus, & quia innocens. Stella ait, hoc primo mane Christum fecisse primò viam à domo Cayphæ ad Pilatum, quæ continebat. 774. passus; alteram à prætorio vsque ad Herodem, quæ continebat 450. passus; postea reditus in prætorium, ita ut nec vnum temporis instans habere poterit quietum. Herodes viso Christo gaudius est valde: Vel quia multo tempore desiderabat eum videre, propter mirabilia quæ de eo audierat, vel quia sperabat se visurum aliquod miraculum ab eo, partim in gratiam Herodis, partim ut sic euaderet mortem. Tertio, propter honorem sibi illatum à Pilato, & quia sic reconcilia bantur. Sed quæ fuerunt quæ illum interrogauit Herodes? Dicunt interpretes quòd hæc. An fortè esset ille puer, quem pater suus quæruisset ut occideret. Secundò, an esset Ioannes Baptista, quem ipse de colla-

August.

Iosephus lib. 13.

Stella.

uerat.

uerat. Tertio, quærebat an essent vera miracula facta ab eo in ditione sua Galilæa. Audierat quippè quòd ambulasset super mare, quòd suscitasset duos mortuos, & quòd quinque panibus saturasset tot millia hominum. Christus autem non respondit, ne impediret mortem suam, vel differret. Secundò, quia interrogatio erat curiosa & vana, non necessaria. Tertio, propter indignitatem personæ, propter incestum vxoris fratris sui. Quarto, quia sciebat Herodem multa audiuisset à Baptistis, & nihilominus postea ei obruncasse caput. Vltimò, quia Herodes absulerat vocem eius quæ erat Ioannes Baptista, quem decollauerat. Tunc Herodes spreuit eum, & indutum veste alba remisit ad Pilatum. Nam in domibus principum iusti spernuntur, & illuduntur. Apud Græcos induebantur veste alba qui ambiebant magistratus: vnde dicebantur candidati: qua veste induebantur, & Reges, ac principes: tertio, etiam moriones, & fatui. Tractauit ergo Christum Herodes tanquam fatuum, & quod affectasset Regnum ex quadam stultitia. In Scriptura candida vestis est signum victoriæ, Apocal. 3. & 7. sancti martyres candidi vestibus induti ambulant. Secundò, est signum lætitiæ, propter immortalitatem, & gloriam coelestem: Vnde in Resurrectione, & Ascensione Christi apparuerunt Angeli in albis. Tertio, est signum Innocentiæ, & puritatis: vnde Virgines talibus induuntur, & baptizatos Ecclesia etiam albis induit. Significabatur ergo quòd Christus illa illusione merebatur hominibus victoriam de hoc mundo, & immortalitatem, ac coelestem gloriam, & puritatem, simul cum innocentia. Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus: nam antea inimici erant ad inuicem. In morte Christi reconciliati sunt, & sic solet accidere: ut inter se dissidentes conueniant, ad bonitatem & veritatem impugnandam. Figura huius fuit illud de vulpibus Sansonis, quarum cauda erant simul ad malum colligata, ubi erat ignis. Et hoc etiam fuit prædictum Psal. 2. Conuenerunt Principes aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Sed quæritur quis fuerit iste Herodes, qui illudit Christum? Epiphanius contra hæreses hæres. 78. & Sulpitius libr. 2. sacræ historiæ dicunt, hunc fuisse filium Archelai, & nepotem mag-

Apoc. 3. & 7.

Iud. 15.

Psal. 2.

Epiph.

ni Herodis, & successisse Archelao in principatu, & appellatum fuisse Agrippam, & 18. vel 20. anno Regni eius fuisse passum Christum, & ipsum regnasse viginti quatuor annis. Sed iam supra cap. 14. à principio ostendimus ex Iosepho, hoc esse falsum. Nam hic Herodes cognominatus Antipas, fuit filius magni Herodis, & frater Archelai, & fuit patruus Agrippæ, & princeps Galilææ, non Iudææ, ubi Archelaus regnauerat. Et 18. anno Regni eius passus est Dominus, & sexto, vel septimo anno post Passionem Domini, ab Imperatore Caio Caligula relegatus est in Gallias, & Regno spoliatus obiit. Pilatus autem (cùm tentasset duas vias liberandi Christum ex Iudæorum manibus: primò enim examinato Christo dixit Iudæis, nihil se reperisse criminis in illo: deinde misit ad Herodem, qui remittens illum ad Pilatum testatus est illum non esse dignum morte) sed cùm nihil profecisset, inuenit tertiam rationem liberandi Christum. Consuetudo erat, quolibet anno in paschate proponere populo duos reos mortis, ut eligerent ex eis vnum, quem vellent absoluendum. Secundum hanc consuetudinem obtulit Iudæis vtrum dimitti vellent Barabbam, an Christum? persuasum habens peti-turos potius, ut Christum absolueret quàm Barabbam. Sed contra euenit. Illi enim præoptauerunt dimitti Barabbam potius quam Christum. Primò videndum est qualis fuerit ista consuetudo apud Iudæos, vnde emanauerit. Quadrupliciter ad hoc respondetur. Primo, Cyrillus lib. 12. in Ioannis cap. 13. & Theophilactus super. 12. cap. 1. anis dicunt, hoc non fuisse præscriptum in lege, sed fuisse traditionem Iudaicam, & antiquam consuetudinem. Fortasse manarat ex eo quod Numer. 35. præcipitur à Deo, ut sint ciuitates refugij ad quas confugiant qui homicidia casu fecerunt. Et quia postquam Iudæi fuerunt subditi Romanis, non potuerunt obtinere ciuitates refugiorum. im petrauerunt ut saltim in paschate remitteretur aliquis. Secundus modus est Origenis, & Theophilacti, qui dicunt ortum habuisse hanc consuetudinem, ex eo quod 1. Reg. 14. narratur, quòd cùm Ionathas esset adiudicatus morti a patre suo propter præuaricationem iuramenti, à populo lotamen ereptus est: ex quo hæc consuetudo

Cyrrillus Theophil.

Num. 35.

origenes.

1. Reg. 14.



Historia scholast.

suetudo tæpic. Tertius est Magistri Scholasticæ historiæ, & historiæ Euangelicæ cap. 166. fuisse consuetudinem apud Iudæos, vt in festo paschatis duo agerent. Primum, vt liberarent à morte aliquem, in memoriam liberationis à seruitute Ægypti, & à cæde primogenitorum: aliud vero, in memoriam cædis primogenitorum iuebant aliquos occidi, & mori; & sic liberauerunt Barabbam, & simul cum Christo occiderunt duos latrones. Quartus est D. Thom. sup. 26. cap. Matth. non fuisse Iudæorum hanc consuetudinem, sed ex indulgentia præsidum Romanorum prouenisse, qui vt grati fierent populo, & honorarent pascha, hoc concedebant. Et quia Pilatus tunc inchoauerat suum regimen, voluit hoc indulgere populo. Quauis hoc vltimum redargui possit: Quia tunc temporis agebat Pilatus septimum annum sui regiminis. Hoc tamen est certum, fuisse antiquam consuetudinem. Nam Ioan. dicit. Est autem vobis consuetudo. Et alius Euangelista. Cum necesse esset vnum vincitum dimitti. Qui dam mystice interpretatur hanc consuetudinem, & adnotat tria, vel quatuor non contemnenda. Primò ait, Hanc consuetudinem habebat Christus in terra, & habebat in cælo: vt in diebus solemnibus maiora conferret beneficia, & plus esset liberalis: nam in Sabbatho sanabat multos, ob quod indignabantur Iudæi, & tria, vel quatuor beneficia maxima quæ fecit, in diebus maximis ea præstitit: Eucharistiã, & redemptionem nostram, in festo paschatis: Spiritum sanctum in Penthecoste misit. In cælo etiam ita facit, cum videamus Christianos cõsueuisse certis diebus pl⁹ frequentare Ecclesiam, & sacramenta. Secundò notat, hanc consuetudinem debere esse apud Christianos, vt dimittant reos, vt proximis condonent iniurias, & debita. Sed in primis postulent à Deo dimitti à morte Barabbam, id est, animum peccatorem. Tertio dicit, Christianos esse imitatores Iudæorum. Nam videt plerisque liberare Barabbam à vinculis, id est, concupiscentias suas soluere tunc ad omnia vitia, & damnare Christum: peccando enim eum quodammodo crucifigunt. Iudæi clamauerunt. Dimitte nobis Barabbam. Iste Barabbas, vt ait Matthæus, erat insignis facinoribus, & flagitijs. Ioannes appellat eum latronem simpliciter. Marcus, & Lucas dicunt eum fuisse sediciosum, &

D. Thom.

homicidam. Quod factum Iudæorum duo significabat, & futuram eorum miseriam & effectum Passionis Christi. Barabbas significat diabolum: Diabolus latro fuit quia voluit gloriam furari Deo: sediciosus, quia factum est prælium in cælum: homicida, quia primus in mortem induxit primum hominem. Inuidia enim diaboli mors introiuit in mundum. Secundò denotabat, Iudæos similes fore Barabbæ quem elegerunt. Nam vt ait Iosephus lib. 18. vsque ad finem, & de bello Iudaico, post Passionem Christi Iudæi dederunt se totos latrocinijs, seditionibus, & homicidijs, quas ob res perdit bello fuerunt à Romanis, & debellati ab eis pœnas suorum scelerum dederunt. Considera ignominiam quam Iudæi hoc facto intulerunt Christo, qui non tantum cum iniquis ab illis reputatus est, sed sceleratissimo Barabbata iudicatus est peior. Sed Deo omnia dirigente, hoc factum Iudæorum fuit propheta denotans effectum Passionis Christi. Barabbas significauit Adamum, & totum genus vitiatum, qui fuerat fur, & sediciosus, & rebellis Deo, & primus inter carnem, & spiritum induxit seditionem. Homicida fuit: quia se ipsum, & posteros necessitati moriè di subiecit. Dimissus est liber per Passionem Christi, & Christus damnatus est. Figura huius fuit Leuit. 16. de duobus hircis, quorum vnus mactabatur, alter non. Est notandũ, quòd Christus in sua Passione duos latrones liberauit, vnum tamen Barabbã à morte corporis, alterum à morte animæ in cruce. Quo significatur, per Passionem Christi liberandum esse hominem, ab vtraque morte. Iudæi persuasi ab Scribis, & Phariseis, & Sacerdotibus, non solum petierunt Barabbam, sed clamauerunt vt crucifigeretur Christus. Quomodo populus iste, qui tot Christi miracula, & beneficia viderat, qui eum tanquam Prophetam, & Messiam prædicauerat, potuit citò persuaderi vt hoc peteret, Quod nobis documentum debet esse, quanta sit leuitas & instabilitas humana. Principes hoc populo tribus persuaserunt. Primò dixerunt: In suspicionè affectati Regni iste venit apud Romanos, si vos fauetis illi, eritis in eiusdè rebellionis suspicionè. Deindè, iste facit se Messia, & est magnum dedecus Genitris nostræ, vt iste pauper, & vilis habeatur Messias, quem tantopere expectamus. Vltimò, iste minat⁹ est destructionè tæpli, & vestram,

Iosephus

Leuit. 16.

Cyrillus.

vestram, ergo non expedit, vt viuat. Cyrillus ait, ad hunc clamorem populi, Crucifige, accomodari illud Hierem. 12. Facta est mihi hereditas mea tanquam leo in sylua, dedit contra me vocem suam. Tradunt enim hunc esse morè leonis, vt cum est in sylua, & vult capere aliquam feram, edit terrificum quendam rugitum, quo audito animalia imbecilliora ibi existètia metu consternata cadunt. Vndè Scriptura ait, Leo rugit, quis non pauebit? Iudæi ergo facti sunt leones Christo: quia emiserrunt rugitum, Crucifige, qua voce Christus est damnatus ad mortem. Lingua enim eorum gladius acutus. Cum Pilatus posuisset hanc electionem Iudæis, & eorum responsionem expectasset in tribunali, vxor eius misit ad eum dicens: Nihil tibi, & iusto illi. Vel vt alij dicunt. Non pertinet ad tuum iudicium: quia ipse viuum, & mortuorum iudex est. Multa enim per visum, id est, in somno passa sum propter illum: nam mihi dormienti terrificæ somnia obiecta sunt hac nocte. Circa quod primum dubitatur, An illud somnium impeditium mortis Christi fuerit immissum à Deo, an à dæmone. Diuus Thomas super. 26. caput. Matthæi reliquit in dubio, sed magis propendit fuisse à dæmone. Magister Histor. Scholastic. Lyranus, Caietanus, & alij dicunt, non à Deo fuisse: quia Deus & Angeli boni non lebant impedire Passionem Christi, vt pote per quam erat redimendum genus humanum, sed à dæmone, qui licet antea instigauerat Iudæos ad mortem Christi; nunc fortè cepit dubitare, an esset Messias ille. Et tria dubium ipsum reddebant. Primum, miracula quæ viderat eum fecisse in horto, voce prostando Iudæos, & restituendo auriculam Malcho. Secundũ eximia patientia, mansuetudo, & humilitas eius in tantis iniurijs, & contumelijs. Tertium, quia Christus adiuratus à summo Pontifice clarè confessus fuerat se esse filium Dei. Quartò, voluebat diabolus mente quæ dicebantur à Davide Psal. 21. de Passione Domini, & ab Esai. 53. vbi dicit Messiam esse acerbissimè torquendum, sed per sua tormenta liberaturum homines. Quartò ait Magister, quia dæmon videbat sanctos Patres in limbo gaudere valde præter consuetudinem suam. Altera est opinio forsan credibilior, immissum fuisse somnium à Deo,

Amos. 3.

D. Thom.

Historia scholast. Lyranus. Caiet.

Psal. 21. Esai. 53.

per bonos Angelos: sic Origines, Hilarius, Chryso. Hieron. & Theophil. super Mattheum, & Athanas. lib. de Passione Domini: probatur primò. Quia si dæmon voluisset impedire Passionem Christi, non deberet hoc agere per Pilatum, qui cupidus erat liberandi Christum, sed per Iudæos, eos mitigando ab ira, & odio quod in eis immiserat, & ab ea cogitatione auertendo. Secundò, si dæmon voluisset tunc impedire, ergo postea non instigaret Iudæos ad crucifigendum Christum: ipse enim eum crucifixit, quia eius impulsu. Et non hoc solum docent August. & Leo, sed Pau. 1. Corinth. 2. Christus non fuit cognitus à principibus huius mundi, id est, dæmonibus; si enim eum agnouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Licet posset responderi ad hæc, quòd dæmon idèd potius Pilatum instigauit ad liberandum Christum, quia videbat illum ad id inclinatum, & facili suasu poterat ad id trahi. Iudæi autem ita obstinatè imbiberant odium aduersus Christum, quod diabolus eis immisit, vt etiam si diabolus vellet, iam non posset eos auertere. Sed quia clarè non cognouerunt Christum dæmones: idèd etiam in dubio illum nitentur liberare, nec totum suum conatum posuerunt ad eum eripiendum. Sed ad argumentum alterius partis respondetur, Christum illo somnio non voluisse impedire Passionem, sciebat enim illum non valiturum ad impediendũ Passionem, sed immisit illud ad illustriorem testificationem suæ innocentie, & ad maiorem confusionem Iudæorum. Secunda questio est, Quare istud somnium immissum fuit vxori Pilati, & non ipsi Pilato? Chryso. reddit has rationes. Prima, quia fortasse vxor dignior, & melior erat. Secunda, quia si Pilatus habuisset somniũ, non dixisset, ne qui erat iudex videretur agere personam aduocati. Tertio, quia etiã si ipse dixisset, non credidissent Iudæi: quia putassent fuisse confectum ab illo, vt liberaret Christum: Addo etiam quartũ, quia si fuisset Pilato immissum, credi potuisset illud somnium fuisse naturale, & ex naturalibus causis, non autem miraculosum à Deo: nam talia solent esse somnia nocturna, quales solent esse cogitationes, & curæ diurnæ, quæ nos premere solent, vt ait Aristoteles, Somnia esse reliquias diurnarum cogitationum: & quia Pilatus multum cogitauerat de liberando Christum; ergo. Notandum

Origenes, Hilarius, Chryso. Hieron. Theophil. Athan.

1. Cor. 2.

Chryso.

Aristot.



origenes.
Theophil.

randum est, tempore Passionis Dni neminem laborasse pro liberando eo, nisi duos Gentiles, Pilatum, & uxorem eius: quo significabatur quatenus futurus esset affectus Genuum erga Christum, qui post eius Ascensionem in celum demonstratus fuit. Ultima quaestio, Vtrum ista uxor fuerit salua facta a Christo. Origen. ait esse incertum, inueniri tamen in scripturis non publicis neque authenticis fuisse saluam, & conuersam. Theophilactus dicit, istud somnium, licet non profuerit ad liberandum Christum, profecisse tamen ad ostendendam innocentiam Christi, & ad saluandam uxorem Pilati, cui ego libenter assentio.

De flagellatione Christi.

August.

Beda.

Hieron.

VM Pilatus animaduertisset omnes rationes quas quaesierat ut liberaret Christum irritas fuisse; excogitauit aliam, ut nimirum diuissimè flagellaret Christum, ut sic moueret Iudaeos ad commiserationem dimittendi ipsum. Putant quidam Christum bis fuisse flagellatum. Primò, ante quam Pilatus ferret sententiam crucifixionis, ut narrat Ioannes: iterum verò post latam sententiam crucis, & cum iam erat ducendus ad crucem. Erat enim mos Romanorum, ut dicit Hieronymus, super. 26. caput. Matthæi, ut damnati ad crucem prius verberarentur. Et hoc videntur indicare Mattheus, & Marcus. Pilatus flagellatum Christum tradidit, ut crucifigeretur. Mihi tamen non probatur: Quia nullam Patrem alicuius nominis reperio qui hoc tradat. Itaque sequor Angustinum, qui dicit Christum flagellatum fuisse, antequam sententia ferretur de cruce, sicut narrat Ioannes. Nam Mattheus, & Marcus, hoc ipsum videntur indicare, cum dicunt, Et flagellatum tradidit eis Iesum. Graecè autem, flagellatum, est praeteriti temporis, id est, cum prius flagellasset, postea tradidit. Sed quaero, à quo fuit flagellatus? Beda ait ab ipsomet Pilato: nam hoc, inquit, tradidit Ioannes. Tunc Pilatus apprehendit eum, & flagellauit. Hieronymus ait fuisse per ministros Pilati flagellatum, & ita credo: erat enim indecorum ut praefes suis manibus flagellaret illum, id enim non poterat contingere, nisi Pilatus ex nimio odio & rabie in Christum, oblitus dignitatis suae corripuisset flagella in eum;

at verò ei beneuolebat, & cupiebat illum liberare. Secundò not. quòd flagellatus exiit vestibus, & nudus relinquitur: quod quam fuerit Christo acerbum, facillè existimabit, qui cogitet quantum esset hoc tormentum homini pudico. Sed hoc Christus pertulit, ut eius exemplo discerent sancti, cum propter Christum palam nudarentur, ferre illam verecundiam ignominiamque. Athanasius lib. de Passione Domini duas causas reddit huius rei. Prima, ut exueret Adamum tunicis pellucis quibus indutus fuerat post peccatum, quae significabant mortalitatem, & corruptionem, in quam propter peccatum inciderat, & ut nos immortalitate indueret. Secundò, exiit quia eo tempore debebat luctare cum diabolo, velut alter Iacob. Exutus ergo Dominus ligatus est ad columnam, ut habemus ex Hieronymo in Epitaphio Paul. ubi dicit, columnam ad quam Christus ligatus est ut flagellaretur, suo tempore fuisse in Ecclesia, quae erat in monte Sion in Hierusalem, & sustinebat porticum Ecclesiae, & certa vestigia cruoris Domini videntibus demonstrabat. Et idem confirmat Beda fuisse suo tempore. Tertio, tradunt periti rerum antiquarum, fuisse in more apud Romanos, ut aliter caederentur liberi, aliter serui. Liberi damnandi morte caedebantur virgis, & fustibus: serui autè & mancipia flagellis. Est autem, ait Euthym. flagellum verber ex funiculo seu loris contextum, quo dorsa damnatorum caedebantur. Dominus enim caesus est tanquam seruus, qui sicut seruus lauerat pedes, & tanquam mancipium venditus fuerat à Iuda: nam & formam serui accepit, Paulus Palatius super. 26. capit. Matthæi ait, traditum esse à grauissimis authoribus ipsum Dominum fuisse caesum tribus modis, primò virgis spineis, deinde chordis, in quarum extremitatibus erant puncta quaedam ferrea. Tertio, cathenis, quarum extrema erant adunca ad extrahendas partes carnis laceratione. Quarto, in hac flagellatione adimpletū fuisse vaticiniū Iudaei David. Ego in flagella paratus sum, & quae non rapui tunc exolvebam. Esa. 52. Disciplina pacis nostrae super es, & liuore eius sanati sumus. Disciplina, id est, flagella: pacis nostrae, id est, per quae nos sumus Deo pacificati. Et liuore eius, id est, vulneribus relictis à flagellis, nos sumus sanati. Et illud Ps. 90. de viro

Athan.

Hieron.

Beda.

Euthym.

Psal. 37.

Esa. 52.

Psal. 90.

Psal. 34.

Psal. 72.

Psal. 31.

Dent. 25.

2. Cor.

viro iusto. Non accedet ad te malū, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Id tamen contra euenit Christo, sed Christus voluit flagelliari: voluit enim flagelliari, ut promeretur iustis id quod David canit. Quintò nota Christum fuisse crudelissimè flagellatum. Patet primò: quia flagellatus est, ut commiserationem moueret in Iudaeis, quare oportuit ita flagelliari, ut posset homines quantuncunque feros emollire. Secundò, quia hoc dicit David, Congregata sunt super me flagella, id est, multitudo magna. Et alibi Fui itagellatus tota die. Nò extenuè, sed intensiue. Id est, ita saue est tractatus, ut si tota die modo ordinario fuisset flagellatus, non fuisset durius percussus. Tertio Christus voluit sustinere flagella, quae merebantur homines pro peccatis suis: vulnerat est enim propter scelera nostra; sed flagella peccatoribus debita erant multa. Vnde ait David. Multa flagella peccatoribus. Quarto tradunt Doctores, fuisse reuelatum seruis Dei numerum flagellorum quae sunt infligenda Christo fuisse quinque millia. Conuocauerunt enim totam cohortem, & vicissim flagellabant eum. Dicit aliquis. Quomodo hoc fecerunt Iudaei, cum esset contra legem aperte? Nam Deuter. 25. dicitur: Pro delicti mensura erit & plagarum modus, ita tamen ut quadragenarium numerum non excedat: ne frater tuus scedè lateratus cadat ante oculos tuos. Iudaei ergo ut seruarent legem, semper vnum flagellum ex quadraginta remittebant. Vnde Paul. 2. Cor. Quinquies quadragenas vna minus accepi. Sed respondetur quod Christus flagellatus est à Gentibus, & nò à Iudaeis, pro suo arbitrio, quibus nò erat lege Romanorum praescriptus numerus flagellorum. Hoc autem quia Sancti pie cõtemplantur nò debemus nos auerteri, licet forte nò fuerit tãtus numerus flagellorum: quia nullus hominum vnquã id ferre valuit, nec tale auditum est inter homines, licet credere debeamus mille plagis affectū Christū, id quod fuisse Pilatū ut furorē Iudaeorum mitigaret.

De coronatione Domini.

Circa hanc historiam sex sunt adnotanda. Primò, hanc coronationem factam esse ante latam sententiam mortis à Pilato: sic Ioan. docet. Quare Matth. & Marc. quiarrant eam post latam sententiam; intelligendi sunt narrare id per recapitulationē. Nec obstat quòd Matth. narrans eam ait, Tunc milites, &c. quia ut aliàs dixi, dictio, Tunc, Tom. II.

apud Matthæum non significat immediatum tempus, sed circa. fuit autem Dominus flagellatus intra praetoriū Pilati, & postea indutus suis vestibus, deinde milites duxerunt eum extrā in atrium praetoriij, ut narrat solus Marcus, ubi facta est coronatio. Tunc milites, iterū exuerunt Christū suis vestibus: & quia vestes corpori lacerato pernitus adhaererat, nò potuerunt detrahi sine maximo dolore, & quia simul aliquae partes pellis & carnis abstraheretur. Sciendū est, Dñm tempore passionis quatuor fuisse exutum vestibus. Primò, ut flagellaretur. Secundò, ut indueretur chlamyde purpurea. Tertio, quòd exutus est chlamyde, & indutus proprijs vestibus, ut bailaret crucem. Quarto, ut crucifigeretur. Secundò, nota. ubi exuerunt Christum vestibus, induerunt eum secundum Matth. chlamydem coccineam: secundum Ioan. & Marc. purpuream. Chlamys erat vestis militaris breuior pallio & abstrictior, qua milites & Imperatores utebantur. Matth. appellat rubeam, alij duo purpuream. Quod dupliciter potest intelligi. Vel ut ita fuerit purpurea, ut ille color vergeret ad rubeum: nam purpureus color varius erat & multiplex. Vel (ut ait Hiero.) erat purpurea, habebat tamē lubos coccineos, & rufos, id est, fascias ambientes extremitatē vestis: nã tali ornatu antiqui Reges utebantur. Quid autè significabat haec vestis purpurea? dico, quòd ut chlamys erat militaris vestis ad bellū, ut purpurea, erat Regia, & designabat sanguinem. Vnde significabat Christū per suam passionem pugnantē cū diabolo, & eū debellasse, & acquiruisse Regnū suum, purpura significatum: color autem rubeus & purpureus sanguinem passionis eius referunt. De eo dicitur Gene. 49. Lauauit stolā suā in vino, id est, in sanguine. Et Ioan. in Apoc. cap. 19. Vidit filium Dei habentem vestem aspersam sanguine, & scriptum in femore; Rex Regum. Et Esa. 65. Quis est iste qui venit de Edō, tinctis vestibus? Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcatiū in torculari? Tertio, imponitur capiti eius corona spinea, quā Magister historiae asserit fuisse cõtextam ex iuncis maximis, quorū acus nò minus pungit quam spina. Vnde Poeta quidam dixit. Et acutè iunci cuspidē. Cyrillus ait, Istam coronam fuisse impositam à Gentilibus: & illae spinee demōstrabāt quales tunc essent Gētiles, spinee em sunt steriles, & pungunt, & sunt materia ignis, tales erāt Gētiles ante cõuersionem, n n steriles

Genes. 49.
Apoc. 19.

Esa. 65.

Histor. scholast.

Cyrillus.



steriles bonorum operum, persecutores Christianæ fidei, mancipia diaboli. Iste tamen spinæ tactu Christi & sanguinis eius versæ sunt fertilissimæ, beneficæ, & ciues cælestis Hierusalem. Christi spinis coronati sunt figura aries, quem Abraham vidit cornibus hærentem inter spinas, quem immolauit pro Isaac. Denique Deus maledicēs terræ propter peccatum Adæ dixit. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Maledicta fuit terra, hoc est, natura humana rea mortis æternæ propter peccatum, & proferebat spinas, id est, peccata, quæ Christus cepit. Fecit sibi coronam, in qua non est principium nec finis, vt significetur, Christum omnia peccata à principio mundi vsq; ad finem deleuisse. Et imposuit capiti (caput Christi Deus) vt intelligeretur Christum sua passione virtute suæ diuinitatis deleuisse omnia peccata: quare illæ spinæ capiti Christi impostæ redduntur innoxie, & perdūt aculeū & acie: nam licet pungat, non inficiūt, imò proficiunt capiti, quibus imponuntur. Quartò dederūt ei scepterū in manu, id est arudinē. Omnia faciebāt in cōtumeliā Christi, sed Deus ad maiorem gloriam ordinabat. Arundo significabat crucem Dñi, quæ ante passionem eius erat grauissima, & non poterat portari; sed per passionē Dñi facta est leuissima, vt eā & pueri & puellæ manu gestēt (vt ait Athanasius de passione Dñi. Tradūt nōnulli arundinē habere virtutē tollēdi & interimendi serpētes: quo significatur per crucem Christi destruedū esse imperiū, & virus antiquæ serpentis. Quintò, milites mille modis illuserunt Dñm, expuentes in eum, & alapis percutientes. No. q̄ licet mille iniurijs Christū dehonestaerunt; tamen non velauerunt faciem eius, sicut fecerāt antea Iudæi in Concilio illudētes ei. Quo ostēdebatur, Christū nō absconditū facie suam à Gentilitate, sicut à Iudæis; & Gentiles visuros faciem Christi, id est, credituros in ipsum; populū verò Iudaicum non visurum, nec crediturum, quia velauerūt facie. Sextò, hic habitus Christi, secundū tropologiā duo repræsētabat. Primū felicitatē regū terre, ex auro & gemmis exteriūs, sed interiūs re vera est spinosa: quia eorū animi curis, & sollicitudinibus ac timoribus innumeris lacerātur. Habent scepterū, in facie speciosum, & gloriosum, sed re vera arundineū, id est fragile, spineū, & prope diem defesturū. Sic em̄ Regem Ægypti, vocat Dñs baculū arundineū. Induitur pur-

Athen.

Esai. 36.

pura coccinea, qui color imitat flāmas inferni: quia nisi respiscāt Reges, cōuenit eis, q̄ Sapiens dicit. Potentes potenter tormenta patientur. Subdoli & adulatores fleētunt genua ante eos, & quasi deos venerātur exteriūs, sed interiūs irrident & despiciunt illos.

Ecce Homo.

Pilatus autem Christum sic flagellatum, & illo ornatu Regio ad contumeliā indutū produxit foras spectandū populo, vt illo miserabili spectaculo mitigaret furorē populi, & animos Iudæorum fleēteret ad aliquā cōmiserationē, & dixit. *Ecce Homo.* Quæ verba multas possunt exprimere sententias, licet non omnes intenderit Pilatus. Primò, *Ecce Homo.* Id est, quē vos accusatis, quod se fecerit filium Dei & Regē, & q̄ perturbasset populum; ecce ita flagellatum, & coronatū spinis, ita miserè tractatum, despectum, & abiectum; vt non sit periculum amplius quod populus vester credat eū esse filium Dei, aut eligat eum in Regē. Secundò, *Ecce homo.* Id est, non est hic lapis aut brutum, sed est homo, id est, caro vestra, & os vestrum. Si ergo estis homines humani, nihil humani alie num putare debetis à vobis, mouemini ad cōmiserationē: nā si canē, vel equum tam malè tractatum cerneretis, miseremini illorum, cum Salomō dicat, q̄ iustus etiā iumentorum miseretur. Tertio, *Ecce Homo,* in quo ego nihil respexi dignum pœna, & tamē vt vobis gratificarer & satisfacerē, eum cōtra meā cōsciētā crudelissimè flagellauit, spinis coronauit, & mille iniurijs affeci: satis supplicij vobis dedi, nolite postulare, vt aliquid grauius cōtra ipsum faciā. Quartò, *Ecce Homo,* qui ante oculos vestros tot miracula fecit, tot vobis cōtulit beneficia, quæ vos vt sanctum & Prophetā tenebatis, quæ nuper ingredientē Hierosolymā tāto applausu, & honore excepistis, quomodo incitati estis in tā contrarium affectum? Qui multas vestrum vitā tribuit, quomodo ei vos machinamini mortē? Quintò, *Ecce Homo,* hic est qui vestros ministros vno verbo prostrauit in terrā in horro, & auriculā vnus ex illis abscessam mirabiliter restituit, qui in tantis miserijs, & contumelijs incredibilem mansuetudinē & patientiā ostēdit: quibus rebus satis demonstrauit se esse charissimum Deo, & si vellet, potētem euadere manus vestras. Quare videte, ne dum ipsum persequimini, Deum vestrum

Prover. 11.

grauissimè

grauissimè irrite mini, & huius sceleris pœnas luatis: tunc verè dici potuit illud Cantic. 3. Egredimini filia Sion, & videte Regem Saronem, in diademate quo coronauit eum mater sua. Et illud Esai. 53. Vidimus eum quasi despectum, & nouissimum virorum, quasi leprosum & humiliatum à Deo. Et illud Hier. 9. Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontē aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas veteres, quæ cōtinere nō valēt aquas. Id est, spreuerunt filium Dei, & elegerunt sibi Barabbā, vel abiecerunt Christum ne regnaret super eos, & maluerunt Casarem Regē habere. Iudæi viso Dño, sicut elephantēs viso sanguine, sauiorēs efficiuntur, atque odio & rabie cōtra eū exclamāt, Crucifige, crucifige eum. Figura fuit illud, Num. 20. Moyses bis virga percussit petrā, & fluxit aqua, qua nō solum homines, sed & iumenta satiata sunt. Sic Synagoga verbis linguæ suæ, petrā quæ est Christus bis percussit, dicens. Crucifige, crucifige, ex quo fluente exierunt, quibus non solum Iudæi sed & Gētilēs potarētur. Cur autē debeat crucifigi causantur legem suā. *Nos legem habemus, & secundū legē debet mori: quia filius Dei se fecit.* Indicant his verbis legem mortis, quæ erat lata cōtra blasphemos, & pseudoprophetas. Sed cōiunguntur falsitatis Iudæi. Primò, non fuisse blasphemum declarāt eius opera, & miracula: nā vt dixit Nicodemus, Nemo potest facere hæc signa, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et, Si mihi non creditis, operibus credite. Deinde dicunt Iudæi esse morte dignum, quia se fecit filium Dei, ergo vos Iudæi nō recipitis Messiam: nā Prophetæ prædixerunt Messiam futurum filium Dei, & sic ostentaturum; ergo. Tertio, si lex vestra, Iudæi, blasphemum occidit, at nō iubet crucifigi, sed lapidib⁹ tm̄ obrui. Ergo verum est, q̄ illorum Iudæorum linguā Deo regente, & omnia eorum dicta & facta ordinatē, ad maiorem Dei gloriam, ista ipsorum verba verā sententiā cōtineāt. nēpē q̄ Christus se fecerat filium Dei, & q̄ secundū legem deberet mori: fecit enim se filium Dei, non quin ipse fuerit filius Dei naturalis, non factus sed genitus; sed quia ipse, simul cum Patre & Spiritu sancto effecit vnā hypostasim humanitatis cum Verbo eterno, per quem factum est, vt idem esset filius Dei & filius hominis. Hoc fecit in tempore. Deinde verum est, q̄ Christus debebat mori, secundū triplicem

Cant. 3.

Esai. 53.

Hiere. 9.

Num. 20.

Ioan. 3.

Ioan. 10.

Tom. II.

legem; diuinā scilicet, æternā, & Mosaycā, & posituā ipsiusmet Christi. Secundū primam: quia lex æterna hæc est, vt peccatum non sit impunitum, & vt satisfiat diuinæ iustitiæ. Christus ergo suscepit super se peccata omnia, & voluit satisfacere pro eis quæ maximè poterat: ergo debuit mori: quia Pater ita ordinauit. Secundū mosaycā etiā: nā lex & Prophetæ prædixerunt Messiam moriturum pro redēptione hominum: vnde Christus Discipulis suis dixit, secundum leges & Prophetas sic oportuisse mori filium Dei. Pilatus cum videret implacabiles esse animos Iudæorum, & obstinato animo petere mortem Christi, accepta aqua lauit manus suas, dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Est ceremonia lauare manus, & significat, & se non consentire, & compulsum id facere. Quæ lotiō manuum profecit multum ad reificationem innocentie Christi, sed non profecit Pilato ad sui excusationem. Non enim debebat ipse postulari Iudæorum tam impijs despecti à vero iudicio. Nam Exod. 23. dicitur. Non sequaris turbam multam in faciendo malum, nec consilio plurimorum acquiescas, vt à vero deus. Quæ quia lex moralis est, ad Gentiles etiam pertinet. Quare Leo Papa serm. 8. de passio. sic loquitur ad Pilatum. Nō purgant, Pilate, contaminatum animū manus lotæ, nec in aspersis aqua digitis expiatur quod impia mente committitur. Excessit quidem culpam tuā facinus Iudæorum; sed non tu reatum euades, qui cooperatus seditiosis, dum proprium reliquisti iudicium, in crimen transisti alienum. Iudæi clamant.

Exod. 23.

Leo Papa

Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Hoc est, parati sumus nos, & omnes posteritatis nostre luere pœnas effusi sanguinis huius. Maledictio ista sit super nos. Hieron. Malam profectō hæreditatem reliquerunt filijs suis. Deprecatio Pilati significauit, mortē Christi non imputatam iri Gētilitati ad eius reprobationē: imprecatio autē Iudæorū significabat, mortem Christi illis imputandā ad perpetuā eorum damnationem. Sanguis eius, &c. Beda ait. Ultio huius sanguinis vsq; adhuc nō finit vivere Iudæos. Hieron. ait, Iudæos dicere quod peccatum hoc, propter quod tot mala patiuntur toto

Hieron.

Beda.

Hieron.

orbe, fuit idolatria. Quod tamen est falsum; nam tempore Christi non fuerunt idolatre, imò post captiuitatem Babylonicam, non amplius idolis seruiert: nã eam quæ tẽpore suorũ Regum commiserunt, per captiuitatẽ Babylonicam puniuit Deus per septuaginta annorum spatium, & placatus est: quare restat quod peccatum, ob quod tanto tempore puniuntur, fuit mors Christi. Quod significatur Amos. 2. Super tribus sceleribus Israël, & super quarto non conuertam eum; eò quod vendiderit pro argento iustum, & pauperẽ pro calceamẽtis. Tria scelera maxima cõmilit ille populus. Primũ, adoratio vituli in deserto, ob q̃ caesa sunt multa milia ex eis, & iterũ Deus est placatus. Secundu fuit, quandò repugnantes Dei voluntati noluerunt intrare terram promissionis; propter dicta exploratorum exterriti, pro quo scelere triginta & octo annos peregrinati sunt in deserto, & omnes qui murmurauerat sunt occisi. Tertium fuit cades Prophetarũ, & idolatriæ crimen tẽpore Regũ, & maximẽ Manasses (vt ait Hieremias) pro quo sunt ducti in Babyloniã per. 70. annos, sed rursus est Deus illis placatus. Quartum scelus propter quod dicit non conuertendos Iudæos, fuit, quia vẽdiderunt iustum pro argẽto, & pauperem pro calceamentis. Nam Iudas vendidit Christum triginta argenteis, quod pro calceamentis emendis nondum erat pretium sufficiens. Vndẽ & Daniel capit. 9. dixit. Post septuaginta duas hebdomadas annorum occidendum esse Christum, subdens. Et non erit eius populus, qui eum negaturus est. Ciuitas & sanctuarium dissipabitur, & vsque ad finem & consummationem manebit desolatio. Pilatus non desinebat differre condemnationem Christi quantum poterat, & reducens Dominum intra prætorium interrogauit ipsum, quis nam esset? Christo autem non respondente, factu Romano dixit. *Mihi non loqueris. Nescis quia potestatem habeo, &c.* Ex ore tuo te iudico, Pilate. Respondit Dominus. Non haberes potestatem, &c. Et quia Dominus ferẽ tacuit, quandò respondit; ostendere voluit debere esse eius responsum à fidelibus obseruandum. *Non haberes aduersum me potestatem, &c.* Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Voluit hac sententia Dominus reprimere arrogantiam Pilati. Quę sententia est difficilis. Primò, quia illud, desuper, est ambiguum, & obscurum. Deindẽ quia nõ apparet quomodo id quod

subiunxit Dñs (Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet) cohæreat cum præcedenti sententia. Sciẽdum est tamẽ dupplicem esse sensum. Primò per illud (nisi tibi datum esset desuper) in verbo Græco (anophete) significatur potestas Imperatoris Romani, quæ erat suprema cõparatione Pilati, qui omnẽ suã potestatem habebat ex concessione Tyberij. Vult ergò dicere Dominus. Ne gloriaris de tua potestate: nã eã non habes ex te, sed ad tempus acceptam, desuper à superiori Romano Imperatore. Et quia tu times offendere istam superioritatẽ Romanorum, idẽo me condemnas & in hoc peccas. Veruntamen magis peccauerunt Iudæi, qui nõ ex metu superiorum, sed ex meĩ inuidia me tibi tradiderunt ex odio. Secundus sensus est, vt desuper significet cœlo, vt Ioan. 3. & ita Græci accipiunt; vt sit sensus. Ego nõ eram subiectus tuę potestati, partim quia sum innocẽs, vt expers omnis peccati, partim quia filius Dei sum, super omnẽ potestatem & legem constitutus: sed Pater meus, vt per meã mortẽ redimeretur genus humanũ, permisit tibi potestatem condẽnãdi me, & Iudæis tradendi me tibi, quia quia tu abusus es, peccasti, sed magis Iudæi peccauerunt, quia ea sunt magis abusi. Nec moueri debetis quia dixit datum, & non permissum: nam Scriptura solet permissionem Dei explicare verbo efficiendi, dandi, & tradendi.

Quarta pars Passionis Dñi, de his que gesta sunt postquã Christus damnatus est à Pilato, ductusque in montem Caluarium & ibi crucifixus.

HÆC Quarta pars tria præcipuẽ continet explicanda. Primò, quæ acta sunt circa Christum in itinere. Secundò de supplicio. Tertio qualis fuerit crucifixio. Primum ab horto ad domum Annæ. Secundum hinc ad domum Cayphæ. Tertium hinc in domum Pilati. Quartũ hinc ad palatiũ Herodis. Quintum hinc rursus in prætorium Pilati. Sextum ex prætorio ad mortẽ Caluarie, & in his multa passus est Christus. Septimũ fuit post mortẽ ad inferos, in quo nihil est passus: quod fuit proprium eius. Alij enim omnes descendentes ad inferos patiuntur, vel poena sensus, vel saltem in voluntaria detentione in eo loco. Quæ res duo nobis indicat. Primum hoc fuisse significatum

ficatum à Iob. cap. 5. cũ dicit. In sex tribulationibus liberabit te, id est, in sex itineribus passionis, in quibus multa passus est, & in septima non tanget te malum: qm̃ in inferno non passa est anima Christi aliquod tormentum. Secundò cogitandum est sex vias inuenisse Deum, quandò mundum creauit, de quibus Prover. 8. dicitur, Dominus poscedit me in initio viarum suarum, id est, ante prima opera mundi, quę dicuntur viæ Dei. Et Iob. 40. dicitur de ciabolo. Iste est initium viarum Domini. Id est primus inter opera Dei. Dicitur ergò via opera sex dierum: quia per ea Deus quodammodo exiuit extra se. Vndẽ appellantur opera ad extra, ad differentiam operationum ad intra. In septima autem die sabbathi requieuit Dñs ab omni opere quod patrarat. Christus per has sex vias restaurauit mundum; consummato autẽ opere quieuit sicut Deus in creatione. Quidã Doctores tradunt viã à Prætorio vsque ad Caluarium fuisse mille octingẽta septuaginta duorũ passuum. Postquã ergò damnatus est Dominus à Pilato; tortores (vt tradunt Matth. & Marc.) exuerunt eũ purpura, & induerunt eũ vestimentis suis. Exuerunt eum, vt ex proprijs vestimentis agnosceretur ab omnibus, & quia mos erat, vt vestes damnatorum cederent in vsum tortorum. Sed nec hoc vacat mysterio. Traditur enim Leuit. 16. quod in festo expiationis, in quo summus Pontifex tantum bis in anno ingrediebatur Sancta sanctorum, & fiebat sacrificium pro expiatione totius populi; summus Sacerdos non induebatur pretiosis vestimentis, sed vilioribus & simplicibus, & sic pergebat ad sacrificium. Quod figura huius fuit. Christus enim acturus sacrificium, pro expiatione omnium peccatorum, exutus est regalib⁹, & indutus est vilissimis. Solet queri, si detraxerunt ab eo coronã cum purpura. Euthy. ait per milites detractam fuisse, & sine illa fuisse crucifixum. Orig. autem tract. 35. Matth. & Anselm. aiunt Dominum gestasse illam: nam reliquerunt eam ad maiorem poenam, & ne caderet à capite Christi fortius eam impegerunt, & ita pingitur, & communiter habetur; quod est magnum argumentum. Deindẽ imposuerunt humeris eius crucem, cui erat assignendus. Nam vt ait Ioan. cap. 19. Exiuit à Prætorio baiulans sibi crucem, & vt potest colligi ex Marco, portauit eam per ciuitatem, & extra posuerunt eam Cyreneo. Ioan. Gagneus super 19. Ioan. ait fuisse contra consuetudinem, vt Christus portaret crucem, sed crudeliter eos hoc fecisse. Quod mihi non probatur. Nam (vt dicemus statim) mos fuit vt qui crucifigendi erant suam crucem portarent. August. ait. Exiuit Christus portas crucem. O grande spectaculum! si spectet impietas, grande ludibrium: si spectet pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominia nocumentum: si spectet pietas, grande fidei munimentum: si spectet pietas, videbit Regem pro virga Regni lignum importare supplicij: si spectet pietas mirabitur Regem lignum portare, in quo ipse figatur, & quod luxurus erat in frontibus Regũ, in quo spernendus erat ab infidelibus, sed in quo gloriatura erant corda fidelium: adeò vt Paul. exclamet, Abiit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Portat Christus crucẽ, sicut Isaac ligna ad sui immolationem: sicut Moyses iturus ad liberandos Hebræos portat virgam manu, sicut Dauid cum baculo exiit contra Goliã gigantem. Hic sunt tria vaticinia impleta. Primum Esa. 9. Factus est Principatus eius super humerũ eius. Ipse aperit & nemo claudit, ipse claudit & nemo aperit. Tertiu est Dauid. Psal. 95. Dñs regnauit à ligno. In codicibus qui nũc sunt, Hebræis, Græcis, Latinis, non reperitur dictio illa, lignũ: verũtamẽ Iustinus Martyr in dial. cum Tryphone, & Apolog. 2. pro Christianis ait olim in versione Septuaginta fuisse à ligno, Iudæos verò odio crucis Christi expunxisse illã particulã. Ita citat Tertul. libr. 3. contra Martionẽ. Leo serm. 3. de passio. Aug. super Psal. 95. Eduxerunt autẽ Iudæi Christum extra ciuitatem crucifigendum: nam mons Caluarie, licet nunc sit intra ciuitatem; olim tamen erat extra, nam Christiani dilatarent mœnia vrbs, vt locum crucifixionis, & sepulchri intra mœnia haberent & seruaarent. Causa verò quare Dominus voluit crucifigi extra vrbs, multiplex reddi potest. Primò talis erat consuetudo apud Iudæos, vnde legitur Leuitic. 24. quendam blasphemum deductum esse extra castra, & ibi lapidibus obrutum. Secundò significatur hac re quod virtus & effectus passionis Domini non erat includenda intra Iudæos, sed erat effundenda ad omnes. Imò extra vrbs Iudæorum patitur: vt intelligatur passionem suam parum profuturam Iudæis, multum autem Gentibus. Tertio vt ostendatur, cultum & ceremonias templi Hierosolymitani cessaturas, & deinceps nõ fore acceptas Deo. Ad hoc Abel foras &

Iob. 5.

Franc. 8.

Iob. 40.

Ioan. 3.

Leuit. 16.

Euthym.

origen.

Anselm.

Ioannes

Gagneus.

nem, vt Christus portaret crucem, sed crudeliter eos hoc fecisse. Quod mihi non probatur. Nam (vt dicemus statim) mos fuit vt qui crucifigendi erant suam crucem portarent. August. ait. Exiuit Christus portas crucem. O grande spectaculum! si spectet impietas, grande ludibrium: si spectet pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominia nocumentum: si spectet pietas, grande fidei munimentum: si spectet pietas, videbit Regem pro virga Regni lignum importare supplicij: si spectet pietas mirabitur Regem lignum portare, in quo ipse figatur, & quod luxurus erat in frontibus Regũ, in quo spernendus erat ab infidelibus, sed in quo gloriatura erant corda fidelium: adeò vt Paul. exclamet, Abiit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Portat Christus crucẽ, sicut Isaac ligna ad sui immolationem: sicut Moyses iturus ad liberandos Hebræos portat virgam manu, sicut Dauid cum baculo exiit contra Goliã gigantem. Hic sunt tria vaticinia impleta. Primum Esa. 9. Factus est Principatus eius super humerũ eius. Ipse aperit & nemo claudit, ipse claudit & nemo aperit. Tertiu est Dauid. Psal. 95. Dñs regnauit à ligno. In codicibus qui nũc sunt, Hebræis, Græcis, Latinis, non reperitur dictio illa, lignũ: verũtamẽ Iustinus Martyr in dial. cum Tryphone, & Apolog. 2. pro Christianis ait olim in versione Septuaginta fuisse à ligno, Iudæos verò odio crucis Christi expunxisse illã particulã. Ita citat Tertul. libr. 3. contra Martionẽ. Leo serm. 3. de passio. Aug. super Psal. 95. Eduxerunt autẽ Iudæi Christum extra ciuitatem crucifigendum: nam mons Caluarie, licet nunc sit intra ciuitatem; olim tamen erat extra, nam Christiani dilatarent mœnia vrbs, vt locum crucifixionis, & sepulchri intra mœnia haberent & seruaarent. Causa verò quare Dominus voluit crucifigi extra vrbs, multiplex reddi potest. Primò talis erat consuetudo apud Iudæos, vnde legitur Leuitic. 24. quendam blasphemum deductum esse extra castra, & ibi lapidibus obrutum. Secundò significatur hac re quod virtus & effectus passionis Domini non erat includenda intra Iudæos, sed erat effundenda ad omnes. Imò extra vrbs Iudæorum patitur: vt intelligatur passionem suam parum profuturam Iudæis, multum autem Gentibus. Tertio vt ostendatur, cultum & ceremonias templi Hierosolymitani cessaturas, & deinceps nõ fore acceptas Deo. Ad hoc Abel foras &

August.

Esa. 9.

Psal. 95.

Tertul.

Leo.

August.

Leuit. 24.

Genes. 4.



in agro fuit occisus, vitulus & hircus expiationis extra urbem mactabantur, Leuitic. 6. Veruntamen partim ex nimia lassitudine, partim ob exanimationem corporis & effusionem multi sanguinis, non poterat eam gestare, sed subinde cadebat. Iudæi ergo auidissimi necis Christi, & veriti ne Pilatus mutaret sententiam, quam inuitus tulerat, veriti etiam tumultum populi, si retardaretur mors: denique vt magis possent vacare festiuitati illius diei, imposuerunt Christi crucem super alium hominem, & hoc factum est extra ciuitatem. Et quaeritur quomodo iste portauerit crucem Domini, an solus, an simul cum Christo? Origen. Hieronym. Euthym. Theophilact. super 27. cap. Matth. significabant solum Simonem portasse eam. Caiet. id negat, sed inquit adiuuissse Christum in portando. Nam si solus portaret, existimaretur Simonem esse qui crucifigendus erat. Luc. capit. 23. ambigüe videtur loqui, ait enim. Imposuerunt Simoni portare crucem post Iesum. Nā illud (post) potest significare quod Simon post Iesum, in loco posteriori a Christo portabat integram crucem, vel quod portabat posteriorem partem crucis, & Christus anteriorem. Vtrunque potest teneri. Prior mihi magis arridet, tum quia verba Luca hoc videantur significare. Dicit enim, Imposuerunt Simoni crucem portare post Iesum. Quo significatur solum Simonem portasse, sed sequendo Christum. Deinde credibile est Iudæos totam crucem imposuisse Simoni, vt Christus expeditius ambularet, & citius perueniret ad locū supplicij. Iste Simo hac gestatione crucis magnum quoddam mysterium denotabat. Simon significat obedientem. Paulus commendat Christi obedientiam, cū ait, Factus obediens vsq; ad mortē crucis. Illi soli tollunt crucem, qui volunt sequi Christum obediendo eius præceptis, vel cōsilijs, sicut ipse dixit. Qui vult venire post me, &c. Erat iste Cyrineus, & veniebat ex villa, id est, erat Gentilis. Est enim communis sententia omnium Patrum, istum fuisse Gentilem, & est credibile: nā nullus Iudæus potuisset compelli ad portandam crucē. Ex villa: quia Gentiles non erāt ciues, & domestici Dei, vnde dicuntur Pagani, id est, ex Pago. Marcus addit, fuisse hunc patrem Alexā dri & Ruffi. Quod narrare voluit, non solū propter maiore certitudinē historię, sed in gloria eorū. Nam dicūt istos fuisse de Discipulis Christi: & quia erat iste Gētilis, signifi-

Origen. Hierony. Euthym. Theophil.

Luc. 23.

Philip. 2.

cabatur, crucē Christi quam repudiabāt Iudæi, amplexaturos esse Gētilis. Hūc autem Simonem angariauerūt (hoc est coegerunt) vt tolleret crucem. Postea autem conuersus ad fidem Christi (quod habetur ex traditione) pro summo gaudio & honore habebat q̄ talisset crucem Christi: vt de illo dici posset sententia illa Aug. Felix necessitas quæ ad meliora compellit. Tertul. lib. contra hære-^{August. Tertull.} ses ait, fuisse heresim Marcionis, & aliorum dicentium Christum Dominum, ita præstinxisse oculos Iudæorum: vt relicto Simone cum cruce, ipse se subduxerit ex eorū oculis: ex quo euenit vt Iudæi crucifigentes Simonem arbitrentur se crucifixisse Christum. Et Mahumetani sunt in hoc errore, & irrident nos. Lucas solus narrat Christum solum iuisse ad montem Caluarię magna comitantium multitudine. Alij enim erant ministri Iustitię, alij milites, alij tortores, alij subindē Pharisęi & Sacerdotes ad illudendum ei, alij conuenerant spectandi causa, alij ex beneuolentia & amore Christi, & in hoc numero erant mulieres, quę comitabantur Dominum ad mortem. Plangebant autē illum propter atrocitatem supplicij, tūc etiam propter iuuentutem Christi, tūc quia multa beneficia ab illo acceperant. Ad quas conuersus est Dominus (nam alij indigni erant colloquio Christi) & dixit illis. *Nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros.* Nō damnat Dominus, quia flebant mortem eius simpliciter: sed quia flebant ex falsa causa, existimantes eum pati ex infirmitate & impotentia, & idē esse miserum. Deinde non tam damnat fletum earum, quā ostēdit habere ipsas maiores causas flendi, propter mala propria, quę ipsis imminebant. Quare hæretici huius seculi, non rectē ex hoc loco colligunt passionem Christi, non esse cū fletu cōmemorandam, contra antiquam consuetudinem Ecclesię, iā indē ab Apostolis ortam. Contra quos sunt duo argumenta ex Scriptura. Primō, quia beata Virgo amarissimē fleuit, & doluit de passione Christi: hoc enim prædixit ei Simeon cum dixit. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Alterum argumentum est, quia Dominus in horto, ex sola imaginaria representatione imminentis passionis, tanto more & dolore afflictus est, vt toto corpore sudorem sanguineum largissimē profuderit. Sciē dum est tripliciter desleri posse passionem Christi. Primō ex naturali compassione, qua

Lucas ait, Et ducebantur cum eo alij duo nequam.

DVÆ Cause possunt afferri, quare Christus sic crucifixus cum duobus alijs reis. Vna, quia est mos apud Iudæos, vt in magna festiuitate ad quam maxima multitudo concurreret Hierosolymam, insignes malefici supplicio afficerentur: vt id esset exemplo & terrori alijs. Altera causa: quia id impetrauerunt Iudæi, vt aiunt Patres, a Pilato ad maiorem Christi ignominiam, vt ipse tanquam Princeps malefactorum haberetur: & sic impletum est illud Esai. Ecum iniquis deputatus est. Tertio, vt sic appareret tria esse genera ferentium crucem. Quidam pro peccatis suis, sed iniuncti, & sine fructu, vt malus latro. Alij pro peccatis suis, sed patienter, & cum fructu vt bonus latro. Alij, non pro suis, sed pro alienis, & pro maiori Dei gloria, vt Christus.

De supplicio Crucis.

TAM In sacris literis quā in scripturis Gentilium hæc nomina idē significabant, lignum, patibulum, furca, crux, arbor infelix. Vilitatū enim erat apud Romanos infelici arbore esse suspendendum malefactorum. Plin. libro. 16. cap. 26. Infelices arbores existimantur ex religione damnata: quia nec seruntur, nec fructum ferunt. Ex hoc genere erant illæ vnde suspendebantur homines, præcipuē sambuceæ arbor. Nam vt refert ille libr. 29. capit. 4. solebant Romani singulis annis supplicio crucis afficere canes: quia inuadentibus Gallis Capitolium anfares concinuerant, canes verō siluerant, & viuos figebant illos sambuceæ arbori. Varijs modis solebant affici supplicio crucis. Quidam in iecto laqueo ad collum suspendebantur ex patibulo, vt modō fit. Alij è conuerso, capite in terram, & pedibus in cœlum leuatis, vt diuus Petrus. Alij stipite per alium transfixo, vt modō fit inter Turcas. Alij in cruce fortissimē distendebantur manibus, & pedibus; ita vt omnia membra distraherentur, & laxarentur, vt fertur de beato Andraæ. Alij non solum distendebantur manus, & brachia, sed clauis configebantur: quo genere mortis

Plin.

quæ haberi solet erga innocentes in magna calamitate positos. Secundō, quia cum passio Christi ordinata fuerit ad salutem omnium, fieri debet tam paucos per eam saluari. Tertio sciendum est maximē: quia causa quæ Christum adegit ad crucem fuerunt peccata nostra, vt ait Esai. cap. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras. *Quia venient dies, &c.* Prænuiciat illud excidium Hierosolymitanum factum a Tico, & Vespasiano, quod euenit post, quadragesimo anno post mortem Christi, in quo tanta mala contigerunt Iudæis, vt essent incredibilia, nisi ea narrasset Iosephus Hebræus, qui interfuit illis. *Quia si in viridi id faciunt, in arido quid fiet?* No. prius loco, Viridi, in Græco esse (Igio) id est humidi: nam humidum opponitur arido. Lignum autem hoc loco significat arborem phrafi Hebræa: nam Hebræi appellant arbores ligna. Significatur autem arbor, & viridis & florens, & fructifera, sata propē aquas. Vnde vitali humore semper alitur, vegetatur, & fecundatur, qualis est illa de qua in primo Psalmo dicitur. Erat tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Comparatur Christus huic arbori: quia ipse erat plenus gratia, & humore Spiritus sancti: arbor autē viridis propter humorem non est apta ad combustionem. Præterea, quia est fructifera non abscinditur, arida autem est idonea ad combustionem. Et huic comparatur populus Iudæicus, cuius figuram tulit siculnea, cui Christus maledixit, quia non ferebat fructum, & confestim arefacta est. Sensus ergo est, Si filius Dei talia & tanta patitur, qualia passuri sunt crudeles, & impij Iudæi? Aduertendum est illud, Faciant, ad quod referatur. Qui sunt qui faciunt. Multi Patrum existimant referri ad Romanos, id est, si Romani a vobis instigati, in me exercent crudelia, cū tamen cognoscant me esse innocentem: quomodo in vos animaduertent, propter vestras seditiones, & rebelliones? Ita Theophil. & Euthym. Secundō potest referri ad Iudæos, si Iudæi hoc faciūt in me cōtra iusticiā, quid fiet illis? Tertio referūt ad Deū, et si sit in plurali, vt sit sēsus. Si Deū hūc hominē innocentē Dei filiū, & pro peccatis alienis ita mori crudeliter permittit; quomodo aduersus Iudæos eius ira desiquiet qui facinorosi, & maximē peccatores sunt: iuxta illā Petri sententiā. Si iust? saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?

Esai. 53.

Psal. 1.

Theophil. Euthymi?

1. Pet. 4.



Domini noster affectus est. Veruntamen duo erant generales modi occidendi in patibulo. Alter per laqueum, quo suspensi & praefocati interibant, alter vero cum clavis transfigendo occidebatur. Fuit etiam mos, ut qui afflicti erant supplicio crucis, vel fures ipsi gestarent eam, unde vocati sunt furciferi, ut tradit Plinius, & Marius Carios in problematibus Romanis. Et Cicero lib. 1. de diuin. ait, Reus per crucem cum verberibus caederetur furcam ferens ductus est. Quare falsi sunt, qui dixerunt esse factum contra morem in Christo, qui coactus est portare suam crucem. Secundo, no. supplicium crucis fuisse vetustissimum: reperitur enim usitatum mille nongentis annis ante mortem Christi. Legimus in Scriptura. 2. Regum. 21. Gabaonitas concedente Davide, crucifixisse septem filios Saulis. Legimus in libro Iosue. cap. 8. Regem Chanaan captum in bello iussu Iosue fuisse suspensum in cruce. Et Deut. 21. Deus statuit, ut si quis adiudicatus morti appenderetur cruci; eodem die deponeretur. Et Num. 25. Deus iussit, ut Principes Iudaeorum, qui fornicati fuerant cum Madianitis, suspenderentur in cruce contra Solem. Et Genes. 42. Magistrum pistorum Pharaonis fuisse suspensum in cruce, sicut ei praedixerat Ioseph, a quo tempore usque ad mortem Christi fluxerunt mille nongenti anni. Ex historijs Gentilium manifestum quoque sit, fuisse in usu apud Carthagine, Graecos & Romanos. Unde solemniter erant verba illa apud Romanos. Lictor colliga manus, caput obnubilo arbori infelici suspendito. Tradunt Iuriconsulti, erectionem crucis seu furcae, in aliqua terra esse magnum signum, & argumentum capitalis & criminalis iurisdictionis, & meri imperij in ea regione. Tertio not. supplicium crucis fuisse crudelissimum, & ignominiosissimum, ut demonstrat Scriptura. Nam David sub persona sua praenuncians acerbissimam mortem Messiae, Psalm. 21. ait. Foderunt manus meas, & pedes meos, &c. Cicero in secunda contra Verrem exaggerans facinus Verri, qui ciuem Romanum sustulerat in crucem, vniuersis eloquentie suae viribus & neruis, ut ait Lactan. lib. 4. cap. 18. velut effusus totius ingenij fontibus dixit. Nefas est vincire ciuem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare, quid dicam in crucem agere? Et ait Suidas fuisse legem, & consuetudinem apud Athenienses, ut qui extra patriam, vel in exilio,

Plinius.
Marius Carios
Cicero.

2. Reg. 21.

Deut. 21.

Num. 25.

Genes. 42.

Psalm. 21.

Cicero.

Lactan.

Suidas.

vel in aliqua calamitate morerentur, nec sepulti fuissent in agro Atheniensi, sed in sepulchris eorum imaginarijs erigeretur crux lignea, in signum calamitatis eorum. Quarto not. Christum affectum fuisse supplicio crucis duas ob causas. Altera orta ex Concilio Iudaeorum, altera ex Concilio & proposito Dei. Iudaei voluerunt crucifigere Christum: ut eum crudelissima morte afficerent. Secunda, ut sic magis appareret obedientia Christi erga Patrem, charitas eius erga homines, iustitia Dei seuerissima aduersus peccatum. Exigit enim mortem crucis a Filio suo, ut satisfaceret iustitiae suae. Unde Paulus factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Tertio ut clarius appareret toti mundo potentia Dei, qui per crucem qua nihil erat contemptius, & abominabilis, saluare voluit mundum. Paul. verbum crucis (ait) Iudaeis scandalum, Gentibus stultitiam esse. No. crucem Christi constare ex duobus lignis, quo significatur, cum tres fuerint in Christo natura, corpus, anima, & diuinitas, duas tantum in passione sensisse dolorem crucifixionis, & passas fuisse, nempe corpus & animam. Praeterea alterum lignum est transversum per latitudinem, alterum a terra erectum est per longitudinem in caelum, quo significatur fructus & effectus crucis Christi diffusam iri per totam terram: quod significabat lignum transversum, & ad caelos, quod significabat supra pars crucis. Id epim Paul. ad Colossen. ait. Christum per crucem restaurasse omnia, siue quae in caelis, siue quae in terris sunt. Pars inferior defixa in terra, significabat descensum eius ad inferos per virtutem crucis, quae illuc usque penetravit. Quinto not. quod Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone ait, assationem agni paschalis gelsisse similitudinem expressam crucifixi Christi. Nam assabatur in duobus lignis, alterum rectum ab imo usque ad caput traieciatur, alterum transversum traieciatur per occiput, & in eo cornua & brachia agni alligabantur, & de sanguine eius signabantur postes signo crucis: ut Angelus interficiens primogenita Aegypti cernens illud signum, non noceret Iudeis. Et hoc vult dicere Ezechiel, eos tantum seruatos esse ab occisione, qui habebant signum Thau, quod secundum characteres Hebraeos, quibus olim utebantur Samaritani, habebat signum crucis. Idem in secunda Apologia pro Christianis ait, Signum crucis repraesentari in anthenis nauium, in instrumentis fossorum & opificum: quia habebat figuram hanc: & in volatu auium, cum expansis alis pendent in aere: in ipsa facie hominis, nam nasus inter frontem & os praeminens, reddit similitudinem crucis: quin etiam cum homo erectus expandit brachia, effingit figuram crucis. Solet homo ad quatuor extendere brachia: vel ad orandum: sic Moyses super montem oras, expansis brachijs, impetrauit Iosue bellanti contra Amalec victoriam. Exod. 13. Secundo ad amplexandum. Tertio ad luctandum. Quarto ad natandum. Legitur enim. 3. & 4. Reg. Heliam, & Helisam cum vellent suscitare duos pueros mortuos, expandisse se super eos, manus suas super manus, quae compositio corporis exprimebat Crucem, & ita suscitauerunt illos, ut recte dictum sit: Nos autem gloriari oportet. Vide plura de hoc in Commentarijs nostris super Psalm. 118. tract. 22. vers. primo: Appropinquet deprecatio mea.

Philip. 2.

1. Cor. 10.

Colos. 3.

Iustinus.

repraesentari

Exod. 13.

sanguis distillatus super Adam deleteret peccatum eius, & totius posteritatis: & ad haec accommodatur illud ad Ephes. 3. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus; quae sententia non reperitur in Scriptura, tamen a Paulo citatur tanquam Scripturae. Hanc traditionem plerique antiqui Patres, & probauerunt, & memoriae prodiderunt, Noe tempore diluuii ossa Adam recepisse in arca, & haec, acto diluuii, diuississe tribus filijs vna cum orbe, ut vnusquisque eorum partem suam ferret in regionem quam incolendam acciperet: Filio Sem quem ceteris praeficiebat, cui obtigerat Iudaea, dedit Caluariam Adam, quae condita fuit in hoc monte. Hanc traditionem commemorat Paula in Epist. ad Marcellam, quae numeratur terdecima inter Epistolas B. Hieron. Hilarius Canone. 33. in Matth. & Cyrillus Hierosolym. cathechesi. 13. dicunt montem Caluarium fuisse meditullium totius terrae, & volunt probare ex eo, Operatus est salutem in medio terrae: quod tamen dictum est phrasi Hebraea, id est, in terra, vel inter homines, qui sunt in terra, sicut alibi, In medio vestrum stetit: In medio populi mei habito, id est, inter illos. Secunda quaestio est de tempore crucifixionis. Videtur enim esse repugnantia inter Marcum, & Ioannem. Marcus enim ait crucifixum esse Dominum hora tertia. Ioannes vero dicit, quando Pilatus sedit pro tribunali, ubi refert sententiam, fuisse quasi horam sextam. Erat autem Pasche Paschae quasi hora sexta, & tradidit Christum, ut crucifigeretur. Ut autem tolleretur haec apprensio contradictio, varias rationes excogitarunt Patres, ad conciliandos hos Euangelistas: sed ex his tres potissimas dicam. Prima, quia quidam aiunt numeros istos esse corruptos, vel in Marco, vel in Ioanne. Nam Graeci designant numeros per literas, & gamma significat ternarium, & sigma significat senarium. Dicitur ergo mutatos fuisse in vno eorum. Secunda ratio est quam tradit August. tract. 117. in Ioan. & lib. 3. de Consen. Euangelistarum, cap. 13. in lib. 65. quaestionum. q. 15. & super Psal. 63. & Beda super cap. 15. Marci, & Ioan. 19. Hae autem ratio duplex est, Christum verum crucifixum esse a militibus hora sexta, sicut colligitur ex Ioanne: a Iudaeis autem crucifixus est hora tertia, quando clamauerunt: Crucifige, crucifige eum, & compulerunt Pilatum, ut ferret sententiam Crucis contra Dominum, & haec spectauit Marcus. Haec

Ephes. 3.

Hieron.

Hilarius.

Cyrillus.

De crucifixione Domini.

Quatuor Euangelistae tradunt Christum esse perductum ad locum supplicij, qui Hebraice dicitur Golgotha, siue Caluarie, ibique inter duos latrones medium fuisse crucifixum, superimposito Cruci titulo Hebraice, Graece, & Latine, continentur haec verba: Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Circa quod tractanda sunt aliquot quaestiones. Prima quaestio est, An locus crucifixionis Domini dictus sit mons Caluarie. Pro quo sciendum est, Hebraeos post reuersionem e captiuitate Babyonica detulisse secum Chaldaismum, & miscuisse linguam Chaldaicam, siue Syriacam cum Hebraea, qua omnes Hebraei vulgo utebantur: quia erat valde similis Hebraicae, & hac lingua loquutus est Dominus noster. Cur autem locus ille appellabatur Caluarie, duae sunt rationes. Prima, quia erat locus publicus, in quo danati capite truncabantur, & ex truncatione capitis appellabatur Caluarium, quare erat locus valde infamis & ignominiosus. Hanc ignominiam voluerunt Iudaei Christo Domino irrogare. Secunda ratio antiquae traditionis videtur esse, quod in eo loco sepultus est Adam, vel certe caput eius ibi fuerit conditum. Unde a Caluarie Adam dictus est locus ille Caluarie: factum autem esse magno Dei consilio, ut ibi moreretur Christus, ubi sepultus fuerat Adam: ut Christi

repraesentari in anthenis nauium, in instrumentis fossorum & opificum: quia habebat figuram hanc: & in volatu auium, cum expansis alis pendent in aere: in ipsa facie hominis, nam nasus inter frontem & os praeminens, reddit similitudinem crucis: quin etiam cum homo erectus expandit brachia, effingit figuram crucis. Solet homo ad quatuor extendere brachia: vel ad orandum: sic Moyses super montem oras, expansis brachijs, impetrauit Iosue bellanti contra Amalec victoriam. Exod. 13. Secundo ad amplexandum. Tertio ad luctandum. Quarto ad natandum. Legitur enim. 3. & 4. Reg. Heliam, & Helisam cum vellent suscitare duos pueros mortuos, expandisse se super eos, manus suas super manus, quae compositio corporis exprimebat Crucem, & ita suscitauerunt illos, ut recte dictum sit: Nos autem gloriari oportet. Vide plura de hoc in Commentarijs nostris super Psalm. 118. tract. 22. vers. primo: Appropinquet deprecatio mea.

nn 5 inter



interpretatio mihi non satisfacit. Primò, quia valde durum & violentum est interpretari apud Marcum, Crucifixerunt, pro eo quod exclamauerunt, Crucifige eum: & facit August. Marcum loqui valde obscure, & equivoce: quia secundum illum aliquando videtur verbo crucifigendi, pro vera crucifixione, aliquando pro voce crucifixionis. Sed secundò magis urget. Si quis enim considerat narrationem Marci: clarè videbit Marcum loqui de vera crucifixione facta à militibus. Altera ratio August. est, quòd Ioan. cum nominat horam sextam, intelligat non diei, sed preparationis Paschatis, nam ait: Erat autem Parasceue Paschæ quasi hora sexta: pro Pascha autem intelligendum est non Iudaicam, sed Christianam, qui est Christus, secundum Paulum: Pascha nostrum immolatus est Christus, qui cepit preparari ad immolationem hora nona noctis, quando in concilio clamauerunt Iudæi, Reus est mortis. Nam secundum Augustinum, prima hora noctis Christus dedit cenam Apostolis ultimam: & postea petijt hortu: tertia hora noctis captus est in orto: hora nona adiudicatus est morti coram Caypha. Hora prima diei ductus est ad Pilatum: hora tertia crucifixus est, ut ait Marcus: hora sexta factæ sunt tenebræ: hora nona emisit spiritum. Ergo quo tempore Christus crucifixus est, erat tertia hora diei, secundum Marcum, sed secundum Ioannem erat sexta, ex quo in concilio fuit adiudicatus morti. Hanc rationem August. non opus est multis confutare, nam ut est pia tenèdo sensum mysticum, ita secundum literalem non congruit historiae Evangelicæ. Quare dicendum est, quòd sicut apud Iudæos nox in quatuor vigiliis, ita dies in quatuor horas seu stationes diuidebatur. Quarum prima incipiens à diluculo, durabat vsq; ad horam diei tertiam. Secunda incipiens à tertia, durabat vsq; ad horam diei sextam, dicebaturq; hora tertia, eò quòd à tertia initiu sumpsit. Tertia verò pars incipiens à sexta, durabat vsq; ad nonam: dicebaturq; similiter à suo principio hora sexta. Quarta autem incipiens à nona, durabat vsq; ad Solis Occasum: dicebaturq; hora nona, vel vespera. Ad hunc enim modum diem diuidi à Iudæis solitum esse, & passim eorum literæ, & parabola, quæ de patrefamilias conducere operarios in vineam suam, quæ est Matthæ. 20. clarissimè indicat. Illic enim operarij conducti dicuntur diluculo, hora tertia, hora

sexta, hora nona, & item vndecima. Itaque iam pulchrè conueniunt Euangelistæ, qui prius dissentire videbantur. Quod enim Ioan. ait, fuisse ferè horam sextam, cum Pilatus sederet pro tribunali, satis indicat nõdum fuisse horam sextam: fuit igitur adhuc tertia hora, seu statio secunda, hoc est, ea pars diei, quæ est inter horam tertiam & sextam. Nihil igitur mirum, si tunc cum Christus crucifigeretur, nõdum fuerit hora sexta, præsertim cum aliquandiu in Cruce pependisset, antequam hora sexta fierent tenebræ. Re igitur vera Christus à militibus hora tertia crucifixus fuit: quia sexta nondum aduenerat, & re vera Pilatus hora ferè sexta sedit pro tribunali, quia tertia iam tunc maiori ex parte fuerat elapsa. Hanc sententiam etiam passionis historia confirmat: quia in ea nominatim diluculi, tertiæ, sextæ, & nonæ horarum fit mentio, cum de reliquis inter ipsas labentibus omninò taceatur. Ioannes autè dixit hora ferè sexta: quia tunc immolari solebat, & parati Paschæ, & ideo dixit Parasceue Paschæ, & nõ Sabbathi, ut figura responderet figurato: nam Christus verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. ¶ Secundò tractandū est, quomodo Christus sit affixus Cruci. Dupliciter potuit fieri. Vel ut prius Crux fuerit exaltata & infixa, deinde Christus ex aliquo tabulato superiori fuerit infixus Cruci rectus. Vel ut Christus super iacentem Crucem iactus fuerit extensus, & ita ei affixus, & deinde simul cū Cruce erectus. Tertiò notandū est, Anabaptistas tempore nostro negare Christum clavis affixum Cruci, sed tantum funibus, & ibi fuisse drisissimè distentum, & laqueo strangulatū. Probant, quia lex mortis iubebat aliquos suspendi in patibulo; sed non reperimus iussisse ut crucifigeretur aliquis; ergo. Deinde, mos Iudæorum erat suspendere in ligno, non autem clavis figere, unde dicitur, Maledictus qui pēdet in ligno. Verumtamen Christum fuisse clavis affixum certum est, non solum certum, sed tanquam dogma fidei tenendum. Patet ex Psalm. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos. Rabbinus deprauauerunt hunc locum: nam pro, foderunt, quod Hebraicè est, Canech, ipsi supposuerunt, Carich, quod est sicut leo: & sic habet quædam paraphrasis Chaldaica, quæ fertur nomine Ionathæ. Sed hoc esse figmentum Iudæorum, patet duplici argumento. Primò, quia trecetis annis ante Christum. 70. Interpretes verterunt, Foderunt. Secundò

Hieron. Secundò, D. Hierony. non solum vertit ita, sed nec meminit esse vllam aliam lectionem apud Hebræos: quare tempore Hieronymi nõ erat ista lectio. Vltimò, istimet Rabbinus fatetur in multis codicibus emendatis, præcipuè Hispaniensibus legi Coruch, id est, foderunt, sicut testatur Masoreth. Secundò patet manifestè, quia Lucas. 24. discipulis non credentibus ipsum esse, ostēdit eis loca clauorum. Et Ioan. 20. Thomas dixit: Non credam nisi videro fixas clauorū. Vltimò narrat Theodorus lib. 1. hist. Eccles. cap. 8. beatam Helenam, simul cum Cruce reperisse clauos, quibus Christus affixus fuerat, & vnum clauum imposuisse in galea sua Constantinum, alium imposuisse in freno equi, quo utebatur in bello, ut sic esset saluus contra hostes, tertium misisse in mare, ut propitius esset. Et tunc adimpletum est illud Zachar. 14. In illa die erit quod est super frenum equi, sanctū Dño Deo. Tandem dubium vocari solet, an quatuor vel tribus clavis fuerit affixus Christus. Tribus solet pingi communiter, ita ut ambo pedes vno clavo transfixi fuerint. Verum ex alia parte videmus antiquissimas Christi crucifixi effigies cum quatuor clavis: ita ut ambo pedes seorsum fuerint transfixi, vtrum autem sit verius incompertum est nobis, licet multi viri docti teneant quatuor fuisse confixum clavis Christum Dominum in Cruce. Nam præterquam quòd hoc fuisse in more verisimile est, etiam adiuuabat ad maturandam necem Christi, quem ipsi volebāt quam celerim occidere. Nam vno clavo vtrumque pedem perfodere, nimis operosum esset. Quod autem dicunt Anabaptistæ, non fuisse in more Iudæis crucifigere, repellitur primò: quia legitur. 2. Reg. 21. Gabaonitas, concedente Dauide, crucifixisse septem filios Saulis. Deinde si non fuisset in vltimo hoc supplicium, Iudæi non clamassent, Crucifige, crucifige eum. Ad hæc licet lex expressè non habeat hanc poenam crucifixionis: tamen non excludit eam, sed generaliter amplectitur. Nam suspendere in patibulo, potest fieri dupliciter, vel funibus alligando, vel clavis infigendo: nam etiam Ecclesia canit de Christo: Suspendus est patibulo. Vltimò dicimus: hoc supplicium crucifixionis non intulisse Iudæos, sed Pilatum: Iudæis enim erat adempta potestas capitalis. Apud Græcos autem, & Romanos erat in vltimo hoc supplicium, quod indicat verbū, Crucifigo, subigo, quo vtuntur antiqui Romani. Et

Plutarchus in Apothemagtis, pro verbo, crucifigo, vtitur verbo Græco, Profilotho, quod significat clavis figere: nam, illos, significat clauum.

De titulo Crucis.

Quarta quæstio de titulo Crucis. Hunc titulum omnes Euangelistæ tradiderunt, sed non eodem modo. Marcus, Rex Iudæorum. Lucas, Hic est Rex Iudæorum. Matthæus, Hic est Iesus Rex Iudæorum. Ioannes, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Fuisse titulum talē, qualem Ioannes scripsit, patet primò: quia Ioannes scripsit post omnes alios, & præfens affuit in crucifixione Christi, & legit ipsum titulū. Secundò, quia titulus Crucis, qui est Romæ in templo Sanctæ crucis, sic habet, ut Ioan. scribit. Sed cur iussit hunc titulum Pilatus scribi, & superimponi Cruci Christi. Tradunt quidam fuisse à Romanis, vel lege cõstitutum, vel consuetudine vsurparū, ut in loco supplicij palam proponeretur causa dānationis cuiuslibet: ne vel iudici liceret quenquam innocentem, & incognita causa damnare, ut palam esset omnibus, qua causa quæ morte afficiebant, esset morte damnatus. Verba huius tituli continent causam verisimam mortis Christi triplicem. Nam primò mortuus est Christus: quia est Iesus, id est, Saluator: venit enim saluū facere populum à peccatis eorū. Remissio autem peccati debebat fieri per sanguinem eius: nam in huius figuram, ut pōderat Paul. ad Hebræos, in veteri Lege nullius peccati fiebat remissio sine effusione sanguinis. Deinde quia, Nazarenus, id est, flos, germen, sanctitas, ut suo sanguine rigata, & fecundata Ecclesia floreat, & germenet omne genus sanctitatis. Rex Iudæorum. Hoc Regnū super credentes acquirere debuit per sanguinem. Vnde Paul. Empti estis pretio magno, &c. Et Petrus: Redempti estis, non corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine filij Dei. Cuius figura fuit Sanson, qui morte sua plures hostes populi Dei occidit, quam viuus. Quam fuerit gloriosum Christo Domino mori, pro victoria populi Dei, potest probari exemplis Gentiliū. Celebrabatur maximè apud Græcos factum Regis Codri vltimi Atheniensium, qui quoniam oraculo Apollinis traditum erat, victoriam fore penes eum populum, cuius Rex interfectus esset, ipse pietate & amore suorū, sumpto habitu vilissimo, & in-

Ioan. 20.

Zach. 14.

2. Reg. 21.

Psalm. 21.

Hebr. 9.

1. Cor. 6.

1. Petr. 1.

Iud. 16.

Codrus.



& ingressus in castra hostium incognitus ab illis est occisus, & sic victoria fuit penes Athenienses, propter quod tanquam Deum coluerunt eum. Scriptus est autem titulus tribus linguis, hoc est, semel secundum quilibet lingua totus. Primo Hebraice: secundo Graece: tertio Latine, ut videre licet in titulo eodem. Fecit hoc Pilatus, ut quoniam in illo festo Pasche multi ex varijs mundi nationibus, conuenerant Hierosolymam, posset ab omnibus legi & intelligi. Factum tamen fuit hoc magno Dei consilio. Primo, ut sic declararetur qualitas Regni, quantum ad rei amplitudinem & excellentiam. Sicut enim istae tres linguae erant per uniuersum orbem diffusae: sic Regnum Christi erat dilatandum toto orbe, quantum ad excellentiam Regni Christi, quae erat futura quadruplex. Nam in lingua Hebraea denotabatur antiquitas & sanctitas illa: quoniam sicut illa lingua loquutus est Adam, sic Regnum Christi est omnium antiquissimum ab Adam & Abel. Alia Regna coeperunt ducentis annis post diluuium. Sanctitas uero in solo Christi Regno est; loquutus est enim sanctis Prophetis. In Graeco, in quo erat sapientia & eloquentia, denotabatur, in Regno Christi futuram ueram doctrinam, & praedicatores eius adeo eloquentes fore ut persuasuri essent toti mundo suam doctrinam. In Latino potentia, gloria, & extensio, atque duratio denotabatur.

Quinta pars Passionis Domini. De septem uerbis Domini pendens in Cruce.

Notissima uerba quae Christus in Cruce pendens loquutus est paulo prius quam sanctissimam animam ageret: fuerunt hoc ordine septem ab eo prolata. Primum: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Secundum latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Tertium Matri suae: Mulier, ecce filius tuus, & discipulo, Ecce Mater tua. Quartum: Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me? Quintum: Sitio. Sextum: Consummatum est. Septimum: In manus tuas commendo spiritum meum. Ex his primum, secundum, & ultimum Lucas solus tradit: tertium, quintum, & sextum solus Ioannes: quartum uero soli Mattheus, & Marcus.

De primo uerbo.

Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Beatus Irenaeus lib. 3. contra haereticos.

ses, cap. 20. ponderans haec uerba, obstupescit incomparabilem Christi misericordiam & clementiam, qui excusat eos, a quibus occiditur, & eis ueniam postulat a Patre. Bene (inquit) praeslitit opere quod docuerat uerbis: Diligite inimicos, &c. Christus in Cruce agebat Pontificem immolans seipsum Patri: munus autem Pontificis, ut ait Paulus ad Hebraeos. 9. erat orare pro populo sui ignorantia. Tunc uere impleuit illud Esai. 53. Et pro transgressoribus deprecatus est. Hinc apparet uerum esse illud Paulus. Hebr. 12. sanguinem Christi melius clamare, quam sanguis Abel: quia hic uindictam, ille uero misericordiam clamauit & ueniam. Queritur an Christus in hac oratione fuerit exauditus, nam fuisse exauditum probatur ex c. 5. ad Hebr. ubi Paulus ait, Christum in Cruce orasse cum clamore valido, & lacrymis, & pro sua reuerentia fuisse exauditum. Confirmatur, quia haec petitio fuit absoluta, non conditionata: ergo profecta est ex uoluntate absoluta, quae secundum Theologos semper impletur. Unde in electis adimpleta est.

Sed circa illud, Nesciunt quid faciunt, queritur, an Iudaei cognouerint Dominum fuisse Messiam, & filium Dei, & ita ex malitia occiderint illum: an uero ignorauerint hoc, & ex ignorantia illum interfecerint? utrunque enim ex Scriptura uidetur ostendi posse. Quod peccauerint ex ignorantia, patet: quia Dominus dixit, Nesciunt quid faciunt. Secundum ex illis uerbis Petri Acto. 3. Scio, fratres, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri. Tertio ex Pauli. 1. Cor. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Quarto ex uerbis Domini Ioan. 8. Neque me scitis, neque Patrem meum scitis, dixit Iudaeis. Beda super. 12. c. Matth. & 23. Lucus clare docet principes Iudaeorum cognouisse Dominum esse Messiam, & filium Dei, & peccasse ex malitia. Euthymus super. 23. cap. Lucam ait traditum esse a quibusdam, uerba haec Christi non fuisse dicta de Iudaeis, sed de militibus Romanis, qui eum crucifixerunt. Illi enim ignorantes oracula Prophetarum, & miracula Christi peccauerunt ex ignorantia. Sed ipse super. 21. c. Matth. ait, Iudaeos praecipue maiores, cognouisse Christum esse Messiam, sed non cognouerunt esse filium Dei. D. Thomas. 3. p. quae. 47. art. 5. ait, maiores Iudaeorum cognouisse illum esse Messiam, ignorasse tamen esse Deum; sed hanc ignorantiam fuisse affectatam. Si enim uoluissent aduertere ad eius opera, ex illis

Hebr. 9. Esai. 53.

Hebr. 12.

Hebr. 5.

Acto. 3.

1. Cor. 2.

Ioan. 8. Beda.

Euthym.

D. Thom.

illis hoc euidenter cognouissent, minores uero neutrum cognouisse de Christo. Nam et si antea, uisus eius miraculis, de hoc dubitauerint, uel etiam crediderint; tamen postea uidentes eius uilitatem & miseriam, maxime uero persuasi a suis Doctoribus, non crediderunt esse Messiam. Caiet. super. 22. cap. Lucae, super illa uerba: Si dixerit uobis non credetis mihi, ait, ne ipsos quidem principes cognouisse ipsum esse filium Dei, aut Messiam. Illud autem quod dixit Petrus Acto. 3. Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri, duplicem sensum habere potest. Primo, ambo fecistis per ignorantiam, sed dissimilem; uos per crassam, illi per affectatam. Sed hic sensus bene consideranti locum non placebit. Tum quia sic uideretur Petrum luisse ambiguitate uocabuli ignorantiae: tum etiam, quia Petrus hoc dixit, uolens quodammodo excusare populares a peccato crucifigendi Christum: at ignorantia principum nullo modo erat excusabilis. Secundus sensus magis germanus est, ut illud, Sicut principes uestri, non iungatur cum illo uerbo, fecistis, ut sit sensus, Christum uos crucifixistis, sicut principes uestri crucifixerunt, hoc est, uos persuasi a principibus, sequuti eorum auctoritatem & exemplum, fecistis quod uidebatis eos facere; existimantes uos debere facere quod fecerunt uestri maiores.

Caiet.

Chryf.

August.

Secundum uerbum: Hodie mecum eris in paradiso.

Incipit Matth. & Marc. scribant, latrones qui cum Christo crucifixi sunt, impropere illi, & propter hoc Chrysofostomus. Hieronymus. Theophilus. & Euthymus super. 27. Matth. tradant ambos latrones ab initio fuisse infideles, sed postea alium esse conuersum; at tamen multo credibilis est quod tradit Augustinus lib. 3. de Consensu Euangelist. cap. 18. Matth. & Marc. posuisse plurale pro singulari, & re uera unum tantum latronem impropere Christo, alterum uero ab initio fuisse fidelem. Enarratio Lucae facile id persuadet, unus impropere illi, & alter increpabat illum. Quae fuerit admiranda fides, & confessio huius latronis, tribus ex rebus existimari potest. Ex eo quod primum est confessus summam innocentiam Christi, dicens: Hic autem nihil mali fecit. Secundum, absolute agnouit eum esse Dominum, dicens: Domine. Tertio, esse Regem, & habere Regnum coeleste, dicens: Cum ueneris in Regnum tuum. In quo implicite confessus est eum esse Deum uerum. Quarto, habere eum potestatem dandi cui uult Regnum coeleste. Memoro mei, quasi dicat, Admitte me in Regnum tuum, fac me participem. Secundum existimandum est ex circumstantiis. Tunc enim ipse istam confessionem fecit, quando ipse erat in maximis cruciatibus, & doloribus morti proximis, coram Iudaeis capitalibus inimicis Christi, quando plurima apparebant argumenta, quae contrarium demonstrabant de Christo. Vltimo, quando intimi & amici eius non solum non ausi fuerant eum confiteri, sed etiam perfidiose negauerant, & Petrus negauit, & alij fugerunt. Tertio, quia sancti Patres hanc confessionem summam laudibus praedicant, & in caelum efferunt. Cyrillus. Chrysofostomus. homi. de beato Latrone. Chrysofostomus. homi. de Cruce, & Latrone. Augustinus. serm. 139. Leo Papa serm. 2. de Passione. Si quaeratur unde iste latro tantam fidem de Christo conceperit? Hieronymus super. 21. cap. Matth. respondet, quod ex prodigijs uisus, circa mortem Domini. Verum narratio Lucus perspicue ostendit confessionem latronis fuisse ante illa prodigia. Leo Papa ait, latronem nulla ratione, uel signo externo fuisse ad hoc motum; sed tantum interiori illuminatione Spiritus sancti. Ego ita sentio principalem causam istam fuisse gratiam Spiritus sancti interiori illuminationis, & mouentis: nam ut dicit Dominus: Omnis qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me. Potuit Dominus isti dicere, quod antea Petro: Beatus es Simon Bariona: quia caro, &c. sed Pater meus, &c. Cyrillus ubi supra ait, hunc latronem ante omnes sanctos ueteris Testamenti fuisse factum participem beatitudinis aeternae, & hoc etiam alij tradunt. Augustinus libro. 1. de Anima & eius orig. cap. 9. c. testimonio Cypriani confirmat, hunc latronem fuisse martyrem. Quod tamen intelligendum est ample sumendo tale nomen. Iste enim moriens confessus est fidem Christi, & ita quodammodo martyr: uerum non est mortuus pro confessione istius fidei, quod requiritur ad ueram rationem martyrii. Ait Augustinus non incredibiliter dici a multis, istum latronem aqua quae fluxit ex latere Domini, fuisse perfusum & baptizatum. Habuit iste, praeter interiori illuminationem, famam praetitorum miraculorum Christi, miram patientiam & mansuetudinem in tormentis, summam charitatem erga inimicos.

Sed

leste, dicens: Cum ueneris in Regnum tuum. In quo implicite confessus est eum esse Deum uerum. Quarto, habere eum potestatem dandi cui uult Regnum coeleste. Memoro mei, quasi dicat, Admitte me in Regnum tuum, fac me participem. Secundum existimandum est ex circumstantiis. Tunc enim ipse istam confessionem fecit, quando ipse erat in maximis cruciatibus, & doloribus morti proximis, coram Iudaeis capitalibus inimicis Christi, quando plurima apparebant argumenta, quae contrarium demonstrabant de Christo. Vltimo, quando intimi & amici eius non solum non ausi fuerant eum confiteri, sed etiam perfidiose negauerant, & Petrus negauit, & alij fugerunt. Tertio, quia sancti Patres hanc confessionem summam laudibus praedicant, & in caelum efferunt. Cyrillus. Chrysofostomus. homi. de beato Latrone. Chrysofostomus. homi. de Cruce, & Latrone. Augustinus. serm. 139. Leo Papa serm. 2. de Passione. Si quaeratur unde iste latro tantam fidem de Christo conceperit? Hieronymus super. 21. cap. Matth. respondet, quod ex prodigijs uisus, circa mortem Domini. Verum narratio Lucus perspicue ostendit confessionem latronis fuisse ante illa prodigia. Leo Papa ait, latronem nulla ratione, uel signo externo fuisse ad hoc motum; sed tantum interiori illuminatione Spiritus sancti. Ego ita sentio principalem causam istam fuisse gratiam Spiritus sancti interiori illuminationis, & mouentis: nam ut dicit Dominus: Omnis qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me. Potuit Dominus isti dicere, quod antea Petro: Beatus es Simon Bariona: quia caro, &c. sed Pater meus, &c. Cyrillus ubi supra ait, hunc latronem ante omnes sanctos ueteris Testamenti fuisse factum participem beatitudinis aeternae, & hoc etiam alij tradunt. Augustinus libro. 1. de Anima & eius orig. cap. 9. c. testimonio Cypriani confirmat, hunc latronem fuisse martyrem. Quod tamen intelligendum est ample sumendo tale nomen. Iste enim moriens confessus est fidem Christi, & ita quodammodo martyr: uerum non est mortuus pro confessione istius fidei, quod requiritur ad ueram rationem martyrii. Ait Augustinus non incredibiliter dici a multis, istum latronem aqua quae fluxit ex latere Domini, fuisse perfusum & baptizatum. Habuit iste, praeter interiori illuminationem, famam praetitorum miraculorum Christi, miram patientiam & mansuetudinem in tormentis, summam charitatem erga inimicos.

Ciryllus.

Euseb.

Chryf.

August.

Leo Papa.

Hieron.

Leo Papa.

Leo Papa.

Ioan. 10.

Ciryl.

Ciryl.

August.

August.

August.

August.

August.

August.

August.

August.

August.

August.



Sed circa illud: *Hodie, &c.* notandum est primo, quanta sit bonitas & benignitas Dei erga peccatores verè poenitentes; quibus tam cito, tam liberaliter, & perfectè condonat peccata, non solum quoad culpam, sed quoad omnem poenam, & plus tribuit quam quod petitur ab eo. Vnde Ambrosius ait: Mos est Domini, ut plus tribuat, quam rogetur. Nam latroni non solum promittit se memorem eius futurum, quod petierat; sed etiam illum eodem die secum in paradiso futurum. Exclamat Leo & ait: Excedit conditionem humanam ista promissio, nec de ligno Crucis, sed de throno editur maiestatis. Secundò est notandum, quanta sit vis verè poenitentiae, quae etiam in extremo vitae momento fructuosa est. Nunquam poenitentia fera est, etiam qui vocatur undecima hora, si in illo tempore pauco bene se gesserit, denarium diurnum promerebitur. Nusquam enim legitur Deum praescripsisse terminum in Scriptura ad poenitendum; sed in quocumque momento, &c. Hoc exemplum latronis admittit maxime peccatoribus omnem cogitationem desperationis. Restat declarare quid sibi velit illud, *In paradiso*. Iustinus Martyr ad quaest. 76. Orthodox. ait, hoc loco per paradysum intelligi debere terrestrem, à quo eiectus fuit Adam. Hoc etiam confirmat Irenaeus lib. 5. in Hierem. & probat testimonio presbyterorum Asiae, qui fuerunt discipuli Apostolorum. Hoc autem probatur dupliciter. Primo, quia nomen paradysi in Scriptura significat locum deliciarum, in quo positus fuit Adam Genes. 2. nec potest hic significare Regnum caelorum: quia Christus non nisi post quadraginta dies ascendit ad caelos. Probat secundò, quia existimant omnes animas iustorum ante diem iudicii retineri in paradiso, nec admitti ad visionem beatificam. Haec sententia reprobanda est. Primo, quia post diluuium non remansit paradysus hic terrestris, ut plures Patres docent. Secundò, nituntur alio fundamento falsissimo, scilicet, quod animae iustorum ante iudicium non videant Deum: quod damnatum est in Concilio Florent. sub Eugenio. IIII. Tertio, utuntur falsa ratione. Existimant enim nomen paradysi in Scriptura non sumi nisi pro illo terrestri. Quare est considerandum hoc nomen paradysi proprie significare generaliter quemlibet locum corporalem, amoenum, plenum delitijs, aptum ad oblectandum homines. Et quod non solum ille Adà sic appellatur in Scriptura, patet.

Ambros.

Leo.

Iustinus.

Irenaeus.

Genes. 2.

Nam Genes. 13. terra Sodomae, & Gomorthae dicitur fuisse sicut paradysus. Et in lib. Eccles. c. 2. dicitur Salomonem fecisse hortos, & pomaria, pro quo Septuaginta trãstulerunt paradysos. Vnde est nomen Persicum, & inde desumptum est. Nam horti, in quibus delitiabantur Persarum Reges, paradysi dicebantur, ut patet in Xenophonte. Per similitudinem autem nomen paradysi transfertur ad denotandam gloriam caelestem. Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei. Et. 1. Cor. 12. ait Paul. raptum fuisse in paradysum, & in tertium caelum. Ultima interpretatio horum Patrum clarè repugnat illi verbo, *Hodie*. Nam illo die Christus non fuit in paradiso terrestri: quoniam statim post mortem anima eius descendit ad inferos, nec ascendit super terram, nisi triduo post in resurrectione. Nec illud, *meum*, potest referri ad suppositum diuinum: quia esset friuola locutio: nam suppositum hoc & diuinum idem est, & ubique: & multò minus ad corpus; ergo. Nos autem cum Augustino Epist. 52. ubi hunc locum exponit, dicimus, per paradysum intelligi felicitatem aeternam, quam Dominus noster statim largitus est latroni post mortem.

Genes. 13.

Xenoph.

Apoc. 2.

1. Cor. 12.

Tertium verbum: Mulier, ecce filius tuus.

Hoc dictum Christi solus Ioannes narrat: voluit enim supplere quod omisum erat ab alijs, & etiam quia ad ipsum pertinebat, & in eo cernebatur quantum Christus dilexisset Ioannem, cui commisit id, quo nihil in terra habebat charius & pretiosius. Solet Ioan. esse valde diligens in narrando ea quae Christus egit, vel dixit, quo significauit praecipuum, & singularè amorem erga ipsum Ioannem. Tollenda sunt primum quaedam, quae videntur diaphonia inter Euangelistas. Nam Marcus, & Lucas dicunt sanctas mulieres longè fuisse à Cruce Domini. Ioannes verò ait, fuisse iuxta Crucem. Sed tollitur: primo secundum Augustinum, & Diuum Thomam, iuxta, & longè, dicuntur respectiue, quare respectu diuersorum idem potest esse longè, & iuxta: quia erant in conspectu Christi, quem & videre poterant, & audire loquentem. Erant tamen longè, respectu tubae, Centurionis, & militum, qui viciniore erant Cruci. Quare Augustin. quoniam habebat Ioan. sua & propria, dixerat enim cum alijs, Ecce nos reliquimus. Responder August. illud, Sua,

August. D. Thom.

August.

non

non significat praedia, non palatia, sed in sua, id est, in suam curam, ut illi inferiret, & famularetur, & omnia officia praestabat, quae à filijs praestari solent parentibus. Nizephorus lib. 2. Ecclesiast. histor. cap. 3. refert ex antiqua traditione, Ioannem vendito patrimonio, domum emisse in monte Sion, in qua Dominus egit ultimam Coenam; & Beata Virgo usque ad mortem suam habitauit in ea: ubi Dominus apparuit, ianuis clausis, in quam descendit Spiritus sanctus, & fuit prima Ecclesia consecrata ab Apostolis (ut ait Cyril. Hierosolym.) Ego cum August. credo non habuisse domum.

Nizeph.

Cyrl.

De quarto verbo Domini: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.

Hoc narrant soli Marcus, & Matheus, & dicunt fuisse prolatum à Deo circa horam nonam, ipse autem expirauit completa hora nona. Sumpta autem sunt ex Psal. 22. secundum lectionem Hebraicam. Nam lectio Graeca, & Septuaginta, & nostra sic habet: *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti?* Et quia Dominus initium huius Psal. applicuit ad se; significauit plerumque illius Psalms in sensu literalis pertinere ad illum, sicut sunt illa: *Omnes videtes me, deriserunt me, &c. Et illud: Pederunt manus meas, &c.* Sed quaeritur quomodo dicatur Deum dereliquisse Christum. Nam haec verba dederunt nonnullis occasionem errandi. Euthychiani (existimantes Christum non habuisse animam, sed Verbum fuisse corpori vice animae, unde Christus mortuus est, per separationem Verbi à corpore) dicunt, quod Christus significauit appropinquare mortem suam, discedente Verbo à corpore. Nestorius putauit, non fuisse vnitum Verbum homini Christo substantialiter, & personaliter; sed tantum accidentaliter, videlicet dum vixit, in morte autem discessisse ab illo. Illud nobis facessit negotium, quod duo sanctissimi Patres, Hilar. Can. 33. in Matthaeum, & Ambros. lib. 10. Comment. in Lucam, dixerunt his verbis significasse Christum disfidium, & discessionem Verbi à carne. Quae verba si sicut sonant accipiantur, continent sententiam haeticam. Nam Verbum fuisse separatum, siue à corpore, siue ab anima, est contra fidem, & contra rationem. Contra fidem: quia in Symbolo Apostolorum proponitur credendum filium Dei sepultum

Hilar. Ambros.

esse, descendisse ad inferos, à mortuis resurrexisse; quod non potest esse verum, alio stante. Ideo quippe hos articulos fatemur: quia filius Dei erat vnitus corpori personaliter, & ideo dicimus fuisse sepultum. Et quia animae etiam personaliter vnitus erat, confitemur descendisse ad inferos. Et quia vtrique erat vnitus, ideo resurrexisse. Contra rationem: quia ratio Theologica cogit nos fateri hoc. Si enim gratia adoptionis simul data homini, non auferretur ei sine eius culpa, quanto minus gratia vnionis, quae & maior est, & sic permanentior, data Christo non debuit ei auferri sine culpa eius? At Christus nullum peccatum fecit; ergo. Sed quia illi Doctores valde Catholici fuerunt, ideo eorum verba ad bonum sensum sunt reducenda. Voluerunt igitur significare, Verbum discessisse à carne, non quidem soluendo vnionem hypostaticam; sed permittendo Christum tot tormentis affligi, & ita crudeliter mori. Et habuit se per modum discedentis, non prohibendo tormenta, & nullum ei solatium, seu adiuuamen praebendo. Sed ex tract. 35. Origin. in Matth. eliciuntur aliquot interpretationes horum verborum. Prima est, ea debere intelligi comparatiue, comparando gloriam quam habuit Christus ab aeterno apud Patrem, & quam ei dederat antea tot miracula faciendo, cum ignominia Crucis. Sicut enim respectu prioris dicebatur Deus esse in illo: ita respectu posterioris dicebatur derelictus ab illo. Secundò, derelictus dicitur, non simpliciter, sed ex opinione hominum. Qui enim videbant illum in illo statu miserabili, iudicabant eum derelictum à Deo. Tertio, significauit, fructum suae passionis, quae sufficiebat ad saluandos omnes homines, peruenturum esse ad paucissimos. Itaque Christum quodammodo esse derelictum cum paucis electis. Ut sit sensus. Ut quid me dereliquisti, quasi solum, cum tam paucis electis qui meae passionis erunt participes? Ego tria dico circa haec verba. Primum, Christum ea protulisse duas ob causas. Primum, ut exprimeret naturalem affectum hominis, & sensum carnis, quem magni cruciatus & dolores solent elicere, & ita demonstrare se esse verum hominem, & quanta esset acerbitas tormentorum, quae sustinebat. Itaque simile est hoc dictum eius quod in horto dixerat: *Pater, si possibile est transeat à me, &c.* Secundò, protulit, ne quis putaret se in illis tormentis fuisse à Deo magnis solatijs, & voluptatibus spiritualibus recreatum;

origenis.



tum; ita ut non sentiret dolores. Ostendit enim se omni solatio caruisse. Et hoc indicant verba sequentia Psal. 21. In te sperauerunt Patres nostri: ad te clamauerunt, & liberaisti eos, &c. Ego autem sum vermis, & non homo. Id est, ita me derelinquis, ac si essem vermis. Secundo, in his verbis, Esse derelictum à Deo, non aliud significat, quam Deum permisisse, ut ipse tantis subiceretur tormentis, & tam ignominiosa morti traderet, & nullum ei auxilium, solatium ve interius, vel exterius tribuisset. Sicut enim Deus dicitur derelinquere aliquos, quoad culpam, quia permisit eos cadere in culpam, cum posset prohibere, nec dat auxilium efficaciter, quo resurgant à culpa: sic Deus dereliquit Christum, quoad poenam: quia illum permisit cadere in illam grauissimam poenam, nec villo auxilio aut solatio eum sustulit, aut mitigauit. Tertio, illa interrogatio, Ut quid, vel quare, duobus modis accipi potest. Primo, ut non indicet, vel impatientiam, vel ignorantiam Christi, sed ut demonstret nullam fuisse causam in Christo, cur dereliqueret, sed causam esse peccata aliena, quae ipse susceperat, sicut praedixerat Esai. cap. 53. Posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrarum: Vulneratus est propter scelera nostra. Et Dauid: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitates suas. Quia Christus luit poenas pro peccatis factis, & faciendis ab initio mundi, usque ad finem. Secundo modo, illa interrogatio, Quare, secundum Cyril. Alexand. lib. de Recta fide ad Reginas. sapè in Scriptura est particula non ignorantis, sed dolentis & gementis. Idem valet, atque interiectio, Heu, v. g. Exod. 32. ait Moyses: Quare irasceris Domine populo tuo? Et Psal. 42. Quare me repulisti, quare tristis incedo? Id est, Heu Domine, tu me repulisti. Et Psal. 30. Domine, quid multiplicasti suum, &c. Et Iob. 3. Quare abscondisti faciem tuam à me? Eodem modo hic, Heu Pater, etiam ne derelictus sum à te, absque omni solatio & auxilio?

Sextum verbum: Sitio.

Ioannes hoc narrat, quomodo Dominus ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Et statim occurrit quaestio, Cur cum Dominus cruciaretur secundum omnes partes, solius linguae & palati expresserit tormentum. Duæ causae sunt. Prima, quia cruciatus aliarum partium omnibus erat manifestus,

psal. 21.

Esai. 53.

psal. 128.

Cyillus.

Exod. 32.

psal. 42.

psal. 30.

Iob. 3.

& constans, istae interiores videbantur esse liberae à cruciatu; ut ergo declararet se in his maxime torqueri, ideo de hoc praecipue loquutus est: quia peccatum Adae per linguam & palatum est commissum. Ostendit ergo se poenam luere pro illo peccato Adae. Fuit autem ista sitis corporalis, quae nata est ex nimia lassitudine, exanimatione, & profusione sudoris, & sanguinis. Quod declaratum est Psal. 30. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & ossa mea sicut cremum aruerunt. Altera causa fuit, quam Ioannes ponit, ut consummaretur Scriptura, quae erat in Psal. 66. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed video Christum potatum aceto, sed non video cibatum felle. Respondetur, fuisse bis datum potum Christo. Primo, ante crucifixionem, quod solus Matthaeus, & Marcus narrant: quod dederunt ei myrrhatum vinum cum felle mixtum, & erat per modum sorbitiunculae, quae & habet rationem potus, & cibi. Verum videtur quod non sit bona ratio Euangelistae, ut impleretur Scriptura: quia praedictio Scripturae non fuit causa ut Christus sitiret: sed quia futurum erat ut Christus sitiret, idcirco praedictum est. Respondetur: omnia quae Christus pertulit in passione, fuerunt ab aeterno ordinata à Deo & decreta. Et haec ordinatio fuit enunciata in Scriptura. Christus autem pertulit ea, ut impleret ordinationem Dei, & quia illa erat expressa in Scriptura, dicitur impleuisse Scripturam. Quare datum est Christo acetum pro potu? Ioannes innuit, dicens: Erat ibi vas plenum aceto, quo significatur fuisse morem ut crucifixis sitientibus praestaretur potus aceti. Habet enim vim cito refrigerandi, & accelerandi mortem, & penetrandi cito, & sic datum vulneratis, maturat mortem: & hoc etiam adnotauit Hiero. Narrat Plutharcus in vita Marci Antonij, quod cum ipse Antonius sibi lethale vulnus inflixisset, sitiens, poscentique potum esse datum vinum, quo celeriter ei mors accideret. Ad hoc multo magis praestat acetum. Datum est autem acetum in spongia imposita calamo, vel arundini, secundum Marc. & Matthae. vel hyssopo, secundum Ioan. in quo videtur dissensio inter Euangelistas. Quare quidam dixerunt, potum illum esse confectum ex aceto & hyssopo. Sed hanc intelligentiam respuunt verba Graeca & Latina: sed hyssopum imposuerunt arundini, & super hyssopum acetum:

psal. 30.

psal. 66.

pluthar.

Cyil.

Anselm.

acetum: nam spongia erat ex hyssopo, cui circumposuerunt acetum. Sed circa hunc potum nota primo, ut ait Cyril. Ca. hec. 13. Qui ex silice eduxerat aquas, tunc petit potum à Synagoga; illa vero dat acetum, sicuti demonstrans suam corruptionem, & degeneracionem à sanctitate maiorum suorum: acetum enim est vinum corruptum, & degenerans. Synagoga sicuti Christo dat quod eum vehementius cruciet, & citius interimat. Quare quadrat hoc loco illa verba, ubi Christus sic de Synagoga coquestus ait: Circudedit me felle, repleuit me amaritudine, inebriauit me absynthio. Dauidi valde sitienti, & capienti aquam cisternae Bethleem, quidam eius milites maximo periculo per medios hostes hauserunt aquam, & tulerunt ad Dauid. Iudaei autem Christo Domino aquam, quam in proptu habebant, praebere noluerunt. Sane, dicit Doctor quidam, tantum aqua deditur Iudaei Christo, quantum sudoris & sanguinis ex corpore eius expulerant. D. Anselm. lib. de Stimulo diuini amoris, disertissime de hoc verbo, Sitio, tractat.

Sextum verbum: Consummatum est.

Ioannes ait: Et postquam accepit acetum, dixit: Consummatum est. Ex quo apparet quam habuerit in sua potestate mortem. Noluit enim antea mori, quam acerum biberet. Ut consummaret Scripturas, distulit mortem quoad voluit. Verbum hoc denotat septem consummationes, quae factae sunt, Christo moriente. Prima fuit omnium quae prophetiae de illo praedixerant. Vnde ipse dixit Luc. 8. Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia quae dicta sunt per Prophetas de filio hominis. Secunda consummatio fuit operis quod ei Pater commendauerat, nempe ut perficeret opus nostrae redemptionis. Sic enim Ioan. 8. cap. dixit: Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei, & opus quod dedit mihi (ut ipse dixit): Opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem. Tertia fuit regni peccati, diaboli, & mortis. De peccato praedixerat Dani. 9. cap. Consummabitur prauaricatio, sineum accipiet iniquitas, delebitur iniustitia. Loquitur de effectu passionis Christi. De diabolo Dominus dixerat: Princeps huius mundi eijcietur foras. De morte eius: Ero mors tua, o mors. Et Ecclesia dicit: Qui mortem nostram moriendo destruxisti. Quarta consum-

Dani. 9.

Ioan. 10.

ose. 13.

matio potestatis, quae permessa fuerat diabolo, & Iudaeis saeuienti in Christum. Christus dixerat: Haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Tunc etiam consummata est omnis passio Christi. Errauit Nicolaus Cassianus, qui dixit animam Christi in inferno sensisse dolores damnatorum, pro redemptione eorum, sicut in terra. Quinta, Lex Moysis. Nam per mortem Christi cessauit virtus & obligatio Legis veteris. Sexta, consummata fuit malicia Iudaeorum: nam Scriptura, cum vult malitiam alicuius esse ad summum perductam, solet dicere, esse completam & consummatam nequitiam. Vnde Genes. 25. dicitur: Nondum sunt completae iniquitates Amorrhaeorum. Improbitas Iudaeorum peruenit ad summum, quando occidit Christum: quia non potuit fieri grauius peccatum. Vnde Christus dicebat Iudaeis: Implete mensuram Patrum vestrorum, id est, implebitis. Nam solet uti Scriptura imperatiuis pro futuris, quasi diceret: Patres vestri occiderunt Prophetas, sed vos implebitis mensuram, quam illi non impleuerunt. Septima, apparuit in morte Christi consummatio iustitiae diuinae pro peccatis hominum: nam de summo rigore fuit satisfactum. Fuit etiam consummatio obedientiae Christi erga Patrem, & eius charitatis erga homines.

Nicolaus Cassianus.

Septimum verbum: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

Hoc narrat Lucas, & subdit Ioan. Et inclinato capite, emisit spiritum.

Occurrit adnotare, & quaerendum, cur Christus expirans clamauerit voce magna. Respondetur id fuisse primo, ut declararet se sua voluntate, non vero necessitate naturae, aut violentia hominum mori, & se esse Dominum mortis & vitae. Qui vehementer clamat, ostendit naturam non esse ita debilitatam, ut solet esse in mox morituris; qui autem statim moritur, demonstrat naturam esse debilissimam. Et impletum est illud quod dixerat: Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam à me ipso. Clamauit Christus, ut ostenderet suam potentiam: nam illo clamore fuit tota natura excitata: petrae scissae sunt: terra tremuit: diuisum est velum: aperta sunt sepulchra. In resurrectione Lazari clamauit voce magna. Quid mirum si educurus immissos Patres ex infernis clamet? In manus tuas, &c. Quod volumus habere charum,

Ioan. 10.



charum, & pretiosum in munus damus, & in hoc explicamus nos velle summa diligentia illud custodiri. In hoc autem significatur, quod chara fuerit Patri Christi anima: quia in manus eius eam reliquit. In manus eius, qui creauit omnia, qui conseruat omnia, qui cuncta gubernat, de quibus nemo potest rapere. Et postquam Christus animam suam tradidit in manus Patris, animæ etiam iustorum recipiuntur in manus Dei, quæ antea in sinu Abraham recipiebantur: in manus enim Dei, qui formauit eam, debet anima hominis tradi, vt reuertatur spiritus ad Deum qui dedit illum. Commendo, Græcè est in futuro, Paratissimo, commēdabo. Et sic est in Psalm. 30. Græcè, & Hebraicè, quasi dicat: Pater, cum ego moriar, commendabo tibi spiritum meum. Significat autem commendare, tanquam depositum suo tempore reddendum, quo significatur futura mox resurrectio Christi. Christus omnia sua chara alijs tradidit: tanta erat eius charitas. Petro commendauit suam Ecclesiam: Ioanni suam Matrem: Latroni paradysum dedit: nobis corpus & sanguinem in Sacramento: Nicodemo corpus in sepulchrum: Patri ramē spiritum suum. Spiritum meū. Nam in Christo sunt tria, Caro, Anima, & Verbum. Caro hoc non dicit: nam caro nec intelligit, nec orat. Non anima: diceret enim, Commendo me. Restat ergo vt sit Verbum, non simpliciter, sed vt subsistens in illa humanitate. Et quia Verbum vnitum erat personaliter illi animæ; appellat eam suam, sicut caro erat caro Dei. Caietan. Christus non dixit animam, sed spiritum meū: quia anima separata non habet rationem animæ propriæ, quia non viuificat: habet tamen rationem spiritus, quia tunc etiam est spiritualis. Sed hoc frigidum est: quia Scriptura etiam separatam appellat animam, iuxta illud: Iustorum animæ in manu Dei sunt. Vltimò nota, exitus vitæ Christi egregiè conuenit cum eius introitu in vitā. Nam vt ait Paul. ad Hebr. 10. citans Psalm. 39. Ingrediens Christus in mundum (ait) seipsum obtulit Patri, dicēs: Ecce venio, vt faciam Deum tuam voluntatem: ita in fine clamat: Pater, in manus tuas, &c. vt intelligatur quam benè ipse dixerit: Exiui à Patre, & veni in mundum: iterū relinquo mundum, & vado ad Patrem. In templo manē, & vespere immolabatur agnus. Christus obtulit se manē, in initio vitæ suæ, & vespere in Cruce, secundum illud: Eleua-

Psalm. 30.

Caietan.

Sap. 3.

Hebr. 10. Psalm. 39.

Ioan. 16.

Psalm. 140.

ti manuum mearū sacrificium vespertinū. Ideo voluit Christus mori ad vespere: quia Adam spiritualiter mortuus erat ad vespere, & Agnus Paschalis figura Christi ad vespere immolabatur. Inclinato capite, &c. Theophil. & D. Tho. dicunt, hoc euenisse præter consuetudinem morientium, quibus post mortē caput inclinatur, non ante mortem. Contrā sentit Cyril. naturaliter euenisse, consumpto carnis vigore, & anima, quæ corpus tenebat abeunte. Inclinatū caput, non tamen caret mysterio. Primò inclinauit caput (ait Cyrillus) quasi vocans mortē ad se, quæ non audebat eū attingere, sciens se non habere in illum potestatem. Secundò, quasi exhibēs honorē Patri, cuius nomē inuocauerat. Tertio, vale dicēs mundo, qui non erat amplius visurus eū in carne mortali. Quarto, quasi expositulans Synagogam, & dicens: Quid potui facere pro te, & non feci? Quintò, designans iter, quod facturus erat post mortem ad inferos: corpus enim erat depositandum in sepulchro, anima autē ad inferos descensura. Sextò, quia rationabiliter appareret iratus, & insensus Iudæis, propter iniurias, & cruciatus, quibus erat affectus ab ipsis: Inclinatione capitis significauit amorem erga eos: nam expansio manuum, & inclinatio capitis, est signum eorum, qui aliquem amāter amplexari volunt: & impletum est illud: Expādi manus meas, & caput meum. Et emisit spiritum, expirauit. Quo significatur habuisse in potestate sua spiritum suum. Doctores dicunt, hoc tempore, cum iam anima à spiritu separaretur, sensisse maximū omnium dolorem, non solum propter causam communē omnibus morientibus (quia maximū omnium terribilium est mors) sed propter duas causas soli Deo proprias. Primò, quia ceteri moriuntur, aut nullo sensu, aut valde debilitato, & perturbato: Christus autem mortuus est integerrimo sensu. Altera est, quia licet in alijs hominibus separatio animæ à corpore naturaliter sit acerba, in Christo tamen acerbissima. Tum quia nullum fuit corpus humanum adeò amicum animæ, sicut fuit in Christo: quia erat perfectissimè temperatū & congruens ipsi animæ, inseruiens ei perfectissimè ad omnes operationes. Tum quia anima illa nullam vnquam senserat rebellionem, vel repugnantiam in illo corpore: quia semper obedientissimum fuerat illi ad omnia, quæ imperauerat: In reuelationibus beatæ Brigidæ traditur reuelatum

Theophil. D. Thom.

reuelatum ei esse, quo tempore Christus expirauit, omnium hominum qui erant in mundo corda, subito inuasisse quædam dolorem & tristitiam summam, quamuis non sciuerint causam. Voluit em̄ Deus vt morte filij sui, sicut natura rationalis, ita amor rationalis condolerent. Legitur Genes. cap. 8. quod Noe ex Arca emittit columbam, quæ postea reueria est, ferens ramum viridum, Verbum autem ex corpore misit Spiritum columbinum, id est, animam Christi, quæ triduo post reueria est ad Arcam, corpus scilicet, ferens ramum oliuæ, signum misericordiæ & pacis, vnde statim, vt resurrexit, dixit discipulis suis: Pax vobis.

Genes. 8.

De prodigijs circa Passionem Christi, quæ fuerunt quinque.

Primum, Obscuratio Solis euenit, viuet adhuc Christo, durauit autem per tres horas, à sexta vsq; ad nonam. Reliqua quatuor prodigia post mortem eius eueniunt. Tres Euangelistæ hoc narrat, tacente Ioanne. Matthæus, & Marcus dicunt à sexta hora factas esse tenebras super vniuersam terram. Lucas, Et obscuratus est Sol. Factum est hoc prodigium ad demonstrandam iram Dei aduersus Iudæos, & futuram eorum vindictam, ad declarandam innocentiam & dignitatem Christi, ad exprimentem cæcitate Synagogæ. Tunc adimpletum est illud Amos. 8. In die illa occidet eis Sol in Meridie, & tenebescere faciam terram in die luminis. Id est, luminoso die Sol obscuratus est, quasi claudens oculos ne videret immane scelus Iudæorum, nolens illos luce sua frui, cupiens commoni Domino suo morienti, deniq; induens quasi lugubrem, & lugubrem habitum propter mortem Domini Dei sui. Moyses extendens manus in colum, fecit vt essent tenebre in Ægypto per tres dies. Christus, expansis manibus in Cruce, fecit vt essent per tres horas, à Meridie vsque ad vespere. Quo denotatur tempus, quo duratura erat cæcitas Iudæorum, scilicet ab aduentu Christi, vsq; ad iudicium & finem mundi: tunc enim conuertentur. Cum Deus voluit creare mundum, primum fuerunt tenebre super vniuersam terram, deinde lux orta est, & mundus est fabricatus. Per mortem Christi erat reparandus mundus, primum sunt tenebre super illum, postea oritur lux prædicationis

Amos. 8.

Exod. 10.

Tom. II.

Euangelij, & sic conuertetur mundus ad Christum.

Prima questio est, Quomodo facta sit hæc obscuratio Solis? Tres sunt opinionēs. Prima, per retractionem radiorum Solis. Quod non est sic intelligendum, quia Sol in potentia sua habeat emittere & retrahere radios; sed significatur Deum, suspendisse lumen Solis, quoad actum secundum, id est, quoad illuminandum. In hac sententia est Cyprianus libro de Bono patientiæ. Hieronymus super. 26. cap. Matthæ. Paul. Orosius lib. 7. c. 8. Caiet. super. 27. Matth. qui dicit se non posse aliter intelligere. Altera opinio est, factas esse propter ingentes, crassas, & densas nubes obductas, & obiectas Soli, quæ impediabant transmissionem lucis ad homines. Sic Orig. tract. 36. in Matth. Erasmus super. 26. Matth. Inuit etiam hoc Leo serm. 6. & 10. de Passionē: & hoc modo, ait Origenes, fuerunt tenebre Ægypti. Tertia opinio, Fuisse factas per eclypsim Solis, nō naturalem, sed miraculosè factam. Ita Diony. Areopagita ipse enim in duab; epist. altera ad Polycarpum martyrem, altera ad Apoleophamen Philosophum, testatur, se, cum esset viginti quinque annorum, & in vrbe Heliopoleos Ægypti, simul cū Apoleophamene isto vidisse in plenilunio, feria sexta in meridie subito obtenebratum Solem. Cumq; rationem inuestigasset, reperisse esse factam contra rationem eclypsis, & noctalle diem, & horam. Postea verò, Paulo prædicante Athenis, ex ipso cognouisse illo eodem tempore mortuum esse Dominum, cuius causa factum fuerat illud prodigium, & sic conuersus est ad fidem. Ego dico primò, plus ceteris credendū esse Dionysio. Tum propter autoritatem eius: tum quia fuit testis oculatus. Nec dubitandum est de epistolis, an sint Dionysij, sicut more suo dubitat Erasmus, nam pridē sunt recognita in Ecclesia tanquam eius, & Michael Fingelius ab hinc propè mille annis, qui scripsit encomium S. Dionysij, narrat hanc historiam citans has Epistolas. Secundò videtur præter eclypsim Solis, fuisse etiā obscuratiōē factam per retractionem radiorum. Nam cum Luna sit multò minor Sole & terra, non potest Luna oppositio auferre lumen Solis vniuersæ terre huius Emispherij. Tertio dico, hoc prodigium fuisse maius, quam duo alia quæ circa Solem antea erant facta. Alterum tempore Iosue, quando Sol, & Luna

D. Cypria.

Hieron.

Orosius.

Caiet.

Orig.

Erasmus.

Leo.

Diony.

Mich. Fin.

Iosue. 10.

002

& Luna



& Luna steterunt in medio caeli. Alterum tempore Ezechia, quando Sol regressus est per decem lineas.

Secunda quaestio, An iste tenebrae fuerint super uniuersam terram nostri Emispherij habitabilis. Orig. & Eras. vbi supra negat & dicit tantum fuisse in Iudaea. Et probant primo, quia alia prodigia fuerunt tantum in Iudaea; ergo etiam hoc. Secundo, quia si fuissent in toto orbe, Astrologi, & Philosophi obseruassent illud. Erant eo tempore Strabo insignis, Geographus, Valerius Maximus, Philo Iudaeus: paulo post duodecim annis fuit Seneca, Plinius, & Iosephus: & centum annis post Ptholomeus; nullus tamen istorum hoc prodidit memoriae; ergo. Contraria tamen opinio est absq; dubio tendenda. Nam tres Euangelistae concorditer aiunt, factas esse tenebras super uniuersam terram, & dicere id dictum esse per hyperbolem, est ridiculum: quia maxima pars terrae per hyperbolem potest dici tota terra: Iudaea autem erat minima particula terrae, vt ait August. Et praeterea, quia Dionys. erat in Aegypto, & vidit hoc prodigium. Ad argumentum autem respondetur primo, non esse mirandum, si nullus prodidisset: quia cum tunc non esset tempus naturalis Eclipsis, Philosophi, & Astrologi eam obscurationem non putauerunt esse ex eclipsis, sed accidentaliter quisque factam esse putauit in sua regione. At vero quia in Aegypto nulla solent esse nubes, aut parisiinae, Dionysius, qui ibi erat, non potuit illam obscurationem referre ad nubes, quare diligentius adnotauit. Sed quia vix sit credibile tantam obscurationem trium horarum, in qua apparuerunt toto caelo stellae, & visa est Luna, non fuisse sub Sole, & id animaduertissent Astrologi. Ideo respondetur secundo, Falsum esse quod sumit Orig. istud non fuisse obseruatum a Gentilibus: nam Tertullianus in Apologetico affirmat hoc prodigium esse annotatum, & relatum in Annalibus Romanorum, & seruati suo tempore in Archinis Romanorum: quocirca hortatur Romanos, vt legant suos Annales. Eusebius in Chronicis, & Orosius libro. 7. cap. 4. aiunt, prodigium hoc etiam tempore suo legi in libris multorum Graecorum, qui tradiderunt illud. Et Orosius citat Versum cuiusdam Poetae, tacito eius nomine:

Impiaq; aeternam tenuerunt secula noctem. Flegon laudatissimus Olympiadum emendator & scriptor tempore Adriani Impera-

Esai. 38.

Orig. Eras.

Tertul.

Euseb. Orosius.

Flegon.

toris in lib. 14. dicit: Anno. 4. Olympiadae 202. (erat autem hic annus. 18. Imperij Tyberij Caesaris, quo Christus est mortuus) circa Meridiem, insignis, quae antea vnquam eclipsis Solis extitit, die versa in noctem tenebrosam; ita vt toto caelo micantes cernerentur stellae. Maximus item motus terrae fuit, quo plurimae aedes Nicenae Urbis in Bithynia, abarumq; ciuitatu corruerunt. Ad secundum Orig. respondetur, Falsum esse, caetera prodigia tantum facta esse in Iudaea: nam terremotus fuit etiam alibi. Et quamuis alia fuissent tantum in Iudaea, non valeret tamen eius argumentum: quia ista prodigia sunt particularia: obscurationem autem Solis est vniversalis mundo. Post mortem Christi extiterunt quatuor prodigia, scilicet, Scissio veli templi, Terrae motus, Scissio petrarum, Apertio monumentorum, & Resurrectio mortuorum. Facta sunt haec ad demonstrandam iram Dei in Iudaeos, innocentiam & potentiam Christi, duritiam & obstinationem Iudaeorum, denique passionis Christi virtutem, & efficaciam. Pertendebatur enim fore vt post mortem Christi praedicatione Euangelij commoueretur vniversalis mundus, & dura corda hominum scinderentur ad poenitentiam, & qui in peccatis mortui iacebant, reuiuiscerent ad vitam gratiae. Primum fuit scissio veli. Orig. 35. tract. in Matth. ait, fuisse duplex velum in templo: alterum in ingressu, & hoc fuisse modo scissum: alterum quod erat ante Propitiatorium, & hoc mansisse integrum. Sed ego non proba: quia nunquam in Scriptura fit mentio de velo ingressus. Sed in Exod. 35. & 40. describitur duplex velum Tabernaculi. Vnum quod erat ante Tabernaculum, diuidens ipsum ab atrio: alterum quod erat ante Sancta-sanctorum, & hoc erat sanctum, & pretiosissimum & propter excellentiam dicebatur absolute velu. Cyrill. Hiero. Leo, & alij hoc loco intelligunt velum, quod erat ante Sancta-sanctoru. Admonet Hieronymus in Euangelio secundum Hebraeos; quo vtebantur Nazareni, & quod ipse vertit in Latinum sermonem, & vtuntur Patres testimonijs ipsius, in isto scriptum esse, Domino moriente, fuisse fractam, & dirutum super liminare templi, quod, inquit Hieronymus, erat immensa magnitudinis. Scissio veli quinque significabat. Primo, luctum & dolorem propter mortem Christi, & execrationem sceleris Iudaeorum: nam ad haec duo declaranda solebant

Orig.

Exod. 35. & 40.

Cyrl. Hiero. Leo.

solebant Iudaei scindere vestes suas. Significabat templum illud Iudaicum esse prophanatum, & quae deinceps in eo agerentur, nec fore accepta a Deo, nec hominibus salutaria. Tercio, finem & cessationem omnium legalium. Quarto, omnia mysteria in lege recta, post mortem Christi esse referenda. Quinto, velum illud impediabat aditum ad Sancta-sanctorum, scissio illius aperuit accessum, & significabat, per passionem Christi sublatum esse impedimentum in caelum: vnde eodem illo die admiffi sunt ad Sancta-sanctorum Latio & Patres lympi. Secundum prodigium fuit terrae motus, & impletum est illud Psalmi. 17. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit vocem meam, & commota est, & contremuit terra. Fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt: quoniam iratus est eis. Hic terrae motus non tantum est factus in Iudaea, sed alibi etiam, vt probant Eusebius, & Orosius testimonio Gentilium, & nos verba Flegonis commemorauimus. Plinius lib. 2. cap. 84. ait: In Principatu Tyberij maximum post hominum memoriae extitisse motum terrae, quo duodecim Asiae vrbes prostratae vna nocte sunt. Eundem terrae motum prodidit Cornelius Tacitus, lib. 1. Annalium. Quarè nonnulli fecerunt coniecturam, hunc terrae motum sub Tyberio esse eundem, quem commemorant Euangelistae accidisse in morte Christi. Quibus ego non libenter consentio. Quia video Eusebium in Chronicis, terrae motum quo istae vrbes Asiae corruerunt signare, & motum terrae accidisse anno quinto Tyberij, hoc est. 13. annis, ante mortem Christi. Hierony. super. 27. Matth. & Euseb. aiunt tunc auditas fuisse voces in templo dicentium: Egre diamur hinc, & probant testimonio Iosephi; licet videantur lapsos esse memoria. Nam Iosephus lib. 7. de Bello Iudaico, cap. 12. narrat istud prodigium accidisse circa festum Penthecostes, & ante initium belli Iudaici, id est. 12. anno Neronis, vt ipse tradit lib. 2. de Bello Iudaico, cap. 7. 34. annis post mortem Christi. De tertio prodigio, id est, scissione petrarum, nihil est memorabile adnotandum. Quidam tradunt rupem montis Caluariae, in qua erat infixae Crux Domini, fuisse ruptam. Quartum fuit apertio monumentorum, & resurrectio mortuorum: ita hoc narrat Matth. vt videatur significare istos resurrexisse statim post

Esai. 17.

Euseb. Orosius. Plinius.

Corn. Tacitus.

Euseb.

Hieron.

mortem, sed non ita fuit. Nam monumenta sunt aperta tunc, sed resurrectio facta fuit, resurgente Domino. Matth. autem narrat hoc per anticipationis figuram. Quarta quaestio est, An isti resurrexerint ad vitam immortalem (sicut Christus) an ad mortalem iterum morituri, vt Lazarus, & alij: Prima opinio est, istos resurrexisse ad vitam immortalem: ita Remig. & Caiet. super. 27. Matth. & Iansenius, & in ea fuit D. I. ho. in. 4. d. 43. Prob. primo, quia si sic resurrexissent, non fuissent idonei testes resurrectionis Christi, quae fuit ad vitam immortalem. Sed hoc non valet, nam qualiscunq; resurrectio est efficacissimum argumentum ad probandum illam veritatem. Secundo probatur, quia talis resurrectio fuisset magis tormentum, quam beneficium. Cogebantur enim bis subire dolorem mortis, & differebatur eis fructus vitae aeternae. Nec hoc valet: quia idem diceretur de Lazaro, & alijs, imò de Moysè, qui resurrexit in corpore suo in transfiguratione Dni: licet censet Hieron. super. 17. Matth. Dilatio gloriae futura erat istis ad modicum temporis: vnde aliqui dicunt, eos vsq; ad Ascensionem Dni duntaxat vixisse, & potuit Dns ei ipere animas horu ex corpore secunda vice sine dolore. Tertio, Matth. ait, qd isti apparuerunt multis: si resurrexissent ad mortalem apparuissent omnibus, sed quia ad vitam immortalem surrexerant, erant inuisibiles, nisi quibus se ostendebant, vt Dns in resurrectione. Soluitur hoc, quia isti resurrexerunt ad modicum tempus, quoad testificandam resurrectionem Christi, & non debebant eam testificari omnibus, sed aliquibus, ideo non apparebant omnibus, & hoc miraculose, Deo illos abscondente, & ostendente quibus erat opus. Tertio, isti si resurrexissent ad immortalem vitam, aut ista resurrectio data est eis, vt testificarentur resurrectionem Christi: sed ad hoc sufficiebat qualiscunq; resurrectio ad vitam: aut tributa est beneficii causa, quo Deo istos dignatus esset: sed hoc incredibile videtur: huiusmodi enim beneficiu potius deberet conferri tot Patriarchis, & Prophetis sanctioribus, & Deo charioribus: nec videtur posse reddi ratio, cur istis minoribus tributum fuerit, & non alijs. Quarto, si ita resurrexissent, vtriq; etiam ascendissent cu Christo in caelum: atqui si ascendissent, non tacuissent Euangelistae, maxime Lucas diligentissimus in scribendo Ascensione Dni: na istud erat valde insigne, & memorabile, maximeq; praebebat ad illustrandam gloriam Dei, &

Remigius. Caiet. Iansen. D. Thom.



ad fidem, & spem nostram confirmandam de resurrectione nostrorum corporum ad immortalitatem & ascensionem in caelum. Ultimo, si debebatur concedi talis resurrectio, maxime S. Ioanni Baptiste, quippe qui sanctissimus erat omnium mortalium, qui mortui erat, & Christo amicissimus, & maxime idoneus ad testificandum de Christo: nam plurimum valeret autoritate apud Iudaeos: atqui non sic resurrexisset Ioan. fidem faciunt reliquiae eius, quae seruantur in Ecclesia; ergo. Nihilominus tenendum est, istos resurrexisse ad vitam immortalem, & ascensisse cum reliquis Patribus in caelum eodem die quo Christus, licet non eodem instanti, ut semper Christus esset primus ascensor caelorum, & hoc ut eorum corpora comitarentur gloriosum corpus Christi, ne solum ipsum esset in caelo, sicut animae Patrum comitabantur eius animam beatam. Nam rationes quae in contrarium adhibentur, facile possunt solui, cum coniecturis non magnis innitantur. Supra dictis prodigijs adiungi potest aliud quam memorabile, quod fortasse contigit eodem tempore mortis Christi. Narrat Plutharcus lib. de Oracul. defectu, cuiusdam Hieramo Aegyptio rectori nauis nauigando iuxta insulas Equinaras, ter magna voce ex quadam insula inelamatum esse. Cuius ille tertio appellatus respondisset, maiori voce imperatum est. Cum veneris iuxta paludem, magno clamore denuncia magnam Deum Pan esse mortuum. Quod ille praestitit. Nam iuxta paludem pronus expectans in mare, maxima voce clamauit: Magnus Deus Pan mortuus est. Confestimque ingens euulatus, & gemitus ferme innumerabilium iuuenum comixtus, quasi plangentium mortem alicuius toto mari personauit. Cumque illi peruenissent Romam, & id rescuissent, Tyberius voluit explorare, & inuenit ita euentisse. Scribit autem Plutharcus se id cognouisse Romae, ex eo qui ea nauis ferebatur, & tempore Tyberij Caesaris. Euseb. lib. 5. de Praeparatio. Euangel. refert hoc ad Christum Dominum, per cuius mortem diabolus mortuus est, non secundum substantiam suam, sed quantum ad dominatum quem habebat in omnibus. Sicut dixit Christus: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

Pluthar.

Euseb.

Ioan. 10.

Septima & Ultima pars, de tempore Passionis Christi

In hac parte questio praecipua est, Quoto anno aetatis suae Christus sit mortuus?

Oportet tria fundamenta praecedere. Primum, quod oportet praesupponere numerum annorum ab ortu Christi, usque ad praesens fuisse. 1591. esse pro certo habendum. Patet primo ex indubitato consensu omnium Scripturarum Ecclesiae, & totius populi Christiani, nullo vnquam contradicente, & tradito ab initio Ecclesiae, per omnes aetates fideliter ad nos usque transmissas. Secundum, Dominus noster mortuus est feria. 6. hoc est, die Veneris: nam Marc. 15. dicitur, die mortis Christi fuisse ante Sabbathum. Et Luc. 23. ait. Postquam Dominus sepultus est, incepisse diem Sabbathi: quia apud Iudaeos incipiebat a vespera. Ioan. 19. ait, propterea Iudaeos fuisse sollicitos, ut illo die deponeretur crucifixi: quia instabat dies Sabbathi, quare fregerunt crura latronibus, quo citius morerentur. Secundum probatur ex observatione Ecclesiae, quae diem Veneris proprie dicauit memoriae passionis Domini, & quotannis passionem Domini commemorat die Veneris. Et hanc esse traditionem Apostolicam affirmat Aug. Epist. 118. Tertio probatur, Si enim non esset mortuus die Veneris, vel igitur non resurrexisset die Dominico, vel non tertia die resurrexisset: vtrumque autem est & contra traditionem, & fidem. Traditio Apostolica est, quod surrexit die Dominico, fides autem est quod die tertia; ergo. Secundum fundamentum: Mortuus est Luna. 15. primi mensis. Probatur primo. Pridie quam moreretur, comedit Pascha cum discipulis suis (ut narrant Euangelistae) sed Pascha comedebatur 14. Luna ex lege Moysi ad vesperam; ergo Dominus mortuus est. 15. Ita in Canone Missae habetur: Qui pridie, &c. Confirmatur testimonio Dionysij Areopagita (vbi supra) qui testatur eclipsim illam, quae moriente Domino, accidit, factam fuisse. 15. Luna, cum erat plena & toto diametro opposita Soli. His positis, sciendum est de anno aetatis Domini, quo mortuus est, varias esse sententias: primo loco confirmabo quam puto esse veram, deinde alias confutabo: nam probatio nostrae sententiae erit omnium aliarum confutatio. Nostra ergo sententia est, Christum Dominum esse mortuum. 33. anno aetatis suae, hoc est, expletis triginta duobus, & tribus circiter mensibus trigessimis tertij, hoc est, quantum fluxit temporis a. 25. Decembris, quo natus est, usque ad finem Martij, quo mortuus est. Confirmatur quatuor rationibus. Prima: Natus est Dominus. 42. anno Regni Augusti (sicut demonstrauit supra de Tempore Natiuit. Christi.) Impe-

August.

Dionys.

Impe-

Imperavit autem postea Augustus. 15. annis. De primo certum est, cum omnes Kalendae id clament in Vigilia Natiuitatis Domini: Augusto autem proxime successit Tyberius, cuius. 18. anno mortuus est Dominus, ut fore conuenit inter Scriptores Ecclesiasticos. A quadragesimo autem secundo Augusti, usque ad decimum octauum Tyberij, interfluxerunt triginta & tres anni, non integri. Confirmatur id. Natus est Dominus. 4. anno Olympiadis 94. mortuus autem est anno. 4. Olympiadis 202. nam hoc etiam Gentiles tradiderunt. Flegon enim tradit eclipsim illam Solis factam moriente Domino, contigisse. 18. anno Tyberij, & 4. anno. 202. Olympiadis: a quarto autem anno. 94. Olympiadis, usque quartum. 202. numerantur. 33. anni. Haec ratio sumpta est ex historijs Gentilium. Altera ratio est, traditione Ecclesiae. Dominus noster post Baptismum praedicauit tribus annis, & aliquantulum amplius: ita Dionysius Epist. ad Italicos. Euseb. lib. 8. de Demonstr. Euangelica, vbi de. 70. hebdomadibus Dan. ait, esse hanc traditionem antiquam Ecclesiae, quod confirmatur testimonio Hieron. super. 9. c. Dan. Sed Christus baptizatus est in principio. 30. anni, utpote cum incipiebat illud, ut ait Luc. c. 3. Ergo si praedicauit per tres annos mortuus est. 33. Tertia ratio deducta est partim ex Scriptura, partim ex Astronomia. Christus Dominus mortuus est feria. 6. & 15. Luna, sed a. 30. anno aetatis Christi, usque ad 33. non reperitur coeurrisse simul feria. 6. & 15. Lunam, nisi in anno. 33. Christi; ergo. Probatur. ex Tostato in opere defensorio. cap. 11. & seq. & a Ioan. Lantio tract. de Vero die Paschae. c. 9. & 15. & a Paulo Medel Burg. in Summa Paulina. Prob. ex tabulis Alphonsinis, & per litteram Dominicalis, posito numero aureorum ab ortu Christi, usque ad praesentem annum. Quarta ratio sumitur ex Evangelica historia. Dionysius Ioan. qui vltimus scripsit Euangelium, distincte describit annos praedicationis Christi post Baptismum eius, distribuens eos per Paschata Iudaeorum: sed Ioan. post Baptismum Christi quatuor Paschata enumerat acta a Christo. Primum nominat e. 2. statim post nuptias. Secundum. c. 5. quando sanauit paralyticum. Tertium. c. 6. quando multiplicauit panes. Quartum. c. 13. 18. & 19. quando passus est Dominus. Cum igitur Christus Dominus baptizatus sit initio. 30. anni, die. 6. Ianuarij: sit ut Pascha primum ageret in. 30. suo anno: secundum. in. 31. tertium. in. 32. quartum. in. 33. in quo mortuus est. Contra vltimum argu-

D. Ignat. Euseb.

Hieron.

Luc. 3.

Tostat. Ioan. Lan. Burgess.

Tom. II.

mentum ex numero. 4. Paschatum festiuorum, quae Ioan. narrat Christum egisse, duo possunt obijci. Primum est, Quod nos facimus secundum Pascha, & diximus tradi a Ioan. c. 5. ille non appellat Pascha, sed diem festum Iudaeorum. Erat autem dies festus Iudaeorum: quare ex Ioan. non colligitur nisi tria Paschata expressa, sicut sentit Epiph. ha. rel. 51. per illud autem diem festum intelligi debere Penthecoste, probatur autoritate Chryl. Cyril. Theod. Euthym. D. Tho. & Caiet. Respondetur recte nos per diem illum intellexisse Pascha: cum quia sic intellexit Irenaeus lib. 2. ha. rel. 9. cap. 39. & Euseb. lib. 7. de Demonstr. Euang. vbi ait de Septuagesima hebdomada. Dan. & Theod. super. 9. cap. Dan. tum etiam, quia saepe in Scriptura legitur nomine festi simpliciter intelligi Pascha: sic appellat Luc. c. 2. & Matth. 26. & sic Ioan. 13. nusquam autem in Scriptura nomine festi simpliciter intelligitur aliud festum, quam Pascha. Alterum quod potest obijci, est, quod Ioan. numerat. 4. Paschata post nuptias factas in Cana Galilee, sed illa nuptiae factae sunt vno anno post Baptismum Christi, siquidem miraculum illud vini eodem est factum die, quo Christus est baptizatus (est enim opinio communis tria facta esse miracula eodem die: Adorationem Magorum: Baptismum Christi: & conuersionem aquae in vinum: vnde Ecclesia canit in festo Epiphaniae: Hodie stella Magos duxit ad praesepe: Hodie Christus baptizatus est: Hodie vinum ex aqua factum est) si ergo nuptiae fuerunt vno anno post, id est cum Christus esset ingressus. 31. & postea fuerunt. 4. Paschata, quae continent tres annos; ergo Christus mortuus est. 34. anno. Respondetur, nos non sequi istam opinionem communem, quod illud miraculum nuptiarum sit factum eodem die quo Christus baptizatus est vno anno post, sed postea: puta illud miraculum factum fuisse aliquot diebus postquam Christus exiit de deserto, & incepit habere discipulos, id est. 2. vel. 3. mense a suo Baptismo. Mouet me haec ratio: quia alioquin necesse esset, vel Christum vno anno integro, a Baptismo usque ad nuptias nihil egisse, nec praedicasse; quod est absurdum (quia in Baptismo est declaratus Doctor a Patre) vel dici debet praedicasse, & multa fecisse, sed illa tacuisse Euangelistas; quod non est verisimile, nec credibile: nam Ioannes scripsit, ut relicta ab alijs Euangelistis traderet. Efficeretur etiam Christum praedicasse per quatuor annos,

Epiph.

Irenaeus. Euseb.



contra antiquam traditionem. In hac quoque sententia est Epiph. Euseb. & alij. Ad argumentum responderetur (vt ait D. Maximus, serm. de Epiph. & August. serm. 37. de tempore) incertum esse, quodnam illorum trium contigerit die illo. 6. Ianuarij, alios em aliud tradere. Quocirca voluisse Ecclesiam vno die memoriam illorum trium agere, tum propter convenientiam eorum inter se (nam in his omnibus apparuit excellentia Christi) tum etiam, quia incertum erat quo die quodlibet illorum euenisset. Ad illud vero quod Ecclesia dicit, Hodie, de illis tribus, quasi essent eodem die, respondetur, illud, Hodie, non indicare diem rei gesta, sed diem commemorationis eorum: nec enim est sensus, Hodie sunt ista acta. Et quod ita loqui soleat Ecclesia, ostenditur primò. Ecclesia em singulis annis agens festum diei Pasche, ait: Hodie surrexit Christus, & tamen sunt diuersi dies singulis annis. Secundò, in festo Penthecostes, in præfatione dicit: Hodierne die in filios adoptionis effudit, id est, commemoratur effudisse. Quinque sunt opiniones. Prima est, obiisse Christum. 30. anno suæ ætatis, & 15. Tyberij. Sic Tertul. contra Iudæos, & Clemens Alexand. 1. Strom. Iuli. Asi. vt refert Hieron. super. 9. c. Dan. Laetant. lib. 4. c. 10. hanc attribuit Valentino hæret. Epiph. hæret. 50. Ex hac sententia efficeretur, Christum non prædicasse, nisi per 50. dies ad summum. Nam ipse post Baptismum fuit in deserto per. 40. dies, id est, vsq; ad. 25. Februarij, inde vsque ad Pascha eius anni non suppetunt. 50. dies: hoc autem quam sit absurdum, patet. Secunda opinio est, quod anno. 31. suæ ætatis passus est. Hanc attribuit Appollinari Episcopo Laodiceo Hierony. super. c. 9. Dan. Eandem tenere videtur Philacticus in Catal. hæretum. Tertia opinio est, obiisse. 32. anno. In hac videtur fuisse Seuerus Sulpitius lib. 2. sacre Theologiae. Et Orosius lib. 3. c. 4. ait enim obiisse Christum anno. 11. Tyberij. Contra omnes istas opiniones sunt duo argumenta supra posita. Alterum de tribus annis, quibus Christus prædicauit post Baptismum. Alterum de quatuor festis Pasche, actis post Baptismum à Christo. Quarta est, mortuum esse. 34. anno. Beda lib. de Ratione tempor. c. 45. Et Honophrius in Fastis Roman. & in Chron. Eccl. Eandem attribuit Chrysostomo Magister Histo. Scolar. c. 33. hist. Euang. Contra eam faciunt quatuor argumenta supra allata pro nostra opinione. Proprie autem refellitur hoc

Maximus August.

Tertul. Clemens Alexan. Iul. Asi. Laetan. Epiph.

Appollin. Hieron. Philact. Seuerus Sulpitius Orosius.

Beda. Onofrus.

argumento. Quia ex tabulis Astron. constat 34. anno ab ortu. Christi. 15. Luna. 1. mensis fuisse diem Mercurij: at Christus mortuus est die Veneris. Luna. 15. ergo. Vltima opinio Irenæi lib. 2. c. 9. vixisse Christum vsq; ad. 46. vel etiam. 50. annum, vnde Iudæi dixerunt Christo. 50. annos nondum habes: & hoc sensisse (ait) presbyteros Asia discipulos Apostolorum. August. 2. de Doctrina Christi. c. 28. hanc opinionem ait esse errorem natum ex ignorantia Chronologiae. Et confutatur euidenter. Christus baptizatus est 15. anno Tyberij, & mortuus est sub Tyberio, & sub Pontio Pilato: sed Tyberius non regnauit nisi. 23. annis, vt constat ex hist. Pilatus discessit ex Iudæa vltimo anno Tyberij, si autem Christus vixisset. 45. annos, mortuus esset. 7. annis post mortem Tyberij & postquam Pilatus discesserat ex Iudæa. Confirmatur, quia Euangelistæ non tradunt nobis res gestas, nisi. 3. annorum à Ioanne, vsq; ad. 33. annu. Quare prætermisissent tot gesta Christi. 13. annorum? Et illæ fuissent memorabiles: nam quæ Christus gessit annis posterioribus, erant memorabilia.

Irenæus.

August.

De mense.

Communis opinio Patrum est, esse mortuum. 25. Martij. Euseb. & Theophil. dicunt. 23. Epiphani. 20. Martij, Honoph. 26. Tostatus, & Ioann. Lucius, & Paul. Medel Burgensis probant ex tabulis Astron. & per calculos Mathematicos. 33. anno, quo mortuus est Christus. 25. Martij, fuisse diem Mercurij, & quintam, vel sextam horam. Confirmant ista: quia nullo anno conueniunt dies Veneris. 15. Luna, & 25. Martij, nisi. 175. post mortem Christi. Tenent autem mortuum esse Christum Dñm. 3. die Aprilis. Nam tunc in illa tertia die conueniunt, & videtur esse probabilius.

Euseb. Theophil. Epiphani. Honoph. Tostat. Ioan. Luc. Burgens.

Nota, quod Christus natus est anno. 62. ætatis Augusti. Quod probatur: quia natus est Augustus, Marco Cicerone, & Antonio Consulibus anno Urbis conditæ. 690. Sed Christus est natus, anno Urbis. 752. Imperij vero Augusti, à primo Consulatu anno. 42. Patet, quia primu Consulatum egit Augustus, cum esset. 20. annorum, vt patet ex Scripioribus Urbis conditæ. 710. Post Monarchiam vero suam anno 30. Patet, quia Monarchiam iniuit anno Urbis conditæ. 722. cum ergo omnes ferè Patres aiunt, Christum esse natu anno. 42. imperij Augusti: intelligendi sunt de Consulatu, non de Monarchia.

Postquam

Postquam ea que ad sensum litteralem attingebant, Deo dante, ea qua quiuimus diligentia explicuimus, nunc ea que populo in publicis concionibus proposituimus, omnibus manifesta damus, que non pauca, nec minori diligentia elaborata sunt. Et primò sub hac Pauli sententia ad Gala. 2. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, sic incipiamus. Mystrium hoc passionis Christi Domini, pelagus quoddam profundissimu est, ita vt nullius ingenij acumen illud attingere valeat, & quanto plus estimat se attingisse, minus efficit. Madauit Dominus Prophetæ Ezechiel. vt intraret flumem quoddam, & in ipso statim vestigio vsque ad genua attingebat aqua, & cum se paulò plus immerfisset, iam medium corpus cooperiebat aqua, & ultra progrediens omnino submergebatur, nec transiudari poterat flumen. Hoc solum mysterium, quod est Deum hominem fieri, sic profundum est, vt gigantum & magnorum virorum genua tremere faciebat. Considerare illum in carne mortali, & passibili, aliorum hominum miserij ac poenalitibus subiectum; iam hoc medicatem hominis superat; nec enim tota eius natura ad id pertingere posset, nisi id à Deo esset reuelatum ei. Et si ultra progredimur, ac non solu Deum mortalem ac passibilem consideramus, verum etiam in cruce inter duo nequam suspensum ac mortuum; iam hoc omnes superat vires: in hoc pelago & ipsi Seraphin submerguntur, nec vlla hominum quantumuis magna sapientia tale vnquam excogitare valuit. Tripliciter namque considerari potest mysterium hoc: & ex parte iustitiæ Dei quæ in homine Christo executioni mandata est: & ex parte amoris quo patitur: & ex parte peccatorum nostrorum, pro quibus patitur; & ex qualibet harum partium mirabile, & immensum apparet. Iustitia quippe quæ in hoc mysterio respicetur, noua ac inaudita videtur. Potest enim esse quod sententia sit iniusta, executores autem iustissimè eam exequantur: nam potest iudex absque vlla iustitia hunc hominem capitali sententia damnare, & tamen quia carnifex non tenetur id examinare; absque vlla iniustitia caput eius amputare potest. Sed quod sententia sit iusta, & executores in exequendo illam iniusti; hoc profunditatem magnam ac nouitatem præ se fert. Si enim sententia iusta est, quomodo exequuntur iniusti? Hoc ergo in hoc passionis Christi mysterio cernimus. Iustissima quippe fuit sententia quæ in Dei

Galat. 2.

Ezech. 47.

summo tribunali ab eterno Patre contra Filium suum promulgata est, propter hominis debitum, quod super se susceperat Filius; & tamen quod infinitum erat, & infinita poscebat satisfactionem: sed hæc sententia à summo descendeat solio, & à suo Patre: quare nullum secum poterat deferre errorem, aut iniustitiam. Paulus autem clamat, Qui pro proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et ipsemet Filius dicit: Filius quidem hominis vadit, sicut definitu est de illo. Sententia ergo non solum iusta, sed iustissima fuit, omnem continens equitatis rationem. Et tamen exequutores crudelissimi iniustissimique fuerunt, omnia tamen diuina, quam humana iura prætergredientes. Qui inuidia quadam, ac infernali rabie moti, talisque testibus, ac fallacijs illum ad mortem sacrissimam traxerunt. Ecce quomodo iustitia Dei noua, ac mirabilis appareat. Verum si charitatem qua Christus passus est mortem attereris, altissimorum spirituum alas colligere faciet. Supereminentem scientiæ charitatem Christi, dicit Paulus. Eò quod omnem creatam scientiam longe exsuperet. Sed de hoc in processu sermonis post pauca agendum est. Si autem peccata perpexeris pro quibus passus est Christus, multa ac maxima sunt. Sumus enim fons quidam omnium spurcitiarum sentina emanans, puteus à quo putredo, lutum, ac cœnum perpetuo prodit; quod in confessionibus experimur in nobis. Nam postquam à pedibus confessorum surrexi, & tantillum temporis effluxit: iam video me iterum habere necessitatem confitendi. Quid hoc miserij est, nisi manale immunditiarum, quod mecum porto? Hoc enim semper de nouo noua parit peccata, ita quod multoties mei ipsius tædet, quod ferè nullus præterit dies, in quo in me non inueniam aliquid quod confiteri debeam. Exhausta est aqua in hac confessione, & vix ex illa surgis, & iam iterum emanauit nouus putor: ita quod à sacristia ad altare iam inueniam noua delicta, Proh miseram & lametabilem sortem! Quid erit si omnes simul vnieris confessiones? Quod mare ac pelagus peccatorum conficiet? Igitur omnia hæc inaccessibile mysterium illud efficiunt. Opus est ad inueniendum vadum in pelago isto, versus fontem vnde oritur retrocedere. Id enim faciunt, qui transitum ac vadum in profundo aliquo flumine querunt: versus fontem retorquent iter, quia ibi semper transmeabile esse solet flumens. Sic

Rom. 8.

Luc. 22.

Ephes. 3.

similq.



& nos facere oportet. Tanti boni fons & origo amor est. Ab hoc pelagus hoc bonorum oritur. Sic enim Paulus in verbis propositis ait. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Ex eo quod dilexit me ortu habuit mysterium hoc, quod tradidit semetipsum pro me. Deus ab aeterno quidem nos dilexit, secundum illam Hieremias sententiam qua Deus dicit. In charitate perpetua dilexi te. Amor hic absconditus erat in Deo usque ad creationem hominis, in quo manifestari coepit, sed tamen & tunc, non magno impetu effudit, sed quasi gutta quedam illius abyssi distillata est. Hinc illa vox Prophetarum. Vbi nunc fortitudo tua & zelus tuus, multitudinis viscerum tuorum super me continebunt se? Viscera quidem amoris tunc patere coeperunt, sed multitudo viscerum adhuc continebatur in Deo. Hinc in sua passione manifeste profudit: tunc enim aperte sunt charactera cordis, & fontes abyssi rupti sunt. Tunc erat fons signatus, nunc autem mucrone dirae lanceae apertum est latas Christi, ubi claudebatur fons, & tunc lavacrum hoc generationis abunde profluxit in nobis, & per manus, pedes & caput impetu magno erumpit hic amor, qui in crucis arbore manifestatus est. Ab hoc totum bonum nostrum prodijt, sicut ab alio totum malum nostrum. Arbor illa tota amara nobis fuit, hac tota dulcis, & quidquid in ea est hanc dulcedinem profert. Vnde & Ecclesia dicit. Crux fidelis inter omnes, arbor vna nobilis, nulla sylua tale profert, frondem, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinent. Kidelē hanc arbore vocat Ecclesia: quoniam plena est fide, multaque fide opus est, ad credendum mysterium crucis. Arbor vna nobilis: quoniam nobilissimum fructum produxit. Nulla sylua talem profert. Nec paradysus ipse terrestris tale unquam arborem tulit: dulce quippe fuit lignum, dulces & clauos, & omne quod habuit dulce fuit. Clauos enim dulces sunt: quoniam hac pinguedine dulcedinis Christi sunt perfusi, fauamque istam penetrarunt, a quo tanta profuit dulcedo: quare et si ferrei fuerunt, ex illis ista suggerimus dulcedinem. Dulce pondus sustinuit: quoniam ipsa fauam mellis tulit. Quare hic diuinus amor totus hic nobis se prodit. Vnde Paul. ait. Exinanivit semetipsum. Hoc est, totum se euacuavit, repletusque est vulneribus, & foraminibus; ut per illa amorem istum exinaniret, & nobis proderet, & per illas vacuitates suis corporis, sanguis eius, ac Sacramenta

Isai. 63.

philip. 2.

prodiret, cum quibus simul & amor totus euacuaretur. Vel, exinanivit semetipsum. Impletus est defectibus, non culparum sed peccatorum, quibus sic plenus est: ut nec feruus, nec mancipium talia pertulerit. Et ideo dicit. Formam serui accipiens. Nam seruū quidem suspendebant aliquando in ligno, non flagellabant, non illudebant, non ipi nis obliuebant. Ligabant quidem illum ligno, non clavis configebant. Christum autē peius quam mancipiū tractauerunt: quia his se repleuerat defectibus peccatorum. Vnde apud Septuaginta ubi nos legimus in Esa. cap. 29. Vidimus eū nouissimum virorum, legitur: Virum deficientem prae omnibus. Sic Tertullianus contra Iudeos, & August. 18. de Ciui. cap. 29. Suscepit enim humanam naturā, in qua hos peccatorales defectus pertulit, quos in diuina ferre non poterat, & tot sustulit, ut nullus vnquam hominum, nec ipsa vilia mancipia talia pertulerunt: & ideo dicit virum deficientem prae omnibus. Et totum hoc efficit amor. Hinc & Sapiens ait. Deriuatur aqua tuae foras. Id est, amor, fluuius iste amoris per Christum tanquam per venas aquae istae ad nos veniunt. Vnde amor occidit Christum. Nec enim mors id poterat, nisi amor effecisset, & potius est dicendum, amorem illum interemisse, quam mortem. Hae ergo origo fuit huius profundissimi fluminis, & hae radix ex qua arbor ista crucis pullulauit, & hac radice inuenta, caetera eius mysteria inueniemus. Vnde Paulus ait. In charitate radicati & fundati. Ad quid vult nos Paulus radicatos, & fundatos in charitate? Ut possitis (inquit) comprehendere, quae sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentem scientiae charitatem Christi. Ac si diceret. Omnia penetrabis, si hanc radicem inueneris, quae est amor, qui maximus in cruce patefactus est. Nam per vulnera, quasi per magnos riuos se totum effudit. Patent mihi viscera Christi, per vulnera (ait Bernardus) Vnde enim magis mihi eluxisset, quod tu Domine multus sis in misericordia? Ecce ergo fontem diuini amoris, qui sic nostram superat, ut eius comparatione nihil sit, amor autem Dei tam potens, ut inde sacramentorum fluuius originem traxerit. Nam licet in Deo nulla sit causa, nec vna virtus diuina alterius sit effectus, aut causa; tamē in effectibus sic. Vna virtus est alterius causa. Quare idem est dicere. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me; ac si diceret, Quia dilexit me, tradidit semet-

Esa. 29.

Tertul. August.

Proverb. 5.

Bernard.

femetipsum pro me. Et alibi ad Ephes. 3. dicit: Deus qui diues est in misericordia: propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuiscavit nos in Christo. Propterea dicit. Literis aureis scribi deberet causalis ista, Propter nimiam charitatem suam. Summus amor Dei haec omnia bona nobis protulit. O diuinus amor, qui tot bonorum es causa, qui tantum bonum mundo contulisti! Quis te in sua anima sentire valeret, ut sic tam magnos effectus intelligere posset? Quis te aitimare, honorare, & obsequia mille praestare, sicut mereris posset? Mille tibi gratias reddo, tot benedictiones rependo, qui tantum bonum mundo praestitisti, qualis fuit generis humani redemptio. Paul. Rom. 9. conditionem huius diuini amoris nobis declarat in Esau & Jacob, ex quibus alterum dilexit, alterum odio habuit: in quo insinuatur se nulli hunc amorem debere, sed cui placet gratis illum donare, absque cuiusquam prauidicio. Pro quo sciendum, quod protinus ut peccata in mundo irumpunt, sapientia diuina illa respicit, & statim Dei iustitia illis obuiam nititur, ut vindicet & puniat illa: nam mox eius iurisdictioni subduntur. Peccauit Angelus in caelo, protinus sapientia diuina peccatum illud cognouit, & vidit, & iustitia obuiam nitit illi, atque seuerissime puniuit, sed ad vindicandum illud peccatum iustitia sola exiuit absque vilo patrono: si sic aspexisset hominis peccatum, vae illi: quoniam irremediabile perflisset. Sed cum homo peccauit, vidit quidem sapientia diuina illud, & iustitia Dei etiam illud prospexit ut puniret, tamen non sola, sed amore tanquam patrono comitata, atque circumsepta, qui & iustitiae obuiam iuit, illamque respexit, *Hic sole vestro*, rigoremque eius ac seueritatem temperauit admirabili quodam modo. Perfecit enim cum Deo, ut peccato hominis remedium adhiberetur, nec sicut peccatum Angeli absque vlla spe relinqueretur, sed quod pro illo plenaria & rigurosissima satisfactio fieret. Et quoniam hanc solus filius Dei praestare poterat, hinc factum est, ut eo ipso quod a Deo decreta haec plenaria factio fuit, Filius ad illam obligaretur, atque subinde ad mortem, totius Trinitatis sententia damnatus est: quoniam talis satisfactio ab alio quam ab ipso adimpleti nequibat. Vnde apud Esai. capit. 14. dicitur, Iurauit Dominus exercituum dicens. Si non ut cogitavi ita erit, & quomodo men-

Rom. 9.

Esa. 14.

te tractavi ita veniet. Id est, quod in diuino concilio tractatum est assentiente Filio, ita euenturum erat. Hinc & Paul. sapē Christum vocat iustitiam nostram, redemptionem nostram, & satisfactionem nostram. Et Joann. in Apocalyp. itidem illum appellat Agnū occisum a constitutione mundi. Deleuit enim chirographum decreti, quod aduersum nos erat, & tulit de medio affigens illud Cruci, ut ait Paul. Nam mox ut homo peccauit, diuina iustitia contra illum scripsit, & decreuit poenam infinitam debitam peccato: eo quod contra Deum infinitum commissum fuit. Sed quoniam illa homo soluere nequibat, tulit illa de medio, & posuit illa super se. Seipsum debitorem pro homine constituit, & chirographum in situ suo posuit: ut illud lancea dirumperet, & sanguine deleteret. Quod in Isaac typicē obumbratum est. Nam cum pater eum sacrificare vellet ex Dei mandato, & ipse super se ferret ligna, nec videret victimam, quae immolanda erat, dixit ad patrem suum. Vbi est victima, pater mi? Cui pater, Dominus, inquit, prouidebit, fili mi. Ac si diceret. Ad prouidentiam Dei spectat prouidere de victima, quae pro homine immoletur. Nam in tota natura creata, victima quae pro homine immolaretur digna non inueniebatur: quia nullus infinitum debitum soluere valebat. Interrogabat homo Deū, quomodo hoc debitum deberet solui? Et responsum est ei, Dominum id debere prouidere, qui ab aeterno praordinauit mirabilem hunc modum satisfaciendi pro homine. Quare cum Abraham eleuasset brachium cum gladio, ut filium suum immolaret, Angelus tenuit manum eius ne id faceret, sed vidit arietem haerentem cornua inter vepres, & ille aries loco filij sui immolatus est, & vocauit nomen loci illius, Dominus videbit, ut per hoc significaretur, non debere purum hominem pro homine satisfacere, sed arietem illum haerentem cornua inter vepres, qui referebat Christum spinis, ac vepribus oblitum, brachijs cornua crucis amplexantem, ut Abacuch dixerat. Cornua in manibus eius. Et vocatum est nomen loci illius (Dominus videbit) Ac si diceret, *El senior lo vera por su casa*. Nam ex tunc Filius omnia haec vidit, & ob oculos semper habuit crucem, clauos, spinas, flagella ac caetera tormenta, quae perpassurus erat, secundum quod ipse dixerat: Vineam coram me

Apoc. 5.

Colos. 2.

Genes. 22.

Abac. 3.



me est semper. Ecce fontem ac originem hu- ius profundissimi mysterij, nempe amo- rem. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Ipsemet se tradidit. Oblatus est, quia ipse voluit. Pater etiam ipsum tradi- dit, iuxta illam Pauli magnificam senten- tiam. Qui proprio filio suo non peperit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Imo in manibus inimicorum eius tradidit illum, vt venderent illum, flagellarent, illuderent ac erucifigerent. Ibat Dauid Rex fugiens a facie filij sui Absalon, ascendens per mon- tem Oliuarum transiit torrentem Cedron nudis pedibus, ac cooperto capite. Caput Christi diuinitas est, secundum illud Pauli, Caput vero Christi Deus. Hec protecta & cooperta erat, vt potest impassibilis & omnis doloris expertus. Vidit Ezechiel Propheta virum quendam, cuius aspectus erat quasi carbonum ignitorum. Hic Christus Domi- nus erat, qui totus videbatur in tormentis exuri: sed hoc erat in carne: na diuinitas no poterat pati. Ideo quippe comparatur Chri- stus Dns carbunculo, qui teste Plinio, car- boni ignito assimilatur, tamen nec comburit, nec comburitur; sed si illu in capsula plum- bea posueris, plumbus comburetur, sed non carbunculus, si ei applicaueris ignem. Sic di- uinitas, qua ignis consumens est, etiam si in illo subiecto ignis tormentorum ardebat; carbunculus tamen, hoc est, diuinitas, non comburebatur, sed sola capsula plubea, hoc est, caro in illis ardebat: nam diuinitas qua erat in dolente no erat in dolore (vt ait Leo Papa.) Pedes autem qua significabant eius humanitatem, nudi, ac tormentis expositi e- rant, per spinas, clauos, ac lanceam euntes. Quinimo sic eius humanitas a Patre fuit de- relicta, & tormentis exposita: vt nullam om- nino illi consolationem miserit, sicut alijs sanctis solebat mittere: ita vt filius in medio tormentorum positus conuersus ad Patrem ponerit illi dicere. Deus Deus me, vt quid dereliquisti me? Quasi de hac Patris dereli- ctione admirans. Bene enim sciebat ipse rationem; ac si diceret. Quid hoc miracu- li est, aeternae Patris, quod me sic absque vlla protectione, auxilio, aut consolatione, in tot tormentis dereliqueris? Nam cum sit naturale, quod omnia membra exponantur cuilibet periculo pro defensione capitis, in me contrarium euenit, vt potius caput pro membris periclitetur, & cum alijs ami- cis tuis, in tribulationibus suis auxilia- tus fueris, ac gaudio sic eos repleueris, vt

Esai. 53.

Rom. 8.

2. Reg. 15.

1. Cor. 21.

Ezech. 1.

Plinius. simile.

Leo Papa.

vnus ex illis dicere potuerit, Superabun- do gaudio in tribulationibus meis; me ta- men solum vnicum ac dilectum filium om- ni exitum gaudio, ac consolatione, in tot afflictionibus ac tormentis reliqueris? Tan- taque tristitia animam eius inualit tunc: vt vsque ad interiora eius validissime pene- trauerit, ita vt ipse Psalm. 68. diceret. Sal- uum me fac Deus: quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi: & non est substantia. Christus namque pro omnibus hominibus poenituit. Poenitentia autem duas habet partes, & interioram tristitiam, & exte- riorem satisfactionem, & prima solet esse causa secundae. Igitur si interior peccato- rum dolor in anima, qua verè sentit quid sit Deum suum offendere, solet talem pa- rere dolorem, ac tristitiam, vt multi (si- cut graues narrant authores, inter quos Ioannes Climacus) pra nimio dolore sint mortui, & in Magdalena fuit quasi mira- culum quoddam quod pra uehementia do- loris non spiritum efflauerit, qui tantus fuit, vt fontem illum lacrymarum expres- ferit, quo pedes Christi Domini abluu sunt. Si (inquam) tantam secum fert vim do- lor pro peccatis vnus singularis personae, qui pro omnibus peccatis omnium hominu doluit, tam presentibus, praeteritis, qua futu- ris, in quibus tot includebantur blasphemie, idolatrie, adulteria, homicidia, periuria, la- trocinia, falsa testimonia, pluraq; alia, & im- mania flagitia, qua omnia simul tunc Chri- sto Dno praesentialiter apparuerunt, tanqua peccata, qua ipse deslere ac dolere deberet, ac si essent propria; quantis tunc affectum il- lum putas doloribus. Qui dolor figuratus est in fenestris illis quas vidit Ezechiel Pro- pheta in templo, qua exterius angustie inte- rius amplae erant. Como saeteras. Hec em vul- nera Christi corporis referebant, quod ipse templum vocauit, cu dixit, Soluite templum hoc, &c. Hoc autem dicebat de templo corpo- ris sui. Haec ergo fenestrae, qua sua vulnera erant, maiora atque ampliora ex parte inte- riori perstabant: quoniam ea qua tunc tempo- ris in mente sua voluebat Dominus, plus do- loris in sua anima efficiebant, quam vulne- ra ac tormenta corporis exteriora. Pater ergo illum tot doloribus tradidit. Et hoc est quod maximam admirationem parit. Quod in Deificae Trinitatis consilio, ad quod solae diuinae personae vocantur, fuisset ad mortem damnatus filius, pro impio, & scelerato ma- cipio.

2. Cor. 7.

Psal. 68.

Io. Clym.

Ezech. 40

Ioan. 2.

capio. Quod & Ecclesia miris modis exal- tat cum dicit. Omnia circa nos pietatis di- gnatio; vt seruū redimeres filium tradidisti: Et hoc est quod tortores ipsum, cum ala- pis cederent, interrogabant dicentes. Pro- phetiza, quis est qui te percussit, aduina quatenus te dicit. Ac si dicerent. Prophetico spiri- tu opus est ad praefugiendum quis te per- cussit, quod ipse Pater tuus te ad mortem tam acerbam tradiderit. Quod Esaias Pro- pheta praedixerat dicens. Vidimus eu per- cussum a Deo, id est percussum Deum, secu- dum veritatem Hebraicam, quod ipsemet se percussit tradens semetipsum percussori- bus, secundum quod ipse dixerat. Dedi cor- pus meum percutientibus, & genas meas vel- lentibus. Et ibi. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspicientibus in me. Nam tradidit semetipsum pro me. Et alibi Esai. ait. Dne, quis credidit auditui tuo no- stro? & brachium Domini cui reuelatum est: per brachium Domini Christus intelli- gitur, per quem tanquam per brachium Dei omnia facta sunt, & hunc qui brachium, & virtus Dei est, videmus hodie brachijs ho- minum percussam, & vulneratum. Tradidit semetipsum pro me. Hoc est, loco mei. Ego enim deberem esse traditus poenis aeternis, ego suspēdi merebar in furca inferni; & ipse pro me filium suum in cruce posuit. Tradi- dit semetipsum pro me, suscipio se pro mi, & fuit subrogado pro mi. Vnde & Esai. dixit. Si posuerit pro peccato animam meam, vide- bit semen longeuum. Id est, si pro peccato subrogatus fuerit, vt soluat ipse omniu po- nas peccatorum. Ac si imaginaremur ipsum fuisse ideam peccati, & quod ipsum peccatu, per se puniri poterat, sic in Christo punitu est. Quoniam posuit Pater super eum scela- ra omnium nostrum. Homo quidem erat fur, & latro, & Christus super se assumpsit poenas latronum. Flagellatur ergo & sus- pendatur inter duos latrones, ac si ipse es- set vnus ex eis, vt sic mea furta ipse soluat, & dicat: Quae non rapui, tunc exolvebam. Fuit homo traditor ac proditor, qui contra Deū suū rebellare voluit, & vsurpare sibi Regnum, quod erat Dei sui: sed quoniam Christus super se hanc accepit poenam, il- ludatur, irrideatur, corona spinea pungat- ur eius caput, veste purpurea circumse- ptus, & arundine in manu posita, hanc pro- ditoris propriam ignominiam portet. Quid hoc est Domine Deus? Cur sic crudeliter tecum agitur? Certè quia hanc meae teme-

Esai. 53.

Esai. 50.

Ibidem.

Esai. 53.

Esai. 53.

Esai. 53.

Psal. 68.

ritatis poenam super te tulisti. Item homo fuit blasphemus. Sed quia Christus blasphe- miorum poenas assumpsit, linguae incalstratu- ra aceti, & fellis, in ore eius imponatur, & na- mordaga de hiel y vinagre se le ponga en la be- ca, vt sic meas exoluat blasphemias. Deniq; quia tot genera malorum comiserat homo, & Christus ea soluere voluit, flagellatur, tra- hatur, crucifigatur, excoriatur, lancea & cla- uis transfodiatur, morte turpissima moria- tur, nudus, vilis, ac miser effectus inter duo nequam, ac si ipse latro, homicida, traditor, ac blasphemus fuisset, & omnium nostrum peccata habuisset. Tradidit semetipsum pro me. Hoc est, loco mei subrogatus fuit, quoad soluendas poenas meorum peccatorum, si- cut aries inter vepres loco Isaac immolatus fuit. Hoc est, quod sanctus Pater Augusti- nus in suis meditationibus coram Christi crucifixi effigie deuotissime meditatur di- cens. Quid commisisti, dulcissime Domine, vt sic iudicareris? Quod scelus tuum? Quae noxa tua? Quae causa mortis? Quae occasio damnationis? Ego enim sum tui plaga dolo- ris, tuae culpa occisionis. O mirabilis censurę conditio, & ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniquus, & punitur iustus: delin- quit reus, & vapulat innocens: offendit im- pius, & dāatur pius. Sic sic, Domine Deus quia te tradidisti pro me, subrogatus es, pro meo peccato, fideiussor meorum debitorum extitisti & ideo tanto rigore a te debitum meum exigitur. O quanta mihi restat obli- gatio, ne vnquam tantum beneficium obli- uioni tradam, sed crucem tuam, flagella tua, linares tuos semper ob oculos portem, & co- silium sapientis exequar quo dicit. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: posuit enim pro te animam suam. Et illud quod Paulus ad Hebr. 10. nos admonet, dicens. Reco- gitate eum qui talem aduersus semetipsum sustinuit pro peccatoribus contradic- tionem. Nec enim sufficit tantum mysterium simpliciter cogitare, sed oportet etiam re- cogitare. Non sufficit vt auribus tuis sonet sacramentum hoc ea generalitate, qua per totum mundum diffamatum est. Ideo quip- pē per serpentem anaxum figuratus est Chri- stus crucifixus: quoniam aes sonorum est, vt intelligeremus mysterium Christi cruci- fixi, per totum mundum diuulgandum esse. Non igitur ea generalitate auribus tuis in- sonet, qua per totum orbem sonuit, sed senti- tu quodam maiori, qui vsque ad animę aures penetret, ita quod non solū memoria sensu- tiva

Genes. 22. August.

Eccles. 29

Hebr. 12.

Ioan. 3.



tina illud cogites, sed intellectione & affectiva recogites. Nec enim Deo queritur, quia non cogitatur passio eius, sed quia non cogitatur. Quare hoc hisce diebus cogitare ac cogitare debemus, cum iam tanti mysterij fontem inuenerimus, ut sic mereamur augmentum gratiae in hac vita, & in futura gloria sempiternam. Amen.

Sermo. 2.
Gal. 12.

Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. In praecedenti sermone (Deo nobis auxiliante) ostendimus qualis fuerit fons, unde huiusmodi hoc magnū ac profundissimū beneficiorū Dei super nos ortum fuerit, a quo tantū emanauit sanguis, tot merita, tā abundās satisfactio, tā gratia & magnificētia. Et inuenimus fuisse Dei amorē: tales quippe esse et principaliorē causā habere non poterāt, sicut Apostolus in assumptis uerbis nobis proponit, dicens Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Nunc autem opus est ligillatim hanc traditionem tractare, quam de seipso filius Dei fecit in manus peccatorū. Nam qui inuis Iudas fuerit qui triginta argenteis tradiderit illum; parū illi profecisset sua malignissima diligentia, nisi seipsum ipse filius Dei tradidisset. Sed ideo Iudae malitia uisus est Christus: quoniam ipse optime nouit malitiam iniquorum in bonum conuertere, & per illos magnifica opera facere, in quibus sua maxima sapientia resplendet. Hoc autē precipue apparet in hoc mysterio passionis Christi, in quo (ut praecedenti sermone diximus) sententia capitis quā Pater contra Christum protulit, iustissima fuit, quinimō omnē Dei iustitiam in se claudebat, quae in hoc opere summē & consummatē demonstrata est: exequutores autem huius sententiae iniquissimi, & maximi peccatores fuerūt, qui nescientes quid facerent, nec illud prorsus intendentes, erant tamen fidelissimi exequutores, ac diuinae dispositionis ministri. Et sicut ad notificandam mundo sententiā, quā Pater contra Christū tulerat, fecit nūtiū suū ac ministrū Cayphā, qui in malignissimo illo consilio, quod in domo sua aduersus Christū habitū est, post omnium uoces ipse dixit: Vos nescitis quidquam, aut cogitatis. Expedi vobis, ut vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Quod tamen ut statim adnotauit Ioannes, a semetipso non dixit: Quoniam sententia illa, non ab illo, sed a Deo Patre desuper ueniebat. Sic modō quamuis Pater fuit qui filiū suū tortoribus tradidit, imō & ipse Christus semetipsum pro nobis tradidit, ut ait hic Paulus, tamen ministrum

assumpsit Iudam, quo prorsus insciente, per eius crudelissimas manus traditio haec a Patre praordinata haeret. Sicut olim innocentissimus puer Ioseph a fratre suo Iuda triginta argenteis Ismaelitis traditus ac venditus est, qui postea translatus in Aegyptum Saluator mundi dicitur est. Sic diuina factū est prouidentia, ut verus ille noster Ioseph Christus, alio innocētiore, ac sanctiore, per discipulū suū Iudā triginta argenteis in manus Iudaeorum traderetur, qui postea Romanis tradiderunt illū, ut sic tā Iudaeorum, quā Gentiliū manib⁹ cōtrastatus, ac elaboratus ipsis omnino ignorantibus, vtriusq; populi, imō totius orbis verus Redemptor ac Saluator efficeretur. Ut etiam in hoc manifestaretur mysterio, quanti Deus hominē faciat, & quātū homo Deū. Deus enim plusquam se hominem aestimat, cum semetipsum pro illo tradat; homo uero triginta argenteis ipsum Deum aestimat, quibus suum innocentissimum sanguinē, qui nullo est pretio aestimabilis distrahit. Ita, rabies, furor, me aduersū illum sceleratum discipulum apprehēdit, omni ferociore bestia, qui post tot accepta beneficia a suo magistro, tanta crudelitate in illum seuerit, ut pro tā vili pretio hostib⁹ suis immanissimis tradat, nisi me verecūdia quadā detineret. Erubescō quippe per meā euoluere linguam, sic detestabile & immandissimum hominem, ne meum os suo foedissimo nomine contaminem, & simul pias Christianorum aures offendam, tam immundum nomen eis intonando, sed potius illum in infernorum ignibus relinquens, in quibus cum angelis Satanā in perpetuum ardet, deueniamus ad narrandum modum, quo Dñs Iesus seipsum pro nobis tradidit. Nā Ioānes sic hanc exorditur narrationē. Egressus est Iesus cum Discipulis suis, trans torrentem Cedron, ubi erat hortus. Post consummatā sacratissimā illam Coenā, in qua tantum est institutum Sacramentum, assumptis discipulis suis trans torrentem Cedron exiuit, ubi erat hortus qui dicebatur Gethsemani, propē mōtem Oliuarum. Gethsemani quippe pinguedo interpretatur, & ad locum pinguedinis Dñs exiit: quoniam ibi debebat in corpore exprimi Oliua haec, quae tantum ex se protulit oleum, quod sic terrā impinguaret, ac fertilem redderet gratia, sanguine, atque Sacramentis diuinis. Erat enim hic mōs Oliuarum, ille de quo praedixerat Propheta. Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspicamur in mōte coagulatos? Mōs olei, qui

Genes. 37.

psal. 67.

qui ex hac diuina oliua expressus est, cui collati ceteri montes, non pingues in re, sed in suspitione potius erūt. Et hoc in monte oliuarum fiebat, ad ostendendum quod vera illa Oliua illic distillare debebat pinguedinem suam. Oliua (inquam) illa de qua Hierem. cap. 11. dixerat. Oliuam vberē, pulchram, fructiferam, & speciosam vocauit Dominus nōmē tuum. Hoc est, plenā oleo, misericordia, gratia, meritis, ac caelestibus donis, quibus humectata, & impinguata terra, magnos ex se produceret fructus. Cū autem a Hierusalē egredereetur Dominus, credendum est, verā facie contra ciuitatem, quasi digrediens ab ea sic dixisse. Hierusalem, Hierusalem, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluit. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Hierusalem, magno semper desiderio flagraui, ut in te benedictus essem, & ad me te traherē, colligeremq; ac fouerem, quemadmodum gallina fouet pullos suos sub alis, sed tu non uisisti. Nunc a te migro, & in pace te vellem dimittere, nisi tua obstaret ingratitude, propter quā, & ob crudelitatem qua mecum ueteris, ab omnibus deserta & derelicta eris. Nihilominus quātum in me est, maneam in pace, obsecro, Deus tecum sit, cum Deo remane, magno quippe dolore a te digredior. In pace mane, templum, nam ego tuis sacrificijs finem imponere pergo vno holocausto, quod omnia tua sacrificia significarunt. In pace maneam Sacerdotes tui, quamuis ipsi cum bello me a te emittunt: nam meo sanguine tuum & ipsorum sanguinem purificabo. Non me poenitet quod Sacerdotes tui, simul cum sacrificijs finem habeant, cum in alia meliora commutetur, sed quoniam sanguinem meum despicere debes, qui tuū debebat purificare. Et cum haec dixisset, ad discipulos suos conuertit sermonem suum, finiens dulcissimum illum quē in Coena inchoauerat: talibusq; sermonibus ad torrentem Cedron accedunt. Hic erat locus ille, in quo olim Rex Iosias miserat cineres idolorum omnium, quae in Hierusalē combusterat, & hoc mysterium sese tunc animae Christi obtulit, quod ipse esset torrens ille, in quo cineres omnium idolorum, ac peccatorum orbis sepeliri deberent. Nam quamuis ipse peccata quoad culpam non suscepit, tulit tamen eorum cineres, hoc est, fines, ac terminos peccatorum, qui sunt poenaltates, quae ad illa cōsequuta sunt, nēpe mors,

Hier. 11.

Matth. 23.

3. Reg. 15.

acerbi exitus, quos solet relinquere culpa. Hi enim sunt cineres idolorum, & haec Christus super se suscipiebat. Ipse quippe erat vacca illa ruffa, cuius cineribus aqua resperis populus sanctificabatur illis aspersus, sicut Dominus praecerat Moysi. Sic cineribus Christi, hoc est, morte, ac sanguine, laboribus, ac flagellis huius Dñi aspersa anime nostrae sanctificantur. Igitur cum in loco illo haec suae sanctissime animae oblata sunt, & corā oculis iā idola, quorum cineres super ipsum cadebāt offerebantur, nempē peccata quorū poenas ipse exoluere debebat; interius cepit horrorem talem contra peccata concipere, quod licet non manifestauerit usq; ad hortum, iā tamē ex illo loco conceptū ferebat. Iā cū in hortū venit, cepit in memoria venire hortus ille alter, in quo coeperat culpa, & quod in hoc debebat incipere poena. Iā quelibet arbor quā uidebat apparebat sibi quod esset illa uerita, & quod uidebat serpentē pendente ex illo, & seducētē Eua. Et uidens draconem cum quo bellum gerere debebat, & peccata omnia praesentia quorum ille author fuit, cepit pauere & tēdere, & mortuus esse. Horror quidam mortis, ac tristitia cecidit super animā eius, ut nequaquā illum dissimulare potuerit. Et sicut uirga illa qua Moyses tot mirabilia fecit, prius in serpentē uersa horrorem ac timorem illi inculsit, sic humanitas illa Christi, cum qua tanquam per instrumentum tot fecerat mirabilia Verbum; magnum illi modō incutit pauorē, & illum tremere ac tēdere facit. Nā quāuis non sit serpens, sed māfuetissima columba, tamē quā super illam uidet peccatorum serpētes, quorum poenas interius & exterius ille soluere debet, hoc illi timorē, ac pauorē causat, ita quod terga uertere uideatur, sicut & Moyses fecerat. Et quāuis hanc tristitiam semper senserit Dñs, maximē tamen quādō hortum ingressus est. Ex tunc em cepit illum omnino derelinquere Pater. Nā, ut Aug. docet, sicut quādō a principio Deus mundum cōdidit, prima die diuisum est caelum a terris; sic in hoc primo passionis Christi dolore Pater ab illo diuisus est; in hoc sensu, quod illum solum, absque ullo solatio, atque protectione dereliquit, ac si summus hostis eius fuisset. Nā etsi Angelum qui eum cōfortaret ei misit; tamē hoc exterius tantum cōfortig, interiora quippe a Patre derelicta erāt, ita quod ex patibulo crucis tenera illa uerba ad Patrem protulit dicēs: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Ac si diceret. Sic me dere-

Num. 19.

August.



derelinquis, ac si inimicus tuus essem: ut verum sit Propheticum illud dictum. Et ita me habuerit quasi hostem suum. Nam (ut paulo antea diximus) ceteris sanctis solatia misit Deus, ita quod Paulus dicat superabundare gaudio, Christo vero in toto super passionis discursu, nihil in mentem venit quod illi interius, vel exterius solatium adferre possit, sed omnia potius eius augebant dolorem, ita quod cum Esaia dicere potuit: Torcular calcavi solus. Namque in laboribus suis, nec ullam habet consolationem, neque à coelo, neque à terra. Et hæc Patris derelictio turbationem hanc ac metum, quæ modo habet effectum in illo. Iratus Dominus contra Cain, propter iniquitatem quam adversus fratrem suum commiserat occidendo iniuste illum, deturbavit verbis suis increpatoris illum, atque à facie sua eiecit. Tantus ex hoc terror inuadit Cain, cum se videret à Deo derelictum, ut per totum tempus vitæ suæ tremor occupauerit membra eius, & paralyptim membrorum omnium passus sit. Sic enim & territis & timentibus accidit. Quod calor ad cor refugiat & membra derelicta dimittit, & in illa tremorem & paralyptim caulat. Sic & Christo hodie contigit. Nam etsi Pater nunquam à gratia ac amore suo eiecerit illum, imò nunc maiori dignus erat amore; tamen quia ipse peccatum Cain & aliorum peccatorum super se tulerat, ipsum Pater dimittit ac derelinquit, ac si ipse tot scelerum patratior fuisset. Quæ derelictio in illo hunc timorem, tremorem, metum, atque pauorem generat. Derelicta membra à calore tremunt; demissa humanitas Christi à Deo timet, atque in hunc moerorem ac angustias incidit. Licet & in hoc aliud lateat mysterium. Quoniam Christus veniebat, ut pro peccato pateretur, peccatum autem generatur in corde interius, & exiit exterius in opere; sic propter peccata nostra Christus prius tristatur in corde; deinde etiam exterius patitur in corpore. Cum ergo in tanta esset afflictione ac moerore, coram oculis omnia hominum peccata habens; segregauit se à ceteris, assumptis secum tribus tantum fidelissimis amicis, Petro (scilicet) Iacobo, & Ioanne, coram quibus in monte Thabor transfiguratus fuerat, nunc etiam ante eos se transfiguratur in monte Oliueti, non sicut tunc, sed prorsus differenti modo. Talis enim color in faciem eius cecidit, quod videbatur splendorem paternæ gloriæ ob-

Iob. 19.

Esa. 63.

Gen. 4.

tenebrasse. Vultus ille in quem desiderant Angeli prospicere, quem Sponsa candidum & rubicundum vocat, sic modo immutatus apparuit, ut clarè moerorem quæ animam Christi affligebat exprimeret. Non erat quasi Sol splendens, sed tanquam tenebræ la nox obscurus, atque voce quadam timida ac tristi dixit ad discipulos suos: Tristis est anima mea usque ad mortem. Grandis o chari amici, moeror animam inuasit meam, postquæ in hunc hortum intraui. Talis erit, quod me ad mortem deducet: vel tam grandis est tristitia hæc quæ me torquet, quod videatur sufficiens ad dandam mihi mortem. Ita magna est, ut genus quoddam miraculi sit pati illam hominem aliquem & vivere. Vos autem adduco huc, amici mei, quos fideles semper in meis inveni tribulationibus: ut agnoscam, an in vobis modo solatium aliquod, aut consolationem inueniam. Vos qui vidistis gloriam meam in monte Thabor, videatis nunc poenam meam in horto Gethsemani: ut simul mundo prædicetis, & gloriam, & humilitatem meam. Te autem, Petre, huc adduco, ut discas non paruum rem esse mortem pati propter alium, nec sic audeas vitam promittere perdere, ut hodie mihi promististi, cum videas me mortem timere, & quasi ex amore naturali refugere eam. Vos autem, filij Zebedei, huc adfero: ut qui sedes posebatis propè me, oculis modo intueamini quem calicem prius bibere vos oporteat. Nullum in suis solamen inuenit Dominus, quinimò eadem super illos cadente tristitia ac pauore, diuinum eius intuentes vultum sic in moerorem immutatam, pauentes, atque pallentes tacendo illum intuebantur. Faciei quippe aspectus internum animi dolorem satis eis ostendebat. Itaque de eo tunc temporis dici rectè poterat, quod de summo illo sacerdote Onia dictum fuit. 2. Mach. 3. quando deposita à templo Heliodorus Antiochi dux tollere satagebat. Iam qui videbat summi Sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: Facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. Circumfusa enim erat moeror quædam viro, & horror corporis, per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Mente vulnerabatur. *Largo le deiza el alma lo que era.* Cum ergo Dominus videret nullam sibi consolationem à discipulis suis perferre, qua tamen tunc valde indigebat; accessit ad Patrem suum, qui Pater est

2. Mach. 3.

est misericordiarum, & Deus totius consolationis, fortè intra se dicens illud quod Rex Iosaphat ad Dominum dixerat: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum reliquum habemus, ut oculos nostros leuemus ad te Deum cœli. Et illud etiam quod dixit Dauid: Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ. Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Ecce elongaui fugiens à facie traditoris Iudæ, & mansi in solitudine. Volo pennas sicut columbæ, ut ad fenestras cœli volitem, vnde veniet auxilium mihi. Præcepit Dominus Exodi. 28. ut quando summus Sacerdos ingrederetur in templum ad offerendum sacrificium, aut orationem, quod in superhumerali, quod erat vna ex vestibus sacerdotalibus, super utrumque humerum portaret nomina trium filiorum Israël. Portauit, inquit Scriptura, Aaron nomina eorum super utrumque humerum. Talis modo ingreditur summus Sacerdos Christus ad offerendum sacrificium Deo, non sanguinis hircorum, aut vitulorum, sed proprii sanguinis, pergit ad offerendam orationem suam Deo. In pectore portat nomina omnium peccatorum pro quibus orat, & super humeros peccata omnium, pro quibus patitur ac satisfacit. Et auulsus à suis tanquam iactus est lapidis, procidit super terram. Amplexatus est terram à qua quasi inuitus digrediebatur. O bonè Iesu, laus tibi, quia ideo humum amplexaris, ut in illa hominem amplexeris, qui propter peccatum factus est terra. Nam post peccatum dixit ei Deus: Terra es, & in terram ibis. Ibi est homo; o bonè Iesu, ibi illum quaere, & amplexare. Apparet mihi quod videam piæ illum Ioseph suos amplexantem fratres, qui illum in cisternam veterem miserunt, qui alienigenis illum vendiderunt, qui tot ei mala inferre voluerunt: amplexantem, inquam, illos deosculantem, cum illis plorantem, pacificè illos alloquentem, illis blandientem, & ad se illos attrahentem. Talem te modo

2. Para. 20

Psalm. 6.

Exod. 28.

Genes. 3.

intueor, o vere Ioseph, amplexantem terram, ac peccatores qui se terram fecerunt cum ijs qui te vendunt, offendunt, trahunt, odiunt, milleque modis illudunt, ibi illos vocas, & ad te trahis. Venite ad me peccatores, me amplexamini, me deosculamini, ponite super me peccata vestra, illa ego in meam rationem assumo, nunc super illa sanguineum effundam sudorem, postea mecum in Cruce configam. Accedite ad me: quia vos amicos meos constituere volo, peccata vestra dimittens, & super me tollens. O bonè Iesu, quantum pondus super te assumis. Ideo non miror, quod tantam tibi attulerit tristitiam, ac poenam. Quare sic cum peccatis, & peccatoribus amplexus loquutus est ad Patrem dicens: Pater, si possibile est, transeat à me Calix iste. Attentè consideranda est hæc Christi Domini oratio, quæ miram secum adfert sapientiam, & artificiosa valde est. Ipse erat verus homo, veramque naturam humanam assumpserat, & sicut super se omnium hominum peccata, sic & suæ carnis similiter curam susceperat; cum verus esset homo, & nullus vnquam sciam odio habuerit carnem, ut ait Paulus: quare naturale erat voluntati humanæ Christi mortem renuere, & vitam appetere. Ex alia parte hæc eadem voluntas humana Christi, sic in omnibus subdita erat diuinæ voluntati, quod non solum vnā mortem, sed mille perperit elegisset, ne illam vel in minimo prætermitteret. Videte ergo quā mirabili artificio veramque in hac oratione expresserit. Ex vna parte pro carne aduocatum agit, dicens: Pater, si possibile est, transeat à me Calix iste: ex ea parte qua mihi attingit quod sum verus homo, & vitam carnis meæ naturaliter appetere, patroni munus pro illa exerceo: ut si possibile sit, Calix iste mortis transeat, absque hoc quod bibam illum. Hoc est quod secundum suam naturam pars mea inferior poscit. Sed ut ostenderet quā obsequentem haberet hanc etiam carnis voluntatem Deo; componit illam, ac ordinat cum parte superiori, dicens: Veruntamen non mea, sed tua fiat voluntas. Ac si diceret: pp. Hoc

Ephes. 5.



Hoc est quod caro mea poscit, propter appetitum quem habet viuendi, sed tam voluntatem animae, quam corporis appetitum tibi, Pater, sic obsequentem, ac subditum habeo, ut uterque non nisi quod volueris faciet: desiderat quidem caro mea viuere, ut caro, desiderat anima mori tanquam anima, quae tuam scit ac cognoscit voluntatem; sed hunc appetitum inferiorem carnis, subiectum etiam habet anima mea tibi. Videtur mihi Dominus in hoc loco non solum officium patroni, & aduocati agere, sed illius qui etiam si pro vna parte patrocinium ferat; habet se tamen tanquam amicitabilis compositor amborum: sic Christus Dominus et si partes carnis agebat, pro qua secundum inferiorem appetitum postulabat; ex alia parte cum parte superiori componebat illam, ut ambae partes subijcerentur Dei voluntati. Et hic est propriissimus, & naturalis sensus, huius deuotissimae orationis Christi. Cumque aliquo tempore, in hac oratione perstitisset, surrexit praesollicitudine suorum. Et cum venisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes. Et quamuis omnes propter tantum torporeis reprehendit, praecipue tamen Petrum. Tum quia ipse plus alijs promississet se facturum pro Christo, tum quia praelatis maxima in culpa est somnium, & torpor & obliuio numeris sui. Et ideo dixit illi: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Non illum vocat Petrum: quia hoc erat nomen veluti officij, nam quando illi promissit summum Pontificatum imposuit illi nomen Petrus, quod significat petram; sed modo non illum nomine officij appellat, sed suo peculiari quo dicebatur Simon: quoniam praelati somno dediti, oscitantes, epulones, secularibus negotijs impediti, carnis delitijs indulgentes, non merentur nomen praetorum, sed suum proprium: non enim petrae sunt, sed imbecilles, ac pigri, omnique vera fortitudine destituti. Simon dormis: Sic Simon, hoc est quod in te habebam, haec illa verba fiducia plena quae paulo antea protuleras? Haec tua constantia? Vbi nunc promissiones illae, quod mecum, & in carcerem, & in mortem ires, cum modo nec vna hora vigilare mecum po-

simile.

tueris? Modo experiri poteris quod solus Deus verax sit, omnis autem homo mendax. Et verè sic est. Omnes enim homines modo sunt verbosi, sycophantae, multa promittentes, & pauca praestantes. Caeterisque discipulis dixit: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Ac si diceret: Sic. Ad hoc vos mecum adduxi? In hoc tempore somno indulgetis, cum periculum praesens est? Non est tempus somni modo, sed vigiliae. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Et relictis illis, iterum ad orationem redijt, eundem sermonem dicens: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Antè omnia hoc fixum permaneat, quod ego voluntatem tuam adimplere, & volo & debeo, maxime si id ad reparationem hominis necessarium est. Ob hoc enim libentissimè impendar, & superimpendar. Atque ex illa hora Pater hoc sacrificium filij acceptauit, & humani generis reconciliatio tunc coepit. Et surrexit secundo ab oratione, ut suos reuiferet, quos cum adhuc dormientes inuenisset, tertio ad orationem redijt. In quo mihi videtur eo modo se habuisse, quo puerulus cum a gremio matris tantillum discedit, protinus ad illud reuertitur, & cum praesentia matris caret, omnes aeternat sibi nocituros. Sic mundi Saluator, sic filius Dei in hac hora se habet. Nam cum extra Deum nullam inueniret consolationem, mox ad brachia Patris occurrit, & vel tantillo tempore non potest ab illis abesse, quin mox ad illum reuertatur. Tertio igitur ad orationem redijt omnino se diuinæ voluntati subiiciens, & eadem repetens verba. Pater, si possibile est, &c. Veruntamen non mea, sed tua fiat voluntas. Mea voluntas, inquit, parata est, ut tuam in omnibus rebus quantumuis arduis omnino faciat: Quoniam ego in flagella paratus sum: imò & ad spinas, elauos, & crucem. Paratum enim cor meum, Deus, paratum cor meum. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: sed tamen in hoc tempore accidit Christo res sic noua & miranda, qualis nunquam talis inter homines audita est. Nam tantae angustiae tunc temporis opprimebant Christum,

simile.

Psalm. 56.

Psalm. 39.

tan, o-

tantòq; angebatur morore, atque dolore, quod ceperit sanguinis guttas ex se emittere, sic copiosas, & continuas, ut super terram magno cum impetu effluerent. O sanguis pretiosus, o sanguis diuinus, o sanguis propter peccatores effusus; adoro te, benedico te, laudo te, cum sic properes pro me effundi, & antequam tibi detur locus ad effluendum, tu illum quæris & efficis. O fons diuini sanguinis, qui hucusque claudebaris, & priusquam te clauis, ac lanceis aperiant, ac viam effluendi parent; tu tanto impetu erumpis per diuinos tuos poros, ut terram ipsam pio tuo cruore tingas: quod signum maxime exprimit propriam voluntatem, quam semper pro nobis effundendi habueris. Attēdite, Domini mei, & agnoscite quæ fuerit causa huius sanguinei sudoris in Christo. Primum, Pater in hac hora clariùs omnia peccata pro quibus patiebatur ante oculos Christi posuit, quæ sic praesentia habebat, quasi oculis iam videret ea. Aperuit tunc Pater illi libros ratiocinationum, quas cum hominibus habebat; & debitum infinitum, quod aduersus hominem restabat, & illud ipse debebat soluere, quia ad id suam obligauerat carnem. Cum ergo se tanto debito obligatum vidisset, sic pressus est hac angustia, ut in sudorem illum erumperet. Ad hæc tam clarè omnia tormenta quæ perpessus erat, tunc ei oblata sunt, ac si iam ea pateretur. Videbat enim alapas, sputa, opprobria, flagella, spinas, illusiones, crucem, clauos, acetum, lanceam, ac si iam in corpore ea praesentiret. Ita quod videatur posse dici, Dominum Iesum bis crucifixum fuisse, prius in anima, cum omnia sua tormenta antè illam posita sunt, deinde in corpore, cum cruci affixus est. Verum potissima causa huius agoniae ac sudoris fuit voluntas Patris, cui ipse omnino secundum partem superiorem se subdiderat. Et intelligens Patris diffinitiuam sententiam esse quod moreretur, tantam vim inferiori parti intulit, ut daret sanguinem quem Pater volebat diffundi: tantæque virtutis imperium illud superioris partis exiit, quod à corde illum diuulsit, vbi praemetu fugerat, & collegerat se, & fecit illam per poros, & venas Dominici cor-

Tom. II.

poris erumpere. Quare in hac hora considero ego Christum Dominum inter duos lapides positum, vnum super illum, & alterum infra illum. Inferior est metus ille, ac afflictio quam caro fugiens mortem ostendebat, quo metu sanguis ad cor retraxerat se. Lapis quem super se habet, est determinata Patris voluntas, qua decretum sciebat se oportere mori. Hæc ergo Patris voluntas sic Christi animam aggravauit, sic illam oppressit, sic super botrum istum Cypri, & super fructiferam hanc Oliuam toto pondere cecidit; quod fecerit illum exprimere diuinum illum liquorem sanguinis sui, sicut lapis facit vnam, aut oliuam exprimere suum liquorem. Tanta vi hæc Patris voluntas Christi animam oppressit, quod sanguinem à corde disiungens, per totius corporis erumpendo poros, terram tingere ac humectare potuit. O suauissimus liquor plus quam pretiosissimi ambaris. O diuinus sanguis, qui totius mundi lauator es. Cur sic properas effundi, & ab ipso diuino corpore erumpere? Serua illum Deus meus, serua illum: erit enim tibi necessarius ad irrigandas calles Hierusalem, & Caluariae montem, & praesidentis atrium. Ne effundas totum hic, bonè Iesu, nec enim inuenient postea spinae sanguinem quem expungant, nec flagella. Quid remanebit pro clauis, pro lancea, Deus meus, si totum hic modo profuderis? Si tanta tibi auiditas profundendi sanguinem inest, ut phlebotomiam pati desideres; quam plures phlebotomici, ac incisores venarum Hierosolymis te expectant, qui non lanceola, sed lancea venas omnes totius corporis incident, quibus cruor omnis effundatur, ut nec gutta quidem in illo maneat. Nunc Domine Deus, agnosco desiderium quod te angebat baptizari in proprio sanguine, cum dicebas: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsquedum perficiam illud. Nunc autem adimpletum video desiderium tuum, cum te totum tuo sanguine tinctum, ac rubricatum videam. Nunc quiesces Domine, nunc alleuiatus eris. Tantum tibi onus sanguis tuus erat in venis, quod sic illum erumpere per diuinos corporis poros cogas? Habet enim

simile.

hanc

simile.

simile.

pp 2 se



se hic Dominus, sicut ille cui abundat sanguis, quod si incisor venæ detinetur ad effundendum illum, ipse per nares, per oculos, per os, & per alias corporis partes erumpit, & se foras emittit. Sic quia tortores modò detinebantur, sanguis ipse spontè effluit tanto impetu, ac vi, vt fortiter super terram stillet.

Genes. 2.

Nunc video fontem alterius horti in quo fuit Adam, qui in diuersos riuulos diuidebatur, & irrigabat totam terram. Venite peccatores sitibundi gratiæ ad hunc hortum Gethsemani; videbitis fontem hunc paradysi cœlestis, in plures diuisum riuulos, ne vnus alium impediatur. In hoc hospitali, o peccator, debes sudare tuos pessimos humores, hic Dominus illos sudat multo sudore, vt ait Hieremias: adiuua tu illum, si vales, si non cum sanguine, saltem cum lacrymis. Vidisti ne aliquando in hortis, & viridarijs Regis homines sculptos, qui ex omni parte videntur sudare, ac distillare guttas aquæ? Sic considera modò Christum Dominum. Venit enim tibi tanquam fons viuus, sudando & distillando guttas sanguinis ex corpore suo. Anima mea, si lapidea, vel ferrea non es, te ipsam terram fac. Tali sudore perfusa, tali irrigata liquore, cur non mollis fies? Cur tali irrigata rore, non optimos fructus produces? De adamante legitur, quòd sanguine agni molitur. Cur cor meum durius adamante erit, quod huius mansuetissimi Agni sanguis non emollit? Cumque in tali positus esset agonia Dominus, factus est Angelus de cœlo confortans eum. Et videtur mihi quod sicut olim Angelus ostendit Moyse in monte exemplar tabernaculi quod erecturus erat, cum omnibus atrijs, triclinijs, & vniuerso apparatu eius, & dictum est ei. Vide quod facias omnia secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Sic in hoc monte Oliuarum adduxit Angelus ad Christum exemplar omnium quæ perpeffurus erat, & ei notum fecit illam esse Patris voluntatem, vt nihil ex illo exemplari præteriretur. Ibi clauos, flagella, lanceam, crucem, & alia simul cum exemplaribus, & figuris antiquis, quibus in omnibus respondere debebat, ob oculos posuit, significans illi, quanta obligatione tenebatur illa omnia

simile.

Exod. 25.

adimplere, & vera facere: quod potius tristitiam carnis augebat: tantum aberat, vt consolaretur eum. Vincit tamen Patris voluntas, quam omnino exequi totus Christus volebat. Sed nunc illum in his angustijs dimittamus, fratres: nam in die Veneris reliquas omnes numerabimus. Et tu anima mea, & vos animæ Christianæ, existimate, quòd si minus corporaliter in horto cum illo, non tamen dormiamus tanquam timidi, sed potius deuotissimè vigilemus. Contempe-mur diuinum illum vultum tanto mœrore immutatam, quantaque esset animæ tristitia, quam sic horror corporis manifestabat, & quòd causa suæ tristitiæ sim ego. Procidamus ante eum, & adoremus omnium communem Dominum. Quòd si guttas sanguinis plorare nequimus, saltem aqueas emittamus. Et si tam duros vos inuenitis sicut & ego, quòd nec aqueas lacrymas exprimere valeamus, saltem corde ac desiderio ploremus, & sanguineum illum sudorem loco lacrymarum Patri offeramus: vt sic in hac vita diuinam gratiam, & in alia perpetuam gloriam consequi mereamur, Amen.

qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, &c. Cum mulier maritum mortali infirmitate confectum habet, magnam habet tristitiam, magnam sollicitudinem circa salutem viri adhibet, orationes offert, ieiunia, ac sacrificia, medici congregantur vt de infirmitate viri conferant. Et tandè resoluuntur in hoc, quòd omnino morbus ille remedio caret, & mors infalibiler subsequenda est. Tunc euulatus emittantur, planctus in excelsum tolluntur, crines dilacerantur, tapetia domus è parietibus auferuntur, cruces parochiarum simul cum clericis congregantur. Sic hodie Ecclesiæ sanctæ Dei accidit. Nouen iam septimanæ transierunt, in quibus dulcissimum Sponsum suum Christum mortali tantum infirmitate nobis representauit: quoniam carnem mortalem propter homines assumpsit, vt eorum sanaret morbos. Verè languentes nostros ipse tulit, ait Propheta, & dolores nostros ipse portauit. Verè quippe passus est mortem, ad confutandum errores hæreticorum, qui id volebant concedere. Suspiciata autem Ecclesiæ quod

sermo tertius. simile.

Esai. 53.

quod debebat fieri, & quod verè moriturus erat Sponsus suus; signa tristitiæ cœpit ostendere per nouem continuas hebdomadas, canticaque lætitiæ relinquere, se cum sua familia affligere, ieiunia per quadraginta dies indicendo, & hodie octo dies sunt, quando medicorum facta fuit congregatio in domo Cayphæ, vbi Christus morti damnatus est. Quare hodie euulatus magnos emittit, lacrymas fundit, suspiria vsque ad æthera soluit, ita vt possit dici, Planctus magnus est hic Christianorum. Se pullatis vestibus induit, cruces & clerici congregantur, disciplina, & processiones ordinantur; vt sic omnes dignè si possumus deploremus indignam, atque crudelem Sponsi nostri mortem, quam hodie passurus est. Quæ certè, si vt oportet consideretur, digna est, vt in cordibus nostris intimè, ac grauiter sentiat, si tamen carnea, & non lapidea corda gerimus: quippe nocte se ipsum pro nobis tradidit in manibus hominum crudelium, immanissimorumque carnificum, quales nunquam in mundo visi sunt. Iam altera die dimissimus Dominum Iesum in terra iacentem, sanguineo sudore perfusum, coram eo Angelum stantem, exemplarque omnium quæ passurus erat proponentem, & diffinitiuam Patris sententiam, qua morti illum destinauerat intimantem. Cum igitur humana Christi voluntas, sic Patris voluntati subdita fuerit, intelligens eam esse vt moreretur, surrexit è loco illo, vbi ad orandum Patrem accesserat, detergensque veste sua vultum diuinum sanguineo sudore perfusum, vt à Iuda posset agnosci, perrexit tertio ad locum vbi discipulos suos dimiserat, illosque etiam somno captos inuenit. Cumque videret iam instare cohortem militum & Iudam, qui ad illum capiendum veniebant, dixit illis: Adhuc discipuli mei perduratis in somno vestro? Cur non iam res ipsa vos admonet, atque expergefactus esse compellit? Nonne iam oculos vestros turbat fascium, luminarium, ac lucernarum lumen? Nonne auditis iam cathenarum sonitum, lancearum fulgor non iam ferit oculos vestros? Expergiscimini iam, & à vestro graui somno surgite, videbitis condiscipulum vestrum Iudam ducem factum hominum iniquorum, & carnificum; vt

me magistrum suum insidiosè inimicis meis prodat, vt effundant sanguinem meum. Et his dictis intrepidus obuiam procedit inimicis suis, vt in hoc appareat veritas sententiæ propositæ, qua Paulus dicit: Tradidit semetipsum pro me. O bone Domine, o dulcissimè Iesu, vbi nunc angustia illæ, ac mortis horrores. Vbi nunc tremores illi, ac timores, quibus paulò antè mortem differre volebas? Quis hic animus, & quis ille timor? Ibi timebas, nunc intrepidus, & absque timore hostibus tuis occurris? Verè Domine timor ille ex vera humana natura quam assumpseras processit, & hic tam impavidus animus, ex abundantissimo amore què erga me geris oritur, qui te vt voluntariè morti offeras compellit. Et ecce propè locum vbi erat; agmen militum videt lanceis, gladijs, ac fustibus armatum, cum lucernis, fascis, ac luminaribus, cum funibus, atque cathenis, quorum dux erat proditor ille vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Sca-rioth, qui illos admonebat dicendo: Quicumque oscularus fuero, ipse est tenete eum, & ducite eum, ne pedibus suis euadat, sicut & alias fecit. Cum ergo illis obuiam occurrisset Dominus dixit ad illos! Quæ queritis? At illi dixerunt. Iesum Nazarenum. Et ait illis: Ego sum. Et ecceiderunt omnes retrorsum. Vnico verbo tot prosternis hostes armatos? Maius hoc opus est, quàm mandibula asini tot occidere Philistheos, sicut fecit Sanson. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? ait August. Sed præcepit illis, vt surgerent, quos & iterum interrogauit: Quem queritis? Qui responderunt. Iesum Nazarenum. Et dixit illis: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me queritis, finite hos abire. Ac si diceret: Ego sum ille quem queritis. Ego Agnus ille innocens, qui pro mundi salute immolari debeo. Ego quem queritis sum. Capite me, rapite, apprehendite, ligate, & ad mortem me ducite, sed discipulos meos ne tangatis. Dimittite illos abire, ipsi fugam capiant, ego debeo immolari pro illis. O amor ineffabilis, o verè bonus pastor, qui vsque in finem oues suas dilexit, pro illis luporum dentibus lacerandum se tradens. Tunc proditor Iudas procaci vultu ad eum accedit, sacrilegumque os vultui iungens

Ind. 15.

August.



gens Saluatoris pacem fictam dat illi, cui cruentum parabat bellum. Osculatus est eum dicens: Aue Rabbi. Dominus autem mansuetissimè respondit illi: Amice, ad quid venisti? Iuda osculo filii hominis tradis? Ac si diceret. Quid hoc rei est, Iudas? Cur his mecum traheris insidijs? Quando hoc ego tibi merui? Nunquid quia pedes tuos laui, ante genua tua pronus? Quia corpus & sanguinem meum tibi comunicauit? Amice, ad quid venisti? sic me contemptui habes, vt pretio vilissimo tradas me? cur à me abijisti, qui Apostolatus titulo honorificauit, in delitijs te enutriui, & tanquam charissimū filium docui te? Cur me dereliquisti fontē aquæ viuæ, & cum diaboli seruis copulatus es? Cur in auaritiā declinauit cor tuum, & me summū bonum dimisisti, & tam vili pretio distraxisti? Cum tamē agnoscere deberes, in me omnes esse thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei: Me triginta argenteis vendis, qui cælum & terram diuitijs impleo? Amice ad quid venisti? In te reuertere, nam quantum est ex me, nondum est rupta amicitia nostra, paratus sum te recipere si velis, nam propter te metipsum me in incis meis tradis, & propter te ad mortem propero. Quid in me inuenisti iniquitatis, vt me crudelissimis tortoribus tradas? Multa bona opera ostendi tibi à Patre meo, propter quod eorum me prodis? Sed sic in indurato cordi omnia hæc nihil proficiebant. Tunc totum pondus belli versum est contra Saul, hoc est, contra Christum. Nam sicut Rex Syriæ præceperat suis, vt contra neminem dimicarent, nisi contra Regem Israël. Sic Pharisei istis ministris præceperant, vt omnibus alijs relictis, solū ad Christum capiendum intenderent, atque aduersus illum sua iacula tenderent, ne euadere vilo modo valeret. Solus quippè ipse passurus erat, propter peccatores. Tunc discipuli sui eo relicto fugerunt, solumque illum ad tormenta ferenda dimiserunt. O membra, cur sic caput derelinquistis? Cur solam illum ad tot vulnera dimittitis? Quis brachium opponet, ne caput feriat? Super illud certè istus, & vulnera cadent. Tunc ergo omnis dæmonum, atque hominum rabies & furia irruit in Iesum. Irruunt enim lupi in mansuetissimum Agnum, rabi di canes in domesticum ceruum, & quadam incredibili ferocitate omnes illum apprehendere nituntur, nec existimabat quis-

3. Reg. 22.

piam se hominem esse, nisi in illum manus suas sacrilegas extenderet. Alij collum eius stringunt, alij manus funibus crudelissimè ligant; alij venerabilem eius barbam velant, alij per pilos capitis trahunt, alij illum impellunt, alij sacras lacerant vestes, vnusquisque proteruè illum ferire contendens. Nec mirum: quoniam à suis magistris, & à perfido Iuda suasi veniebant, Christum Dominum omnium hominū iniquissimum esse, & illos maximis affecisse iniurijs, simul & rabiem dæmonis quam aduersus istum infontem Dominum conceperant, secum inuisceratam gerebant, furiasque infernales in anima habebant, spumaque Cancerberi pleni, quadam incredibili ferocitate impetuq; diabolico, tanquam ab inferno ipso agitati irruunt omnes in Christum. Et qui funes portabant in illum manus iniiciunt, cuius manibus conditi erant; illum ligant qui omnes soluere veniebat, & laqueis quibusdam lubricis manus illas eburneas vinciunt, quæ tot miracula, atque mirabilia fecerant. Et hoc sic fortiter faciunt, quod sanguis per illas præ magna constrictione erumperet, atque illum fortiter impellentes, vt aliqui Sancti contemplantur, in terram proiecerant, quasi vindicare volentes quod ipse paulò antea in eos fecerat, cum ante ipsum ceciderunt retrorsum. Et sic proiectum calcibus forte ferientes per terram traxerunt, sicut leones faciunt prædam quam ceperunt. Vnde & David dicebat: Projicientes me nunc circundederunt me, susceperunt me sicut leo paratus ad prædam. Et cum illum à terra leuassent, magno strepitu, atque impetu in Hierusalem duxerunt. O viri Christiani, quod maius improperium excogitari potest, quam ipsam libertatem captam videre. Ecce verum Sansonem Philistæis traditum, propter naturæ humanæ amorem, capillis capitis sui auulsis, hoc est, diuinitatis potentia abscondita, vbi maiores vires quàm Sansonis habebat. Ecce Ezechiam Regem, qui exiens à Hierusalem per portam Ortus, incidit in Chaldæos, qui illum captum in Babyloniam duxerunt. O Deus meus. Fateor, fateor Domine mi, nec ignoro funes istos quibus ligaris mea esse peccata, quæ patres mei fecerunt, & ego illa retorsi. Sic enim per David tu dicebas. Funes peccatorum

Iud. 16.

4. Reg. 25.

torum circumplexi sunt me. Et sic te Domine Deus, trahunt vsque ad Hierusalem. Multi autem antè venerant annunciantes iam Christum comprehensum, ac ligatum ad ciuitatem accedere. Quare porta ciuitatis plena iam erat Phariseis, & ministris eorum clamantes, atque dicentes: Properate properate, bene fecistis, ligate fortiter, ne suis magicis artibus vos deludat & fugiat. Sic ergo ligatum Dominum duxerunt ad Annam primum, qui erat locus Cayphæ, & iste erat Pontifex anni illius: vt sic Pontifici adularentur. Nolo modo hic narrare audaciam huius pessimi sacerdotis, qui Christum malitiosè de doctrina eius interrogauit. Non negationem Petri dicere volo, quæ in hac primum contigit domo. Hoc solam eiulatu magno dicere velim, quomodo respondente summa cum modestia, ac mansuetudine Domino; quidam seruus Pontificis pedisequus eius, vel potius immundissimus carnifex, quodam ausu temerario eleuans sacrilegam manum, alapam innocentissimo vultui Saluatoris impexit, sic fortiter faciei eius illisam, vt digiti eius viderentur impressi. Contremiscant cæli, pauent Seraphim, igneas lanceas emittant sydera, apiciatur terra, suas flammis infernus leuet omnisque creatura in vltionem sui Creatoris armetur, nec talem illi fieri patiatur iniuriam. Colaphum Deo dari? maior iniuria quæ homini fieri potest in Dominum maiestatis committi? qui tantæ autoritatis inter creaturas est, vt potius ipsæ anihilari permittant, quàm diuinam eius prætergredi voluntatem, & hoc vilissimum mancipium audeat faceret & quod herus suus videat & taceat? Quod minimè fecisset si vel cani suo videret calcem impingi. O maledicta manus, quæ sic percussisti faciem, ante cuius conspectum curuatur cælum, ante cuius maiestatem tremunt potestates omnisque natura creata se inclinat. Quid in eo vidisti, quod sic deturpassi illius fugaram, qui est splendor gloriæ & figura substantiæ eius? Et speciosus forma præ filijs hominum sic inhonorasti, diuinum eius vultum sic foedasti? Sic Domine, ferre voluisti, vt meam si posses tanto humilitatis ac patientiæ exemplo superbiam contunderes. O homo vilis, o vermis, & cinis, quomodo tu vindicare vis iniuriolam tuam, videns Dominum maiestatis tam mag-

Tom. II.

num dedecus ferre? Qui honorem suum in ferendo constituit, & tu vilissimum mancipium in vindicando te. Sed non hæc erit vltima iniuria. Nam ab illo loco properanter illum in domum Cayphæ deferunt, qui erat verus Pontifex anni illius. Illic enim conuenerat iam totum sacerdotum concilium, & vt illum ante se ligatum viderent, gauisi sunt valde, & cum ab illo diuersa interrogarent, & ipse ad omnia prudenter, ac mansuetè respondisset, cum demum illum obiurasset Pontifex, vt si esset Dei filius manifestaret, & ipse clarè id falsus fuisset, tanquam blasphemus reus mortis decretus est. Et dissoluto concilio illum in triclinio aliquo, vel aula ministris obseruandum tradiderunt, & credo equidem illum, vel columnæ alicui alligasse, vel noua vincula illi imposuisse ne euaderet, nec illum solum auli sunt dimittere. Nec vlla in illum tamen flexi sunt misericordia, vt vel pusillum noctis illum requiescere sinerent. Quinimò nonnullis ex sacerdotibus, & Phariseis simul cum ministris illic dimissis, insueta ludibria, nauasque illi iniurias illi intulerunt. Nam oculos vitta linea illi operuerunt, & cum illo ludabant dando ei alapas, atque dicendo: Prophetiza quis est qui te percussit. Atque sic vnus ex vna parte genas suas percutiebat, alius ex alia parte similiter colaphum dabat, alius colum feriebat, alius vnguibus faciem vulnerabat, & dicebant: Prophetiza quis est, qui te percussit. O ingrata corda, o insanos, ac crudeles homines! Hæc cæne redditis Domino vestro, quia vobis diuinum vultum suum ostendit? Faciem quam desiderauerunt videre Prophetæ, & non viderunt, quem & Moyses appetijt aspicere, & nec vidit, sic percussit? sic foedatis? Sic spiritus deturpatis? Sed quid mirum? Sicut enim non potuistis videre faciem Moysi, postquam cum Deo loquutus est, sed oportuit vt velaret faciem suam; sic tanquam noctuæ, ac vespertilionis, non potestis videre diuinam Christi faciem, in quam Angeli se respicere cupiunt, inò & ipse Pater in illam se respicit: & ideò super illa ponitis velum. Nec hanc solā iniuriam nocte ista illi intulerunt, sed multo maiores. Nam cum mos esset apud illos, vt qui tāquā blasphemus dānabatur, spuerent oēs in illū, & hoc

pp 4 sepe



Hieron.

Deuter. 32

sapē, sic crudeliter fiebat, vt multi suffocati à spatis perirent: cum Dominus à Pharisæis reus blasphemie declaratus esset, omnes in faciem eius spuerē cœperunt, immundaque excrementa expectore vi quadam gargarizantes, illius faciem sic sedam reddiderunt, vt omnes ad commiserationem mouere possent. Et ideò faciem eius velaerunt, ne illorū forte animos emolliret. Denique tot ludibria in hac nocte Christo Domino facta sunt, vt dicat Hieronymus, quòd vsque in diem iudicij id non poterit plene cognosci. Quod ex his colligere poterimus: primum ex odio quod aduersus Dominum gens illa gerebat, cui nec illud quod Cain gessit cum Abel, nec quod Amnon cū Thamar, aut Esau cum Iacob comparari vilo modo valeat. Ex quo oriebatur rabies quedam plusquam diabolica de illo vindictā sumendi. Erat etiam gens illa ingenio crudeli, & inhumano, ideò quippè à Domino vocatus est populus ille durę ceruicis, & Iohannes illos progeniem viperarum dicebat, & Moyses de illis dixit: De vinea Sodomorū vinea eorum, & suburbanis Gomorrhę vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Cū ergò gens tali ingenio prædita, & que in vindictam maximam aduersus Christum exardebant, & nunc illum in sua potestate habebat, considerare licebit, quanta in illum ludibria, diraque tormenta exercerent. Talis ergò fuit lectulus Salomonis nostri, in quo hac nocte requieuit, cui tanti in illum diem parabantur cruciatus. Nondum dies ille cœperat, & iterum omnes Pharisæi, & Sacerdotes in domum Cayphæ conueniant. Totam consumpserant noctem subornando populum, & maiores ex illo, vt Christi necesse à Romanorum gubernatore constantissimè exigere, suadentes illis Christum scelera tissimum omnium hominum esse, populi- que seductorem, & Regni eorum inuaforē. Quare inter se iniquissimè conuenerunt, vt Christum ad tribunal Romanorum duce- rent, cui Pontius Pilatus tunc præsidebat, & illum brachio seculari tanquam relaxatū traderent. Nondum è lecto suo surrexerat præses, & ecce magnum strepitum in ianuis audit, turbatulusque ac celer è lecto salit, timens ne aliqua res noua exorta fuisset: totum quippè populum in ianuis stare audiuit. Sed cum ad illos exisset, & Dominum Iesum ligatum, & spatis oblitum coram se vidisset, mox suspicatus est quid esset: eo quòd ipse iam pridem illorum inuidiā ad-

uersus Christum intellectam habuisset; atque sic decreuit protinus illum de manibus eorum eripere. Ipsi autem clamabant dicentes, illum esse seductorem, nouarum rerum cupidum, totaque Iudæam suis fallacijs decepisse, incipiendo à Galilea, vsque ad Hierusalem. Pilatus autem intelligens illum de Herodis esse potestate, protinus ad illum misit Iesum ligatum, vt à se expelleret iniustam causam. Gauisus est Herodes viso Iesu, desiderabat enim illum videre, eo quòd multa signa audiuisset facere. Et æstimans illum esse perstrigiorē, aut magicum, sperabat quòd aliquod signum coram se faceret, & interrogabat illum multis sermonibus. Christus autem, nec verbum quidem respondit illi: eo quòd Deus se à curiosis abstinet, nec illis sua manifestat arcana, sed humilibus, & mansueris, qui humiliter, & deuotè pro sua vtilitate mysteria eius agnoscere cupiunt. Quare Herodes illum cū exercitu suo contempsit, & ad Pilatum remisit indutū veste alba, quod erat insanorum in signe. Hoc enim est quod in regum palatijs cōtingit: vt iusti ludibrio habeantur, cum mali, & peccatores in pretio sint. Quod & Iob prædixerat dicens. De: idetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Et sic eum ad Pilatum referunt. Considera, o homo prudens, hominem aliquem magnę authoritatis, & opinionis in populo, qui & doctrina, & moribus celebris esset, si illum per medium populum videres ligatū manibus, cum fune ad collum posito, magno cū clamore, ac strepitu duci properanter, in modesteque illum trahere: in quam rapere- ris admirationem, & metum? Et ob oculos tibi propone hominem summę authoritatis, ac reuerentię, qualem nunquam mundus habuit, in manus traditum crudelissimorum hominum, per mediam vehi ciuitatem ligatis manibus, & fune ad collum circumdato, nunc properare passus compelli, quod eius non decebat authoritati, nunc ictibus ac impulsibus trahi, ita vt sapē in terram illum cadere cogerent, nec se tenere poterat, vt potè qui manus ligatas ferebat. O Domine Deus, o bone Iesu, o fili Dei, quid hoc est, quod tibi modò accidit? Cur sic ad mortem properas? Cur sic acceleras passus? Quæ stationes hæ sunt quas facis? Ab horto ad domum Annæ, ab illa ad domum Principis Sacerdotum, inde in domum Pilati, à quo ad Herodem transmitteris, inde iterum

Iob. 12

simile.

Ioh. 4.

4. Reg. 4

Exod. 12.

iterum ad Pilatum remitteris. Quomodo tibi vires supperunt, aut halitus non deficit, in tot gressibus, & regressibus? Si ex hoc quod pedes perficiebas iter, sic fatigatus ex itinere mansisti, vt sedere supra fontem fuerit tibi opus, & à Samaritana potum petere, nunc tanta cum lassitudine, quomodo perstas Domine Deus? Videò equidem, video has esse deambulationes illas, quas Herodesus Propheta faciebat ad suscitandum mortuū puerū, atque hos gressus te perage- re oportuit, vt hominem inortuum ad vitā reuocares. Et hæc erat festinatio illa quæ olim præceperas, vt comederetur paschalis agnus, qui te veram hostiam figurabat. Denique quia meum erat hoc negotium, sic festinanter illud adimple: nam in duodecim horis, coram quatuor iudicibus totū negotium tuum peractum est. Plures mihi inducias tribuis, Domine Deus, longiora spatia, maiores concedis terminos, vt me defendam, & pro meo iure allegē. Vt ad te reuertar, vno anno, imò & pluribus me expectas, & tamen causa tua duodecim horis peracta est. Et facti sunt Herodes, & Pilatus amici: nam antea inimici erant ad inuicē. Quasi iam ex illa hora effectus Passionis Christi cepisset, qui fuit homines ad inuicem reconciliare. Sed cum vellet Pilatus Iesum dimittere, & illi clamoribus instarent, vt crucifigeret eum; voluit Iesum alia via punire: vt sic aliquantulum eorum crudelitati satisfaceret. Intromisit ergò Dominum Iesum in atrium, & tradidit illum militibus inhumanissimis, qui sanguine gaudebant humano, in eo enim enutriti, ac pasti erant, sicut canes qui sunt in macello. Hi acceperunt Christum, & intromiserunt in atrium, & tu, o anima mea, nisi ferrea sis omnique sensu ac pietate sis orbata, intra cum Domino tuo Iesu in atrium præsidis, lacrymas que paratas porta: erunt enim tibi necessaria, secundum ea quæ ibi contingere videbis. Acceperunt enim sauisissimi carnifices illi innocentissimum Agnum, in quo nunquam culpa locum habuit, atque procaciter illum suis vestibus exuerunt, illumque fortiter columnæ cuidam lapideæ ligauerunt, quæ in atrio prætoris erat, atque aliqui funibus cera tinctis, alij virgis incipiunt crudelissimis ictibus scapulas illas, quæ omnia creata sustinent, flagellare, iungereque flagella super flagella, vniuersa super vulnera, ictus super ictus, sic fortiter, vt carnes dilaceratæ, & aperta: copiosum ex se profunde-

rent sanguinem, taliter quod riuus illius diuini sanguinis, per atrium præsidis efflueret, parietesque ac vestes carnificum tinctæ guttis sanguinis essent. Sic enim præcepit Dominus Moyse, vt altare, & omnia utensilia Tabernaculi sanguine, & oleo tingeret, ac consecraret. Sic in prætorij atrio hodiè videmus, cum omnia sanguine Christi tincta essent, sic copiose, vt sanguinis imber è celo profluxisse appareret. O Deus meus, o Angelorum letitia, o hominum requies, o gloria Dei maiestatis. Quid hoc est rei? Quæ nouitas? Quæ rigurosa punicio? Quis vnquã audiuit quod flagella super Dei scapulas cadere deberent? Non accedet ad te malum, ait Propheta, & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Et nunc oculis meis video sacras scapulas tuas flagellis, vulneribus, ac liuoribus plenas, ita quòd secundum multorum sanctorum sententiam, inter quos diuus Bonauentura, plus quinque millia flagellorum Dominus à carnificibus accepit. Contemplare, o anima mea, ac cõsidera hominem tantæ authoritatis sicut iste, innocens, & sanctus, quem tu scis esse filium Dei, sic percussum, sic male vulneratum absque protectore vilo, qui illum defenderet, imò nec præsentēs erant oculi qui compaterentur ei. Tui autem oculi, o Christiane, si carni sunt, & non basilicę, fontes sicut lacrymarum, que sanguini Christi commiste, cum illo fluant: vt sic collyriū confletur, quo animæ tuæ oculi illuminentur. Videte hic, Domini, mei verum Iob, à planta pedis vsque ad verticē capitis vlceribus plenum. Videte pauperem Lazarum, in domo diuitis vlceratum, & canes illi compati, cum homines qui carnea habent corda non misereantur ei. Quòd si tu durior nõ fueris quàm diues ille auarus, compaterere saltem illi, qui pro te tot sustinet flagella, noua ac inulitata crudelitate illi impacta. Nam præcipiebat lex, vt nullus reus plus quadraginta acciperet flagella, Ne frater tuus, ait lex, factus laceratus cadat coram te. Sed in hoc innocentissimo Domino, qui nunquam leges iustitię confregit, omnes leges misericordiæ prætermittæ sunt, cui non solùm quadraginta, sed quinque millibus flagellis cecus à tortoribus est. Imò secundum aliquorum contemplationem, postquam in scapulis flagellauerunt illum, iterum ad columnam ligauerunt, vt in locis vbi flagella non attingerant feriretur: vt sic adimpleretur quod Esaias capit. 1. prædixerat. A planta pedis vsque

Exod. 24.

Heb. 9.

Psal. 99.

Esai. 2.



vsque ad verticem capitis, non est in eo fan-
 ritas. Neque sic eorum rabies quieuit. Sed
 postquam crudelissime flagellauerunt illū,
 soluunt eum à columna, in qua erat ligatus,
 à cuius corpore riuus sanguinis effluebat, &
 quocumque ibat omnia sanguine repleban-
 tur, & induunt illum veste purpurea ve-
 teri, & dissuta, quæ tunc erat regum indu-
 mentum: retorquent coronam quandam
 ex spinis, & iuncis marinis, quorum aculei
 acutissimi extrâ prodirent, & illam Salua-
 toris capiti crudelissime infigunt. Caput
 sacrum perforatur, facies pulcherrima eius
 sanguine tingitur, arundinem in manu eius
 ponunt, totam cohortem militum crude-
 lium ad hoc ludibrium vocât, genua flecte-
 bant ante illum, & dabant ei alapas dicen-
 tes. Aue rex Iudæorum. Et accipiebant
 arundinem, & percutiebant caput eius.
 Hærebatur autem arundo inter spinas, & mo-
 uebat, ac confricabat eas, & sic magis
 pungebant caput sacrum, maiora quæ fo-
 ramina faciebant, vnde & sanguis abun-
 datius effluebat. O miraculum stupendum,
 o rem admiratione dignam. Mirabatur
 Moyses quia Deum super spinas videbat,
 quanto magis miraretur si spinas super caput
 Dei aspiceret, vt modo videmus?
 Quod si Sponsa liliū inter spinas dicitur:
 quia in earum contemplatione exer-
 cebatur; quanto magis verus Sponsus Chri-
 stus, flos de radice Iesse dicitur inter spi-
 nas liliū, quia vere inter spinas est? Appre-
 hendit ergo illum Pilatus, & eduxit foras
 ad populū: vt videntes tam miserandum
 spectaculum ad misericordiam saltem fle-
 terentur. Et dixit eis; Ecce homo. Ac si
 diceret, Si inuidia moti ei cupiebatis mor-
 tem, ecce adduco eum vobis talem, vt
 potius misereri quam inuidere illi debeat-
 is. Metuebatis illum, ne Regem se face-
 ret, videte modò illius figuram sic immu-
 tatam, vt nec hominis quidem speciem
 videatur habere. Ab his ligatis manibus
 quid timeris? Ab hoc homine flagellato,
 quid amplius vultis, Atque ex hoc colligere
 poteris, o anima mea, qualis erat
 tunc Domini tui species vultus eius, cum
 iudex existimauerit sufficere speciem
 quam tunc præferebat, ad hoc quod hos-
 tes tales ad misericordiam fleterentur,
 & coram re illam propone, & cogita quod
 dicat tibi; Ecce homo. Ac si diceret.
 Intuere, qualis hic homo sit, & memen-
 to illum esse Deum, & ad talem miseriam

Exod. 3.

peruenisse, non ob aliud nisi propter ho-
 minum peccata. Vide quid peccata in
 ipso Deo effecerunt. Vide quanta opus
 fuit satisfactione, propter peccatum. Ex
 hoc collige quanto odio Deus abomine-
 tur peccatum, qui vt destrueret illud, fa-
 ciem dilecti sui sic deturpauit. Atten-
 de qualem vindictam sumet Pater pro
 delictis proprijs alienorum, qui talem in
 proprio filio suo sumpsit pro alienis. At
 illæ bestia quolibet vrsō ferociores,
 cum deberent homini vrsō commisereri,
 in maiores clamores eruperunt dicen-
 tes. Tolle, tolle, crucifige eum. Ru-
 gientes veluti crudelissimi leones: vt sic
 illud vaticinium adimpleretur, quo dixit.
 Facta est mihi hæreditas mea quasi leo,
 in via dedit contra me vocem suam. Et il-
 lud Esai. 1. Expectaui, vt faceret iustitiam,
 & ecce clamor. Vixit ergo iudex ab im-
 probitate populi, Dominum Iesum ad
 mortem crucis damnat. Qua iniustissi-
 ma sententia prolata, sicut quando in cir-
 co taurus ad agitandum educitur, clamor
 totius populi oritur; sic omnis illa turba
 clamare cœpit. Alij iudicem rectum procla-
 mant, alij vociferantes petunt crucem, alij
 carpentarium & clauos, cum cæteris in-
 strumentis adducunt. Et ecce à longè vexil-
 lum crucis ad se venire intuetur, quæ sca-
 pulis suis minabatur, Quam videns, salu-
 tare illam cœpit dicens. Veni iam crux
 diu desiderata, & iam concupiscenti ani-
 mo præparata. Veni baculum Iacob, ar-
 bor vitæ, generis humani remedium; pon-
 dus tuum projice super has vulneratas sca-
 pulas: vt sic requies homini fiat. Tradidit
 ergo Pilatus Iesum voluntati eorum. Ad
 tuam voluntatem Pater Filium suū tradi-
 dit tibi. Nam si illum vt præceptorem
 volueris, factus est pro nobis sapientia à
 Deo; si vt Redemptorem, ipse est pro-
 pitiatio pro peccatis nostris; ad omnia
 nobis traditus est, diues est enim, vt ait
 Paulus, in omnes qui inuocant illum. Rom. 10.
 Nam vt verum manna deseruit vniuersis,
 que voluntati. Sed isti acceperunt il-
 lum vt crucifigerent, tu vt inobediens
 sis illi, alius vt blasphemet illum, Petrus
 vt neget, Iudas, vt vendat. Posuerunt
 ergo crucem super humeros eius, quæ
 erat lignum quoddam, quod secundum ali-
 quos habebat viginti quinque pedes longi-
 tudinis. Vt adimpleretur in eo illud Esa. Fa-
 ctus est principatus eius super humerū eius.

Hier. 12.

Esai. 1.

Simile.

Rom. 10.

Esai. 9.

Nihil

Nihil aliud super humeros tuos videro, nisi
 grauem ipsam crucē, quare ipsam exilimo
 esse principatum. Verus Isaac qui ligna tu
 ipse portas, vt in eis immoleris. Pater fert
 gladium suæ iustitiæ nudum coram te, non
 opus est vt interrogas. Vbi est victima pater
 mi, tu enim est vera victima, quæ pro omni
 bus immolari vadis. Vide obsecro Domi-
 ne, quod crux quam fers, est palus ille in
 quo portabatur botrus terræ promissionis.
 Veniat ergo Simon Cyrineus, vt simul por-
 tet tecum. Tam graue quippè erat lignum
 illud, & tam grande, vt à parte posteriori
 per terram traheretur, & in petris offende-
 ret; ita vt vires naturales Saluatoris non suf-
 ficerent ad portandum illud, sed renouaba-
 tur vulnus, quod iam super humerum fece-
 rat lignum, super quod portabatur crux.
 Quare pondere crucis pressū, multi Sancti
 dicunt, Dominum cecidisse in terram, ex
 qua fune, & calceis eleuauerunt illam, di-
 centes id consulto, & ex certa malitia fecit
 se. Quare nõ ex pietate, sed ex crudelitate
 potius, vt citius ad locum supplicij accede-
 rent, coegerunt Simonē quendam Zyrinien-
 sem, vt tolleret crucem post Iesum. Aduua
 tu etiam Christum tuum: nam qui creauit
 te sine te, non saluabit te sine te: hoc est, si-
 ne proprijs; bitrij consensu, & operatione:
 Tolle crucem tuam, & vade post eum: nam
 huius botri merita grãdia sunt, eo quod sint
 coelestia: quare oportet te simul cum Chri-
 sto cooperari. Tandem cum eo ad montem
 Caluarium peruenerunt. O mons sanctus,
 mons benedictus, mons huius Agni sangui-
 ne consecratus. Non enim te comprehen-
 dere poterit maledictio illa quam Dauid su-
 per montes Gelboe misit, vbi ceciderunt
 fortes Israël. Nam licet inte fortissimus Is-
 rael ceciderit; est tamen in te sacrata crux,
 quæ totius mundi benedictio est, quæ be-
 nedictio etiam attinget te. Hic est mons ad
 quem tulit Saron duas portas, nepe Chri-
 stum, & matrem suam, aut humanitatem, &
 diuinitatem Christi. O fortissime Dauid,
 qui ad dimicandum cum Philistæo pergis,
 non regalibus armis indutus, sed funda, &
 baculo: nam in baculo crucis quasi funda in
 circulo consigendus est. Exuerunt tunc suis
 vestimentis Dominum, & ipsum nudum co-
 ram omnibus posuerunt. O maledicte Cain
 qui vestes tui patris Noe tollis ab eo, vt illū
 deres illi, alius operiet illum, & hic erit Gē-
 tilium populus credens in eum, & ignomi-
 niam eius portans. Igitur clauis illum cruci

2. Reg. 11.

Jud. 16.

Gen. 9.

affixerunt leuantes in altum crucem. Ecce
 serpentem in deserto eleuatam, ad quam
 aspicientes vulnerati sanabantur. Ionathas
 suam lanceam accepit, vt destruat Philistæo-
 rum populos: atque baculo suo transiit Ior-
 danem Iacob. Cumque eleuatus fuisset in
 aëra Dominus, ad casum crucis in foueam
 omnia ossa Christi stridorem dederunt, &
 præ magnitudine motus sanguis per ma-
 nus, pedesque erumpere cœpit. Ecce fra-
 tres mei, fontē paradyfi in quatuor diuisum
 fluuios totam irrigare terram. Omnes sitien-
 tes venite ad aquas. Hæc enim est aqua illa
 viuua, quam Dominus promisit Samaritanæ.
 Ecce percussam petram quæ est Christus, in
 virga crucis, & effluere ex illa aquam omni-
 melle dulciorem. Has guttas collige anima
 Christiana, nec illas perire sinas: quoniam
 inestimabilis pretij sunt: Terra tali irrigata
 rore, ne spinas aut tribulos deinde producas,
 sed lilia, rosas, atq; flores, fructusq; bonorū
 operum profer. Super hæc ligna scapulas
 tuas pone, o verus Isaac, vt pro omnibus
 immoleris. Sub vmbra istius arboris te
 absconde o secunde Adam, & dormi sub
 iunipero hoc verus Helias, & super hos currus
 igneos in aëra ascende. Ascende calue, ascende
 calue, venerabilis senex Heliseus ascende, nec
 descendas. Sed Christus mâltuor ascēdit
 quæ Heliseus. Hic enim vrsus præcepit, vt di-
 laniarēt pueros qui ipsi improperebant ver-
 ba hæc. Sed Christus primum verbum quod
 profert in cruce hoc est. Pater dimitte illis
 quia nesciunt quid faciunt. Ecce mel in ore
 leonis mortui, quando fetere videbatur,
 tunc mel in ore eius inuenitur. Quando in-
 terpellare deberet Dei iustitiam aduersus
 crucifixores suos: tunc potius hæc verba
 profert. Pater ignosce illis quia nesciunt
 quid faciunt. Ecce mel de petra effluxit.
 Dulcis sermo iste, & ille quem ad latronē
 dixit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in
 paradyso. Sed nūquid Domine, qui crucifi-
 gentium te memoriam habes, & latronis
 qui tecum crucifixus est, obliuisceris matris
 tuæ, quæ iuxta crucem tuam est? Absit à te
 Domine, qui præcepisti honora: e patres.
 Voluit enim Dominus, vt quoniam Pater
 in illa hora illum de reliquerat, mater saltē
 eius præsens adesset. Et sicut Salomon po-
 suit matri suæ thronum prope suum, sic &
 matrem suam voluit iuxta crucem stare, vt
 crucem suam in sua haberet anima, ita vt in
 cruce Christi duæ essent animæ, & vnum
 corpus. Corpus scilicet, & anima Christi, &
 matris

1. Ion. 3.

Num. 21.

1. Reg. 14.

Gen. 32.

Gen. 22.

Esai. 55.

Num. 20.

Gen. 22.

Gen. 3.

3. Reg. 19.

4. Reg. 2.

Jud. 14.



mattis suae anima. Sed leua oculos, o beata Domina, illorumque piis lacrymas terge: vt possis melius attendere, an ipsa quam vides sit tunica veri Ioseph filij tui, & cum Iacob dicere. Tunica filij mei est ista. Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. Hoc est, Synagoga mater fera illum mihi abstulit, & occidit seuior quam fera quelibet. O crux sacra, o crux benedicta, quae pretium nostrae redemptionis fers. Fleste ramos arbor alta, tena laxa viscera, & rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt iuperi membra regis mihi tendas stipite. Fleste ramos, vt colligamus fructus eius, & cum Sponsa dicamus. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Haec palma est crux, in qua triumphauit Christus, in eam debemus ascendere, fide ac consideratione, mortificatis sensibus nostris: vt sic fructus eius capiamus, nempe in hac vita gratiam, & in alia gloriam.

Gen. 37.

Cap. 7.

Sermo primus.

Aliter nunc super eandem materiam procedendum est.

Et primo sub hoc themate, in primo sermone quem feria secunda hebdomadae sanctae habui apud cenobium sancti Stephani Salmanticensis, in quo, & praecedentes, & sequentes contiones dixi, & incepti.

Thema. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, posuit enim pro te animam suam. Eccles. 29.

Eccles. 29

HOC supernum mysterium Passionis filij Dei in carne, quod hisce diebus sancta mater Ecclesia sub tam proprijs ceremonijs nobis representat; tantam secum adfert admirationem, ac nouitatem, quod omnis intellectus creatus in eo deficiat, omnisque humana consideratio exhauriatur. Qui enim illum ex vna parte in maiestate Dei contemplatur tanta cum gloria, & auctoritate, tremens caelorum columnas coram eo, Cherubin tantae magnitudinis contemplatione raptos, denique considerat illum Deum, quo nihil altius excogitari potest: ex alia parte vider illum in tam differenti statu miseriae positum, flagellatum tamquam fure, sputis oblitum quasi blasphemum, spinis coronatum sicut proditorum, illulum, ac si esset insanus, inter duos pendentem latrones, ac si dux aut princeps eorum esset: negotium hoc est, ad quod creata vlla sapientia nullatenus attingere valet. Quod si

fides tantae rei certiores nos faciat; sic tamen magnam admirationem in nobis causat, vt quasi stupidum humanum ingenium maneat, nec verba inueniat quae ministrare possit linguae, vt rem tam nouam, ac mirabilem explicet. Quando amici Iob ad visitandum illum venerunt, qui illum in sua prima gloria, ac regali maiestate cognouerunt, omnibus Orientalibus regibus dicitore, ac potentiore, sic sapientem, vt omnes eo loquente tacerent, & digitum imponent ori suo, in plateis parabant cathedram illi, vt ex illa doceret omnes: cum postea illum in sterquilinio positum conspexerunt, a planta pedis vsque ad verticem capitis supra percussum, liberis, seruis, ac re familiari orbatum, a propria coniuge despectum; sic attoniti, suspensi, ac stupidi permanserunt videntes talem in tali viro immutatam sortem, vt septem diebus muti, & absque loquela coram eo sederent. Quid faciam ego si te ex vna parte, Deus meus, considero in throno regali Dei maiestatis, sic diuitijs potentem quanto in maiestate magnum, si te infinitum contempro, Patris sapientiam, ante quem Seraphin stulti, & ignorantis sunt, imo tu omnium magister, ac Doctor es; & nunc ex alia parte te video in sterquilinio positum, inter caluaria, & ossa damnatorum, a planta pedis vsque ad verticem capitis percussum, ac vulneratum, pedes clauis in ligno confixos, caput spinis oblitum, ossa omnia dissoluta, scapulas flagellis laceratas, faciem liuidam, despectum ab omnibus, ludibrio habitum ab omnibus, derelictum ab omnibus, etiam a proprio, & naturali genitore: cur his visis, maiori circumdatus stupore quam illi amici Iob non permanebo, & per hos septem dies elinguis, ac mutus absque loquela persistam. Sed heu, heu Domine Deus, quoniam plaga tua, ac vulnera quae in te intucor, linguae sunt quae publice clamant ea, quae ego meo silentio tacere volo. Nolo obliuioni tradere gratiam quam mihi praestitisti, cum te fideiussorem pro me constituisti, & morte propria fideiussione soluisti, ne tanto ingratis beneficio inueniar. Insuper Domine Deus meus animam meam consideratione in ipsis diuinis plagis, ipsae loquantur mihi: vt ego erumpere in digna verba valeam. Et quoniam nullum alium qui tibi in tuis doloribus compatitatur habes, nisi in beatissimam Matrem tuam, quam tibi in tuis tormentis assistere, & corpore, & anima voluisti; ad ipsam pro patro-

Iob. 2.

Iob. 2.

Iob. 2.

cinio

cinio occurro, salutationem illi Angelicam offerendo, dicens. Ave Maria, &c.

Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, posuit enim pro te animam suam, &c. Haec assumere volui verba in huius mysterij prosecutione: eo quod in ipsis duae nobis declarantur res, quas Deo fauente prosecutioni mihi in animo est in praesenti contione. Altera est poenarum improbitas, ac magnitudo, quas Deus in Passione sua pro nobis pertulit, altera obligatio quae nobis inest tantum beneficium non obliuisci, vt in ipsis nobis verbis proponitur, cum dicitur: Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris. In hoc quod hominis fideiussorem appellat Christum, & quod pro ipso vitam suam soluit, declaratur nobis dolorum suorum acerbitas, cum illis perfoluerit tam ingens debitum, quod omnes homines simul illud minime soluere poteramus. Et hoc nos admonet Sapiens ne obliuiscamur, esset enim pessima ingratitude, cum aliud a nobis Deus non exigat, in tanti beneficij recompensationem, nisi eiusdem dumtaxat memoriam. Ob hoc quippe hoc iuge sacrificium altaris nobis dereliquit, in quo quotidie eius renouamus memoriam, secundum illud quod ipse Dominus in eius institutione dixerat: Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Hoc idem significabant illi duo agni, qui iugiter in templo immolabantur, vnus mane, & alter vespere, quod iuge sacrificium vocabatur. Per hoc enim instruebamur, vt iugiter in nobis haec memoria perseveraret, mane & vespere, quae sunt duae partes in quas diuiditur dies, offerendo illud in nostris cordibus semper in sacrificium Patri. Et quando memoria haec defecerit, tunc adimplebitur tremenda illa Danielis Prophetiae sententia, qua dixit defecturum esse iuge sacrificium. Hoc est, quando memoria Passionis Christi a mortalium memoria excidat. Haec autem memoria non solum conseruat, verum & accendit Christi amorem in cordibus nostris, quantumcumque lapidei fuerint. Hinc Dominus praecipiebat antiquis, quod ignis ille quo sacrificia quae in templo offerebantur, cremabantur, nunquam deficeret aut extingueretur, sed semper arderet: quod vt aptius fieret, sacerdotestenerentur quotidie illum ignem lignis oliuae reficere. Nam vult Dominus, vt ignis sui amoris nunquam in nobis extinguatur, quem oportet lignis oliuae pascere, hoc est, memoria crucis Christi eum seru-

1. Cor. 11. Luc. 22.

Num. 28.

Dan. 11.

Leuit. 6.

per reaccendere, quae fuit oliua fructifera, vt pote quae talem liquorem nobis protulit. Haec enim memoria hunc ignem, & conseruat, & inflamat in nobis. De hac quippe oliua Hieremias dixerat: Oliuam vberem speciosam, & fructiferam vocabit Dominus nomen tuum. O Crux benedicta, tu enim es oliua haec fertilis, pulchra, fructifera, cuius memoria accendit atque conseruat ignem hunc amoris diuini, qui in animarum nostrarum templo ardere debet, cum quo comburimus sacrificia, quae illi accepta debent esse: sola quippe opera in charitate facta placent illi. In cuius signum in monte oliuarum coepit huic sanguinem effundere: ad significandum, quod illa deberent esse ligna, quae hunc ignem accenderent, & conseruarent. Hoc ergo est quod nobis in his verbis commendat Sapiens, monens ne obliuiscamur gratiam fideiussoris nostri, qui pro nobis posuit animam suam. Igitur in hoc quo Christum Dominum vadem, ac fideiussorem nostrum dicit, acerbiteratem tormentorum quae pertulit nobis insinuat. Ad aequalitatem quippe, imo ad superabundantiam debitum nostrum perfoluerunt. Erat enim tale, quod tota creaturae possibilitas illud soluere non valebat. Quare conuenit attentè considerare, quod in Christo Redemptore nostro executioni mandata est quaedam rigorosissima iustitia aduersus peccatorem, & peccatum. In ipso quippe fuit punitus peccator, & peccatum danatum, & eliminatum. Hic enim fuit diuinae sapientiae ordo, quo voluit, vt homo in toto rigore iustitiae liberaretur: vt sic cum maiori honore liber a captiuitate daemone, ac peccati exiret. In rebus humanis, cum rex absoluta potestate reum absoluit, non hoc in tantum honorem illius credit: non enim sua illum iustitia suffragatus est, sed regis liberalitas, & potentia. Ceterum cum ordine iuris seruat suae illi culpe obtenduntur, & ipse se ab illis iuridice, & recte purgat, & sic absoluitur; hoc innocentiae suae maximum indicium est, ac proinde maiori eum honore liber euadit. Poterat quidem Deus potestate absoluta debitum hominis, ac delicta dimittere liberatiter absolueno illum, & sibi reconciliando; tamen non remansisset tunc causa illius sic iustificata, nec tanto cum honore liberatus fuisset, cum ipse non fuisset sufficiens a sua se culpa purgare, nec dignam pro suis delictis satisfactionem reddere; imo necessarium fuit tali vtili liberalitate cum illo. Sed cum

Hier. 11.

simile.



Esai. 1.

Joan. 10.

Rom. 5.

Ibidem.

cum ordine, ac rigore iuris seruato, & soluendo ipse plenissime, imò & superabundanter totum debitum, liberatur; sic melius negotium suum peractum est, honorificentior que hæc illi victoria prouenit. Quod & Esaias cap. 1. prædixerat dicens. Sion in iustitia redimetur, id est, *por tela de iuxta*. Quod idem Dominus manifestauit Ioannis. 10. cum appropinquante Passione sua dixit. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Ordo autem iudicij hic fuit. Peccatum tyrannicè occupauerat mandum, taliter quòd in homines omnes usque ad Christum in quo non habuit potestatem, regnauit, iuxta illam Pauli sententiam ad Romanos. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Nam ratione primi peccatoris, qui fuit Adam, peccatum per totum mundum extensum est; sic enim & alibi dicit Paulus. Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinè præuagationis Adæ. Mors, id est, peccatum, ad quod conuersa est mors, propter similitudinem quam omnes cum primo præuagatore habemus, propter originem quam ab illo trahimus. Igitur iratus Deus, quòd peccatum præuuleret, animasque suas sibi tyrannicè usurperet, sedens pro tribunali, hanc contra peccatum, & peccatorem fulminauit sententiam. Quòd peccator moreretur, & in infernum descenderet, peccatum autem à mundo exularet, & expelleretur. Hanc autem addidit in sententia diffinitionem. Quòd si in aliquo homine inueniretur omnium hominum peccata, iste comprehenderetur, ligaretur, flagellaretur, illuderetur, & baiulans sibi crucem, in illa configeretur inter duos latrones, & corpus suum sepulture traderetur, & anima in infernum descenderet. Hæc sententia in tribunali diuinæ iustitiæ probata est, & quantum ad priorem partem, quotidie executioni mandabatur: nam omnes peccatores morti subdebantur, & ad inferorum loca descendebant. Secunda autem pars sententiæ maximam secum adfert difficultatem, ut executioni mandaretur: eo quòd non poterat inueniri homo aliquis, qui totius naturæ peccatum super se tolleretur, ut in illo talis exerceretur sententia, & homo, & natura humana liberarentur. Singuli quippè homines propria habebat pec-

cata quæ exoluere tenebantur: & originale peccatum, licet commune totius naturæ sit, tamen unicuique hominum proprium est, quemlibetque peccatorem constituit. Quare satis quisque faceret, si pro se solueret quod debebat, nec sibi suppetebat facultas, ut pro omnium peccato satisfaceret: unde non poterat hoc peccatum expelli. Nam licet ab hoc aut ab alio tolleretur, manebat tamè in tota natura eius potestas. Sicut cum tyrannus aliquis totum semel occupauit Regnum, licet ab hoc aut ab alio loco expellatur illi, parum aut nihil facis: quoniam ciuitates, ac castra totius Regni sub illius potestate sunt. Aduersus totum Regnum certamen inire oporteret: quoniam totum suum est. Sic quoniam peccatum totum humanum genus inuaserat, atque sub sua ditione ac potestate illud habebat, licet hic, uel ille homo ab illo mundarentur, non ideo à mundo expellebatur, sed oportebat omnium causam sumere, nec in tota humana natura inueniebatur aliquis, qui id facere ualeret. Primum, quoniam cuiuslibet non minima cura imminerebat ut à se expelleret peccatum, & pro illo satisfaceret Deo. Deinde quoniam ad hoc magna requirebatur potestas, & bellum generale aduersus totum mundum indicere, ad quod nulla erat in ipsa natura creata facultas. O diuina bonitas, o infinita sapientia Dei, tu modum inuenias oportet, te ordinem dare necesse est, ut res tam difficilis fiat. Deus homo fiat, & absque peccato, quo carens non habebit proprium debitum quod soluere teneatur, & Deus existens potestatem habebit pro omnibus satisfaciendi. Causam omnium super se tollat, & ad omnium peccatum obligetur, cum careat proprio quòd exoluere debeat: ut per eum agatur omnium causa, in quo sit omnium natura sine culpa, ut ait Leo Papa. Quare obligatus est ad soluendam omnem poenam debitam peccato, & ideo carnem assumpsit humanam, atque passibilem, sed diuinitati unitam, ut pretium quòd exoluere debuit ualorem habeat. Unde Eusebius Emyssenus dicit. Immensa illa maiestas de nostro obtulit sacrificium, de suo contulit pretium. Ideo enim tanti ualoris fuit sacrificium illud, quoniam offerens fuit Deus. Hinc ergo colligi poterit quanti fuerint Christi dolores: quoniam ipse solus pro toto genere humano passus est. Ipse enim fidei iussorem, ac uadem se præbuit: ut si non inueniretur homo qui totum humanæ naturæ debitum

simile.

Leo Papa.

Eusebius Emyssenus.

Esai.

Esai. 12.

debitum persolueret, ipse superabundanter solueret illud. Non est inuentus in toto humano genere qui id faceret, quare ipse obligatus ad solutionem tanti debiti remansit. Et quoniam debitum tantum fuit, poena etiam in Christo fuit magna. Obligatus fuit pro peccato, & ideo sententiæ contra illud prolata se subdit. Et quia peccatum fuit positum super illud, fuit etiam punitum in illo. Posuit super eum scelera nostra, nempe quantum ad poenam illi debitam. Et quia sententia continebat, quòd esset flagellatus, tractus, illusus, atque inter duo nequam suspensus, & corpus suum sepulture traditum, & quòd anima ad inferos descenderet; hæc omnia omni rigore perpassus est. Nam licet anima eius sanctissima non est passa inferorum poenas, imò illas ab his qui ibi detinebantur abstulit; fuit tamen quædam quasi poenalis animæ Christi, quòd per tres dies in loco non suæ dignitati conuenienti detineretur. Sed quoniam ira Dei aduersus peccatum maxima erat, & Christus se pro peccato obligauerat, tota se per illum cecidit, atque desecuit. Quare omnes gentes exequutores suæ iustitiæ fecit, qui pro omnibus patiebatur. Nullam maiorem hostem humanum genus habet quam peccatum, illud supra se posuit Christus; totum ergo hominum genus persequatur Christum. Quare ab omni hominum genere passus est. A Iudæis à Gentibus, à Pontificibus, à Principibus, à suis discipulis. Ex quibus unus illum uendidit, alius negauit, & omnes illum solum reliquerunt. Milites etiam crudelissimis illum modis cruciarunt, vexarunt, vulnerarunt. A transeuntibus illud ab, à latronibus blasphemabatur, populus mortem acclamabat, & ut nullum hominum genus desisset, etiam mulieres illum persequuntur sunt: una quippè femina causa fuit, ut Petrus illum negaret. In corpore tulit tormenta, in anima tristitiam maximam, àn honore, in fama, atque in omnibus eius membris. In corpore tormentum crucis tulit, nec enim capite plexus est, ut Paulus, aut lapidatus, ut Stephanus, nec aliqua celeriter morte raptus, sed in crucis tormento necatus, ubi mors dilatata crescebat, pondereque suo corpus inclinabatur maioraque vulnera manuum, & pedum faciebat, & inflorem, ac maiorem dolorem membrorum omnium sui sacratissimi corporis dissolutis taliter quòd nullum in suo loco permanere, ita quòd omnia ossa eius connumerari poterant, ut

Psalmista dixit. Caput sacrum spinis obstitit, oculi uelati saures opprobrijs, & còtumeliosis plenæ, facies colaphizata, & sputis, ac sanguine liuida, lingua eius felle, ac aceto amaricata, brachia in cruce extensa, pedes & manus clauis transfuerberati, denique à planta pedis usque ad verticem capitis totus percussus, & vulneratus. Nam quia ipse pro peccato se uadem dederat, talis in eo debebat fieri iustitia. O peccatum sic à Deo odio habitum, quòd quia super se accepit proprius filius, non perpercit ei. Misit Deus locustas super omnem terram Ægypti, & quòd per intercessionem Moyse plaga illa à populo ablata est, omnes, simul in mari rubro suffocatae sunt. Peccata totius mundi sunt hæc locustæ, nam nulla locusta sic terræ fructus populatur, sicut peccata animarum fructus destruunt: ut ergo Deus peccatum à mundo expelleret, ut Ægyptum ab hac plaga liberaret, omnia peccata in mare rubrum proiecit. Hoc est, ut omnia suo sanguine suffocentur, cadant super illum peccata nostra, ut ipse ea soluat. Fiat ipse mare quoddam sanguinis, ut in eo suffocentur, & dicat cum Propheta. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Non amplius æstimabant sanguinem à Christo effundere eius tortores, quam si à puteo aliquo effunderent. Non magis faciebant ipsum flagellis cedere, quam si lignum quoddam ferirent. Non plus dolebant dissoluere corpus Christi, & ossa à suis coniuncturis separare, quàm si esset corpus quoddam mortuum, in quo anothomiam facere uellent. Sicut aqua effusus sum, ac si diceret. Sic passus sum effundere sanguinem meum, ac si esset aqua; sic enim necessarium erat ad soluendum hominis debitum. Abyssus abyssum inuocat, in uoce catharaetarum tuarum. Hoc est abyssus peccatorum meorum inuocat abyssum tormentorum tui corporis, ac dolorem tuæ animæ: quoniam talis iniquitatum abyssus, per abyssum talium dolorum debebat remediū accipere, & per catharctas, hoc est, per ferestras suorū uulnerū ingreditur hic clamor peccatorum meorum, & exiit tuæ misericordiae uox. Omnis hic rigor iustitiæ necessarius fuit, ut peccatum toto rigore iustitiæ exularet à mundo. Unde Paulus ait. Eū qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iustitia Dei in illo. Hoc est, illam fecit hostiam pro meo peccato, ut sic nos efficeremur iustitia Dei in illo,

Rom. 8. Exod. 10.

Psal. 21.

Psal. 41.

2. Cor. 5.



illo. Hoc est dicere. Applicandomihi iustitiam Christi, opera mea hieent iusta, & accepta corā Deo, propter iustitiā Christi mihi applicatam, quę est iustitia Dei, quoniam Christus est Deus. Satisfecit pro me Christus de rigore iustitię, & in eo plenissima iustitia facta est cōtra peccatū. Qua propter anima quę per iustitiā Christi illi applicatam iustificatur, habet iustitiam cum Deo: quoniā iam non habet peccatum, quod illā reddebat iniustam. Sufferēdo Christus sententiā latam contra peccatum, iuridice damnauit peccatū, & ad iudicium vocauit peccatū, & sedēte pro tribunali Patre, petijt vt eliminaret à mundo peccatum. Deus suum filium mittens in similitudinē carnis peccati (ait alibi Paulus) de peccato dānauit peccatum in carnem. Misit illum in similitudinē carnis peccati: quoniam misit illum pēnalitatibus, ac miserijs peccati subditum, & de peccato, id est, de eo quod assumpsit de peccato, nā de illo assumpsit nō culpā sed pēnas, de hoc dānauit peccatū, ferendo pēnas quas de ipso peccato assumpserat. Itaq; de eo q̄ assumpserat de peccato, nēpē pēnis, ipsum damnauit peccatum, sicut ex eadē vi pera quę te percussit, tiriācā facis aduersus eius morsum. Ita Dñs de eodem peccato q̄ mundum infecerat, medicinam sumpsit cōtra ipsum peccatum. Nā assumpsit ab eo pēnas, quas ferēs peccatū relegauit à mundo. Quod Ecclēsia in hymnis suis his verbis dicit. Hoc opus nostrę salutis ordo depoposcera, multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde hostis, vnde læserat. Hęc ergo fuit fideiactio quam Deus pro homine fecit, & quę nūquā à nostra dēbeat excidere memoria, sicut Sapiēs in verbis propositis nos admonet dicēs. Gratiā fideiussoris tui ne obliuiscaris: posuit enim pro te animam suam. Dedit pro te vitam suam. Et quam vitam? Illam vtique quę vitis omnium Angelorum pretiosior est. Dedi dilectam animam meam, ait ipse Dominus, in manibus quęrentiū eā. Vt hoc nūquam obliuiscaris, o Christiane, ne deedicatur illud quod antiquo populo dictum est. Nō sunt recordati diei qua redemit eos de manu tribulantis, quādō aquę erant eis pro muro, vt transirent sicco pede. Hoc tibi hodie beneficium p̄stat Deus, o homo. Posuit murum magnum aqueum ad suam dexteram, qui est anima sua, id est, merores illas atque angustias, ita quōd aqua vsque ad os pertingeret eius, iuxta illud Psal.

Rom. 8.

Sim.

Hier. 12.

Psal. 77.

Psal. 68.

68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animā meā. In sinistra, quę erat corpus suū, posuit crucem, flagella, clauos, pēnas, & hoc ideo ne inundans illa laborū cōgeries opprimeret nos, sed sicco pede trāstrem per illos. Percussa est hęc petra, vt oleū, & mel pro nostris commodis educeret quinq; magnis vulneribus, & alijs liuorib; multis: vt ex illis suggat homo quod suę animę maximē necessariū est. Tātum ergo bonum obliuioni debet mandari? Tanta misericordia non semper manebit in mēte? Tot beneficijs ingrati erimus? Nō id obsecro permittat Dñs, sed semper huius diei memores sim; & illius qui pro nobis posuit animā suam, vt sic fructum Pasionis eius consequamur, Amen.

Feria tertia, sub hoc themate sic dixi.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoc. c. i.

Hieri, Deo dante, vidimus quanta tenemur obligatione, vt nunquam à memoria tantum excidat beneficium, quod Deus humano generi cōtulit pro illo morti se obligando crucis, vadem se pro eius debito offerendo, & quod ipse soluere non valebat ipse superabundanter compleuit: hodie cum iam soluere incipit huiusmodi debitum, pro illo sanguinem in horto fundendo, & merore nimio animam sanctissimam affligendo; quānam fuerit principalior causa quę ad hunc illum effectum mouit, Deo fauente, tractabimus. Dilexit nos, ait Ioannes, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Omnia illa veteris legis lauacra quę sanguine fiebant, hoc diuinum balneum sanguinis Christi, quo animę nostrę maculę tolluntur, significabant. Sed in omnibus illis sacrificijs ignis deteruebat, siue holocausta essent, siue quodlibet aliud sacrificium, semper ignis consumebat illud. Hoc erat tamen discrimen inter holocaustum, & reliqua sacrificia, quōd holocaustum totum cremabatur in honorem Dei (hoc enim sonat holocaustū, id est, totum incensum); aliorum sacrificiorum pars tantum cremabatur, vt in omnibus figura cum re ipsa figurata conueniret. Et quemadmodum sanguis qui ex illis animalibus fundebatur sanguinem Christi referebat,

ferebat, sicut satis ostendit Paulus in Epistola ad Hebręos: sic ignis quo cremabantur significabat hunc diuinum amorem Christi, qui fuit ignis quo holocaustum hoc consummatum fuit. Nam vt diximus, holocaustum significabat totum incensum: quoniam totum hoc holocaustum amor fuit quo dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quare in sacrificio vaccę ruffę, quod propriissimē hoc Christi sacrificium expressit, vacca ipsa igne comburebatur, & eius cineribus aqua madefactis immundi purificabantur. Christus hanc exprimit vaccam ruffam: quoniam ignis amoris ipsum ruffum, ac rubicundum reddit, nam candidum, & rubicundum illum vocat Sponsa, & Dauid, qui eius fuit typus, ruffus erat? Extra Hierusalem oblatus est, sicut & vacca illa extra castra cremabatur, & totus in holocaustum amoris incensus, & concrematus cineribus suis purificat corda. Cineres sunt reliquię ignis, per quas intelligitur memoria huius diuini amoris, quam in nobis reliquit, qua mundantur mentes, & ideo aspergimur illis, vt nunquam tantum beneficium obliuiscamur. Nec enim mors suam potestatem exerce poterat in Christo, si amor illum non adiunxisset, nec mors suam iurisdictionem ad illum extendere valeret, si amor illum à cœlo ad terram ipsum descendere non fecisset: Nam mortis dominium atque iurisdictione in terra est, amor in cœlo dominatur, & viget. Neque mors potestatem habet nisi super illos qui semen suum habent, quod est peccatum: nam peccatum fuit semen ex quo generata est mors iuxta illam Pauli sententiā: Per peccatum mors intrauit in orbem terrarum. Quare vbi non est peccatum non habet locum mors. In Christo autem, nec fuit, nec esse potuit peccatum, quare nullam super illum mors potestatem habebat. Quis ergo illam illi concessit? Amor certē qui illum mortalem fecit, vt morti propter amicum subderetur. Hinc prouerbiū illud ortum habuit, quōd mors, & amor pharetras tetigerunt, & arcus, & mors ad amorem sagittas suas direxit, & fecit illum morti obnoxium, & amor sua sagitta mortem petijt, & illam amabilem reddidit. Nam post Christi mortem multi appetunt ac desiderant illam. Amor ergo Deum mor-

Num. 19.

Cant. 5. 1. Reg. 16.

Rom. 5.

Tom. II,

talem reddidit. Desiderauit quippē effectus, & extrema amoris experiri, quorum vnum est vitam pro amico exponere, secundum illam Domini sententiā, *Ioan. 15.* Maiorem charitatem nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et quia hoc experiri non poterat nisi mortalis fieret; homo mortalis factus est, & mortem obiit, & experientia didicit verum esse quod de amore solet dici, nempe esse fortiozem morte, & ab illa triumphum ferre secundum illud Cantic. *Cant. 8.* Fortis est, vt mors dilectio. Quoniam si mors mortalem occidit; amor facit immortalem mori. Solus ipse poterat hęc duo extrema iungere, vitam ac mortem. Ille cuius iuramentum erat dicere, *Viuo ego; Viuo ego, dicit Dominus, ac si diceret, solus ego sum viuens: quoniam vitam habeo propriam, & à nullo meam communico vitam, imō ego sum fons vitę, à quo omnia quę viuunt hauriunt illam: hic, inquam, iam experitur mortem. Hanc ergo copulam inter mortem, & vitam fecit amor, vt in vno, & eodem vtraque caperent, & vita interiret amore, & verum esset illud propheticum dictum. Videbis vitam tuam pendentem ante te: nam ex ligno suspensam vidimus vitam, & mortem. Rectē ergo Ioannes dicit amorem fuisse huius sacrificij causam. Qua propter quia ex amore obtulit, voluntaria fuit eius oblatio, iuxta illud *Esai. 53.* Oblatus est quia ipse voluit. Amor quippē voluntariē operabatur; nam est prima passio animę: qua propter omnia quę pertulit, voluntariē pertulit, & tristitiam quam hodie patitur, voluntariē illam assumpsit. Quod hodie nobis Euangelista insinuat, cum refert Dominum in ingressu hortū separasse tres discipulos seorsum, & q̄ corā illis cepit pauere, & redere, & męstus esse. Ccepit, ait, nam ipse quādō voluit cepit tristari, & antea quia noluit non est tristatus: nam voluntariē hanc assumpsit tristitiam. Per totam vitam alta mente repositam tulit mortem, & sigillatim agnouit animā quę passurus erat, vt ipse multoties discipulis suis manifestauit: detinebat tamen tristitiam, ne toto suo pondere super animam ferretur, nec illa quę pati debebat sic offerret anime, quasi res afflictiuas, & sensibilibiter dolorem incurientes: quemadmodum & gloriā animę detinuit ne resultaret in cor-*

99

pus,



pus, nisi quādo ipse in transfiguratione voluit. Nunc autem coepit pauere, & tædere, & mestus esse. Hoc est, dedit locum potentij, & permisit illis, vt quælibet suū munus exereret, & quod omnia quæ tristitiā effice re possunt suæ phantasiæ representarentur, sic fortiter, *tan alvino*, ac si eas præsentēs haberet, & realiter eas pateretur: vt sic res illæ nunc animam mœrore affligerent, quæ postea corpus doloribus cruciare debebat. Et hoc fuit initium Pæssionis Christi, *El primer passo de su Pæssion*, & ab anima coepit: vt doceret, ab illa omnia quæ in sua Pæssione fiebant procedere, nec casu contingere, sed ex proposito ea velle pati ipsum. Vt sicut peccatum hominis ab anima coepit (fuit enim primum peccatum hominis superbia, quod est potius animæ quam corporis peccatum, secundum illam Sapientis sententiam, Initium omnis peccati est superbia) sic cût, inquam, in anima incepit culpa, sic in anima inciperet pœna quæ delere debebat culpam, & in corpore terminaretur, vbi & terminatum est peccatum, ore corporis comedendo vetitum fructum. Prima die qua conditus est mundus, tenebræ erant super faciem abyssi: sic prima die in qua reformatio incipit mundi; abyssus animæ Christi plenus est tristitia, & mœrore. Primum enim animæ Christi oblata sunt omnia mûdi peccata præsentia, præterita, & futura, cum omnibus circumstantijs aggrauantibus, tanquā onera quæ ipse portare debebat. Quod si peccata vnus hominis talem in veris pœnitentibus solent generare tristitiā, vt refert Ioannes Climacus, vt vi doloris animas efflauerint; quanto maiorem dolorem efficiere totius mundi, & omnium hominum peccata, pro quibus ipse Christus pœnitere, & tristari debebat tanquam si ab ipso commissa fuissent? Et tanto magis, quanto plus grauitas peccati cognoscitur. Nam quādo quis animam peccatoris illuminat, & eam intelligere facit quā grauis res sit peccatum, & quanta dignitas offēsi; tanto maiori afficitur mœrore, quanto plus hæc omnia considerat. Nullus autem profundius quā Christus hæc intellexit, etiā secundum scientiam humanam, ac proinde nullus tantā pro peccatis proprijs, tristitiā assumpsit, quantā Christus pro alienis. Et si his addas, quod quanto quis plus Deum diligit, tanto plus dolet de peccatis commissis contra ipsum: & nullus

Eccl. 10.

Gen. 1.

Ioannes Climacus.

tantum dilexit Deum quantum Christus Dominus; hinc colliges quantum tunc pro alienis peccatis doluerit, quæ tanquam propria vindicanda acceperat. Sic enim, & ipse Psal. 21. dicit. Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti, longè à salute mea verba delictorum meorum. Quæ sunt hæc delicta tua Domine Deus, ait magnus Augustinus, nullum enim vnquam commisisisti peccatum? Non tua erant, o bone Iesu, sed mea, quæ tamen tua fieri voluisti, vt tuam iustitiā meam iustitiā faceres. Delicta nostra sua delicta fecit (ait Augustinus) vt iustitiā suam nostram iustitiā faceret. Videte quæ cambia, quas commutationes nobiscum fecerit Deus, vt nostra delicta tanquam propria in se puniēda reciperet, vt suam nobis tribueret iustitiā, qua iusti efficeremur. In me quid nisi peccata esse possunt, in ipso autem omnia iustitia sunt. Felix vtique commutatio. Sumat delicta mea; & mihi suam tribuat iustitiā. Quare rectius illi dicere possumus homines, quod dixit Saul ad Samuelem. Et nunc porta quæso peccatum meum. Sume tu Domine peccata nostra super te, vt nos ab illis exoneret, & clama, & dic. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et ita fecit. Quare peccata mea maxima tristitia repleuerunt animam eius, sicut ipse dicit. Repleta est malis anima mea, hoc est tristitia, & malis pœnæ, propter aliena peccata: sic Augustinus. Per fecerat Noe Arcam illam in qua saluanda erat generatio iustorū, & ceperunt animalia illa, bina & bina ingredi in illam, munda & immunda, quoad usque totam illam occupauerunt. Et tunc cataraetæ cœli ceperunt aperiri, & rumpi fontes abyssi, & tota terra aqua repleti, donec montes omnes operirentur. Christus fuit hæc Arca, in qua omnes ab ira Dei saluari debebamus. Perfecta est hæc Arca, quādo perfecta ætas in Christo adimplera est, in qua venit plenitudo temporis, in quo decretum erat ipsum pati. Tunc autem ceperunt in animā Christi, tanquam in Arcam Noe. ingredi animalia munda, & immunda, iusti scilicet, & peccatores. Et non solum bina, & bina, sed coacerbatim intrabant peccata hominum in animam Christi, serpentes, basilisci, viperæ, scorpiones, leones, lupi, vulpes, vrsi: hoc est, blasphemias, hereses, adulteria, periuria, mædacia, homicidia, & omnia abominabilia, & detestanda

Psal. 21.

August.

1. Reg. 15.

Matth. 11.

Psal. 87.

August.

Gen. 6.

7.

detestanda facinora, quæ semper mûdus trahit, ac si in eo protegenda essent ab ira Dei: quoniā in ipso salua facta sunt peccata (si sic licet loqui) in hoc sensu, quod si Deus odio habet peccatum, & peccator, secundū illā Sapientis sententiam, Similiter odio est Deo impius, & impietas eius: & Christus pro peccatis, & peccatoribus passus est, in ipso videtur saluari ab hoc odio, & vindicta Dei, ne propter illa in illos ira sua sequatur. Et sicut Noe accente animalia quæ in Arcā in grediebatur intuebat, & ea omnia optimè cognoscebat; sic Christi anima attentissimè peccata omnia attendebat simul cum peccatoribus qui in illum protegi debebant, & multo melius ea omnia agnoscebat quā ipsi met qui illa perpetrarāt, vel perpetratur erāt. Et statim post hæc aperta sunt cataraetæ cœli, & rupi fontes abyssi, & coepit tēpestas ira Dei super hanc arcā descendere, post hæc tristitia, & angustias animæ eius: nā vt statim videbim? illi diuini pori aperti sunt, & tempestas sanguinis erupit. qui guttatim fluebat super terrā: & postero die rupti sunt fontes abyssi, hoc est, pedū, & manū, atq; lateris vulnera, quæ terrā à facieb? diluuij debebāt mūdare. Fuit autē tārā abundantia aquæ, atq; mœroris, quæ animam Christi tūc tēporis inualit, quod quasi tā tribulatione attrit? ad Patrē se cōuerterit, dicens illud Ps. 68. Saluū me fac Deus: quoniā intrauerunt aquæ vsq; ad animā meā. Influxus sum in limo profundi, & nō est substantia. Ac si diceret, vsq; ad profunditatem idolorum demersus sum, ita quod in mea humana natura vires videantur deficere ad suffecandum. Excedere quippè videbantur facultatem virium mearum tæ angustia, atq; dolores, qui denique consumpturi sunt visā vocant. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Coepit ergo pauere, & tædere ad ingressum hortu: quoniā in hortu coepit culpa, & in hortu debebat incipere pœna: ibi sub sicu voluit delirescere Adam, quæ est arbor confusionis; hic sub oliua quæ est misericordia fructu ex. Et cum tres ex suis discipulis seorsum fecerit duceret, demisso vultu, colore reque immutato, voce quādā lugubri dixit eis. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, id est, sic est grādis tristitia mea, vt sit, nihil durior morte, vel quod me ducet vsque ad mortem. Talis fuit tristitia, vt potuisset eo parari cum morte, cum tamen nihil terribilius sit morte. Si tantā fuit afflictio, & persecutio quam passus est Paulus in Asia,

cap. 14.

Psal. 68.

2. Cor. 11.

Tom. II.

quod sicut ipsemet. 2. Cor. 1. fatetur, videtur sibi impossibile illā posse ferre viuens. Nam ait. Supra modum grauati sumus, itā vt tæderet nos etiam vitæ: sed & nos ipsi responsum mortis in nobis habuimus. Ac si diceret. Tā grandis fuit tristitia, & afflictio, quod mihi simul cum illa esset iam pœnosa vita. Et responsum mortis in nobis habuimus, hoc est, *Yo me desanciana a mi mismo*, & videbatur mihi impossibile. cum tanta tristitia viuere. Quanto magis Dominus potuit tristitiā suā cum morte conferre, cum nulla vnquam tan grandis hominem in hac vita apprehenderit? Et vidēs se omni auxilio destitutum, non illam potuit conseruare, quin manifestam discipulis suis daret, dicens. Tristis est anima mea vsque ad mortem, id est, tristitia est quæ confertur angustijs mortis. O bone Iesu, ad quantas tē peccata mea adduxerunt angustias. Quod cū tu omnium creaturarum solatium sis, & earum gaudiū, atq; letitia, nunc indigeas, vt illis tibi aliquā cōsolationē tribuant. Quis te in alienis portis sicut alterū Lazarū immisit? Quis te tuarū creaturarū mendicū fecit, nisi carū amor, atq; redemptio? Admonebat Paul. 1. Cor. vt cōsolaretur hominē quēdam, cui pœnitentiā ipse Paulus propter peccata sua iniunxerat, ne abundantiori tristitia absorberetur ille. Videbatur quidem tristitia Christi in hac hora absorbere illum atq; submergere, & idēo quasi auxiliū postēs a discipulis manifestat illis tristitiā suā. Sed nullū in eis remediū reperit. Nam si ipse a quo ipsi cōsolationem habebāt illa cecebat, a quo alio ipsi medicare poterāt, vt illi daret? Quare nullā ab illis cōsolationem speras dereliquit eos, & ad Patrē se qui totius cōsolationis Deus est, cōfugit. Et auulsus est a discipulis suis tanquā iactus lapidis: nec enim amor suorū permisit illū tōgnis ab eis abire: ille enim cor illius tenebat ne omnino illos relinqueret: vt doceret nusquā mūdū a nobis abesse, sed ad manū nos habere illū cū illius auxiliū indigemus, etiā si cetera omnia creata nobis deficiant, iuxta illud Psal. Prope est Dñs omnibus inuocantibus eū in veritate. Et ibi angustijs, & timoribus mortis oppressus, quæ illum ab ingressu hortu illius apprehenderant, prociēdēs in terrā, hæc verba ad Patrē protulit, dicens: Pater, si possibile est, trāseat a me calix iste. Verūta men nō mea, sed tua fiat voluntas. Prociēdit ad ianuam, quanta cū reuerentiā cum Deo opt. mo maximo agēdum sit. Hæc

993 verba



verba duo insinuat nobis, vt supra explicuimus. Primum, veritatem naturae humanae quae in Christo erat, & desiderium naturale quod habebat conseruandi se in vita. Alterum est, subiectionem qua voluntati Patris sic subdebatur; vt etiam si opus esset contra carnis inclinationem vitam amittere, minimè dubitaret. Quare prima verba, in nomine carnis, ac partis inferioris profert: secunda verò nomine, ac vice voluntatis. Ac si diceret: Quod appetitus meus naturalis vult, hoc est, quod mors excusetur in me, & quod non moriar sed vitam, & hoc vult voluntas, in quantum natura quaedam est. Hoc desiderium conseruandi se, o Pater, naturale omnibus rebus à te conditis est, quod tu in eis sigillasti, atque ita caro mea hoc naturali desiderio flagrans hoc poscit atque desiderat, & ego loco illius id exprimo: nec enim contra te, sed à te hoc desiderium est, quod tu in me fecit in alijs rebus imprimere voluisti. Verum tamen mea voluntas humana, secundum quod libera est, & procedit à ratione, nihil aliud quam quod tu vis vult. Verum tamen non mea sed tua fiat voluntas. Vt suos discipulos qui suo nomine Christiani dicuntur doceret, quomodo voluntas Dei super omnes nostros appetitus dominari debeat, & quod carnis, ac naturae nostrae appetitus negare debeamus, cum voluntas Dei id exigat. Semper enim inferius superiori subiecti debet. Cumque diu in hac oratione permansisset, surrexit suorum discipulorum anxius, quos nec in tali tribulatione obliuisceretur, & inuenit illos graui oppressos somno dormientes. O hominum torporem, & ignauiam! & Dei curam, ac vigilantiam! quae quādo homo negligentior est, & sui ipsius oblitus, quasi socordia sopitus dormit, tunc circa eum maiorem adhibet curam Deus, sicut & modo maximè videmus. Et dixit eis. Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Quid hoc est negligentiae, ac torporis, vt nec vna quidem hora mecum vigilare possitis? Et tu Petre, quem pastorem, & superintendentem super gregem meum constituo, quomodo dormiendo id exequi valebis? significabat hic somnus Petri, praetorum Ecclesiae torporem, qui in maiori necessitate ouium suarum, cum Christi, & Ecclesiae fides periclitatur, deberet ipsi dormire, & extraneis omnino rebus vacare. Et iterum ad orationis arcem fugit eadem repetens verba quae prius dixerat, Et reuersus est secundo ad

discipulos suos, cumque illos dormientes reperisset, dimittens eos, tertio ad orationem redijt eadem verba dicens. Tunc autem omnia quae passurus erat denuò sic ad mentem venerunt, ac si presentia iam essent. Vidensque Patrem in sua diffinitua sententia permanere, magnus illum apprehendit auhor, tantaque tristitia est affectus, vt illum in maxima poneret agonia. Apud Dan. DAN. 5. cap. 5. refertur, quod cum Balthasar Rex Babylonis coenam magnam fecisset eunctis principibus Regni sui, inter ipsa fercula & pocula vidit contra candelabrum articulum manus in pariete haec scribentem verba. Mane, Techel, Phares: quod sic interpretatus est Daniel. Numerauit Deus Regnum tuum, & compleuit illud. Techel, Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares, Diuisum est Regnum tuum, & datum est Persis, & Medis. Tunc tunc timor ac tremor Regem apprehendit, vt totum corpus tremore concuteretur, & genua tremantia inuicem colliderentur, immutato vultus sui colore, vt nec posset in se ipso stare. Tale quid hodie Domino meo Iesu euenit. Fecerat quidem cenam magnam Dominus Iesus discipulis suis hodie in Hierusalem, in qua corpus & sanguinem suum suis contulerat commensalibus, videt modò in pariete corporis sui digito Dei peccata nostra sanguineis literis scripta, simul cum sententia Dei aduersus illa prolata, in haec verba. Mane, Numerauit Dominus Regnum tuum, & compleuit illud: hoc est, adimpleti sunt dies in quibus huius Regis David filij vita tollenda est. Nam sic in diuino ordinatum est tribunali. Techel, Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Hoc est, multa adhuc maiora à te exigenda sunt, nec ea quae nunc pateris iuxta diuinam dispositionem sufficiunt. Nam quaeuis quodlibet Christi opus, quia erat personae diuinae, superabundans fuisset ad satisfaciendum pro homine, & tristitia quam sumit nunc, & sanguis quem sudat infiniti essent valoris; tamen in statera diuinae iustitiae decerum erat ne ista sufficerent, sed quod exuberans esset satisfactio; ita vt statera magno pondere traheretur. Plus restat soluendum, o bone Iesu, quoniam in statera crucis ad huc suspendendus es, atque seruo, & spinis onerari debes, vt iustitiae Dei bilax trahatur, & saturata simul, & adimpleta permaneat. Et ideo, Diuisum est Regnum tuum. Hoc est, Regnum quod anima tua cum corpore habes,

ipfa

ipfa corporis, & anima tuae vno diuidenda, atque dissoluenda est pro nunc, & Medis, & Persis tradendus es, hoc est Gentilibus, & extraneis, vt per vim tormentorum hanc in te diuisionem efficiant. Cum ergo videret Dominus meus Iesus, hanc contra suam carnem prolata sententiam, cur non paueret? Genuaque concussa tremore, ipsum coram Patre procumbere fecerunt, atque praerogantia ad illum clamare, & sic premere, vt illum faceret sanguineum sudorem effundere. Nam & pori eius aperti sunt, & sanguis per illos erumpens vestes penetras, in terram guttatim cadit totumque Christi corpus simul cum terra riuulus quidam sanguinis effectus est. O sanguis pretiosissimus, ac diuinus, quanta vi, ac desiderio pro nobis effunderis, cum nullo adhuc exigente te prodis. Non te modò flagris caedunt carnifices, non te spinis pungunt, non manus ac pedes clauis terebrant, nodum Loginus latus tuum vulnerat lancea. Quis te modò tangit Dñe? Quis te percutit? Quis te tam copiosum sanguinem effundere cogit? O bone Iesu? Certè amor fortior morte te compellit angustias mortis probare. Vulnerata sum charitate, ait tua humana natura, amoris mucro me ferit, acumina eius, quae adamantina sunt, me pungunt, & ipsa me profundere sanguinem cogunt. Fideiussor pro me, Dñe, exstitisti, & iam meum debitum incipis soluere, & sacculus ipse tuae humanitatis, in quo erat pecunia soluenda inclusa, nunc pe sanguis tuus, iam incipit rumpi. Nam de te ait Sapiens. Sacculus pecuniae secum tulit. Et tanta abundantia se se iam prodit pecunia, o Domine Deus meus, quanta sanguinis copia haec est quam effundis. Lacryma enim sanguinis sudor iste est, quas propter peccatores emittis. Dicebat Hieremias Propheta. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos filiae populi mei? Si solum ad plorandum peccata Hierusalem tanta abundantia lacrymarum necessaria erat, ad ploranda peccata totius mundi, tam praeterita quam futura, vide quantae lacrymae necessariae sunt? Quare parum visum est Christo lacrymis peccata mea deslere. (Nam cum lacrymis, & clamore valido, vt ait Paulus, emisit spiritum) sed omnes poros sui corporis fontes effecit lacrymarum, non aquae sed sanguinis: quoniam sic necessarium erat ad deploranda tot hominum peccata. O verus Adam à pa-

Tomò, II,

radys relegatus propter aliena delicta, qui sudore vultus tui mihi panem lucraris, quando tanto beneficio tibi gratus existam? O terra tali irrigata rore, talique temperamento nutrita, quomodo iam spinas ferres? Cur non potius flores, & fructus optimos germinabis? O anima mea hoc diuino sanguine humectata, cur non fructus dignos produces? Cur spinas, & tribulos potius germinas? Cumque in hac agonia Dominus esset, venit Angelus à Patre missus confortans eum. Non quod aliquid doloris tolleret ab eo, sed quia ob oculos posuit magnitudinem fructus, qui mortem, ac Passionem suam deberet sequi, vt illum ad dolores fortissimum redderet, saltem haec exterius illi proponendo. Sicut cum medicus, qui incisionem membri praecipit, utilitatem quae ex eo sequutura est tibi refert, quod sanus semper viues, quod cito dolor transibit, & permanebit confirmata salus. Non quod sic dolorem tibi incisionis imminuat, sed quod te fortè ad sufferendos dolores efficiat. Sic Angelus cum Christo se habuit. Sed simul etiam antè mentis oculos tormenta quae ferre deberet proposuit. Et licet nesciamus quid illi Angelus dixerit, tamen sancti contemplatiui verba haec referunt illi dixisse. Hoc est, Superne Domine, quod tibi Pater tuus mihi praecipit vt dicerem. Tu charissimè fili, rectè nosti quod in perpetua charitate te dilexerim, & quod semper in te mihi benè complacui, & quod maius omnibus est, omnia quae aeternaliter mea fuerunt semper tibi communico, & ego semper in te, & tu in me aequè permanes. Sed quoniam voluntate tua peccatorum causam vt tuam propriam assumpsisti, hoc nunc exigit mea iustitia, scilicet, quod te omnino à mea protectione, & consolatione de relinquens in manus peccatorum tradam, & sic erga te me habeam, ac si esses hostis meus. Et quod ex te solo omnium peccatorum vindictam sumiam. Omnes sicut oves errauerunt, vnusquisque in viam suam declinavit, & quoniam sic debitum eorum soluis, super te ponere debeo omnium iniquitates; & propter scelus populi mei te percutere. Tu solus quod non rapuisti exolues, & in vindictam peccati armabitur contra te orbis terrarum. Nam caelum suos retrahet fulgures, aer frigore corpus tuum in cruce nudum affliget, terra tremens viscera tua cocuet, ac membra; aqua in acerem, & fel couertetur tibi.

993

Voluntati



Voluntati tuorum inimicorum te tradam, qui omnigena tormenta in te experientur, & hi qui a te maxima sunt beneficia adepti, te blasphemabunt, illudent atque contemnent. Tua hereditas erit tibi crudelis sicut leo in sylua, & turpissimè morti te dā nabunt. A planta pedis vsque ad verticē capitis, non erit in te locus absque plaga. Ab amicis derelictus solus calcabis torcular: tua sanctissima Mater huic seque iustitię presens stabit, vt derelicto comitem se prestet: tuā ignominiam cum amaritudine sui cordis vi debet, & à latere tibi astitit. Sed hoc non tibi ad solamen erit, sed potius ad maiore amaritudinem tuam. Sed confortare fili, & consurge, assume fortitudinem sicut in diebus antiquis: quoniā si posueris pro peccato animam tuam, videbis semen longeuū. Tua morte mortem interimes, vinces fortem armatum, & vniuersa arma in quibus confidebat ab eo auferes, & spolia diripies. Errabundam ouem quam quærebas, sic super humeros tuos portabis ad pascua vberima caelorum. Hęc & alia altiora verba Angelus loquutus est ad eum, quibus illum suo sanguineo sudore perfusum dimisit. Et nos illum sic etiam dimittamus, vsque in diem crastinum, vt & nos hoc sanguine loti atq; balneari fructum eius cosequamur, qui in hac vita est gratia, & in futura gloria, Amen.

Hier. 12.

Esai. 51.

Esai. 53.

Luc. 11.

Luc. 16.

Feria quarta sic incepti sub hoc themate.

Qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Roman. 8.

Rom. 8.

Sermo tertius.

DI E præterita hanc veritate diffiniimus certa in quod causa qua Deus suū pro nobis sanguinem fudit, quo nostra delicta lauit, fuit amor eius magnus qui ad talia illum extrema compulit. Vidimus quippe illum incipere effundere diuinū traorem, illumque per poros sui sanctissimi corporis sudare angustijs, ac anxietate mortis oppresum. Iā enim incipiebat soluere pecuniam fideiusionis quā propter hominem fecerat, aperiebatque iam sacculum illum pecunię, quam pro homine debebat reddere. Hodie videre debemus, quomodo Pater illum tradat in manus ministrorum crudelium, qui

hoc debitū quod pro homine debet, ab illo seuerissimè exigere debent, & quomodo ipse se capi permittit ab hominib⁹, qui debitorum erant, fugiētibus, & ipsam in manibus licetorum relinquentibus, qui exequutores debebant esse diuinę iustitię, & in sua diuina persona crudelem facere exequutionem, rumpentes, & in multis partibus perforantes sacculum illum suę diuinę carnis, quoad vsque totam pecuniam nostrę fideiusionis educerent, quę erat totus sanguis eius. Quę omnia diuus Paulus in verbis propositis satis magnificè explicat, dicens. Qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ac si diceret. Considerate iram Dei aduersus peccatum. Nam quia filius suus vadem se pro illo obtulit, non illi nec minutum, aut tirū tium pepercit, sed ministris iustitię illum tradidit, & illi iudici tradiderūt, qui & toribus cōmisit, vt ab illo immanissimis cruciatibus, vsque ad vltimum quadrantem vniuersum debitum exigere: quoniam nec vnam quidam guttam sanguinis in corpore suo dimiserunt. Quapropter optimè diuus Bernardus dixit, quod homines nunquam potuerunt agnoscere grauitatem peccati, donec filius Dei fieret homo, & patere tur tor cruciatus pro illo. Si ergo Pater proprio filio suo non pepercit, quomodo inimici parcerent illi? Regula quippe Topicorum est, quod si illud deficit quod minus deberet deficere, non mirum si alia deficerent. Si Pater qui protegere debebat filiū, illū carnificibus tradidit, quomodo hostes eius miserebuntur? Quid mirum quod deficiat ei discipulus? Dixerat quidem Deus per Prophetam Esaiam cap. 49. Nunquid potest mater obliuisci infantis vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Poterit quidem esse, ait Dominus, vt mater nō misereatur infantis vteri sui, non tamen quod ego tui obliuiscar, & tamen omnia hec in filio Dei defecerunt. Nā videmus hodie filium illum dilectum (de quo ipse dixit, Ex vtero ante Luciferum genui te, hoc est, de mea substantia) ab ipso Patre nō solū derelictum, verum etiam manibus inimicorum traditū, quomodo ergo hostes eius sanguinis sitibundi miserebuntur ei? Si Pater sic crudeliter illum tortoribus, ac morti tradidit, quid miramur quod eum tradiderit Iudas? Sed tamē magnū in hoc discrimen est. Nam Pater tradit illum pro me, Iudas contra se. Quod si Pater illum sic tradidit, quid

Bernardus

Esai. 49.

Psal. 109.

Quid magnū quod Pilatus volūtatī suorum hostium tradat eum? Iesum verò tradidit volūtatī eorum, ait Lucas. In his verbis tanquam sub compedio perstringuntur ea quę Christus passus est: quoniam traditus est voluntati hominum crudelium, qui illum summo odio prosequerantur, vindictamque ab illo sumere maximè appetebāt, vt in illo mille modos crudelitatis exercerent, & suam maliciosam in illum explerent voluntatem, iniurijs, ludibrijs, blasphemijs, ceterisque seuitiis adinuentoribus quibus vellent illum afficerent. O nunquam hucusque immanitatem auditam! Nec enim vnquam proditor patrię, populator vrbium, infidiator viarum, pirata, aut publicus latro, homicida, parricida, incendiarius, plagiarius, falsarius, vel quantumcumque facinorosus homo sic à iudice vllō inimicis suis traditus est, vt suam in illum malignam voluntatem explerent. Imò potius morti damnatis si vita eis condonari non debet, in modo tamen plectendi illos suus modus seruatur, quantum misericordia quę in vno deest addatur in alio, nec vnquam iustitia à misericordia deseratur, sine qua feritas potius quàm iustitia dicenda est. Quod & in ipsis latronibus qui cum Christo crucifixi sunt perspeximus. Nec enim de illis legimus, quod suas cruces portassent, quod flagellati aut spinis oblitri, aut ludificati fuissent, nec quod in cruce illis impropersent alij, nec quod aceto & felle potati fuissent, nec alia similia in eis acta fuissent ludibria. Solus hic innocens Dominus, solus hic mansuetissimus Agnus (de cuius innocentia, & iudex qui ipsum ad mortem damnat, Iudas qui illum tradit, tortores qui ipsum cruci affigunt, testimonium ferunt) nō solū ad crucem damnatur, sed etiā in modo illum cruciandi non ponitur modus, sed voluntati ravidorū canum dimittitur. Dilacerent, carnibus eius saturentur, & sic adimpleatur quod per Iob ipsi dixerāt. Dixerūt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Nam domestici eius, discipulus qui simul cum illo dulces capiebat cibos, alij summa cum laude eius solebant audire doctrinam, saturari volebant carnibus eius, & suum sanguinem bibere: & horum voluntati traditur. Pro nobis omnibus tradidit illum. Loco peccatorum subrogatur, vt ipse patiatur quod nos merebamur. Ad quod voluit, vt ipsi

Iob. 31.

Tom. II.

met peccatores carnifices essent, vt ipsi sua punirent peccata in persona Christi. Et quia peccator regulariter scruus, ac crudelis est (peccatum quippe quasi furia quædam infernalis est, quę peccatorem crudelissimum reddit: vnde leonibus, viperis, ac ceteris ferocioribus animalibus comparatur peccator in Scripturis) ipse Dominus dixit: Filius hominis tradendus est in manus peccatorum, ac si diceret in manibus viperarum, leonum, luporum, carnificum. Hanc ergo traditionem hodię Pater facit de filio suo. Ad quam traditionem faciendam Iudas vnus ex duodecim minister exiit, qui ac si multa, ac grauiam damna à Domino Iesu recepisset, cum tamen multa bona ab eo acceperit, ad Concilium Phariseorum discessit, & obligauit se illis tradere Dominum, ac magistrum suum solo pretio quod ipsi voluissent illi dare. Nam dixit eis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Ac si diceret: Non pretium aliud quod à vobis pro illo posco: existimo enim illum tam paruo dignum pretio, vt quodcumque vos ipsi statueritis abundet. Ecce cum Pharisei auarissimi essent, etiam si summopere appetere illum sibi tradi, triginta argenteos pacti sunt illi dare, tam vile pretium, vt quælibet vel minima bestia plus æstimari soleat in mercatu. Vt intelligas quis sit homo, & quàm vile pretio æstimet Deum suum; & quis sit Deus, quanti faciat hominem. Æstimat homo Deum triginta argenteis, & æstimat Deus hominem plus quàm vitam suam, quam pro illo expendit. Tradidit homo Deum triginta argenteis, & Deus seipsum pro illo tradit. Et quotiens homo propter voluntatem, vel temporale commodum dimittit Deum peccando; totiens hunc proditorem Iudā imitatur. Cum igitur Dominus per Angelum intellexit Patris voluntatem eam esse, vt ipse pateretur, quam tamē multo antea intellexerat, surrexit à loco vbi eū præterito die dimissimus, & inueniens discipulos suos tertio dormientes, dixit eis. Dormite iam, & requiescite, ecce appropinquat qui me tradet: Ac si diceret, Quid vos dormitis, cum condiscipulus vellet Iudas contra me cum armatis veniat? Non auditis vocem eius, quæ cæteris dicit? Quęcumque osculatus fuero ipse est, tenete eū, & ducite cautè. Veniebat proditor ille corā militibus, & carnificibus, quāquā dux eorū exhortans eos, ac docēs, quomodo in illo se

99 4 deberent



deberent habere conflictu. Attendite, o milites, ac viri fortes, aiebat, ego prius accedam, & osculabor faciem eius: tunc vos fortiter irruite in eum, & tenete valide, no effugiat, nec aliquod praestigiū faciat, vt solet, quo vos delusos relinquat, & fugam capiat. Agnoscite illū, seductor est, & auarus: facit enim discipulos suos fame perire, & spicas siccas cōfricare, & comedere, nolens illis dare panem, cum interim ille cum publicanis, & peccatoribus māduet, & bibat lautē. Potator vini est, nec sicut Ioannes locustis pascitur. In domo Lazari fecit, vt mulier quēdam, non multum bonae famae vnguento pretiosissimo caput eius lauaret, q̄ plusquam trecetos denarios valebat. Si ipse eam sanctitatē, quam praesert haberet, optaret vtiq; vt pretium illius vnguenti daretur pauperibus, nec super se tā vanē effunderetur. Venite, opprimamus eum: quoniam seductor, ac praestigiator est. In concionibus suis dominos vestros Pontifices, ac Pharisaeos profcindit, infamat, detrectat, multaque de eis mala dicit, cum tamē ipsi sanctissimi sint, & legis obseruantissimi. Venite mecū, comprehendite eum, ego vobis eum tradam. Mandatum dominorum vestrorū adimplete, si cenim expedit. Hęc, & similia his procaciter militibus perorabat, vt illos ad tantum facinus excitaret. Iesus autē sciēs omnia quę ventura erant super eū, vt ostēderet quam voluntariē pateretur, occurrit illis, & dixit eis. Quē queritis? At illi dixerunt: Iesum Nazarenum. Et dixit eis: Ego sum. Quo audito, abierūt omnes, & ceciderunt retrorsum. Ego sum, vox est quę eius diuinitatē significat, sic enim ipse ad Moysem dixerat. Ego sum, qui sum, hoc est nomen meū. Dedit voci suę vocē virtutis. Voci Christi diuinitatis virtutē dedit, quā omnes creaturas sub pedibus suis subiecit, & vt ostēderet potestatem iustorū supra peccatores, quos vna voce prosternūt, diabolūq; ac satellites eius deuincunt. Sed quoniam tunc non erat tēpus manifestādi diuinitatis vim, sed poti⁹ obijciendi illis fragilitatē suę carnis, in qua passurus erat: quoniam non tunc erat opportunum capillaturam diuinitatis ostendere, in qua siccam fortitudinem habebat sicut Sanson; sed potius occultare eam, quatenus Philistaei valerent irruere in illum, & comprehendere, & ad molam crucis illū ligare: ideo precepit eis, vt surgerēt. Et iterum interrogauit eos, quē quærerent, & illis dicentibus Iesum Nazarenum, res-

psal. 67.

pondit. Dixi vobis quia ego sum. Protinus Iudas osculatus est eum sacrilegē dicēs, Aue Rabbi. Tunc iniecerunt manus super eum: quod videns Petrus gladio percussit Pōtificis seruum, & amputauit auriculā eius dexteram. Iā Petrus hīc deficere ceperat, & significare Prælatos signauos, & defectuosos. Primū enim nō cōtra maiores surrexit, sed seruum illorum dumtaxat percussit: Nā vt ex Euangelica historia colligitur, multi ex maioribus ibi præsentes erant. Quoniam iners prælatus, qui non multo ardet zelo, nec multum spiritualis est, aduersus imbecilles, & paruulos habet manus, non aduersus magnates. Seruos, & mulierculas puniet, & reprehendet, cum interim maioribus innumeris permittat grassari sceleribus. Quare ei dixit Dominus: Conuerte gladium tuum in vaginam. Debile quippē adiutorium tuum mihi es. An putas quia nō possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modō plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri. Calicem quem dedit mihi Pater, nō vis, vt vibā illū? Et tetigit auriculam serui, & sanauit eam. Auricula fidem significat, nam fides ex auditu est. Quando ergo prælatus in fide damnū infert, vel prædicans falsam doctrinā, aut prædicare consentiens, vel nō illis qui prædicant eisdē obuiam it: quoniam hoc dānum ab ipso prælato est, solus Deus remedium adhibere potest, solus ipse sanabit auriculam. Nā si illi qui remediū apponere deberent, sunt qui dānum faciunt; nullum remedium humanum sufficiens erit, nisi diuina virtus adsit talia vulnera sanans. Tunc dixit ad illos, qui ad illum cōprehendendum venerant. Tāquā ad latronem existis, cum gladijs, & fustibus cōprehendere me. Quotidiē apud vos fedebam in templo docens, & non me tenuistis. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Nam in illa hora data est potestas hosti generis humani, & principibus tenebrarum, vt omnem suam rabiem, iram, odiū ostenderent super illum. Et sicut cū ei facta est copia persequēdi virū iustum Iob, in omnibus suis rebus excepta vita, tot ei mala intulit quæ legimus: quia nec domum, nec pecus, nec filios ei dimisit, imō & uxorem propriam, & amicos aduersus illū excitauit, ipsum a planta pedis vsq; ad verticem capitis percussit vlcere pessimo, & in sterquiliniū projecit: Quid modō faciet cū illi dat facult-

tas

tas super alium iustiorē, & magis patientē, quam Iob absque exceptione vitæ? Nam si consideratis obstinatam malitiam, qualis est diaboli & Satanæ, cui tam absoluta datur facultas persequēdi iustum, quem illē maxime odio habet; quas furias, quas rabies, quas mortes, quas crudelitates exercebit in illum? Hinc ortū habuerunt tot genera tormentorum, tot modi, tot inuentiones ipsū torquēdi, illudēdi, occidēdi. Iam illū colaphis cœdunt, iam spuris illuunt, iam tanquam insanum tractant, tanquam latronem flagellāt, spinis tāquam regni appetitorem coronant, illudunt, crucem super humeros eius ponunt, clauis configunt, felle & aceto illum potant. Iam illum in cruce positū irident, substant, blasphemant, atque inter duos collocāt latrones, lancea latus eius aperiant, innumeraq; alia genera cruciatū inferunt. Cū igitur filijs tenebrarum hæc potestas data est, tanquam leones in illam irruunt incredibili quadam furia perciti. Et quoniam Iudas ipsos admonerat, vt ducerēt eū cautē ne ē manibus eorū elaberetur, fortiores prius fortiter amplexantur illum, tenentes eum donec alij accederent & ligarēt eum, qui funibus manus eius durissimē vsq; ad effusionem sanguinis per digitos cōstrinxerunt, & sic in illum omnes maximo cum clamorē irruerunt, sicut Philistæi super Sansonem, impulsibus, ictibusq; illū dehonestauerunt. Quod innuere videtur Euangelista, cū dicit: Tenuerunt eum, & iniecerunt manus in eum. Quomodo enim illū tenere poterant nisi manibus? Sed hoc addit ad maiore expressionē; ac si diceret: Nō quomodocunq; illum tenuerunt, sed manus sacrilegas crudeliter, & inhumanē iniicientes in eum. Ecce verum Sansonem in manibus Philistæorū, nec quiescent donec illū ad pilstrinū crucis crudeliter ligent, vbi colūnas & brachia crucis apprehendēdo, plures Philistæos moriens, quam viuens occidat. Ecce verū Agnum Patchalem quem ad Hierusalem ducit immolandū, vt sanguine suo postes nostrarum animarum tingantur, ne gladius Domini percutiat nos. Sed hoc mihi admirationē maximā parit, quomodo gens ista non remansit plena timore, & stupore, cū vidisset se in terram prostratam solo Domini verbo. Quomodo ausi sunt manus iniicere in eū, cuius diuinitatis vim paulo antea experti sunt? Certē ex hoc colligo ego quantam vim inferat animis imperium Regum ac superiorum, quibus placere ho-

mines tantum appetunt: nam vt voluntati eorum obsequarur, Deo, & æquitati claudūt oculos. Nā si Rex (quod Deus auertat) præciperet ministris suis, vt ecclesias omnes incenderent, nihil curarent quod ibi esset sacrosanctum Domini corpus, sed simul cum lapidibus, ac lignis illud comburere non vererentur: sic ergo ducunt eū primū ad Annam, vbi quia ad interrogationem Pontificis de doctrina eius respondit Dñs mansuetissimē, dicēs: Ego in templo loquutus sum, & in Synagogis, vbi omnes Iudæi cōueniūt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierūt. Ob hoc tam iustum responsum, quidam in mundus seruulus dedit alapam Iesu dicens: Sic respondes Pontifici. Cœlum, terra, mare, astra, Angeli, homines, plantæ, bestię, omnes inuoco, omnes interpellō, oēs adiuro, vt tantam vestri Creatoris iniuriam vindicetis. Alapam Deo dare? Diuinum vultū ferire? Faciem illam in quā desiderant Angeli prospicere, tam magna iniuria afficeret? Si ob hoc duntaxat quod Dauid particulā vestis Saul secavit, statim percussit eorū suū, quasi crimen læsæ maiestatis cōmississet, eo quod vestem Christi Domini tetigerat; hic peruersus omnium hominū audacissimus, Satanæ membrū, inferni titio, cuius & corpus & anima in sēpiternū ardebitibi, quomodo ausus est tam grauem iniuriā Christo Domino inferre? Faciem Domini alapā cœdere? Quis vnquam tale ausiuit? Ob illū hoc quod Oza Arcam Testamenti tetigit, quæ minabatur ruinā, repentina morte sublatus est: & suffert terra audacissimū istum nebulonem, qui faciem Domini alapā cœdit: & non aperitur, & deglutit illū? Non descendit ignis de cœlo, & vlticibus flāmis consumit eum? Non tunc erat, domini mei, tempus, quo ostēdere deberet Deus iram suam, sed potius patientiam & humilitatem suam, vt sic confunderet, atque cōtunderet superbiam tuam, o homo, qui propter qualemcunq; occasionem occidis proximum tuum, cū tamen Deus tuus colaphizetur, & ruceat. Percusserunt maxillam iudicis Israel, ait Propheta; sed quid mirum quæ carnifex iste hanc faciat iniuriam Christo Domino, cū discipulus suus tunc temporis negauerit illum? Nam secundū quorundam opinionem, quā supra retulimus, in domo Annæ coepit Petrus negare Dominum. Quare si hoc ita est, plusquam tribus vicibus negauit Petrus Christū, imo septē-

1. Reg. 24

2. Reg. 6



ter in domo Annæ, & quater in domo Cayphæ, vt Caietanus vult: sed de hoc supra satis. Petrus autem sequebatur eum à longè, vt videret finem: desiderabat videre quæ terminum haberet res illa, sed hoc à longè, iam enim incipiebat videri Petri tepiditas & ignauia. Desiderabat videre Christi mortem, sed à longè, ne tangeret eum. Similes illis sumus tepidi, ac inertes Christiani. Gaudemus enim de passione Christi loqui, legere, audire, sed hoc à longè, non vt nos tangat, nec vt aliquid patiamur pro illo. Intellege ergo hoc esse initium negandi Christum. Nam si de passione Domini spiritualem accipis gustum, ad imitandum illam extendi debet, vt tu etiam iniurias, alapas, & alia danna pro nomine eius transferas. Si compatiamur, vt & conglorificemur, ait Paulus. Ibat cum Petro alius discipulus, quem aliqui dicunt fuisse Ioannem, & hic erat notus Pontifici. Nam aliquando mali consociantur bonis, & fictas cum illis amicitias iungunt. Vt hic Pontifex cum Ioanne, vt & ipsi tanquam boni & iusti reputentur. Introduxit ergo hic discipulus Petrum, qui accessit ad ignem, & calefaciebat se cum cæteris, frigus quippè erat. Iam enim tunc coeperat Petri charitas frigidescere: nam in anima potius frigus erat, à qua in corpus redundabat. Et accessit ad ignem peccatorum. Nam quando iustus ad calorem & ignem peccatorum accedit, non mirum si ad illum comburatur & ignescat. Calor quippè peccatorum amor proprius est, calor iustorum, amor diuinus. Ille est ignis ciuitatis Babylonicæ, ait Augustinus, iste ciuitatis nouæ Hierusalem. Cum ergo Petrus ad amorem proprium coepit calefieri: frigidit in eo diuinus. Et accessit ad eum ancillula, & dixit ei: Tu ex discipulis es hominis istius; nã & loquela tua manifestum te facit. Et ille respondit: Mulier non noui hominem. O bone Petre, tã malus homo magister tuus est, vt pudeat te fateri saltem quod cognoueris eum. Prius tu illum condemnas quã Pilatus, eum illum sic malum reputas, vt vel agnoscere illum pro ignominia magna dicas: eum tu homo popularis, ac piscator duntaxat sis. Hæc sunt verba quæ paulò antea iactabas, quòd eligeres potius mortem, quã magistrum tuum, ac Dominum negare? Poteram tibi modò dicere, quod dixit Zebul ad Gad qui pollicitus fuerat se non recepturum Abimelech. Vbi nunc os tuum quo loquebaris? Vbi nunc, o Petre, os tuum, quo dice-

ind. 9.

bas, Etsi omnes escandalizatiferint in te ego nunquam scandalizabor, nec te negabo? Et paratus sum tecum, & incarcerationem, & in mortem ire. Quomodò ergo nunc tam citò à sermonibus tuis deficiat? Est ne hoc os, quo illum filium Dei viui confessus es? Quomodò nunc idem os negat illum, & iuras, & anathematizas te non nosse illum? Quid consequentia habet, Tu es filius Dei viui, & non noui hominem? Tu qui socios tuos roborare solebas, quomodò nunc in tã leui occasione deficiat? Possemus quidè dicere tibi illud, quod amici Iob ad illum dixerunt. c. 4. Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti, vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. Nunc autè venit super te plaga, & defecisti, retigit te & conturbatus es. Tu qui debiles confortare debebas, sicut tibi dixerat Dominus? Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; ignorantes docere, timidos roborare, quomodò nunc ad vnius ancillule vocem deficiat, & turbaris? Vbi est timor tuus, & fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Vbi est timor ille filialis, quo reuereris magistrum tuum? Quomodò nunc quasi hostem negas illum? Vbi fortitudo illa tua quã paucis retrò horis iactabas, & aggressio contra hostes quã in horto fecisti? Vbi patientia illa ad sufferendam mortem pro Christo, & perfectio quã sicut caput habere debes? O verè Christi fideles, in hoc docemur nostram agnoscere fragilitatem, ac variabile ingenium, mutabilemque naturam nostram conditionem, quantaque facilitate mutamur, atque prosternimur. Nulli dubium est, quin ex corde protulerit Petrus verba illa in Cæna: Etsi oportuerit me simul commori tecum, non te negabo: & tamen imbecillitas carnis, & timor mortis illum tam citò ad negandum Christum compulerunt. O humana fragilitas, quã quilibet vel leuis occasio tanquam arboris folium mouet; de qua scriptum est: Qui tanquam flos egreditur, & conteritur, & fugit velut ymbra. Et nunquam in eodem statu permanet. Agnoscamus fragilitatem nostram in capite nostro, quod est Petrus, & intelligamus quanta nobis inest necessitas semper inniti Deo nostro, vt iuxta Pauli sententiam. 1. Cor. 2. non simus fideles in nobis, sed in Deo, qui suscitatur mortuos. Quemadmodum palme si asserent tollas cui innititur, protinus in terram cadit. Debebat esse Petrus huius Ecclesie fundamentum & defecit. Sed tamen, quia primum fundamentum est Christus, cui innititur hoc secundum fundamentum, & hæc Ecclesie visibilis fabrica: ideo ipse Christus debiles confirmat & roborat, iuxta illud; Ego confirmaui columnas eius. Nã et si Papa fuerit peccator, sicut fuit Petrus; firmitas tamen est in Ecclesia: nã Christus illam tribuit qui est prima petra, secundum illam Pauli sententiam. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Huic enim primo fundamentali lapidi alij lapides innituntur, & ideo firmitatem in perpetuum hoc ædificium habebit. Caro & sanguis non reuelauit tibi, dixit Dominus Petro, sed Pater meus. Ac si diceret: Ab eo habes firmitatem, non à te qui debilis es. Et contrinuo gallus cantauit: sed nec hoc factum fuit ad hoc quòd expurgeretur Petrus, donec Dominus respexit illum. Respexit Dominus Petrum. O bone pastor, cuius oculos errabunda ouis post se rapit. Quemadmodum cum pastor incidit in latrones, & videt oues ex caulis fugere; non attendit ad colaphos, ictus, & alias iniurias, quas à latronibus patitur; sed se ab illis solui cupit, vt post oues fugientes currat. Exiunt eum vestimentis suis, & tamen horum oblitus oues respicit quas custodit. Sic Dominus non tantum ad colaphizantes, & spuentes in eum attendebat, quantum ad ouem illam, quæ sibi è manibus elabebatur: & inter alapas, sputa, & blasphemias respexit Dominus Petrum, & loquutus est ad cor eius, dicens: O Petre qui heri non te reputabas dignum, vt lauereris à me, & nunc non reputas me dignum, vt dicas agnouisse me. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, &c. Et egressus foras fleuit amare. Foras è domo diuitum ad fletum peccatorum Petrus abiit: nam in talibus domibus non flentur, sed ridentur peccata. Vide quomodo citò resurgit iustus. Nã septies in die cadit iustus, & resurgit. Quare Chrysostomus ait, quòd etiã peccata iustorum pulchra sunt, sicuti corpus pulchrum etiã post mortem suam ostendit pulchritudinem. Iustus in casu & peccato ipso ostendit quod est. Peccat enim rariùs, & surgit cautiùs, & velociùs: fleuit amare, vt humectaretur cardo portæ cœli, & faciliùs moueretur ad dimittenda peccata, qui antea tardior erat. Nam nec septies volebat dimittere, vt supra c. 16. diximus. Hæc in illa nocte passus est Christus; feria sexta dicemus alia, si hæc nunc amare simul ac dulciter contemplati fuerimus.

Iob. 4.

Luc. 22.

Iob. 13.

1. Cor. 2.

simila.

mentum est Christus, cui innititur hoc secundum fundamentum, & hæc Ecclesie visibilis fabrica: ideo ipse Christus debiles confirmat & roborat, iuxta illud; Ego confirmaui columnas eius. Nã et si Papa fuerit peccator, sicut fuit Petrus; firmitas tamen est in Ecclesia: nã Christus illam tribuit qui est prima petra, secundum illam Pauli sententiam. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Huic enim primo fundamentali lapidi alij lapides innituntur, & ideo firmitatem in perpetuum hoc ædificium habebit. Caro & sanguis non reuelauit tibi, dixit Dominus Petro, sed Pater meus. Ac si diceret: Ab eo habes firmitatem, non à te qui debilis es. Et contrinuo gallus cantauit: sed nec hoc factum fuit ad hoc quòd expurgeretur Petrus, donec Dominus respexit illum. Respexit Dominus Petrum. O bone pastor, cuius oculos errabunda ouis post se rapit. Quemadmodum cum pastor incidit in latrones, & videt oues ex caulis fugere; non attendit ad colaphos, ictus, & alias iniurias, quas à latronibus patitur; sed se ab illis solui cupit, vt post oues fugientes currat. Exiunt eum vestimentis suis, & tamen horum oblitus oues respicit quas custodit. Sic Dominus non tantum ad colaphizantes, & spuentes in eum attendebat, quantum ad ouem illam, quæ sibi è manibus elabebatur: & inter alapas, sputa, & blasphemias respexit Dominus Petrum, & loquutus est ad cor eius, dicens: O Petre qui heri non te reputabas dignum, vt lauereris à me, & nunc non reputas me dignum, vt dicas agnouisse me. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, &c. Et egressus foras fleuit amare. Foras è domo diuitum ad fletum peccatorum Petrus abiit: nam in talibus domibus non flentur, sed ridentur peccata. Vide quomodo citò resurgit iustus. Nã septies in die cadit iustus, & resurgit. Quare Chrysostomus ait, quòd etiã peccata iustorum pulchra sunt, sicuti corpus pulchrum etiã post mortem suam ostendit pulchritudinem. Iustus in casu & peccato ipso ostendit quod est. Peccat enim rariùs, & surgit cautiùs, & velociùs: fleuit amare, vt humectaretur cardo portæ cœli, & faciliùs moueretur ad dimittenda peccata, qui antea tardior erat. Nam nec septies volebat dimittere, vt supra c. 16. diximus. Hæc in illa nocte passus est Christus; feria sexta dicemus alia, si hæc nunc amare simul ac dulciter contemplati fuerimus.

1. Cor. 3.

Matt. 16.

simila.

Prou. 24.

Chrysost.

simila.

Feria sexta Parasceues, sic sub hoc themate dixi.

Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Philipp. 2.

IN hac obedientia quã filius Patri suo vique ad mortem exhibuit, sola Virgo mater sua speciali quadam amoris celsitudine, cum illo perseverauit sub ymbra illius arboris sanctæ Crucis, fructus illius colligens, qui tunc erant gutta sanguinis, quæ ex corpore Christi distillabatur. Quemadmodum in Cant. 2. tunc spiritus dicitur. Sub ymbra illius quæ desiderauerat sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Sed ait: nã licet Virgo stabat sub ymbra corporis Christi, quod de cruce pendebat; sedebat tamen anima simul eum corpore filij affixa cruci. Acerbus fuit tunc illi fructus iste, qui tamen nobis dulcissimus fuit. Verum fuit dulcis animæ suæ propter portionem, quæ ex illo illi contingebat. O Domina mea, oculis intueor optimè, quanto dolore virgineum pectus tuum sit plenum, & videtur mihi quod ad nos verba illa dicas, quæ cuidam atri tuæ dicta sunt. Non vocetis me Noem, id est, pulchram, sed vocate me marã, id est, amarã, quia amaritudine valde repleuit me Dominus. Video quippè quomodo mare amaritudinis, atque doloris, quod sic plene in filium tuum inundat, quasi ex aduerso redundat, & euacuat in te, & quomodo anima tua recipit sonitum maleorum, voces blasphemantium, quare non potest aliter fieri, quin abundet in te inundatio maxima lacrymarum & dolorum, atque ideo virginei oculi fontes lacrymarum effecti sunt, quas cum filio tuo fundis, quia sanguinem effundere nequis. Asperge, o Virgo beata, animam meam, & eorum, qui adstant mecum, hac superabundantia lacrymarum: quatenus oes tecum simul communem Dominum desileamus. Quod si tunc in tã iusto dolore tecum comites non steterimus, nunc quando eius memoriam solenniter celebratur, genibus flexis Crucem, ac Crucifixum adoramus, & tibi salutationem Angelicam offerimus, dicentes, Ave Maria.

Sermo. 4.

Cant. 2.

Rush. 1.

Humiliauit semetipsum, &c. Hodie iam in persona Christi sit vltima executio, et in te ymate, propter fidei usione quã pro homine fecit, & sacculus pecunie dirumpitur, qui fuit suum sanctissimum corpus, à quo totus sanguis exhaustus est, qui fuit pecunia quã pro



pro nobis soluit, & hoc in mensa crucis, in qua tota hæc pecunia sic sigillatim numerata est; ut potuerit ipse dicere: Omnia ossa mea numerata sunt: nã omnia mēbra, & ossa sua huic fideiulsioni obligata erant. Et ibi rupta est schedula, in qua obligatio nostra scripta erat per quã exequutio in persona Christi facta est, & nos absoluti ab illa obligatione remãsimus. Delens q̄ aduersum nos erat chirographũ decreti, & illud tulit de medio: aspicas illud cruci, ut ait Paulus: Sanguine quippẽ suo deleuit illud, & clavis, ac læcea dirupit. Hoc autem fecit maiori humilitatis, ac obediẽtiã exẽplo, quã vnquã in mundo visum, vel auditũ est. Fuit quippẽ obediens Patri vsq; ad mortẽ, non qualemcunq; sed crucis. Quare cũ spiritum Patri dedit, inclinavit caput, in signũ obediẽtiã paternã. Ac si ad imperiũ Patris, quo præcepit illi ut moreretur, inclinaret caput, annũes q̄ vsq; ad mortẽ obediẽbat illi. Itẽ hæc voluntas sic propria fuit, ut nullus ad id coegerit illum; sed oblatus est quia ipse voluit. Vnde & hic Paul. ait. Humiliauit semetipsum, &c. Ipse seipsum humiliavit, non alius illũ, nec poterat: qm̄ eius persona nullam aliã habebat superiorẽ. Exinanivit semetipsum formam serui accipiens. In hoc semetipsum exinanivit, q̄ voluntariẽ formã serui accepit, in qua posset ea capere quã in natura diuina nõ poterat, utpotẽ mortem, & alia: nã diuina sic cõpleta est, ut nullũ locũ exinanitũ haberet, vbi hæc caperent, sed in humana sic. Erant enim loca exinanita, vbi quinq; millia flagellorũ caperent alape, spuita, clavi, lancea, spina, deniq; mors ipsa terribilis. Hæc ergo humiliatio, & exinanitio Christi fuit propter obediẽtiã Patris, quã vsq; ad mortẽ perseueravit. Mortẽ autẽ crucis, quã cunctis ignominiosior & crudelior erat. Nã in concilio q̄ mali aduersum Christũ habuerunt, dixerunt. Morte turpissima condẽnemus eũ: & in Lege maledictus erat omnis qui penderet in ligno: & Christus, ut ait Paul. factus est pro nobis maledictũ, sed ipse maledictionẽ in benedictionẽ conuertit. In cuius signũ prima benedictio quã in mũdo data est, fuit in modũ crucis. Nã Iacob benedicens filios Ioseph, Ephraim, & Manassen, manus cõmutauit in modũ crucis, in quo significabatur, quod in cruce debebat genus humanũ benedici. Nã si in Lege scriptum fuerat, Maledictus omnis qui pependit in ligno: Sapiens tamen dixit: Benedictum lignum per quod fit iustitia. Per cru-

Isai. 21.

Colos. 2.

Isai. 53.

Philipp. 2.

Deute. 21.

Galat. 3.

cem, namq; iustificamur corã Deo. Quare quã antea ignominia erat magna, nunc est maxima gloria, iuxta illam Pauli sententiã. Galat. 6. Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi. Iam enim non est maledictus qui in cruce moritur, sed benedictus, nec peccator, sed iustus & iustificator. Hodie ergo hoc crucis mysterium per totũ mundum celebratur. Sed antequã ad illud veniamus, oportet continuare reliqua quã passus est à domo Annæ, vbi iniuria illi magna illata est, quando alapa iniustissimẽ maxillã eius ferierunt. Inde autẽ in domum Cayphæ delatus est ligatis manibus, collo sane circumdato, vultu præ nimia anxietate & oppressione succenso, maxilla vna alapa dedecorata; ibi conuenerant reliqui Pontifices, sacerdotes, & Pharisei. Et cũ illũ adiurasset summus sacerdos, an esset Christus filius Dei benedicti, & ipse veritatẽ fassus esset; utpotẽ qui ad hoc venerat in mũdũ, ut testimoniũ perhiberet veritatis, oēs illũ tanquã blasphemum, & regni Messia inuasorẽ cõdẽnauerunt. Et sic dissoluto cõcilio, in Saluatoris faciẽ procaciter oēs spuẽtes in domos suas abierunt, & totã noctẽ in somnẽ duxerunt, cogitantes qua via possent perdere Saluatorẽ. Nec illum requiescere siuerunt, nec dare somnũ oculis suis, aut palpebris suis dormitationẽ, cũ tamẽ eo maxime indigeret Dñs: utpotẽ qui tot iã perpeffus erat labores, & tot erat perpeffurus. Sed illum tortoribus, ac carnificibus tradiderunt, ut illi illuderent, & in faciẽ eius spuerẽt. Cautum fuerat in Lege, ut cũ quis absq; liberis discessisset, frater eius, aut cognatus propinquior vxorẽ eius acciperet, ut suscitaret semẽ fratri suo; ita q̄ liberi quos ex illa muliere acciperet, nomen, & hæreditatẽ defuncti fratris haberent, ne eius extingueretur memoria in Israẽl. Quod si quis admonitus renneret accipere fratris sui vxorem, alius propinquior eã acciperet spuẽs in faciẽ illius, qui noluit, & dicens ei: Sic fiet ei, qui non vult edificare domum fratris sui in Israẽl. Synagoga sterilis, & absq; liberis & viro, eo q̄ iã à Deo repudiata fuerat, spuit in faciẽ Christi, eo q̄ illã non vult accipere in vxorẽ, sed aliã spõntam ex Gẽtibus accipit, quã est Ecclesia sua. Sed hoc immeritõ, & irrationabiliter factum est. Nã cũ Synagoga esset sterilis, & absq; gratia & meritis, nõ in illa poterat suscitari memoria viri prioris, scilicet Dei, sed oportuit aliã accipere, neq; Ecclesiã suã, quã sanguine Christi, ac

Galat. 6.

Deute. 25.

meritis eius persusa, & irrigata, tot filios viro suo Chro procrearet, & adimpleret qd̄ ad illã per Prophetã dictum est. Latere sterilitis, quã non parit, erũpe, & clama, quẽ nõ parturis: quia multi desertã filij, magis quã eius quẽ habuit virũ. Nec hoc solum dãnũ illi intulerunt, sed vnus alapã illi impingebat; alius impellebat illum, alius aliquod illi improperiũ dicebat, alius crudeliter minabatur ei. Sed pedissequi illi serui, ac carnifices, quibus relictus fuerat; illum in tricliniũ aliquod recluserunt, & ibi fortiter ligãtes illum ad aliquod lignum domus, vel antesoculose eius dabant ei alapas, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et credo quod multi simul alapas illi impingebãt, vnus à dextris, & aliũ à sinistris, & alius in collo, & sic illudẽbant ei spuẽtes in faciẽ eius. Facies est hæc, ut in illã spuat? Facies est vbi gloria Patris splendet, ab ipso ore Patris egressus, quẽ ipse Pater simili sibi spuit, secũdũ illud: Ego ex ore Altissimi prodii. Hũc homines turpiter spuerẽ non verentur. Et velabant faciẽ eius: quia in eum intendere non volebant, sed dicebant: Grauis est nobis etiã ad videndũ, quasi noctũe quẽ lumẽ respicere nequeunt: & sicut Moytes ponebat velum super faciẽ suã, sic isti velabãt faciẽ Christi, quasi significantes se nolle veritatẽ admittere, sed sub vmbris, & inuolueris antiquã Legis permanere. Dilixerunt magis tenebras quã lucẽ, & adhuc velamentum posuit est super eos eorum, ut ait Paul. Et ille malus Christianus oculos operit Deo, qui sic offendit illum, ut vellet quod nec aspiceret, nec puniret, nec esset qui videret peccatã. Inde ma hẽ scẽto habito cõcilio, illum ad Pilatum ducũt cãthena ferrea collo eius circumdata, quã peregrinis euntibus ad visitãda loca sacra solebat ostendi. Quã sciẽs quod per inuidiã tradidissent illum remisit ad Herodẽ, corã quo nec vllũ verbum loquutus est Dñs: qm̄ in domib; diuĩtũ veritas in nullo habetur pretio, & tunc currit cõsiliũ Saratonis, quo nobis dicitur: Nolite sanctum dare canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcõs; &c. Quare tanquã insanus este alba indutũ est. Nã in domib; diuĩtũ deridetur iusti simplicitas, ut dicitur Job. 12. Tanquã insanus habetur ille, in quo sunt oēs thesauri sapientiã & scientiã Dei absconditi. Nõ ei aliã desitebat iniuria, quã quod pro insano reputaretur ab hominibus. Fuit enim habitus tanq; seductor, & seditiosus, atq; de hoc crimine accusatus est apud

Isai. 54.

Eccles. 24.

Sapient. 2.

Exod. 43.

1. Cor. 3.

Matth. 7.

Job. 12.

iudices, tanquã reus mortis; fuit reputatus quasi magus & necromãticus, qui pactũ cũ dæmonibus habebat, & sic dicebant de illo. In Beelzebub principe demoniorũ eiecit dæmonia: fuit etiã de gula infamatus tanquã comestor, vnde vocabãt illũ potatorẽ vini, voracẽ. Item fuit habitus tanquã homo, qui pessimis associabatur hominibus, cũ illis que familiariter tractans eorum fieret imitator morum, vnde dicebatur peccatorum, & publicanorũ amicus. Repuratus est etiã ex mala ortus progenie, & dicebant de illo quod Samaritanus esset, & dæmonium haberet. Et deniq; tanquã hæreticus & blasphemus fuit habitus, de quo dicebant vsurpare sibi Dei virtutẽ, cuius solius est peccata dimittere. Nã cum dixisset paralytico: Dimittuntur tibi peccata tua, dicebant illi. Hic blasphemiat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quid restabat, nisi quod pro insano haberetur ab hominib;? & ita hodie factum est. Nã proceres & magnates de domo Herodis illũ tanquã insanum irriterunt indutum veste alba; ut discamus nos hominũ iudicia contẽnere, quã yana ac fallacia sunt. Et quis dubitat nisi q̄ à pueris & popularibus irideretur, cũ per calles Hierusalem illum tali veste indutum viderent, & acclamarent illum, Insanum, insanum, & lutum & puluerẽ projicerent in eum, sicut fecit Semei contra David, quando fugiebat à facie Absalon vocans illum filium Belial, vtrum sanguinũ, & alia similia, quã Semei dixit ad David: sed cum Pilatus Donnum iterũ coram se videt, tractauit, & nitebatur illum eripere de manibus illorum, sicut fecit Ruben cum Ioseph. Et ad hoc extogitauit hoc medium. Erat consuetudo in illo populo ut in hoc Paschate vnus dimitteretur reus, quẽ ipsi petijssent. Lyrã & Bedã dicunt hunc morẽ increbuisse in memoriã illius summi beneficij quod illis præstiterat Deus, quando mortuis & suffocatis Ægyptijs ipsi liberi euaserunt. Et ob hoc quendã vincitum dimittebant, & alios occidebant, ut in hoc, & eorum liberationẽ, & Ægyptiorum subuersionem significarent, quẽ morẽ illi inuolabiliter seruauerunt. Et ideo dixit eis Pilatus: Est autẽ consuetudo vobis, ut dimittã vobis vnũ vincitũ: & proposuit illis Barabbã simul cum Christo, qui erat latro, & in quadã seditione homicidiũ fecerat. At illi persuasi à maioribus petierunt, ut Barabbas latro dimitteretur, & Christus innocẽs occideretur. O maledicta gẽs,

2. Reg. 16.

Gene. 37.

Lyrã Bedã



Deute. 32. & stulta; benē te absque consilio, & imprudentem vocavit Moyses, cum dixit: Genes absq; consilio est, & infidelis. Hæcine red dis Domino, popule stulte & insipientes Quæ electior tam pessima hæc est, quod consiliū tam iniquum, quod uiuat qui vitā ab eis tollit, & moriatur ille qui vitā eis tribuit. Quod uiuat sediciosus, & moriatur pacificus. Quod uiuat latro qui eis bona sua furatur, & intereat innocens qui eis bona sua comunicat.

Genit. 14. O mundus immundus ac improbus, semper enim faues malis, & contradicis bonis. Hoc fuit expressam olim, quādō ex duobus passeribus, qui adducebantur ad emundationē leprosi, vnus liber abibat, & alter in aquis uiuis immolabatur, quæ aqua deseraiebat ad emundationē leprosi. Non erat sufficiens Barabbas ad emundandam hominū leprā, & ideo dimittitur liber, sed Christus Dñs oportet quod immoletur in aquis uiuis, quæ simul cum sanguine ē latere suo fluxerunt ut tali sacrificio lepra nostra emundetur. Deinde iussu prædictis flagellis diuissimē cæditur, ut adimpleretur quod dictum fuerat per Esaiam Prophetam dicentem: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Adimpletum video illud quod Regius Propheta dixerat: Scapulis suis obumbravit tibi. Videns enim scapulas suas sacratissimas plagis plenas, propter peccata, & delicta mea, illuminor ad intelligendum, quā magnum malum sit peccatum, propter quod Deus ipse flagellatus fuit. Post hæc totā congregant cohortem ad illudendum Domino, quem purpura vestiunt, spinis coronant, arundinem in manibus ponunt, flectentes antē eum genua, & iridentes, atq; dicentes: Ave Rex Iudæorum. Et dabant ei alapas, & spuebāt in facie eius, ita quod vultus eius videretur quasi despectus, sanguine, puluere, atq; spatis liuidus, scedatus, taliter quod vix ab his qui antea eum viderant poterat agnosci. O splendor gloriæ Patris, o speculum sine macula maiestatis Dei, o fons aquæ viuæ qui à paradyso exis, & irrigas totam terram. Quis te sic obsecravit? Quis te sic turbauit? Quis te sic tam foedū, atq; despectū reddidit? Peccata mea, Domine Deus, peccata mea te sic deturpauerunt, insanitæ meæ te illudunt, vanitates meæ te coronant, latrocinia & proditioes meæ te flagellant, deniq; peccata meā carnifices tui sunt, & spine quæ caput tuū pungunt, alapa quæ faciem tuā deturpāt. Heu heu me qualem peccata mea animam

meā reddiderunt, cū talem vultū Domini mei aliena reddiderint. Sed cū nec sic videre Saluatoris faciem illorum iram potuerit mitigare, sed magis inualecerent voces eorum, adiudicauit iudex contra propriā conscientiam fieri petitionem eorum. Cumque cruce a longē prospiceret Dominus sibi minitanti, lætatus est corde, & intra se blā diebatur illi dicens: Benē venias benedicta crux, humani generis reparatio, cathedrā super quam sic altissimam doctrinā docturus sum: arca Noë in qua peccatores ab ira Dei protegendi sunt: virga Moysi quæ mare rubrum sanguinis mei debes aperire, per quod homines à seruitute diaboli liberentur, & ad libertatem filiorū Dei in gloriam cælestē transferantur: lignum quod aquas amaras mortis, & dolorū dulcescere facis: porta cœli, clauis paradyfi, arbor vitæ, columna Martyrum, peccatorū remedium, iustorum robur. Veni virga inslitia Patris mei, in me deservi, in me totā Patris mei irā executioni manda, tu mihi mortem infer, ut alijs vitā tribuas, moriar ego in te, & uiuant omnes in te. Ecce humeros meos, super illos tuū onus impone, tu meū es imperium, tu meū es sceptrum, quo mundū debellare debeo, quod prædixit Esaias me super humeros deportaturū, paratus ad hoc sum, bono animo te recipio. Et sic accepit libentissimē ponderosum illud lignū crucis super humeros suos, in quo sculpta erant omnia nostra peccata, quæ cruce gratiore reddebant. Sic ad Caluarie locū ducunt illū, vbi eum nudauerūt coram omnibus, talemque ignominiam carni illius fecerunt, quæ flos omnis carnis erat. O genitrix Dei, o Virgo beata, o Domina nostra, corā cuius virginis oculis talis iniuria tuo filio inferretur: tu illū panis inuoluisti in Bethleem, & nunc nudus in aere pender, & nullus cooperit illum. Ibi super præsepē, hinc super cruce. Ibi inter duo animalia, hinc inter duos latrones. Ibi laudes canunt Angeli, hinc illum blasphemant Gentes. Ibi illū vidisti, & hinc vides fructū hanc tui virginis partus. Quis poterit dicere, quid tunc cor tuū senserit in hoc quod oculi tui vident? Nō tibi oculi, sed tormentores, ac carnifices tui sunt: nam vbicumque vertis illos, in tuum dolorem conuertis. Postquam illum cruci affixerūt, leuauerūt lignū illud in altū. Vexilla Regis prodeunt, fulget crucis mysteriū, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Ecce Christiani arborē vitæ, in morte

Caluarie

Caluarie plantatā, fructus ex illa pendens, nō ille veltitus est, sed qui debet illius dāna reparare. Ecce scalam Iacob, qua ascendere in cœlū debemus. Ecce terebynthū illū, sub quo idola sepeliuit Iacob. Ecce serpētē viuū eleuatū in deserto, ad quē aspicientes peccatores à nostris vulneribus salui sumus, quem & aspiciēs latro saluus factus est. Ecce terræ promissionis botrū, qui in medio duorū latronum pender, sicut racemus ille inter duos portabatur. Ecce iā illū prælum exprimit in torculari, quod ipse solus calcare debebat, ut ex illo vinū distilletur quod debet germinare virgines. Videte verū Sansonem ad molam alligatum, ut ibi moliatur frumētū electorum. Videte iterum illum ad columnas domus innixum concutientē illas brachijs: ut plures Philisthæos moriens quā viuens interficiat, & ut templa eorum diruat. Prætereuntes autem blasphemabant eum. Aspiciete verum Noë amore suæ vineæ inebriatum, quomodo à filijs suis irridetur. O crux benedicta, quæ sic tensa mēbra delicata Regis tenes, cur nō laxas viscera eius? spinetū es, & ideo sic pungis sacrata mēbra. Nā ut Doctores dicunt: Ex rubro spinoso fuit facta crux, imō aliqui dicūt, arbore in qua delituerūt patres nostri post peccatū, fuisse rubrū, quæ etsi alijs animalib' umbra est, & refugium, soli tamē ouicule, & agniculo non est: quoniam si per illā trāsit, aculeis suis lanā & coriū eius excutit, & sibi rapit. O crux benedicta, o rubrū quæ viderat Moyses incōbustū, in quo gloria Dei nunc ardet, oēs protegis, omnibus arbor vitæ es, ut illa quæ viderat Nabuchdonosor, quæ omnibus vmbra faciebat: & tamen solæ huic mansuetissimæ ouis, soli huic benedicto Agno Paschali crudelis extas, qui in te pellē, & vellus aureū dimittit, in te excoriatur, mactatur, & occiditur, aliqua saltē in illū flectere pietate. Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera, &c. Ecce verum Helisum collectum totum super mortuum quæ suscitare debet, & mensum cruci, in qua septies oscitat illa septem verba proferens, & in vltimo dat spiritum Deo, cum dixit: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite in signum obedientiæ, emisit spiritū. O verus pellicanus, qui aperta habes viscera, ut sanguinem tuū suggamus, recipe me in te, qui sic dilaceraris pro me: ut sic tuo sanguine viuam, hinc per gratiam, & illic per gloriam, Amen.

Item sub hoc themate sic dixi.
Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba. Esai. 38.

Officium prædicatorum his diebus hoc est, lingua depingere illud opus, quod in sacratissima Domini nostri Iesu Christi carne carnifices illi immanissimi pinxerūt, qui nescientes quid facerent hæc nobis expolierunt petram, quæ est Christus, tanta industria, tamque eleganti pictura, quantum necessarium erat ad hoc quod esset clauis, angularisque petra huius pulcherrimi ædificij vniuersalis Ecclesiæ suæ, absq; hoc quod nec minimum quid præmitterent, ex modo & ordine quæ Pater æternus apud se iā diu præordinauerat. Sed ut ego opus hoc tam magnum verbis depingere quæ, opus habeo quod Deus ipse linguam meā moueat alia intentione, quā ea qua manus carnificum motæ sunt ab ipsis, ut pijs, ac deuotis verbis, ac considerationibus proferam ego quod illi crudelibus manibus exercuerūt. Si illi artifices quos olim Moyses elegit ad fabricam illius antiqui tabernaculi, non ausi sunt manus adhibere labori, nisi prius repleti scientia & intelligentia à Deo; quomodo ego audebo, o Pater æterne, linguam meam adhibere huic mysteriosæ fabricæ huius veri tabernaculi, in quo figuræ & sacrificia veteris cōsummata sunt, si prius tu amore tuo non accendis animam meam, luce tua illuminaueris intellectum meum, & labia atque linguam meam sicut Isaiæ cremaueris? Ut recta intentione attingam, quod isti crudeles ministri tam mala attigerunt. Non ausus est Moyses accedere ad spinas nisi nudis pedibus, & præsumam ego hunc ingredi hortum spinis oblitum, clauis, flagellis, ac liuoribus plenum, in amoris igne ardentē, nisi aliqua scintilla eius in me ardeat? Ut tali liquefactus igne lacrymas ab oculis meis stillem, & alios illas effundere faciam: ut sic talem educamus florem, hoc est Iesum Nazarenum, qui floridus dicitur, ex tantis spinis, ignibus, atque tormentis. Ad quæ maximè nobis confert beatissima Mariæ intercessio, quæ fuit virga quæ nobis hunc florem produxit, ut intelligamus an modo illū inter tot agnoscat spinas, & eius vestigia vsque ad cruce sequendo Crucifixi fauorem lucremur, illam prius Angelica salutatione salutando, atque dicendo, Ave Maria.

Sicut



sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditor ut columba. Esai. 68. Hæc verba quæ vobis proposui tanquam fundamentum huius mysteriosæ fabricæ, quam hodie contexere debeo, apud Esaiam reperiuntur in c. 68. quæ Ezechias rex dixit versus ad parietem, postquam per Prophetam illi relata est sententia quam Dominus contra eum protulerat, quod deberet mori ex illa infirmitate: quæ nos etiã hac die dicimus in nomine nostri veri Regis Christi, qui vnctus dicitur, versi versus parietem carnis suæ, super quam sicut super murum debebant cadere ictus iræ Dei, qui super nos descendere debebant, postquam sententia in consistorio Dei prolata à Caypha illi notificata est in concilio publico, in qua expressit decretum æterni Patris, quo decreuerat, quod filius suus pro salute humani generis moreretur. Quæ verba id significant, quod deberet anima nostra propter hoc clamare, sicut filius hirundinis clamat ad matrem, & meditari illam sicut columba, quæ auis meditata est. Hoc est dicere, quod interiùs, & exteriùs passio Christi deploranda est meditando illam, sicut columba interiùs oculis mentis, & plorando illam exteriùs oculis corporis, sicut filius hirundinis, qui clamat pro cibo ad matrem. Quare exteriùs fletus, & planctus, quibus passionem Domini hisce diebus debemus flere, in hoc deseruiunt, ut ab illo spiritualem cibum sui sanguinis postulemus, & tanquam veri filij pellicani hoc sanguine nosmet ipsos pascamus, ore mentis viscera eius ferientes tanti mysterij consideratione: ut sic clamores nostri, non sint solummodo carnis voces, sed potius sanctæ ac deuotæ spiritus nostri petitiones, quibus effectum huius diuini sanguinis in nobis ipsis experiamur. Quæ voces tunc efficaces erunt, quando ex meditatione columbæ processerint. Colūba (domini mei) inter alia animalia meditata maxime videtur, quod ex ipso cantu apparet: nam pro cantu habet gemitum. Sic debet cantari, prædicari, & meditari passio filij Dei: ut postquamlibet considerationem emittamus gemitum penetrantem coelos, qui aliquando ex propriorum delictorum consideratione prodeat, & ex eorum dolore, vtpote quæ talem in Christo causati sunt, aliquando ex compassione videntes talem tanque innocentem virum, tam malè tamque iniuste tot doloribus affectum, torlubrijs, ac iniurijs deonestatam, & hoc,

ut solueret quæ non rapuit, satisfaceretque pro culpis, quas non commisit. Columba etiam nidum suum in præruptis petrarum collocat, inque rupium, & murorum aperturis, ut ibi à rapacibus auibus protegatur, quæ illam deuotare cupiunt sic animæ Christianæ ac deuotæ, in foraminibus huius petræ quæ est Christus nidum suum componere debent, atque in illis plagis se debent protegere, hoc est, in foraminibus illis capitis quod spinæ perforarunt crudeliter, & in aperturis manuum & pedum, quos clauis terebrauerunt, simulque in prærupto lancea latere eius, illic abscondi debent à rapacibus auibus, & dæmonijs, & peccatis fugiendo, quæ illas crudeliter deuotare desiderant. Sic Spiritus sanctus animam Christianam considerabat, cum in Cantic. dicebat: Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceræ. Sic deuota anima se habet, sicut vera columba à foramine in foramen per considerationem volitando, de vulnere in vulnus, de spina in spinam, à flagello in flagellum, & illic fel euomit, & de aue rapaci in columbam transfertur, omittendo fel, & amaritudinem peccati, vbi & volare appetebat propheta Dauid, cum dicebat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Hoc est, quis mihi sic celerem volatam præstabit, ut possim vsque ad arborem crucis ascendere, & in rupem illam ac petram quæ ibi pendet, collocare nidum mihi, in quo tot video foramina, vbi requiescam? In cuius signum, cum Dominus baptizatus est, Spiritus sanctus super caput eius quasi columba apparuit, ad significandum quod ij, qui spiritum Dei habent super caput Christi spinis perforatum sicut veræ columbæ nidificant, baptizanturque in sanguine illo regali, qui ab illa effluit, ut illo loti tanquam columbæ albescant. Nam tales animæ comparantur columbis quæ lotæ sunt lacte, cum dicitur: Oculi tui sicut colūbæ quæ lacte sunt lotæ, hoc est, iusti, qui sunt oculi Ecclesiæ, assimilantur lotis colūbis in lacte, quæ candidiores ex illa prodeunt, quam ipsæ erant. Sanguis Christi quamuis ille rubicundus fuit, nobis tamen candidior extitit lacte: quoniam ipse tulit dolores, & amaritudinem; nobis autem, in gloriam, munditiem, & pulchritudinem animarum cesserunt, quas sanguis Christi candidiores

Cant. 2.

Psal. 54.

Psalm.

Cantic. 5.

diiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo reddit. Quare illum sanguis rubicundum, nos candidos facit. Sic enim illum viderunt Angeli coelos penetrantem, cum interrogantes dixerunt: Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Ioannes autem in Apocal. sanctos vidit vestibus albis indutos, & interrogauit Angelum qui secum erat, Qui nam essent illi, & respondit ei: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolæ suas in sanguine Agni. Ibi em dealbauerunt animas suas. Quare dilectus dicitur candidus & rubicundus. Rubicundus sibi, candidus nobis: nam sibi tormenta & dolores fuisse, quæ nobis gloria & honor extiterunt. Anima ergo, quæ per considerationem, & communicationem Sacramentorum, sæpe in hoc sanguine tingitur, atque lauatur; inde quasi columba lacte lota candida emergit. Hoc ergo est passionem Christi quasi colūba meditari, & quasi pullus hirundinis deslere illam. Vel secundo, quia duo inuenimus consideranda in Christi passione, & interiùs dolorem quem in anima pertulit, & exteriùs dolores, quos in corpore sustinuit. Primò interiùs sicut columba meditari debemus, & secundum tanquã hirundinis filij exteriùs quasi clamoribus deslere. Circa quod scitote, domini mei, quod Christus Dominus duas sustulit crucis: alteram in anima, & in corpore alteram. Anima crux dolores fuerunt, atque tristitia, quæ illam vndiq; circudederunt, in magnoq; angore posuerunt. Quare Psal. 68. dicebat: Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Et ad discipulos suos dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Alia, supplicia quæ corpus eius tulit, fuit. Itaq; corpus & anima Christi in hac admirabili fabrica polita sunt. Exod. 31. dixit Dominus ad Moysen, quod elegerat duos artifices Beseel, & Ooliab, quibus dedit scientiam & intelligentiam, ut omnia opera illius antiqui tabernaculi fabricare scirent, tam interiora tabernaculi, quam vtenilia eius. Omnia tamen faciebant secundum formam, quam Deus in monte ipsi Moyse ostenderat. Hi duo artifices etiã fuerunt in hac mystica fabrica noui tabernaculi, quod est Christus. Vnus interiora operatus est, & hic fuit tristitia, anxietas, & agonia, quæ animam eius sanctissimam hodie magnis afflixerunt mœroribus. Alius exteriora tabernaculi, vteniliaq; eius fa-

Reg. A.

Esai. 63.

Apoc. 7.

Cant. 5.

Psal. 68.

Exod. 31.

abricauit. Hic fuit dolor sensibilis, tormēta, & cruciatus, quæ sua sacratissima membra magnis affecerunt doloribus. Omnia autem hæc, secundum formam à Deo datam, facta sunt: quoniam nec apicem quidem prætermiserunt ex omnibus, quæ per Prophetas scripta sunt, & tanquam si coram se habuissent exemplar, quod sequi deberet; sic opus suum faciebat, eo ordine & modo quo Deus prædefinitum, ac præordinatum habebat. Quod & Ioannes nobis expressit. Postquam em dixerat Cayphã in concilio illo nefando dixisse: Expedit vobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, subintulit, dicens: Hoc autem à se ipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, &c. Ac si diceret. Ipsi ministri tantum erant, ac operarij: exemplar enim à Deo erat, & à Prophetis datum & expressum, quod ipsi nescientes adamum sim imitabantur. Quare omnes isti ministri, inter quos dux fuit Iudas, nihil omnino prætermiserunt ex omnibus, quæ præordinata, & scripta erant. Quod & ipse Dominus Iesus exprimere voluit, cum in vigilia passionis suæ in medio posuit eis agnum illum Paschalem, qui erat exemplar, atque pictura sacrificij, quod ipse Christus erat oblaturus in Cruce: sicut qui exemplar operis coram se ponit: ut intelligeremus nihil ipsum prætermisurum ex omnibus quæ scripta erant. Et carnem in frustra diuisit, atque cum lætucis agrestibus & amaribus deuorauit illum, sicut lex ordinauerat. Per quæ significabantur hi duo ministri, quos secum ferebat, nempe interior animæ tristitia, & exterior corporis cruciatus, qui carnem eius sanctissimam dilacerare debebant. Si ergo prædicatorum officium est hanc depingere fabricam sermonibus ac lingua: operæ pretium erit explicare opus, quod quilibet horum ministrorum fabricatus est. Atque hodie interiorem fabricam explicabimus, alijs diebus exteriorem corporis cruciatus dicemus. Et quauis hæc prima consideratio fortè non sit tantæ efficacis ad mouendos exteriore sensus, ad lacrymarum expressionem; in animabus tamen deuotione ac discretionem plenis, stuporem quemdam ac admirationem grandem efficiet, si tamen ea rectè considerare, & corde reuoluere scierit. Igitur quod in hoc mysterio vera columba meditari debet, id est quod multotiens audimus, & quod in plurimis Scripturæ locis atque sanctorum dictis sparsim legimus, & quod in hoc mysterio

Ioan. 11.



plus quā in alijs nobis significatur, nēpē q̄ sic se habuit Christus Dñs in suā personā victu & cura, & in ferendis iniurijs, ac cruciatibus hodie, & per totam vitam suam, ac si ipse fuisset, nō solum peccator, verumtamē maximus omnium peccator. Sic voluit se ipsum circa se gerere, & q̄ alij erga ipsum se haberent, ac si ipse solus cōmisisset cōtra Patrem suū omnia peccata cōmissa & committenda, & que cōmitti poterāt per omnes ætates, & gētes totius orbis. Videmus enim q̄ poenā quas pertulit, sufficientissimē, imō & superabūdanter pro vnuerſo orbe satisfecerunt. Mors quippē quā sustulit, & vnuerſæ circūstantiæ eius, signa manifesta maximi peccatoris exteriūs circūspecta fuerunt. Talem autē pati voluit mortem, non quōd ipse peccator esset, qui peccatum non fecerat, sed sic se gerens ac si fuisset: vt pro illis, qui verē peccatores erāt, poenitentiam ageret, & remedium afferret. Et quāuis veritas hæc ex multis sacra Scripturæ locis sumi poterat, ex illo solo loco Paul. ad Roman. 8. illā colligere volo, vbi sic ait: Deus filium suū misit in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne: vt iustificatio Legis impleretur in nobis. Misit Deus filium suū (ait) non creādo, aut de nouo illū faciēdo, sed eū qui ante tempora secularia erat. Nec etiam vt esset vbi antea non erat, sed vt nouo modo esset in carne humana & visibili, in similitudinē carnis peccati. Non dicit venisse nō in vera carne sed in similitudinē carnis, vt Manes blasphemat: veram enim carnem habuit, vt mors hodierna testatur; sed in similitudinē carnis peccati. Non enim habuit carnē peccato maculatā, vt ceteri filij Adæ, sed solū assumpsit similitudinē carnis peccatricis: quoniam assumpsit carnē & naturam passibile. Per peccatū autē caro nostra reddita est mortalis & passibilis. Talem autē naturam passibile assumpsit, vt de peccato damnaret peccatū, hoc est, vt per carnem passibilem (quæ propter dictā similitudinē dicitur peccatū: vel vt Orig. dicit: quia facta est hostia p̄ peccato) destrueret & deleteret peccatum. Vt iustificatio Legis impleretur in nobis. Et hoc vt iustificatio p̄missa per Legem, sed non data, adimpleretur in nobis. In tantum autē verum fuit Christum sic se habuisse, ac si ipse fuisset patrator omnium scelerū; quōd peccata nostra vocauit ipse sua, sicut Psal. 21. & 32. & alijs patet: nam Psal. 21. ait: Deus, Deus meus, respice in me, quare

Rom. 8.

orig.

psal. 21. ait: Deus, Deus meus, respice in me, quare

me dereliquisti? longē à salute mea verba delictorū meorum. Quod sic explicat Aug. August. Delictorū meorū (ait) quia pro delictis nostris ipse precatur, & delicta nostra sua delicta fecit: vt iusticiam suā nostram iusticiam faceret. Sicut procurator aut patronus, suæ partis iusticiam aut acta vocat sua. Qm̄ sicut per illam vnionē diuinam, & admirabilem iuncturā duarum naturarū, diuinæ scilicet & humanæ in vnā personam, ea quæ sunt verē & propriē Dei de homine dicuntur, & ea quæ sunt hominis, de Deo: sic per vnionē illam mysticam, & amoris Christi cum sua Ecclesia, qua fit vnum corpus mysticum, vt Paul. Ephes. 2. docet, peccata nra sua vocat, & merita sua nostra: sicut ad longū August. super Psal. 37. docet, deducendo ex illo loco Paul. Ephes. 5. Erūt duo in carne vna, Sacramentum hoc magnum est, ego autē dico in Christo & Ecclesia. Per huius vnionis mediū inter Christū & Ecclesiam diuinissimū quidā cambij, & recābij fuerunt nobis utilissimi & maximi lucri, Christo autē maximi doloris ac poenæ, in quibus quod nos dedimus Christo poenæ & labores fuerūt, nos autē lucra & merita diuina recepimus. Eduxit Deus ab Adam costā, quæ fortis erat, vt ex illa produceretur Eua, & carnē, hoc est, fragilitatem posuit pro ea. Quod ex vna parte dulcissima res est ad contēplandum, & ex alia copiosissima ad tractandum. Liquestit Augustinus amorosissimis affectibus, quotiescunq̄ huius rei meminit. Nunc enim in Christi laudes rapitur, nunc se ipsum ad rātum bonum percipiendum alacriter roborat, nunc affectuosissimē Deum Patrem alloquitur, dicens: Quæ nam iustitia est hæc, æterne Pater, quōd patiatur filius tuus, ac si esset ipse peccator, & quōd ego merear ac si fuisset iustus? Quōd mea sint peccata, & sua merita, & talem mecum commutationem ipse fecerit, quōd super se ipsum assumat peccata mea, & sua faciat, & mihi sua merita tribuat, & faciat mea. Itaque hoc pro certo habemus, quōd Christus Dominus sic peccata omnia nostra super se sumpsit, ac si ipse commisisset ea. Quōd si huic aliud mysterium iungimus, quōd nobis patefaciat rem, nēpē quōd odium quo quis detestatur offensam Dei, commensuratur amorī, quo quis eius bonitatem diligit. Nam eādē mensura, qua quis amat Deum, eādē detestatur offensam cōtra eum commissam, & qui parum diligit, parum de eius offensa dolet: quoniam

August.

simile.

Ephes. 5.

August.

Ephes. 5.

Genes. 2.

August.

August.

quoniam

niam ex autore nascitur dolor, & alix animar passionēs, idē enim tristamur, quia bono concupito caremus, vel nos, vel ille, quem amamus. Quare mensura tristitiæ de malo, est amor contrarij boni. Verbi causa. Peccator tactus à Deo cogitatus suos soluit, & in Dei bonitatem rapitur, quā magnam erga se considerat, ex qua cōsideratione in desiderium accenditur tanta bonitati obsequendi. Deinde inclinat oculos suos ad se ipsum, videtq̄ se tot offensis contra Deum obnoxium, tristatur, & aduersus se indignatur, quōd tantā bonitatē offendere nō erubuerit, seq̄; tanquā proditorē punit, quōd in Dominum suum deliquerit. Nam certē principale motiuum doloris & tristitiæ assumptæ pro peccatis, hoc debet esse, scilicet, bonitas Dei offensa. Si ergo ita est, quōd secundum mensuram amoris Dei, est tristitia & odium peccati, quis poterit ponderare quanto odio Christus Dñs prosequutus fuerit peccatū, cum Deum suū infinitē dilexerit? Iungamus ergo hæc duo simul in Christo, & odium quōd habebat contra peccatū, quōd est offensa Dei, quē ipse sic diligebat, & ex alia parte vidēs omnia hæc peccata super se, & quōd ipse erat obligatus illis, nam super eū Pater posuit scelera omnium nostrum: ex hoc colligere poteritis, q̄ genus vindictæ cōtra se ipse Dominus assumeret, quanta se asperitate tractasset, quāto rigore aduersus seipsum vteret. Hinc videte quāto desiderio flagraret, se ipsum laborib⁹ ac doloribus omnib⁹ obijciendi, vt sic tot culpas, atq̄; peccata contra Patrē suum commissa, aboleret. Hinc oriebatur nullū velle admittere solatium, nisi illud duntaxat quōd sibi ad cōseruandam viā humanam, quā veram habebat, esset sibi necessariū. Hinc cōtinua crux, assidui labores, seq̄; in aquas tribulationis immergere, orta sunt. Portabat quippē tanquā spinam cordi suo infixam hæc omnia peccata, nec quiescere poterat donec se omninō liberū ac exoneratū ab illis videret. Quare cum ipse super se nostras tulerit culpas, quas tanto prosequatur odio: hinc colligi poterit quāta fuerit animæ suæ tristitia p̄ illis, & quanti sui corporis cruciatus, cum nulli parceret labori ac dolori, vt culpas & offensas aduersus Patrē suum commissas deleteret. Hinc agonia illa & anxietas, quæ illū compulit sanguineas guttas sudare, hinc lacrymæ illæ quas emisit eū clamore valido efflauit spiritū, hinc liuores, flagella, spina, alapa, sputa prodierunt: vt in se om-

nium hominū peccata vindicaret. Hic zelus ille erat, qui cor eius corrodēbat, de quo Psalmista prædixerat: Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobandium tibi ceciderūt super me. Ambæ res super illum erant, nēpē amor feruentissimus sui Patris, quem zelum vocat propter eius magnitudinem, & nostra peccata super se tulisse, & sic se erga illa gerere, ac si ipse cōmisisset illa. O bone Iesu, iam nō miror, q̄ tanta asperitate tuum delicatissimū corpus tractaueris, neq̄; quōd sanguineo te videā persusum sudore, nec flagella, aut spinas, quas sustines: qm̄ si Iacob parū videbatur gelidas noctes, & calidissimos perpeti dies, præ amoris magnitudine quō diligebat Rachel; cur nō potius tibi ea quæ susters parua videantur, vt per hæc offensas contra Deū commissas deleas, quæ tam potenti amore diligis? Quare de hac dicebat Paul. Hoc sentite in vobis, quōd & in Christo Iesu. Hoc est. Apud vos cōsiderate quāta fuerit tristitia pro nobis assumpta contra peccata, quæ Patrem suū, quem summē diligebat, offēdebant, & hoc meditari nō sicut columbæ. Sed vt huic rationi vires maiores addamus, quæ maximæ considerationis est, debetis apud vos fingere, quōd virtutes sint compositæ ex corpore & anima, habeātq̄ rationis vsum. Imaginemini charitatē ratione vntem, quid lentiret, si per viam & domos ambulans videret odia, inimicitias, vindictas, crudelitates, quas homines in inimicū exercent? Si videret pauperes fame interire, hospitalia pauperes excludere, quia non habēt quo illos alāt, audiret periuria, blasphemias, mēdacia, falsa testimonia, libidines, aut cetera nefanda scelera, quæ in mundo fiunt? Certum est magnā illi tristitiam hæc omnia gignere, magniq̄ doloris ac poenæ sibi omnia hæc caulam existere. Idē fingite de iustitia, quæ ac si esset res viua, & rationis compos, sic mala sentit. Si enim videret vsuras, violentias, iniustitias, rapinasq̄; publicè exerceri, repetendas iudicum, tyrannides Principum: quomodo consolari posset sic se delusam ac contemptam in mundo videns? Idem de alijs virtutibus dico. Deinde scitote, quōd omnes hæc virtutes in Christo vitam habebant. Cum ergo nunc consideraret hominum peccata, quæ sic virtutes floccipendebant, contemnebant, & opprobrijs afficiebant, quæ tamen in illo vitam habebant; videret etiam tot scelera virtutibus quæ in illo viuebant sic aduersa: necessariō

psal. 68.

Gene. 29.



magnam in corde suo tristitiam gignere debebant, quæ sic animam suam attingebat, ut maior esset tristitia ab hac consideratione causata in anima eius, quam cætera corporis sui tormenta, cum tamen duriora fuere, quam vnquam homo viuens in carne passus sit. Et licet hæc sola cogitatio sufficiens erat ad efficiendum maximum mœrorem in anima Christi: tamen alia ei iungebatur anxietas, quæ illum in summo gradu affligebat. Considerabat quippè tunc Dominus, quod sanguis ille, quem tot cruciatibus, & doloribus pro hominibus tunc fundebat, plurimis inanis, & absque fructu deberet esse, maximoq; affliciebatur dolore, quod tantum non æstimaretur pretium, resq; tam grandis ab hominibus vilipenderetur. Si summus Sacerdos Onias sic dolebat, quod deposita quæ in tēplo erant ad pauperum miseras subleuandas, perirent, inq; potestatem alienigenarum deuenirent, ut legitur. 2. Machab. 3. quanto magis doleat iste verus, ac summus Sacerdos Christus, quod sanguis suus sacratus, qui in pretium ac redemptionem pauperum & peccatorum deberet fundi, & esset depositandus in suæ Ecclesiæ Sacramentis ad hoc opus, in potestatem dæmonis deueniret? Hoc est, quod ut diaboli voluntatem implerent homines, & ut placerent illi, sanguinem suum cõcularent, ac contemnerent, & fructus eius perirent: quia illum homines vilipenderent, & quod sanguis ille suus, de cuius pretio deberet emi ager in sepulturam peregrinorum (nam omnium debebat esse remedium) hic in templo fuisset proiectus triginta distractus argenteis, sic vili æstimatus pretio, quo Iudas & eius imitatores illum æstimauerunt. Quomodo non maximo mœrore hæc omnia eius sanctissimam animam afficerent? Hæc ergo & multa alia, quæ in illo tēpore animæ suæ representabantur, sic illam angustibus repleuerunt, & angustijs oppresserunt, ut nullus hominum ea capere valeat, sed solus Pater ea perfecte cognoscere potuit. Quare Psalm. 68. conuertitur filius ad Patrem suum, dicens: Deus, tu scis improprium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. Ac si diceret: Tu solus hæc quæ patior ad iustum perpendere vales: homines enim nec creaturæ id attingere nequeunt. Id Leuit. 9. explicatur, cum dicitur: Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Ac si diceret: Omne quod pretiosum & magni ponderis fuerit, mei sanctuarij bi-

2. Mach. 3.

Psalm. 68.

Leuitic. 9.

lanci ponderabitur. Nam qui attentè librū hunc Leuitici perspexerint, inuenient duplicis generis pondera in illo populo fuisse: alterū vocabatur statera, hoc est commune: pondus sanctum, quo quidquid in templo offerebatur ponderabatur. Vnum ad prophanas & communes res æstimandas, aliud ad diuinas & sanctas deseruiebat. Ut per hoc significaretur, quod vno pondere debebant opera & merita sui filij ponderari, altero reliquorum hominum. Merita quidem vnus sancti meritis alterius metiri possunt: quoniam nullus sanctus, aut sancta in celo est, ad cuius æqualitatem non possit etiam Deus facere, imò q̄ exsuperet in meritis. Quare dolores & tormenta vnus martyris, cum alterius doloribus metiri possunt. Solus hic æternitatis hæres, non sub hac intrat ratione. Nec enim nostro ponderatur pōdere, nec ea mensura qua nos metitur: facilius quippè esset montes pondere mensurari, quam merita Christi æstimare. Quomodo enim possibile est illum pondere metiri, qui omnia pugillo ponderat, aut quod ille qui omnia mensurat, mensuretur? Sursum in sanctuario Dei, vbi à Patre comprehenditur, potest æstimari opus hoc Christi, eiusque merita ac tormenta metiri. Merita quippè eius sic omnia exsuperat, ut nec in Angelis inueniantur merita, quibus possit cõparari, & per consequens tormenta, & dolores, quæ pertulit, tanti sunt ponderis ac grauitatis, quod nullius martyris cruciatus sint quibus conferri queant. Et quoniam solus Deus est, qui eius ad æqualitatem ponderat merita: solus ipse est qui cruciatus eius perfecte æstimare valet. Quare ad illū conuertitur, dicens: Deus, tu scis improprium meū. Igitur tam ex parte personæ patientis, quam ex parte dolorum quos patiebatur, maiores & duriores fuerunt, quam homo viuens in carne vnquam passus est. In his ergo considerationibus anima deuota hiscē diebus se exercere debet. Hic debet verā columba baptizari, ut candidior lacte prodeat. Quod si oculos suos nō aspergit lacrymis, cum animā his cogitatibus replet, durior lapidibus erit, qui tunc mortē sui conditoris signis sensibilibus plorauerunt. Faxis, o æterni Patris filius, cuius anima in tantis angustijs posita hac hora fuit, ut nostras tuo lumine perfundas mentes, quatenus & gemere, & sentire eum valeamus dolorem, ut sic nobis hic profit ad gratiam, & in futuro ad gloriam, Amen.

Feria

Feria quarta sub eodem themate sic dixi.

Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, ut columba. Esai. 38.

Maximo dolore à nobis exigit sentiri mysteriū hoc passionis Christi, quod hiscē diebꝰ sancta mater Ecclesia sic ad viuum representat: ut potè quod non solum corde tristari cū Christo debeamus: verum etiam exterioribus actionibus compati doloribus, ac cruciatibus sui sacratissimi corporis, non solum ea meditatio tanquam columba, sed etiam clamando tanquā filij hirundinis, qui anxij, quia cæcos se sentiunt, clamāt ad matrē pro visu. Sic nos scientes, quod ex humanitate & carne Christi debet collyrium exire, quo oculi nostræ mentis vncti aperiantur, suspirijs ac gemitibus corporis, clamoribus etiam ac sletibus sentiamus eius dolores, suggendo ut veri pellicani sanguinē eius, qui hodie ex suo diuino corpore pro nobis effunditur, ut sic Pauli consilium adimpleamus, dicens ad Philip. 2. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Ac si diceret: In animam tuam transfer imaginem viam Christi, qualis hac die ob oculos nobis proponitur, liuidam, sanguine perfusam, decoloratam & mortuam: ut videndo illum sic vulneratū propter me, sentiam ego in me, quod ipse sentit in se. Considera illum transeuntem torrentē Cedron pedibus suis, & quod post paululum videbis eum in laboribus vsq; ad os immersum. Videbitis verum David, pedibus nudis transeuntem hunc torrentē, & remanere in ciuitate Absalon filium eius insidiantē animæ suæ. Sic Dominus meus Iesus trāsit torrentem Cedronū, & manet discipulus eius Iudas in ciuitate, de eius prodicione tractādo. Egreditur igitur Dominus ab Hierusalem cum vndecim discipulis suis, & in via cum eis loquens illum sermonē quem in Cœna ceperat, sinit. Cumq; in montē Oliuarum ascenderet, in mentem venit mysterium, q̄ ipse esset oliua illa, quæ in prelo Crucis expressa oleum ad fouenda vulnera illius, qui incidit in latrones debebat exprimere. Vulnera quippè eius ac sanguis fuerunt vnctiōnes, quas ipse tanquā verus Christus & Messias in mundum deferre deberet. Finierat iam dulcissimos sermones suos, & venerunt ad hortum, qui dicebatur Gethsemani, qui

Philip. 2.

2. Reg. 15.

Tom. II.

erat locus notus Iudæ: quoniam ibi solebat ire frequēter Dñs Iesus cum discipulis suis. Cumq; hortum ingressus esset, nouæ cogitationes mentē eius ascenderunt. Hic quippè erat hortus ille ad quē inuitauerat eū Spōsa Cant. 5. cum dicebat: Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructus pomorum suorum. Nam fructus quos ibi comesturus erat, labores erāt, quos ibi ppeti debebat: nam post peccatum horti terra spinas, & tribulos germinabant, & hæc debebat ipse in horto gustare. Cogitabatq; quod si alijs vicibus ibi conuenerat cum discipulis suis ad requiescēdum pusillum à laboribus suis: tunc tamen non ad id veniebat, sed ut ibi pati pro homine inciperet; ac proinde intra se dicebat. In horto culpa cõpit: in horto & pœna incipere debet. In horto homo auisit suum honorē, atq; victus remansit perditus: in horto debet illū recuperare, atq; cum hoste configere, & portare victoriam. In horto serpens virus suum effudit, & hominem suo infecit veneno: in horto Iudas virus suū per osculum in me distendere laborabit, ut sic in manibꝰ hostium tradar. Ab illo horto expulsus est Adam per Angelum cum gladio igneo: ab hoc horto ego tractus & impulsus extrahar. Illic in vna arbore commissa est culpa, hic in alia exoluenda est pœna. Illum hortū quatuor fontes irrigabant, quæ ab illo exibant: hunc meus sanguis rigabit, quem ego ex me ipso effundam. Cumq; hæc, & his similia secum mansuetissimus Agnus reuolueret, tanta tristitia animam eius occupauit, atque tanta vi in corpus redundauit, q̄ color vultus eius immutatus est: mœstus quippè, ac pauens valde visus est, cepit enim pauere, & cadere & mœstus esse, ita quod possemus illi dicere quod dixit Hierem. ad Phasur: Paurē vocauit te Dñs vndique. Nam vndiq; paur circundabat Dominum in hac hora: erat quippè anima eius tristis, & in corpus hic mœror redundabat, eò quod anima recusaret exitū, & corpus eam etiam detinere volebat; quare vndique circundatus erat pauore. Cumq; se sic mœroribus & angustijs circumseptum videret, separauit secū Ioannem, Petrum, & Iacobum, tres fidelissimos amicos, ac suorum secretorū conficios, ut videret si in illis consolationē aliquam inueniret ille qui iam se à Patre derelictū sentiebat. Existimauerunt fortè alij discipuli quod aliquid magnum & nouum illis reuelare volebat, ut alijs vicibus fecerat, & expecta-

Cant. 5.

Hiere. 20.

113 bant



bant ab illis audire illud, sed non ita euenit modò. Iam segregatus cum illis Dominus, immutato vultu, voceque lugubri, & præ angustia pressa dixit eis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Stupor magnus apprehendit discipulorum mētes, cum hæc verba audissent, nec ei vllum verbū respondere potuerunt, videntes diuinum illum vulcum, quem transfiguratum in monte Thabor perspexerant, sic immutatum, speculum illud diuinæ maiestatis turbidum, omnium creaturarum robur metu concussum. Quis hic pauor est, Domine Deus? Quis metus? Quæ magna turbatio? De te quippè Propheta Esaias prædixerat: Non erit tristis, neque turbulentus. Vnde ergo hæc tristitia ac turbatio oritur. Nonne tu hanc semper desiderasti mortem? Nonne heri discipulis tuis dixisti, te desiderasse cum illis hoc Pascha manducare, in quo pro illis immolandus eras? Antea dixerat: Baptismo habeo baptizari, & quomodò coarctor, vsque dum perficiam illud? Cur ergo times? Cur tremis, cum præsens videas quod semp desiderasti? O Dñe De⁹ meus, bene scio ego, quòd tristitia hæc, ac metus in parte inferiori animæ tuæ solūmodò est, ad ostendendam veritatem humanæ naturæ, quam habes. Pars quippè superior libera, & absoluta ab hac est tribulatione. Scitote, domini mei, quòd hic timor, licet verus fuerit, ex proposito tamen fuit, & artificio quodam assumptus, vt hostem humani generis deluderet, qui videns illum tanto timore concussum, tanquam purum hominē adoriretur, nec præsentiret quantum robur sub illo metu celaretur, quo postea ille capiendus erat. Quemadmodum, cum Iosue vertit terga cum populo, & simulauit fugam coram Rege Ahim, vt illum deluderet, & à ciuitate distraheret, persequendo fugientes: postea eleuauit scutum in altum, & populum contra Ahim conuersus, & populum & ciuitatem cepit atque subuertit. Sic verus Iosue populi terrarum Saluator, delusit inimicum diabolum, cum hanc, licet veram, arte quadam assumeret tristitiam: vt sic ille animos caperet ad illum persequendum vsque ad Crucem. Cæterum post paululum scutum eleuauit in altum, hoc est, corpus suum, quod fuit scutum, quo nos à Dei iētibus protecti sumus: quia in corpore Christi recepti sumus: hoc, inquam, corpus in altum leuauit in Cruce, vbi & spiritum efflauit, & diabolum cepit,

Esai. 42.

Iosue. 8.

eiusque spolia sustulit. Ad hoc ergo, Domine Deus, hanc voluntariè veram assumptisti tristitiam. Et etiam ad condemnandas meas dissolutas tristitias, meos leues risus: vt videns te propter me tristari, ego aliquando contrister propter te, & externis gemitibus, interiores tuos dolores ego sentiam. Sentiamus ergo hoc nos, o Christiani: quia in Ægypto nulla domus est, quæ non habeat aliquem mortuum desendum: nulla anima est quæ careat peccato gementis; contristemur cum illo, clamemus cum filiis hirundinis, vt mereamur cum illo gaudere. Hoc vnum mihi maximam infert consolationem: quoniam dicis tristitiam tuam solummodò vsque ad mortem duraturam, nam citò finietur: quoniam properabunt homines te occidere, nec requiescent donec tormentis exhalare te cogant animam tuam, & tunc terminabitur tristitia tua. Væ illis qui vsque ad mortem latantur: tristabuntur quippè post mortem. Et videns se nihil solatij in suis inuenisse, ad Patrem cucurrit, & dixit illis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. O Domine, quanta te cura tenet quietis hominum, maior tibi inest necessitas quiescendi, vtpotè quem tot expectant labores. Sede tu, Domine Deus meus, quiesce, vigilent ipsi pro te. Non hoc tu vis, bone Iesu, sed audio te dicentem: Quiescant homines, ego laborabo pro eis. Ad hoc veni in mundum, vt meo labore ipsorum quietem lucrer. Sedete hic, donec vadam. Vos sedete, ego ambulabo: vos dormite, ego vigilabo: vos quiescite, ego laborabo: vos viuite, ego moriar. Et cum auulsus esset ab eis tanquam iactus lapidis (vt significaret se petram ab illis fore derelinquendum, & ab eis petra firmitatem defecturam) dicebat secum in via illud Baruch: Ambulate, filij, ambulate, ego enim derelicta sum sola. exui me stola pacis, indui me stola obsecrationis, & clamabo ad Deum altissimum. Verba sunt humanitatis Christi hæc secū colloquentis. Et procidens in terram, vt amplexaretur illam, & daret illi osculum pacis, vt ostenderet magnitudinem amoris, quo erga illam affectus erat. Sicut quando ab aliquo amico recedis, amplexaris, & deoscularis illum. Tanto amore terram dilexit Dominus, vt cum ab ea per mortem vult recedere, tribus vicibus amplexetur, & deosculetur illam, pacem illi tribuens. Remane in pace, o terra, Deus tecum maneat,

Exod. 12.

Baruch.

neat, summo cū dolore à te recedo. Pacem meam do tibi: pacē relinquo tibi. Hanc tibi Angelorū vocibus adduxi, cum ad te per humanam natiuitatē veni, eandem tibi relinquo modò. Procidit super terram, quasi deoscularis eam, & faciem suam super illam posuit, ac si vellet suam imaginē in illa imprimere, ad hoc enim venerat. Creauerat quidē Deus hominē ad imaginem & similitudinē suam, sed ille per peccatū hanc deleuerat, & oblitterauerat imaginē: venit filius Dei, & nostrā assumpsit imaginē, vt suā nobis iterū imprimeret. Quod hodie facere intentat, cum faciem suam super terram ponit, quasi nitens illi suam imprimere imaginem, atque super illam sudorem suum sanguineum perfundit: quoniam hæc erat color & umbra, qua illam illustrare deberet. Igitur in terram prostratus dixit ad Patrem: Mi Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non mea, sed tua fiat voluntas. Ac si diceret: Ante omnia, Pater mi, salus hominum suam consequatur effectum, quòd si hæc euenire poterit, absq; hoc quòd bibam hunc calicem, licet viuere naturaliter caro mea desiderat: verumtamen non mea, sed tua fiat voluntas. Si enim tu aliter ordinas, id & voluntas mea vult. Nam spiritus quidē promptus est, caro autem infirma. Quare hæc verba naturæ humanæ sunt, experimentis desiderij, & naturale viuendi. Sed aduerte quam blandè alloquatur Patrem, Abba Pater, ait. Abba vox est Syriaca, nec propriè Patrem significat, vt docet Hieronymus, sed est vox illa quam infantes pronunciant, cum intipiunt loqui, ac si diceremus nostro idiomate, *Tayta, papa*. Quid ergo hoc est, fili Dei, sapientia cæli, nescis loqui? Nescis verba pronunciare? Nonne tu es Verbum Patris æternum, quo sibi ipsi, & omnibus creaturis loquitur? Quomodò nūc vix verba effari vales? Nonne tu ad emendandam linguam balbutientis Moysis venisti, quomodò tu quasi balbutiens loqueris? Quasi clarè Patrem nominare non valeas, sed dicas, Abba, abba, tanquam infans incipiens loqui. O Adam, qui perfectus homo conditus es, integra sapientia ac loquela, qua omnibus rebus nomina imponere valuisti, veni in hortum Gethsemani, & videbis Creatorem tuum, tanquam infantem factum: quia tu homo esse nescisti. Quamuis hoc ex teneritudine amoris, quoad Patrem loquebatur, procedebat. Vide-

Hieron.

tur mihi audire Hieremiam Prophetā balbutientem, atque dicentem: A, a, a, Domine Deus, puer sum ego, nescio loqui. Est ne hoc ideò, o bone Iesu, quia vides cum Propheta illo virgam vigilante: quoniam iam ante oculos habes virgam Crucis, quæ contra te vigilare videtur, aut cum eodem Propheta vides ollam succentiam à parte Aquilonis. Vides enim oculis mentis tuæ in portis Hierusalem accendi lucernas, inflammari faces, fulgurare lanceas, ordinari agmen, cuius dux est Iudas, vt ad te comprehendendum veniant. Cumque Dominus meus Iesus videret Patrem sibi responsum non reddere, surgit ab oratione, sollicitudine suorum discipulorum actus: nam qui præest, in sollicitudine suorum præesse debet. Et inuenit eos dormientes, à sua sollicitudine & angustia alienatos. O homines ingrati, inertes, barbari ac inurbani, in vrgentiori necessitate dormimus. Vna hora, qua Dominus nostra vigilantia videbatur indigere, somno opprimimur. Si à Deo aliquid petis, & moras trahit, iam putas illum dormire, & tui obliuisci, & clamas importunè ad eum; & dormistu, cum ipse videatur tui indigere. Si hac nocte Christianus dormit videns Deum in tanta afflictione positum, quid mirum si & ipse Dominus in tuis necessitatibus dormiat? Et accedens ad discipulos suos dixit: Quid est hoc, discipuli mei, in tali tempore dormitis? Ad hoc ego vos hæc adduxi? Hoc ego in vobis habebam? Hanc mihi societate facitis? Vos estis fortes, qui dicebatis calicem meum bibituros, & nec sperare illum vigilando audetis? Vigilat contra me Iudas, & vos non potestis vigilare pro me. Cur plus valet in illo cupiditas tringinta argenteorum, quam in vobis promissio Regni caelorum? Quòd in illo plus possit odiū quod contra me habet, quam in vobis amor quem erga me geritis? Et tu Simon dormis. Tu ne ille es, qui dicebas te mecum moriturum, & vna hora non potuisti vigilare mecum? Quid hoc est? Aliquid magnum debet hodie huic homini euenire, cum quo tanta cura habeatur. Illi enim specialiter dicitur: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vult quidem Deus in hoc, vt intelligamus, quam periculosus sit somnus prælatorum? Nam quia ipsi dormiunt, & extraneis vacant rebus, rot sequuntur animabus pericula. Quia Principes dormiunt: multa mala patiuntur subditi, &c.

Hieron.

Rom. 12.



Quia dormiant maiores: tot damna sustinent minores. Vigilate, & orate in hac nocte, vt non intretis in tentationem. Citò enim in magna vos videbitis pressura, ex qua nisi ex Dei auxilio erui nequaquam valebitis. Atq; illis dimissis, ad orationem redijt eundem sermonem, dicens: Mi Pater, &c.

1ona vl.

Si nõ potest saluari Ninive, nisi hedera exciccetur, ita fiat. Si non potest mundus redimi, nisi areat tanquam testa virtus mea, fiat voluntas tua. Cumq; secundo ad suos venisset, & dormientes adhuc inuenisset, relictis illis, abiit tertio ad Patrem. Tantæ illum angustia opprimebant. Eadem verba, & modo profert, dicens: Pater, si possibile est. Quæ læta est hæc, ò bone Iesu! Quæ te angustia præmunt? Qui sunt hi timores, ac dilationes, quibus mortem excusare niteris? Tribus vicibus ad Patrem venis, & semper eadẽ verba repetis. Videris mihi te habere sicut infirmus homo, cui præcipitur vt portionem amarã sumat, & quando illam coram se videt stomachus turbatur, & renuit. Idem secundo facit. Demum sciens id necessarium esse ad suam salutem, clausis oculis haurit eam. Sic, Domine Deus, cerno quòd meæ salutis desiderium te cogit ad hanc bibendam amaritudinem, & eius terror, & amaritudo verã naturam tuã terret, & cogit vt semel, & iterum illam renuas; sed tandem plus poterit meæ vitæ amor, quam huius calicis amaritudo. Intueor, Domine Deus, Heliam incuruatum, caput inter crura tenentem, Deum orando, & videntem nubeculam insinuante se, tanquam vestigium hominis, & turbinem magnum post illam venientem. Sic tu, ò bone Iesu, sic tu inclinatus & curuatus oras, & turbinem militum à Hierusalem venientem sentis. Sudorem iam præsentis sanguineum, qui tanquam nubecula quædam est: vestigium tamen, & indicium tempestatis, & turbinis, quæ super illum ventura erat. Igitur cum cerneret Patrem in sua diffinitiva sententia perflare: sic creuit angustia ac mœror, vt factus in agonia prolixius oraret: Pater mi, quod nõ genus crudelitatis hoc est, quo mecum videris vti hodie? Propter decem iustos terræ toti Sodomorum parcebas olim, & mihi, qui iustitiam semper colui parcere nõ vis; sed quòd propter alienas culpas pati debeor? Vt videatis quid faciat peccatum in anima: nam propter decem iustos indulgebatur vni toti prouintia, & ob peccatum animæ nõ fit satis, nisi sanguis Christi effundatur pro illo. Sed tamen non

simile.

3. Reg. 18.

mea, sed tua fiat voluntas. Hæc ergo anxietas sic illum oppressit, & constrinxit, vt in agonia illa sudor ei magnus supervenerit, non aqueus, sed sanguineus, quo corpus eius ac vestis, simul cum terra perfusa sunt. O magnum & ineffabile prodigium! Quis unquam tale audiuit? quòd homo præ agonia guttas sanguineas sudauerit, sic copiosas, vt in terram ex omnibus poris abundantissimè effluerent? O diuinus ac pretiosus sanguis, quantum tibi peccatores debemus, qui tanta auaritate pro nobis effunderis, & prius quam tibi detur locus, tu illum quæras, vt erumpas! O grauis hominum infirmitas, ad cuius medelam necessarius fuit sanguineus Domini sudor, nec aliquibus satis fit! Multo sudore sudatum est (ait Ezechiel) & non exiit rubigo eius nimia. Frustrà conflauit conflator, malitiæ eius nõ sunt consumptæ. Hic est verus ros cœlestis, quæ antiqui Patres summis precibus postularunt, quo humectata terra, nõ iam spinas sed flores germinet. O guttæ balsamo pretiosiores, cadite super animam meã peccatricem, perfundite illam, & humidam reddite, vt tali rore producat fructus dignos Deo! Anima Christiana tali rore perfusa, cur spinas gignis? Cur non flores germinas ac lilia? Vt in te pascatur Agnus, qui pascitur inter lilia. Sanguinem iulli Naboth, quæ iniustissimè effudit Rex Achab, linxerunt canes: sic sanguinem huius innocentis Christi, quem iniustissimè effudit Pilatus, veniant peccatores, qui sunt canes, & lingant eum: vt ex canibus agni fiat. Maledixerat Dominus serpentem, quia hominem seduxerat, & præceperat illi, vt terram lingeret, eademque maledictio peccatores seductos ab ea comprehendit, iuxta illam Psalmi sententiam: Inimici tui, Domine, terram lingent. Vt ergo peccatores, qui terram lingunt, in eadem terra suam inueniant medicinam: perfundit eam hodie Deus sanguine suo: quatenus lingendo terram, sanguinem quoque eius lingant, qui antidotum est contra venenum, quod serpens effudit in illam. Lingite ergo, lingite, ò peccatores, sanguinem hunc innocentis Christi, vt ex serpentibus venenosus in columbas transferamini, & ex lupis oves, ex rabidis canibus cicures, & domestici Dei efficiamini. Perfundatur hoc sanguine terra, noscat ac experiatur hodie innocentem sanguinem: quoniam vsque adhuc omnis sanguis super illam effusus erat peccatorum. Lingebant canes vlcera Lazari,

Ezech. 24 Hierem. 6

3. Reg. 21

Genes. 3

Psal. 71

Luc. 16

Lazari: lingant peccatores sanguinem huius pauperis ac mendici pro me vlcibus pleni; non tantum vt sui corporis vulnera sanent, quantum vt animæ tuæ maculas emundet. O Adam qui aliquando in horto fuisti, & hortulanus extitisti, postea in manus latronum incidisti, qui pluribus te affecerunt plagis; veni in hunc hortum Gethsemani, & videbis plantam balsami guttas sudantem, quæ tuis medeatur vulneribus, atque sub illo prostertere, vt sic per te guttæ cadant & melius habeas. O tu sancte Propheta Moyses, verus & fidelis Dei amicus, qui sic faciem eius videre cupiebas, intue re nunc illum sanguine tinctum, maximè pulcherrimam eius frontem, & vide si fortè est ea, quam in monte Thabor transfiguratum vidisti Sole ac stellis splendidiorem. O tu beata Virgo mater, cui tanta pars horum dolorum obuenerit, quæ si cut vera Sponsa in hortos ad colligendam myrrham amarã ire cupiebas, cum aiebas, Ibo mihi ad montem myrrhæ; veni nunc in hortum Gethsemani, & videbis eum virgultis myrrhæ plenum, vbi manipulos multos amaritudinis myrrhæ plenos alligare poteris. Tu autem deuota & amantissima Magdalena, quæ tantum amoris apud pedes huius Domini accepisti; credo equidem si præsens adesses, quòd capillis tuis sanguineum eius sudorem, ex suis diuinis poris stillantem abstergeres. Tu autem æternæ omnium Pater, qui ex arce cœlorum sic illum sanguine perfusum intueris, quid facis? Quomodo filij dilectionis tuæ non compateris? Cur illum in terra iace re permittis? Cur non illius sanguinis miseris? Protector noster aspice Deus, & respice in facie Christi tui. Aspice illum, qui tuæ Maiestatis speculum est, sic turbidum rubicundo sudore aspersum, cui ipsamet terra compatitur, & aliquod ei solatium è cœlo mitte quantumuis paruam: vt ad tantas ferendas angustias vel tantillum subleuetur. Et sic decreuit Pater mittere ad illum aliquantum solatij, quod vltimum in suis tormentis deberet esse. Et factus est Angelus de cœlo confortans eum. Et hoc exterius dumtaxat, & quia ad confortandum illum venerat de cœlo, credi potest quòd erat Angelus Gabriel, qui fortitudo Dei dicitur. Et miror equidem cur non ad domum Virginis matris prius venerit, vt qui primus illi annunciauit letum nuntium quòd tantum filij deberet esse mater; etiam & triste portaret, quòd talem filium deberet amittere.

Cant. 4

Psal. 83

Noluit tamen Dominus, vt à principio suorum dolorum mater eius esset præsens, ne tam longo dolore contabesceret. Alijs vicibus Angeli hominibus apparebant bonorum nuntiorum baiuli. Abrahæ apparuerunt promittentes ei filium heredem bonorum suorum, & patrem illum futurum Messia: Loth apparuerunt, vt illum ab incendio Sodome liberarent. Manue, & Gedeoni etiam bonam nuntiantes sese ostenderunt. Cæterum Regi Dauid apparuit Angelus stricto gladio, atque cruento, in signum iræ Dei quæ in populum desqueibat. Sic existimo hodie Angelum apparuisse Christo stricto gladio, in suo proprio sanguine tincto, in signum quòd deberet Patris sententia contra filium executioni mandari. Tenuit quidem Angelus manum Abrahæ, ne percuteret filium suum Isaac: nunc autem non ad hoc Angelus venit, vt manum Deo teneat, sed ad intimandam ei Patris sententiam: quoniam verbum eius non debebat excidere, aut retrocedere, sed quòd diffinitum est, ipsum pro hominibus debere mori, & illam esse vltimam Patris diffinitionem. Quare hæc verba debuit habere ad illum Angelus. Domine, ego à Patre tuo missus sum, vt tibi notam faciã eius diffinitiuã sententiã aduersus te prolatam, eò quòd pro hominibus obligari voluisti: nõ Dei diffinitio non potest nõ adimpleri. Tu enim es aries ille quem vidit Abraham inter vepres hærentem cornua, vt illum loco filij sui immolaret. Nec enim homo purus sacrificio huic aptus erat, nisi tu qui Agnus innocens es, inter vepres & spinas positus. Nec in terrã promissionis potest intrari, nisi per mare rubrum transitus fiat. Hoc est, non possunt homines ingredi cœlum, nisi sanguine tuo quem modo effundere coepisti tincti fuerint. Necessè fuit, vt postes domorum in quibus filij Israël habitabant, sanguine agni immolati tingerentur, vt gladius Angeli qui percutiebat primogenita Egyptiorum, domos illo sanguine rubricatas pertransiret, & non noceret illis. Nisi velis, quod Angeli ministri exequutores iustitiæ diuinæ illam in omnes homines executioni mandemus, necesse est, vt tu verus Agnus immoleris, tuoq; sanguine rubricata anime fidelium, ab ira Dei desqueientis in homines protegantur. Denique salus hominis, quam tu tantopere concupiscis, nõ potest suum effectum, nisi morte tua interueniente. Exurge Domine, & roborare: quoniam tali medio debent homines per te redemptionem

Genes. 18. Ibi. 18.

Iud. 6. 13.

Genes. 22.

Genes. 22.



ac salute suam veram consequi. Sic sic Angele Dei, exhortare illum, ut moriatur: quoniam nostra vita ex eius morte pedit. Quod si hac ei proposueris rationem, nempe quod ad nostram salutem id expediat, hec illum conuincet ad mortem: quoniam plus nostram quam suam estimat vitam. Exiit Ionathas in campum, ut quæreretur Dauid, cui patris sui Saul sententiam ac voluntatem notam fecit, qua destinabat illum occidere, & abinuiem separauerunt se plorantes. Lacrymatus est Ionathas & Dauid; sed plus Dauid fleuit, quam Ionathas. Sic Angelus hic in hortum hunc descendit, ut vero filio Dauid diffinitiuam sui Patris sententiam intimaret. Hec ambo, sed magis Christus, Angelus tamen modo sibi possibili compatiebatur ei. Hinc illam cum Angelo usque ad Feriam sextam dimittamus, guttulas illas omni balsamo pretiosiores tota fide, ac deuotione colligentes, & in cordibus nostris recondentes: ut sic ab illo integram peccatorum veniam adipisci mereamur. Amen.

Feria sexta Parasceues, sub eodem themate.

Sicut pullus hirundinis sic clamabo, &c.

Quis nostrum ignorat, o Christiani, dolorem illum quem hac die beata Virgo in suis recepit visceribus, maiorem fuisse omnibus quos vnquam persona aliqua humana in carne pertulit, videns dilectissimum filium suum in manus carnificum crucifixorum traditum, exercendo in illum noua genera iudiciorum, & tormentorum, qualia vnquam alicui hominum contigerunt, ita quod in illa abunde adimpletum est quod Simeon vaticinatus fuerat dicens. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hoc est, quod gladius ille qui carnem Christi fecit debere, animam matris eius transuerberaret. Res hucusque inaudita. Quod gladius fecit, ac vulneret carnem, naturalis res est, qua quotidie cernimus, ac experimur: sed quod gladius inueniatur, qui animam penetret, qui spiritum fecet, qui viscera vulneret, inaudita certe res est, acutissimam aciem talis gladius debuit habere. Hinc ergo perpones quam acutus ac penetrans fuerit gladius, qui vitam abstulit filij Dei, cum acies eius viscera, & animam matris transuerberare valuerunt. Quam crudelia fuerunt tormenta corpo-

ris filij, quae talem operate sunt effectum, in animam matris. Amor quem erga filium gerebat mater, acuit aciem gladij, ut ad animam pertingere ita valeret. Quoniam si propter societatem, quam anima habet cum corpore, propter illam mutuam amicitiam vnus alterius dolores sentit, nam si corpus feris, tristatur anima: si huic veritati iuxta illud Augustini, quod anima potius est vbi amat, quam vbi animat: cum anima Virginis pro amore sic inuiserata in corpore filij sui esset, quod videretur anima matris esse anima corporis filij, & ex alia parte habebat in suis visceribus proprium filium, certum est quod dolorem quem corpus sentiebat filij, anima matris etiam portabat: nam pro amoris magnitudine habebat se sicut corporis illius animam, & ideo tangendo corpus filij, animam matris etiam tangebant, cui filius tam intraneus erat. Quare plusquam omnes alij in se sensit quod filius suus senserat, & accepit Pauli consilium, sentiens in se quod filius suus. Igitur si nos sentire volumus quod Christus in seipso sensit, sentiamus quod Virgo mater sensit, & sentiamus quod Christus sensit: nam ipsa in anima sustulit quod filius in corpore pertulit. Quod si eadem in mentibus sentiamus, iam sentiamus quod Christus sensit. Hoc ergo volumus, o beata Domina, sentire tecum tuas angustias, ut illas simul tecum portemus. Tecum hac die stationes, & passus quos tu ambulasti ire volumus: ut in nobis estimemus pretium sanguinis quem tu adorasti. Quod si veluti Petrus tepida deuotione nos te sequuti fuerimus a longè frigidis ac indeuotis, respice nos tuis pijs oculis, sicut Filius tuus respexit Petrum, ne sit potens caro facere ut illum negemus, a quo tanta bona accepimus. Et ut hoc melius consequi valeamus, Salutationem illi Angelicam offeramus dicentes, Ave Maria.

Sicut pullus hirundinis. Oportet semper hanc Domini nostri passionem meditari, nec eius vllatenus obliuisci: cum tanta nobis ad hoc obligatio sit posita. Nam etsi lapides essemus insensibiles, nondum excusationem haberemus, cum & lapides & elausa sepulchra illam suis nutibus plorauerint. Quare sancta mater Ecclesia, nihil nostrae imbecillitati & torpori fidens, tot diebus, tantis ceremonijs, vocibus, ac representationibus nos tanti mysterij admonet, atque exhortatur, ut illius semper memores simus.

1. Reg. 20.

Luc. 2.

simus. Mulier illa Raab de qua apud librum Iosue meminit Scriptura, noluit exploratoribus credere quos Iosue miserat ad explorandum terram, nec suo solum se commisit iuramento, quo polliciti sunt seruatuos eam, quia illos in domo sua occultauit ne proderentur, & perirent, vitam suam pro illis periculo exponens; sed ea die qua ciuitas capta est funem coccineam e fenestra pendentem posuit: ut illo signo recordarentur beneficij ab illa accepti, nec ingrati illi essent. Sic Ecclesia mater nostram ignauiam agnoscens, noluit se nostrae memoriae credere, nec promissioni quam in baptismo fecimus, quod tantum nunquam obliuisceremur bonum; sed signis multis eius nos sepe recordari facit. Quid enim monumenta haec, falces ardentes, luminaria, cruce, sanguinea disciplinae, cruentatae vestes, nisi fides coccineae sunt, quas ex suis fenestris suspendit Ecclesia, ad excitandam memoriam labilem nostram: quatenus nostri benefactoris recordamur, qui non solum periculo vitam suam posuit pro nobis, quinimo & ignominiosissime & crudelissime morti tradidit. Hoc ergo debemus in nobis sentire, tanquam colubae, & sicut pulli hirundinis clamantes deflere. Quod si visam tibi deficere sentis, ad hoc videndum accipe fel illius piscis, ut fecit Tobias, & super oculos tuos illud pone, amaritudines Christi super oculos mentis tuae ponens, & habilior inuenieris ad haec mysteria sentienda. Si vires tibi non suppetunt, fac quod in libris Machabeorum legitur. Nam ad reddendos ferociores elephantos sanguinem vuae illis ostenderunt. Non nunc opus est sanguinem fingere, cum tantum, tamque verum hodie Dominus per calles Hierusalem fuderit, qui abundauit quidem ad roborandos quoscunque animos, ad quaeuis magna subeunda pericula. Sentite ergo hoc, & non sicut vxor Pilati, quae haec mysteria somnians sensit. Nam multi fidelium quasi in somnijs videntur audisse haec mysteria passionis Christi, nec penetrant corde; & ideo non nos clamare compellit. Vae homini Christiano, qui haec somnians sibi sat esse putat, & non amplius ista conderat. Igitur appropinquante hora qua Dominus tradendus erat, secundum Patris definitionem, abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Ischariotes ad Principes Sacerdotum, & dixit eis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Fuit adinuictor maioris sceleris, & proditionis, qualis nun-

Iosue. 6.

August.

Philip. 2.

Tob. 11.

1. Mach. 6.

Matth. 27.

quam in orbe audita est. Nec enim legitur, quod quis fuerit venditus ad hoc quod morti traderetur. Vendiderunt quidem fratres sui Ioseph Ismaelitis, sed non ut occideretur, sed potius ut a morte illum liberarent. Emit pessimus Aman populum Iudaeorum a Rege Assuero, ut deleteret illum, sed non licet euenit ut volebat, sed potius ipse interfecit est. Solus hic Dominus qui nullum vnquam crimen commisit, a proprio discipulo traditus est ut interficeretur. Quid vultis mihi dare, &c. O vox praesumptione & insania plena! Dominum omnis creaturae, cui Pater omnia dedit in manus, ac si in tua esset potestate promittis te traditurum. Quid vultis, &c. O vox qualibet poena digna! Dominum tuum & magistrum, qui in te tot contulit beneficia, te enim suum Apostolum ac oconomum fecit, qui te ad praedicandum cum alijs Apostolis misit, qui te facere miracula docuit, tanquam vile mancipium, & nullius pretij in auctione publica vendere niteris? & sic parui illum aestimas ut nihil pro illo possas, sed quod ipsi tibi voluerint dare? Quid vultis, &c. O pessime omnium hominum! Quare tu pretio illum vendere vis? Pater gratis illum nobis tradidit, ipse se voluntarie morti offert, & clamat, Venite, emite absque argento & absque vlla commutatione, & tu vendere nobis illum satagis? Quid vultis, &c. Quis est ille? Ignoras ne nomen eius? Impone nomen mercibus tuis quas vendis. Quod si nomen eius nosti, cur tam inurbanus ac malitiosus es, ut illum te nominare pigeat? Tanta illum odio prosequeris, ut nec nomen quidem eius in tuo ore assumere digneris? Quare non dicis, Quid vultis mihi dare pro primogenito omnis creaturae, aeternitatum herede, ac vnigenito Dei? Quid vultis mihi dare pro filio Virginis, pro Iesu Nazareno? Sed tu non es dignus in ore tuo illum assumere: quoniam nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto; tu autem spiritu maligno repletus es. Et ego vobis eum tradam. Si venditor es, merces tuas lauda, sic enim omnes venditores faciunt, praecipue cum vendunt mancipia. Dic, dic, nam cum veritate dices, Quid dabitis mihi, & vendam vobis mancipium quoddam pulcherrimum, humanissimum, magni ingenij, diligentissimum, & laboriosissimum, in verbis gratum, & in consilijs prouidum? Dic, dic, quia cum veritate dices, Quid dabitis mihi, & dabo vobis hominem qui scit condere caelos, sculperet stellas, Solem, & Lunam, & cetera luminaria facere,

Gen. 37.

Esther. 3.

Esai. 55.



facere, hominem qui terram cum tot plantis, & animalibus creauit, qui mare, fluuios cum piscibus fecit. Dic dic, quia cum veritate dicet. Quid dabitis mihi, & tradam vobis hominem qui scit cecis lumen dare, surdis auditum, mortuis vitam, mutis loquelam, claudis soliditatem, leprosis mundiciem præbere? Qui scit demones expellere, & alia multa mirabilia facere? Sed in tam nefanda lingua non hæc tam grandia capiebant. Eia homines, videte Dominum nostrum in publica auertione positum, quid pro illo vultis dare? Quis auget pretium? Quilibet illum mercabitur eo quod voluerit pretio: diues elemosynis, pauper lacrymula, aut dolore cordis. Quid vultis mihi dare? O Iuda, vide quod secundum leges non potes illum vendere, vel distrahere, nisi prius ad proprietatem recurras, ut viduas si pro simili pretio, *po. el. tan. to*, vult illum. Homo quippe iste Regine caelorum est, ipsa illum concepit, peperit, & enutrit. Require ergo eius voluntatem: quoniam ipsa plus pretij pro illo tibi dabit; nam sua est ipsa humanitas & caro quam toribus eius tradis. Si pecuniam vis, illa tibi dabit quod volueris pro eo, etiam si sciat semetipsam vendere. Lacrymis & sanguine suo redimet hanc venditionem: quoniam vitam suam pro illo libentissimè commutabit. Et pacti sunt triginta argenteos illi dare. O pro quam vili pretio pretium nostræ redemptionis distrahis. Non legisti quod sit pretiosior cunctis opibus, & quod omne desiderabile huic non valeat comparari? & tradis illum pro tam vili pretio? Propter hoc indignatus Dominus per Amos Prophetam, *Amos. 2.* cap. 2. dicit. Super tribus sceleribus Israël, & super quarto non conuertam eum: eò quod tradiderit iustum pro calceamētis. Tam vile quippe fuit pretium, ut vix esset ad emēdos calceos sufficiens. Et adimpletum est vaticinium Zachariæ, quo dicit. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, & dederunt in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Cum ergo Iudas pactus fuisset cum Principibus, ut traderet eum illis, venit ad hortum cum turba multa: quia ille locus erat notus ei. Iesus exiit obviam eis, & dixit: Quem queritis? His blandis verbis eos interrogat: ut probe eos, si sic eorum dura corda emollire valeat. Ac si diceret, Quem queritis, innocentem, inculpabilem, cuius doctrinam audistis, cuius miracula vidistis? Attendite & videte magnum esse crimen, in illum quem innocentem scitis, quem Dñm

Amos. 2.

Zachar. 11

esse verum ex miraculis suis intellexistis, manus violentas iniicere. At illi dixerunt: Iesum Nazarenum. Dixit eis. Ego sum. Ac si diceret. Deum queritis, qui de se dixit, Ego sum qui sum. Quo audito, abierunt, & ceciderunt retrorsum. O homines quid hoc est miraculi? Quæ magna potentia Dei est hæc? Si cum magis carnis infirmitatem ostendit, quando ab hominibus se comprehendi permittit, tantam fortitudinem habet quod solo vno verbo eos prosternit in terram, quid poterit modò cum cælum immortalis iam habitat. Quid in die iudicij faciet, quãdò cum summa potentia omnes nos iudicaturus adueniet? Quis tam audax erit peccator, qui hunc Dominum caelorum regna moderantem offendere audeat, cum tantam potentiam super homines habuerit in terra? Et vide, o homo, non tibi contingat, quod his perditis hominibus, qui Deum querere veniebant, & ut accidit aliquibus animabus leuibus, quibus aliquandò desiderium venit querendi Deum, & dum iam iam in manibus habent illum, & occasio offertur bene faciendi, conuertuntur retrorsum & non faciunt. Non sic debes facere. Sed si inueneris Deum, tene eum cum Spõsa, nec dimittas. Non pergas ad Deum cum tuis armis, sicut isti maledicti fecerunt. Hoc est, non tibi fides, aut tuis innixus viribus ad eum yadas, cum æstimatione, aut confidentia tui. Hoc enim est audacter cum istis carnificibus ad Deum pergere. Præcipit eis Dominus, ut surgerent, & ut dimitterent suos abire, & tunc eo relicto omnes fugerunt, dempto Petro, qui educto gladio percussit Pontificis seruum, & amputauit auriculam eius dexteram. In quo mysterium hoc includebatur. Nam lex præcipiebat, quod in anno Iubilæi seruus Hebræus liber maneret: quod si ipse sponte sua voluisset fieri seruus perpetuus heri sui, subula saginaret auriculam suam dexteram, & sic maneret seruus in æternum. Populus ille perpetuè addictus erat seruituti; venit Iubilæi tēpus, hoc est, libertatis, & prædicationis Euangelij, quãdò Saluator mundi venerat eos liberare à seruitute peccati, ipsi autem renuerunt, & volunt in perpetua seruitute manere, & ideo auricula eorū cæditur & saginatur: nam per aurem ingreditur fides, ut ait Paulus: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Sed quia hanc fidem recipere noluerunt, auricula eorum præscinditur, sed Dominus sanauit auriculam eius, ut ostēderet quod ali-

Exod. 21. Deut. 15.

qui ex illo populo tradituri erant. Ideò dimisit illis auriculam assutam: nam fidem per fragmenta receperunt, *remiendos*, sed populus Gentilicus integrè fidem illam assumpsit: & ideo nulla ei auricula deest. Tunc audacter, & inuerecundè accessit ad eum Iudas & osculatus est eum dicens, Ave rabbi. O nunquam auditum scelus, atque proditio: cum pace bellum facere, & cum sereno amicitia prodicionem committere. Cū osculo quod est signum pacis, & cum salutatione quæ signum esse solet amicitie, nefandum committere scelus, magistrum ac Dominum tradendo in manibus inimicorum eius. Id fecit Ioab cū Amasa, & Abner. Salue frater, & immisit ei gladium vsque ad ilia. Ave rabbi. Cur magistrum vocas eum, cuius nunquam voluisti discipulus esse? Non enim tale quid in eius schola didicisti. Voca magistrum cupiditatem ac auaritiam tuam, voca magistrum diabolum & infernū à quibus tantum scelus didicisti. Et osculatus est eum. Posuit Dominus signum in Cain, ut non interficeretur, iste autem in eo signum posuit, ut morti traderetur. Nō hoc certè osculum erat quod Sponsa poscebat cū dixit. Osculetur me osculo oris sui; sed aliud longè diuersum. Et seruo equidem quomodò loco osculi non momordit faciem Domini: tanta erat rabies quæ illum agebat. Sed tamen illum dimisit lupis rapacibus qui ibi erant, ut illum dilaniarent secundum illam sententiã Iob. Prædam pollicetur socijs; Lupis agnum committit, ut illius saturantur. carnibus, & dirumpant. Nam tunc totum pondus belli versum est contra Saul, & omnes qui cum Iuda venerat irruunt in Dominum Iesum. Irruunt lupi in agnum, latrones crudeles in mansuetum pastorem, in patrem inobedientes filij, peccatores in Deum, filij tenebrarum in verum lumen. Et nec aspicientes suauem Christi conuersionem, & amicitiam, neque Dei maiestatem, nec suorum miraculorum magnitudinē, in illum sacrilegas manus iniiciunt. Apprehendunt eum qui paratus erat apprehendi, trahunt eum qui trahi volebat: quoniam si ipse resistere voluisset, non equidem valerent illi nec tangere eum. Et considerare debes hæc, quod non vnus aut duo in illum manus mittunt, sed omnes, & omnes aduersus illum irati. Primū, quoniam à maioribus persuasi veniebant Christum omnium hominum pessimum esse: secundò, quoniam confusi erant & pudefacti tot diebus illum voluisse apprehendere, & nō va-

2. Reg. 3. 20.

Can. 1.

Iob. 17.

luisse: & tertio, quoniam pro magna iniuria acceperant illos in terram modò solo verbo prostrauisse Christum, & tanquam gens ira percita & obcæcata, nunc quando facultas eis datur, totis viribus irruunt in eum. Quemadmodum cum exercitus multis diebus obsidet ciuitatem aliquam à qua magnā accepit iniuriã, & vult sibi vindictã ex illa sumere, eo die quo illam vi armorum ingreditur, sanguine, & igne omnia depopulatur, hos iugulat, illos spoliat, alios apprehendit, illos præcipitat, hos varijs tormentis interire facit, nulli ordini sexui aut ætati parcat. Sic isti crudelissimi homines, qui tot iam diebus insidiabantur Christo à quo se accepisse iniuriã putabāt, nec poterant capere illum; hodiè cum eis facultas cõceditur, omni rabie defæuiunt in eum, & nunc factis, nunc rebus & verbis illum lacessere non quiescunt. Hic manus ligat, ille barbam vellit, alius alapis maxillas cædit, alius vestes lacerat, alius capillos euellit: Denique omnes in illum manus procaciter mittunt. Ligant crudeliter funibus manus eburneas eius qui fabricauit auroram & Solem, & sic ligatum illum properanter ducunt in Hierusalem. Quod maius improprium quàm ligatum libertatem videre? O homines qui manus ligatis Deo vestro, ad cuius confugietis auxilium? Quis à periculis vestris vos liberabit? Respondet enim tibi Deus, Tu manus ligasti mihi, quibus tibi auxilium præbere solebam, nunc vade, aliud quere auxilium si inueneris. Vide innocētē puerum Ioseph venditū Ismaelitis per manus vnus ex fratribus suis: vide libertatem captiuam, vide Deum in manus peccatorum, agnum in ore luporum, & mansuetum pastorem in potestate latronū. Et sic ligatum duxerunt illum in ciuitatē, vbi expectabant eum reliqui Sacerdotes, & multitudo plebis quã ipsi conuocauerant; & clamantes & vociferantes cõtra ipsum, perferunt illum ad Annam, vbi iniuriam illam passus est à seruo Pontificis qui dedit ei alapam, de quo iam plura supra diximus. Et per totam illam noctem maximis ludibrijs illum affecerunt & alapis illū cædebāt dicētes, Prophetiza, &c. Vbi adimpletum est quod Psalmista dixerat. Circundederunt me sicut apes. Apes cū irascuntur, hinc & inde, & ex omni parte aculeis suis feriunt faciem & caput hominis; sic ij ex omni parte diuinum Christi vultum in quem desiderant Angeli prospicere, alapis cædebant, & spuebant in eum, & alijs maximis iniurijs afficie-

Simile.

Simile.



1ob. 26.

Psal. 108.

Ezech. 9.

Gen. 37.

2. Reg. 24.

Psal. 37.

affliciebant illum. Ita quod tunc adimpletū est illud, Iob. 26. Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me: aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, latrati sunt poenis meis. Et multa falsa testimonia dicebant aduersus ipsū, vt adimpleretur illud Psalmiste. Circumdederunt me viri mēdaces, & sermonibus odij circumdederunt me. Indē ad tribunal Cafaris ducitur, a quo & ad Herodem defertur, qui derisit eum tāquam insanum, & remisit ad Pilatum indutum veste alba. Apud Ezechielem Prophetam dicitur, quod vidit hominem quendam indutum veste alba, & atramentum scriptoris ad renes eius, & signabat Thau super frontes virorum dolentium, atque gementium. Christus Dominus est hic vir, quem modō videmus indutū veste alba, post paululum illum videbitis, cum atramento scriptorum ad renes eius, hoc est, cum cruce, in qua scapulas suas ponet, suo sanguine loco atramenti tincta. Penę sunt clauis, cultelli, lancea, cum illa Thau, hoc est, signum crucis signauit super animas omnium eorum, qui saluari debent. Pilatus illum eripere nitebatur de manibus eorum, sicut Ruben Ioseph de manibus fratrum suorum, sed cum voces eorum inualescerent, assumpsit Dominum Iesum, & tradidit eum in manibus carnificum. Qui spoliauerunt illum, & alligauerunt columnarum, & multis flagellis caeciderunt illum. O admirandum spectaculum & horrendum scelus, vt ille qui omnibus abundanter tribuit, tanquam latro qui aliena surripit plectatur. Ego commisi furtum & ille flagellatur. Possumus nunc conuerti ad Deum Patrē suum, & cum Davide quandō vidit Angelum euaginato gladio sanguine tincto vibrantem illum contra populum, dicere ad illum. Ego qui peccaui, ego qui malum feci, hic qui ouis est, quid mali fecit? Quid meruit? Ego latro, qui furatus sum gloria tuam, hic qui potius querit eam tibi, quid fecit? Ego lupus, quid commeruit agnus? Contra me delatuit ira tua, o Pater aterne, parce innocētī filio tuo, & arma tua contra me cōuerte: ego em sum qui peccaui, ego qui malum feci. Sed benē scio ego Domine, quod non potero portare iram tuam: & ideo illam super filium tuum immittis, qui ferre eam valeat. Benē in persona filij tui dixit Dauid: Quoniam ego in flagella paratus sum, hoc est, tot mala quot voluerint super me homines immittere, propter hominem feram, etiam ipsa flagella.

Benē ego video Domine Deus, quoniam Pater potuit super scapulas tuas peccata mea: ideo illas flagellis cedere permittis. Quoniam ego in flagella paratus sum, & licet crudelissime vniuerent sacras carnes tuas, nec verbum quidem aut suspirium vllum emittis. Vbi sunt illae lacrymae quas super Hierusalem fudisti? Cur non hic pro tuis doloribus fundis? Quoniam ego in flagella paratus sum, & plura dāna quā hęc pro homine libentissime perferam. Dic quomodo illum coronauerunt spinis, & adde. Egre dimini filia Sion, & videte Regem Salomonem, in diademate quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis eius & in die lētitiae cordis illius. Nouerit mater sua synagoga hęc illi coronam intexuit, cum illi deberet dare coronam Regni David: sed expectauit, vt faceret vna, & fecit labruscas. Sed vecatur hic dies desponsationis eius: quoniam sponsus sanguinum debebat nobis esse, & est dies lētitiae cordis illius: quoniam etsi secundum corpus dolore afficitur; gaudet tamen corde: quoniam in bonum nostrum, & gloriam Dei hęc omnia denique cedent. Et spuebant in eum, & dabant ei alapas, ita vt possit de eo dici illud Esai. Non erat ei species neque decor. Et quoniam pro nobis factus est maledictam (vt ait Paulus) & terrę hęc data fuit maledictio Gene. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi: ideo ipse etiam hanc pro nobis pertulit maledictionem. Adduxit sic illum Pilatus foras ad populum, cum hac tā miserabili figura, & dixit eis: Ecce homo. Ac si diceret. Oportet vt ego vobis illum demonstrarem, ad hoc quod cognoscatis eum. Talis enim venit, vt nullus illū agnoscere valeat. Vel Ecce homo. Ecce quid peccator deberet esse: nam talē se pertulit poni Christus, qualis debebat peccator ob sua delicta poni: quoniam ipse personam peccatoris assumpsit, ad sufferendum quod peccator deberet ferre. Ecce Adam quati vnus ex nobis factus est. Ecce secundus Adam vt adimpleret desiderium primi, quasi vnus ex nobis sit: nam Adam factus est Deus, & Deus factus est homo, sub figura peccatoris Adam, eius peccati perferens poenas, portat enim imaginē & vindictam peccatorum. Vel ecce homo, hoc est, in Lege promissus & eo modo quo est promissus. Nā in lege promissus est passibilis ac redemptor, vt Paulus docet. Vel ecce homo, qui in tot aduersis nunquam perdidit hominis fortitudinem. Vel qui solus fuit

Esai. 53.

Cant. 3.

Esai. 50.

Esai. 53.

Gal. 3.

Gen. 30.

7. 11.

fuit

Hierem. 4.

Dan. 4.

3. 2.

Esai. 9.

Hier. 13.

fuit homo sine peccato: ceteri enim degenerauerant ab esse hominum, nam homo per peccatum comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: & ideo hic solus perfectam & sanam naturam humanam representat. Nam & Hieremias cap. 4. dixerat. Aspexi terram, & ecce vacua erat: & aspexi cœlos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles turbati sunt, intuitus sum & non erat homo. Per terram intelligit populum illū omni virtute vacuum, per cœlos intelligit prelatos, qui tunc erant cæci, & absque luce: mouebantur montes, hoc est, discipuli, qui timore concussi commoti sunt & fugerunt, & magnus mons, hoc est Petrus negauit illum; & ideo nullum perfectum hominem inueni, nisi hunc, in quo erat natura omnium sine culpa. Item quia homines in prosperitatibus euanescent, vt Nabuchodonosor, qui sic per Regni potentiam euauit quod descuerit ab esse hominum, & quasi bestia inter feras commoratus est, imō & aduersitates illos ab esse hominum deiciunt: hic autem vbique integer homo, nec euauit intransfiguratione, nec in passione, nec in prosperis elatus, nec aduersis depressus est; imō propter vanitates meas spinis modō coronatur. At Iudæi nec sic flecti poterunt, quinimō clamabant dicendo. Tolle, tolle, crucifige eum. Ac si dicerent, nec aspicere eum dignamur: grauis est enim nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita eius. Tandem importunatione populi victus Pilatus condemnauit Dominum Iesum ad mortem crucis. Acceptauit sententiam Dominus tanquam a Patre datam. Et exuerunt eum tunica coccinea, quæ erat vestis Regalis, ad significandum quod non moriebatur tanquam Rex, sed tanquam homo: posuerunt crucem super eius humeros, vt adimpleretur illud Esai. Factus est principatus eius super humerum eius, & sic duxerunt eum ad mortem, in locum qui dicebatur Caluarie. Hic Sancti contemplatiui dicunt Virginē sacram obuiam exiisse Domino Iesu Christo, atque per vestigia sanguinis post illum abiisse, quem cum in vijs diffusum videret, corde adorabat eum dicens. O cruor diuinus de meis visceribus genitus, quam indignē te homines ingrati effundunt, lacrymas meas super te fundo, quia sanguinem effundere nequeo. Exeamus ergo nos cum illa extra castra improprium eius portantes, & cum illa dixerit nobis, Adiuuro vos, si-

liæ Hierusalem, dicatis mihi, Nū quem diligit anima mea vidistis; & dicamus ei: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, qualis est dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Dilectus, meus ait ipsa Domina, candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius aurum optimū, comę eius sicut elata palmarum, venter eius eburneus, distinctus saphyris, manus eius tornatiles plenę hyacinthis, & totus desiderabilis. Et nos dicamus ei, Nō his signis cognoscemus eum. Nam vidimus eum, & non erat ei aspectus, considerauimus eum, virum dolorū, vndē nec reputauimus eum. Non erat ei species, neque decor. Et sic cum iam ad Caluarie montem accederent, Mater filium, & filius matrem aspexit, & duo illa luminaria inuicem se viderunt, obscuratumque est cor Virginis præ tristitia & dolore. Similiter & cor Filij ad Matrem dicebat. Cur hic, o Mater mea, colūba mea Sponsa mea venisti? Tuus dolor meum auget, & meus tuum facit accrescere. Attende o mater mea, non tuæ concedere dignitati comitatus latronum: nondum aqua diluuij exsiccata sunt, adhuc viget tempestas donec cataracta corporis mei rumpantur. Reuertere, ergo columba mea, ad Arcam: quia in his procellis non inueniet pes tuus vbi quiescat. Respondit cor Virginis ei & dixit. Cur mihi hoc precipis, o dilecte fili, quod oculos meos ego vllō modo a te auertam? Tu scis nullum aliud solacium animæ meæ superesse, præter te, in quo totum gaudium meum situm est, tecum vsque ad crucē perueniam, & animam meam cum tuo corpore crucifigam, sicque tecum vsque ad mortē indiuiduus comes perstabo. Venerunt ergo ad Caluarie locum, ibique Dominum clauis cruci affixerunt, illamque suo corpore quasi pallio quoddam ornauerunt, nec tamen fibulis sicut solent tapetia suspendi illum in cruce posuerunt, sed clauis terebrarunt manus, & pedes eius perforauerunt, & sic illo suo corpore lectū crucis ornauerunt. Lectus qui illum cum in mundum venit excepisti, lectus qui fuit virgineus vterus, veni modō, foue illum, quoniam in aere nudus pender. Tunc in presepio fœno coopertus est, nunc in aere pendet. Tunc inter duo animalia positus, nūc inter duos latrones suspensus. Tūc ab vberibus matris pendebat, nunc a cruce. Tunc Angeli ei laudes concinebant, nunc homines illum blasphemij & iniurijs petūt dicentes. Vah, qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reedificas illud? Et loquutus

Cant. 5.

Esai. 35.

tus est in cruce septem illa verba, & in ultimo verbo clamavit. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite tradidit spiritum. Solent alij homines cum moriuntur, post mortem inclinare caput, Christus vero Dominus prius inclinavit caput, & deinde emittit Spiritum. Iam tunc deerant verba, quoniam mors praesens linguam impediebat ad exprimendos suos divinos conceptus, quos tunc temporis mente revolvebat. Sed dum amor abundat, non defunt modi, quibus se explicent amantes, etiam cum deiciunt verba. Igitur inclinare caput antequam animam essaret, fuit nrius significare, quanto amore homines prosequeretur, & inclinando caput responsum reddere multis interrogationibus, quas tunc illi peteramus facere. Dic nobis, o bone Iesu, si propter hominem oportet iterum de Virgine nasci, in summa egestate, tempore rigido, in loco horrido & peroso, faceres ne? Inclinato capite respondet quod sic. Si necessarium esset iterum labores teneri infantia tua pati, propter ovium tuarum bonum, patienter ne ferres illos? Inclinato capite respondet quod sic. Quid de laboribus illis ac sudoribus, quos ob praedicationem Euangelij pertulisti, simul cum maximis persecutionibus ac invidijs, quae adversum te insurrexerunt, nunquid iterum ea patereris, bone Deus? Inclinato capite dicit quod sic. Erit ne possibile, quod in ipsa sanctissima anima amoris flamma sic potentes inveniuntur, quae propter hominis dilectionem te compellerent iterum offerre corpus tuum, iterum & iterum, tot millibus flagellorum, alapis, spinis, clavis, lancea, denique vitam & honorem simul amittere? Inclinato capite respondet quod sic. Tanta vis ac copia amoris in pectore Christi abundabat, ut cum esset in hora mortis & iam verba defecissent, nutibus explicare nititur venam amoris sui nondum exhaustam esse. Videris ergo, o veri Christi fideles, Dominum Deum nostrum pro nobis crucifixum, & mortuum, pulcherrima brachia sua in cruce extensa, delicata membra disincta, & hoc per manus hominum quos ipse condiderat. Sed nec sic diffidendum est illi, quantumvis ab hominibus illusum, quantumvis gravia fuerint scelera tua, quinimodo tota cordis humilitate, ac fide crucem eius cum mulieribus amplectemur, elevatisque oculis ad illum, qui cruci est affixus, obortis lacrymis a corde excussis, sic maiestatem eius alloquamur. Sum-

me caelorum ac terra Rex, aeterni Patris aeternae filii, immense omnium rerum factarum artifex, possibile ne est tantam vim in te habuisse amorem, ut in talia extrema te cogere? Quid ad te, o Domine, quod ego perire? Quid tu perdebas, si ergo perderet? Quam vitam tibi mea vita prestabat, ut pro ea poneret tuam? Nonne tu ab aeterno Deus es, antequam ego essem? Fateor, Domine, fateor, ideo te tot mala perpeccavi, ut mihi tot bona conferres. Video faciem divinam tuam, in quam desiderant Angeli prospicere, immutatam, lividam, pioque cruore perfusam, qui ex tuo sacro capite stillat. Caput sacrum quod Sponsa aurum optimum appellabat, crebris spinis perforatum, eburneas ac regales manus, quae fabricatae sunt auroram & Solem, duobus ferreis clavis affixas: sanctissimos pedes qui caelos calcant, terramque pro scabello habent; crudelissimo ferro terebratos: denique nihil in tuo corpore cerno quod vulnere careat, signaque vindictae non praeseferat. Et omnia haec propter peccata mea video quod patiaris: quoniam tua vita innocentissima fuit. Omnia pateris, ut voluntatem Patris tui adimpleas, cui sic obediens extitisti, ut quoniam ipse sic disposuit te tot doloribus exposuisti. Rogo ergo te piensissime Domine, per vulnera flagellorum, per liuores vultus, per spinas capitis tui, per clavos manuum & pedum tuorum, per mucronis vulnus, & super omnia per amorem quem mihi ostendisti, & per Matris tuae dolores: rogo, inquam, te o bone Iesu, per haec omnia quae tibi proposui, ut peccatis meis indulgeas, pro quibus mortem pati dignatus es, nec permittas me ingratum esse tam grandi beneficio, & tam grandi benefactori meo, nec consentias ut pereat, qui tanto a te pretio redemptus est, quin potius semper haec beneficia in mente retinens, sic tibi gratus semper existam, ut per meritatalis mortis merear ego consequi vitam, hinc gratiae, & illic gloriae. Amen.

Cap. XXVIII.



VESPERE Antequam sabbathi, quae lucebat in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Haec est postrema Evangelicae historiae pars, ea scilicet

scilicet quae Christi resurrectionem, & eiusdem resurrectionis manifestationem continet, & simul suam ascensionem, in qua & historia Christi & nostrae redemptionis perfectio & finis continetur. Nam licet mortuus est propter peccata nostra, ut nos ab illis absolueret; ita & resurrexit propter iustificationem nostram, ut nos ad immortalitatem secum perdiceret, & sua resurrectione est causa nostrae resurrectionis.

Caietanus
Iansenius.

Sed circa haec verba huius Capitis, relictis alijs interpretationibus, haec quae Caietani & Iansenij est mihi magis arridet. Nempè quod cum Hebraei celebraret sabbatha sua a vespera usque ad vesperam; per vesperam sabbathi, aut sabbathorum (ut Graeci legunt) videtur intelligenda ipsa extrema sabbathi pars, quae initium fuit noctis sequentis, quando iam sabbatho transacto operari licebat Iudaeis. Hanc vesperam lucefcere dicit Matthaeus, in prima sabbathi, aut (ut Graeca habent melius) in primam sabbathorum. Hoc est dicere. Nocte illa, in qua festum sabbathi finitum est, quae nox secundum Hebraeos erat alterius diei, nempè Dominici, cum iam nox illa terminabatur, & inciperet lucefcere aurora diei Dominici, qui vocabatur prima sabbathi, siue sabbathorum, aut una sabbathi, quod idem est apud Hebraeos, quod prima, apud quos dies septimanæ a sabbatho numerabantur: nempè prima sabbathi dicebatur dies Dominica, & secunda sabbathi dies Lunæ, & sic deinceps. Nam prima sabbathi, sicut verum & proprie dicitur sabbathum, non coepit a diluculo & matutino tempore, sed a vespertino diei praecedentis, alioquin nox, quae proprie dictum sabbathum sequebatur, nullius fuisset diei, cum neque ad precedentem, neque ad sequentem pertinisset diem. Vespera autem sabbathi, Matthaeus dicit mulieres venisse ad videndum sepulchrum, non quod tunc exierint ad sepulchrum, sed quod tunc conuenerint inter se, seseque ac sua parauerint, ad egrediendum & videndum sepulchrum, atque vngendum Dominum, quod Marcus post Matthaeum scribens ita explicauit apertius. Et cum transisset sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes vngerent Iesum. In Vespera ergo sabbathi conuenerunt mulieres ad id perficiendum, quod per religionem prohibita fuerant facere in sabbatho, emeruntque aromata, & ea nocte illa parauerunt, ut quam primum illud lice-

ret, summo scilicet diluculo egrederentur ad vngendum Dominum. Matthaeus autem breuitati studens, cum tempus notasset quo primum mulieres conuenerunt eo animo ut viderent sepulchrum, sicut praetermisit quid illa vespera fecerint, quod Marcus expressit; ita praetermisit illud explicare tempus, quo mulieres sunt ad sepulchrum egressae, quod alij diligenter expresserunt, subiiciens mox quae contigerunt cum ad videndum egrederentur sepulchrum, quasi illa ipsa vespera sabbathi contigerint, cum matutino tempore alterius diei acciderint.

Venit Maria Magdalene, & altera Maria scilicet, mater Iacobi & Ioseph, de quibus supra fecerat mentionem. Et ecce terramotus factus est magnus, Angelus enim Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Sicut in eius passione terra mota est ut indicium daret se quali dolore de morte sui creatoris; sic in resurrectione terramotus fit, in signum letitiae, & exultationis, quasi saltare gestiens. Nam si in exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, montes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium; quanto magis in Christi resurrectione, cum spoliato Aegypto, id est inferno, sanctorum animas, quae ibi detinebantur captivae, secum eduxit, per mare rubrum sui sanguinis iter praebens populo Dei, deberet terra exultare & moueri, sicut agni nouelli in aurora coram matribus suis saltant? Et etiam fit terramotus, ad insinuandum resurgentis potentiam, sicut in morte ad indicandam absconditam potentiam morientis. Angelus autem, cui corporalia subsunt, hunc fecit terramotum tanquam minister resurgentis, in quo & mutatio rerum, quae in praedicatione Euangelij debebat contingere, etiam insinuatur. Et ipse Angelus mouit lapidem a monumento, non ut daret locum resurgenti, qui ex clauso vetero matris exierat, & ianuis clausis ingressus est ad discipulos suos; sed ut indicium custodibus, & mulieribus daret Christum iam resurrexisse, & pateret mulieribus ingressus ad monumentum. Et sedebat super lapidem: ut manifestaret se reuoluisse lapidem, nec casu, aut alia causa id contigisse. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimentum eius sicut nix. Hoc est, igneam praeseferbat aspectum: ut sic terreret custodes, & per candida vestimenta, in admirationem raperet: nam ideo subditur. Per timorem autem



eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Hoc est, penè exanimis facti sunt: tantus eos horror inuaserat. Respondens autè Angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Hoc est, ethi custodes increduli timuerunt, & terrore concussi sunt; vos tamen non debetis timere, quæ bona fide ac deuotione Iesum quæritis: vndè subdit. scio quòd resursum, qui crucifixus est quæritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Ex hoc loco clare patet quòd persona Verbi non reliquerit corpus: atias dixisset, Venite, & videte locum vbi positum erat corpus; at nunc dicens vbi positus erat Dominus, personam Verbi significat, pro qua hic supponit Dominus: nam Dominus Iesus persona Verbi est, sub humana. Et cito cunctis dicit discipulis eius, quia surrexit, & ecce pracedet vos in Galilaam, ibi enim videbitis. In Hierusalem quidem viderunt Dominum discipuli eius, sed non omnes, sed nunc hi, nunc illi, in Galilæa verò omnes eum viderunt, & pluries, & manifestius. Ecce praxi vobis. Hoc est. Ego meum peregrini ministerium nuntiando vobis veritatem; vestrum erit credere: nam ea quæ ipse Dominus prædixerat, etiam adimpleta videtis: locum etiam vobis demonstro vacuum à cadauere eius. Opus erat vt homines de tanto mysterio ab Angelis certiores fierent. Testes enim cœlestes necessarij erant, vt eorum testimonium maximè crederetur, sublato autem lapide ab hostio monumenti, significat sublato esse legem veterem, quæ in tabulis lapideis scripta est, & introductam nouam, quæ in tabulis cordis carnalibus scribenda erat. Translato quippè sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat.

Brocardus Et exierunt citò de monumento, cum timore magno & gaudio. Hic aduertendum est ex Brocardo monacho, in descriptione terræ Sanctæ, sic describere speluncam Domini. Dicit enim: Ecclesia sepulchri Domini totunda est, habetq; in medio aperturam rotundam, sub qua sepulchrum Dominicum sub dio consistit, nullo tectum imbricamento. Spelunca sepulchrum Domini continens habet in longum aliquot pedes: foris quidem marmore recta, intus verò adhuc nuda conspicitur, sicut tempore passionis fuit. Ostium quod ducit in hanc speluncam ponitur ab Oriente, & est valde paruum. Et cum ingressus fueris speluncam, sepulchrum ponitur ad dexteram, hoc est, ad parietem speluncæ Septentrionalem factum de marmore grisei colo-

ris, habens in longitudine octo pedes, sicut & spelunca ipsa. Nec est in crypta illa lumen aliquod cœlestè, sed lampades aliquæ accensæ reddunt eam illustrem. Et nota quòd ante speluncam sepulchri Domini est alia crypta eiusdem magnitudinis, & figuræ, solo pariete intermedio à priori segregata, & ad hanc primò descenditur, deinceps per ostium intermedij parietis venit in speluncam Domini sepulchri. Et ostium illud fuit clausum, quando mulieres tempore resurrectionis Domini dicebant, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hæc ille. Ex quibus clare patet, quomodo intelligi potest quod dicit Marcus, mulieres ingressas in monumentum, cum Angelus sedens super reuolutum lapidem eas alloqueretur. Intelligi enim potest eas ingressas in anteriorem monumenti speluncam: Lucam autem loquutum de ingressu in interiorem speluncam partem, ex eo patet, quia dicit eas non inuenisse corpus Iesu, imò & Marcus sic intelligi debet. Vide autem & apud Bedam descriptionem sepulchri Domini lib. 5. historiarum Angelorum cap. 17. & expositionem eius in vltimum caput Marci. Et aduerte quòd licet Matthæus non nomet hic, nisi duas mulieres, & Ioannes vnam, nempe Mariam Magdalenam; plures tamen fuerunt: nam Marcus adiungit Mariam Salomè, quæ fuit mater filiorum Zebedæi, Lucas verò non expressè Salome alijs duabus adiungit Ioannam quam cap. 8. dixerat fuisse uxorem Thuxæ procuratoris Herodis, scribens item sine nominum expressione alias quæ illis tribus adiunctæ sunt, cum dicit. Et ceteræ quæ cum eis erant. Nã & si alij Euangelistæ non omnes referant, non ideo negant adfuisse. Item est aduertendum, quòd cum Euangelistæ ea prætermittunt in suis historijs quæ alij dixerunt, sic prosequuntur ordinem historiarum, ac si illa iam ipsi narrassent. Exierunt ergo hæc mulieres de monumento, cum timore magno. Afficiuntur simul timore & gaudio, vt timor gaudium temperet, & gaudium timores subleuet. Perseuerabat adhuc timor visus Angeli, aderat gaudium audite resurrectionis, quamuis non plenè creditæ. *Currentes nuntiate discipulis.* Per cursum hunc intellige velocem ambulationem, quæ in muliere graui appellatur cursus. Et ecce Iesus occurrit illis dicens. Auet. Illa autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius & adorauerunt eum. Multa hic prætermittit Matthæus, quæ Ioannes narrat. Venit enim Maria Magdalena, primò cum alijs

Bedæ

alijs ad monumentum, & nuntiauerunt discipulis, sed Magdalena præcipue dixit Petro, & Ioanni, quæ viderant, & audierant ab Angelis, & Petrus & Ioannes venerunt ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt. Venerunt etiam iterum mulieres illæ cum illis, & reuertebantur iterum in ciuitatem, cum interim remansit Maria Magdalene ad monumentum foris plorans, & contigit ei quod Ioannes narrat. Sed postquam eam reliquit Dominus cucurrit, & consequuta est alias mulieres in via, quæ iam deflexa minus celeriter ibat, & tunc omnibus simul apparuit Dominus in via, & dixit eis. Auet. In propria specie tunc apparuit illis, & solita voce salutauit eas, & propterea statim cognouerunt ipsum esse Iesum, & absque vlla hesitatione adorauerunt eum. *Ille autem accesserunt & tenuerunt pedes eius.* Ad osculum adorationis tenuerunt pedes eius, vt loca vulnerum quæ in pedibus eius apparebant oscularentur. Maria Magdalene paulò antè fuerat repulsa à contactu Iesu, quia in amplexum eius ruebat, & propterea modo prudentior ac reuerentior seipsa effecta, ad contactum pedum tendit, nec repellitur. Tunc stans amplexura nesciens quid faceret repulsam patitur, nunc considerans adoratura procumbens admittitur. *Tunc ait illis Iesus.* Mira res! Iesus quæ situs, inuentus, cognitus, adoratus, tactu corporali tentus; nihilominus quia mortuus fuerat, & apparuit illis, timore correpta sunt. *Ite, nuntiate fratribus meis.* Vide superbiam humanam & incultam. Iesus iam immortalis effectus, omninè accepta potestate in cœlo & in terra, seruos suos, eosque peccatores, quos olim humilis vocat amicos, modo fratres appellat, cum homunculus miser, si ad altiore statum aliquantulum eleuetur, quos prius habebat fratres dedignatur iam amicos habere. Et præter hoc tam grande humanitatis exemplum: ideo fratres suos discipulos appellat, cum iam immortalitatis assequutus est statum, vt eiusdem naturæ se & illos esse testaretur, nec crederes eum noua immortalitate & gloria, nouam aduenisse naturam. *Ite ergo (dicit eis) dicit fratribus meis vt eant in Galilaam, ibi me videbunt.* Hoc etiam dixerat Angelus eis. *Quæ cum abissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniâ copiosam dederunt militibus*

tribus dicentes. Dicit quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum dormientibus, & si hoc auditum fuerit à Preside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecuniâ fecerunt sicut fuerant edocti, & diuulgatum est verbum istud apud Iudæos usque in hodiernum diem. Hic in ipsis quidem sacerdotibus agnoscere licet, quantum malum sit inuidencia alieni nominis, & proprii nominis gloria, in ipsis verò militibus, quam potens sit malum auaritia: cum per hæc utriusque veritatem certò agnitam non dubitauerunt, in tam apertum conuertere mendacium. Nã quomodo inermes ac imbecilles, imò & timidi discipuli, qui eo relicto fugerunt, illum inter milites furari ausi fuissent, & reuoluerent lapidem magnum absque hoc quòd ipsi custodes sentirent. Et si dormiebant, quomodo viderunt furtum? Si autem non viderunt, quomodo id resuscitari potuerunt? Quod si discipuli furari illud voluissent, potius id prima nocte fecissent, quado nullus erat cultus, quã secundà quado sciebant ibi esse cultos. Sed traciunt in reprobum sensum: vt veritate neglecta, mendacio autem accommodatè. Attende quid hic dicat Angelus mulieribus. *Nolite timere (ait) scio enim quòd resursum est crucifixus est quæritis. Non est hic, surrexit, &c.* A si diceret. Ideo surrexit, quia crucifixus est: quoniam per suam passionem meruit suæ carnis resurrectionem. Quod clarius apud Lucam cap. 24. dixit Dñs duobus discipulis euntibus in Emaus. Nõne sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Hoc est, per meritum passionis gloriosum reddere corpus suum: nã animam à principio suæ conceptionis beatam habuit, propter unionem ad Verbum. Circa quod sic dices. Res quæ in seipso distinktuatè præterferunt ad hoc quod credatur, & ex alia parte necessariè nobis maximè sunt, iure sibi vendicant curam ac diligentiam ad hoc quod tractetur, & multò magis vt intelligantur. Mysterium hoc resurrectionis Christi à mortuis, veritas sic difficilis ad credendum est, quod oportuerit omnes Euangelistas illam scribere, & omnes Apostolos illam docere, & adhuc incredibilis pluribus videbatur. Paulus postquam mirabilia magna Athenis prædicauerat, vbi placidas illi maximè prælitterat aures, cum de Christi resurrectione, & nostra cum illo, mentionem fecit, continuo deriserunt illum, & cõtempui habuerunt, doctrinamque eius quali fictitiã reputare coeperunt. Quare Christus Dominus pluries à Discipulis suis post resurrectionem suam visus est, in diuersisque

Moralitas seu cõcio.

Luc. 24.

Acto. 17.



figuris illis apparuit, modò tanquam pe-
reginus, modò sicut hortulanus, pluries
autem in propria specie se viuum illis ex-
hibuit. Comedit cum illis, permisit vt Apo-
stolus eius Thomas digitos per fixuras cla-
uorum, manus autè per lateris vulnus mit-
teret, vt omnes firmiter hanc veritatē cre-
deremus. Vtilitas autem quæ nobis ex hoc
mysterio prouenit, maxima est. Nā si Chri-
stus non resurrexit, nec nos resurgemus; q̄
si homines immortalem vitam nō expecta-
remus, quis auderet huiusmodi bona contē-
nere? Quis poenitentia opera aggredieretur?
Hac enim spe subleuati talia damna pertu-
lerunt sancti. Hoc quippè Apostolus docet
eum dicit. Quod si in hac vita tantum sperā-
tes sumus in Christo, miserabiliores sumus
omnibus hominibus. Nam certè iustorum
sors misera est in hac vita, cum nihil eorum
quibus alij fruuntur ipsi velint. Si ergò aliam
meliorem non expectat vitam, & huius bo-
nis non fruuntur, miserissima sors eorum est.
Nunc autem aliam meliorem vitam per re-
surrectionem expectantes, felicissima sors
iustorum est. Igitur mysterium hoc resurre-
ctionis Domini nostri Iesu Christi, ex vna
parte valde difficile, ex alia utilissimum est.
Sed quod in hoc mysterio plus admiratio-
nis affert, & quod maxime considerandum
venit, hoc est. Quod cum facile posset Domi-
nus Iesus corpus suum ad resurrectionis glo-
riam eleuare, voluit vt hoc fieret per crucē,
& mortem, pendente corpore in ligno. Et
cum potuisset Regni coelorum viā faciliore
& planiorem facere, imò & ampliorem, no-
luit nisi quòd arcta ac stricta esset; ita quod
oporteat teipsum dolere, & attenuare, vt il-
la te capiat. Quòd si tantillum eleuaueris ca-
put, protinus illud deprimere debes, ne vul-
nereris; nec alta sapere, sed humilib⁹ cōsen-
tite, ne te Deus deprimat & humiliet. Et hoc
est quod Angelus hodiè dixit mulieribus,
& clarius Dominus discipulis, cum ait. Nō
ne sic oportuit pati Christum, & ita intra-
re in gloriam suam? Ad quòd duas accipe ra-
tiones. Altera vt ostendat nobis, quàm lon-
gè distent viæ eius & cogitationes eius à no-
stris, & verum sit quòd ipse per Esaiam Pro-
phetam dicit. Nec enim viæ meæ viæ ve-
stræ, dicit Dominus, nec cogitationes meæ
cogitationes vestræ. Sicut enim eleuantur
coeli à terra, sic eleuatae sunt viæ meæ à vijs
vestris, & cogitationes meæ à cogitationib⁹
vestris. Munda quippè illum eleuat, qui se
ipsum eleuat, & illū facit qui seipsum facit,

1. Cor. 15.

Rom. 12.

Esai. 55.

Deus autem eum, qui se humiliat, exaltat,
& qui seipsum destruit, cōponit. Imò illū,
qui se exaltat humiliat, & qui se componit
destruit. Quod est dicere in nostro sermo-
ne. *El mundo haze al que se haze, y Dios haze
al que se des haze, antes al que se haze des haze.*
Sic enim cum Lucifero se habuit. Homines
ergò illi, qui sciunt suis commoditatibus af-
sistere, fauoresq; magnatum omnibus qui-
bus possunt vijs aucupari; hos mundus ele-
uat & magni facit: Deus verò eos qui hanc
omnia contemnunt, & se se relinquunt vo-
luntati, hos maximis præmijs exaltat. Cum
igitur Christus Dominus in mundum vene-
rit vt Verbum Patris, ad explicandas homi-
nibus cogitationes Dei atque conceptus, &
hoc non sua dumtaxat doctrina, verum etiā
factis, & his maxime quæ in sua viderentur
persona: idè oportuit vt hac viā tā aliena
ab ea qua mundus vtitur, exaltaretur. Et vo-
luit Pater, vt Filius suus prius minueretur,
& in cruce laceraretur, quàm ad gloriam
resurrectionis resurgeret, ita quod de illo
verè diceretur illud Psalmistæ: Ego autem
sum vermis & non homo, opprobrium ho-
minum, & abiectio plebis. Nunquid Domi-
nus Christus non fuit homo? Fuit equidem,
imò electus ex millibus hominum, de quo so-
lo potuit verè dicere Pilatus: Ecce homo.
Cæteri enim omnes imperfectissimi homi-
nes fuerunt, sed dicitur quòd nō fuit homo,
quantum ad hominum æstimationem. Nam
mundus non reputat pro homine, nisi illum
qui diues est, ac potens & honoratus, qui
de iniurijs sibi illatis vindictam sumit. Chri-
stus autem Dominus mendicus fuit, & pau-
per, ita quòd in hora mortis non habuit, vbi
caput suum reclinaret, sed super humerū de-
misit illud, sic contemptui habitus, ac illu-
sus ab omnibus, qualiter nunquam homo
alius visus est. Opprobrium hominum fa-
ctus & abiectio plebis, & idè non homo,
sed vermis habitus est. Nam sicut vermem
omnes pessundant, conculcant, parui pen-
dunt, nec vllus circa eum misericordia fle-
ctitur (miseremur enim canis cū occiditur,
& aliorum animalium, vermium autem nul-
lus miseretur) sic nullus istius hominis miser-
tus est, cum flagellaretur, pungeretur, illu-
deretur, & crucifigeretur, sed omnes illum
tanquam vermem conculcauerunt, & con-
temptui habuerūt. In quo mundi insania ac
stultitia manifesta fit, qui illum vocat homi-
nem, qui serpens est, & illum qui secun-
dum hominum rationem vivit, & virtutem
ample-

Psal. 21.

simile.

amplectitur, quasi non sit homo contemnit,
& quasi sit vermis conculcat. Videbis etiā
vermem, qui teredo dicitur, ex ligno nasci,
& ipsum corrodere lignum; sic Christus Do-
minus ex carne natus est; & tamen ipsam
carnem exedit, delicias, ac honores eius cor-
rodens, & destruens, vitam pauperem elige-
do, & ex matre Virgine nascendo, in pulue-
rem omnia conuertit, sicut vermis lignum,
ostendens omnia esse vanitatem. Sed cū ho-
ra mortis accessit, & si mortuus est vt ver-
mis, resurrexit tamè vt leo, secundum illud.
Vicit leo de tribu Iuda. Aliud enim est mor-
ri, aliud resurgere. Mortuus est vt vermis se
ipsum euiscerado: vt nos serica veste immor-
talitatis indueret; resurrexit tamen vt leo,
fortiter diabolum fortem vinciendo, & spo-
lia eius auferendo. Nam vt ait Paulus, Mor-
tuus est ex infirmitate carnis, sed vixit ex
virtute Dei. Et idè humanam naturam di-
uina copulauit: vt mori ex vno, & resurgere
posset ex altero, sicut ait Leo Papa. Ex qui-
bus omnibus apparet, quòd procacius ac
inuerecundius hodiè homo aduersus Deum
audax sit peccando, ac quantum in se est,
rursus illum crucifigendo, quàm impij illi
carnifices, qui in illum manus sacrilegas in-
iecerunt. Nā illi illum cōtempserunt, quem
purum hominem, imò vermem & non ho-
minem arbitrabantur; tu autem pessime Chri-
stiane, illum offendis, què pro comperto ha-
bes, quòd sit Deus, & quòd tanquā leo fortis
victor ex infernis euasit. Vnde Esai. 53. dicitur,
Domine, quis credidit auditui nostro,
& brachium Domini cui reuelatum est? Et
ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut
radix de terra sitienti. Non est species ei, ne-
que decor. Quis enim credere poterit rem
tam admirabilem, & tam nouam. Quod ho-
minem pauperē & deiectum Deus ad thro-
num suæ Maiestatis subleuet. Cui Dominus
vnquam sui brachij virtutem manifestauit,
vt hominem sic deiectum tanquam virgul-
tum eleuet, & sicut radicem de terra sitien-
ti? Mirabili modò Propheta explicat nobis
Christi Domini exaltationem in medio suæ
humilitatis ac passionis, nempè sicut radix
de terra sitienti. Circa quod considerandū
est, quòd presens Ecclesiæ stat⁹ arbor quæ-
dam est frondosa, & magna cuius radix
Christus est. Nam vnusquisque nostrum
huic arbori per fidem Baptismi inserti su-
mus. Et sicut radix est principium arboris,
& ab ea arbor tota prodit, sic tota hæc Ec-
clesia à Christo ortum habet, & ipse origo
Tem. II.

Apoc. 5.

2. Cor. 13.

Leo.

Esai. 53.

oninium nostrū est, & idè omnes ab eius
nomine appellamur Christiani: quoniam
ab illo tanquā ex Patre orti sumus. Igitur
Ecclesia hæc à Christo originem duxit eo tē-
pore, quo ipse radicis officium exercuit, q̄
fuit tempore suæ passionis, tunc enim illum
radicem vocat Propheta. Extenderunt nam-
que Dominum in cruce, vbi somnum mor-
tis dormiuit, & apertū est latus eius, ex quo
aqua & sanguis fluxit, & indè orta sunt Sa-
cramenta, quæ huius Ecclesiæ columnæ ac
fundamēta sunt. Cum Deus à principio cō-
didit hominem tantis ditatum bonis, ait
Scriptura, quòd Dominus illum in Parady-
so voluptatis collocauit, vbi ei lectum floridum
& delectabile parauit, sub vmbra frondolæ
& vmbrosæ alicuius arboris, & immisit
Dominus soporem in Adam, & ex latere il-
lius dormientis costam tulit ex qua condidit
mulierem Euam. Cū autem à somno exper-
gefactus est Adam, pulcherrimam feminā
ad latus suum inuenit, quam Dominus ei in
vxoem allociauit. Id & huic secundo Adā
contigit. Dormiuit somnum mortis super
lectū crucis, qui etiam in se asperus, spinosus,
ac durus fuit; tamen amor quo propter nos
duritiem illam patiebatur, faciebat, vt si-
bi blandus ac lenis, ac si ex floribus esset
compactus, appareret. Nam si beato Ty-
burcio, cū super accensas prunas nudis
plantis ambularet, videbatur super flores in-
cedere, propter amorem Dei, qui omnia
suauia reddit, quòd magis Christus Do-
minus: cuius amor omnes alios longè supe-
rat, durities illa blāda sibi propter amorem
videretur. Cumque somnum mortis obdor-
miret, apertum est lancea latus eius, ex quo
Sacramenta quæ Ecclesiam constituunt
fluxerunt. Sed hodiè à somno mortis per
resurrectionem excitatus, in latere suo no-
uam sponsam Ecclesiam suam reperit, cui
cū manus præberet, eam in perpetuam
sponsam assumpsit pretiosissimis illam do-
narijs ac margaritis ditans. Et dixit sicut
alter Adam. Hæc nunc os de ossibus meis,
& caro de carne mea: quia fortitudo Ecce-
siæ suæ ex illo est, & cum illa carnis consan-
guinitate coniungitur. Vnde post resurre-
ctionem dixit Dominus Magdalena. Va-
de, dic fratribus meis. Ascendo ad Patrem
meū, & Patrem vestrū. Et Paulus ad Hebr.
ait. Quia igitur pueri cōmunicauerunt car-
ni & sanguini. Et alibi. Propter quod non cō-
funditur eos vocare fratres. Idè ergò dicitur
radix; quoniam ex ipso orta est Ecclesia.

Gen. 2.



Secundo hoc habet radix, quoniam ipsa in se deformis est & obscura, tota autem pulchritudo arboris ex ipsa confurgit: ab ipsa enim tritum, & foliorum viror, & bonus odor florum, atque fructus suauitas. Christus Dominus suae sanctae passionis tempore, quando radice officium exercuit, cum speciosus forma praesentis filij hominum esset: tamen tunc deformis & absque villo nitore apparuit. Talem enim vultum eius ac corpus tortores reddiderunt, ut non esset ei species neque decor, ut praedixerat Esaias. Vidisset enim tunc vultum illum diuinum, in quem desiderant Angeli prospicere, sic liuidum & obscurum, ut nullam hominis praesentis ferret speciem. Corpus gloriosum vndique vulneratum, & perfusum sanguine, atque disiectum. Ex hac ergo radice deformitate tota pulchritudo Ecclesiae tuae ortum habet: ex ea enim & virginum flos, & confessorum viror, & martyrum fructus, & omnium sanctorum speciositas prodit. Tertio radix in se ipsa debilis est, facileque quocumque volueris flectitur & inclinatur; ex ipsa tamen totum robur trunci nascitur. Christus in passione sua radix fuit, imbecillum quippe se ostendit facile cedens tortoribus, vbicumque illum voluissent flectere. Nam si voluissent illum a lapide cadere, faciem suam dedit percutientibus, & genas suas vellentibus, nec faciem suam auertit ab increpantibus & conspuentibus in eam; ab illo tamen tanquam a radice robur ac fortitudo martyrum emanauit. Quomodo enim tantam haberent vim pauperes piscatores, imbecilles, ut non solum flagella propter Christum sustinerent, verum a conspectu consilij atacres egressi sunt, quoniam digni sunt habitu pro nomine Iesu contumeliam pati? Ex illa etiam radice beatus Andreas accepit, ut crucis supplicium non formidaret, sed blandis sermonibus crucem ad se alliceret, & martyres ad mortem, tanquam ad epulas irent, & Beatum Dominicum sicut martyrium, sicut sicut ceruus ad aqua fluium. Voluit namque Christus Dominus se pauidum ad mortem ostendere, ut asperitatem eius in se accipiens, iam non pauidi, sed securi illum nos aggredemur. Taliter enim asperitatem mortis in se ferens abstulit: ut mors potius vita iam dicenda sit, nec amara deinceps, sed dulcis pro Christo illam suscipientibus videatur. Hoc in typo expressum est in Sansone, qui cum ad sumendam spon-

Esai. 50.

Acto. 5.

Ind. 14.

sam in terra Philistinorum pergeret, occurrit ei leo rugiens in via, in quem cum irruisset Sanson dilacerauit eum, quasi hedum in frusta decerperet. Cumque iterum illac reuertetetur; diuersit ut videret leonem quem interfecerat, & inuenit examen apum in ore eius, & tunc proposuit anigma illud conuiciis, dicens: De comedente exiuit tibi es, & de forti egressa est dulcedo. Leo hic mors est, quae totum orbem inuaserat: nam in omnibus aculeum suum inueniebat, qui erat peccatum. Purauit autem se idem ius habere contra istum nostrum verum Sansonem Christum Nazarenum, sicut ille Sanson, qui ex ventre matris suae Deo dicatus fuit: aggressus est illum, sicut ille leo Sansonem: Christus autem apprehendit mentum eius, & suffocauit & decerpit eam; tollens super se quod asperum & amarum erat in illa: nam mortem nostram moriendo destruxit: quoniam dulcem ac mellis suam illam reddidit: quoniam multam iam illam fortiter & impauide aggrediuntur, imo quod plus est, alacriter, tanquam ad fauum mellis ad illam currunt, ut in beato Andrae, & in alijs visum est. Quare iam satis nouimus, quid velit significare anigma hoc: De comedente exiuit tibi es, & de forti egressa est dulcedo. Hoc est, mors quae antea deuorabat omnes, iam illam comedunt pueri & puellae quasi fauum mellis. Quae antea etiam in memoria amara erat, iuxta illud Sapientis. O mors quam amara est memoria tua; iam modo quasi dulce quoddam symbolum deglutitur. Sic enim & Propheta uaticinatus fuerat. Ero morsus tuus, inferne. Hoc est, tu quae alios comedebas, iam morsibus ab alijs comederis, & sancti ueluti ad epulas ad mortem properabant. Vnde Paulus dilaceratum cernens leonem istum, & contractas mortis vires, illam irridens conuicijs illam impetit dicens. Vbi est mors, victoria tua? Vbi est mors, aculeus tuus? Absorta est mors in victoria. A si diceret. Iam tu non es mors, nec aculeum, aut vim iam habes: nam quae antea alios comedebas, iam te in frusta decerpunt & comedunt puellae: quae antea ab omnibus victoriam reportabas, iam modo victa succumbis, debilitaque puella te irridet. Ecce primam rationem, cur hac via Dominus corpus suum immortalitate donauit.

Secunda ratio erit quasi confirmatio prioris,

Osea. 13.

Eccles. 14.

1. Cor. 15.

ris, nempe ut mundum & sapientiam eius confunderet. Voluit quippe Deus ostendere quod ea omnia quae mundus molitur, ut opera Dei destruat & iustum minuat, eadem sunt media, quibus ea debent fieri, quae ipse destruere conatur. Ipsissima manus impiorum quae iustum demolire nituntur, ipsum periciunt, ut ad caeli aedificium sit aptus. Decreuit Deus exaltare Ioseph filium Iacob, & Dominum Aegypti atque suorum fratrum constituit; homines autem voluerunt illum deprimere, atque destruere, & iisdem vijs quibus homines illum deicere nixi sunt, quod Deus decreuerat in eo fieri factum est. Dominauit quadam vice Ioseph quod Sol & Luna, & vndecim stellae adorabant eum, & indignati pater, & fratres eius aduersus eum, dixerunt ei. Quanam haec superbia tua est? Nunquid rex noster eris, aut subiciemur ditioni tuae, & pater & mater tua, & fratres tui adorabunt te super terram? Haec ergo causa somniorum inuidia, & odij fomitem ministrabat, decreuerantque destruere illum. Contigit autem quadam die, ut pater eius mitteret eum ad fratres suos, qui in pascendis gregibus morabantur, cumque a longe eum prospicerent venientem, dixerunt ad inuicem. Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, & videamus utrum profint illi somnia sua. Cumque ad illos innocens puer accessisset, veste polymita spoliauerunt illum, & miserunt illum in cisternam veterem, ut ibi fame periret. Deinde viderunt Ismaelitas mercatores transeuntes, & de cisterna eduxerunt illum, ut venundarent Ismaelitis triginta argenteis, qui in Aegypto vendiderunt illum magistro militum Regis Pharaonis, qui dicebatur Putiphar. Ibat innocens puer de manu in manum, seruus ex libero effectus, Dominus autem erat cum illo, & opera eius dirigebat in manu illius. Erat autem pulcher aspectu iuuenis, & domina eius oculos impudicos iniecit in eum, sollicitabatque illum per singulos dies, & nimis illi molesta erat: ille autem operi negatio acquiescere renuebat. Et cum semel vim illi inferre vellet illa, ille aufugit pallium relinquens, in manu eius. Domina autem se illuliam cernens clamauit dicens, puerum illum Habraem sibi illudere voluisse, & vim tentasse inferre ad concubendum cum ea. Vir autem eius iratus, & nimis credulus verbis mulieris, illum in carcerem misit, ibique quasi iam oblitus ab omnibus

Genes. 37.

liberq

Tom. II.

derelinquebatur. Quis crederet hunc iuuenem amplius caput leuaturum? Quasi mancipium a fratribus venditus est Imaelitis, & illi Putiphari, a quo tanquam adulter, & malus in carcerem perpetuo est intrusus, nec iam ullius adiutorium expectans. Hoc ergo fuit suae exaltationis initium. Nam cum duo ex seruis Pharaonis qui simul cum illo in carcere detinebantur, somnium quilibet vidisset, praesagium futurorum, & eorum somnia sapienter illis annuntiauerat, ut rei probauit euentus: & pincerna Regis restitutus in locum pristinum, succedentibus prosperis, sui interpretis oblitus fuisset; contigit ut Pharaos somnium videret, quo & fames, & vbertas annuntiabatur, nulliusque ex Sapientibus Aegypti illud interpretari valuit. Tunc demum recordatus pincerna Regi nunciauit, quae sibi & magistro pistorum acciderant, & ad iussum Regis e carcere educitur Ioseph: & attonis capite, & mutatis vestibus coram Rege attitit somnium prudentissimè interpretatus, totius Aegypti Gubernator institutus est, secundus a Rege, ad cuius nutum frumenta vendebantur. Cumque fratres eius venirent in Aegyptum, ut emerent sibi cibos, & coram Ioseph astiterunt, adorauerunt illum super terram, & sic somnia eius adimpleta sunt, & pater illius illi dona misit, illum superiorem agnoscens. Ecce quomodo illa media quae homines elegerunt ut iustum deprimerent, eadem illum ad tantam gloriam eleuauerunt. Sic vero nostro Ioseph Christo Domino contigit. Misit illum Pater in mundum, ut illi bellum inferret, & destrueret illum: mundus autem sollicitus fuit, ut illum demoliretur & perderet; copiam fecit Deus mundo, ut quidquid vellet in Filio suo exequeretur. Quid vis o homo? Capere filium meum? Cape, cape, comprehendere, colaphiza, & illude. Quid amplius vis? Flagellis & loris illum cadere? Fac ut liber: & sic flagellauerunt illum, ut prius tortores feriendo, quam ipse ferendo, deficerent. Quid amplius? Veste purpurea circumdatum, & corona spinea oblitum, & arundine in manu posita traxerunt illum illudentes, ac in faciem eius spuentes. Es ne hac immanitate contentus? Minime. Sed crucifigatur. Fiat. Adducunt Dñm ad crucifigendum inter duo nequam, cruce super humeros eius imposita, atq;

ss 4 in



in loco publico, ubi malefactores puniri solebant, illum cruci affigunt, ubi & mortuus est. Quid amplius petis? Quid ab homine mortuo metuis? Adhuc volo ut latus eius læcea perforet. Fac ut lubet. Veniat Lōgin^o, & aperiat latus eius, ex quo fluat sanguis & aqua. Nondum quiesco, nisi illum sub terra sepeliā, & lapide magno corpus exanimē tegam. Et hoc etiā protinus factum est. Deest aliud? sic. Sigilletur sepulchrum, & custodiatur à militibus. Iam nunc (ait mundus) contentus, atq; satis factus sum. O munde insane, stulte, ac ignorans, quomodo stultam fecit Deus sapientiam tuam. Hęc enim fuit via qua ad gloriam resurrectionis exaltatus est. Dedit quippè Pater vocem, & dixit ei. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, quæ ab inferno victor exurgit devictis Principatibus, & Potestatibus. Vnde potuit tunc dicere id quod dixerat Jacob. In baculo isto transiui Iordanem hunc, & nunc cum duabus turmis regredior. Solus quippè aquas tribulationis transiuit, nam discipuli sui omnes fugerunt, & ipse baculo crucis innixus torcular calcavit solus, nunc autem tanto cum comitatu in mundum revertitur. Poterimus & nos modò illa cantica canere, quæ filij Israël cecinerunt Domino, cum diuisis aquis maris rubri, iterum in vnum reuersæ sunt, ut Pharaonem cum exercitu suo submergerent. Tunc Maria soror Moysis, cum alijs foeminis tympana acceperunt, & cecinerunt dicentes. Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. Equum & ascensorem proiecit in mare. Aquæ diuisæ sunt, quando anima à corpore diuisa est, & tunc nobis via aperta est per rubrum sanguinem Christi. Hodie autem iterum in vnum reuersæ sunt aquæ, cum anima corpori reunita est, & diabolus & satellites eius suffocati sunt. Quare dicere possumus cum Maria matre Iesu. Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, &c. Ecce ergo quàm diuersæ sunt viæ Dei à vijs hominum: quia Deus humiles exaltat, mundus autem superbos eleuat: & idè dicebat Dauid. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quomodo ergo, insane, cogitas aliam viam ducere, quàm eam qua Christus & Sancti, alij iter egerunt. Ipse cum cruce super humeros peragravit iter, hac clauē cœlum aperuit, non aliam tu stulte cogites viā, sed si compatimur conglorificabimur simul

psal. 56.

Genes. 32.

Esai. 63.

Exod. 15.

psal. 83.

rom. 8.

in sempiterna beatitudine. Amen.

Iesum qui crucifixus est queritis, surrexit, non est hic. Iā supra diximus hæc verba significare, quòd propter obedientiam Christi vsque ad mortem crucis, data est ei gloria resurrectionis. Memini me suprā, cum de passione Christi agerem, sub hoc themate illam conclusisse quod Paulus ad Philippens. 2. habet, cum dicit. Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: & quia statim subiungit: Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Potest consequenter ad illud, & hoc subiungi, quòd in præmium obedientiæ suæ exaltauerit illum Deus hodiè, illum à mortuis suscitans, & deinde ad dexteram suam collocans: quoniam semper obedientiæ præmium honorificum est. Abraham, quoniam obediuit Deo volens sacrificare filium suum, pro præmio datum est ei quòd esset Pater Christi, imò omnium fidelium credentium in Christo, & quòd iusti omnes filij spirituales Abrahami dicerentur. Vnde & Sapiens dicit. Vir obediens loquetur victorias. Ac si diceret, *Tiene grandes triunfos que contrar de si*, Nam quoniam à Deo honorificabitur, in omnibus sic victor euadet, quòd magna trophæa consequetur quæ de ipso dicantur. Præmium obedientiæ Christi fuit victoria contra mortem, contra peccatum, contra diabolum, & aduersus infernum. Mortem deuicit moriendo, sicut ipse per Prophetam promiserat: Ero mors tua, o mors. Et quia mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Mors quippè iam non est mors; sed principium vitæ æternæ. Nam quando id quod ex corrupto generatur melius est quàm id quod corrumpitur, illa actio, generatio vocatur, non corruptio, vt Aristoteles docet in libro de generatione & corruptione. Sicut quando ignis generatur ex ligno quod comburitur. Nam quamuis hæc generatio sit cum corruptione ligni, tamen quia quod generatur est perfectius, quàm id quod corrumpitur, generatio vocatur, non corruptio. Idem quando generatur aqua de terra dices, & aer de aqua: quia ad perfectius elementum ascendit. Sic modò quod generatur de morte, iam non est mors, sed æterna vita: olim post vnam mortem alia sequebatur peior, quæ erat mors æternæ; nunc autem mors iusti vitam generat æternam: quare iam non mors, sed vita nuncupatur.

Alia moralitas, seu alia concio.

Philipp. 2.

Prover. 21.

nuncupatur. Natale vocat Ecclesia mortem iusti. Et hoc fuit certamen, quod inter mortem & vitam in mōte Caluario initum est. Nam mors vitam suā sagitta vulnerauit, & interfecit illam: Mortua est vita, & fecit illam mors mortuam. Vita verò mortem spiculo suo ferijt, & fecit illam vitam: quoniam iam mors est vita, cum ex illa vita æterna generetur. Hinc illud Pauli. Quali mortui, & ecce viuim⁹. Et alibi. Mortui estis, sed vita vestra abscondita est cum Christo in gloria. Nam in gloria incipit vita, quæ abscondita est post mortem. Et hoc est quod Ecclesia in suis canit officijs cū dicit hodiè. Mors & vita duello conflagere mirādo, dux vitæ mortuus regnat viuus. Quoniam in die passionis Christi mors & vita certamen inierūt, & videbatur victoria ex parte mortis stare; sed in fine vita moriēdo deuicit mortem, & fecit eam vitam. Hæc ergo fuit vna victoria quæ ex morte tulit Christus. De peccato etiam palmam tulit. Nā illud affixit cruci, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti: illud enim tulit de medio, & affixit cruci vt ait Paulus: vt destrueretur corpus peccati, vt amplius non seruiamus peccato. Et alibi ait. Nō ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Væ illi qui vexillum peccati de nouo exaltat, quod Dominus in cruce demisit: hoc em per duellionis notam inurit. Nam vt ait Paulus. Si ea quæ destruxi iterum reedifico; præuaricatore me esse cōstituo. Super quem illa maledictio cadet, quæ Dominus immisit super eum qui reedificaret muros Hierico, Iosue. 6. cap. Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit & reedificauerit ciuitatem Hierico. Nam multo labore diruti sunt. Per septem enim dies illam circueiunt, tubisq; clāxerunt, Arca Dei etiam illam circueiuit, vociferatus est populus, & post tot factas diligentias corruit murus Hierico. Vide per quot circuitus destruximus peccatum, quot sumptus fecimus, tot ieiunia, tot tubæ clangores, hoc est, cōtiones ac voces prædicatorum, populi clamor, suspiria, gemitus, lacrymæ, poenitentię, disciplinæ. Arca Dei per circuitus ambulat, cū Christus quatuor iudices circuit, atque ab vno in alium perducitur, & sic dirutus est murus & peccati robur destructum est. Maledictus ergo qui illud reedificare contenderit. Et hæc fuit victoria aduersus peccatum. Diabolus etiam deuicit, spoliavit, aquæ eliminauit à terra, secundum illud Ioann. 10. Nunc princeps huius

2. Cor. 6. Colof. 3.

Colof. 2.

Rom. 6.

Ibidem.

Gala. 2.

Iosue. 6.

Ioan. 10.

mundi eiciendus est foras. Nō omninò diabolus destruxit, sed cepit illum, & tanquā victum traxit illum, atque ligauit, sicut Ga baonitæ & Amorrhæi victi in terra promissionis permanserunt, et si viui, populo tamen Dei subiecti fuerunt. Diabolus quidem viuus mansit, & fomes peccati etiam in iustificatis post Christi mortem remanet; subiecti tamen illis, qui gratiam Dei in vacuum non receperunt. Sicut si vnus Rex alterū in prælio cepit, ac superauit; nec tamen illum occidere vult, sed secum circumferre, ad maiorem ignominiam & confusionem victi, & vt triumphus suus clarior appareat. Sic em fertur fecisse Saporē Regem Persarum cū quodam Romano Imperatore, quē in bello viuū ceperat, & Tamerlanus cū quodam Mahumeto Imperatore Turcarum. Nunquid illudes ei quasi aui, aut alligabis cum ancillis tuis? dicebat Iob. Nam puellæ diabolus illudunt, & quasi captum ferunt ad maiorem ignominiam & confusionem eius. Et hæc est victoria, quam ex diabolo & inferno lucratus est Christus. Sic enim prædictum fuerat, Morsus tuus ero, inferne. Quoniam sicut qui momordit panem, partē sumit, & partem reliquit; sic in inferno dānatos reliquit Christus, bonis ab eo eductis. Quod & Paulus docet cum ait. Spoliās Principat⁹ & Potestates, traduxit illos, *Truxo los à la verguensa*, triumphans illos confidenter in semetipso. Hæc ergo victoriæ fuerunt obedientiæ Christi præmia. Quare benè dixit Sapiens, quòd vir obediens loquetur victorias. Propter quod & Deus exaltauit illum. Tantis enim victorijs illum illustrem fecit. Triumphauit quippè de morte, de inferno, de peccato, & de diabolo, imò & de mundo, vt ipse dicit. Confidite, ego vici mundum. Et has victorias cōmunicauit nobis. Nā per illū hæc omnia nos etiā vincimus, secundū illā sententiā Pauli, quæ dicit. Deo gratias, qui dedit nobis victoriā per Christū. Igitur quia Dñs obediens fuit Patri vsq; ad mortē; idè exaltauit illū, & hic est dies suæ exaltationis. Quare & in hoc capite post resurrectionem suā dixit Dñs. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quā caput Ecclesiæ triumphatis, ac militatis effect⁹ est. Nā si Christ⁹ resurrexit (ait Paul⁹) & nos resurgem⁹. Imò & exemplar nostræ resurrectionis ipse est; ita quod ad similitudinē ei⁹ & nos resurgere debemus. Hinc Paul⁹ ait. Nūc autē Christ⁹ resurrexit primitiæ dormientiū. Id est, primus qui resurrexit, ad vitā immortalē. Et alibi ait.

simile.

Iob. 40.

Osca. 13. simile.

Colof. 2.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.



Philip. 3.

simile.

Rom. 8.

1. Reg. 30.

Cant. 2.

Gen. 9.

Ezech. 1.

Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Configuratum ait, hoc est, ad exemplar & similitudinem eius. Tamen ipse primitias immortalitatis tulit. Sicut primogenitus in optimis bonis melioratur inter alios fratres suos; illi autem ei innotuit, & ab eo pascuntur: sic nos a Christo omnia immortalitatis bona communicamus, si tamen copartimur ut & coglorificemur. Igitur cum Christus Dominus Patri usque ad mortem obediens extiterit, hodie (qui erat dies exaltationis suae) in premium suae mortis illum in statu resurrectionis collocat. Anima sua sanctissima in limbo erat, infernum ipsu paradysum faciens, corpus suum frigidum & vlceratam in sepulchro remanserat. Quid hoc est Domine Iesu, sic sacri corporis tui obliuisceris, quod sic bonam gessit societate cum anima tua? Legem quaedam statuit David, quod quando diuideretur spolia in bello parta, idem ius esset euntis ad bellum, & remanentis ad sarcinas. Corpus tuum remanet in sepulchro animam expectans; ipsa ad infernum debellandum, & spoliandum descendit parta iam victoria, debes o bone Iesu, cum illo diuidere spolia. In mente mihi venit quod diuinitas dicebat ad carnem sanctissimam tuam. Surge, prope: amica mea, columba mea, formosa mea, iam enim hiems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Ac si diceret diuinitas Christi eius carni. Iam hora est, formosa mea (omnia enim opera carnis Christi formosa fuerunt, nec foedum aliquid in ea fuit) hora est iam, inquam, ut a somno mortis surgas: praeteriit enim hiems, aquae diluuii siluerunt, ira Dei cessauit, tepestas flagellorum iam transiit, nubila etiam dissipata sunt, serena iam omnia ac rutila erunt. Et quemadmodum in diluuium non solum aquae transierunt, & serenitas caelo restituta est; verum etiam arcus in nubibus caeli fuit positus in signum pacis ac serenitatis. Quali aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuia, vidit Ezechiel aspectum Christi cap. 1. sic videre hodie carnem Christi, pacis signum est. Quam delectabile est videre arcum in nubibus caeli, tot varijs ac pulcherrimis coloribus vestitum. Quanto iucundius erit videre hodie Christi carnem, tot decoratam coloribus, claram ac viridem, propter pulchritudinem & virorem in quo resurgit: rubeo etiam colore aspersam, propter signa vulnerum quae secum fert. Hic Angelus ille

fortis est, qui iram in capite defert: quoniam iris signum est pacis & placati numinis. Ideo resurgens Christus pacem discipulis suis offert dicens: Pax vobis. Iam enim ira Dei placata est: nam ipse die tertia praeterita Patri dixit. Super me confirmatus est furor tuus, & omnes flucius tuos induxisti super me. Hodie autem dicit: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & circumdediti me laetitia. Hoc est, saccum humanitatis meae, qui ad effundendum sanguinem meum ruptus fuit; iam consumuisti illum cum anima mea, & reddidisti saccum, & totum circumdediti laetitia, animam scilicet, & corpus simul. Surge ergo iam anima mea, quoniam iam hiems, turbines, & procellae omnes abierunt, flores apparuerunt in terra nostra. Iam enim caro germinat flores, quae sunt dotes cum quibus caro Christi resurrexit; antea autem spinas & tribulos germinabat, quas & ipsi Domino Christo dedit. Sed postquam adimpleta est prophetia Iohannis cap. 3. qua dixit. Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Hoc est, postquam gloria animae communicatur corpori, spinas conuertit in flores. Ad hanc ergo vocem diuinitatis, qua ad humanitatem haec verba relata dicebat, Surge, prope: amica mea, &c. caro Christi gloriosa resurgit, anima intrat illam, & tanta decorat pulchritudine ut verbis explicari nequeat. Et quando plus aestimabatur quod mors illum fortiter iam tenebat; tunc exurgit triumphans de illa. August. 21. de Ciuit. Dei refert, quod in Aegypto est lignum cuiusdam ficus, quod si in aquam mittatur protinus submergitur, sed quando sub aquis pluribus diebus delituit, & humectatum est, & grauius factum, tunc repente super aquas apparet. Sic caro Christi & humanitas eius sanctissima, quae die tertia praeterita in ligno crucis mortua pependit, & sub terrammersa atque sepulta est, quando grauior videbatur esse pondere terrae aggrauata, hodie qui dies tertius est, super terram viuus, imo & omnium mortuorum vita apparet. Hoc quippe est suae obedientiae praemium, propter quod Deus hodie exaltauit illum, & de puluere terrae leuaui, iuxta illam Psalmistae sententiam. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ut collocet eum principibus. Haec ergo trophaea, atque victoriae suae obedientiae fuerunt. Undecim autem discipuli abierunt

Apoc. 19.

Psal. 87.

Psal. 29.

Ioh. 3.

August.

Psal. 110.

1. Cor. 15.

runt in Galilea, in montem ubi constituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerunt. Quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quaecumque mandauimus vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Haec apparitio omnibus fuit maior, nempe illa quae a Domino promissa est fieri in Galileam omnibus simul discipulis, tam publicis, quam absconditis, puta Nicodemo, Iosepho, & alijs. Et forte illa est de qua Paul. dixit. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul. 1. Cor. 15. deinde Iacobo, deinde Apostolorum omnibus. Et haec saltem facta fuit post dies octo, post quos vndecim, praesente Thoma, apparuit Dominus. Quod autem dicit: Quidam dubitauerunt, intelligit de aliquibus qui non erant ex vndecim: illi enim iam crediderant; vel refert illos, qui ante hanc apparitionem dubitauerunt. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Hoc est, ego qui secundum quod Deus omnipotens sum, modo secundum quod homo, potestatem omnem accepi super caelum, & terram. Nam habentis in statu sui, quo frigori, calori, flagellis, ac morti subiectus fuit; modo autem statum adeptus sum Regni, quo praesum caelo, & terra: & qui prius quatenus homo potestatem habebat super omnia ex simplici dono diuino: modo ex merito passionis, & mortis meae adeptus sum potestate super terrestria & caelestia. Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos, &c. Docenda quippe prius sunt ea quae sunt credenda, amanda, & speranda, & chara habenda. Hinc Ecclesia catechismum praemittit Baptismo. In nomine Patris, &c. Non dicit. In nominibus: quia vna est virtus trium Personarum, in qua baptizamus, hoc est, abluimur Christiani: baptizare quippe, abluere dicitur Latine; & quia ablutio fit aqua, praesupponitur, quod haec sit materia. Eos. Hic discimus quod nullus baptizare se ipsum potest: dicit enim, Eos, non dicit, Vosmet, significando diuersitatem personarum abluentium, & abluendarum. Instituit autem Dominus Iesus omnes baptizari, ut effectus passionis, mortis, ac resurrectionis suae, mediante Sacramento Baptismi, applicaretur singulis saluandis merito ipsius Christi. Confertur enim per Baptismum interior ablutio animae: ita ut nulla macula, aut obex sit, quae impediatur ne statim ad caelum

aduolet, nisi ipse impedimentum ponat. Ex his etiam consequitur, quod vera forma Baptismi est. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nam nunquam aliter collatus est Baptismus. Nam etiam si in Actis Apostolorum videatur referri Baptismus collatus in nomine Christi, & D. Amb. lib. 3. de Spiritu sancto, id videatur insinuare; non tamen debet intelligi, quod Baptismus duntaxat in nomine Christi conferretur, & quod solum nomen Christi in forma Baptismi exprimeretur; sed intelligitur, eos in fide Christi, aut in merito eius, aut efficacia passionis eius, baptizatos in Christo Iesu. Docentes eos seruare omnia, quaecumque mandauimus vobis. Sicut Baptismum debet praecedere catechismus, ita & bona opera subsequi. Nec enim sufficit scire credenda, speranda, & diligenda ex charitate; sed etiam scire quae sunt operanda, & a quibus est abstinendum: haec enim sunt quae seruare oportet. Verum haec omnia comites sunt, tam antecedentia, quam consequentia, sine quibus tamen verum constat Baptisma: quoniam non partes eius, sed comites, ut patet in Baptismo paruulorum. Sed quoniam in his verbis expressum mysterium sanctissimae Trinitatis profiteamur, & ideo in Missali Romano in ipsis festiuitate legitur; aduertendum est, hoc sanctissimae Trinitatis mysterium excellens ac maius esse omnium quae in fide profiteamur, quod absque fide impossibile est omnino nos capere, aut intelligere posse, vel credere. Confitemur enim vnum Deum, vnum Dominum, vnum omnium Gubernatorem solum: sed hoc etiam Philosophus naturali duntaxat lumine fretus confessus est. Lumine quippe naturali constat esse vnam primam causam, vnum solum Principem, vnum solum totius Vniuersi Gubernatorem, a quo omnia, per quem omnia, & in quem omnia sunt, continentur, & gubernantur. Hoc autem luce clarius est, imo ipso Sole splendidius, ad quod solo lumine naturali pertingitur, quamuis ei qui hebes est, lumen fidei hoc etiam docet. Imo & ille qui huius veritatis iam demonstrationem habet, si lumine fidei simul illustratus est, certius & firmitus huic assentitur veritati. Nam si dederis mihi duos Philosophos, qui huius propositionis, Deus est, demonstrationem habent, quorum vnus sit Christianus, & alter paganus, maiorem certitudinem habebit Christianus, quam paganus: quoniam ille habet fidem, quae habitus quidam est, licet obscurus, certissimus tamen,

Moralitas seu coicio.



atq; firmissimus, & infallibilis, & quia maiori certitudine, quam ea quæ à lumine naturali præstatur, assentit suis veritatibus. Igitur profiteri vnū solum Deū, commune etiam est Gentili Philosopho, ac Christiano, licet hic certius assentiatur. Cæterum Christianus plūs cōfiteatur. Fatetur quidem vnum solum Deum, vñ solum Dominum, vnum solum Gubernatōrē Vniuersi, vnam solum substantiam infinitam, hanc tamen in tribus substantiis personis, quæ æqualiter eandem numero substantiam communicant, idem esse, & idem posse. Et quod quælibet harum personarum Deus est, infinita, & æterna, sed nihilominus non sunt tres Dij, nec tres Domini, nec tres omnipotentes, nec tres æterni; sed vnus solum Deus infinitus & æternus. Et quod ex his tribus personis vna innascibilis est, à nulla aliarum procedens, & alia duæ sic. Pater est ingenuus, à quo procedit Filius, & Spiritus sanctus ab utroq;. Et cum sit eadem essentia, idem esse, idem posse, idem velle harum trium personarum; sunt tamen tres distinctæ personæ, est vnica tamē essentia. Interroga obsecro hoc Aristotelem, quantuncumque Philosophus fuerit, & irridebit te, & dicet hoc impossibile omnino esse, & mille cōtra te sophismata cōfinget, quæ putabit esse demonstrationes, cum tamen in veritate non sint: nam vna veritas alteri non cōtradicit. Et licet hæc sit veritas supernaturalis, naturali nostra excellior; non tamen est cōtra illam: nam ad hoc non hoc lumine, sed alio maiori, & illustriori pertingitur, quo ille caruit, quo tamē nos Dei misericordia illustramur. Quare cum hoc mysterium Dñs manifestare voluit Nicodæmo, sic nouam ac mirabile ei visum est, quod etsi Doctōr legis erat; tamen tanq̄ stultus se habuit, cum dixit: Quomodo possunt hæc fieri? Ac si diceret: Quomodo potest homo nasci de nouo? Quis est Pater qui eum generat? Quis ille Spiritus, qui insufflat in eo? Quis est ille filius de quo loqueris? Quis eum mittit? A quo procedit? Quod est nomē eius, aut quod nomen Patris eius, si nosti? Non hæc certe capere possum. Nec mirum: non enim hoc lumine, quo hæc illustrantur, perfunderis. Naturale quidem intellectui est veritatem amplecti, nam condidit Deus intellectum nostrum sic veritatis amicum, ac inquisitorem illius: vt mox quod addat veritatem illam amplectitur, illi protinus insidet: quo-

niam propria sedes veritatis intellectus est, & ideo cōfestim amicitiam inter se ineunt, & tãquàm affines, & amici se mutuò agnoscunt. Magnam certè cognationem habet intellectus cum veritate, debet tamen illi esse proportionata, & æquabilis luci quam ipse intellectus habet. Sicut naturale est oculis videre lucē, & apertis oculis, iocundissimè illa perfruitur homo; debet tamen esse lux proportionata: nam ad radios Solis cæcutiunt oculi, nec eos intueri valent: quoniam lux illa non illis proportionata est, sed excellens nimium. Nam etsi radij Solis lucidissimi sunt, non tamen ad illos imbecillitas nostrorū oculorum pertingere valet, sicut oculi noctuæ aut vespertilionis aspiceret quidem possunt lumen stellarum, non tamen Solis, quod imbecillitatem illorum longo intervallo excellit. Igitur veritas lux est, quæ maximam cognationē cum nostro intellectu habet, debet tamen illi proportionari & æquari. Lumen quidem Lunæ, ac stellarum intelligere possumus, hoc est, veritates has naturales omnibus communes; sed Solem ipsum, hoc est, diuinitatē Patris, radios eius ac splendores ab eo procedētes, Solem ipsum, qui est Pater, diuinitatis principium; Filium, qui est splendor gloriæ eius; Spiritum sanctū qui radius quidam est istius Solis: hæc non est lux nro intellectui æquabilis, in immensum nostram superat lucem, & cum splendidissima in se sit, nobis tamē tenebræ sunt: posuit enim tenebras latibulum suum, & dicit: Quomodo possunt hæc fieri? Induerunt David, cum pastor esset, armis Saul, vt cum illis pergeret ad certamen contra Goliath: at ille ea ferre non valuit, sed à se abiicit. Quid enim? Ille rusticus pastor erat pellibus indutus, soccis calceatus, peram in brachio portans, inter quercus & fagos nutritus, nunquam assuetus ensi, sed funda lapidem iaciens, vel ipso strepitu minabatur ouibus, aut sybilo eas vocans traheret; quomodo ferre posset loricā ferreā, aut ocreas æreas? Et in capillis contortis, quomodo galea posset sustineri? Auferte (aiebat) ista à me: nec enim his assuetus sum. Date mihi meam peram, meam fundam, meum baculum pastorale, quibus cum leonibus & vrsis dimicare soleo. Si meam in circulū duxero fundam, illa inimicū hunc prosternam: nec enim alijs etiam melioribus armamentis vnquam assueui. Sic homo rusticus ac insolens rerum magnarum est, qualia sunt ea quæ fides docet, quæ nō sibi

1. Reg. 17.

com.

cōmensurate sunt, nō illis assuefacti est, nec ea vllatenus capere potest intellectus eius, cuius in immensum mensurā excedūt: dimittere illam circumagere fundā, mundū hunc rotundū circūire, ea quæ palpat, videt, sentit & audit, hæc vix capere potest, quibus tamen assuetus est, quæ nec suam capacitatem excedūt; & tamen à paucis, & per longum tēpus, & mille intermixtis falsitatibus hæc ab eo capiuntur. Quomodo alia intelligere valebit? Verū si his armis assuecneret, illis vtique dimicare valeret. Si hos supernaturales habitus indueret, illis vt ad intelligenda maiora posset. Verum est, quod hic habitus deberet esse supernaturalis, qualis est fides supernaturaliter à Deo infusa, habitus quidam diuinus à Deo datus, quo imbutus intellectus noster, imbecillitas eius roboratur, vt possit videre lumē Solis, quod antea nō valebat (est enim quædam participatio superni luminis) quare cognationē iam ac propinquitatē cū illo habet: & ideo in intellectu cui insidet, eundē efficit effectū circa veritates supernaturales, quæ lumē naturale circa naturales facit. Nam sicut intellectus noster veritatibus naturalibus assentitur, eò quod lumini quod in se habet consentiunt: sic intellectus fide illustratus veritatibus supernaturalibus assentitur: nam iam lumini fidei, quod in se habet, conueniunt, & proportionantur, iam eas agnoscit, quoniam ab eodem originē ducūt. Si enim veritates supernaturales sunt, lumen etiam est naturale à Deo infusum: & si veritates e cœlo venerunt, fides etiam inde originem trahit, nec industria humana haberi potest. Dei enim donum est (ait Paulus) ne quis gloriatur. Quare ipsa debet nos in his supernis mysterijs ducere: namq; naturale lumen id nō valet, imò deficit tūc, & absconditur quasi cedens superiori lumini. Sicut qui nauigat ad mare Sur, versus Polum Antarcticum, certo intervallo ac distātia ab hoc Polo absconditur Polus hic, & alter adhuc nō videtur, & tunc nauæ (vt ipsi referunt) per tres stellas, quæ in cœlo tunc apparent, gubernantur, quæ loco Poli illis deseruiunt. Sic lumē naturale, quod est Polus quo gubernamur in hac vita homines, cū tres stellæ nobis apparēt, hoc est, cū Trinitatis mysterium perferutamur, absconditur & occultatur nobis, deficit enim tūc lux eius, nec ad tantum mysterium nos ducere valet cedens tam immenso lumini. Ascendimus quippè iam valde supra illud, &

Ephes. 2.

simile.

ideo dum alter Polus nobis apparet, qui erit lumen gloriæ in beatitudine; per has tres stellas, hoc est, per fidem trium personarum diuinarum gubernari debemus. Hæc enim est quæ tres Reges duxit ad Deum. Et hoc est quod Paulus insinuare voluit, cum ad Corinthios scribens præcipiebat, vt mulier velato capite oraret; vir autē, aperto capite, orationem faceret: & quod mulier non loqueretur in Ecclesia, vir verò sic. Nam lux naturalis, respectu luminis fidei, gerit vicem mulieris, debilis quippè ac imbecillis est ad mysteria fidei pertingenda: lumen autem fidei gerit vicem viri. Lux ergo naturalis velet caput suū & oculos: quia hæc perspicere nequit, & in Ecclesia nō loquatur, sed maiori lumini cedat: quia nec intelligit, nec videt ea quæ supra se sunt; captiuetur intellectus in obsequium fidei. Hæc autem quæ viri gerit vices, in Ecclesia loquatur, discooperiat caput: oculos quippè habet ad videndum diuina & supernaturalia, saltem eodem modo quo hic perspicit, ac videri possunt: nam sine illa nec Cherubin, nec Seraphin ea intelligere valerent. Quare cū Samaritana à Domino aquam illam viuam postulasset, dictum est ei: Vade, voca virū tuum. Et illa dixit: Non habeo virum. Quoniam fide carebat, sine qua viuā hæc aqua mysteriorum fidei potari non poterat. Vnde ad vocem, quæ de throno exibat (vt ait Propheta) Seraphin qui circa thronum volitabant, demittebant alas suas, & illis operiebant oculos: quoniam Seraphin qui naturali intellectu sic excellunt & eleuantur, vt super omnia alia extendant alas suas, & volent: tamen cum vox de throno sonat, hoc est, cum fides loquitur, quæ est vox de throno Dei exiens, demittunt alas suas, & ingenia alta humiliant, subijciendo se lumini fidei, tanquàm superiori sibi, humilem confidentes quemlibet intellectu creatum lumini fidei collarum. Et alis suis quibus volant, operiunt oculos: quoniam multotiens delicatiora ingenia, quæ super alios volare videntur, sibi ipsis impedimento sunt ad videndum ea quæ sunt fidei: & suo paruulo lumine freti cæcutiunt ad maius lumen. Seraphin ergo huic lumini se impares esse agnoscunt. Ascendit (ait Propheta) super Cherubin, & volauit super pennas ventorum. Eleuatur quippè Deus, & super velocitatē ventorum, qui spiritus in Scriptura dicuntur, & super omnes Angelorum spiritus, & super hominum maiora ingenia, quæ per ventos

2. Cor. 11.

2. Cor. 10.

Ioan. 4.

Psal. 17.



ventos significantur. Dices ergo, si nec Angeli, nec Seraphin, nec sublimiora hominum ingenia ad hæc mysteria pertingere queunt, quid agendum est? Ad quem occurrendum? Cui hæc scienda interrogatio est? Quomodo possunt hæc fieri? Angeli ad hæc non pertingunt, hominum ingenia multo minus, quis ergo hunc nobis nodum dissoluat? Vultis, fratres mei, Ecclesia Catholica Romana est, ad quam accurere debemus. Illa enim harum veritatum magistra est, quam Spiritus sanctus docuit, cuius instructa doctrina contra Arrium, contra Sabellium, & contra alios perfidos hæreticos nos docuit huius mysterij veritatem. Memineritis, obsecro, illius historiae, quæ in libro Iudicum narratur, quando Sanson in terrâ Philistinorum pergebat ut uxorem acciperet, & in via occidit leonem, ad quæ cum post aliquos dies diuertisset, vidit examen apum in ore eius, & proposuit enigma illud conuiuis. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quod cum non potuissent conuiuæ enodare, tuaserunt uxori eius ut ab eo exquireret, & indicaret illis. Quod cum fecisset, & illi enigma propositum rectè interpretarentur: respondit eis Sanson, & dixit: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Ecclesia Catholica Romana est hæc Sponsa Christi, cui ipse secreta cælestia reuelauit, & enigmata sic obscura, ut nullus creatus intellectus illa dissoluere valeret. Quid ergo faciendum? Certè hanc Christi Sponsam sollicitare, & dicere ei: Quomodo possunt hæc fieri? *Que cosa, y cosa es.* Quomodo tres, & tamen vnus: & si vnus, quomodo tres? Quid hoc rei est? Et postquàm id nobis docuerit, cõfitemur illud in Credo, quod quotidie cõfitemur, & profitemur in Ecclesia, & cum nos id audierit cõfidentes Dñs, dicit: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam: Si id non interrogassetis, & didicissetis ab Ecclesia mea, quæ per fidem mihi desponsata est, nunquàm hæc disceratis secreta: Illi enim ego reuelauit. Quod & D. Aug. cõfitemur, cum dicit: Euangelio non crederem, nisi me autoritas Ecclesiæ commoneret. Nec enim ego sciebam quod esset Euangelium in quo veritas certa cõstabat, Matthei, an Marci, an Nazaræorum, nisi mihi Ecclesia quatuor Euangelia proposuisset, in quibus certa fidei nostræ veritas cõtinetur. Hinc & Paul. ad Timot. ait: Hęc scribo tibi, fili Timoth. ut scias quomodo oporteat te

1ud. 14.

conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Ab illa enim hæc veritas pendet, & in illa sustinetur. Ad illam igitur properare debemus, dicentes: Quomodo possunt hæc fieri? Quod nam tam grande mysterium hoc est, Ecclesia Dei? Dic nobis qua ratione id effici queat? Et respondebit nobis, ipsam nihil aliud horum mysteriorum scire, quam ea quæ Sponsus suus in suo Euangelio manifestauit illi, nec vlla alia ratione fulciri, nisi quia Deus dixit, cuius autoritas omnibus demonstrationibus Euclydis præponderat, & certior est. Et quod Euangelium docet hoc est. Quod dato Deum esse vnum, & simplicissimum, taliter quod nulla res sic vna est, ac Deus, imò est vnitatis principium, a quo omnis vnitatis deriuatur: nihilominus in illo sunt tres personæ distinctæ, sicut ego, & tu, & alius. Nam dato quod Deus sit vnus, tamen quia est non solus beatus, verum & ipsa beatitudo, tenemur ab illo solitudinem excludere, sicut excluderemus a quolibet homine, qui est totius mundi esse, ut esset beatus. Nam si esset solus, beatus non esset: quoniam beatitudo in vna sola persona cõsistere nequit, sed oportet ut beatitudinem suam, quæ semper habuit, habet, & habebit, alijs communicet personis cõternis sibi. Intellegimus ergo vnum Deum, & tres personas, quarum quilibet sit Deus hæc ratione. Dicimus enim quod Deus cognoscit seipsum, & ex seipso producit imaginem sui ipsius, conceptum, vel notitiam quandam, quæ ipsum Deum exprimit ac representat, put ipse est. Cui notitiæ ac imaginis cõmunicat suum esse, suam substantiam, sua bona, & totum quod ipse est. Deus quippe est naturæ intellectualis in infinitum perfectioris, quam Angelica, & seipsum intelligit ac cognoscit: quoniam sua beatitudo in cognitione sui ipsius sita est. Et hic conceptus quæ ex se producit Deus, & per quæ seipsum agnoscit, debet esse cõternus ipsi Deo; quippe qui ab æterno cognouit se, & infinitus etiã, cum rem infinitam exprimat, & cum nihil sit æternum, aut infinitum nisi solus Deus. Et cum in Deo nullum sit accidens, sed totum quod in ipso est, sit ipsissima Dei substantia; hinc fit quod conceptus hic ac notitia, sit substantia Dei, & hunc conceptum propriissimè vocamus filium Dei eadè proprietate, imò & multo maiori, quam illum quem ex te genuisti vocas filium tuum. Ideo quippe ille dicitur filius tuus, quia ex te procedit in similitudinem

similitudinem

propria natura: hic conceptus procedit a Patre in similitudinem propriae naturæ; ergo verè dicitur filius eius. Vocamus autè hunc filium, Verbum, & conceptum: ne putares eodè modo gigni, quo filius carnis carnalis. Nec enim ea fixitate, ac perfectione a Patre generatur hic filius; sed tanquam Verbum, ac conceptus mentis subtilissime, delicatissime, simulque purissime ab illo procedit, sicut conceptus, ac verbum immaterialiter producitur ab intellectu. Et hæc est secunda persona, quæ filium dicimus. Ex hac autè cognitione Dei consequitur amor, qui Spiritus sanctus dicitur. Nam omnis voluntas non impedita producit amorem, secundum totam suam vim, & secundum id quod diligit: Deus autem infinitus est, & id quod amat etiam infinitum: amat enim seipsum, qui infinite diligibilis est. Igitur hic amor infinitus est, & æternus, sicut ipse Deus: nihil autem est infinitum & æternum, nisi Deus; ergo amor hic Deus est. Et quia nihil in Deo, præter Deum, nec accidens, nec extranea substantia aliqua est in eo, sequitur quod hic amor sit ipsa substantia Dei, & hic dicitur Spiritus sanctus. Tanta quippe vi hic amor a Deo procedit, ut ipsam Dei substantiam rapiat post se. Hæc ergo sunt tres personæ diuinæ, quas in vna substantia cõstemur, & hoc est quod fides Catholica docet, & quod in vndecimo Concilio. Tolet. Hispani professi sumus, & profitemur modo, tempore Recharredi Gothorum Regis celebrati, consobrini B. Leandri, & Fulgentij, postquam per trecetos annos in Arriana secta detenti fuerat. Nunc autè non hæc mysteria videmus, sed credimus: nam (ut Paulus ait) videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autè facie ad faciem. Nunc in Ecclesia hæc Sacramenta videmus tanquam in quodam veritatis speculo, in quam radius quidam luminis huius reflexus nostros intellectus illustrat. Veniet, veniet dies (saxit Deus) in quo in seipsa, & sicut est, hæc videbimus veritatem, & cum Regio Propheta cõturbabimus, & dicemus: Sicut audiuimus, sic vidimus, in ciuitate Dñi virtutum, in Ciuitate Dei nostri, quado ex hoc exilio ad Patriam propriam transferemur. Nihil enim falli nobis Ecclesia dixit, cum omnia hæc videamus clarè ita esse, sicut Fides docuit. Ex his autè duo ego colligo, quæ cor meum ædificent. Primum. Agnoscere magnitudinem ac excellentiam Dei, ad quæ nos pertingere non valet intuitus; ut tantæ humilitemur maiestati, & cum Iob dicamus: Ecce

1. Cor. 13.

Psal. 47.

Iob. 36.

Deus magnus vincens scientiam nostram: ut cum timore & tremore nostram salutem operemur, & exultemus ei cum tremore demittentes alas intellectus nostri coram illo, cognoscentes quanta nos superet maiestate, eodem modo quo ante eum columna cæli cõtremiscunt & pauent ad nutum eius, quem adorant Dominationes, & tremunt Potestates. Secundum, quod cui talia mysteria reuelata sunt, ad quæ consequenda aspirare debet, iniuriam suo irrogat cordi, si in rebus parui momenti illud derinet. Qui enim Dei gloriam sperare potest, cur ad minima attendit? Non solum autè (ait Paulus) sed & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Speramus enim talia, ut ea solum posse sperare magna nobis gloria sit. Et quia hæc supernaturali luce percipimus, ut filij lucis debemus ambulare. Eratis enim aliquando tenebræ (ait Paulus). Nunc autem lux in Dño, ut filij lucis ambulate. Fructus autè lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite cõmunicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autè redarguite. Et. 1. Pet. 2. Vos autè genus electum, Gens cõfessada del mundo. Regale sacerdotium, Gens sancta, populus acquisitionis, id est, acquisitus Deo, ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autè populus Dei; qui non misericordiam consequuti, nunc autem misericordiam consequuti. Gens tantis titulis decorata, quid in fecibus terræ sedet? Cur non alta petit? Filij hominum (vel filij inclyti, ut habet alia litera) vsquequo graui corde? Cur cor deprimitis, & non potius in alta leuatis? Ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Intellectus in tam alta mysteria doctus, cur se exerceat in his caducis, inueniendo modos rapiendi, thesauros augendi, alios decipiendi, & sic de alijs; & non potius in intelligendo diuina, ad quæ per gratiam Christi vocatus es, ut ea interna gaudia possideas? Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. In hoc promittit se nunquam defecturum Ecclesiæ suæ, & quoniam in Ecclesia sua nunquam deficient iusti, & fideles, quibuscum sit. Licet etiam hoc possit intelligi de assistentia Christi in Sacramentis Eucharistiæ, in quo realiter & presentialiter licet sacramentaliter, est nobiscum. Quod maximi amoris, ac benevolentie signum fuit. Id enim est quod Salomon admirabatur, quando post consummatum magnificum illud templi

Iob. 26.

Rom. 5.

Ephes. 4.

1. Pet. 2.

Psal. 4.

Moralitas seu cõcio.



2. Paral. 6
3. Reg. 8.

Dan. 2.

templi ædificium simul cum propitiatorio, quod erat umbra, ac figura huius veritatis, dicebat: Ergo ne credibile est, q̄ Deus habitet cum hominibus super terram? Et 3. Reg. 8. Ergo ne putandum est, q̄ verè Deus habitet cum hominibus super terram? Verè dicit, vbi insinuat, de veritate, potius quàm de figura illa loqui. Certè valde mirabile est, quod res tam grandis, qualis est Deus, tantæq; maiestatis ac potentia, nõ dedignetur in sua propria ac diuina persona cohabitare super terram, cum tam barbara, rustica, ac inurbana gēte, quales homines sumus. Quilibet em̄ æqualem ac similem sibi querit, quo cum conuersetur & tractet. Sapientes illi Chaldeorū, quos Nabuchodonosor Rex vocauit, vt somnium quod viderat & fugerat ab eo, simul cum solutione & interpretatione eius dicerent, *Que le dixerent el sueño y la soltura:* responderunt Regi ac dixerunt: Sermo quē tu queris, grauis est, o Rex, nec reperietur quisquā, qui indicet illū in cōspectu Regis, exceptis dijs, quorū nulla est cum hominib⁹ conuersatio. Nec em̄ excogitare aut credere poterant, q̄ res sic grandis, qualis est Deus, deiceret ac demitteret se, vt cum re tam parua, qualis est homo, conuersari dignaretur. Et ideo dicebant, Quorū nulla est cum hominibus conuersatio. Nec em̄ intelligere poterant, quāta esset bonitas Dei, quantoq; amore intellū hominē prosequeretur, ac diligeret, nec ipsummet Deum dicentē audierant, Delicta mea esse cum filijs hominum. Et ideo mirabantur homines, & dicebant: Ergo ne credibile est, q̄ Deus habitet cum hominibus super terram? Ita certè credendum est. Ipse enim dicit modò: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationē seculi. Et ideo adinuenit hunc mirabilem modū existerendi cum hominibus super terram, nempe altaris Sacramentū, in quo se nobis reliquit tanquā Sacramentū, & tanquā sacrificium. Tanquā Sacramentum, vt in Ecclesia sua perpetuò esset, & in omnibus fidelibus per huius Sacramenti communicationem: tanquā sacrificium, vt rem altiorē quàm Lex vetus haberemus ad offerendum Deo sic purū ac acceptum sacrificium, quale homo necessarium habebat. Tanquā Sacramentū, quatenus homo vteretur illo: tanquā sacrificium, vt illo placaretur Deus. Tanquā Sacramentū, vt illum presentē haberemus. Tanquā sacrificium, vt quotidie illud offerrenus Deo. Primum, q̄ tanquam Sacramentum se nobis Dñs re-

liquerit, constans apud oēs Catholicos est, qui veritatem Dei & Ecclesie sue sancta credunt. Definitum sic est in hac domo Dei columna & firmamentū veritatis, & tanquā hæreticus dānatus est qui aliter senterit de Sacramentis, quàm Ecclesia Dei sentit. Et ex definitione Sacramenti hoc etiam cōstat. Nam Sacramentum est signū rei sacrae, pertinens ad nostrā iustificationē. Hoc Sacramentum sumptū est signū gratia, quæ animas iustificat; accidentia illa alba, quæ in hostia consecrata vidētur, sunt oculis signa eius qui intus continetur, nempe Christi iustificatoris nostri; ergo Sacramentum est. Imò & maximū omnium Sacramentorum. Nam cætera Sacramēta continent gratiam, hoc authorem gratia. Alia participant aliquam virtutē Dei, tanquā eius instrumenta; hoc continet ipsum Deū. Alia ad hoc ordinantur Sacramentū; hoc autem est scopus, & finis aliorū. Baptismus quippè aperit nobis ianuā Regni, & ingressum ad illud: Confirmatio roborat, vt illud sumere valeamus, Pœnitentia, imò & aliquādo extrema Vnctio nos disponūt ad illud: mundant quippè domum cordis, vt dignū ei præparemus hospitium. Matrimonium hanc ineffabilem vnionem significat, quā Deus cum anima, hoc Sacramēto mēiante, efficit in eo quippè comunicatur nobis tanquam cibus, qui in se lumentem trāsfert, & secum illum iungit, ac vnit. Deniq; Ordo sacer ad eius ministerium institutus est: quare altius cæteris Sacramentis est, finis & consummatio eorū. O quanta nobis inerat necessitas. Dñe Deus, vt tua fruermur societate, ac presentia. Impossibile quippè fuerat absq; te transigere vitam, nisi te nobis in hoc reliquisses Sacramentum. Continua quippè bella, continuum nobis certamē reliqueras, cū diabolo, mundo & carne, præcipiens nobis, ne aliquod foedus, aut cōmerciū inter nos & illos esset. Nolite diligere mundū, nec ea quæ in mundo sunt, ait Apostolus tuus Ioannes. Et alius: *1. Ioan. 2. Roma. 12.* Nolite (ait) conformari huic seculo. Omnes creaturae sunt mulpulæ, & retia pedibus insipientium: ita vt B. Antonio videretur impossibile esse illa euitare. Et Paul. dicebat: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et cum gens sit fortis contra quam dimicare debemus: tamen præcepisti nobis vt inermes graderemur: ita quòd nec baculos, nec calceos, nec perā tandē duceremus

1. Ioan. 2
Roma. 12

Ephes. 6

simile.

Can. 2.

Exod. 4.
Ibid. 25.

Ibid. 33.

Hebr. 1.

ceremus nobiscū, sed sicut oves in medio luporū ambularem, nec nos defenderemus, sed percutienti nos in vnā maxillam, aliam illi præberemus. In his omnibus periculis constituti necessaria maximè nobis tua erat presentia, Dñe, qua nos foueres, promptiores, animososq; faceres, & tanquā optimus dux nobiscū esses: vt sic tot onera bellorū, laborū, ac tentationū ferre possemus. Multum interest Ducis ac Imperatoris presentia, vt milites fortiter in bello se habeant; animos quippè maiores capiunt, cum presentem vernunt illū, qui fortiter gesta præmiare, & ignauiam punire debet. O Christiani, presentē nostrū Ducem ac Imperatorem habemus. Christum, qui ex illo eminentiori altaris loco nos inuuetur, vt videat quis rectè dimicet, vt præmiat; quis deficiat, vt roboret; quis inimico cedat, vt castiget. Talē quippè illū intuebatur Sponsa, cum dicebat. En ipse stat post parietē nostrum respiciens per fenestras, prospiciens, per cancellos. Per vitreas quippè illas fenestras, per cratem illam, ac cancellos nos specularatur, circūspicit vt sciat qualiter se vnusquisq; gerat. Roborare fortis miles Christi, animosque cape robustos, confundere ignaue, meticuloseq; præliator: quoniam Imperator tuus te inuuetur, quomodoq; te habeas circūspicit. Ideò Moyses renuebat in desertum progredi tanta cum multitudine populi, nisi Deus pmitteret se cū illis iturū. Vnde & Exod. 4. dicebat: Mitte, Dñe, quē missurus es. Et cum postea, c. 25. promississet illi Deus se missurum Angelū, qui eos præcederet per desertū: respondit Moyses, & dixit, c. 33. Si tu ipse nõ præcesseris nos, non educas nos de loco isto. In qua em̄ scire poterimus nos inuenisse gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? Ac si diceret: Remaneant Angeli ad mouēdos cœlos, & vt tuæ ministrent maiestati: te em̄ querimus, tuamq; presentiam deposcimus. In quo enim scire poterimus nos inuenisse gratiam in cōspectu tuo, nisi tu gradiaris nobiscum. Multo melius hodie id adimpleuit nobiscum Deus, nam populo illi Angelū dedit, qui vices eius gereret, nobis autē ipsemet Deus assistit, suaque diuina persona nobis præsens est, iuxta illam Pauli ad Hebræ. 1. sententiam, qua dicit: Multifariē, multiq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis; nonisimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Ecce (inquit) vobiscum sum. Ecce, ait, Ac si diceret: Attendite, qm̄ nouo

modo vobiscū sum, & maneo, sicut antea solebam; sed altiori & propinquiori modo, nempe mea ppria persona. Igitur præcedit nos magnus hic consilij Angelus, ducēs nos per desertū. In hoc quippè Sacramento habemus columnā illam ignis, quā per noctē illuminabatur populus ille, & nubē albam, qua per diē ducebatur. Nam in hoc Sacramento est Christus Dñs, qui est lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientem in hunc mundum. Qui secundum diuinitatem, columna ignis est, iuxta illud: Deus noster ignis consumens est. Et ne ignis hic consumeret nos, nec sustinere illum possemus (quis enim ex nobis habitare poterit, cū igne deuorante, vt clamat Esaias) temperat nobis lucem ac calorē eius cum candida illa nubecula parua ac rotunda illius quantitatis, qualis est hostia illa, sub qua Deus ipse delitescit. Nam et si tenuis ac clara videatur, densior tamen est quā apparet: qm̄ radios Solis ipsa continet, ita quòd dicere poterimus cū Esaias: Verè in es Deus absconditus. Qua nube tam lux quā calor sic temperantur; vt & imbecillis & fortis illā aspiciere queant. Hoc autem tanta fit sapientia, & potētia; vt nullus valeat intellectus creatus attingere. Vnde & Ecclesia clamat, & dicit: Quantum potes, tantum plaude: quia maior omni laude, nec laudare sufficis. Habere ergo Imperatorem nostrū presentem, hoc hostes maximè deterret ac fugat. Si em̄ Philisthai tanto timore correpti sunt, audientes Arcā Dei esse in cāpo filiorū Israël, vt plorantes dicerent, Va nobis. Quis nos liberabit de manib⁹ deorū istorum magnorum, qui per dederunt Egyptum? Et tamen illa umbra erat. Quid faciet veritas? Vnde & Philisthijn Deum suum Dagon coram Arca Testamenti prouolutum inuenerunt, capite simul cum manib⁹ & pedib⁹ truncatis. Nam coram hac Arca demones cadūt, caput serpentis absconditur, & potestas illis nocendi aufertur. Et sicut populus ille grādum solemnitate circumducens Arcā super humeros Sacerdotum, vociferantes deterrebat hostes: sic & nos verum Dñi corpus super humeros nostros ferentes, clamantes, & laudantes. Dñm intolerabiles hostibus efficiemur. Igitur ppter nostrā consolationem, vt in nrā esset societate præsens, sicq; nos cōtra hostes roboraremur, & terribiles illis efficiemur, se nobis Dñs in hoc Sacramento reliquit. Vnde & Ecclesia in hymnis canit & dicit: O salutaris hostia, quæ cœli pandis

Exod. 13.

Esai. 33.

Esai. 45.

1. Reg. 4.
C. 5.



pandis ostium, bella premunt hostilia, da-
bur, fer auxiliū. Pusillanimes cōforta, & te-
neros adiua, tyrōnes robora, & ex eo loco
in quo es, officii recti ducis exerce. Sed sub
Sacramento se nobis reliquit, sub illis spe-
ciebus absconditus: hoc enim Sacramentū
dicit effectū inuisibile, sub rebus visibilibus
latente. Inuisibile autē est melius: nam vi-
sibilia minoris momenti sunt, nec tamē sine
magno consilio sic nobis se Dñs reliquit,
nō in aperta figura: qm hoc imbecillitas no-
stra sustinere nō posset. Cetericolz, sicuti est
illum comedunt: vident em facie ad faciem,
quoniam dentes & stomachū habent ad talē
cibum comedendum. Nam & intellectus, &
cor eora, quæ sunt dentes, & stomachus, ibi
satiatur. In hac vita sic edere illū non va-
lemus: qm nec dentes, nec stomachū ad id
habemus. Nec enim intellectus noster, dum
est in corpore, ad Deū vidēdum pertingere
valet: quinimō & in beatitudine subleuatur
per lumen gloriæ, & roboratur, vt videre
Deū queat. Voluit autē nobis Deus eundē
cibū præbere, quo beati in cœlis aluntur; &
ideō aduenit istū modum, quo condiret sic
panem istum Angelorū, vt posset etiam esse
cibus viatorū, & ideō sub illis speciebus se no-
bis abscondit. D. Aug. super Psal. 33. docet, qd
eodem alimēto mater filios maiores ac mi-
niores cibatur, sed differenter condito ac præ-
parato. Panē & carnē robustis iam filijs tri-
buit in cibū, eundem & infantibus dat; sed
illis in sua specie: quia habēt dentes quibus
illū mandant, & stomachū quo illum dige-
rere possunt: infantibus autē ac lactentibus
hunc cibum dat. Sed vel per opus naturæ in
lac conuersum, vel in buas liquefactū blan-
das: qm nondum dentes ad mādendum, nec
stomachū ad digerendum habent. Suffoca-
retur enim, & extingueretur in eis natura, si
cibus integer, sicut alijs eis cōferretur. Filijs
tuis, o Dñe Deus, qui iam in viros perfectos
euaserūt, quales sunt beati, panē hunc inte-
grum, & in sua substantia tribuis, nos autem
eodem indigemus pane, sumus enim filij, &
huius corporis mēbra, cuius caput est Chri-
stus, Spiritus sanctus vita: membra autē eo-
dem cibo pasci debent, quo caput. Verū su-
mus paruuli lactentes, ac teneri, nec Deū in
sua ppria substantia cernere possumus, aliās
moriemur, vt paruuli fortiori cibati alimen-
to: scriptū quippē est: Non videbit me ho-
mo, & viuet. Sed tu, Dñe, matris ac nutricis
officium agens, ad nostrū modū nobis præ-
paras illū ac condis. Accipit (inquit) panē

August.

Exod. 35.

in sanctas ac venerabiles manus suas, & tan-
quā mater ac nutrix quadā secreta verbo-
rum virtute, non naturali sed diuina lique-
factum; in se conuertit, & sic sub speciebus
nostri proprii alimēti seipsum nobis in hoc
Sacramēto reliquit, vt sic panē ac cibū no-
strorum maiorū fratru, & nos manduca-
remus, qui sunt Angeli, & posset Ecclesia
dicere: Panē Angelorū manducauit homo. *Psal. 76.*
In quo & nra subuenit necessitati, & amo-
rem suum maximū erga nos ostendit, nō
solum nos generans, & cōdens, verū etiam
tanquā mater nos ad vbera sua nutries, cibū
hūc nostro modo præparatū nobis præbēs,
quibus lacte opus erat, non solido cibo, sed
quādo in virū perfectū creuerimus, & den-
tes & stomachū habeamus, tunc videbimus
eum sicuti est, & in sua substantia absq; te-
gumēto aliquo comedemus illum. Secūdo,
ideō sub his tegumētis se nobis reliquit De-
us, prouidens honori suo. Est quippē homo sic
audax, sic procax, sic honoris sui ppugna-
tor, vt si aliquid contra honore suū prola-
tum fuerit, corā ipso Deo vindicare nō pi-
geat. Et in tantūm hæc hominum superbia
creuit, vt id quod coram Deo velato sub
illis speciebus faciunt, aduersus ipsum cla-
rē visum etiam auderent. Vt ergo honori
suo prouideret, noluit apertus, sed velatus
nobiscū esse. Hæc industria vsus est Dauid
corā Achis Rege Geth, apud Philisthæos.
Nam cum fugeret à facie Saul, & agnitus
esset in Palatio Regis Achis, se occultare vo-
luit, fingens se infantū esse. Nam ferebatur
manibus suis, & desuebāt saliuæ super barbā
eius. D. Aug. super Psal. 33. docet, qd Dauid
fugiens à facie Saul, est Christus Dñs fugiēs
à facie Iudæ, & Synagogæ, quæ illum miris
modis persequēbatur, & tunc hoc conuiuū
sacrum instituit. Nam vt ait Paul. Dñs Iesus
in qua nocte tradebatur, accepit panē, &c.
Ecce fauū mellis in ore leonis mortui. Nam
cū deberet de se fetorē emittere: tūc mel
in ore eius apparuit. Sic leo hic de tribu Iu-
dæ, in qua nocte tradebatur, cum delicta ho-
minū maximē eius interpellabāt iustitiam,
& mala eorum fetidiora erant, cum in illos
seuerius deberet animaduertere: tunc in-
uentū est mel in ore eius. Nam in qua nocte
tradebatur accepit panem, & benedixit, &
fregit, Accipite & māducate, hoc est corpus
meū: accipite & bibite, hic est sanguis meus.
Vnde & Spōsa dicebat: Mel & lac sub lin-
gua tua: hoc est mel illud quod Ionathas gu-
stans, & robur, & visum reassumpfit: nam vt
illud

Psal. 76.

1. Reg. 21.

August.

1. Cor. 11.

Iud. 14.

1. Reg. 14.

Exod. 16.
Ioan. 6.

illud gustauit, illuminati sunt oculi eius.
Disimulauit autē se coram Achis, hoc est,
corā nobis, qui tale mysterium nō capimus;
sed dicimus cum Hebræis: Quid est hoc? Et
cum alijs: Quomodo potest hic nobis carnē
suam dare ad manducandū? In hoc autē fuit
disimulatio hæc, qd ferebatur manibus suis,
& effundebat saliuā super barbā eius. Res
cunctis retrō seculis inaudita, quod quis se
ipsum manibus suis ferret. Ferebatur mani-
bus suis. Nam Christus Dñs filius Dauid ac-
cepit panē in sanctas ac venerabiles manus
suas, & in corpus suum conuertit, & dabat
discipulis suis, & sic ferebatur manibus suis,
cum seipsum manibus suis dabat discipulis.
Et tūc adimpletū est quod Ioan. dixit: Sciens
quia omnia dedit ei Pater in manus. Nam
cum seipsum consecratū in pane habebat:
omnia in manibus suis erant, quia ipse Deus
omnia est. Et fundebat saliuā super barbā.
Saliua ab ore procedit, & significat verba,
& barba autoritatem denotat. Effundere
ergo saliuā super barbā, est verba fundere
super autoritatem Dei: nam verba autho-
ritate Dei prolata, hoc Sacramentum confi-
ciunt. Nec em verba sola id possent, nisi su-
per Dei autoritatē funderentur, qui talem
illis verbis virtutē contulit, & ideō sic vela-
tus se nobis tradidit, ne audacissimus homo
sue irreuerēs esset maiestatati. Tu autē, o Chri-
stiane, nō debes esse sicut Achis ignorās, ne
illū contemnas. Dauid quippē disimulatus
est, licet tu id minimē intelligas. Nec enim
ob hoc minori reuerentia dignus est, quia sic
disimulatus venit. Nam licet Rex vbique
dignus summa reuerētia sit: tamen quando
maiori cum maiestate se ostendit, tunc est,
cum iter cortinas latet. In cubiculo namq;
suo cum amicis clarē se videndū præbet, &
familiarius cum eis loquitur; sed cum foras
exit ad populū, grauitatem ac seueritatem
maiorē præ se fert, ne illū indoctū vulgus
contēnat. Sic cum beatis & nobiscū se ha-
bet Deus. Illis em clarē se manifestat, & ni-
hilominus columnæ cœlorū tremunt ad nu-
tum eius, quanto magis homo putredo, & fi-
lius hominis vermīs: cum illū oculis fidei in-
tuetur inter candidas illas cortinas velatū?
Ne sis stultus, ac ignorans velut Achis: qm
verus Dauid est, qui interfecit Goliath, cui
filia Israel canebat in choris, dicentes. Per-
cussit Saul mille, & Dauid decem millia in
millibus suis. Reliquit ergo se Dñs tanquā
Sacramentū, ob has rationes. Reliquit etiā
se tanq; sacrificium, vt illo vteremur, man-

simile.

Iob. 26.
Iob. 25.

ducaremus, comederemus, & palparemus
illū, sub aliena specie occultatū. O magnas
hominis delicias, qd possit morsibus come-
dere Deū. Iob. c. 31. de se dicebat: Si non di-
xerunt viri tabernaculi mei, quis det de
carnibus eius vt saturemur. Ac si dicerent,
Quien se le comiesse à bocados. Sic em eis, quos
maximē diligimus, solemus dicere. Erat au-
tem Iob sic amabilis suis, vt semper eius de-
siderarent præsentiam, & eius assiduo frue-
rentur colloquio. Si tantū Deum diligis, o
anima Christiana, comede illum morsibus,
satiare ex illo, nam ipse dicit: Nisi mandu-
caueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius sanguinē, non habebitis vitā in vobis.
Et qui manducat meā carnē, & bibit meum
sanguinē, in me manet, & ego in eo. Et ideō
seipsum prius māducavit Dominus: nam (vt
multi asserunt D. D. & præcipue Hiero. &
D. Tho.) prius seipsum cōmunicauit Chri-
stus: postea autē discipulos suos, vt hominem
securū redderet huius diuini edulij, *Para ha-
zerle la salua.* Ne cogites o homo, qd sit mor-
tiferum venenum, sed hyoscamos salutaris.
Hoc est, *No es veneno q mata, sino belesno que
enamora. Bien querencias son de Dios, prēdas de
su diuino amor.* O anima Christiana, sic deli-
catē nutrita, tam dulci pasta alimento, quod
ipse Deus est, vnde tibi carnis delitiæ, aut
odor cœparum Ægypti: Tuum esse, genus,
& alimentū est lac, & mel, spiritus diuinus,
nec solus Angelicus, cui similis efficieris.
Cur à tanto degeneras sanguine? Cur plus
in te conuersatio, quā nutritio valet? Cur
non iam in Deum translata es? Cur postquā
illum tanquā cibū tot vicibus comediti, sic
caro factus vt antea manes? Frustrā tam de-
licato cibo pasceris: cum non ideō melius
habeas. Ergo credibile est, qd Deus habitet
cum hominibus super terrā, & sicut Sacra-
mentum, & sicut sacrificium. Itē se nobis vt
sacrificium dimisit: quoniam iam sibi fastidio
erant veteris Legis sacrificia. Sacerdotes
quippē accincti ephod, semper gladios nu-
dos gestantes in manibus, iugulātes pecora,
sicut laniones in macello, perfusi sanguine
ipsi, & pauimentum templi erant. Propter
quod thymiana in templo cremabatur, ne
sanguinis fetore intrantes offenderentur.
Igitur cum iam hæc sacrificia nauseā fecis-
sent Deo, vnū instituit, quod omnium alio-
rum esset finis, quo explerentur variarū sa-
crificia victimarum. Nulla quippē vnquam
tam barbara natio, aut Respublica fuit, quæ
propria nō habuerit sacrificia, quibus Deū
coleret,

Iob. 31.

Ioan. 6.

Hieron.
D. Thom.



coleret, alia Romani, alia Græci, alia aliarum nationes habebant. Ipsa namque ratio naturalis docet, quod Deo debeat immolari, & hostia illi offerri. Respublica ergo Christiana barbariorum veteris deberet esse? Nonne oportet, quod sacrificium ipsa haberet, quo Deum vere coleret? Nullum autem aliud sacrificium in populo Christiano, nec in Ecclesia Dei inuenitur præter hoc, id ergo solum & verum est in ea sacrificium, ne & ipsa careret eo quod omni natio semper habuit. Oratio quippe, elemosina, ieiunium, & alia opera bona, & satisfactoria secundum se non sunt sacrificia, nisi in quantum per virtutem religionis Deo offeruntur. Aliquid ergo debet in ea esse, quod ex sua conditione sit sacrificium. Quare & Theologi dicunt, Sacramenta non solum esse nostræ iustificationis signa, verum etiam ceremoniarum quibus Deus colitur, & honoratur. Quod si in veteri Lege erant sacrificia hoc significantia, cur non in noua? Nam, ut Psalmista ait: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Et tertio, quia aliter non potest saluari, quod Christus fuerit Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech, qui panem & vinum obtulit. Nam in Cruce non se obtulit Deus in specie panis & vini, sed in propria specie. Ergo in hoc Sacramento se offert sub specie panis, & vini, & sic saluatur quod sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Et hoc maxime debet in hoc mysterio attendi. Quod cum nobis tantum donum conferat, quale est diuinum hoc & incrementum sacrificium; in eo ipso præbeat quo tanto respondeamus dono, & cum tantum accipiamus beneficium, eodem gratias referamus benefactori. Quare & hoc sacrificium vocatur etiam laudis, iuxta illud: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. In eodem quippe sacrificio, & consistit nostra salus, & gratiarum actio.

psal. 86.

In Conuentu S. Thomæ, apud Madritum in die S. Antonij. Anno. 1590. postquam tres annos & duos menses in his scribendis Commentarijs consumpsi.

Vnde & in eo memoriam renouamus omnium beneficiorum, & mirabilium Dei, secundum illud Psalm. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus escam dedit timoribus se. Ecce quomodo verum sit quod Deus habitat cum hominibus super terram, & quomodo adimplet sit quod ipse modo dicit in ultimis verbis quæ loquitur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Si prima verba nobis narrauerunt Christi generationem, secundum carnem, qua præsens tunc factus est nobis; hæc vltima verba hæc nobis perpetuam annunciant memoriam: ita ut possimus ab illo petere, ut adimpleat verbum suum, & dicere quod discipuli eius apud Emaus dixerunt: Mane nobiscum, Domine, quonia aduersperascit, ne sine tanto lumine tenebris errorum, ac peccatorum euoluamur. Dicam ergo ei: Mane nobiscum, Domine, quonia aduersperascit. Noctem obscuram remoue, omne delictum ablue, piam medellam tribue. Ecce faciem hominis cum Matthæo expressi vobis, & cum omnibus Christi fidelibus factus sum eius humanitatem: faciem aquilæ forsitan ostendat Euangelium Ioannis interpretando, si hæc meæ lucubrationes quales quales fuerint, a vobis æquo animo acceptæ fuerint: ut sic integras duas Christi naturas fatens, per humanitatem eius merear ad diuinitatis lumen perducere. Meæ socordiam ac inscitiam indulgeatis obsecro, o viri Christiani, multa enim minus recte fortè hic dicta inuenietis: homo enim labilis sum. Sed omnia sacrosanctæ matris Ecclesiæ iudicio ac correctioni committo, cui tanquam vnus ex filiis, licet indignus ac minimus in omnibus seruire statui, ex mea quoque paupertate hunc aliquid offerre, quem Deus Opt. Max. in suis thesauris recondat: ut mihi illum auctum in æterna beatitudine reddat. Cui laus & gloria per infinita seculorum secula. Amen.

psal. 110.

Luc. 24.

INDEX IN QVO OMNIA QVAE CONTINENTVR IN HIS COMMENTARIJS, applicantur Euangelijs totius anni, tam de tempore, quam de Sanctis: vbi aduertendum, quod cum contigerit Euangelium, alicuius diei ex Matthæo esse desumptum, præter ea quæ in commentarijs eiusdem Euangelij peculiariter notata sunt, alia ex alijs locis in hoc indice annotantur.

Dominica prima Aduentus, iuxta usum fratrum Predicatorum, & aliorum, Euangelij: Cum appropinquaret Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti. Vide Dominicam in Ramis, a pagin. 292 vsque 313. Tomo. 2. In eadem Dominica Euangelium: Erunt signa in Sole, & Luna, &c. Luc. 21. Vide tom. 2. a pag. 169 vsque 172. & a pag. 449 vsque 471. & a pag. 505 vsque 515.

DE Triplici Christi Domini aduentu memoriam facit Ecclesia in hoc sacro tempore. Primus est, cum temporaliter in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Secundus, cum dignatur ad animam venire, eam dignis sua misericordia ornans spiritualibus muneribus, quæ templum eius efficitur, & Spiritus sancti habitaculum. Tertius, cum rationem veniet sumpturus de suis beneficijs, & gratijs, quæ per primum & secundum Aduentum nobis attulit. De hoc triplici Aduentu. Vide tom. 1. pag. 721. col. 2. Duos Domini Aduentus. Primus, cum caro factus est, & cum hominibus conuersatus est. Secundus, cum iudicaturus veniet in fine temporum. Iudæi sua culpa confundebant, quæ de primo a Prophetis dicta sunt, secundo applicantes, & conuerso: ideo sua malitia, & obstinatione eum non receperunt. Tom. 1. pag. 735. col. 2.

Iudicium finale ob quas causas futurum sit, & vniuersale, cum iam in cuiusque morte de illo sit stabilita sententia, & ibi erit futurum lignum, vbi per mortem cecidit: & quo ordine iudicium hoc sit peragendum. Vide tom. 2. pag. 170. col. 1. & sequentibus. Ecclesia sancta ideo iudicij diem nobis in in memoriam reuocat, ut illius timore velut clauo carnes nostræ fixe sint, ne contra spiritum insurgant, & ut iusti præmio in eodem iudicij die illis præparato in pressuris & tribulationibus, spe consolentur. Quod timore, & præmio homines officio contineantur. Vide tom. 1. pag. 794. col. 2. Christus Dominus cum iudicaturus mundum venerit, securis erit ad arboris radicem posita, quæ ita radicitus peccatores secabit, ut ultra ad gratiam, & beatitudinis spem germinare non possint. Tom. 1. pag. 171. col. 2. Sed & ventilabrum exercet officium, malorum paleas suæ potentia ventilabro a iustorum grano

et grano



I N D E X.

grano separatas igni tradit inextinguibili, iustis in eius horreo seruat. Tom. 1. pag. 176. col. 1.

Extremi, & ultimi iudicii habendi quæ sit ratio. Et quod in eo Christo Domino qui ab iniquis iudicatus est, regnum erit æternum tradendum inimicis sub eius pedibus positus. Vide curiosè Tomo. 1. pag. 449. col. 1.

Dū præsens durat vita, mali sunt bonis permixti, ipsis occasiones suæ coronæ præbendo, exercendo patientiam. Sed in illa die extremi iudicii exhibent Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caeminu ignis. Qua ratione boni sint in hac vita malis permixti in die iudicii separandi. Vide Tom. 2. pag. 28. col. 2.

Erunt signa in Sole, & Luna. De signis Aduentus Dei in anima: de isto enim Aduentu etiam in hoc tēpore ab Ecclesia Dei fit mentio. Vide integram coationem, Tom. 1. p. 721. & sequentibus.

Erunt signa in Sole, & Luna. De signis quæ præcedent iudicij diem. Vide Tom. 2. p. 429. col. 2. & sequentibus.

Virtutes coelorum mouebuntur. Virtutibus coelorum à suis motibus cessantibus, & vniuersæ creaturæ, quæ ab earum pendent virtutibus, peribunt. Quid culpæ commiserunt creaturæ res intellectu carentes, quod illas etiā punis, Dñer In hoc ostendere vult quam digna ira contra peccatum exardescat quod etiā ipso peccatore igni tradito, creaturas quibus, ut suorum peccatorum instrumentis abusus est, delet. Vide Tom. 2. p. 320. col. 2.

In iudicij die palam fiunt hominum corda, absconditæ cogitationes, & omnia hominum peccata. Et à domo Dei incipiet iudicium, ab his, scilicet, qui in Ecclesia Catholica, & Dei domo per baptismum, & fideli professionem habitant. Tom. 2. p. 359. col. 2.

Respicite, & leuate capita vestra. Nunc boni malorum persecutione oculos habent lacrymis plenos, capita demissa. Tunc faciet Dominus suorum videretam, eis præmia tribuendo, & absterget omnem lacrymam ab eorum oculis. ut liberè, & sanis oculis respicere possint ad æternam illis paratam beatitudinem. Tom. 1. p. 690. col. 2.

Leuate capita vestra. Capita leuate iubet, oculos ostendere alacritatē, & pulchritudinē, ut claritatē corporis quā post resurrectionem habebit ostendat: apparebunt enim sancti absq; macula, & ruga. De qualitatibus corporis resurgētis, vide Tom. 1. p. 697. col. 2.

Dominica secunda in Aduentu Domini.

Euangelium: Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, &c.

Matth. cap. 11.

PRæter ea quæ in commentarijs super hoc Euangelium habes, & sequentia accipe ex alijs locis. Tom. 1. pag. 709. & sequentibus.

Tu es qui vêturus est, an aliū expectamus? Quæ signa ostēsa sint in Christi natiuitate, vitæ progressu, prædicatione & miraculis, vt verus Messias, & mundi redēptor probari possit. Vide Tom. 1. p. 15. col. 2. Vbi quod futurus esset ex semine Abraham probatur, & qd nasciturus ex Virgine, ibidē p. 80. & sequentibus, & quod à Regibus adorandus, ibidē pag. 88. & sequentibus, & quod in Bethleē nasciturus, & tempore quo non erat Rex in Israel, ibidem.

Renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Verbis & operibus ostendit Dominus quam de eo deberent homines habere opinionē. Nul lum sigillū sic ostendit cuiusq; vitā quā opera. Opera esse quæ testimoniū præbet, quis verus Christi discipulus sit iudicandus, & operibus fidem ostendendā, non verbis. Vide Tomo. 1. p. 710. col. 2. & p. 720. col. 1. Huic intēto applicari possunt quæ dicuntur in explicatione testimonij illius à Christo Dño prolati, Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi, Dñe, Domine, intrabit in regnū coelōrū, &c. Vide ibi. Ostendit etiā qualiter Christi Domini ministri, & prædicatores facere debeant suæ doctrinæ testimonia operibus ab ipso exhibitis corroborare, vt illa a probare ostendant opere quæ verbis prædicauerant. Sic enim & ipse alibi fecit, nā vt habetur Matth. 8. Cū descendisset de monte vbi prædicauerat, statim infirmos curauit. Vide Tom. 1. p. 565. col. 1.

Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Attende quam variæ sint hominum conditiones, & intentiones, quid verius, vtilius, iocundius excogitari poterat Christi Dñi doctrina, & operibus? Sed ea est hominū deprauata conditio, ij sunt deprauati mores, vt licet araneæ ex floribus, ex quibus, apes mel, ipsæ venenū hauriunt. Sic peruersæ intentionis homines ex Christi doctrina, & operibus, ex qua boni dulcedinē, & bene instituendæ vitæ sumebāt materiā, mali scādali occasione, vt iuxta Apostoli sententiam, alijs fuerit odor vitæ in vitā, alijs odor mortis in mortem. Tom. 1. p. 793. col. 2.

Illis autem abeuntibus. Priusquam de Ioannis laudibus sermonem institueret, discipulos voluit Ioannis abesse, ne videretur, si illis præsentibus,

I N D E X.

sentibus, cū laudaret ad eius adulationem sermone dirigere, quod omnibus modis ab eius erat condicione alienum. Vide de adulario nis vitio. Tom. 1. p. 711. col. 2. & pag. 310. col. 1. & sequentibus, & p. 514. col. 1. & p. 720. col. 2.

Quid existis in desertum videre. Ioannis Baptistæ laudes ad longum habes. Tomo. 1. pag. 132. & sequentibus. Et in explicatione capituli tertij beati Matthæi, in principio multa inuenies, huic Euāgelio facili accōmodanda negotio.

Arundinē vento agitātā. Malos comparat arundinibus vento agitatis qui in varia seculi desideria quotidie voluuntur: non sic sancti qui vno corde, & intentione in vnum solū modo Deū sua opera, & intentiones ordināt semper in eadē manentes sententia, quadratis (vt Philosophi vtar exemplo) lapidibus similes, quæ in quācunq; parte voluantur semper sibi similes perseverant. Nō abs re huic intēto poterit applicari doctrina quæ à nostro autore scribitur dū illud explicat: Lucerna corporis tui est oculus tuus, Tom. 1. pag. 469. & sequentibus.

Arundinem vento agitātā. Ostendit Dominus Ioannis constantiā qui intrepidè veritatē prædicans pro ipsa mortuus est. Tales debent esse Euāgelij prædicatores, qui nullo metu, vel ambitione temporalis lucri veritatē occultent. Tom. 2. p. 333. col. 1.

Hominem mollibus vestitum. Ioannis commendat abstinentiā, & in omnibus parsimoniam. Talem decebat esse Christi Domini legatū qui ad rale, & tā arduum negotium à Domino destinabatur, qui neq; crapula, neque ebrietate, neq; curis huius seculi ad spiritualia & diuina negotia redderetur ineptus. Abstinentes aptos esse ad spiritualia, & ardua per tractanda negocia, vide Tom. 1. p. 382. col. 2.

Dominica tertia in Aduentu Dñi. Euāgelium: Miserūt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & Leuitas. Ioan. cap. 1.

TV quis est? Non ita facilis erat responsio. Difficile certè est homini seipsū cognoscere, cum enim nos diligamus, & amoris affectus sua potentia intellectu ad voluntatis faciat transire partes, fit vt cæcus veluti reddatur intellectus à voluntate cæca passionis affectu ductus, sui esse difficile cognitionem. Vide Tom. 1. p. 466. col. 1.

Ego vox clamantis in deserto. Vide huius explicationē Tom. 1. p. 155. col. 2. & sequentibus.

In deserto. Impedimenta omnia, quæ eum poterant à Domini auertere obsequio euitauit in deserto habitans, videlicet, gentium tumultus, rerum temporalium curas. Hæc omnia fugienda esse ab eo qui vult expedite Christum sequi, vide Tom. 1. pag. 617. col. 1. in fine.

Cuius non sum dignus vt soluam. Vide inter Christum, & Ioannem magnum in humilitate certamen: Christus Ioannem super suum caput ponit ab ipso baptizatus, ipse neque se dignum æstimat, qui pedes tangat, neque calceamentorum corrigiam. Certamen hoc habes explicatum. Tom. 1. pag. 189. col. 1. & 2. Sed & hac humilitate, sic Deum ad se traxit, vt illum mereretur habere suarū laudum præconem, sicut præcedenti Dominica vidimus. Quod humiles Deum habeant exaltatorem. Tom. 1. pag. 642. col. 1.

Ioannes Christi Domini secundum carnē erat cognatus. Sed hac tanta humilitate sublimiorem cognationem assecutus est, spiritualem, scilicet, sic enim ipse dixit: Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Quod humilitas istam cognationem promereat. Tom. 1. p. 44. col. 1.

In hac insigni humilitate assimilari videtur Ioannes pilæ lusoribus qui pilam statim, vt manu accipiunt reddunt non sinentes moram apud se trahere: sic faciunt veri humiles, qui statim, vt beneficium accipiunt largitori reddunt humiliter se indignos tali beneficio profitentes sed Domini benignitate accipisse: sic fecit Ioannes. Cū enim à Christo se laudatum videret, hodie sua humilitate acceptum à Deo beneficium reddidit. Quod humilitas Deo reddat accepta beneficia. Vide Tom. 2. p. 204. col. 2.

Dominica quarta in Aduentu Dñi. Euāgelium: Anno quintodecimo imperij Tyberij Cesaris. Lucæ. cap. 3.

Non abs re erit in hoc Euāgelio, vbi de paranda Domini via fit sermo, tractare quæ sint signa, per quæ conijcere possimus Christū ad animas nostras venisse, signa enim, & vix erunt per quæ curandū, vt ad animas veniat. Habes de hoc integram, & deuotam coationem. Tom. 1. p. 721. col. 1.

Ego vox clamantis in deserto. Ioannes tuba illa erat, qua ad iubilei solennitatē populus à quinquagesimo in quinquagesimum an-



I N D E X.

nū vocabitur, nūc enim cū acceptabile tēpus nobis pponitur, in quo misit Deus filiū suū, vt perfectam remissionem accipiant qui vocati sunt aeternae hereditatis: ad aeternā enim hereditatem per hunc plenissimum iubileū adducimur, Ioanne, & tuba hac in deserto clamante, Parate viam Domini. Tom. 2. pag. 229. col. 2.

Parate viam Domini. Habet se Ecclesia in hoc Aduentus tempore velut illi qui in expectatione sunt alicuius magni principis qui allaturus est salutem, & libertatem, & ideo totis viribus conatur suos fideles disponere ad tanti hospitis expectationem. Tomo. 2. pag. 297. col. 1.

Et venit in omnem regionem Iordanis. Prædicator velut Sol debet esse: omnibus cōmunicet suae doctrinae lucem, & quantum in se est nemo se abscondat a charitatis eorum feruore, neque in vno loco tantum prædicet. Tom. 1. pag. 651. col. 2. & Tom. 2. pag. 231. col. 1.

Prædicans baptismum poenitentiae. Dignus poenitentiae prædicator, qui totus in victu, vestitu, deserti habitatione, opere prius poenitentiam redolet. Tom. 1. pag. 728. col. 2. & Tom. 1. pag. 224. col. 1. & pag. 306. col. 2. & pag. 595. col. 1.

Prædicans baptismum poenitentiae. Poenitentiam omnibus necessariam prædicat: sed modum faciendae poenitentiae singulis tradit, iuxta singulorum conditionem: milites docet contentos esse debere suis stipendijs, &c. Quod prædicator debeat suam doctrinam captui audientium, & conditionibus accommodare. Tom. 1. pag. 250. col. 2.

Baptismum poenitentiae. A poenitentia incepit Christus suae prædicationis initium, sed & Ioannes: est enim poenitentia primū prædicabile in Ecclesia. Tom. 1. pag. 224. col. 2.

Baptismum poenitentiae. Optimus poenitentiae prædicator, qui sic faciebat poenitentiam. Ioannis poenitentia laudatur. Tomo. 1. pag. 159. col. 2.

Baptismum poenitentiae. Qualiter sit faciendae poenitentiae, curiosè habes Tomo. 1. pag. 152. col. 2.

In Vigilia Natalis Domini. Euangelium: Cum esset desponsata, &c. Vide quae circa hoc Euangelium habes Tom. 1. pag. 51. & à pag. 52. deinceps.

In natiuitate Domini.

SVam erga homines amorem nunquam sic manifestauit Deus sicut modò, cum filiū suum misit in similitudinem carnis peccati, vt nos redimeret, & tot ac tanta bona nostrae suae vnione communicauit naturae. Tomo. 2. pag. 425. col. 2. & sequentibus.

Ad magnam dignitatē euecta est humana natura, cum eam tam stricto vinculo sibi filius Dei vnuit, vt homo factus in vnitate suppositi secum vnā fecerit, & omnia bona sua coelestia, & diuina illi communicans, eius in se assumpsit poenitentias, vt quae antea etiam ipsis brutis animantibus contemptui erat, nunc ab Angelis veneretur. Tom. 2. pag. 306. col. 2.

Osculetur me ait Sponsa osculo oris sui. Desiderat Ecclesia suum Sponsum Christum sibi presentem, vt ore ad os loquatur ei: nunc impleta videmus eius desideria cum in terris visus est, & cum hominibus cōuersatus. Hinc intento applicari potest doctrina quae in explicatione illius testimonij, Matth. 4. Et aperiens os suum, traditur, hodie enim exemplorum praesentia docebit postea verbis aperit ore. Tom. 1. pag. 252. col. 1. & sequentibus.

Quid ex hypostatica vnione virtutis, humanae naturae aduenerit, vide ad longū Tomo. 1. pag. 645. & sequentibus.

In Euangelium: Exijt edictum à Caesare Augusto. Lucae cap. 2.

EVangelizo vobis gaudium magnū. Quod maius gaudium poterat hominibus annunciari, quam Christi Aduentus, & eius salus, & doctrina nulla enim maior lætitia hominiprouenire potest quā cū desideria, quae de re eximia concepit implentur. Desideriū (ait Sapiens) cum cōpletur, delectat animam. in proemio, col. p. 1. 2. & 3.

Quia non erat ei locus in diuersorio. Paupertatem amans, pauper natus pauperem duxit vitam, & vt finis vitae principio conueniret, pauper mortuus est, & in alieno sepulchro cōditus. Paupertatis laudes, & quomodo eam Christus elegerit & amauerit. Tomo. 1. pag. 255. col. 1. & sequentibus.

Et hoc vobis signum, &c. Quod signum ostendit Domine, vt te Messiam hominum redemptorem cognoscamus? Si demonem fortem armatum qui hominem captiuum tenebat, & in mundi arce inclusum liberatorus venisti

I N D E X.

venisti vbi sunt tuae potentiae signa? Vbi milites, & armorum strepitus signa ista infantis pauperis inermis sunt. Lacrymae & vagitus signa sunt doloris. Hac sapientia carnis est, quae Deo est inimica: sed ista mundana sunt signa, signum verò eius qui venerat, superbiam, mundi amorem, carnis delicias & mundo eliminare, humilitas, mundi contemptus, & dolores sunt. Sed & haec sunt veri Christi imitatoris signa. Tom. 2. pag. 792. col. 1.

In Euangelium: In principio erat Verbum. Ioann. cap. 1.

IN principio erat Verbum, & Verbum caro factū est. Duae in Christo natiuitates, temporalis, & aeterna explicatur. Tom. 2. pag. 115. col. 2.

Dedit eis potestatem filios fieri Dei. Quasi sit aestimanda Dei filiatione adoptiua. Tom. 2. pag. 145. col. 2. Quomodo ad hanc filiationem peruenire possimus, eleganter, & ad longum explicat noster author. Tom. 1. pag. 43. vsq; ad pag. 50. Quanta dignitas Dei adoptiua filiatione. Tom. 1. pag. 192. col. 2.

Fuit homo missus à Deo. Ioannis de Christo testimonia, excellentia, & laudes ad longum habentur Tom. 1. in explicatione cap. 3. Matth. in principio, non era ille lux. Quod fuisse inconueniens Ioannem Baptistam lucem vocare, qui lucerna ardens & lucens à Domino vocatus est, cum & Apostolos, & eorum successores lucem vocauerat? Sed non erat ille lux: nam cum de Dei filio in quo pater lucem condidit, qui cum eo creator lucis est, qui ipsa lux est, & tenebrae in eo non sunt velle, sermo est, creaturae vel maxime lux; tenebra dicenda est in conspectu solis, non ergo erat lux illa per essentiam. Vide Tom. 1. pag. 320. col. 1.

Et Verbum caro factum est. Non incongruè Euangelista Ioannes aeternam filij Dei generationem cum temporali coniunxit, habent enim haec duae natiuitates inter sese in maiestate symbolum. Tom. 1. pag. 81. col. 2.

In Euangelium: Transiit usque Bethleem, Lucae 2. In illud: Et videamus hoc Verbum, Verbum hic prodigium, & rem mirandam significat. Quod ergo maius prodigium excogitari poterat, quam Regem caeli, qui ab Angelis comitatur, & adoratur, in praesepio animalibus sociatum videre hominem factum? Maius certè, & mirabilius hoc quam quod

quesiere legati Regis Babylonis, vt habetur 2. Paralip. 32. Vide Tom. 1. pagina. 114. col. 2. & pagin. 88. 89.

In Circuncisione Domini. Euangelium: Postquā consummati sunt dies octo, & circumcideretur puer. Lucae c. 2.

Postquam consummati sunt dies octo. Aduerte quanta diligentia Dominus salutem tuam curet, cum dies octo penè natus de te redimendo tractet, & velut Gigas ad currendam nostrae redemptionis viam exulter, tantum enim aestimandum censet tuae saluationis negotium, qui scit tuorum peccatorum grauitatem, & periculum, & gloriae magnitudinem, quod nullā morā contrahendū duxit, sed statim vt medicus accepit officium, ad infirmi periculosum morbum curandum currat. Quod & Heliseus inclinauit, cum tanta celeritate voluerit mortuo puero succurrendū, vt nemine resalutare in via praeceperit ministro, quia periculum in mora erat. Vide Tom. 2. pag. 253. Dum illud explicatur Matt. 20. Qui exijt primo mane, & pag. 256. in fine.

Vt circumcideretur puer. In hac sanguinis Christi effusione magna datur hodie Christiano lætitiæ causa, cum iam videat botrum illum (huius veri figura) qui allatus est ex promissionis terra, caelo, scilicet, iam circuncisione mediante, vinum suae sanguinis quo redimendi sumus exprimere. Quod antiquis illis patribus non est concessum videre. Tomo. 2. pag. 298. col. 1.

Vt circumcideretur puer. Circuncisio olim in remedium peccati originalis praecipiebatur, à quo cum Christus Dominus esset alienus, cur voluit circumcidi? Certè magnum nobis præbens exemplū legibus obediendi: voluit etiam legi subijci, vt nos eriperet de maledicto legis. Vide Tom. 2. pag. 302. col. 1.

Vocatum est nomen eius Iesus. De nomine Iesu excellentia, & impositione, vide nostrum authorem dum illud explicat Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Tom. 1. pag. 77. col. 1. & sequentibus.

De nominis Dei reuerentia, & materia iuramentorum, & eorum abusu. Tom. 1. pag. 371. vsq; ad. 379. inclusiue.

Nomen sanctum Dei qualiter sanctificandum. Tom. 1. pag. 424. col. 1.



I N D E X.

In Vigilia Epiphaniæ, vide Tom. 1. pag. 137. & 138.

In Epiphania Domini. Euangelium: Cum natus esset Iesus in Bethleem in diebus Herodis Regis. Matth. 2. Vide Tom. 1. a pag. 100. vsque. 115.

Christo nato, & in præsepio posito, hominibus data est ad ipsum accedendi potestas. Antea enim neq; ad radicem montis ad quem Deus descensus erat legem Moysi daturus, nemo accedere audebat. Nunc & Gentibus. suæ paruit misericordiæ porta, nulli peccatori de negatur ad ipsum aditus, qui venit peccatores saluos facere. Tom. 1. pag. 695. col. 1. & sequentibus.

Lux cognitionis Christi omnibus patuit, licet in remotissimis habitauerint regionibus. Nulli ergo excusationis relinquitur locus, quod ad illum adorandum non venerit. Tomo. 1. pag. 724. col. 2.

Ecce Magi. Quæri hic potest cur cum omnes Reges terræ in ignorantia tenebris, & infidelitatis essent, istis potius quàm alijs lux Euangelica splendorem, & lucem attulerit: sed si ipsam primam causam intelligere vis, meram & absolutam Dei voluntatem intellige esse, quæ nemini faciens iniuriam, & omnibus auxilium præbens quo saluari possint, hunc efficaciter vult saluari, illum cum auxilio sufficienti relinquens. Tom. 2. pag. 250. quæ errore Typographi est. 220. & sequentibus.

Vidimus stellam eius. Stella hæc fides est, quæ homines Deum facit cognoscere adoratione, & obsequio dignum, quæ de cælo est nostram excedens naturalem cognitionem: quod fides nostram excellat cognitionem quæ ex naturalibus, habere possumus. Tom. 1. pag. 101. col. 1.

Vidimus stellam eius. Solius stellæ testimonio mirum est quod illi Reges cum Regem adorent quem vident tanta paupertate oppressum, & in stabulo positum, cum nihil magis à terreno Rege alienum videatur quàm stabulum, & animalium societatem: sed stella lucebat in oculis corporis, fides in oculis animæ, quæ vim habet mirabilem, & lyncis oculos quæ abscondita, & remota penetrat: vide fidei mirabilem virtutem. Tomo. 1. pagin. 104. col. 2.

Aduerte in his Magis Ecclesiæ ex Genti-

bus principium, quod firmum, & stabile hodie fides fecit. Quod fides sit Ecclesiæ fundamentum firmum. Tomo. 1. pagina. 469. col. 1.

Vidimus stellam eius in Oriente. In Oriente vident stellam fidem, scilicet, quæ ortum habet à Patre luminum, & Filio eius, cuius nomē Oriēs est, quæ cælum nos respicere facit, à quo habet principium, & ad ipsum, ut finem ordinatur. Nunquàm Magi isti oculos auertebat ab stellæ contemplatione, quam habebant itineris dustricem velut alteram filiorum Israel columnam. Quod fides sit semper respicienda ab his qui ad cælum tendunt. Tom. 1. pag. 469. col. 1. & 2.

Vidimus stellam. A Chaldæa in Iudæam adeo distantes prouintias stella hæc videre facit paruulum in præsepio: sed quod maius est, à præsepio in cælum, cum eum cognoscere faciat cæli Regem, & creatorem quem in præsepio vagientem indicat. Quod fides per stellam significata res faciat à longè videri. Tom. 1. pag. 804. col. 2.

Procedentes adorauerunt. Istorum Regum exemplo suademur Regem Christum adorare, illi seruire, ab ipso salutem, & omne bonum expectare. Quod Christus sit nostra salus, & ille adorandus, & in Regem recipiendus, & non alius præter ipsum. Tom. 2. pag. 295. col. 2.

Audiens Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Principe turbato, & omnis turbatur populus. Quid Hierosolyma turbatis illum aduenisse audiens, quem tanto tempore, & desiderio expectabas? sed infirmo capite, & Principe, totum languet corpus subditorum. Tom. 1. pag. 103. col. 2. Sed & malus Rex seu princeps malos generat subditos. Tom. 1. pag. 115. col. 2.

Obrulerunt ei aurum. Vtique charitatis amorem, quæ omnes excedit virtutes, sicut aurum omnia superat metalla. Quod charitas margarita sit, & thesaurus. Tom. 2. pag. 52. col. 1. Charitatis supra alias virtutes excellentias vide Tomo. 2. pag. 379. col. 1. & sequentibus.

Thus. Stellam acceperunt sui itineris comitem, quæ fides est ad cælum nos dirigens: & hanc fidem per thus significatam quam receperunt grato animo illi reddunt, captiuantes suum intellectum in illius obsequium, veluti aues quæ offerendæ erant retorto ad collum capite. Quod fides per thus significetur. Tom. 1. pag. 118. col. 2.

Et

I N D E X.

Et myrrham. Myrrha amara est, sed corpus conseruat à putrefactione: sic poenitentia, in præsentem videtur (iuxta Paulum) non esse gaudij, sed moeroris, sed animam à peccatis præseruat, pacatissimum illi præbens iustitiæ fructum. Quod poenitentia mereatur Christum habere caput, & regem. Tomo. 1. pag. 465. & sequentibus. Aduerte, quod pagina hæc errore Typographi est. 469. sed si numerum aduertas est. 465. De Christi baptisate hodie fit mentio, per quod spiritualiter regegerati sumus. Tom. 1. pagin. 106. col. 1. & integras contiones, vide à pag. 185. vsque. 196.

Dominica prima post Epiphaniam. Euangelium: Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Lucae cap. 2.

Remansit Iesus in Hierusalem. Matre & Ioseph relictis mansit in Hierusalem, cum enim sponsam Ecclesiam sibi matrimonio spirituali copulasset, propter hanc sponsam, ut ipse præceperat, reliquit patrem & matrem. Tom. 2. pag. 231. col. 1.

Ascendentibus parentibus eius Hierosolyman, &c. In festo, & in solennitate amiserunt Christum, & licet hoc non fuerit sua culpa, tamen ob nostram doctrinam, ut intelligamus in otio, & mundi prosperitatibus Deum amitti, qui postea dolore, & poenitentia, & lacrymis sit inueniendus. Tomo. 2. pagin. 261. col. 1.

Dominica secunda post Epiphaniam. Euangelium: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilee. Ioann. cap. 2.

Nuptiæ factæ sunt. Spirituales nuptias quæ inter Deum, & animam media ipsius gratia sunt homo optare debet: de quibus, vide Tomo. 1. pag. 633. col. 1. & Tomo. 2. pag. 361. col. 1.

Vocatus est Iesus, & discipuli eius. Indignum videtur esse Domini scholam nuptijs mundi, & eius delictijs interesse. Sed hoc fecit miro suæ sapientiæ consilio, qui discipulos suos non duxit illico ad asperitatem, & suæ Euangelicæ legis iugum reducere. Sed nouellis plantationibus, vsque dum coalescerent voluit indulgere aliquantulum, & hoc

licitè, ne oneris rigore non assueti descenderent. Vide de hac materia Tom. 1. pagin. 636. col. 1.

Coniugati qualiter ad æternam beatitudinem pergant lata via, religiosi angusta, & veluti semita, sed illi curis, & sollicitudinibus pleni, hi ab ipsis vacui. Vide status vtriusque comparationem. Tomo. 1. pagina. 716. col. 1. & sequentibus; & Tom. 2. pag. 231. col. 2. & sequentibus.

De matrimonij institutione. De amore inter coniuges seruando, de indissolubili inter eos vinculo, & alijs ad matrimonij materiam spectantibus. Vide Tom. 2. pagin. 225. & sequentibus, & pagina. 231. col. 2. & sequentibus.

Quid mihi, & tibi est, mulier? Neque in hoc iudicium aliquod dedit, quod parui aestimauerit matrem suam, quam tot titulis decorauit, sed significare voluit non esse miracula, & spiritalia bona consanguinitatis titulo tribuenda. Sed secundum Dei leges, & iuxta Ecclesiæ leges, & dignioribus, & his qui in Ecclesia sunt ipsi vtiliores. Tom. 2. pag. 284. col. 1.

Hoc miraculum ad sensum mysticum explicatur. Tom. 2. pagin. 335. col. 2. & 229. vsque. 235.

Dominica tertia post Epiphaniam. Euangelium: Cum descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turbæ multæ. Matth. cap. 8.

Vide de Leproso, & Centurione. To. 1. pag. 566. vsque. 578.

Terigit eum manibus, quæ instrumentum erant diuinitatis. Illis enim manibus ex diuinitatis coniunctione ea virtus inerat quæ omnia mundi creata sunt. Quæ virtus humanitati communicata sit ex hypostatica vnione. Vide Tom. 1. pag. 568. col. 2. & pagin. 645. col. 2.

Vide nemini dixeris. Christi Domini exemplo docemur in nostris operibus non captandam popularem auram, fugiendam vanam gloriam, & ab eo quaerere honorem qui scit quantum nostris operibus, in gratia factis præmium, & honorem debeatur. De vana gloria fugienda, vide Tomo. 1. pagin. 397. col. 1. & pag. 398. col. 2. & pag. 399. col. 1. & pagin. 593. col. 1. & Tom. 2. pag. 80. col. 1.



I N D E X.

Ostende te sacerdoti. Quid necessitatis erat sacerdoti manifestari salutē concessam à summo & aeterno Sacerdote. Presertim cum illius temporis sacerdotes penē omnes iniqui erant, & eorum sacerdotium, Sacerdote Christo in mundo praesenti euacuandum esset. Ostendere voluit, quem honorem Sacerdotis, licet mali essent ob eorum sacrosanctum ministerium deferendum esset. Tom. 1. pag. 317. col. 2.

Domine non sum dignus vt intres, &c. Iste sua humilitate Dominum à sua domo prohibebat. Sed hæc est humilitatis conditio, quod tanto magis Deus ad humilem accedat, quanto ipse Domini praesentia se iudicat indignū. Hanc humilitatis conditionem explicatā habes. Tom. 1. pag. 642. col. 1. Humilitas animā disponit ad diuina beneficia.

Sicut huic contigit Centurioni cuius humilitas Deum in carne habuit suæ fidei, & humilitatis laudatorem. Tom. 1. pag. 743. col. 2.

Audiens Iesus miratus est. Christum admirari, quomodo intelligatur. To. 1. pag. 579. col. 1.

Seruo meo fac hoc, & facit. Perfectæ obedientiæ exemplum in Centurionis seruo à seruis imitandū est, & nos eius exemplo docemur Deo obedire, si volumus ex seruis cognati effici Christi Domini, quod per Dei obedientiam Dei cognitionem spiritualem adipiscamur. Tom. 1. pag. 44. col. 1.

Non inueni tantam fidem in Israel. Per hanc meruit iste Centurio ad aeternum Christi regnū admitti, filijs regni Isaac, & Abraham, & Iacob, quibus peculiariter regnum erat promissum, propter eorum infidelitatem exclusi. Quod fides sit regni caelestis principium. Tom. 2. pag. 36. col. 1. Vbi & fidei quanta sit virtus ostenditur.

Non inueni tantam fidem in Israel. Fides hic pro fiducia à multis Sanctis expositioribus sumitur. Quod fides sæpē numero in Scriptura pro fiducia sumatur. Vide Tom. 1. pagin. 211. col. 2.

Et quod fiducia magna à Deo obtineat beneficia. Vide tom. 2. pag. 191. col. 1.

Dominica quarta post Epiphaniam. Euāgelium: Ascendente Iesu in nauiculam. Matth. cap. 8.

Vide Tom. 1. pag. 598. vsque. 605.

Ita vt nauicula operiretur fluctibus. Consulto Dominus suos voluit in summa con-

stitui angustia, vt vbi humanum, & terrenum defecerit auxilium, ibi nouerint diuinum affuturum adiutorium, vt sic homines ad Deum discent in summa angustia confugere. Tom. 1. pagin. 638. col. 2. & pagin. 68. col. 2.

Ita vt nauicula operiretur fluctibus. Nauicula hæc Christi est Ecclesia, quæ persecutionum, & hæresum fluctibus quotidie quatitur: sed nunquam submergitur. Vide curiosè, Tom. 1. pag. 137. col. 2.

Ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ecclesiæ nauis persecutiones, & tempestates describuntur. Tom. 2. pag. 85. col. 2. Lege vsque ad pagin. 90. inclusiue, & pagin. 99. col. 1. in fine.

Ipse verò dormiebat. Adest nobis Dominus cum tribulamur, licet dormire videatur, qui post tribulationem magnam faciet tranquillitatem. Tom. 2. pag. 257. col. 2.

Ipse verò dormiebat. In tanto vitæ discipulorum periculo, in summa cordium ipsorum angustia, in tam saeva tempestate maris, & ipse in puppi, & super ceruical, vbi maior est aeris impetus, ipse dormiebat: & hoc fecit, vt discipulorum exerceeret patientiam, & experiretur confidentiam, cuius est corpore dormiente cor vigilare: quod in tribulatione spes experimentum sui faciat. Vide Tom. 1. p. 131. col. 2.

Salua nos perimus. Ad Dominum clamant, intelligunt à Deo posse, propter eorum peccata tribulationem mitti. Sed aliqui sunt adeò in peccatis obstinati, qui non sentiunt Dei flagella. Tom. 1. pag. 790. col. 1.

Salua nos perimus. Vide magnam in tribulatione utilitatem, quæ homines ad Deum mittit, quos ab ipso sæpē numero prosperitas abstrahit: & excitatus est (ait Dauid) tanquā dormiens Dominus, vtique ad suorum clamores: quod tribulatio ad Deum mittat. Tom. 2. pag. 261. col. 1.

Facta est tranquillitas magna. Quod post tempestatem, & tribulationem tranquillum facit Dominus, & tempestatibus ducat animam ad quietis portum. Vide Tomo. 2. pagin. 157. col. 2. & Tom. 1. pagin. 109. col. 2. in fine.

Quid timidi estis modicæ fidei? Quare non timeant qui in paruo nauiculo, in magna se vident conlittui tempestate? & quare non timebit homo tribulatione se premente, sui corporis fragilis impotentiam & imbecillitatem expertus: sed qui Dei sperat praesentiam affuturam, licet dormire sibi videatur, non est quod

I N D E X.

quod timeat, neq; de eius diffidat clementia. Quod tribulatio veros probet Dei amicos. Vide tom. 1. p. 469. col. 1. Quod sæpē numero tribulatio Dei arguat praesentiam. Tom. 1. p. 603. col. 2.

Dominica quinta post Epiphaniam. Vide. Tom. 2. a. p. 27. vsq; 34.

Dominica in Septuagesima. Euāgelium: Simile est Regnum caelorum homini patrifamiliās, qui exijt primo mane. Matth. cap. 20.

Vide Tom. 2. a. p. 247. sed precipuè, 250. vsque. 265.

Parabolam hanc. Quid sit parabola: eius proprietates, & necessitas, & explicandi modus habetur Tom. 2. p. 3. & sequentib.

Regnum caelorum. Regni caelorum nomine quid intelligatur, quot modis sumatur in Scriptura. Vide Tom. 1. p. 154. col. 1. & 258. col. 1.

Homini patrifamiliās. Patris nomen in hac parabola sibi Deus vsurpat, in quo multa suæ paternæ misericordiæ opera nobis conferre manifestat, & quod vineam suam nobis confert, & laboris opus, & fructum in nostram vult cedere utilitatē, se ad mercedem soluendam laborantibus sua benignitate obligat. Patris nomen, & eius attributa habes explicata Tom. 1. p. 416. col. 1. & sequentib.

Patrifamiliās. Hominem Deum Patrē vocat, non quod humanitatem sumpserit, quod soli Filio conuenit: sed humanitatem, & misericordiam, & longanimitatem eius significare volēs. Vide. Tom. 2. p. 354. col. 2. Quot titulis Deus pater noster sit. Tom. 2. p. 402. col. 2.

Regnum caelorum in hac parabola, & Ecclesia militans, & triumphans intelliguntur, quæ eisdem legibus, eodem caelesti Rege gaudent, & propter earum coniunctionem: nam in militante Ecclesia homines in vinea Domini laborant pondus diei, & æstus portantes: in triumphanti denarium, & aeternam mercedem recipiunt. Quod Regnum caelorum sit vtraq; Ecclesia. Tom. 2. p. 44. col. 2.

Quid hic statis tota die otiosi? Fortasse otiosi erant timentes laborem in colenda vinea: & pondus diei & æstus se non posse ferre praesumentes. Quod virtus difficilis videatur, non exercitatis. Tom. 1. p. 247. col. 2.

Voca operarios, & redde illis mercedem. Considera Dei bonitatem, cum omnia bona

opera in nobis non sine nobis Deus in nobis operetur, & nihil (vt Iacobus ait) habeamus quod non acceperimus. Ipse (ea est sua bonitas) pactum & conuentionem facit, vt nostris operibus eius auxilio & gratia factis praemium daturus se obliget. Tom. 1. p. 290. col. 1.

Multi sunt vocati, pauci verò electi. In quā paruo numero sint ij qui saluantur, respectu eorum qui pereunt. Tom. 2. p. 176. col. 2.

Dominica in Sexagesima. Euāgelium: Cum turba plurima conueniret, &c. Luc. cap. 8.

Vide Tom. 2. p. 10. col. 2. verbo, Antequā, sed precipuè a. p. 13. vsq; 27.

Huius Euangelij materia ferè eadem est, ac illa Matth. 13. Eius explicationem videre poteris Tom. 2. p. 10. col. 2.

Exijt qui seminat. Praedicatorum verbi Dei seminatores sunt, suo exemplo agros, & fidelium animas exercere tenentur: ideò enim misi vt euellant, dissipent, ædificet, & plantent. Tom. 1. p. 309. col. 1.

Semen est verbū Dei. Quomodo verbum Dei sit audiendum, vt fructum faciat. Vide Tom. 1. p. 797. col. 2.

Aliud cecidit supra petram. Contra eos qui verbum Dei, neq; audire volunt, quod si audiunt, vertitur eis in fabulam, ac si nihil ad eos pertinerent, quæ in concione à praedicatoribus proponuntur. Vide Tom. 2. p. 357. col. 2.

Spinæ sunt diuitiæ. Spinæ sunt quia (vt hic ait Gregorius) cogitationum suarum punctio-nibus mentem lacerant: cum enim non omnes eas possidere possint, eò quod in paruo sunt numero, & multi eas appetant, necessariò mentem desiderantium cruciant. Secus sunt caelestia bona, quæ securitatem habent cum possidentur: delectationē cum acquiruntur. Melior est enim negotiatio eius negotiatio-nis auri & argenti, & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. Vide Tom. 1. p. 469. col. 1.

Spinæ sunt diuitiæ. Quod diuitiæ seruos faciant habentes, & in diuersas immergant curas. Tom. 1. p. 474. & sequentib.

Spinæ sunt diuitiæ. Quæ mala diuitiæ secus afferant. Vide tom. 1. p. 642. col. 2.

Spinæ sunt diuitiæ. Quam difficile sit diuitibus verbo Dei fructificare, & ad vitam aeternā intrare: & in quo difficultas ista consistat. Tom. 2. p. 229. & sequentib.



I N D E X.

Spinae sunt diuitiae. Quod diuites suis diuitiis & delicijs quas cum illis comparant contenti spirituales & diuinas negligunt nuptias. Tom. 2. p. 355. col. 2.

A sollicitudinibus & curis huius seculi suffocantur, magnum pondus habent huiusmodi curarum, quae suffocare valent verbi Dei semen. Vide Tom. 1. p. 750. col. 2. & sequentibus.

Semen est verbum Dei. Quod praedicatorum spargere teneatur verbi Dei semen, ut fructificet: sicut discipuli spicas manibus confricatis faciebant, quod in mystico sensu explicatur Tom. 1. p. 761. col. 1.

Dominica in Quinquagesima. Euangelium: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto. Luc. cap. 18.

Vide Tom. 2. a. p. 265. vsq; 270. & 287.

Huius Euangelij primam partem habet explicata Mart. 20. Tom. 2. p. 265. col. 2.

Ecce ascendimus Hierosolimam. Qualis sit illa caelestis Hierosolimam, ad quam properamus. Tom. 1. a. p. 291. Et deinceps. Sed praecipue p. 302. & sequentibus.

Assumpsit discipulos suos secreto. Sed & Iudam assumpsit suorum secretorum participem, quem sciebat ipsum esse traditurum, ut iam quo honore tractandi sint sacerdotes ob eam mysterium, licet eos non videamus honeste conuersari. Tom. 1. p. 317. col. 2.

Et Filius hominis tradetur. Quare Filio Dei, & non alteri ex diuinis personis redimendi, hominis sit negotium commissum, explicatur Tom. 1. p. 790. col. 1.

Et Filius hominis tradetur. Consulto Ecclesia in tempore, quo mundus conuiujs, mactis & delicijs vacat, diuersum sonum intonat qui ad lacrymas, & suspiria inuitet, passionem, scilicet Christi qua nihil efficacius ad hominum corda ad poenitentiam mouenda. Sic semper fecit Christus, & nihil hodie in mundo magis necessarium, quam ad planctum & caluitiu homines vocare, cui tot calamitatibus mundus sit oppressus. Tom. 1. p. 794. col. 1.

Ecce ascendimus Hierosolimam. Ascensus Hierosolimae p. togrellam, quae de virtute in virtutem facere debemus, significat. Quod ad virtutem per gradus sit ascendendum non dubitatur: sicut quidam voluit ostendere se fecisse, qui heri profani & mundani, hodie sancti & aliorum praedicatorum euasisse praesumant. Tom. 2. p. 281. col. 1.

Assumpsit duodecim secreto. Discipulos a reliqua turba arceat, quo significet quod sacerdotibus si participes volunt esse mysteriorum, & secretorum Dei, debere alios sanctitate excellere. Tom. 2. p. 144. col. 2.

Et tertia die resurget. Per hoc significans ante glorificationem, & Dei visionem praecedere debere tribulationes, & passionem. Tom. 2. p. 163. col. 1.

Caecus clamabat. Sed a turba clamare prohibebatur. Quanta sint accedenti ad Christum impedimenta: & quod accedens ad seruitutem Dei praeparet animam suam ad tentationem. Tom. 1. p. 614. col. 1.

Feria quarta Cinerum. Euangelium: Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritae tristes. Matth. cap. 6.

Vide Tom. 2. a. p. 455. vsq; 470.

Nolite fieri sicut hypocritae tristes. Hypocritae viperis comparatur, quae cum concipere volunt, venenum deponunt, postea reassumuntur. Sic hypocritae cum suas volunt explere cupiditates, vitia deponere videntur, sanctitatem assumere: postea ad sua reuersuri. Tom. 1. p. 165. col. 2.

Hypocritae tristes. Hypocritae de exterioribus tantum curant, veram virtutem, quae in interiori consistit postponentes. Quid exteriora valeant sine interiori cordis munditia. Tom. 1. p. 288. & sequentibus.

Hypocritae tristes. Pharisei hypocritae suam omnem iustitiam in eo ponebant, ut homines eos iustos putarent: non sic vestra debet esse iustitia, quae per ieiunia, & veram poenitentiam acquirenda est, sed quae intus in corde firmetur. Tom. 1. p. 353. col. 2.

Hypocritarum hic est finis, humanam captare auram, apud inordinatum vulgus in pretio haberi. Quod quam vanum sit Vide Tom. 1. p. 395. col. 2. & sequentibus.

De hypocritarum etiam materia. Vide dum illud explicatur Matth. 7. Attendite a falsis prophetis. Tom. 1. p. 513. & sequentibus.

Hypocritae velut alquimistae sunt: Qui veram virtutis aurum sub falso & apparenti ostendat, cum sint omni virtute vacui. Tom. 2. p. 101. col. 1. in fine. Et patet, tunc qui videt in abscondito, reddet tibi. bona opera qualiter facienda, quomodo in eis vana gloria fugienda, diuina in nostris operibus gloria quaerenda: & quod licet operemur in publico, sit intentio

I N D E X.

tentio in occulto. Vide Tom. 1. p. 337. & sequentibus.

Tu autem cum oraueris. Qualiter sit, & qua intentione orandum. Vide Tom. 2. a. p. 414. & sequentibus.

De hypocritarum vicio. Vide Tom. 2. a. p. 44. & sequentibus.

Sub themate: Conuertimini ad me in toto corde vestro. Quomodo ad Deum conuerti debeat peccator: qualiter dolor excitandus: quid contritio & attritio valeant: quid tandem ieiunia corporae afflictionis, & carnis maceratio. Vide eleganter Tom. 1. p. 152. & sequentibus.

In toto corde vestro. Toto corde ad Deum conuerti debet peccator, & dignos poenitentiae fructus. Tom. 1. p. 167. col. 2.

Gula reprehenditur, & ieiunium suadetur curiose. Tom. 1. p. 204. col. 2. & sequentibus.

In ieiunio. Ieiunandi regula exemplo Christi datur. Tom. 1. p. 208. col. 1.

In ieiunio, & fletu. Quis fletus, & quae lacrymae viles. Quod lacrymarum praemium. Vide explicatione tertiae beatitudinis Matth. 5. Tom. 1. p. 268. col. 1.

In toto corde vestro. Quantum Deo placeat cordis oblatio. Tom. 1. p. 623. col. 2.

De poenitentia hic solet, & sub hoc themate institui sermo, de qua & sequentia vide. Poenitentiae verae exempla in Ninuitis. Vide Tom. 2. p. 791. col. 1. Poenitentia ad caelum iur. Tom. 1. p. 108. col. 1. Poenitentiae tempus non differendum, cum hoc Quadragesimae sit tempus sanctum acceptabile. Ibidem. Contra eos qui ad mortis horam poenitentiam differunt. Tom. 1. p. 798. col. 2. Poenitentia quomodo facienda. Tom. 2. p. 344. col. 2. Poenitentia tercular est, in quo peccatoris exprimentur lacrymae timore, & metu diuinorum iudiciorum, a quo poenitentiae incipit salubris dolor. Tom. 2. p. 345. col. 1.

Sub themate: Memento homo quia cinis es. Vult Ecclesia hominem ad suum reducere principium, ut considerans, ex qua fuerit formatus materia, in quem etiam tendat finem: principio & fini vitae media faciat proportionari. Eadem ratione, ut aqua regeneraretur homo, submergi voluit eum in baptismo. Tom. 1. p. 191. col. 1. in fine.

De morte bonorum & malorum: de sepultura, & cineris consideratione, multa habes Tom. 1. p. 692. col. 2. & sequentibus.

Corpus hoc quod corrumpitur, aggrauat animam, & carcere inclusam detinet, a quo so-

luta anima, corpus putridum remanet. Tom. 1. p. 721. col. 1.

Cinis qua ratione poenitentiae sit symbolum. Tom. 1. p. 740. col. 1.

Mortis habendam memoriam in tota vita, quae via est ad mortem, docemur. Tom. 2. p. 68. col. 2.

Breuitatem vitae considerantes, cum solitudine de peccatorum venia, & poenitentia agere debemus, tanto magis, quanto viderimus appropinquantem diem. Tom. 2. p. 302. col. 1.

Exhortatio ad ieiunium, & laudes eius. Vide Tom. 1. p. 451. & 53.

Feria quinta post Ciner. Sicut supra Dominica tertia post Epiphan.

Feria sexta post Ciner. Euangelium: Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum. Matth. c. 5.

Vide Tom. 1. a. p. 181. vsq; 393. & 397. & deinceps.

Diligite inimicos vestros. In nullo alio magis splendet Christiana mansuetudo, quam in remittendis iniurijs. Columbae similes tenemur esse Christiani, ut Christi in omnibus imitemur mansuetudinem. Tom. 1. p. 195. col. 2. & sequentibus.

Diligite inimicos vestros. Huic proposito quadrat doctrina de mansuetudine. Tom. 1. p. 263. & sequentibus.

Diligite inimicos vestros. Ad iram moderandam, & comprimendam suademur ex professo. Tom. 1. p. 259. col. 2. & sequentibus.

Diligite inimicos vestros. Quid tibi prodest de proximo vindictam sumere, si in eo quod alium videris laedere, te ipsum iugulas: mutuo proximorum amor: & non sumendam vindictam suademur. Tom. 2. p. 384. col. 2. & sequentibus. De mutuo amore inter fratres seruando. Tom. 2. p. 402. col. 2.

Fratrum concordiam summopere Deus commendat. Tom. 1. p. 361. & sequentibus.

Qualiter sufferenda iniuria, & an sit iniurianti respondendum. Tom. 1. p. 385. col. 1.

Ego autem dico vobis. Quem emphasim haec verba habeant ex illis colligi poterit Matth. 10. Ecce ego mitto vos. Tom. 1. p. 677. col. 2.

Benefacite his qui oderunt vos. Maius certe opus est ex inimico amicum facere, quam illum



I N D I E X.

illum interficere: bonis ergo operibus inimicus demerendus, vincendus, & reducendus est. Tom. 1. p. 679. col. 1. & 2.

Diligite inimicos vestros. Non esse sequendam vindictam, si Deum volumus non fieri nostrarum iniquitatum vitorem. Tom. 2. p. 224. col. 1. & 2.

Benefacite his qui oderunt vos. Vide de misericordia, ubi & hoc explicatur testimonium: Scote ergo vos perfecti. Tom. 1. p. 277. & sequentibus. Sed precipue. p. 279. col. 2.

Diligite inimicos vestros. Summus fortitudinis actus est iniurias sustinere: ideo enim Christus Dominus plusquam omnes martyres sua manifestavit fortitudinem, quia plusquam omnes sustinuit maiori & excellentiori patientia. Neque tu iniurias sustinens parui & deiectioni animi iudicaberis. Tom. 1. p. 289. col. 1. & sequentibus.

Vt litis filij patri vestri. Nunquid Pater qui in coelis est timidus est? Nunquid fortitudine caret qui respicit terram, & facit eam tremere? Nunquid fulgura non habet, quibus comburat peccatores? Habet certe, sed patienter sustinet propter electos. Sic tu non causeris, cum iniurias non vindicandas suaderis: timidus iudicabor & imbecillus. Melior est enim (ait Sapiens) qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Vide Tom. 1. p. 133. quae typographi errore est. 132. col. 1. in fine, & p. 136. col. 1. & p. 137. col. 2.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Non prohibet bona opera coram hominibus facere, sed eo intento fieri, ut videantur, hoc prohibitum est. Deo gloria tribuenda est de nostris operibus: bene nobiscum agitur si utilitatis cupidus, utilitas ex opere relinquitur: & id a nobis procurandum. Tom. 1. p. 336. col. 2. & sequentibus.

Sabbatho post Ciner. Sicut supra Dominica quarta post Epiph. Et Tom. 2. a. p. 83. vsque. 91.
Dominica prima in Quadragesima. Euangelium: Ductus est Iesus in desertum, ut tentaretur. Matth. c. 4. Vide Tom. 1. a. p. 201. vsq; 219.

Tunc ait Evangelista: Ductus est Iesus, ac si diceret. Tunc ductus est cum baptizatus est: ut nobis praeberet exemplum, ut arma & vices, quae in Baptismo accepimus, statim

in pugna exerceamus, & ieiunio, & abstinentijs conseruamus, ut nome quod in Baptismo militia Christi dedimus, non sit otiosum. Tom. 1. p. 195. col. 1.

Ductus est. A quo ductus sit, inter sanctos Doctores est disputatio: sed ab Spiritu sancto intelligendum est, ut placet Gregorio, ut hominibus ostenderet eos vivere in ciuitatibus, veluti feras in deserto: cum homines inter se libris, contentionibus, iniurijs, veluti feras dimittent: unde vtilius esse inter feras in deserto vivere, quam inter homines ipsis feris deteriores. Tom. 1. p. 131. col. 2.

Ductus est in desertum. Primum ferre opus, quod Dominus in publico aggressus est, pugna fuit cum daemone: ut sciant qui Christianam professi sunt vitam ad praedium & tentationes se praeparare debere. Sed sicut victo daemone Angeli Domino ministraturi accesserunt: sic Christiano post victoriam magnam est praeparatum praemium. Pugna haec & praemium hoc depingitur. Tom. 1. p. 295. col. 2.

Et cum ieiunasset quadraginta diebus. Sic tu si vis Angelos habere socios, in vita itinere cogitationes habere Angelicas, contemplantiam elige vitam: desertum, & locum a mundi negotijs semotum ama: carnem ieiunij & abstinentijs afflige. Vide Tom. 1. p. 145. col. 1.

Et cum accessisset tentator. Daemone vis & astutia ad nos tentandum, explicatur Tom. 1. p. 447. col. 2. Vbi quid sit tentatio, quomodo, & quomodo intelligatur nos a Deo tentari, explicatur. Vide

Et accedens tentator. Quid faciendum sit in principio tentationis. Habes ibidem.

Cum ieiunasset. Exemplo Christi ad ieiunium suademur. De ieiunij laudibus, & qualitatibus, quibusque rationibus exhortandi sunt fideles ad ieiunandum. Vide Tom. 1. p. 451. & sequentibus.

Cum ieiunasset. Qua cura maceranda sit caro, ieiunio, & poenitentia, ut spiritui subdatur, & anima seruetur. Vide ad longum dum illud explicatur Matth. 10. Qui amat animam suam, perdet eam. Tom. 1. p. 603. & sequentibus.

Dic ut lapides isti panes fiant. Daemone carnis delicias nobis procurat, carnem instrumentum sumit, ut spiritui bellum inferat: ideo nullatenus carni assentiendum, cum spiritui contraria velit. Tom. 1. p. 402. col. 2. Vbi caro, sinistra manus, spiritus, dextra intelliguntur.

I N D I E X.

Feria secunda post. 1. Dom. Quadrages. Vide Tom. 2. a. p. 505. vsq; 515.

Feria tertia post. 1. Domin. Quadrages. Tom. 2. a. p. 314. vsq; 322. & 326.

Feria quarta post primam Dominicam in Quadragesima. Euangelium: Accesserunt ad Iesum Scribae & Pharisaei, dicentes: Magister, volumus a te signum videre. Matth. cap. 12. Vide Tom. 1. a. p. 785. vsq; 399.

Signum quaerit. Vide huius Euangelij explicationem Tom. 2. p. 137. col. 2.

Volumus. Arrogans nimium postulario. Deum volunt suam adimplere voluntatem, cum e contra fieri debet, ut semper a Domino postulemus, ut suam concedat in nobis impleri voluntatem. Tom. 2. p. 286. col. 2.

Volumus a te signum videre. Signum de caelo voluit quo ostentationem faciat: melius illis consuluit Dominus, signa faciendo, non quae timorem ingerat, sed quae amorem praeferebant, & utilitatem. Signum Iona quo aer mitigetur, mare quiescat. Sic vobis concedam signum quo maius nunquam visum sit, ut mei morte Dei mitigetur ira, tempestas peccatorum quiescat, & omnes salui litis. Tom. 1. p. 729. col. 1. & p. 625. col. 2. & sequentibus haec materia curiose tractatur.

Regina Austri surgit in iudicio. Non quod Gentiles, Iudaeos sint iudicaturi. Sed comparatione Iudaeorum tolerabilior erit eorum poena. Illi enim iustos se esse existimantes, a fide Christi defecerunt, quae praedicantem, & miracula facientem viderunt. Isti ad praedicationem hominis ignoti a mari proiecti, nullis visis miraculis, crediderunt. Vnde similis nobis sententia timenda est. Vide Tom. 1. p. 732. col. 1. & p. 740. & sequentibus.

In historia Iona Prophetae. Aduertendum quantum sit peccati pondus in Iona figuratum: cum enim nauis consultu putarent nauitae, mercibus in mari proiectis, ut nauim aluiarent: tamen plus oneris habebat Iona peccatum, quam omnia nauis mercimonia: unde cum in mari proiectus esset Iona, statim mare quieuit. Iona in profundum maris tantum onustus pondere cecidit: adeo est graue peccati onus, quod neque caelum a Deo ex incorruptibili materia factum eum non potuit sustinere Angelis ab illo proiectis, neque terra

cum deglutiuit Datham, & omnem congregationem Abyron: neque mare, ut hodie videmus in Iona. Tom. 1. p. 750. col. 2. & sequentibus.

Feria quinta, secundum usum Roman. Tom. 2. a. p. 108. vsque. 131.

Feria sexta post primam Dominicam in Quadragesima. Euangelium: Erat festum Iudeorum. Ioan. cap. 5.

Et mouebatur aqua. Quid motus aquae significet. Vide Tom. 1. p. 115. col. 2.

Angelus autem Domini mouebat aquam. Angelus iste Christus intelligi potest noui Testamenti dictus, qui sua humanitate, ut instrumento suae diuinitati vnito aquis, quas in Iordane tetigit, talem tribuit virtutem, ut generi humano longa peccati aegritudine laboranti homo factus ei salutem tribuit aeternam. Huic intento ea omnia facili negotio applicari possunt, quae auctor morali stylo pertractat, dum Christi explicat in Iordane Baptismum. Tom. 1. a. p. 185. col. 2. & sequentibus.

Qui primus accedebat, sanabatur. Sic tu non differas per poenitentiam quaerere tuae salutis remedium. Quod non sit poenitentia differenda. Tom. 1. p. 791. col. 1.

Hominem non habeo. Hominem qui tanta sit charitatis, qui meas misertus miseras suis me humeris portet. Hunc hominem quem paralyticus iste se non habere dicit, & ipse habuit, & nos habemus, peccatores recipientem, cum illis manducantem. Tom. 1. p. 635. col. 1. & sequentibus.

Hominem non habeo. Paupertas, & infirmitas potuerunt homini isti auferre temporalis remedij subsidium, sed non Dei & hominis adiutorium, ad quae poterat ex grabato clamare: nulla ergo excusatio poterit quampiam defendere, quod non potuerit secum Deum habere, licet in lecto sit, vel in carcere, Deus omnibus adest, qui toto corde illum quaerunt. Tom. 1. p. 710. col. 1.

Noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Vide peritum medicum: morbi radicem euellendam docet, peccatum, scilicet, a quo omne malum. Quod peccatum sit omnis mali radix. Tom. 1. p. 77. col. 2. & sequentibus.

Noli amplius peccare. Ac si diceret. Per peccatum a Deo discessisti, nunc alia via pergendum



I N D E X.

gendum est, ut ad Deū accedas, peccati occasiones fuge, morborum & ægrotudinū corporalium & spiritualium causas. Tom. 1. pag. 105. col. 2. & p. 101. col. 1.

Iam noli peccare, &c. Infirmus iste tam longa detentus infirmitate peccatorem designat, longa peccandi consuetudine infirmū, qui nisi Domini imperio curari non potest. Tom. 1. p. 588. col. 1. & sequentibus.

Noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Peccata esse infirmitatum corporalium causam ostendit author Tom. 1. p. 511. col. 2.

Tolle grabatū tuum. Pondus enim grabati, & peccati, in quo iacebat antea infirmus peccator, sicut onus graue gravatum erat super eum. Sed cum Domini liberalitate & gratia sanus factus est, facile pondus ei visum est carnem, & ea quæ spiritui sunt contraria, domare. Quantū sit peccati onus. Vide Tom. 1. p. 750. col. 2. & sequentibus. & p. 755. col. 1.

Ne deterius tibi aliquid contingat. Quæ mala ex peccatorum reincidentia oriuntur. Vide Tom. 1. p. 805. col. 2. & sequentibus. Sed præcipue p. 806. col. 2. & sequentibus.

Sabbatho, sicut in secunda Dominica, secundum usum Roman.

Dominica secunda in Quadragesima. Evangelium: Assumpsit Iesus Petrū, & Iacobum. Matth. cap. 17.

Vide Tom. 2. à p. 173. Sed præcipue à p. 176. vsq; 183.

MOysi dictum est, cum de ædificando Sanctuario, & omnibus ad cultum Dei necessarijs instrueretur. Vide ut omnia facias, secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Similiter & Salomoni, cum de ædificando templo tractaret, ut ipse fatetur dicens. Omnia venerūt ad me, scripta manu Domini. Hoc quidem fecit hodie Dominus in monte Thabor, dicens: Ipsum audite, hoc vobis exemplar proponitur, ut vestras animas templum Deo faciatis. Christus, scilicet, Dei filius, in quo omnia creauit Pater. Tom. 1. p. 201. col. 2. & sequentibus.

Domine, bonum est nos hic esse, & alius Evangelista ait, nesciens quid diceret. Iure S. Petrus reprehenditur, qui cum ad regendam Dei Ecclesiam esset electus, bonum esse sibi putabat in tantæ gloriæ cōtemplatione per-

manere in monte, illos obliuiscēs qui in inferiori loco curis, & doloribus, & doctrinæ tenebris premebantur. Quod prælati è cōtemplatione aliquando descendant ad subditorum curam. Tom. 1. p. 566. col. 1.

In eadem Dominica secunda, in Quadragesima. Evangelium iuxta aliquarum Ecclesiarū morem: Egressus secessit in partes Tyri, & Sydonis. Matth. cap. 15.

Vide Tom. 2. à p. 108. vsque 131.

IN hoc Evangelio, cum huius mulieris ex ore Domini cōmendetur in oratione humilitas, perseverantia & fiducia: de oratione solet sermo institui. De qua vide tractatum Tom. 1. p. 409. & sequentibus. & p. 500. & sequentibus.

A finibus illis egressa. Peccatorum fines, occasiones sunt à quibus egredi debet qui ad Christum accedere vult, ut à Dæmone liberetur. Fugiendas esse peccatorū occasiones. Vide Tom. 1. p. 573. col. 1. & Tom. 2. p. 124. col. 2. & sequentibus. & p. 178. col. 2.

De orationis qualitate, & perseverantia, & de eius laudibus, vide quæ adnotamus Dominica in Rogationibus.

Filia mea malè à dæmonio vexatur. Qualiter vexentur hi, qui à dæmone possidentur per peccatum. Tom. 1. p. 771. col. 1.

Malè à dæmonio vexatur. Quare permittat Deus homines à dæmonio vexari. Tom. 1. p. 775. col. 2.

Non sum missus nisi ad oves, &c. Quæ sint rationes, ob quas præsentia Domini corporalis, & Apostolorum quandiu ipse Dominus in carne vixit, solis Iudæis sit communicata. Vide Tom. 1. p. 664. col. 2.

Feria tertia post secundam Dominicam.

Vide Tom. 2. à p. 399. vsque 407.

Feria quarta post secundam Dominicam in Quadragesima. Evangelium: Ascendens Iesus Hierosolymam.

Matth. cap. 20.

Vide Tom. 2. à p. 270. & deinceps.

DE huius Euangelij prima parte, vide quæ adnotamus Dominica in Quinquagesima. **Ecce**

I N D E X.

Ecce ascendimus. Iter quo ad cœlestē Hierusalem iter, labores sunt, flagella, & crux, sed omnia facilia & leuia iudicatur ab eis qui aspiciunt in remunerationem. Tom. 1. p. 108. col. 1.

Et filius hominis tradetur. Et mater filiorum Zebedæi, cum de hoc ageretur, suorum filiorum exaltationē petit. Sed protinus audiuit exaltationem, præcedere debere humiliationem, passionem, & crucem. Vide Tom. 2. p. 266. col. 1.

Adorans, & petens, &c. Adorandus latría solus est Deus, & ea quæ ipsum repræsentat. Sed pro dolor, quod Dei est, sibi homines tribui volunt: præsertim mulierculæ vanæ ob perituras diuitias ita extolluntur, ut ab hominibus cultum velint sibi exhiberi, qui soli Deo debetur. Hoc magnū malum reprehenditur Tom. 1. p. 79. col. 2.

Adorans, & petens aliquid. Ista Dominū adorat, ut primos honores filijs impetret: peiores multo ista sunt, qui dæmones adorant ab ipsis hæc expectantes, quæ dare non possunt: quæ mala media auaritiā hominibus dæmones afferant. Tom. 1. pag. 207. col. 2. & sequentibus.

Die ut sedeant. Vide mulieris de temporali filiorum augmēto curam: ut inam sic sollicitæ essent mères, ut filij sui & filia in virtute proficerent. De filiorum, & seruorum cura. Vide Tom. 1. p. 709. col. 2. & sequentibus.

In Regno tuo. Christi Regnum an temporale sit, qualeq; sit spirituale quod in oratione Dominica petimus, ut nobis adueniat: in quo si isti primas peterent sedes suis meritis quærendas, laudandi essent. Vide Tom. 1. p. 427. & sequentibus.

Indignati sunt Discipuli de istorum petitione. Vnde consequens fuit omnes intellexisse in hoc mundo condiscipulos primatum ambijisse: nam si cœlestia petijissent, non esset turbarentur: nam eum infinita sint quæ ibi à sanctis possidentur, nullus alterius potest impedire possessionem, sicut in hoc mundo, in quo cum res quæ possidentur in paruo & finito sint numero: vnus diuitijs & honoribus abundat, alius vacuus remaneat; veluti si à centro lineas ad circumferentiam deducas, quantò lineæ magis centro adhærent, tantò magis inter se iungantur, & veluti coarctate se comprimunt; sed quantò magis à centro ad circumferentiam accedunt, tantò amplius à se discedunt, & spatiosum locum habent. Sic quando homines bonis temporalibus, quæ

in hoc mundo (centro simili respectu cœli amplitudine) possidentur, inhiant tantò magis inter se, propter eorum possessionem certant. Non sic cum à terrenis discedentes ad cœlestia anhelant, ubi mansiones multæ sunt: tunc non datur certandi locus, ab illo vera bona expectantes, qui dat omnibus affluenter. Quod diuitiæ, cum sint in exigua quantitate, non possunt omnium ambitioni satisfacere. Tom. 1. p. 468. col. 2.

De hac petitione Discipuli indignati sunt, inuidiæ stimulis agitati, non considerantes, non esse apud Deum personarum acceptationem, sed æqualem illi esse curā de omnibus. Tom. 1. p. 639. col. 1.

Feria quinta. De diuite, & Lazaro.

Tom. 2. à p. 237. vsque 241.

Feria sexta post secundam Dominicam in Quadragesima. Evangelium: Homo quidam erat paterfamilias, & plantauit vineam. Ex Matth. c. 21.

Vide Tom. 2. à p. 330. vsq; 350.

Hic Evangelio quadrante quæ de operarijs & vinea dicuntur. Matth. 20. Tom. 2. p. 247. col. 2. & sequentibus.

Quam pulchrè in hac parabola malorum perturbatam conscientiam, describit Dominus, quæ sui conscientia delecti timida est: sibi isti intellexerunt diffinitam sententiam: cogitationibus suis se inuicem accusantibus. E contra mirabile est, quam mirandam pacem habet bonorum conscientia. Cum Iudas Christo Domino dicente: Vnus vestrum me traditurus est, sollicitè quærit: Nāquid ego? Ioannes inter Iudæ angustias, in Christi sinu quiescit, & securè interrogat, quis nam sit. Malorum perturbatam conscientiam, bonorum pacificam curiosè depictā habes Tom. 1. p. 67. & 68.

Christus Dominus mirabili discursu in suis factis, & dictis, suæ vitæ & nostræ redemptionis Sacramenta adumbravit, & depinxit, ut in hac parabola vides: & in Regum adoratione curiosa moralitate noster author aduertit, quæ non incongruè huius Euangelij scopo aptari potest. Tom. 1. p. 110. col. 2.

Aduertendum in hoc Evangelio, quam blandè & sapienter Dominus populū reprehendit. Quod & Nathani Prophetam cum Dauide egit, ipsum de adulterio reprehendens,



I N D E X.

dens, in tertia persona apposita figura, peccatum ponens. Sic & hodie fecit. Christus, sub aliorum figura populum arguit: docemur quo ordine se debeat homo habere, cum proximam fraternè reprehendere curat: ut salus proximi spiritualis ex nostra reprehensione sequatur, prius blandè & prudenter est reprehendendus. Sed & si oportuerit, & in nostra sit proximus potestate, acriter. Modus seruandus in correctione fraterna habetur. Vide ad longum & curiosè Tom. 2. pag. 207. col. 2. & sequentibus.

Auferetur à vobis Regnum Dei. Hoc explicatur p. 172. col. 1.

Auferetur à vobis Regnum Dei. Aduertendum maxime est, ne propter nostra peccata, Domini vinea, & fidei confessio, quæ in Ecclesia vera Domini vinea solum est, à nobis auferatur. Tom. 2. p. 103. col. 1. & 100.

Locauit eam agricolis. Vide quanta nobis, & quam pretiosa tradita sunt, & de quantis reddituri sumus rationè: anima nostra Christi sanguine redempta nobis tradita est, quæ pretiosior est argento & auro. Sed & vinea dici potest Christi sanguine irrigata, Tom. 2. p. 96. & sequentibus.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. Quomodo ex Christi doctrina quidam summè profecerunt, alijs scandalum patientibus. Ostenditur Tom. 2. p. 161. col. 1.

Dominica tertia in Quadrages. Euangelium: Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Luc. cap. 11.

H Vius Euangelij explicatio habetur Tom. 1. p. 768. col. 1. & 771. vsq; 778. & 799. vsq; in finem. Et Tom. 2. p. 191. vsq; 192.

Et postquam eiecisset demonium, loquutus est mutus. In quot miseras homo per peccatum incidit, à quibus Domini imperio solutus est, qui à dæmone captiuus tenebatur. Vide Tom. 2. p. 305. col. 2. & sequentibus.

In Beelzebub principe dæmoniorum. Quis Beelzebub fuerit: & quod Domini exemplo iniurias æquo animo ferre debeamus. Vide Tom. 2. c. 1. p. 686. col. 2.

In Beelzebub principe dæmoniorum. Notandum quam temerariè isti de hoc miraculo iudicauerint: quæ Dei virtute fiebant, dæmoni tribuebant, absq; aliqua causa, vel indicio, solum praua intentione eum iudicare præsumunt, qui iudex est constitutus à Deo vi-

uorum & mortuorum. De iudicijs temerarijs, vide quæ adnotat noster author in illud Matthæ. 7. Nolite iudicare Tom. 1. p. 484. & sequentibus. Sed si volueris contra deprauatas linguas tuas ordinare concionem, vide integram concionem, de linguæ vitijs Tom. 1. p. 488. col. 2.

Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur. Quantam diuisionem dæmon in Regno Iudeorum intulerat, tempore quo Christus filios Israël, qui dispersi erant, venit in vnum congregare. Vide Tom. 1. p. 150. col. 1. vbi ex Danielis prophetia hoc probat author.

Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur. Summum malum diuisio causat; summum concordia bonum; pax & concordia citharæ, & sanitati cõparatur. Tom. 1. p. 388. col. 1.

Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur. Si Regnum diaboli, quod malum est, vnione constat: Regnum Dei, quod bonum est, quomodo diuisione poterit constare & conseruari. Si volumus, vt Dominus in nostra anima, veluti in pacatissimo Regno permaneat: non demus alteri Regi in animæ locum: non regnet peccatum in nostro mortali corpore: non poterimus Deo & diuitijs ex æquo seruire: diuisum erit Regnum animæ duobus Regibus, conditione contrarijs, in anima de Regno inter se certantibus. Vide Tom. 1. p. 472. col. 2.

Filij vestri, in quo eijciunt. Qualiter sit Apostolis potestas, super dæmones collata. Vide Tom. 1. p. 657. col. 2.

Inuenit eam scopis mūdātam & ornatam. Ac si diceret, viam per quam ad animam intrare possit, stratum animam nullo bono hospite occupatam: ostium apertum, & omnia inuenit dæmon suæ mansioni apta. Ista sunt animæ omnium vitiorum generi præbentes aditum. Vide Tom. 2. p. 18. quæ errore typographi est, 20. & p. 23. col. 1.

Inuenit eam scopis mūdātam, & ornatam, id est, inuenit in ea dispositionem, & occasionem, vt iterum ad eam redeat; quapropter vitandæ sunt peccatorum occasiones, ne eis visis dæmoni redeundi ad animam aperiatur porta. Tom. 2. p. 124. col. 2. & sequentibus. Et p. 126. inuenies quæ mala dæmon in anima, quam per peccatum possidet, efficiat.

Assumit alios septem spiritus secum: vt multitudinè vincant, quem fortiter dimicaturum vident decreuisse: vt securus iam victum possideant. Hoc in insigni diui Hieronymi

I N D E X.

nymi exemplo probatur, qua ratione & causa dæmones adueniunt. Tom. 1. p. 210. col. 1. Sed & ibidem habes quam attentè dæmon tentandi consideret occasiones, & infirmiora animæ loca: vt ipsam veluti arcè adoriatur, inclinationes cõsiderat ad quæ sit anima affecta. Vide etiam Tom. 1. p. 213. col. 1.

Feria secunda, Dominica tertia, Tom. 2. pag. 62.

Feria tertia, Dominica secunda, Tom. 2. a. p. 208. vsque. 215.

Feria quarta post tertiam Dominicam in Quadragesima. Euangelium: Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisei, dicentes: Quare discipuli tui? Matth. 15.

Vide Tom. 2. a. pag. 93. vsque. 108. & pag. 192.

Q VARE discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Quam proprium est malis, & eis qui sunt prauè affecti, illa tantum in alijs notare, quæ aliquam imperfectionem videntur in se habere, illa non attingentes, quæ de se bona sunt. Vide Tom. 2. p. 359. col. 1.

Vos autem dicitis, &c. Isti doctrinam, quam purè & sine praua affectione docere debebant, cum verà doctrina omni careat tenebrarum errore, ad suum reducebant temporale lucrum. Similes istis inuenies in Ecclesia prædicatores, & Ecclesiæ ministros, qui doctrina sacra ad sua temporalia commoda abutuntur. Tom. 1. p. 323. col. 2. & p. 334. col. 2. & sequentibus.

Munus quodcumq; ex me tibi proderit. Falsum hoc Phariseorum dogma confunditur. Tom. 2. p. 367. col. 2.

Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Elaias. De hypocritis vitio, præter ea quæ adnotantur Feria quarta Cinerum, dum illud explicatur: Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Vide Tom. 1. pag. 455. col. 1. & sequentibus.

Populus hic labijs me honorat. Nihil estimat Deus verba, quæ operibus non respondent: quid enim illi interest, quod tu dicas, Domine, Domine, & non facias quæ ipse dicit. Tom. 1. p. 350. col. 2.

Cor eorum longè est à me. Proprium hypocritarum est virtutem ostendere, malum in corde celare. Propinquos se Deo esse predicant, cū corde longè ab sint. Tom. 1. p. 616. col. 1.

Quare discipuli tui transgrediuntur, &c. Inuidi & superbi sunt qui de sua iustitia presumunt alios iudicant malos, qui suum non sequuntur viuendi modum. Tom. 1. p. 624. col. 2.

Populus hic labijs me honorat. Proprium hoc est adulantium, bona ostendere verba, abscondere cordis amari tudinem. De adulatione vide Tom. 1. p. 310. & sequentibus: & pag. 514. col. 1. & 711. col. 2. & pag. 713. & sequentibus.

Labijs me honorat, cor autem eorum. Sic multi faciunt Christiani, quibus dulce est benè de Christo loqui: dulciusq; dæmon vult operari. Tom. 1. p. 726. col. 2.

Non lauant manus. Quam proprium est murmurantium, & eorum qui malo animo laborant, festucam videre in aliorum oculis, trabem in suis non considerantes. Tomo. 1. p. 716. col. 2.

Populus hic labijs me honorat. Proprium est hypocritarum sub exteriori ceremoniarum apparentia vitia occulta celare. Tom. 2. p. 206. col. 1.

Sinite illos. Consultò noluit Dominus parabolæ sensum, Phariseis aperire, ne margaritas mitteret ante porcos, ne merces suas spirituales his qui curiositatis causa non vt emerent, volebant videre. Sic de spiritualibus margaritis debet facere Dei minister. Tom. 1. p. 711. col. 1.

Cæci sunt & duces cæcorum. Ex praua consuetudine claudendi oculos ad veritatis lucem euenit, vt cæci remanerent. Tomo. 1. p. 329. col. 1. & sequentibus.

De corde exeunt. De cordis munditia, & cordis acceptione, & alia huic Euangelio consona habes, dum illud explicatur Matthæi. 5. Beati mundo corde, &c. Tom. 1. p. 285. Vbi habes quid apud Deum exteriora valeant, sine cordis puritate.

Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei. Quibus sint mysteria Regni Dei reuelanda, & quibus occultanda: qui sint canes, quibus non est sanctorum dandum: qui porci, quibus neq; margaritæ. Vide Tom. 1. p. 497. & sequentibus.

Misericordiam volo, & non sacrificium. Anteponendam voluit Dominus in necessitatis articulo proximi misericordiam suo sacrificio. Tom. 1. p. 361. col. 1.



I N D E X.

Feria quinta, Dom. tertia. Tom. 1. d. p. 587. vsque. 591. & Tom. 2. p. 131.

Feria sexta post tertiam Dominicam in Quadragesima. Euangelium: Venit Iesus in civitatem Samariae. Ioannis cap. 4.

Fatigatus ex itinere. Nostrum est, & nostri causa quod fatigatur Iesus: quod fatigatur ille per quem fatigati recteantur, ut eius infirmitate, & fatigatione nos cum Paulo dicere possimus: Omnia nos posse in eo, qui nos confortat Iesu Christo. Tom. 1. pag. 106. col. 1.

Sedebat sic supra fontem. Ad aquae fontem peccatricem istam conuertit, quo futurum significaret fontium baptismatis aquis peccata oves esse iustificandos. Tom. 1. p. 185. & sequentibus. Vbi de virtute aquis collata à Christo in eius baptisinate ad longum tractatur.

Venit Iesus in civitatem Samariae. Ut Sol iste visibilis omnia circumit, & non est qui se abscondat à calore eius, neque lutum, neque res immunda. Sic Christus qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, omnes quaerit, omnes illuminaturus, vsque ad cor istius mulieris luto similis, in quo vilia animalia, peccata scilicet, volubatur, eius pervenit calor. Tom. 1. p. 2. 8. col. 1.

Fatigatus ex itinere. Ut ex ista fatigatione, qua expertus est nostras miseras, discat fatigatis nobis misereri: debuit enim per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Tom. 2. p. 257. col. 1.

Venit Iesus in civitatem Samariae. Vide quantus sit Dei in nos amor, qui illum veluti à sua sede ad nos traxit, ut nostras in se susciperet miseras & dolores: propter quas fatigatur. Tom. 1. p. 619. col. 2.

Non conturbari Iudaei Samaritanis. Miratur mulier cum Iudaei tanta sollicitudine malorum confortia iudicaverint vitanda, cur ipse cum Samaritana, quam ut à sua fide alienam illi abhorrebat, colloqueretur. Vitanda esse malorum confortia, praecipue haereticorum, & eorum qui pelle ovina contexti intus lupis simile habent cor. Vide Tom. 1. p. 517. & p. 570. col. 2. & pag. 573. col. 1. & Tom. 2. p. 142. col. 2.

Nemo tamen dixit, &c. Non iudicaverunt indignum tanto Magistro, cum muliercula

colloqui: simplices enim erant corde, bono & candido animo talis Magistri discipuli. De iudicijs temerarijs vide quae author annotat, dum illud explicat Matthaei. 7. Nolite iudicare. Tom. 1. p. 484. col. 1.

Videte regiones, quia albae sunt iam ad messem. Qua laetitia afficeretur Dominus, gaudens, sicut qui laetantur in messe, sui adventus videns copiosum fructum. Vide Tom. 1. pag. 248. col. 2.

Dominica quarta in Quadragesima. Euangelium: Abijt Iesus trans mare Tyberiadis. Ioan. cap. 6.

Vide Tom. 2. à pag. 74. vsque. 79. & à pag. 132. vsque. 134.

Sequatur eum multitudo magna. Eos qui ipsum sequuntur ad eius videnda signa, & ut ab eo remedia suarum necessitatum accipiant, ipse paternis oculis intuetur. Tom. 1. p. 251. col. 1.

Ut autem impleti sunt. Comederunt omnes & saturati sunt, & desiderium eorum attulit eis Deus, non sunt fraudati à desiderio suo: quod hodie factum est, & in caelesti & aeterno convivio per hunc figuratum, fiet: in quo solus Deus animae famem & desideria satiare potest: ut David ait: Satiabor eum apparerit gloria tua. Quod solus Deus animae famem satiare potest, quae cum ad eius imaginem creata sit: ipse solus, cuius imago est eam adhaerere poterit. Tomo. 1. pagina. 799. col. 2.

De aeterna beatitudine, quam convivium hoc adumbrat, sequentia accipe. Beatitudinis aeternae status, quae convivium hoc adumbrat, ad longum explicatur Tom. 1. p. 291. & sequentibus: & Tom. 2. pag. 49. col. 1. & sequentibus.

Quod in Deo, qui beatitudo nostra est, omnium bonorum sit collectio. Tom. 2. pag. 51. col. 1. & p. 55. col. 2.

De huius miraculi materia vide Tom. 2. pag. 73. column. 1. dum illud explicatur Matthaei. 14.

Convivium hoc illud repraesentat quod faciet Deus medulatoꝝ pinguium in nobis excelso aeternitatis. In quo illud est consideratione dignum, quod idem cibus omnibus proponatur, sicut in hoc aeterno convivio videmus, ut eadem res, eademque videatur omnibus,

I N D E X.

nibus, beatitudo, neque hoc cum illo cohaerere videatur: sicut stella ab stella differt in claritate, ita erit & resurrectio mortuorum. Et Christus Dominus: In domo Patris mei mansiones multae sunt: & non omnes eundem merentur beatitudinis gradum. Hoc explicatur Tom. 2. p. 255. col. 1. in fine, & sequentibus.

De caelesti hoc, & divino beatitudinis aeternae convivio tractat noster author in explicatione parabola: Lucae. 14. de eo qui fecit coenam magnam, quae in spiritali sensu huic Evangelio quadrare videntur. Vide Tom. 2. pag. 362. col. 1.

Feria quarta post quartam Dominicam in Quadragesima. Euangelium: Praetereens Iesus vidit hominem caecum. Ioan. cap. 9.

Rabbi, quis peccavit hic, aut parentes eius? Quod saepenumero filij puniantur propter peccata patrum: vel quod proprius dicitur, parentes in filijs puniatur. Vide Tom. 2. p. 114. col. 2.

Fecit lutum ex spato. Ad hoc venit Christus, ut hominem reformaret, & ad pristinum reduceret statum, à quo per peccatum ceciderat: fecerat enim Deus ad imaginem suam, sed ex limo terrae. Limo terrae lina compolitum salina eum recuperat. Salina ex ore veluti similis rudis est eius qui illam expuit. Sic vulgo dicimus, *parece que le escupia*. Illa ergo similitudine Patris, ad quam, & per quam condita sunt omnia, & ipse homo, ab ipsa reformatus est. Vide huius discursus explicationem Tom. 1. p. 353. col. 2. Vbi explicatur quod Christus reformaturus hominem advenit: quod huic intento congruere videtur.

Lutum fecit ex spato. Periti medici est contraria contrarijs curare: Superbia homo ceciderat, qui cum ex limo terrae esset formatus, ad Dei voluerit ascendere aequalitatem: nunc luto & humilitate sua ob oculos posita ipsum curat. Tom. 1. p. 457. col. 1.

Fecit lutum ex spato. Non ista facile aestimavit Dominus, quod homo seipsum cognosceret: hoc ergo facit lutum super oculos ponens hominem ad sui cognitionem adducere. Tom. 1. p. 466. col. 1.

Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit. Quam caeca est depravata voluntas. Nam qui potuit facere ut caecus natus videat, etiam virtute Dei, in qua haec fecit,

poterit & in observatione Sabbathi dispensare: cum tamen Sabbathi observantia non frangeretur operibus misericordiae hominibus exhibitis, ipsos illuminando, & sanando: in quo istorum duplex malitia ostenditur, quod illi zelatores erant legum, in his quae minima erant aestimanda, & tractores in his quae in maiori pretio erant habenda: & secundo exteriora tantum curabant, nihili aestimantes quae interiora & perfectiora erant: Haec omnia reprehenduntur Tom. 2. p. 68. col. 1. & sequentibus.

In hoc enim mirabile est, &c. Vide caeci huius in Christi confessione perseverantiam, qui neque minis, neque verbis suaderi potest, ut ab incepto desisteret: tales vult Deus in bono perseverantes, ut illis tribuat coronam. Caecus iste sua perseverantia eum meruit videre suis oculis, quem multa Prophetarum, & Reges voluerunt videre, & non viderunt: & huic caeco seipsum manifestavit, oculis ipsi restituit miraculose, ut tantum bonum videre posset. Sic ille merebitur in aeterna beatitudine eum videre, qui perseveraverit vsque in finem. Tom. 1. p. 686. col. 2.

Audiuit quia eiecerunt eum foras. Eos quos mundus à se rejicit, Christus ad se fugientes recipit. Sic fecit cum hoc caeco, eiecerunt à communione Pharisaeorum, ad sui cognitionem & amicitiam recepit. Ne ergo despondeas animo si te odit mundus, ad Deum confuge certus quod apertis brachijs ab ipso recipieris. Tom. 1. p. 727. col. 1.

Feria sexta post quartam Dominicam in Quadragesima. Euangelium: Erat quidam languens Lazarus. Ioan. 12.

Trium mortuorum suscitatio, quos in Evangelio legimus Christum suscitasse, triplicem peccatorum statum significat, qui spiritaliter mortui iacent: ex quo discursu & morali explicatione integram poteris efficere concionem. Tom. 1. p. 648. col. 2.

Erat quidam languens Lazarus. Lazarus languidus, mortuus, & foetidus, & illius sepulchrum grandi lapide coopertum, peccatorem designat animae infirmitate laborantem, male famae foetore hominibus molestum, & peccati graui onere coopertum. Quale, & quantum sit peccati onus, vide Tom. 1. p. 750. col. 2. & sequentibus. & p. 755. col. 1.



I N D E X.

Lazarus in sepulchro, peccatorem significat. Quod peccator in sepulchro dicatur, habitare, & huius significationem vide Tom. 1. p. 609. col. 1.

Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Bene sciebat ibi mortem adesse, ubi Deus abest: hoc ergo curandum est, ut malorum simus expertes, praesertim spiritualium: Deum nobiscum habere. Tom. 1. p. 633. col. 2.

Porro vnum est necessarium. Martha circa plurima turbatur, & de plurimis curat, cum vnum sit necessarium. In cuius comparatione caetera quae homines curant superuacanea sint. Necessarium quippe est, Deum secum habere totius boni fontem, cum quo omnia possidentur, ad cuius praesentiam omne euanescent & fugit malum. Quod & ipsa fatetur Martha. Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus: mors enim cum vita per essentiam simul esse non potest. Vide huius considerationis explicationem curiosè Tom. 1. p. 84. col. 2.

Lacrymatus est Iesus, Vtiq; misericordia motus lacrymatur. Misericordiae laudes, & quomodo affectus misericordiae in Christo fuerit. Vide Tom. 1. p. 278. col. 2. & sequentibus.

Soluite eum, & sinite abire. Discipulis, Apostolis, & Ecclesiae ministris, Ecclesiae committitur, ut per eos vita spiritualis, & bona omnia hominibus communicentur: Quales ergo esse debent qui ad tale ministerium assumuntur, vide Tom. 1. p. 312. col. 1.

Soluite eum, & sinite abire. Ante Christi mortem non habebant sacerdotes potestatem ad suscitandos homines à peccatorum morte. Sed ad hoc veterum sacerdotum potestas se extendebat, ut quos Deus à peccato suscitaret, viuos ostenderent: & ideo non praecipit Apostolis ut Lazarum suscitent: sed ut suscitatum ostendant. In noua verò lege, sacerdotes verè mortuos viuificant à peccatis absoluentes: licet authoritaria potestas in solo Deo sit ad remittenda peccata. Vide Tom. 1. p. 615. col. 2.

Soluite eum & sinite abire. Apostolorum & eorum successorum, praetorum, & sacerdotum est animas soluere à peccatorum vinculis: & quanto magis eas videant ligatas, & in sepulchro iacentes, & consuetudine peccatorum, veluti grandi lapide coopertas, & per malam famam foetidas, tanto magis curare debent, ut eas soluant. Vide Tom. 2. p. 305. col. 2. & sequentibus.

Dominica in Passione. Euangelium.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioan. cap. 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Iam morti propinquus suae vitae coram inimicis examen facit: non quod necessarium illi esset, qui neq; peccatum fecit, neq; dolus inueniri potuit in ore eius. Sed ut nobis exemplum praeberet ante mortem praecipuam faciem iudicis in confessione, & nos metipsos iudicemus, ne iudicemur, id est, ut liberi in iudicio simus: conscientiae examen faciendum esse ante mortis horam. Vide Tom. 2. pag. 353. col. 1. Quod non sit ad ipsum mortis articulum differenda poenitentia, eò quod non omni ex parte voluntaria in eo tempore iudicanda. Tom. 1. p. 791. col. 1.

Si veritatem dico. Aduerte quàm fortiter & audacter Dominus inimicos reprehendit. Nihil veritate fortius, qui illa armatur, nihil timet. Super omnia enim vincit veritas. Tom. 1. p. 115. col. 1.

Si veritatem dico. Aduerte in toto hoc Euangelij discursu optimi & consummati praedicatoris norma, veritatem patefecit, quae amara solet esse: sed eam verborum dulcedine temperat: sal est ut ipse Dominus suis dixit ministris, quae dolorem vulneribus faciat, cibos dulces reddat. Hanc veritatis conditionem qualiter praedicandam vide Tom. 1. pag. 309. col. 1. & sequentibus.

Si veritatem dico. Docet Dominus non occultandam veritatem, sed forti animo nullis, vel blanditijs, vel minis ab eius praedicatione desistendum. Tom. 1. p. 718. col. 2.

Si veritatem dico. Imò quia veritatem dicis, ideo odio habetis ab illis, qui oculorum sippitudine laborant, quibus odiosa est lux veritatis, quae puris est amabilis. Tom. 1. pag. 724. col. 1. & p. 729. col. 2. & Tom. 2. p. 105. col. 1.

Si veritatem dico. Qualiter veritas omni postposito timore, à praedicatoribus praedicanda sit. Tom. 2. p. 71. col. 2.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Quomodo sit audiendum verbum Dei, ut fructum faciat. Vide Tom. 1. p. 797. col. 2.

Nonne bene dicimus nos, &c. Vide quanta patientia iniurias sustinet, daemonium eum habere dicunt, in quo est plenitudo diuinitatis, ut discipulos doceat non scandalizandos, si propter euangelium persecutiones & blasphemias sustineant: cum discipulus supra Magistrum non sit, melioris ve conditionis. Tom. 1. p. 689. col. 2.

Iesus

I N D E X.

Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Quid, Domine, fugis? Nonne tu caeli & terra es Dominus, ante quem columna caeli contremiscunt? Nonne arcem Patris tui mundum, scilicet, recuperaturus aduenisti? Cur nunc eam deseris? Fecisti aliquando ex caelis flagellum, ut eo templum, & Patris tui domum prophanares, ex eo expelleres: magis nunc isti templi maiestatem offendunt, cum in eo lapidem angulari, qui ferro, clavis, & cruce aptanduserat, lapidibus volunt obruere, & tu à templo absconderis? Hoc fecit ne essent, quas in templo isti contra Deum faciebant, grauiore essent si in templo & eius hierent praesentia. Vide Tom. 1. p. 109. col. 1.

Fer. 2. To. 2. p. 314. vsq; 332. & p. 326.

Feria quarta post Dominicam in Passione. Euangelium: Facta sunt encenia in Hierosolymis, & hyems erat. Ioan. cap. 10.

Ethyems erat. Ut frigida ostenderet in Dei amore eorum corda, temporis frigidi posuit circumstantiam. Infirmi & febricitantes, & frigore, & calore premuntur. Peccator similis istis infirmis describitur. Tom. 1. p. 586. col. 2. & sequentibus.

Circumdederunt eum Iudaei, veluti lupi agnum. Ut agni ostenderetur mansuetudo: & lupi si vellent, agni visa mansuetudine, in ouium conditionem transmutarentur. Vide Tom. 1. p. 679. col. 1.

Circumdederunt eum. Homines hominem circulant, suis fraudibus & dolis feris deterioribus ipsum persequantur: ut dicere possimus, Homo homini damno. Tom. 1. pag. 684. col. 1.

Oues meae vocem meam audiunt. Verbi Dei natura & fructus, quem operatur in eis qui ex corde illum recipiunt: & alia huic Euangelio consona vide Tom. 2. pag. 13. col. 2. & sequentibus.

Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. Quod ex scripturis probari possit, Christum verum Messiam Deum esse. Vide Tom. 2. p. 397. col. 1. & sequentibus.

In hoc Euangelio Christi Domini fortitudo & constantia probatur: qui neq; metu, neq; inimicorum circumstantium turba moueri villo modo potuit, quin veritate praedicaret. Hanc constantiam imitari debet Euangelicus concionator. Tom. 1. p. 712. col. 1.

Si mihi non vultis credere, operibus credite. Si Christus operibus voluit quis esse ostendere, & Christi discipuli operibus se esse eius discipuli ostendant, non verbis. Ostende (ait Iacobus) tu mihi fidem tuam ex operibus. Tom. 1. p. 710. col. 2. & p. 720. col. 1.

Feria sexta post Dominicam in Passione. Euangelium: Collegerunt Pontifices, & Pharisei conciliū. Ioan. 11.

Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium. Hoc concilium inuidia collegit. Quae mala ex inuidia oriuntur. Vide Tom. 1. p. 775. col. 1. & p. 639. col. 2. & p. 785. col. 2.

Quid facimus. Perplexum, & difficultatibus implicatum Pontifex iste se videt, ex vna parte metu amissionis Pontificatus, & honoris, ex alia multitudinis signorum Christi, & applausus populi, timet in eum manum mittere. In quas difficultates sit immerfus peccator, ad quem labyrinthum irretiatur. Vide Tom. 1. p. 787. col. 1.

Quid facimus, &c. Vide qualem ex tali principio inferat conclusionem: Multa signa facit, ergo occidatur. Intellectum clarum habuit ad consideranda principia: sed passio & praua affectio in voluntate fecit, ut intellectus ad voluntatis praua affectione affectae partes transiret, & secum intellectum traheret. Summo opere ergo cauendum ne voluntas passione turbetur, & male sit affecta: facit enim ut intellectus amarum iudicet dulce, & dulce amarum. Vide Tom. 2. p. 115. col. 2. in fine.

Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium. Plenum erit hoc concilium misericordia, in quo praesident Sacerdotes & Pontifices, qui vniti misericordiae oleo, habent in pectore scriptum, Misericordia & veritas. Sed nulla gens deterior & crudelior malis sacerdotibus, sicut nulla melior bonis. Tom. 2. p. 281. col. 2.

Vnus autem ex ipsis Cayphas nomine. Hic summus Sacerdos, qui per simoniam sacerdotium emerat, & alij Pontifices auari, pleni doloris, quam sententiam poterant proferre, nisi eam quae à talibus fontibus deriuaretur. Contra malos sacerdotes vide Tom. 2. p. 314. col. 2. vsq; ad p. 222.

Abijt in regionem, quae vocatur Ephrem. Videns hominum praua consilia, fraudes & dolos, ab eis in regionem desertam secessit, nobis innuens hominum fugere consortia, & fraudes. Vide Tom. 1. p. 216. col. 2.

v r 3 Abijs



I N D E X.

Abijt in regionem, &c. Abijt & fugit, vt discipulis ostenderet quadoq; fuga sibi consulendum esse, neq; fugere erubescant. Tom. 1. p. 687. col. 2.

Dominica in Ramis. Euangelium: Cūm appropinquaret Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage. Matth. 21.

A Sinam alligatam, & pullum cum ea. Iudæorum, & Gentium ad Christum vocatio in asina & pullo à sanctis expositiorib; significari asseritur. De qua vocatione vide Tom. 1. p. 100. & 101.

Ad montem Oliueti. Ad montem Oliuarum venit noster Redēptor, nostræ redemptionis opus executurus, vt misericordiarum oleum, quod secum nobis afferebat, ostenderet. Tom. 1. p. 100. col. 1.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. De mansuetudine in communi, & in particulari de Christi mansuetudine tractat ad longum noster author, dum illud explicat Matth. 5. Beati mites.

Si volueris collationem facere huius mysterij cum illo, in quo venit Christus in extremo iudicio, non solum vt enientes & vendentes columbas ex templo eiciat: sed vt omnes iniurias patri illatas vindicet: non vt à pueris Rex proclametur, sed ab Angelis, hominibus, iustis, & reprobis, non humilium sedens, sed lucidissima nube. Nunc vestes ei substernuntur, tunc æternus Pater ponet omnes inimicos sub pedibus eius. Vide Tom. 1. p. 432. & sequentibus. Vbi de Regno Christi, quod ei Pater tradet in illa die, agitur.

Feria quinta in Cœna Domini. Euangelium: Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit eius hora. Ioan. cap. 13.

In finem dilexit eos. Si summum amoris opus in fine vitæ ostēdit, cūm amor vnionem faciat, quomodo ab eis per mortē diuidi permittet? Vt mors fortis prædicatur dilectio: fortior amor cūm illa diuidat à corpore animam: amor vniat: Hoc eleganter explicatur Tom. 1. p. 689. col. 2. & sequentibus.

In finem dilexit eos. Charitatis excellentias vide Tom. 2. p. 179. col. 1. & sequentibus.

In finem dilexit eos. Quod charitas tunica illa Christi inconsutilis sit vsq; ad finem con-

texta. Quod eius vitæ comparari potest. Vide Tom. 1. p. 390. col. 2.

Cœpit lauare pedes discipulorum. Vt superbiam vinceret, humilitatem docuit. Vide curiosè Tom. 1. p. 78. col. 1.

Domine, tu lauas mihi pedes. Vide Christum, & Petrum de humilitate certantes. Simile certamē, & eiusdem Christi in Iordane cum Ioanne, cūm ipsum ab eo prohibet baptizari. Tom. 1. p. 189. col. 2.

Cœpit lauare pedes discipulorum. Quid ista pedum Apostolorum ablutio significet: curiosè habes Tom. 1. p. 229. col. 1.

In finem dilexit eos. Ac si id diceret, quod nostra vernacula lingua dicimus, *Echo el sello al amor*, Amorem in suis collocavit finibus, illum fecit ad omnes se extendere amicos, & inimicos, bonos & malos, occisores, & latrones. Quod charitas ad omnes se extendat. Tom. 1. p. 390. col. 1.

Sciens quia ad Deum vadit. In qua nocte tradebatur. Notauit Paulus circumstantiam temporis, & hic Euangelista. Ac si dicerent, in memoria habent, per quos dolores & plagas ad Patrem pergebat: tot circumdatus malis, veluti sui oblitus, nostra quærens instituit sui corporis & sanguinis Sacramenta. Proprium hoc est Christi ardētissima charitate, quæ non quærit quæ sua sunt. Quod charitas faciat sanctos suorum obliuisci dolorum, vt aliorum doloribus subueniat. Vide Tom. 1. p. 728. col. 1.

Scitis quid fecerim vobis, &c. Quod inter veros Christi sectatores hæc debeat esse æmulatio, & contentio, vt quilibet minor & abiectior habeatur. Vide Tom. 2. pag. 288. col. 2. Quam periculosum sit superbiz vitium. Ibidem p. 289. col. 1.

In finem dilexit eos. De dilectione & amore Vide Tom. 2. p. 379. col. 1. Vide vsq; ad pag. 396. Vbi de charitate & amore in Deum, & proximū agitur: & de excellētis charitatis.

Vos debetis alter alterius lauare pedes. Pedes proximi laua, si vis à Deo sublimari, & inter populorum capita reputari. Tom. 2. p. 406. col. 2.

Feria sexta. In Parasceue. De Christi passione.

Vide totum tractatum de Passione.

Passio Christi quanta fuerit, & quam hominibus necessaria. Tom. 2. p. 270. col. 2. & sequentibus.

Quod

I N D E X.

Quod Christi passio fuerit vniuersalissimum beneficium, & iuge sacrificiū. Tom. 2. p. 274. col. 2. Quod fuerit omnium virtutum exemplar. Ibidem. Quod pro omnium salute patiens omnium sustinuerit dolores. Ibidem. Quod fuerit remediū contra omnes nostras necessitates, & infirmitates, quas continuè patimur. Tom. 2. p. 287. col. 2.

Ceciderunt retrorsum. Sic peccatores cadunt, & obstinati retrorsum, non in facie; sua enim non considerat peccata: secus sunt qui delicta sua si que perpetrarūt corā se semper habentes, sua videntes delicta quotidie plorant. Vide Tom. 1. p. 641. col. 2.

In Resurrectione Domini. Euangelium: Maria Magdalene, & Maria Iacob, & Salome. Marci. 16.

Vide Tom. 2. à p. 641. & præcipuè pag. 642. vsq; 650.

Si Occurrerit hac die testimonium illud Osee explicare: Ero mors tua, o mors, vt Christi ex dæmone mirabilis victoria recensatur: Habes hoc eleganter explicatū, dum filius Dei hamo comparatur, qui carne cooperatus à dæmone per mortē deuoratus, ipsum suo morfu peremit. Tom. 1. p. 36. col. 1.

Si complantati fuerimus (ait Paulus) similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Qualiter similitudinem mortis in nobis complantare debeamus. Ipse explicat Paulus: Consepulsi (ait) sumus cum illo per baptismum in morte. Hæc habes explicata Tom. 1. p. 193. col. 1. & sequentibus.

Et valde mane vna Sabbathorum. Diluculo veniunt, sollicitè, mulieres ante lucem, vbi mortuorum sunt corpora: & non semel, sed ibant & reuertebantur, vt ex alijs constat Euangelijs. O quam felicita est charitas: non est otiosa: nihil timet: omnia se posse confidit: & tandem omnium virtutum in se continet perfectiones, & thesaurus est absconditus. Vide Tom. 1. p. 53. col. 2. in fine, & sequentibus.

Quibus rationibus probari possit corporum resurrectionē futuram, ostenditur Tom. 2. p. 375. col. 2.

Hucusq; multa, qua ad conciones habendas conducunt, ampliori tabula vobis ostendi: vt ad Euangelia qua in Mattheo non sunt, ha-

beretis, quid ex omnibus qua hic dicuntur, applicare valeatis. Sed quoniam hoc elenchū aquale penè toti operi faceret, & non omnia seruan qua hic, alijs locis applicantur, omnium ingenijs sic consona viderentur, operæpretium duxi, vos ad tabulā sententiarum remittere, & vnde colligatis qua vobis consona videantur, his Euangelijs qua apud Mattheum non sunt. Vt si de Dominica in albis sermonem habere cupitis, vbi de pace, & de sacerdotij dignitate agitur, in tabula verbo, Pax, aut verbo, Sacerdos, inuenire multa poteritis, qua tali optime proposito congruant. Idem de Dominica: Ego sum pastor bonus, dicere licebit, cūm in verbo, Pastor, aut, Prælatas, ea inuenire poteritis, qua ibi rectè applicari possint. Quapropter ea deinceps solum insinuabo, qua in Euangelijs qua de Mattheo loquuntur, inuenire valeatis. In ordine autem Dominicarum post Pentecosten, seu post Trinitatem, & mei Ordinis usum, & Romanum insinuabo.

De Litanis Vide Tom. 1. à p. 500. vsq; 506. & à p. 409. vsq; 412.

In die sanctissimæ Trinitatis. Tom. 2. à pag. 651. vsq; 655.

De Sacramento. Tom. 1. p. 444. Sed præcipuè Tom. 2. à p. 655. & deinceps.

Dominica prima post Trinitatem, secundum usum fratrum Prædicatorum Euangelium est: Homo quidam fecit cocnam magnam. Ex Luc. cap. 14. Vide Tom. 2. à p. 362. vsq; 365.

Dominica secūda post Trinitatē, seu quarta post Pentecosten. Vide Tomo. 1. à pag. 624. & deinceps.

Dominica tertia, seu quinta. Tom. 1. à p. 484. & deinceps.

Dominica quarta, seu sexta. Tom. 1. à p. 598. vsq; 605. & Tom. 2. à p. 83. vsq; 91.

Dom. 5. seu. 7. Tom. 1. à p. 253. vsq; 256.

Dom. 6. seu. 8. Tom. 2. à p. 132. vsq; 134.

Dom. 7. seu. 9. Tom. 2. à p. 407. vsq; 409. & deinceps per multas. Et præcipuè Tom. 1. à p. 512. vsq; 521. & deinceps per multas paginas, in tractatu de falsis prophetis.

Dom. 10. seu. 12. Vide verbo Humilitas, & verbo Superbia, in tabula sententiarum.

Dom. 14. seu. 16. Tom. 1. à p. 472. vsq; 484.

Dom. 17. seu. 19. Tom. 2. à p. 379. vsq; 396.

Dom. 18. seu. 20. Tom. 1. à p. 613. vsq; 618. & Tom. 2. p. 80. Quomodo impedimento sit turba.

Dominica. 19. seu. 21. Tom. 2. à pagina. 354. vsq; 362.



I N D E X.

Dom. 21. feu. 23. To. 2. a. p. 214. col. 2. & maxime a. p. 217. col. 1. vsq; 225. & 229. vsq; 230.
 Dom. 22. feu. 24. Tom. 1. a. p. 366. vsq; 375.
 Dom. 23. feu. 25. Tom. 1. a. p. 673. vsq; 680.
 De Sanctorum festiuitatibus.
In festo sancti Andreae. Tom. 1. a. pag. 227. vsq; 240.
 In festo sancti Nicolai. In communi Confessorum.
 In festo sanctae Luciae. In communi virginum de thesauro.
 In commemoratione Annuntiationis. Tom. 1. a. p. 81. vsq; 88.
 Sancti Stephani prothomartyris. Tom. 2. a. p. 422. vsq; 429.
 Sanctorum Innocentium. To. 1. a. p. 127. vsq; 135.
 Antonij Abbatis. Tom. 2. a. p. 241. vsq; 247.
 Sancti Sebastiani. Vide ea quae cap. 5. a principio dicuntur.
 Sancti Ildephonsi. In communi Doctorum: Vos estis sal terrae.
 In conuersione sancti Pauli. De Euangelio. Tom. 2. a. p. 241. vsq; 247.
 In cathedra sancti Petri. Sicut in die eiusdem. Matthiae Apostoli. Tom. 1. a. p. 749. vsq; 759.
 Sancti Thomae Confessoris. In communi: Vos estis sal terrae.
 Sancti Gregorij. Ibidem.
 Sancti Iosephi. Vide in Vigilia Natalis Domini. Benedicti Abbatis. Ut supra in conuersione sancti Pauli.
 Annuntiatio Dominica. To. 1. a. p. 81. vsq; 88.
 Ambrosij, & Vincentij. In communi: Vos estis sal terrae.
 Marci Euangelistae. Vide in communi Euangelistarum.
 Petri Martyris. Tom. 2. a. p. 164. vsq; 172.
 Sanctae Catherinae Senensis. De grano synapsis. Tom. 2. a. p. 34. vsq; 42.
 Barnabae Apostoli. Vide in communi Apostolorum.
 Natiuitas sancti Ioannis Baptistae. Tom. 1. p. 141. & deinceps.
 Petri, & Pauli Apostolorum. Tom. 2. a. p. 143. vsq; 162.
 In commemoratione sancti Pauli. Vide in Conuersione ipsius.
 Dominici Confessoris. Vide, Vos estis sal terrae, in communi.
 Transfiguratio Domini. Vide Dominic. 2. in Quadrages. secundum usum Rom.
 Bernardi Abbatis. Tom. 2. a. p. 241. vsq; 247.
 Decollatio Baptistae. Tom. 2. a. p. 67. vsq; 72.

Natiuitas B. Virginis. Vide communia Virginis.
 Matthaei Apostoli. To. 1. p. 619. & deinceps.
 Michaelis Archangeli. Tom. 2. super Euangelium. a. p. 195. & praecipue a. p. 197. 201. & exinde de Angelis vsq; ad. 206.
 Francisci Confess. To. 1. a. p. 741. vsq; 749.
 Lucae Euangelistae. In communi Euangelistarum. Et super illud: Dignus est operarius cibo suo. Vide Tom. 2. p. 194. verbo Inuenisse. Et vide multa Tom. 1. c. 10. per multas paginas.
 In festo omnium Sanctorum. De doctrina Christi, & de beatitudinibus. Tom. 1. a. p. 243. vsq; 291. Sed praecipue a. p. 291. vsq; 306.
 Martini Episcopi, & Catherinae Martyris. In communi Confessorum, & virginum.

Communia Sanctorum.

Et primo communia sanctissimae Virginis Mariae. Et primo circa Euangelium: Liber generationis. Quod communiter in suis solennitatibus canitur. Vide Tom. 1. a. p. 11. vsq; 15. & p. 18. vsque 19. & a. p. 22. vsq; 23. & p. 25. 28. & 29. vsq; 32. Et de laudibus Virginis a. p. 35. vsq; 46. & a. p. 57. & deinceps: ex quibus ad plures festiuitates eiusdem Virginis poteris sermones multos elicere. Sed pro Euangelio lege praecipue Tom. 1. a. p. 46. vsq; 50.
 In communi Euangelistarum. Tom. 1. p. 7. & 8.
 In communi Apostolorum. Tom. 1. p. 619. & deinceps: & ferè per totum cap. 10. & pag. 227. vsq; 231.
 In communi Martyrum. Tom. 2. p. 164. vsq; 172.
 In communi Confessorum. Vos estis sal terrae. Tom. 1. a. p. 306. vsque 340. & deinceps. Et iterum a. 349. vsq; 353. Et si oculus tuus fuerit simplex. Tom. 2. a. p. 490. vsq; 472. & Tom. 2. a. p. 241. vsq; 247. & a. p. 472. vsq; 478. Et de talentis a. p. 497. vsq; 505.
 In communi virginum. De thesauro. Tom. 2. a. p. 44. vsq; 61. Et de decem virginibus a. 481. vsq; 494.
 In dedicatione Ecclesiae. Tom. 2. a. pag. 322. vsq; 326.
 Contra iuramenta. Tom. 1. a. p. 319. sed maxime a. p. 377. vsq; 379.
 De Eleemosyna. To. 1. a. pag. 403. vsq; 407.
 De iudicijs temerarijs, & de peccatis linguae. Tom. 1. p. 253. & deinceps.

F I N I S.

TABVLA

A B V L A



T A B V L A L O C O R V M
 Cōmunium, & insignium sententiarum, quae continentur in his Cōmentarijs super Matthæum, ordine Alphabetico digesta, in qua primus & secundus Tomus, in quos diuisa sunt commentaria, per litteram T. & numerum. 1. & 2. designantur, secundus numerus paginam notat, tertius columnas.



A Vel ab, in Scriptura aliquando significat causam, aliquando praesidentiam rei. Tom. 2. p. 196. c. 2.
 Abrahæ nomen quid significat. Tom. 1. p. 18. c. 1.
 Abrahæ filij qui dicendi. Tom. 1. p. 170. c. 1.
 Abstinentia. Vide ieiunium.
 Abstinentia animam ad Deum eleuat. To. 1. p. 502. c. 1.
 Abstinentia ad vitam contemplatiuam necessaria. Tom. 1. p. 145. c. 1.
 Abstinetes ad negotia spiritualia apti. To. 1. p. 382. c. 2.
 Accedia resistendo vincitur. To. 2. p. 128. c. 2.
 Actus interiores mali prohibiti. To. 1. p. 485. col. 1.
 Accipit Deus nostra, vt nobis diuina tribueret. Tom. 2. p. 293. c. 1.
 Acceptio personarum non est in Deo. To. 1. pag. 639. c. 1.
 Acceptio personarum longè absit à iudice. Tom. 2. p. 214. c. 1.
 Adiuurare tripliciter sumitur in Scriptura. Tom. 2. p. 524. c. 1.
 Admiratio est eorum, quorum ignoramus causam. Tom. 1. p. 579. c. 1.

Aduentus Christi triplex. Tom. 1. pagin. 721 col. 2.
 Aduentum Christi primum, cum secundo confundebant Iudei. Tom. 1. p. 735. c. 2.
 Adulatores quibus comparatur. Tom. 1. pagin. 514. c. 1.
 Adulatio reprehenditur. Tom. 1. p. 711. col. 2. p. 310. c. 1. & sequentibus.
 Adulatores parientum linit oes. ibi.
 Adulatores in domibus magnatum, quae mala faciant. Tom. 1. p. 720. c. 2.
 Ad mensuram amoris Dei, est tristitia, & odium peccati in anima. To. 2. p. 627. c. 1.
 Adulterium cōmune malum. Tom. 1. p. 366. col. 1.
 Adulterium, an dissoluat matrimonium. Tom. 1. p. 370. c. 1.
 Amor Dei fortissimus, fortemq; facit animam. Tom. 1. p. 345. c. 2.
 Amor diuinus qualis. To. 1. p. 619. c. 2.
 Amor Dei, omnia inspida, & aspera dulcia reddit. Tom. 2. p. 40. c. 1.
 Amor diuisionem facit, & vnionem. Tom. 1. p. 700. c. 1.
 Amor Dei nunquam in anima est otiosus. Tom. 2. p. 53. c. 1.
 Amor inter hominis passiones, primatum tenet. Tom. 2. p. 380. c. 1.
 Amor Dei solus plus valebat omnibus rebus creatis simul sumptis. To. 2. p. 54. c. 1.



T A B V L A

Amor morti comparatur. tomo. 2. p. 246. c. 2. & pag. 345. c. 2.
 Amor diuitiarum amorem impedit. superna-
 turalium. tom. 2. p. 363. c. 2.
 Amor creaturæ suam habet mēsam, amor
 verò Dei nullam. tom. 2. p. 389. c. 1.
 Amor Dei, fons est, à quo dimanant immēsa
 beneficia. tom. 2. p. 586. c. 1.
 Amor. Vide charitas.
 Amicitia per Lyram significatur. tom. 1. pa-
 gin. 387. c. 2.
 Amicitia Dei honesta, utilis, & delectabilis.
 tom. 2. p. 382. c. 2.
 Amicitia vera multum estimanda. tomo. 1.
 p. 615. c. 1.
 Amicitia vera, non facile dissoluitur. tom. 2.
 p. 336. c. 2.
 Amici Dei, quomodo ab eo probentur. to. 1.
 p. 469. c. 1.
 Amicis Dei prospera, & aduersa conuertun-
 tur in bonum. tom. 2. p. 115. c. 1.
 Amicus amici speculum. tom. 2. p. 208. c. 1.
 Amicorum mortem flere, signum est sincere
 amicitia. tom. 2. p. 67. c. 2.
 Agonia quā Christ⁹ habuit initio passionis,
 quid fuerit. tom. 2. p. 529. c. 2.
 Angelorum officium est diuina consilia ho-
 minibus reuelare. tom. 1. p. 69. c. 2.
 Angeli digni sunt honore, ob multas ratio-
 nes. tom. 2. p. 202. c. 2.
 Angeli hominis pēdagogi. tom. 2. p. 201. c. 2.
 Angeli diuersis modis hominibus apparent.
 tom. 1. p. 70. c. 1. & sequentibus.
 Angelus, quanto maior in naturalibus, tantò
 in supernaturalibus perfectior. tom. 2. pa-
 gin. 203. c. 2.
 Angelus substantia completa. tom. 2. p. 201.
 col. 2.
 Angeli inflexibiles, & immobiliter apprehē-
 dunt. tom. 2. p. 205. c. 2.
 Angeli singuli, lingulis dantur hominibus.
 tom. 1. p. 202. c. 1.
 Angelorum perditio in quo posita fuit.
 tom. 2. p. 204. c. 1.
 Angelus custos in natiuitate datur. tomo. 2.
 p. 202. c. 1.
 Angeli potentissimi sunt. tom. 2. p. 161. c. 1.
 Angeli singuli, lingulis deputantur prouin-
 tijs. tom. 2. p. 202. c. 1.
 Angelus vnus matrē & foetum custodit. ibi.
 Angelus qui apparuit Christo posito in ago-
 nia, quis fuerit. tom. 2. p. 529. c. 2.
 Angeli humilitate meruerunt suam beatitu-
 dinem. tom. 2. p. 203. c. 1.
 Angeli custodes, muri sunt quibus protegi-

mur ab inimicis. tomo. 2. pagin. 331. col. 1.
 Angelorum nouem ordines. tom. 2. p. 205. c. 1.
 Angeli sunt ferè in infinito numero. ibid.
 Angeli quomodo semper Deum vident. ibi.
 Angeli sepes Ecclesiæ vineæ. tom. 2. p. 330.
 cap. 1.
 Anima sollicitè seruanda, quia subiectū pre-
 tiosorum Dei. tom. 2. p. 45. c. 2.
 Animæ cibus quis. tom. 1. p. 275. c. 1.
 Anima suas habet cupiditates, sicut corpus.
 tom. 2. p. 55. c. 2.
 Animam perdere quid sit. tom. 1. p. 703. c. 1.
 & sequentibus.
 Anima, quia Dei templum est, nimis est ser-
 uanda à peccato. tom. 2. p. 97. c. 2.
 Animæ capacitatē solus Deus implet. to. 1.
 p. 799. c. 2.
 Anima nostra vinea est: idè nimis excolen-
 da. tom. 2. p. 332. c. 1. & p. 262. c. 1.
 Animæ immortalitas probatur. tom. 2. p. 375.
 col. 2.
 Archangelus Michael maior est inter princi-
 patus. tom. 2. p. 161. c. 1.
 Altiori matrimonio comunicat se Deus no-
 bis per Theologales virtutes, quā per lu-
 men naturale. tom. 2. p. 59. c. 2.
 Aliter se habet Deus in iudicio cum homine
 Christiano, aliter cum infideli. tom. 2. pa-
 gin. 360. c. 1.
 Aliqui nolunt sequi Christum, sed quod
 Christus eos sequatur. tom. 2. p. 165. c. 1.
 p. 184. c. 1.
 Aliquando Scriptura loco vtriusque præcep-
 ti dilectionis Dei, & proximi, ponit vnum
 illorum. tom. 2. p. 237. c. 1.
 Aliter se habet Ecclesia cum adultis, aliter
 cū pueris in distributione meritorū Chri-
 sti. tom. 2. p. 286. c. 1.
 Apud Hebreos dictio, quæ significat dolo-
 rem, significat etiam peccatum. tomo. 2.
 p. 319. c. 1.
 Apostolorum super Prophetas excellentia.
 tom. 1. p. 3. c. 2.
 Apostolorum dignitas, & sanctitas cum Ioan-
 ne Baptista comparatur. tomo. 1. pag. 145.
 c. 2.
 Apostoli doctrinæ frumenta populis impe-
 trarunt, & illis impertierunt. tom. 1. p. 300.
 c. 2.
 Apostoli primi Ecclesiæ fundatores. tom. 1.
 p. 753. c. 2.
 Apostoli baptismo Christi fuerunt bapti-
 zati. tom. 1. p. 180. c. 1.
 Apostoli ex ignobilioribus populi electi.
 tom. 1. p. 227. c. 2.

Apostoli

ALPHABETICA.

Apostoli Christum sequebantur, vt practi-
 cantes. to. 1. p. 638. c. 1.
 Apostolorum insignes tituli. to. 1. p. 653. c. 2.
 Apostoli quare duodecim. to. 1. p. 656. c. 1.
 Apostoli Christi legati. to. 1. p. 657. c. 2.
 Apostolis duplex potestas diuersis tempori-
 bus data est. to. 1. p. 658. c. 2.
 Aulici magnam focordiā habent in rebus di-
 uinis. to. 2. p. 63. c. 1.
 Auaritia, & ambitio magnum malum. to. 1.
 p. 207. c. 1.
 Auaritia reprehēditur. to. 1. p. 280. c. 1. p. 460.
 col. 1.
 Auaritia rigidus, & crudelis tyrānus. tom. 1.
 p. 474. c. 1.
 Auari pecunijs seruiunt. ibi.
 Auari, cui similes sunt. to. 2. p. 149. c. 1.
 Auaritia quæ malaginat. to. 1. p. 667. c. 1. &
 sequentibus.
 Auaritia, & ambitio rationibus probatur ma-
 la. to. 2. p. 245. c. 2.
 Azarias sacerdos legis antiquæ suo facto cō-
 fundit sacerdotes legis nouæ. to. 2. p. 339.
 col. 1.

B

Baptismus Ioannis non fuit sacramentum.
 to. 1. p. 161. c. 1.
 Baptismus Ioannis ad quid ordinabatur. ibi.
 Baptismus Ioannis, an habuerit determinata
 verba. to. 1. p. 162. c. 1.
 Baptismus in igne, & aqua fieri, quomodo
 intelligatur. to. 1. p. 171. c. 1.
 Baptismata quatuor puræ aquæ ante Aduen-
 tum Christi. ibidem.
 Baptismi sacramentum, quando institutum
 fuit. to. 1. p. 179. c. 1.
 Baptismi Christi excellentia supra Ioannis
 baptismi. ibidem.
 Baptismus quare generatio dicatur. tomo. 2.
 p. 116. c. 1.
 Baptizandi sunt paruuli. to. 2. p. 236. c. 1.
 Beatitudo in quo consistat, multæ opiniones.
 to. 1. p. 246. c. 1.
 Beatitudo pro actu sumitur. tom. 1. p. 253. c. 2.
 Beatitudinis fundamentum paupertas spiri-
 tus. to. 2. p. 246. c. 1.
 Beatitudo quid sit. to. 1. p. 253. c. 2.
 Beatitudinis Euangelicæ actus, an sit in præ-
 cepto. to. 1. p. 254. c. 2.
 Beatitudines Euangelicæ sunt octo. ibi.
 Beatitudines Euangelicæ scala Iacob. tom. 1.
 p. 255. c. 1.
 Beatitudo duplex vitæ, & termini. ibi. c. 2.
 Beatitudo dicitur terra possidenda. tomo. 1.
 pagin. 264. col. 2. & sequentibus.
 Beatitudinis diffinitio expresse ex Boetio.
 to. 2. p. 49. c. 1.
 Beatitudo consolatio dicitur. to. 1. p. 271. c. 1.
 Beatitudo summa est saturitas. tom. 1. p. 276.
 col. 1.
 Beatitudo æterna merces est nostris operi-
 bus ex pacto debita. to. 1. p. 290. c. 1.
 Beatitudo duplex datur sanctis in præfenti,
 & futuro. to. 1. p. 281. c. 1.
 Beatitudo æterna quale gaudium. ibi. & to. 2.
 p. 181. c. 1.
 Beatitudo in sola vna persona consistere nõ
 potest, vnde Deus trinus est. to. 2. p. 654.
 col. 2.
 Beatitudo sicut Deus per negationē cognos-
 citur. to. 1. p. 292. c. 1.
 Beati intellectus assimilatur Deo. tom. 1.
 p. 294. col. 1.
 Beatitudo dicitur conuiuuiū. to. 1. p. 580. c. 1.
 Beatitudinem, & animæ quietem solus Deus
 potest concedere. to. 1. p. 799. c. 2.
 Beatitudo omnia bona continet. to. 2. p. 48.
 c. 2. & p. 55. c. 2. & p. 254. c. 1.
 Beatitudo cum sit magna, magno est emen-
 da pretio. ibidem.
 Beatitudo in paupertate est abscondita. to. 2.
 p. 50. c. 1.
 Beatitudo laboribus est acquirenda. tom. 2.
 p. 264. c. 1.
 Beelzebub dæmon à quo dictus. to. 1. p. 768.
 col. 1.
 Benefacere proximo in nostram cedit vti-
 litatem. tom. 2. p. 503. c. 1. p. 386. c. 2.
 Benedictio prima quæ data fuit in mundo,
 in modum crucis data fuit. to. 2. pag. 620.
 col. 1.
 Bona temporalia accessoria sunt ad æterna
 comparata. to. 1. p. 422. c. 2.
 Bona regni cœlorū sub asperis rebus, & hor-
 ridis delitescunt. to. 2. p. 45. c. 1.
 Bona quæ casu, & fortuito inuenimus, pluris
 æstimamus. to. 2. p. 49. c. 2.
 Bona temporalia excedunt temporalibus, si
 cut nummus centenarius excedit vnitati.
 to. 2. p. 245. c. 1.
 Bona mundi non sunt vera bona, licet illa
 imitentur. to. 2. p. 283. c. 1.
 Boni prælati conditiones ponuntur. tom. 2.
 p. 472. c. 1.
 Bona opera, quæ iustus facit obliuioni tradit,
 quasi nihil faceret. to. 2. p. 508. c. 1.
 Blasphemia quid sit. to. 1. p. 616. c. 1.
 Blasphemiam Spiritus sancti non remittēdā,
 quomodo intelligatur. to. 1. p. 779. c. 1.
 Carphar-



T A B V L A

C

Capharnaum Christi ciuitas. tomo. 1. p. 611. c. 1.
 Capharnaum ciuitas vbi sita. to. 1. pag. 227. c. 1.
 Caro manus sinistra, spiritus dextra. tom. 1. p. 402. c. 2.
 Caro ieiunio maceranda. to. 1. p. 452. c. 1.
 Carnem dominari in rationem, summum malū. to. 1. p. 584. c. 1.
 Caro nostra lunæ comparatur. tom. 1. p. 600. col. 2.
 Caro muliarum deliciarū auida, & incapax maceranda. to. 1. p. 705. c. 1.
 Caro mortificanda, vt digni simus cœlesti conuiuio. to. 2. p. 78. c. 1.
 Causa multæ, & pulchri vsus parabolarum assignantur. to. 2. p. 4. & 5.
 Canes dicuntur peccatores ob multas rationes. to. 2. p. 113. c. 1.
 Caste viuere qui nimis familiariter cōmunicat mulieribus, ferme impossibile. to. 2. p. 130. c. 1.
 Causa locordia nostræ est non existimare reddituros rationes Deo. to. 2. p. 218. c. 1.
 Calix quem propinat mundus suis cultoribus, maximè distat à calice Dei. tom. 2. p. 283. col. 2.
 Calix in Scriptura aliquando sumitur in bonam partem, aliquando in malam. tom. 2. p. 527. c. 2.
 Calix dicitur Christi passio, & quare. ibid.
 Causa verissima mortis Christi posita fuit in titulo crucis. to. 2. p. 571. c. 2.
 Carbunculo comparatur Christus, & eius ostendit proprietates in passione. tom. 2. p. 588. c. 1.
 Catharina martyr tres habuit coronas. to. 2. p. 489. c. 1.
 Cœlorum regnum quando fuit homini usque ad pertum. to. 1. p. 153. c. 2.
 Cœlorum regnū quot modis sumatur. to. 1. p. 154. c. 1. & to. 2. p. 248. c. 1. & p. 666. c. 1. & p. 258. c. 1. & p. 426. c. 1.
 Cœlum Christo baptizato apertum quid significat. to. 1. p. 191. c. 2.
 Cœlorum regnum pro Ecclesia militanti, & triumphanti sumitur. to. 2. p. 252. c. 1.
 Cœlestes creaturæ Dei sedes. tom. 1. p. 376. col. 1.
 Ceremoniæ cortex arboris, & ante murale. to. 1. p. 517. c. 1.
 Ceremoniæ virtutis accidentia. ibid.

Centenarius numerus quid significat. to. 1. p. 582. c. 2.
 Centurionis fides, humilitas, & sapientia. to. 1. p. 578. c. 1.
 Cibus corpori quis necessarius. to. 1. p. 442. c. 2.
 Cibus animæ spiritualis duplex. to. 1. p. 443. c. 2.
 Cibus corporis quali sit diligētia querendus. to. 1. p. 477. c. 2.
 Cineris consideratio ad humilitatem pronocat. to. 1. p. 462. c. 1.
 Confessio diuisionem à vitijs generat. to. 1. p. 49. c. 1.
 Confessio peccatorum duplex. tom. 1. p. 162. col. 2.
 Confessio quæ fiebat Ioanni Baptistæ qualis. tom. 1. p. 163. c. 1.
 Confessionis multiplex genus in lege veteri. to. 1. p. 163. c. 1.
 Confessio sacramentalis peccata delet. to. 1. p. 778. c. 1.
 Confessio, vt laum sortijatur effectum, sit integra, & cum intentione vera non peccandi. to. 2. p. 125. c. 1. & 2.
 Confessionis præceptum infertur ex illis verbis. Quodcunque solueris. to. 2. p. 147. c. 2.
 Cōsciētia bona securā generat mentem. to. 1. p. 66. c. 2.
 Cōsciētia mala perturbat. to. 1. p. 66. c. 2. & sequentibus.
 Contritio, & attritio duæ sunt puellæ, quæ reginam Esther comitantur. to. 1. pag. 152. col. 2.
 Contemplatiuam vitam abstinentia comitatur. to. 1. p. 145. c. 1.
 Cōsciētiæ securitas, signū gratiæ. to. 1. p. 723. col. 1.
 Cōsciētia mala, timida. to. 2. p. 71. c. 1.
 Consilium semper vtile. to. 1. p. 570. c. 2.
 Consilium ab alijs petere exemplo Domini docemur. to. 2. p. 133. c. 2.
 Condiciones illius vitæ quam fruntur beati. to. 2. p. 493. c. 1.
 Consanguinei olim inter Iudæos osculo salutabantur. to. 2. p. 531. c. 2.
 Confortia malorum fugienda. to. 1. pag. 517. col. 2.
 Colūba quæ apparuit in Christi baptismo vera columba fuit. to. 1. p. 181. c. 1.
 Columbæ proprietates moribus applicantur. to. 1. p. 195. c. 2. & sequentibus.
 Communis via, & antiqua sectanda, & noua fugienda. to. 2. p. 441. c. 1.
 Cogitatio vana statim in principio abijcienda

T A B V L A

da. tom. 2. pag. 23. c. 2. pag. 439. c. 2.
 Cognitio peccati initium salutis. to. 1. p. 569. c. 2.
 Cognitio peccati necessaria. to. 1. p. 723. c. 2.
 Cognitio sui difficilis, quomodo acquirenda. to. 1. p. 466. c. 1.
 Cogitationes malæ expellendæ. to. 1. p. 369. c. 2.
 Cogitationes cordis Deo patent. to. 1. p. 612. c. 1. & soli illi patent. p. 616. c. 1.
 Cogitationes malas expellere est in nostra potestate. to. 2. p. 23. c. 2.
 Cor Deo offerendum. to. 1. p. 113. c. 2.
 Cordurum reprehenditur. to. p. 1. 280. c. 2.
 Cor mundum quale. to. 1. p. 282. c. 1.
 Cor pro voluntate sumitur in Scriptura. to. 1. p. 282. c. 2. & tom. 2. p. 92. c. 2.
 Cordis mundiciam habere possibile est. to. 1. p. 283. c. 1.
 Cordis motus, dexter oculus. to. 1. pag. 369. col. 1.
 Cor indiuisibile non potest ad duos oppositos amores. to. 1. p. 473. c. 1.
 Cordurum lapidi simile. to. 1. p. 505. c. 2.
 Cor principium vitæ. to. 1. p. 565. c. 2.
 Cordis obligatio Deo grata. tom. 1. pag. 624. col. 1.
 Cor durum incapax verbo Dei. to. 2. pag. 15. c. 2. & sequentibus.
 Cor nostrum apertissimū ad amandum est, vt ex eius qualitatibus patet. to. 2. pag. 387. col. 2.
 Corpus nostrū ex se tenebrosū lucis incapax. to. 1. p. 442. c. 1.
 Corpus animæ carcer. to. 1. p. 721. c. 1.
 Correctio fraternalis qualis debeat esse. tom. 1. p. 309. c. 2.
 Correctionis fraternalis præceptum affirmatiuum est. to. 2. p. 207. c. 1.
 Correctionis fraternalis modus seruandus. ibidem.
 Correctio fraternalis, præceptum naturæ. ibi. c. 2.
 Correctio fraternalis ex charitate procedat. to. 2. p. 211. c. 1.
 Correctio fraternalis ex se ad omnes se extendit etiam ethnicos. to. 2. p. 806. c. 2.
 Correctio fraternalis, quia præceptum est charitatis, ad legē nouam pertinet. to. 2. pag. 208. c. 2. & p. 209. c. 1.
 Corripendus est frater leniter ne obsit correctio. to. 2. p. 212. c. 1.
 Cui assimilatur qui corrigunt fratres suos asperci. ibi optimè.
 Correctio fraternalis pro diuersitate persona-

rum diuersa sit. tom. 2. pag. 212. col. 2.
 Correctionē odire, signū maxime perditionis est, & similis diabolo. ibi.
 Cupiditas omnium malorum radix. tom. 1. p. 474. c. 1.
 Cui similes sunt prædicatores, qui dicunt & non operantur. to. 2. p. 404. c. 2.
 Charitatis motus animam perficiunt. to. 1. p. 283. c. 2.
 Charitas vinculum perfectionis querenda. to. 1. p. 286. c. 1.
 Charitas ars est que amicitia cithara pulsatur. to. 1. p. 837. c. 1.
 Charitas perfectionis vinculum. to. 1. p. 389. c. 1.
 Charitas tunica Christi inconfutilis. tom. 1. p. 390. c. 2.
 Charitate Ecclesiæ ædificium componitur. to. 1. p. 469. c. 1.
 Charitas cœlum respicit. ibi. c. 2.
 Charitas lumen cordi præstat. tom. 1. p. 471. col. 1.
 Charitas reginæ Esther comparatur, quæ regi placuit. to. 1. p. 519. c. 1.
 Charitas vela naui Ecclesiæ. tom. 1. p. 599. c. 2.
 Charitas diffusa, & extensa debet esse. ibidem.
 Charitas omnes nititur Dei amicos facere. to. 1. p. 624. c. 1.
 Charitas magna facit parua. tom. 1. pag. 708. c. 1.
 Charitas nō quarit quæ sua sunt, sed quæ aliorum. to. 1. p. 727. c. 2.
 Charitas facile reddit Christi iugum. tom. 1. p. 756. c. 1.
 Charitas floribus comparatur. to. 2. pag. 20. c. 1.
 Charitas fermentum est omnia proficiens. to. 2. p. 38. c. 1.
 Charitas margarita, & thesaurus. to. 2. p. 52. col. 1.
 Charitatem se habere nemo scit. ibid.
 Charitas non est otiosa. ibi. & pag. 53. c. 1. & p. 255. c. 1.
 Charitas facies est qua perfectus cognoscitur Christianus. to. 2. p. 57. c. 2.
 Charitas robur, & euleedinem præbet operibus. to. 2. p. 334. c. 1.
 Charitas vino comparatur. to. 2. p. 335. c. 2.
 Charitatis excellentias. to. 2. p. 379. c. 1.
 Charitas omnes alias virtutes in se eminenter continet. to. 2. p. 53. c. 1.
 Charitas sua habet signa, & effectus exteriores quibus cognoscitur. to. 2. p. 58. c. 1. Charit-



T A B U L A

Charitas operatur coniugium animæ cum Deo. to. 2. p. 134. c. 2.
Charitas duplici viâ acquiri potest. tomo. 2. p. 234. c. 2.
Charitas manus præbet animæ ad operandum. to. 2. p. 255. c. 1.
Charitas comparatur collo. to. 2. pag. 345. col. 1.
Charitas habitus iustorum est, quo distinguuntur ab impijs. to. 2. p. 360. c. 1.
Charitas facies est animæ qua Deus cognoscit illam. to. 2. p. 369. c. 2.
Charitas in celo est, sicut in propria sua sphaera. to. 2. p. 379. c. 1. p. 491. c. 1.
Charitas fons est à quo bona spiritualia dimanant. to. 2. p. 488. c. 1.
Christus potens erat in verbis, non alij prædicatores. to. 2. p. 10. c. 2.
Christus comparatur grano sinapis. to. 2. p. 41. c. 1.
Christus venit in mundum, vt peccatores venarentur. to. 2. p. 124. c. 1.
Christus fuit in sepulchro tres dies naturales, & tres noctes. to. 2. p. 140. c. 2.
Christus licet venit propter oves domus Israel, ex abundantia vero suæ misericordiae sæpe Gentibus prædicauit. to. 2. p. 130. col. 2.
Christus fuit filius Dei viuus: iusti filij Dei mortui. to. 2. p. 145. c. 2.
Christum sequi possumus, præcedere nullo modo. to. 2. p. 242. c. 2.
Christus semper conuertit faciem suam ad labores. to. 2. p. 243. c. 1.
Christus discipulorum gaudia temperabat memoria suæ passionis. to. 2. p. 269. c. 1.
Christus quia passus est pro linguis delictis hominum, passus est poenas cuiuslibet delicto decretas. to. 2. p. 275. c. 2.
Christus Unicornio comparatur. to. 2. p. 285. col. 1.
Christus tres habet sponfas, quas multum locupletauit. to. 2. p. 361. c. 1.
Christus quia iudex futurus est viuorum & mortuorum, nullam debuit, nec potuit habere culpam. to. 2. p. 513. c. 1.
Christus principaliora fecit opera in Sabbatho, vt festa discamus sanctificare. tomo. 2. p. 558. c. 1.
Christus morte sua duos latrones liberauit, differenter tamen. ibid.
Christus omnia sua pretiosa alijs tradidit. to. 2. p. 578. c. 1.
Christus ob multas causas inclinabit caput cum mortuus est. to. 2. p. 578. c. 2.

Christus eximium habuit dolorem, quia pro omnibus poenituit. to. 2. p. 588. c. 2.
Christus medijs laboribus exaltari voluit ob duas notabiles rationes. to. 2. p. 644. c. 1. p. 646. col. 2.
Christus à Iudæis, & Gentibus desideratus. to. 1. p. 1. c. 2. & sequentibus.
Christus quomodo rex. to. 1. p. 8. c. 1. & p. 432. c. 2.
Christi regnum non fuit temporale. to. 2. p. 84. c. 1. & 2.
Christus rex regum. to. 2. p. 292. c. 1.
Christus Deus, & homo. to. 1. p. 8. c. 1.
Christus sibi similes facit iustos. ibid.
Christus ex semine Dauid nascitur. ibid.
Christi generatio quomodo quadruplex intelligatur. to. 1. p. 11. c. 2.
Christi incarnatio magnum mysterium. to. 1. p. 12. c. 1.
Christi generatio contraria generationi Adæ. ibid. col. 2.
Christi generatio nouum, & inauditum signum. to. 1. p. 12. c. 2.
Christi generatione omnia sunt innouata. to. 1. p. 14. c. 1.
Christi nomen quid significet, & vnde originem trahat. to. 1. p. 14. c. 2.
Christi annorum nomen vnde incipit. ibid.
Christus quare potius filius Dauid, quam Abraham dicatur. to. 1. p. 16. c. 2.
Christus primogenitus, & sacerdos. to. 1. pag. 17. c. 2.
Christi genealogia, scala Iacob. to. 1. pag. 39. col. 1.
Christus hamus coopertus carne quo dæmone capitur. to. 1. p. 36. c. 2.
Christus quomodo dicatur ab Spiritu sancto genitus. to. 1. p. 74. c. 2. & p. 75. c. 1. & 2.
Christi incarnatio quare tribuat potius Spiritui sancto, quam Patri. ibid.
Christus omnibus natus. to. 1. p. 77. c. 1.
Christus sua humilitate superbiam vicis nostram. to. 1. p. 78. c. 1.
Christum de Virgine nasciturum multæ figuræ prædixerunt. to. 1. p. 83. c. 2.
Christus quare in Bethleë natus. to. 1. p. 88. c. 1.
Christi natiuitas non potuit cognosci ex dispositione siderum. to. 1. p. 97. c. 2.
Christus lapis angularis gentes Iudæis iungens. to. 1. p. 100. c. 1.
Christus rex natus. to. 1. p. 103. c. 1.
Christus dæmonem debellaturus statim vt natus est ipsum turbauit. to. 1. p. 104. c. 1.
Christi vita oratio fuit, exordium, & epilogum habens. to. 1. p. 110. c. 2.

Christi

ALPHABETICA.

Christi passio & nostra redemptio mirabiliter figurata. ibidem.
Christi incarnatio portentum magnum. to. 1. p. 114. c. 1.
Christus quare fugit in Ægyptum. to. 1. pag. 119. c. 2.
Christus quo tempore suæ ætatis fugit in Ægyptum. to. 1. p. 121. c. 1.
Christus quot annis fuit in Ægyptum, & quid ibi fecerit. ibidem.
Christus cur tam paruo temporis spatio in Ægypto manserit. to. 1. p. 135. c. 2.
Christus quare dicatur Nazareus. to. 1. pag. 139. c. 1.
Christus quatuor habuit testimonia excellentiora testimonio Ioannis. to. 1. pag. 147. col. 1.
Christi fortitudo. to. 1. p. 173. c. 2.
Christi diuinitas quomodo significata. to. 1. p. 174. c. 1.
Christus non ambulauit sine calceis. ibid.
Christo à patre quadruplex munus collatum. to. 1. p. 176. c. 1.
Christi humilitas in baptismo. to. 1. p. 179. col. 1.
Christi potestas excellentior explicat. to. 1. p. 180. c. 1.
Christo baptizato quomodo aperti sunt caeli. to. 1. p. 182. c. 1.
Christi omnia opera Patri grata. ibid.
Christus Patrem gratum nobis promeruit. ibid.
Christus qua ætate baptizatus. to. 1. p. 184. col. 1.
Christi humanitas Moysi virga. to. 1. p. 186. col. 1.
Christi ieiunium, an miraculosum. to. 1. pag. 197. c. 2.
Christus qualiter à dæmone tentatus. to. 1. p. 199. c. 2. & sequentibus.
Christus Christianæ vitæ exemplar, optime. to. 1. p. 201. c. 1. & sequentibus.
Christus sol omnia illustrans. to. 1. pag. 220. col. 1.
Christus quare habitauit in Capharnaum. ibidem.
Christus quo ætatis suæ tempore primam habuit concionem. to. 1. p. 240. c. 2.
Christi doctrinæ excellentia. ibid.
Christus noster paragogus. to. 1. p. 256. c. 1.
Christi paupertas. to. 1. p. 260. c. 1.
Christi misericordia etiam ab Abraham hereditata. to. 1. p. 278. c. 1.
Christus habitus omnium virtutum fuit indutus. to. 1. p. 279. c. 2.

Christus patienter sustinens, fortissimus omnium fuit. to. 1. p. 289. c. 2.
Christus multa habet imitanda excellentia. to. 1. p. 299. c. 1.
Christus caput Ecclesiæ triumphantis. to. 1. p. 305. c. 1.
Christus vir lineis indutus Ecclesiæ fundator. to. 1. p. 307. c. 1.
Christus lucerna in candelabro crucis. to. 1. p. 335. c. 1.
Christus veterem legem quomodo seruauit. to. 1. p. 339. c. 2.
Christi doctrina argentum purum. to. 1. pag. 357. c. 1.
Christi charitas ad omnes extensa. to. 1. p. 391. c. 1.
Christus in quantum homo Patri subiectus. to. 1. p. 436. c. 2.
Christus radix nostra. to. 1. p. 469. c. 2.
Christus caput nostrum. ibid.
Christus Ecclesiæ fundamentum. ibid.
Christi doctrina dulcis. to. 1. p. 523. c. 2.
Christus reparator etiam vitæ corporalis, quomodo intelligatur. to. 1. p. 565. c. 2.
Christi humanitas virtutem diuinitatis habuit eodem unieatam. to. 1. p. 568. c. 2.
Christi potentia cum misericordia. tomo. 1. p. 587. c. 1.
Christus quare papper. to. 1. p. 595. c. 1.
Christus quare filius hominis dicatur. to. 1. p. 597. c. 1.
Christi charitas peccatores recepit. tomo. 1. p. 625. c. 1.
Christi humanitas instrumentum diuinitatis. to. 1. p. 645. c. 2.
Christi humanitati quid accreuerit ex vnione diuinitatis. to. 1. p. 645. c. 2.
Christum ambabus manibus tenere quid sit. to. 1. p. 763. c. 2.
Christus habuit omnes virtutes in gradu heroicis. to. 2. p. 51. c. 2.
Christus thesaurus absconditus. to. 2. p. 58. col. 2.
Christum admirari quomodo intelligatur. to. 1. p. 579. c. 1.
Christi scientia triplex, diuina, infusa, & experimentalis. ibid.
Christianis primitiue Ecclesiæ falsa testimonia imponebantur. to. 1. p. 296. c. 1.
Christiani pietate pollere debent. to. 1. p. 587. col. 1.
Christi fimbria quid significet. to. 1. pag. 91. col. 1.
Christus per crucem sequendus. to. 2. p. 165. col. 1.

Christi



T A B U L A

Christi passio foramini acus comparatur. to. 2. p. 240. c. 1.
 Christi passio via ad eius exaltationem. to. 2. p. 272. c. 1.
 Christi mansuetudo, & misericordia. tom. 2. p. 213. c. 1.
 Christi aduentu ad iudicium qui signa praecedent. to. 1. p. 601. c. 2.
 Christiana vita perfectio in quo consistat. to. 2. p. 237. c. 2. & sequentibus.
 Creaturae omnes executores sunt illius sententiae latae a Deo, In quacunq; die comederis, &c. to. 2. p. 478. c. 1.
 Crassini diei nomine quid intelligatur. to. 1. p. 482. c. 2.
 Crudelitas spinis comparatur. to. 2. pag. 20. col. 2.
 Crux candelabrum, in quo Christus lucem Ecclesiae dedit. to. 1. p. 335. c. 1.
 Crux angusta porta ad Deum. to. 1. p. 508. col. 2.
 Crux Christi quomodo ferenda. to. 1. p. 701. col. 1.
 Crux Christi antidotum contra carnis vitium. to. 2. p. 129. c. 2.
 Crucis supplicium vetustissimum est. to. 2. p. 568. c. 1.
 Crucis supplicium crudelissimum, & ignominiosissimum fuit semper. ibid.
 Crucis supplicio mortuus est Christus ob duas causas. to. 2. p. 568. c. 2.
 Crucis signum in multis rebus representatur. to. 2. p. 569. c. 1.
 Crux Christi omnibus est proficua nisi ipsi Christo qui ibi mortuus est. to. 2. p. 623. c. 1.
Deliramentum Pythagorae de transmigratione animarum de corpore in corpus, quomodo ab alijs intelligatur. tom. 2. p. 64. c. 1.
 Derivatio claritatis animae ad corpus Christi in transfiguratione miraculosa fuit. tom. 2. p. 175. c. 1.
 Delictis, & voluptatibus dediti bestiis similes sunt. to. 2. p. 78. c. 1.
 Denarium significat praemium iustorum. to. 2. p. 254. c. 1.
 Deus quando est in anima manifestat se quasi in ea non capiens propter suam magnitudinem. to. 2. d. 110. c. 2.
 Deus sequendus est non tantum in tranquillitate, & pace, sed per deserta, & aspera loca. to. 2. p. 117. c. 2.
 Deus multa habet media ad sustentandam sperantes in se. to. 2. p. 132. c. 1.
 Deus citissime praemiat, & soluit seruitia hominibus. to. 2. p. 149. c. 1.
 Deus non vult amicos inuoluntarios, quia propter se est appetendus. to. 2. pag. 164. col. 1. p. 167. c. 2.
 Deus saepe iubet ea quae multum valent, & parum sonant. to. 2. p. 166. c. 1.
 Deus in Thabor committit ad iurandum unigenitum successorem regni. to. 2. p. 181. col. 1.
 Deum non esse cogitat peccator, ut sic liberius peccet. to. 2. p. 218. c. 2.
 Deus non tantum puniet peccatores, sed coadiutores peccati. to. 2. p. 221. c. 1.
 Deus non tam respicit ad externa munera, quae illi offerimus, quam ad bonam voluntatem. to. 2. p. 242. c. 1.
 Deus intromittit se in medio illorum, qui pro se laborant, ut eos consoletur, & fortiores reddat. to. 2. p. 257. c. 2.
 Deus non tantum odit, & punit peccatum, sed & instrumenta peccati. to. 2. p. 320. col. 2.
 Deum amabiliorem esse omnibus creaturis, ratione probatur. to. 2. p. 381. c. 2.
 Deus in operibus gratiae habet se ad modum agentium naturalium. to. 2. p. 386. c. 1.
 Deus trahit ad se hominem beneficijs deum. to. 2. p. 386. c. 2.
 Deus licet durissimus sit, semper tamen vult amari. to. 2. p. 395. c. 1.
 Deus unicuique creaturae dat quod sibi ipsi debet, non quod creaturae. tom. 2. pag. 510. col. 1.
 Dei notitia ex creaturis quomodo habenda. to. 1. p. 13. c. 2. optime.
 Deus qualiter querendus. to. 1. p. 101. & 102. & p. 134. c. 2.
 Deo vocanti statim respondendum. tom. 1. p. 113. c. 1.
 Deo accedendum, a quo omne bonum. to. 1. p. 251. c. 1.
 Dei misericordia summum homini bonum. to. 1. p. 281. c. 1.
 Deus cognoscitur nunc in suis effectibus. to. 1. p. 284. c. 1.
 Dei cultus in quo consistat. ibi. c. 2.
 Deus quomodo vniatur intellectui beato. to. 1. p. 293. c. 2.
 Deus cum ubique sit quomodo dicitur in caelo. to. 1. p. 303. c. 2.
 Dei cognitio suprema est quae omnes excedit naturales scientias. to. 1. p. 324. c. 2.

Deo

ALPHABETICA.

Deo tribuenda est gloria de operibus nostris. to. 1. p. 337. c. 1.
 Dei prouidentia vsque ad minima. to. 1. p. 375. col. 1.
 Deus honorem suum in condonandis peccatis ponit. to. 1. p. 387. c. 1.
 Deus ubique praesens. to. 1. p. 413. c. 1.
 Deus primo inuocandus. to. 1. p. 419. c. 2.
 Dei nomen quomodo sanctificandum. to. 1. p. 424. c. 1.
 Deus pater noster. to. 1. p. 416. & sequentibus.
 Dei voluntas quomodo impleatur. to. 1. p. 435. c. 1.
 Dei tripliciter considerata voluntas. ibid.
 Deus ut iudex odio habetur a malis. tom. 1. p. 480. c. 2.
 Deus solus dominus. ibid.
 Dei prouidentia erga suos. to. 1. p. 481. c. 1.
 Deus essentialiter bonus. to. 1. p. 505. c. 1.
 Dei voluntas semper intendit bonum nostrum. to. 1. p. 568. c. 1.
 Dei voluntas, & potestas conexe. ibid.
 Dei in nos dominium. to. 1. p. 583. c. 1.
 Deo obedientia debetur. ibid.
 Dei patris de Christo specialis prouidentia. to. 1. p. 603. c. 1.
 Deus solus auctoritatem remittit peccata. to. 1. p. 619. c. 1.
 Dei in nos quantum amor. to. 1. pagin. 619. col. 2.
 Dei praesentia nobis necessaria. tom. 1. p. 633. col. 2.
 Deus non est acceptor personarum. to. 1. p. 639. col. 1.
 Dei misericordiam nulla peccata exhauriunt. to. 1. p. 650. c. 1.
 Deus est in omnibus rebus. to. 1. p. 721. c. 1.
 Deus animae dominus iure creationis. to. 1. p. 800. c. 1.
 Deus omne bonum dat possidenti. to. 2. p. 51. c. 1.
 Dei misericordia magna. to. 2. p. 123. c. 1.
 Dei misericordia non clauditur terminis. to. 2. p. 214. c. 2.
 Deus rex, & iudex. to. 2. p. 217. c. 1.
 Deo nihil occultum. ibid.
 Dei voluntate saluantur qui salui fiunt. to. 2. p. 230. c. 1.
 Deus laborantibus nobis adest. tom. 2. p. 262. col. 1.
 Dei voluntas, non nostra est adimplenda. to. 2. p. 286. c. 2.
 Deus immobilis omnia motat. tom. 2. p. 295. col. 2.
 Daemon non omnia aduertit. to. 1. p. 56. c. 2.
 Daemoni non omnia quae vult permittitur facere. ibidem.
 Daemon obsecratus est splendore miraculorum Christi. to. 1. p. 57. c. 1.
 Daemon in qua figura apparuit quando Christum tentauit. to. 1. p. 198. c. 1.
 Daemon qui Christum tentauit, Lucifer fuit. to. 1. p. 198. c. 2.
 Daemon non cognouit Christum esse filium Dei. to. 1. p. 199. c. 1. & p. 606. c. 2.
 Demones quare adunantur. to. 1. pag. 210. col. 1.
 Daemonis in tentando astutia. to. 1. pag. 213. col. 1.
 Daemon stella de caelo cadens. tom. 1. p. 307. col. 2.
 Daemon radici virtutis insidiatur. to. 1. p. 317. col. 1.
 Daemon peccatorum caput. tom. 1. pag. 467. col. 1.
 Daemon, & Deus non possunt simul cohabitare. to. 1. p. 473. c. 1.
 Daemoni quomodo deseruiat peccator. to. 1. p. 480. c. 1.
 Daemon quomodo dominus. ibid.
 Daemonis seuitia ostenditur. tom. 1. pag. 605. col. 2.
 Demones hominum morte delectantur. to. 1. p. 606. c. 2.
 Daemonis crudelitas. to. 1. p. 608. c. 1.
 Demones persequentes nostras fabricant coronas. to. 1. p. 608. c. 2.
 Demones Apostolis subiecti. to. 1. pag. 657. col. 2.
 Daemon molestus hospes. to. 1. p. 771. c. 1.
 Daemon animae inimicus in ea non admittendus. to. 1. p. 800. c. 1.
 Daemon timidus est, ideo non timendus. to. 1. p. 804. c. 1.
 Daemonis primum peccatum quod fuit. to. 2. p. 204. c. 1.
 Dextrum, & sinistrum quid sit. tom. 1. p. 369. col. 1.
 Detractionis radix iudicium temerarium. to. 1. p. 485. c. 1.
 Detractio quadrupliciter contingit. to. 1. p. 490. c. 1.
 Detractione in audientes peccare. to. 1. p. 491. c. 2.
 Delectatio mortosa prohibita. to. 1. pag. 366. col. 2.
 Diuitiae omnia fouent vitia. tom. 1. p. 207. col. 1.
 Diuitiae ad beatitudinem praesentem conducunt. to. 1. p. 259. c. 2.

xx Diuitiae



T A B U L A

Diuitiæ hamus sunt vermi cooperitæ. tomo. 1. p. 243. col. 1.
Diuitiarum nimia sollicitudo reprehenditur. ibidem.
Diuitiæ in cælo securæ. tomo. 1. pagina. 469. col. 2.
Diuitiæ temporales corruptioni obnoxie. to. 1. p. 469. c. 2.
Diuitiæ contemnendæ. ibid.
Diuitiæ securus, & rigidus tyrannus sunt. to. 1. p. 474. c. 1.
Diuitiæ sibi faciunt homines deseruire. to. 1. p. 474. c. 2.
Diuitiæ flegmata sunt. tomo. 1. pagina. 479. col. 2.
Diuitiæ verbi Dei fructum impediunt. to. 2. p. 16. c. 2.
Diuitiarum bona apparentia. tomo. 2. pag. 51. col. 1.
Diuitiæ animæ faciunt eclypsim pati. to. 2. p. 59. c. 1.
Diuitiarum amor difficilem reddit ingressum cæli. to. 2. p. 238. c. 2.
Diuites quare camellis similes. to. 2. p. 240. col. 1.
Diuites cælestes epulas contemnunt. tomo. 2. p. 355. c. 2.
Diuitio malorum radix. tomo. 1. pagina. 473. col. 1.
Difficultas in exponendis parabolis Euangelicis, vnde oritur. to. 2. p. 8. c. 1.
Discrimen est notandum inter nostrum intellectum, & voluntatem. tomo. 2. pag. 40. col. 1.
Diuina mysteria non sunt nimis curiose scrutanda. to. 2. p. 8. c. 1.
Diuites passim frangunt legem Dei. to. 2. p. 98. col. 1.
Diuinitas in Christo aliquando seipsam sua luce se manifestabat. to. 2. p. 114. c. 1.
Diabolus crudelissime tractat animas quæ sibi p peccatū subduntur. to. 2. p. 126. c. 1.
Didragma quid sit, & eius valorem. tomo. 2. p. 192. c. 2.
Dignitas animæ à solo Deo cognoscitur. to. 2. p. 210. c. 1.
Distributor præmiorum Christi est, qui expertus est labores nostros. tomo. 2. pag. 257. col. 1.
Differentia est notanda est inter medicinas spirituales, & corporales. to. 2. p. 316. c. 2.
Dignus fuit reprehensione Christi Petrus abscindendo auriculam. to. 2. p. 535. c. 2.
Dominium duplex, seruile, & ciuile. to. 1. p. 582. col. 2.
Doctrinæ Christi excellentia. tomo. 1. p. 243. col. 1.
Doctrina sana quæ sit. to. 1. p. 511. c. 2.
Doctrina noua suspecta. Ibid.
Doctrina vana panis est, falsa verò fermentum. to. 2. p. 142. c. 1.
Doctrina Euangelica semper recipienda, à quocunq; prædicatore seminata. tomo. 2. p. 399. c. 1. p. 404. c. 2. & sequentibus.
Doctores, & prædicatores dispertire debent cibos spirituales, secundum qualitatem stomachi cuiuscunq;. to. 2. p. 358. c. 1.
Duo sunt in Euangelio genera parabolarum. to. 2. p. 8. c. 2.
Duplex causa incarcerationis Baptistæ assignatur. to. 2. p. 64. c. 2.
Duas egressiones fecit Christus, vnâ æternam, aliam temporalem. to. 2. p. 115. c. 2.

B

E Ad vitia, quæ in nobis minima, in proximo magna iudicatur. to. 2. p. 107. c. 1.
Ecclesiastici fugere debent negotia secularia, vt alijs profitentur. to. 2. p. 26. c. 1.
Ecclesiasticis non licet thesaurizare, quia eius prouentus pretium sanguinis Christi sunt. to. 2. p. 77. c. 1.
Ecclesiastici manus sunt Christi, quibus sustendandi sunt pauperes. to. 2. p. 77. c. 1.
Ecclesiastici velut stomachus sunt populi. to. 2. p. 314. c. 2.
Ecclesiasticos sequentur reliqui in moribus. to. 2. p. 314. c. 2. & p. 315. c. 1.
Ecclesia militans regnum cælorum dicitur, & quare. to. 2. p. 44. c. 2. & p. 451. c. 1. p. 252. col. 1.
Ecclesia Catholica, quia plantatio Dei non poterit eradicari. to. 2. p. 99. c. 1.
Ecclesia terræ comparatur, propter suam firmitatem. to. 2. p. 157. c. 1.
Ecclesia quomodo dicitur fundari super Petrum diffusè tractatur. to. 2. p. 157. c. 2. & sequentibus.
Ecclesia semper eadem perseuerat à primo iusto Abel. to. 2. p. 338. c. 1.
Ecclesia legis gratiæ perfectior est, quàm Ecclesia legis veteris. to. 2. p. 338. c. 1.
Ecclesia mens est ob altitudinem excellentiæ. to. 1. p. 249. c. 2.
Ecclesia militans ciuitas super montem. tomo. 1. p. 331. c. 1.
Ecclesia nouas timet doctrinas. to. 1. p. 331. c. 1.
Ecclesiæ Romanæ firmitas. ibid.
Ecclesia militati omnia visibilia sunt. to. 1. pag. 33. col. 1.
Ecclesiæ fundamentum in cælo. to. 1. p. 469. col. 2.
Ecclesiæ ædificium virtutibus Theologicis fulcitur. to. 1. p. 469. c. 2.
Ecclesia nauicula fluctibus agitata. tomo. 1. p. 598. c. 2.
Ecclesia arca vbi triticum est cum palea. tomo. 2. pag. 32. col. 1. tomo. 1. pag. 177. col. 2.
Ecclesia militans sagena bonos, & malos congregans. to. 2. p. 60. c. 1.
Ecclesia militans, & triumphans vnum sunt regnum. to. 2. p. 45. c. 1.
Ecclesiæ nauis periclitatur, sed non submergitur. to. 2. p. 85. c. 2.
Ecclesiæ ceremoniæ amplectendæ. tomo. 2. p. 93. c. 1.
Ecclesia arbor illa Danielis. tomo. 2. pag. 99. col. 2.
Ecclesia Romana sequenda. tomo. 2. pag. 145. col. 1.
Ecclesiæ clauibus quomodo vtendum. to. 2. p. 147. c. 1.
Ecclesia Domini vinea. tomo. 2. p. 259. c. 2. & p. 331. c. 1.
Ecclesia qualiter veneranda, vbi corpus Christi seruetur. to. 1. p. 109. c. 1.
Ecclesia impugnatur, sed non vincitur, optime. to. 1. p. 137. c. 2.
Ecclesiæ ædificium quale. tomo. 1. pagina. 233. col. 2.
Ecclesiæ & Synagoge discrimen. to. 1. p. 238. col. 2.
Ecclesiæ militantis, & triumphantis differentia. to. 1. p. 302. c. 1.
Ecclesiæ fundamentum in cælo absconditum. to. 1. p. 304. c. 2.
Ecclesia cella vinaria. tomo. 1. pagina. 305. col. 1.
Ecclesia paradysus. ibidem.
Ecclesia hortus plantationum. ibid.
Effectus amoris est linire, & liquefacere cor. to. 2. p. 16. c. 1.
Egressiones duas debet facere homo ad imitationem Christi. tomo. 2. pag. 115. c. 2. & sequentibus.
Eligibilis est dånato in ordine ad suum appetitum naturalem non esse simpliciter, quàm sic esse damnatum. tomo. 1. pag. 552. col. 1.
Eleemosyna semper facienda etiam ex paruis prouentibus, vt crescant. to. 2. pag. 79. col. 1.

ALPHABETICA.

Eleemosyna suadetur. tomo. 1. pag. 280. c. 1. & p. 403. c. 1.
Eleemosynæ præmium bona temporalia. to. 1. p. 402. c. 1.
Eleemosyna remittit peccata. ibid.
Eleemosynæ faciendæ modus. tomo. 1. pag. 403. col. 1.
Eleemosynæ laudes. ibidem, & p. 404. c. 1. & sequentibus.
Eleemosyna sacrificio anteponitur. tomo. 1. p. 627. c. 2.
Eleemosyna ministris Ecclesiæ exhibita remunerabitur. to. 1. p. 705. c. 2.
Eleemosyna danda de his quæ sunt in pretio. to. 1. p. 707. c. 2.
Eleemosynam non dare est habere manum aridam. to. 1. p. 763. c. 1.
Eleemosynæ magnum exemplum. to. 1. p. 102. col. 2.
Eleemosynæ duplex merces. to. 2. pag. 244. col. 1.
Eleemosynæ faciendæ circumstantia. tomo. 1. p. 399. c. 2.
Eleemosyna diuitias meretur æternas. to. 1. p. 460. c. 1.
Eleemosyna proprijs manibus danda. to. 2. p. 76. c. 2.
Eleemosynam largiri strictiori vinculo tenentur Ecclesiastici. ibi. p. 77. c. 1.
Ecclesiæ ieiunium quale. tomo. 1. pagina. 197. col. 2.
Emanuel nomen quid significet. to. 1. pag. 84. col. 1.
Euangelium quibus prædicandū. to. 1. p. 498. col. 1.
Euangelium bonum nuncium. to. 1. p. 1. c. 1.
Euangelistarum infallibilis autoritas. to. 1. p. 98. c. 2.
Euangelium quare recti comparetur. tomo. 1. p. 234. c. 2.
Euangelium flos rationis naturalis. tomo. 1. p. 395. c. 1.
Euangelistæ non omnia Christi facta scripserunt. to. 1. p. 484. c. 1.
Euangelistæ ordinem temporis in rebus gestis à Christo non omnino curarunt. to. 1. p. 593. col. 2.
Euangelicæ doctrinæ excellentia. to. 1. p. 243. col. 1.
Eucharistia panis supersubstantialis. tomo. 1. p. 444. c. 1.
Eucharistiæ excellentiæ. ibidem.
Eucharistiæ figura fuit conuiuium factum ex quinque panibus. tomo. 2. pagina. 73. c. 1.



T A B V L A

Ex peccatoribus aliqui semetipfos vendunt alios Deus vendit. tomo. 1. pagina. 221. col. 1. Exorcista fuere ante Christi aduentum. to. 1. p. 769. c. 2.

F

Facies corporis Christi mystici, Ecclesiastici sunt. to. 2. p. 186. c. 1. Facies qua Deus suos agnoscit, charitas est. tomo. 2. pagina. 57. col. 2. & pagina. 368. col. 2. Fama & honor maxime aestimabilia. tomo. 1. p. 490. c. 1. Fecunditas verbi Dei ante constitutionem mundi apparuit. to. 2. p. 22. c. 1. Fermentum in malam partem aliquando sumitur. to. 2. p. 141. c. 1. Fides Abrahae qualis. tomo. 1. pagina. 47. col. 1. Fides absq; addito in Scriptura formata intelligitur. to. 1. p. 47. c. 1. Fidei mysteria nostram excedunt naturalem notitiam. to. 1. p. 101. c. 1. Fidei vis mirabilis. tomo. 1. pagina. 104. col. 2. Fides per thus significatur. tomo. 1. pag. 118. col. 2. Fides sine charitate infructuosa. to. 1. p. 172. col. 2. Fides scutum seruans cor. tomo. 1. pag. 254. col. 2. Fidei consideratio manducatio dicitur. to. 1. p. 275. c. 1. Fides visione Dei consummabitur. tomo. 1. p. 291. c. 2. Fidem dictis adhibere, voluntarium est. to. 1. p. 311. c. 2. Fide Ecclesiae aedificium sulcitur. to. 1. p. 469. col. 1. Fides caelum respicit. ibi. c. 2. Fides piscei similis. tomo. 1. pagina. 505. col. 2. Fides angusta porta. tomo. 1. pagina. 507. col. 2. Fides charitatis socia. tomo. 1. pagina. 519. col. 2. Fides per saphiram significatur. to. 1. pag. 522. col. 2. Fides magna intensiue, & extensiue. tomo. 1. p. 579. c. 2. Fides nauis Ecclesiae clauus. tomo. 1. pag. 599. col. 1.

Fides cum charitate nauem ad portum ducit. to. 1. p. 599. c. 2. Fides aliquando sumitur pro fiducia. tomo. 1. p. 211. c. 2. Fides principium iustificationis. to. 1. p. 641. col. 1. Fides sine opere nihil habere meriti. ibidem. Fides sine poenitentia nihil proficit ad salutem. to. 1. p. 739. c. 1. Fides a longè facit videre. tomo. 1. pag. 804. col. 2. Fides sine opere Deo non offerenda. tomo. 2. p. 15. c. 1. Fides regni caelestis principium. tomo. 2. p. 36. col. 1. Fides grano sinapis similis. tomo. 2. pag. 36. col. 1. Fidei veritas demonstratione certior. ibid. p. 37. c. 1. Fides in peccatore manet. tomo. 2. pagin. 38. col. 2. Fides radix vitae Christianae. tomo. 2. p. 347. col. 2. Fides cum charitate facit imaginem Dei. to. 2. p. 369. c. 1. Fides comparatur clauo, & quare. to. 2. p. 371. col. 1. Fides si in anima perseueret, adhuc est spes, quod alia damna spiritalia resarciantur. to. 2. p. 38. c. 2. Fides non perditur per peccatum mortale, licet aliae virtutes perdantur. tomo. 2. p. 38. col. 2. Fides nuncio assimilatur, qui semper remanet viuus apud Iob. to. 2. p. 38. c. 2. Fides arbori comparatur, optime. to. 2. p. 38. & 39. Fides fortem, & robustam reddit animam contra diaboli ictus. to. 2. p. 39. c. 1. Fides Petri dicitur fundamentum totius Ecclesiae Christianae, & quare. tomo. 2. p. 160. col. 1. Fides latronis in cruce, maxime splenduit in multis. to. 2. p. 573. c. 1. Fideles per baptismum efficiuntur plantae Dei, sed per peccatum infructifere redduntur. to. 2. p. 100. c. 2. Fiducia maxima in comendatione in beata Virgine. to. 1. p. 68. c. 1. & 2. Fiducia magna, & pretiosa obtinuit. tomo. 2. p. 191. c. 1. Filius imago est patris per quam seipsum cognoscit sicut est. to. 2. p. 368. c. 2.

Filium

ALPHA BETA CTA.

Filium Dei dici magna dignitas est. tomo. 1. p. 391. c. 2. Elevationis spiritalis origo. tomo. 1. pag. 417. col. 1. Filij bene sunt educandi. tomo. 1. pag. 709. col. 2. Filias perire malitia matrum, quantum malum. to. 2. p. 110. c. 2. Fortitudo mare rubrum transiens, veram assequitur promissionis terram. to. 1. p. 49. col. 1. Fortitudinis principium est sustinere. to. 1. p. 289. c. 2. Fortitudo, & constantia Sanctorum. tomo. 1. p. 712. c. 1. Fornicatio simplex prohibita. tomo. 1. p. 366. col. 1. Fornicatio fugiendo cauetur. tomo. 1. pag. 369. col. 2. to. 2. p. 128. c. 1. Fornicatio ara est cui maxima sacrificantur. to. 2. p. 69. c. 1. Fortissimus murus decalogus, quo defendimur a daemone. to. 2. p. 343. c. 2. Fugere a peccatis ad gratiam optima victoria est, & non fuga. to. 2. p. 59. c. 1. Fugere ab ira Dei dupliciter contingit. to. 1. p. 167. c. 1. Fratres sumus omnes non tantum quoad corpus, sed quoad animam, & ideo nos diligere debemus. to. 2. p. 402. c. 2. Frequenter Scriptura manifestè exponit quae prius obscure, & aenigmaticè dicit. tomo. 2. p. 13. col. 1.

G

Gallinae comparatur Christus, & eius habet proprietates. to. 2. pag. 423. col. 1. Gaudijs nostris miscere debemus passionem Christi ne culpabiliter letemur. to. 2. p. 269. col. 1. Gaudet Deus nostris precibus, & vt perseueremus differt elargiri, quod maxime desiderat dare. tomo. 2. pagina. 118. col. 1. Generatio adultera, cur populus Iudaicus dicitur a Christo. tomo. 2. pagina. 137. col. 1. Gerentes curam animarum non solum Sanctos, sed doctos esse oportet. tomo. 2. p. 152. c. 1. Generatio in Scriptura quatuor habet acceptiones. to. 1. p. 1. c. 2.

Generatio Christi mirabilis. tomo. 1. pag. 51. col. 2. Gentium primitiae Magi. tomo. 1. pag. 100. col. 1. Gentium vocatio, & Synagoga reprobatio. ibidem. Genesareth lacus qualis. tomo. 1. pagin. 227. col. 1. Gentiles paralyticis similes. to. 1. pagin. 575. col. 2. Gloria vana non semper est mortale peccatum. to. 1. p. 397. c. 1. Gloria vana non expectet premium a Deo. to. 1. p. 397. c. 1. Gloriae vanae vitium manet alijs vitijs superatis. tomo. 1. p. 398. c. 2. Gloria vana haereticis mater. tomo. 1. pag. 399. col. 1. Gloria vana fugienda. to. 1. p. 593. c. 1. & to. 2. p. 80. c. 1. Gladius equitocus est, & multa sunt genera gladiatorum. to. 2. p. 535. c. 2. Gloriae aeternae mensura. tomo. 1. pagin. 494. col. 1. Gloriae aeternae magnitudo. ibid. Gloria aeterna, vide beatitudo. Gratitatem esse Deo pro beneficijs temporalibus. to. 2. p. 323. c. 1. Ingratitudo reprehenditur. tomo. 2. pag. 330. col. 2. Gratiam habere, non possumus scire certo. to. 1. p. 722. c. 1. Gratiam habere, quae signa ostendant. ibidem. Gratia prima non cadit sub merito, ideo inueniri dicitur. to. 2. p. 47. c. 1. Gratia Dei, & eius auxilium a se sunt quibus vehimur in caelum. tomo. 2. pagin. 267. col. 1. Gratiarum actio facienda post sumptionem corporis Christi. to. 2. p. 519. c. 1. Gradus est dignitas sacerdotum. to. 2. p. 15. 2. col. 1. Gula qualis tentatio. tomo. 1. pagina. 205. col. 1. Gula animam reddit ad spiritalia inhabilem. ibid. Gula saluti corporis contraria. tomo. 1. p. 453. Gula miseriae nostrae causa. tomo. 1. pag. 457. col. 1. Habreæ



ALPHABETICA

H
Hæbra lingua manifestata sunt myste-
ria Dei. tomo.1. pagina. 498. colum-
na.1.
Herodes quare vulpi similis. tomo.1.p.595.
col.2.
Hæretici meretrici comparantur, & quare.
to.2.p.37.c.1.
Hæreticorum conditio est adunari contra
Ecclesiam. to.2.p.137.c.1.
Hæreticorum peruersa conditio. to.1.p.211.
col.1.
Hæretici foris suaves, intus veneno pleni
sunt. to.1.p.310.c.2.
Hæresis vanagloriæ filia. tomo.1. pagin.399.
col.1.
Hæretici similes locustis. tomo.1.pagin.516.
col.2.
Hæretici quibus signis dignoscendi. tomo.1.
p.525. & sequentibus.
Hæretici contrarij venti seditionem caufant.
tomo.2. pagina.86. columna.1. & sequenti-
bus.
His corporalibus, & visibilibus rebus facit
nos Deus spiritualia cognoscere. tomo.2.
p.35.c.2.
His temporibus facilius perditur fides, quàm
olim, quia minus radicata. tomo.2. pa.103.
col.2.
Hyperbolica loquutio vsitata est in Scriptu-
ra. to.2.p.239.c.2.
Hypocritæ apparere cupiunt virtuosj, licet
non sint, & quare. tomo.2. pagina.101.
col.2.
Hypocritæ de Euangelio se iactant, sed in o-
pere tantum caro conspicitur. tomo.1.p.65.
col.1.
Hypocrita de exteriori iustitia contentus,
de interiori non curat. tomo.1. pagina.66.
col.2.
Hypocritæ in hæresim sæpè labuntur. to.1.
p.137.c.1.
Hypocritæ viperis comparantur. to.1.p.165.
col.2.
Hypocritæ in suis operibus sibi honorem
quærent non Deo. tomo.1. pag.337.col.1.
&2.
Hypocritæ reprehenditur. tomo.1.pagin.317.
col.1. & sequentibus. pa.353.c.1. & p.393. &
sequentibus.
Hypocritæ parasiti, & histriones sunt. to.1.
p.400.c.1.

Hypocritæ opera non tendunt in Deum. to.
1.p.455.c.1.
Hypocritæ duo habent nomina. ibi. p.456.
col.1.
Hypocritæ araneorum texunt telas. tomo.1.
p.458.c.2. in fine.
Hypocritæ artem imitatur. ibidem pa.459.
col.1.
Hypocritæ struthioni similes. tomo.1. pa.465.
col.1.
Hypocritæ figuræ pictæ. ibid. pagina. 464.
col.1.
Hypocritæ simulators. tomo.1.pagin.496.
col.1.
Hypocritæ lupi. to.1.p.513.c.1.
Hypocritæ formicis assimulantur, vt formi-
cas capiant. ibi.
Hypocrita malum celat in corde. to.1.p.616.
col.1.
Hypocrita abutitur Ecclesiæ ceremonijs.
to.2.p.305.c.1.
Hypocritarum primuū telū adulatio est. to.
1.p.266.c.1.
Homo arbor euerfa. to.1.p.469.c.1.
Homines barbari effecti. tomo.1. pagin.499.
col.2.
Hominum præcepta media sunt, vt præcep-
ta Dei impleantur, & sic non est in illis
sistendum. to.2.p.107.c.2.
Homines quæ sibi sunt proficua volunt, la-
borare pro illis nolunt. tomo.2. pag.272.
col.1.
Homo imago est per quã cognoscitur Deus.
to.1.p.366.c.1.
Homo de rigore iustitiæ, & cum maiori ho-
nore liberatus est à peccato per mortem
Christi, quàm si condēnatus esset à Deo.
to.2.p.605.c.2.
Homo vestigium Dei, & imago. to.2.p.119.
col.2.
Homo quare arbori comparatur. to.1.p.100.
col.1.
Humilitas in Scriptura nomine iustitiæ su-
mitur. to.1.p.179.c.2.
Humilitatis tres gradus. ibi.
Humilitatis certamen magnum inter Ioan-
nem, & Christum. tomo.1. pagin.189.c.1.
&2.
Humilitas paupertatis nomine commenda-
tur. to.1.p.257.c.2.
Humilitas propria Christiani virtus. tomo.1.
p.460.c.2.
Humilitas veros probat prophetas. tomo.1.
p.518.c.1.

Humili-

ALPHABETICA

Humilitas verã & falsa. tomo.1. pagina.608.
col.2.
Humilitas peccatorum veniam consequitur
to.2.p.639.c.2. in fine.
Humilitas Deum ad se trahit. tomo.1. p.641.
col.1.
Humilitas animam disponit ad diuina bene-
ficia. to.1.p.743.c.2.
Humilitas Dei lignum. tomo.1. pagina.797.
col.1.
Humilitas paruuli imitanda. tomo.2. pa.192.
col.1.
Humilitatis laudes. ibi. & p.197. & sequen-
tibus.
Humilitas centrum virtutis. ibi. pagina.198.
col.1.
Humilitas Deo reddit beneficia. tomo.2. pa-
gin.204.c.2.
Humilitas quibus rationibus suaderi possit.
to.2.p.406.c.2.
Humiles animæ corpore parturientes. to.1.
p.44.c.1. & sequentibus.
Humiles animæ per bona opera adipiscun-
tur Christi cognationem spiritualem. ibi-
dem.
Humilis quomodo se debet trahere cum
Deo. to.2. pag.204.c.2. p.406.c.1.
Humilitas maxime Deo placet inter omnes
virtutes. to.1.p.290.c.2. & p.406.c.1.

Ieiunium magnum bonum. tomo.1.p.451.
col.2.
Ieiunium opus satisfactorium, ibid.
Ieiunium concupiscentiæ remedium. ibid.
p.452.c.1.
Ieiunium minister castitatis. ibi.
Ieiunij laudes, & exhortatio ad illud.
ibi.
Ieiunium qualiter sit meritorium. tomo.1.
p.208.c.1. &2.
Ieiunium orationis socius. tomo.1.pagin.502.
col.1.
Ieiunij duplex finis. tomo.1. pagina.632.
col.1.
Ieiunium Heliç, & Moyfi quale. tomo.1.p.197.
col.1.
Ioannis Baptistæ laudes. tomo.1.pagina.142.
col.1.
Ioannes Baptista epilogus legis, & exordiū
Euangelij. to.1.p.141.c.2.
Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ sanctitas.
to.1.p.145.c.2.

Ioannis Baptistæ de Christo testimonium
super omnes prophetas excellentius mul-
tis rationibus asseritur, tomo.1. pag.146.
col.2.
Ioannes Baptista cur in deserto vixit. tomo.1.
p.151.c.2.
Ioannes Baptista preco ante Christum cla-
mans. to.1.p.156.c.1.
Ioannes Baptista baptizatus fuit baptismo
Christi. to.1.p.180.c.1.
Ioannes Baptista quomodo Christū cognos-
cit. to.1.p.181.c.1.
Ioannes Baptistæ lingua acu transfigitur ab
Herodis concubina. tomo.2. pagina.66.
col.1.
Ioannis Baptistæ reliquiæ seruati. ibi.
Ioannis Baptistæ persecutores, quo fine in-
terierint. ibid.
Ioannis Baptista decollatus. tomo.2. pag.65.
col.2.
Ioannis Baptistæ necem Sybilla prædixit. ibi.
p.67.c.1.
Ioseph quã ætatem habebat quando Mariam
sponsam accepit. to.1.p.53.c.1.
Ioseph quam artem exercebat. ibi. pag.54.
col.1.
Ioseph an tantum vnam habuerit vxorem.
ibid. col.2.
Ioseph incrementum interpretatur. tomo.1.
p.58.c.2.
Ioseph laudes. ibi.
Ioseph bene iudicare nos docet. tomo.1.p.54.
col.2.
Iusti grano panis assimulantur, & quare.
tomo.1.pagin.27.col.2. tomo.1. pagina.176.
col.2.
Iusti maxime sunt necessarij ad conseruatio-
nem mundi. ibid.
Iustorum pædagogus est impius. to.2.p.28.
col.2.
Iusti muri sunt quibus ab ira Dei defendi-
mur. to.2.p.67.c.2.
Iusti in vita præsentis in spe filiorum Dei vi-
uunt. to.2.p.269.c.2.
Iustus est Dei imago, peccator verò tantum
similitudo. to.2.p.272.c.1.
Iusti in hac vita sub conditione debent pe-
tere liberationem malorum. tomo.2.
p.527.c.1.
Iusti quare cum peccatoribus mixti. tomo.2.
pagina.28. columna.2. & pagina.31. col.2. in
fine.
Iustorum opera comparatur naturæ propter
firmitatem. tomo.1.p.459.c.1.

xx 4

Iusti



T A B V L A

Iusti oleo comparatur. tomo. 1. pagina. 600. col. 1.
 Iusti in fatum cadunt mali retrosum. tomo. 1. p. 641. c. 2.
 Iustis omnia in bonum cedunt. tomo. 2. p. 115. col. 1.
 Iustitia causat palehritudinem in anima. to. 1. p. 243. c. 2.
 Iustitiæ desiderium esse ratio cur dicitur. to. 1. p. 275. c. 1.
 Iustitia generalis virtus. tomo. 1. p. 275. c. 2. & p. 395. c. 1.
 Iustitia & misericordia coniuncte virtutes. to. 1. p. 277. c. 1.
 Iustitia Christianorum qualis esse debeat. to. 1. p. 353. c. 1.
 Iustitia distributiua reperitur in Deo, & non commutatiua. to. 2. p. 510. c. 1.
 Iudæi permittuntur à Deo inter Christianos dispersi, propter Ecclesiæ utilitatem. to. 2. p. 32. c. 1.
 Iudicium finale comparatur arcui, propter mala. to. 2. p. 172. c. 2.
 Iudicium finale convenientissimum est, ut coram omnibus detur Christo honor sibi debitus. tomo. 2. pagin. 461. c. 2. & sequentibus.
 Iudicium vniuersale esse futurum in iure naturæ fundatur, to. 2. p. 468. c. 1. & sequentibus.
 Iudas qua morte finierit vitam. to. 2. p. 551. col. 2.
 Iudæis non licebat infligere alicui mortem crucis. to. 2. p. 554. c. 2.
 Iudicium finale, securis ad radicem arboris. to. 1. p. 171. c. 1.
 Iudicium finale ventilabro comparatur. to. 1. p. 176. c. 1.
 Iudicij extremi grauitas. tomo. 2. pagin. 217. col. 1.
 Iudicium finale, quale sit futurum. tomo. 1. p. 433. c. 1.
 Iudicij finalis tempus incertum. ibi.
 Iudicij finalis obliuio vnde procedat. tomo. 2. p. 218. c. 1.
 Iudicio finali omnia, tam bona, quam mala apparebunt. to. 2. p. 170. c. 1.
 Iudex non respiciat munera. tomo. 1. pag. 572. col. 2.
 Iudex omnes ex æquo respiciat. to. 2. p. 214. col. 1.
 Iudæorum populus camelo similis. tomo. 1. p. 157. c. 2.
 Iudæorum triplices sectæ. tomo. 1. pagin. 163. col. 1.

Iudæorum excidium comminatur Ioannes. to. 1. p. 171. c. 2.
 Iudæi leprosis similes. tomo. 1. pagina. 573. col. 2.
 Iudæi vinea Domini. tomo. 2. pagina. 330. col. 2.
 Iudicium temerarium detractionis radix. to. 1. p. 485. c. 1.
 Iudicium malum propter tres rationes. ibid. col. 2.
 Iudicare alienum à tua iurisdictione malum est. ibid.
 Iudicium temerarium graue peccatum est. to. 1. p. 486. c. 2.
 Iudicium indeliberatum non est mortale. to. 1. p. 486. c. 2.
 Iudiciū vt vitio careat quæ indicia requirat. ibi. p. 487. c. 1.
 Iudicium vt sit temerarium debet esse de re graui. ibi. c. 2.
 Iudicandum est bene de proximo nisi contraria indicia constent. tomo. 1. pag. 488. col. 1.
 Iudicium nō est precipitandum. to. 1. p. 570. col. 1.
 Iudicandum non est de minimis in proximo, in nobis maiora non considerado. tomo. 2. p. 106. c. 2.
 Iuramentum religionis opus. tomo. 1. p. 372. col. 1.
 Iurauit Paulus licitè. ibi.
 Iuramentum quibus circumstantijs vestiri debeat. ibi. c. 2.
 Iuramentum cum veritate licet ex leui causa non est mortale. to. 1. p. 373. c. 2.
 Iurare per creaturas illicitum est de se. to. 1. p. 374. c. 1.
 Iuramentorum abusus damnatur. to. 1. p. 377. c. 1. & sequentibus.
 Iuramentum de re illicita non est implendum. to. 2. p. 71. c. 1.
 Iuramentum promissoriū Herodis fuit crudele. ibi.
 Ignis inferni luce carebit. tomo. 1. pagin. 581. col. 1.
 Imaginem suam impressit Deus in homine, in reliquis creaturis vestigium tantum. to. 2. p. 17. c. 2.
 Imperatores Ecclesiæ hostes antiquitus obediabant Pontifici, & conseruabant fidem. to. 2. p. 103. c. 2.
 Impijs omnia male eueniunt licet prospera videantur. to. 2. p. 115. c. 1.
 Impij, & peccatores quomodo sint necessarii Deo. to. 2. p. 302. c. 2.

In esti-

ALPHABETICA.

Inestimabilis pretij sunt paupertas, & alij labores: quia in illis Christus includitur. tomo. 2. p. 50. col. 2.
 Infernus in corde terræ est. tomo. 2. pag. 137. col. 2.
 In magno pretio est apud Deum vinea Ecclesiæ suæ quæ ipse plantauit dextera sua. tomo. 2. p. 260. col. 1. & sequentibus.
 In vindicta, quam nobis Deus propter peccatum infligit, remedium posuit contra illud. tomo. 2. p. 261. c. 2.
 Inexplicabile est præmium, quod Deus iustis præparauit. tomo. 2. p. 265. c. 1.
 In apparècia exteriori repræscentabat Christus esse Regem nostrum. tomo. 2. pag. 292. col. 2.
 In suis Ecclesijs residere oportet pastores. tomo. 2. p. 297. c. 1.
 In lege gratiæ cum maiori sollicitudine tenemur Deo seruire. tomo. 2. p. 302. c. 1.
 In fine vitæ nostræ præmium & poena reperitur, non in principio, vel medio. tomo. 2. p. 474. c. 2.
 In hac vita impius præualeat contra iustum, in iudicio verò commutabitur fort es. tomo. 2. pag. 512. c. 1.
 In Christi morte omnia sunt facta sicut præordinata erant à Deo. tomo. 2. p. 625. col. 1.
 In hac vita minatur nobis Deus mala, ne infligat æterna, si resipuerimus. tomo. 2. p. 223. col. 2.
 Innocentum cædes quo tēpore facta. tomo. 1. p. 215. c. 1.
 Innocentes qui fuerint. Ibidem.
 Innocentes an iure dicantur martyres. Ibidem.
 Innocentes quare martyrum primitiæ dicuntur. tomo. 1. p. 129. c. 1.
 Innocentes Regnum Dei possidebunt. tomo. 2. p. 225. c. 1.
 Inferni ignis qualis. tomo. 1. p. 178. c. 2.
 Infernus quare gehenna dicitur. tomo. 1. p. 359. col. 1.
 Infernus carcer perpetuus. tomo. 1. p. 365. c. 1.
 Inferni tēnebræ exteriores quales. tomo. 1. p. 580. c. 2.
 Inferni fletus, & stridor dentium quomodo intelligendi. ibi. p. 181. c. 1. & 2.
 Inferni poena quomodo vna & diuersa. tomo. 2. p. 33. c. 1.
 Inferni cruciatus, debita peccatis poena. to. 2. p. 356. c. 2.
 Iniuria quomodo tollenda. tomo. 1. p. 639. c. 2.
 Inuidia occasiones quærit. tomo. 2. pagin. 231. col. 1.

Incantationes ridiculosæ sunt & vitandæ. tomo. 1. p. 680. c. 2.
 Intellectus infiniti capax. tomo. 2. p. 56. c. 1.
 Inimicus quomodo diligendus. tomo. 1. p. 38. col. 1.
 Infideles cuius dicuntur. tomo. 1. p. 497. col. 2. & p. 498. c. 1.
 Inimicus bonis operibus vincendus. tomo. 1. p. 697. c. 1.
 Inimicorum vindicta reprehenditur. tomo. 2. p. 384. c. 2.
 Intentio bona virtuti necessaria. tomo. 1. p. 393. col. 1.
 Intentio vnica debet esse, vt bona sit. tomo. 1. p. 471. c. 1.
 Intentio simplex bona, quæ debet esse. Ibidem.
 Intentio bona, arbor bona. tomo. 1. pag. 515. col. 1.
 Hierusalē ciuitas Magni Regis. tomo. 1. p. 374. col. 2.
 Iesus nomen primis Dei sectatoribus reuelatum. tomo. 1. p. 79. c. 1.
 Iesus nomen omnis religionis incrementum. Ibidem.
 Iesus nomē à Sybillis prophetatū. ibi. p. 79. col. 1.
 Iesus nomē acquisiuit Christus propter opus redemptionis nostræ. tomo. 1. p. 79. c. 1.
 Iesus nomen celsitudinem super omnia nomina obtinet. Ibidem.
 Iesus nomen, quæ bona secum afferat. tomo. 1. p. 76. c. 1. & 2.
 Iesus nomen, Helix oleo comparatur. tomo. 1. p. 77. c. 1.
 Ira quæ prohibetur, quæ sit. tomo. 1. pag. 359. col. 2.

L

Lacrymæ, & luctus sanctorum commendantur. tomo. 1. p. 49. c. 1. & 2.
 Lacrymarū, & luctus varietas. tomo. 1. p. 268. col. 2.
 Lacrymarū quatuor species. Ibidem. p. 268. col. 1.
 Lacrymas nos persuadent sanctorum exempla, scripta, locus, incolatus, & alia. tomo. 1. p. 272. col. 1.
 Lacrymarum multiplex fructus. Ibidem.
 Lacrymæ animam lauant. Ibidem.
 Lac dulcedo deuotionis. tomo. 1. p. 511. col. 2.
 Laudes Apostolorum Petri, & Pauli. tomo. 2. p. 152. c. 1. & sequentibus.
 Lapis molaris, mola asinaria dicebatur. tomo. 2. p. 196. c. 1.

x x 5

Largitio



T A B V L A A

Largitio Regni caelorum ex sola Dei voluntate pendet. tom. 2. p. 251. c. 1.
Labores & ignominias, quas pro Christo toleramus, leales, quibus ascendimus ad Deum. tom. 2. p. 266. c. 2.
Labile membrum lingua. tom. 2. p. 166. col. 1.
Legis Dei non sufficit vna obseruare partem, sed integra seruanda. tom. 2. p. 344. c. 1.
Legislator Christus duas legum differentias constituit. tom. 2. p. 384. c. 1.
Legis Moyfi & Euangelicae differentia. tom. 1. p. 253. c. 2.
Legis nomine quinq; libri Moyfi intelliguntur. tom. 2. p. 253. c. 2.
Legis nomine aliquando tota Scriptura intelligitur. Ibidem.
Legis veteris ceremoniae quales, & qua ratione iniunctae illi populo. tom. 1. p. 340. col. 1.
Legis veteris ceremoniae, Christo adueniente merito cessant. tom. 1. p. 340. c. 1.
Lex Christi, lux naturalis. tom. 1. p. 753. c. 1.
Lex Christi suauis iugum. tom. 1. p. 756. c. 1.
Lex vetus arcui comparatur. Ibidem. c. 2.
Lex Christi perficit naturam. tom. 1. p. 758. col. 2.
Legis dispensatio in publicam utilitatem debet fieri. tom. 1. p. 761. c. 2.
Leges humanae pauperibus, araneorum telae. tom. 2. p. 58. c. 1.
Leges Ecclesiasticae sepes. tom. 2. p. 343. c. 2.
Lepra peccatum significat. tom. 1. p. 569. c. 2.
Libera ac voluntaria causa est Deus in effectibus suis. tom. 2. p. 251. c. 2.
Licet ex parte obiecti vna sit omnium beatitudo: tamen ex parte beatorum vnus excellentius alio videt Deum. tom. 2. p. 255. col. 1.
Librorum malorum lectio quantum noceat. tom. 1. p. 206. c. 1.
Liberi arbitrij libertas ostenditur. tom. 2. p. 236. c. 2. in fine: & p. 254. c. 1.
Lingua moderanda. tom. 1. p. 251. c. 2.
Lingua omnium malorum radix. tom. 1. p. 489. col. 1.
Lingua si bene utaris, nobile instrumentum. tom. 1. p. 489. c. 2.
Lingua bona, & mala. tom. 1. p. 781. c. 2.
Loquutio publica accommodatissima ad docendum simplices. tom. 2. p. 5. c. 1. & 2.
Lunatici non tantum a luna, sed ab ipso daemone vexantur. tom. 2. p. 189. c. 1.
Lux naturalis propter hominis fidei vicem gerit mulieris. tom. 2. p. 653. c. 2.
Luna malorum symbolum. tom. 1. p. 600. c. 1.

Lunaticus quis dicatur. tom. 1. p. 239. c. 2.
Lucis naturalis qualitates spiritualiter exponuntur, du illud Matth. 5. xponitur: Vos estis lux.
Lucerna ardens, bona intentio in opere. tom. 1. p. 471. c. 1.
Lumen duplex, corporale & spirituale. tom. 1. p. 580. c. 2.
Luxuriae, & veteri deditos, inepti ad negotia. tom. 1. p. 282. c. 1.
Luxuria quomodo vitanda. tom. 2. p. 233. c. 1.

M

Maria pulchritudinem dedit corpori Christi. tom. 1. p. 37. c. 1.
Maria virgo, & Mater. Ibidem. p. 2.
Maria comparatur cupresso, palmae, & rosae. tom. 1. p. 2. c. 1.
Maria quam excellentiam sit consequuta ex eo quod sit Mater Dei. tom. 1. p. 38. c. 2. & p. 57. col. 2.
Maria habet omnium sanctorum excellentias. Ibidem.
Mariae uterus nouitiorum domus, in quo filius Dei habitum naturae mortalitatis assumpsit, & professionem nunquam carnem dimissurus fecit. tom. 1. p. 40. c. 2.
Maria Salomonis ferculum. Ibidem.
Maria vniuersalis omnium aduocata. tom. 1. p. 41. c. 2.
Maria diuinum armentarium. tom. 1. p. 42. col. 1.
Maria quam habebat etatem quando genuit Christum. tom. 1. p. 52. c. 2.
Maria quare desponsata. tom. 1. p. 56. c. 1.
Maria nomen excelsum. tom. 1. p. 58. c. 1.
Maria mari comparatur. Ibidem.
Maria Regina caelorum est. Ibidem.
Maria inuocanda. Ibidem.
Maria sic genuit Christum, sicut terra, aurum absque semine. tom. 1. p. 61. c. 2.
Maria dicitur caelum. tom. 1. p. 62. c. 1.
Mariae venter cur dicitur beatus. Ibidem. c. 2.
Maria medium est inter virgines, & conjugatas, & est virgo & conjugata. tom. 1. p. 67. col. 1.
Maria liber, vbi scribitur Dei verbum. Ibidem. col. 2.
Maria thalamus sponsi. Ibidem.
Maria vna vbi est manna absconditum. Ibidem.
Maria Regale palatium. Ibidem.
Maria aceruus tritici vallatus lilijs. Ibidem.
Maria virgo permanens concepit. optime tom. 1. p. 80. c. 1. & 2.

Maria

ALPHABETICA.

Maria post partum virgo permansit. Ibidem. p. 81.
Maria fuit baptizata Christi baptismo. tom. 1. p. 180. c. 1.
Maria locuples nuncium apoteca. tom. 1. p. 300. c. 1.
Maria immunis fuit ab omni labe superbiae, & vanagloriae. tom. 1. p. 81. c. 2.
Maria honorauit nomen mulierum. tom. 2. p. 113. c. 2.
Maria virgo super omnes creaturas est diligenda. tom. 2. p. 392. c. 1.
Maxime necessarium est videre exempla & opera virtuosa, ut accendamus ad virtutem. tom. 2. p. 116. c. 2.
Maximum remedium est contra vitium carnis orare. tom. 2. p. 129. c. 2.
Magnum praemium est ipsum pati labores Christo. tom. 2. p. 257. c. 2.
Magi qui dicantur. tom. 1. p. 90. c. 1.
Magi fuerunt Reges. Ibidem. p. 92.
Magi an fuerint tres. Ibidem.
Magi de qua regione venerint. Ibidem.
Magi quo tempore venerint. tom. 1. p. 93. c. 1.
Magi cur Hierosolimam venerint. Ibidem. p. 94. c. 1.
Magia bona & mala. tom. 1. p. 90. c. 1.
Maiora nobis confert Deus beneficia, quam quae nos petimus, vel speramus ab eo. tom. 1. p. 215. c. 1.
Marius miraculum quod Christus fecit in vita quale fuit. tom. 2. p. 321. c. 1.
Malitia non tantum voluntatem, sed etiam intellectum obcaecat. tom. 2. p. 105. col. 2.
Mansuetudo cum paupertate in scriptura iungitur. tom. 1. p. 263. c. 2.
Mansuetudinis triplex gradus. Ibidem.
Mansuetus aliquando iuste nascitur. tom. 1. p. 264. c. 1.
Mansuetis temporale praemium promittitur. tom. 1. p. 264. c. 2.
Mansuetudo inter beatitudines Euangelicas merito numeratur. tom. 1. p. 266. c. 1.
Matrimonium verum fuit inter Mariam & Ioseph. tom. 1. p. 55. c. 2.
Matrimonium in commune bonum fuit institutum. tom. 1. p. 366. c. 1.
Matrimonium indissolubile vinculum. tom. 2. p. 225. c. 2.
Matrimonium vinculo amoris conseruandum. tom. 2. p. 226. c. 1.
Matrimonium a Deo institutum ideo venerationem. tom. 2. p. 281. c. 2.
Melsae signum fuit esse ex semine Abraham. tom. 1. p. 15. c. 2.
Melsae signum fuit ex virgine nasci, & a Re-

gibus adorari. Ibidem. p. 80. & sequentibus. & p. 88. c. 1.
Melsae signum fuit nasci in Bethleem, & tempore quo non erat Rex in Israel. Ibidem.
Meritum a gratia procedit. tom. 1. p. 395. c. 2.
Mendacium non est fingere aliqua dicta, vel facta ad significandum aliquam rem. tom. 2. p. 7. c. 1. & c. 2.
Metaphoricum sensum Scripturae quando fugiendum, quando non. tom. 2. p. 7. c. 1.
Medijs illicitis nullus rei exitus prosperi expectandus est. tom. 2. p. 54. c. 1.
Meretrices crudeliores sunt cunctis animabus. tom. 2. p. 69. & p. 70.
Meretur Deus tentationes cum viribus nostris. tom. 2. p. 121. c. 2.
Meliora sunt offerenda Deo, & non debiliora. tom. 2. p. 296. c. 1.
Misericordia super exaltat iudicium. tom. 2. p. 66. c. 1.
Misericordia ut sol omnia calefacit. tom. 1. p. 277. c. 2.
Misericordia a Deo maxime commendatur. Ibidem.
Misericordia Deum habet patrem, & Mariam matrem. Ibidem.
Misericordia quantum ad causam est passio appetitus sensitiui, quantum ad effectum virtus. tom. 1. p. 278. c. 2. & sequentibus.
Misericordia est in Deo, quoad effectum. tom. 1. p. 279. c. 1.
Misericordia ex modo significandi ponit in Deo maximas perfectiones. Ibidem. c. 2.
Misericordes Dei misericordia compensantur. tom. 1. p. 281. c. 1.
Misericordiam sacrificio anteferendam quomodo intelligitur. tom. 1. p. 361. col. 1. & p. 629. c. 1.
Misericordia quod impossibile videtur, possibile redditur. tom. 1. p. 479. c. 2.
Misericordiae opera medium ad ingrediendum caelum sunt. tom. 2. p. 77. c. 2.
Misericordia in Deo non tantum ostendit superioritatem eius, sed eandem omnium miseriarum. tom. 2. p. 123. c. 1.
Misericordia Dei in hac vita triumphum gerit super iustitiam: contra erit in iudicio. tom. 2. p. 509. & sequentibus.
Misericordia ad omnes se extendit creaturas. tom. 2. p. 123. c. 2.
Misericordia Dei illum pigrum reddit ad vindictam exercendam in nos. tom. 2. p. 256. col. 2.

Mira-



ATQ IAT BI VH LIA

Mirabilia multa operatus est Deus in monte Moriath, vbi edificatum est templum Salomonis. tom. 2. p. 323. c. 2. ... Mirum est, quod cum tam diligibilis sit Deus, non rapiat nos in suum amorem, sicut creatora. tom. 2. p. 383. c. 2. ... Mortuos sepeliri mortuos quomodo intelligatur. tom. 1. p. 597. c. 2. ... Mortui quomodo lugendi. tom. 1. p. 647. c. 2. ... Mors somnus est. tom. 1. p. 648. c. 1. ... Mors quae timenda, quae vero desideranda. tom. 1. p. 692. c. 1. & sequentibus. ... Mors secunda quae fit, & quam timenda. tom. 1. p. 696. c. 1. ... Mors corpus putridum relinquit. tom. 1. p. 721. c. 1. ... Mortis poenitentia qualis. tom. 1. p. 791. c. 1. & p. 798. col. 2. ... Mors amicorum lugenda. tom. 2. p. 67. c. 2. ... Mortis dies celebrandus, & non natiuitatis. tom. 2. p. 65. c. 1. ... Moyses, & Helias in propria persona apparuerunt in transfiguratione. tom. 2. p. 175. c. 1. ... Moyses in transfiguratione apparuit in propria anima, sed in corpore assumpto. Ibidem. ... Mortale peccatum grande impedimentum est, ne recipiat anima charismata Dei. tom. 2. p. 263. c. 2. ... Mors corporis post mortem Christi non amara, sed dulcis. tom. 2. p. 646. c. 1. & p. 648. col. 2. ... Multum interest in Scriptura inter cadere in faciem suam, & cadere retrorsum. tom. 2. p. 533. c. 1. ... Mulierum magna ira. tom. 2. p. 69. c. 2. ... Mulierum occasione quae mala mundo illata. Ibidem. ... Multi peccatores similes sunt Pharisaeis de sola exteriori munditia curantes. tom. 2. p. 98. c. 2. ... Multi fuerunt qui Christum tradiderunt in mortem, sed differentiissime. tom. 1. p. 192. c. 1. ... Multiplicibus vijs Deus homines tangit. tom. 2. p. 2. c. 1. ... Muadi falsa iudicia. tom. 1. p. 131. c. 2. ... Mundi bona momentanea. tom. 1. p. 211. col. 2. ... Mundi mari comparatus. tom. 1. p. 234. c. 2. ... Mundi inconstantia. tom. 1. p. 712. c. 2. ... Mundo non fidendum. Ibidem. ... Mundi per Apostolos conuersio magnam miraculum. tom. 1. p. 227. c. 1. & sequentibus. ... Mundus quas merces ponat in suis mundanis mercatoribus suis. tom. 1. p. 298. c. 2. ... Mundi creatio eius per Apostolos reformationi consona. tom. 1. p. 224. c. 1. ... Mundus fugiendus est, si expedite volumus sequi Christum. tom. 1. p. 617. c. 2.

Mundus Christo contrarius. tom. 1. p. 25. c. 1. ... Mandata dupliciter sumuntur in Scriptura. tom. 1. p. 282. c. 1. ... Murmuratores cui similes sunt. tom. 2. p. 106. col. 1. ... Murmuratores caeci ad videndum bona proximi apparentem malum detestant. tom. 2. p. 106. c. 1. ... Musica ferocitatem mitigat. tom. 1. p. 429. c. 2. ... vide sua loca vbi ponendo miraculorum effectus fidei attribuitur. tom. 1. p. 582. c. 2. ... Miracula veritatis sigillum. tom. 1. p. 789. c. 2. ... Meditatio coelestium necessaria. tom. 1. p. 617. c. 2. ... Mortem filij Herodiadis vide tom. 2. p. 66. c. 1. ... Natiuitas duplex explicatur. tom. 2. p. 74. col. 2. ... Negotium nostrae salutis arduum, & sic solli illi incumbendum est. tom. 2. p. 24. c. 2. ... Negotium hominis Christiani in rebus presentissimum situm est. tom. 2. p. 96. c. 1. ... Nihil habet homo proprie suae quod Deo offerat, nisi amorem. tom. 2. p. 394. c. 1. ... Nobilitas parum quid sine virtute proficit. tom. 1. p. 169. c. 2. ... Non fructificare verbum Dei in nobis, defectus est noster. tom. 2. p. 22. c. 1. ... Non assumpsit Christus agilitatis dotem ambulando super aquas. tom. 2. p. 81. c. 2. ... Non conuenit Deum interrogare cur hoc, vel illud faciat. tom. 2. p. 94. c. 1. ... Non est despiciendus frater, quia habet aliquod peccatum, considerantes alia maiora in nobis. tom. 2. p. 95. c. 2. ... Non vult Deus sacrificium si patres in magna necessitate relinquit. tom. 2. p. 102. c. 2. ... Non Deus mutatur quando comminationem executioni non mandat, sed homo. tom. 2. p. 224. c. 1. ... Nox orationi apta. tom. 1. p. 501. c. 2. ... Numerus ternarius perseverantiam significat usque in finem. tom. 2. p. 40. c. 2. ... Numerus septenarius perpetuitatem significat. tom. 2. p. 214. c. 2. ... Numerus denarius perfectus est, & in se omnes includit numeros. tom. 2. p. 478. c. 2. ... Nullum est signum infallibile ad cognoscendum utrum in gratia simus. tom. 2. p. 46. col. 1. ... Nullo tempore a bonis operibus vacandum est. tom. 2. p. 101. c. 1. ... Nulla anima iusta est nisi a iustitia Christi illi communicata. tom. 2. p. 361. c. 1.

Obedien-

ALPHABETICA.

Obedientia hominem facit Christi cognatum. tom. 1. p. 44. c. 1. ... Obedientiae perfectum exemplum vide in beato Ioseph. tom. 1. p. 87. c. 1. & pag. 131. col. 2. ... Obediendum Deo vocanti. tom. 1. pag. 113. col. 1. ... Obediendi regulam vide tom. 1. pag. 132. col. 1. ... Obedientiae proportio in Apostolis. tom. 1. p. 233. c. 2. ... Obedientia Deo debetur. tom. 1. p. 583. c. 1. ... Obedientia in quo consistat. tom. 2. pag. 167. col. 1. ... Obedientia computatur inter principales virtutes, quae ad perfectionem adiuuant. tom. 2. p. 234. c. 2. ... Obedientiae perfectae laudes. tom. 2. pag. 234. col. 2. ... Obedientia non est maior virtutum. Ibidem. ... Obedientia victimis anteponenda. Ibidem p. 235. c. 1. ... Ob multas causas admirabiles voluit Christus sustinere tristitiam in horreo. tom. 2. p. 524. c. 1. ... Oculos habere illuminatos a Deo oportet, ut cognoscamus in quo sita sit spes vocationis nostrae. tom. 2. p. 52. c. 2. ... Occasio peccatorum fugienda. tom. 1. p. 131. c. 2. & p. 210. c. 1. p. 573. c. 1. & tom. 2. p. 124. c. 2. & p. 178. c. 2. ... Occasionem peccandi a nobis tollit Deus sua misericordia. tom. 2. p. 348. c. 2. ... Otiositas quae mala patiat. tom. 1. pag. 780. col. 2. ... Otiositas malorum magistra. tom. 1. p. 802. col. 1. ... Otiositas contraria instituto hominum. tom. 2. p. 17. c. 1. ... Otiositas reprehenditur. tom. 2. p. 165. c. 2. ... Otiosi sunt qui digna salute aeterna non operantur, licet mundi grauentur occupationibus. tom. 2. p. 258. c. 1. ... Otiosi non sunt Christiani, quia agricolae sunt. tom. 2. p. 346. c. 1. ... Otiositas quam peruersum vitium. tom. 1. p. 172. c. 2. & sequentibus. ... Oculorum obseruantia suadet. tom. 1. p. 367. col. 1. ... Oculus dexter, & sinister quid in Scriptura significant. tom. 1. p. 369. c. 1. ... Oculus bonus pro animo liberali sumitur,

malus pro prauo. tom. 2. p. 218. c. 2. ... Oculos leuare, est auxilium petere. tom. 1. p. 499. c. 1. ... Oculus in corpore lucerna eius. tom. 1. p. 470. col. 1. ... Oculus mentis purus, bona intentio in opere. Ibidem. ... Oculi corporei qualitates, spiritualiter explicatae. tom. 1. p. 470. c. 1. ... Odia arma sunt, quibus homines se inuicem laedunt. tom. 1. p. 387. col. 1. ... Odium fraternum magnum malum. tom. 1. p. 446. c. 1. ... Odium ponderosiores. tom. 1. p. 486. c. 1. ... Officium praetorum laboriosum est, sicut officium agricolae. tom. 2. p. 331. c. 1. ... Oleum iustorum gaudium. tom. 1. pag. 494. col. 1. ... Omnia perfectissime habet qui Deum solum habet. tom. 2. p. 51. c. 1. ... Omne bonum spirituale provenit nobis per Christum. tom. 2. p. 293. c. 1. & sequentibus. ... Omnes creaturae necessario mouentur, Deus vero non potest moueri. tom. 2. pag. 295. col. 1. ... Omnis sollicitudo nostra de corpore est, non de anima. tom. 2. p. 374. c. 2. & sequentibus. ... Omnes homines etiam mortui viuunt Deo etiam quoad corpus. tom. 2. p. 377. c. 1. ... Omnium rerum mensura debet esse amor Dei. tom. 2. p. 383. c. 1. ... Omnium laborum & passionis Christi causa fuerunt peccata nostra. tom. 2. p. 589. c. 1. ... Opera bona non sunt omnibus manifesta. tom. 2. p. 24. c. 1. ... Opera nostra ad valorem Regni caelorum non attingunt. tom. 2. p. 48. c. 1. ... Opera bona nimis aestimata sunt, quia eorum pretium est Regnum caelorum. tom. 2. p. 260. col. 2. ... Opera sine charitate facta, insipida gustui Dei. tom. 2. p. 334. c. 1. ... Oratio thuri comparatur, & quare. tom. 2. p. 111. c. 2. ... Orationes aliorum profunt nobis, cum ex parte nostra adiuuamus nos. tom. 2. p. 112. c. 2. p. 286. c. 1. ... Oratio omnes virtutes in lucem prodire facit. tom. 2. p. 119. c. 1. ... Oratio ieiunio & elemosyna sociata, Deo grata. tom. 1. p. 105. c. 1. ... Oratio communis laudabilis. tom. 1. p. 408. col. 1. ... Oratio attentata secreta quaerat loca. Ibidem col. 2.

Oratio



T A B U L A

Oratio ad Deum ordinetur. Ibidem. p. 409. col. 2.
Orationis necessitas qualis, & de eius laudibus. Ibid. c. 2. & sequentibus.
Oratio vicem gerit humidi radicalis in anima. tom. 2. p. 119. c. 2.
Oratio medicina est ad curandas omnes agitudines animæ. tom. 2. p. 120. c. 1.
Oratio vector est, quia omnia necessaria animæ affert de emporio cœli. to. 2. p. 127. col. 2.
Orationem comitetur ieiunium, vt proficua sit animæ. tom. 2. p. 192. c. 2.
Oratio necessaria animæ, vt viuat. tomo. 2. p. 285. c. 2.
Oratio misericordiâ Dei ad nos trahit. to. 2. p. 286. c. 1.
Oratio priuata in solitudine, & secreto facienda est. tom. 2. p. 526. c. 1. tom. 1. pag. 501. col. 1.
Orationis duæ sunt anime, ieiunium, & elemosyna. tom. 1. p. 451. c. 2.
Orare Deum nõ derogat eius prouidentia. tom. 1. p. 500. c. 1.
Oratio Deum recognoscit vniuersalem prouisorem. tom. 1. p. 500. col. 2.
Oratio diligens, cõfidens, perseverans. Ibid. p. 501. c. 1.
Oratio mansuetudinem, & misericordiam generat. tom. 1. p. 503. c. 1.
Oratio velut diuinos homines facit. Ibid.
Oratio nostra fortitudo. tom. 1. p. 504. c. 2.
Oratione præcedat ieiunium. tomo. 1. p. 632. col. 2.
Oratio pro qua necessitate fieri debeat. to. 1. p. 762. c. 2.
Oratio est eleuatio mentis in Deum. tomo. 2. p. 80. c. 1.
Orationis magister Spiritus sanctus est. tom. 2. p. 285. col. 1.
Oratione opera comitentur. tom. 2. pag. 408. col. 2.
Orationis perseverantia necessaria. tom. 2. p. 127. c. 1.
Orans sine peccato sit. tom. 1. p. 505. c. 1.
Oriens, & Occidens quomodo spiritualiter intelligantur. tom. 1. p. 585. c. 1.
Osanna quid significet, & ex quo deriuetur. tom. 2. p. 289. c. 1. p. 293. c. 1.
Ostendit Deus suam sapientiam, & magnitudinem in rebus minimis. tom. 2. p. 44. c. 1. & p. 45.

P

Patientia armet se qui Christo seruire incipit. tom. 1. p. 138. c. 2.
Patientia necessaria virtus. tom. 1. p. 389. c. 2.
Patientia opus perfectum habet. tom. 1. p. 389. col. 2.
Patientia verum ostendit Dei amicum. tom. 1. p. 469. c. 1.
Patientia sanctorum commendatur. tomo. 1. p. 604. c. 2.
Patientia & perseverantia generant spem. tom. 1. p. 722. c. 2.
Pacificus quis dicitur. tom. 1. p. 286. c. 2.
Pacifici dicuntur qui alios pacificare studet. tom. 1. p. 287. c. 1.
Parabola definitio ponitur. tom. 2. p. 3. c. 1. & sequentibus.
Parabola diuersimodè sumitur, & diuersas habet acceptiones in Scriptura. Ibid.
Parabola de Lazaro, & diuine historia fuit, & res gesta. tomo. 2. p. 7. c. 2.
Parabolarum necessitas. tomo. 2. p. 4. c. 2.
Parabola prophetis familiares. Ibidem. p. 5. col. 2.
Parabolarum materia an de facto contigerit. Ibid. p. 7. c. 1.
Parabolarum explicandarum difficultas. Ibid. p. 8. c. 1.
Parabola sensus literalis quis. Ibid. c. 2.
Passiones irascibiles, & concupiscibiles ciuili- liter obediunt rationi. tom. 1. p. 583. c. 1.
Passiones rationi subdendæ. tom. 1. pag. 585. col. 2.
Passio Christi, crumena, vnde pretium nostræ redemptionis exiuit. tom. 2. p. 219. c. 2.
Passio Christi omnium virtutum exemplar est. tom. 2. p. 275. c. 1.
Passiones multo aliter fuerunt in Christo, quam sunt in nobis. tom. 2. p. 523. c. 2.
Pasche nomen in Scriptura quadrupliciter sumitur. tom. 2. p. 553. c. 2.
Patris æterni attributa. tom. 1. p. 417. c. 2.
Pater omnium origo & fons. tom. 1. p. 46. c. 2.
Paupertas spiritus quæ dicitur. tom. 1. p. 256. col. 1.
Pauperes spiritu Reges potius dicendi. to. 1. p. 258. c. 2.
Pauperes securi quiescunt. Ibid. p. 259. c. 1.
Paupertatem amat Deus. Ibid. p. 260. c. 1.
Paupertatem quare Christus elegit. Ibidem.
Paupertas discipulorum Christi comendatur. tom. 1. p. 760. c. 2.
Paupertas in se continet beatitudinem. tom. 2. pag. 50.

ALPHABETICA

pag. 50. col. 1. & sequentibus.
Pax ordinè dicit, & resultat ex ordine. tom. 1. p. 288. c. 1.
Pax vera in cœlo quomodo resultat. tom. 1. p. 340. c. 1.
Pax sale significatur. tom. 1. p. 313. c. 1.
Pax cithara charitate pulsata. tom. 1. p. 388. col. 1.
Pax hospitibus precanda. tom. 1. p. 676. c. 1.
Pax amoris lege stabilitur. tom. 2. p. 385. c. 1.
Peccatum malorum omnium radix. tomo. 1. p. 77. c. 2.
Peccati triplex captiuitas, à quibus per Christum liberamur. tom. 1. p. 79. c. 1.
Peccati grauitas ostenditur. tomo. 1. pag. 214. col. 2.
Peccatum summum malum. tom. 1. pag. 214. col. 2.
Peccatores fame cruciantur. tomo. 1. p. 276. col. 2.
Peccatum tenebra dicitur. tom. 1. p. 366. c. 1.
Peccatum Regum quale. tomo. 1. pag. 427. col. 1.
Peccatoris summum malum est esse sine Deo. tom. 1. p. 84. c. 2.
Peccator auferit à Deo ius suum. tom. 1. p. 445. col. 1.
Peccatum debitum grande. Ibidem.
Peccatum considerandum ex utroque termino, à quo & ad quem finem tendat. tom. 1. p. 461. c. 1.
Peccatum voluntarium est. tom. 1. p. 462. c. 2.
Peccatum iteratum velut pulli intercaden- tia. tom. 1. p. 464. c. 1.
Peccator membrum Christi aridum. tom. 1. p. 466. c. 2.
Peccatum planctu magno flendum. tomo. 1. p. 467. c. 2.
Peccator porco similis. tom. 1. p. 498. c. 2.
Peccati cognitio principium salutis. tomo. 1. p. 569. c. 2.
Peccatum animæ febris. tomo. 1. p. 588. c. 1.
Peccatorum inundatio describitur. tomo. 1. p. 600. c. 2.
Peccator in sepulchris habitat. tom. 1. p. 609. col. 2.
Peccatores in multis sunt in Ecclesia similes iustis, sed in charitate dissimiles. tomo. 2. p. 32. c. 2.
Peccata carnis fugiendo vincuntur, vt ex Scriptura patet. tom. 2. p. 128. col. 1. & sequentibus.
Peccata per poenitentiam condonata, manifestanda sunt in iudicio, vt Dei misericordia elucescat. tom. 2. p. 171. c. 2.

Peccator post lapsum solet resurgere cau- tior. tom. 2. p. 178. c. 2.
Peccatum ex consuetudine, ieiunio, & ora- tione vincitur. tom. 2. p. 191. c. 2.
Peccatum mortale occultum, est materia fra- ternæ correctionis, & non alterius iudicij. tom. 2. p. 209. c. 1.
Peccatores ita manifestè peccant, vt ab om- nibus possint tales iudicari. tom. 2. p. 220. col. 1.
Peccatores camelis comparantur ob multas rationes. tom. 2. p. 240. c. 2.
Peccator ni si indumentis Christi vestiatur, nõ efficietur dignus Deo. to. 2. pag. 303. c. 1.
Peccatores iugum Dei suaue nolentes por- tare, iugum diaboli ferreum portant. tom. 2. p. 364. c. 1.
Peccator proprie loquendo non diligit, sed odit seipsum. tom. 2. p. 392. c. 2.
Peccatum ex consuetudine difficile vincitur. tom. 2. p. 440. c. 2.
Peccatum quod Christi morte deletum est, non debet reiterari. tom. 2. p. 649. c. 1.
Peccatum infirmitatis corporis causa. tom. 1. p. 611. c. 2.
Peccati curatio maior quam corporis infir- mitatis. tom. 1. p. 613. c. 1.
Peccatum Deus odio magno prosequitur. tom. 1. p. 618. c. 2.
Peccatum sanguini simile. tom. 1. p. 620. c. 1.
Peccator quare homo dicatur. tomo. 1. p. 620. col. 2.
Peccatum infirmitas est. tom. 1. p. 628. c. 1.
Peccator vir sanguinum. tom. 1. p. 646. c. 1.
Peccati medicina in solo Deo. Ibidem.
Peccantium tria genera explicantur. tom. 1. p. 648. c. 1. & sequentibus.
Peccator quomodo conuerti debeat. tomo. 1. p. 152. c. 2.
Peccatorum obstinatio maximum malorum. Ibidem.
Peccator serpenti assimilatur. tomo. 1. p. 683. col. 1.
Peccatum onus graue. tom. 1. p. 750. col. 2. & sequentibus. p. 755. c. 1.
Peccata infernales furia sunt. tom. 2. pag. 59. col. 1.
Peccator Dei imperfecta imago. tom. 2. pag. 371. c. 1.
Peccatum dura seruitus. tom. 1. p. 776. c. 1.
Peccatum spina. tomo. 1. p. 801. c. 2.
Peccati grauitas ex quibus pensanda. tom. 2. p. 215. c. 2.
Peccator potest per se cadere, sed non resur- gere. Ibidem. p. 221. c. 1.

Pecunia



T A B V L A

- Pecunia adiuuenta est tanquam rerum omnium pretium. tom. 2. p. 315. c. 2.
- Poenitentia verè exemplum in Ninivitis. t. 1. p. 791. c. 1.
- Poenitentia ad cælum itur. tom. 1. p. 108. c. 1.
- Poenitentia tempus non differendum. Ibidem.
- Poenitentia mortis hora facta, qualis. tom. 1. p. 798. c. 2.
- Poenitentia quomodo faciendâ. t. 2. p. 344. c. 2.
- Poenitentia torcular. Ibid. p. 345. c. 1.
- Poenitentia Iudæ causæ ponuntur. tom. 2. p. 550. c. 2.
- Poenitentia Iudæ falsa, caruit virtutibus theologis. tom. 2. p. 550. c. 2.
- Poenæ damnatorum æternæ sunt, cõtra Originem & alios. tom. 2. p. 514. c. 1.
- Per ea quæ homines appetunt, eos ad se Dñs trahere nititur. tom. 2. p. 55. c. 2.
- Periculosum est valde iustos cum impijs conuersari. tom. 2. p. 142. c. 2.
- Petri maximû & singulare encomium. to. 2. p. 154. c. 1. p. 156. c. 1.
- Perfectio vitæ Christianæ essentialiter consistit in obseruatione præceptorû Dei, secundario in obseruatione consiliorû. to. 2. p. 138. c. 2.
- Perseuerantia Deum vincit. tom. 1. p. 501. c. 2.
- Perseuerantia corona debetur. to. 1. p. 686. c. 2.
- Perseuerantia est in præcepto. Ibid. p. 687. c. 1.
- Perseuerantia in oratione necessaria. tom. 2. p. 127. c. 1.
- Permitti rem aliquam quatuor modis cõtingit. tom. 1. p. 370. c. 1.
- Periurium: vide iuramentum.
- Poenitentia duplex, mentalis, & vocalis. to. 1. p. 152. c. 2.
- Poenitentia pro acta poenitentiæ sumitur. Ibid.
- Poenitentia qualiter faciendâ. Ibid. optimè.
- Poenitentia Ioan. Baptistæ etiam in verbis commendatur. tom. 1. p. 159. c. 2.
- Poenitentia primum prædicabile in Ecclesia. tom. 1. p. 224. c. 2.
- Poenitentia iuitiû prædicationis Christi fuit. Ibidem.
- Poenitentiam facere debemus, vt Christum mereamur habere caput. tom. 1. p. 465. c. 1. & sequentibus.
- Petrus Apostolus omnibus sanctis in charitate maior. tom. 1. p. 146. c. 1.
- Petri duplex vocatio explicat. t. 1. p. 225. c. 2.
- Petri excellentia super alios Apostolos. to. 1. p. 658. c. 2.
- Petri excellentiâ in fide, & charitate. tom. 2. p. 82. c. 2.
- Petrus & eius successores fundamentum Ecclesiæ. tom. 2. p. 161. c. 1.
- Prælato infirmo, seu Principe, subditi infirmantur. tom. 1. p. 103. c. 2.
- Prælati & Princeps malus, malos generant subditos. tom. 1. p. 115. c. 1. & 2.
- Prælatorum periculosus casus. to. 1. p. 214. c. 1.
- Prælati omni sint virtute ornati. t. 1. p. 306. c. 2.
- Prælati boni suo exëplo facillè reddunt virtutis viam. tom. 1. p. 308. c. 1.
- Prælati mali inuitiles. to. 1. p. 313. c. 1.
- Prælati cœli & terræ curam cõmissam, quomodo intelligitur. tom. 1. p. 319. c. 1.
- Prælati titulos quos sibi proprios vindicat Deus communicat. tom. 1. p. 320. c. 1.
- Prælati, sicut oculi in capite debent esse. tom. 1. p. 325. c. 2.
- Prælati ad maiora asecèdant virtutis fastigia. tom. 1. p. 566. c. 1.
- Prælati non acceptatores personarû. tom. 1. p. 587. c. 2.
- Prælatorum qualis debeat esse cura. tom. 1. p. 657. c. 1.
- Prælati auariciam fugiant. tom. 1. p. 667. c. 1.
- Prælati per alios ministrantes reprehenduntur. tom. 1. p. 677. c. 2.
- Prælati quare ouibus comparentur. Ibidem p. 678. c. 1.
- Prælati in se austeri, in alijs mitis sit. to. 1. p. 405. c. 2.
- Prælati multi hortû deliciarum faciunt sibi de Ecclesia. tom. 2. p. 339. c. 2.
- Prælati medici sunt. tom. 1. p. 738. c. 1.
- Prælati de necessitatibus subditorum sint solliciti. tom. 2. p. 76. c. 1.
- Prælati strictiori vinculo tenentur elemosynas facere. tom. 2. p. 77. & sequentibus.
- Prælati exercitiam subditorum ducens, illis fortitudinem præstat, si bonus est. to. 2. p. 83. c. 2.
- Prælatorum absentia, nauis Ecclesiæ periclitatur. tom. 2. p. 85. c. 2.
- Prælati sic curèt de bonis tēporalibus, quod principalia sint spiritualia. t. 2. p. 147. c. 1.
- Prælati agricolæ sunt. tom. 2. p. 331. c. 1.
- Prælati relidere tenentur. tom. 2. p. 297. c. 1.
- Prælatorû munus est animas soluere à peccatis. tom. 2. p. 305. c. 2.
- Prædicatoris honorandi sunt. to. 1. p. 142. c. 1.
- Prædicatores quid prædicare debeant. to. 1. p. 154. c. 2.
- Prædicatoris eximij exëplum fuit Ioannes Baptista. tom. 1. p. 160. c. 2.
- Prædicator faciens quæ docet, libertatē habet vt acriter reprehendat. t. 1. p. 164. c. 2.
- Prædicatores fuerunt ante diluuium, qui persuade-

ALPHABETICA.

- suadebant homines vt fugerēt ab ira Dei. tom. 2. p. 470. c. 2.
- Prædicatores odio habentur, quia reprehendunt cum libertate vitia. tom. 2. p. 332. c. 2.
- Prædicatores quales tenentur esse, & quādo prædicare. tom. 1. p. 224. c. 1.
- Prædicator de multitudine auditorum lætatur. tom. 1. p. 243. c. 2.
- Prædicator suam doctrinam auditoribus accommodat. tom. 1. p. 250. c. 2.
- Prædicatorum doctrina sana populis comunicetur. tom. 1. p. 300. c. 2.
- Prædicatores vbera dicantur. tom. 1. p. 302. c. 2. & p. 327. c. 1.
- Prædicatores omni sint virtute ornati. tom. 1. p. 306. c. 2.
- Prædicatorum munus est terram sterilē reddere fecundam. tom. 1. p. 309. c. 1.
- Prædicatores mali quantum noceant. tom. 1. p. 312. c. 1.
- Prædicatores decorat Christus titulis insignibus salis, lucis, ciuitatis. tom. 1. p. 319. c. 1.
- Prædicator intendens temporale lucrum reprehenditur. tom. 1. p. 323. c. 2. & p. 334. c. 2.
- Prædicatorum doctrina falsi cõparatur. Ibid.
- Prædicatores fulgura. tom. 1. p. 326. c. 1.
- Prædicator capræ comparatur, ob splendendum oculorum lumen. tom. 1. p. 326. c. 2.
- Prædicatores adulterantes verbum Dei, qui dicantur. tom. 1. p. 327. c. 2.
- Prædicator ciuitas super montem dicitur, & quare. tom. 1. p. 330. c. 2.
- Prædicatorû peccata sanguis super petram. tom. 1. p. 339. c. 1.
- Prædicatores bonæ & malæ doctrinæ quomodo dignoscendi. tom. 1. p. 511. c. 2.
- Prædicator malus vera prædicans, non est dicendus falsus propheta. tom. 1. p. 512. c. 1.
- Prædicatores mali lupi sunt. tom. 1. p. 512. col. 1.
- Prædicatores & falsi prophete, quibus signis dignoscantur. tom. 1. p. 525. c. 1. & sequentibus.
- Prædicatores à tēporalibus sint liberi. tom. 1. p. 595. c. 1.
- Prædicatoris est mundum arguere. tom. 1. p. 642. c. 2.
- Prædicator omnibus prædicet. tom. 1. p. 651. col. 2.
- Prædicator columbæ comparatur. tom. 1. p. 683. c. 2.
- Prædicator venerandus, & hospitio recipiendus. tom. 1. p. 705. c. 2.
- Prædicator veritatem constanter prædicet. tom. 1. p. 712. col. 1.
- Prædicatorum munus est homines ad Deum mittere. tom. 1. p. 725. c. 1.
- Prædicator verbo & opere doceat. tom. 1. p. 728. c. 2.
- Prædicator mundum relinquat. tom. 2. p. 231. col. 1.
- Prædicator non semper prædicet in eodem loco. Ibid.
- Prædicatoris mali doctrina sequenda, non vita. tom. 2. p. 398. c. 2.
- Principum propria debet esse clementia. tom. 2. p. 413. c. 1.
- Principum peccata maiora. tom. 2. p. 98. c. 1.
- Proximus quis dicitur. tom. 1. p. 384. c. 2.
- Pontificû veteris legis dignitas. tom. 1. p. 116. col. 1.
- Portæ proprietates peccatoribus applicantur. tom. 1. p. 498. c. 2.
- Portam cœli angustam qui intrant. tom. 1. p. 508. c. 2.
- Proximus in ordine ad beatitudinem est diligendus. tom. 2. p. 388. c. 2.
- Propinquior morti est iuuenis sene, quia magis viciosus. tom. 2. p. 476. c. 2.
- Prudentia serpentis imitanda. tom. 1. p. 680. col. 1.
- Pharisei quare viperis comparentur. tom. 1. p. 165. c. 1.
- Phariseorum iustitia qualis. tom. 1. p. 353. c. 1. & sequentibus.
- Phariseorum triplex peccatû. tom. 1. p. 484. col. 2.
- Præcepta impleri non possunt sine Dei auxilio. tom. 1. p. 500. c. 1.
- Præcepta Dei angusta porta carnalibus. t. 1. p. 508. c. 1.
- Prædestinatio precibus sanctorum iuuatur. tom. 1. p. 615. c. 2.
- Prædestinatio bona fors. tom. 1. p. 749. c. 2.
- Premium æternum quomodo debeat nonstris operibus ex iustitia. tom. 1. p. 291. c. 1. p. 395. c. 2.
- Premium, & timor homines faciunt bene operari. tom. 1. p. 794. c. 2.
- Q**uatuor dotes gloriæ ostenduntur in sole. tom. 2. p. 33. c. 2.
- Quanto maior tribulatio instat, magis est orandum. tom. 2. p. 122. c. 1.
- Quare Deus diues dicatur in misericordia. tom. 2. p. 123. c. 2.
- Quanto alius sit homo adiutus à Deo quam relictus suæ naturæ. tom. 2. p. 164. c. 1.
- Quare Christus sapè dicitur filius hominis. tom. 2. p. 299. c. 1.



T A B V L A

Quare Christus in Scriptura dicitur Dauid, & filius Dauid. tom. 2. p. 403. c. 2.
 Quare Deus superbis relinquit, & humiles exaltet. tom. 2. p. 406. c. 1. vide.
 Quare in pretio habentur abscondita vocantur in Scriptura. tom. 2. p. 45. c. 1. pag. 49. c. 2. p. 52. c. 2.
 Quarellio de tempore quo Christus fuit in sepulchro, ex professo tractatur. t. 2. p. 137. c. 1. & sequentibus.
 Quare conferunt ad salutem animarum, non omnibus propalanda. tom. 2. p. 270. c. 1.
 Quaredam habet homo bona, quare solius Dei sunt, quaredam quare mundi. tom. 2. pag. 367. col. 2.
 Quarelibet amicitia fundatur in communicatione. tom. 2. p. 388. c. 1.
 Quis ille puer fuerit, quem vocabit Iesus ad docendum humilitatem discipulis. tom. 2. p. 195. c. 1.
 Quinquies memoriam fecit Deus suare passionis, vt quinq; sensus crucifigeremus. to. 2. p. 271. c. 1.
 Qui contra proximum peccat, sibi prius nocentem parat. tom. 2. p. 337. c. 2.
 Quis ille adolescens fuerit, qui amictus sine done sequutus est Dominum in passione. tom. 2. p. 537. c. 1.
 Qui cum Christo surrexerunt, ad vitam immortalem surrexerunt. tom. 2. p. 581. c. 2.
 Quod proprium & tuum est, offert Deo, alienum non vult. tom. 2. p. 102. p. 367. c. 2.
 Quomodo Deus in Scriptura dicitur venire & moueri. tom. 2. p. 295. c. 1.
 Quotquot salui fiunt, in fide Christi salui fiunt. tom. 2. p. 298. c. 1.
 Quomodo intelligitur illud quod dicitur Iudae: Bonum erat ille, si natus non fuisset. tom. 2. p. 552. c. 1. optimè.
 Quomodo verum sit quod Christi Regnum non sit de hoc mundo. tom. 2. p. 555. c. 1.
 Quo anno, & aetate Christus mortuus est: vide tom. 2. p. 582. c. 1.

R

Ratio vir in homine. tom. 1. p. 585. c. 1.
 Rationes aliquare assignantur cur sint aeternare poenare danatorum. to. 2. p. 514. col. 2.
 Radix dicitur Christus, a quo tota dimanauit Ecclesia. tom. 1. p. 645. c. 1.
 Res spirituales cognoscuntur a nobis dum viuimus, medio rerum naturalium. tom. 2. p. 4. c. 2.
 Regulare notanda pro exponendis parabolis

Euangelicis. tom. 2. p. 8. c. 1.
 Regnum caelorum rebus pretiosissimis comparatur. tom. 2. p. 20. c. 1. & p. 36. c. 1.
 Regnum caelorum tantum valet, quantum habes. tom. 2. p. 50. c. 1.
 Regnum & magistratus ad faciendum iustitiam ordinantur a Deo. tom. 2. p. 76. c. 2.
 Regum & optimatum corda quantum interlit, vt a Deo moueantur. tom. 1. p. 108. c. 1.
 Regibus mansuetudo necessaria. tom. 1. p. 267. col. 2.
 Regnum Dei quale. tom. 1. p. 426. c. 2. p. 428.
 Regni temporalis proprietates Regno spiritali applicantur. tom. 1. p. 427. c. 2.
 Regnum misericordia prosperatur. tomo. 1. p. 429. c. 1.
 Reges quales debent esse. tom. 1. p. 427. c. 1.
 Regis est ius suum vniciq; tribuere. tomo. 1. p. 429. c. 2.
 Regnum caelorum pro Messia & Ecclesia sumitur. tom. 2. p. 27. c. 2.
 Resurrectio corporis qualis futura. tomo. 1. p. 697. c. 2. & tom. 2. p. 181. c. 2.
 Resurrectionem corporum futuram. tom. 2. p. 376. c. 1.
 Restitutio famare quomodo facienda. tomo. 1. p. 492. c. 2.
 Res turpis nec peti debet, nec impetrari ab amico. tom. 2. p. 70. c. 1.
 Res pretiosas & non viles nituntur homines imitari arte. tom. 2. p. 101. c. 2.
 Rebus spiritualibus nimis deditus, non multum curat corporis vices, nec vana iudicia mundi. tom. 2. p. 107. c. 1. & 141. c. 1.
 Religiosi sensus quibus Christus qui est caput se manifestat. tom. 2. p. 400. c. 1.
 Religiosi a consanguineis debent esse remoti. tom. 2. p. 62. c. 1.
 Religio quieta semita. tom. 1. p. 1. c. 715. c. 2.
 Religionis cum proprietate collatio. tom. 2. p. 92. c. 1.
 Religio holocaustum est. tom. 2. p. 233. c. 2.
 Reprobi in inferno agnoscunt sanctorum felicitatem. tom. 2. p. 493. c. 2.
 Resurrectionis mysterium, qa difficiles, ab omnibus Euangelistis describitur. t. 2. p. 643. c. 2.
 Resurrectionis mysterium vtilissimum est, vt iuste viuamus. tomo. 2. p. 644. c. 1.
 Resurgens Christus triumphauit de morte, de inferno, & peccato. tom. 2. p. 648. c. 2.
 Rex erat olim Deus populi Israell. tom. 2. pag. 296. col. 1.
 Rex est Christus etiam in quantum homo. tom. 1. p. 296. c. 2.
 Rex supra legem est. tom. 1. p. 428. c. 1.

Saba

ALPHABETICA.

S

Saba Regina, quare fuerit. tom. 1. p. 784. c. 1.
 Sacerdotij veteris Legis dignitas. tomo. 1. p. 116. c. 1.
 Sacerdotes ambitiosi Herodi similes. tom. 1. p. 130. c. 2.
 Sacerdotes medium inter Deum, & nos. tom. 1. p. 313. c. 2.
 Sacerdotes malos neque imitari, neque conuenire debemus. tom. 1. p. 317. c. 2.
 Sacerdotum veteris Testamenti ornatus, nostris specialiter applicatur. tom. 1. p. 319. col. 1.
 Sacerdotes veteris Legis non curabant sicut sacerdotes nouare Legis. tom. 1. p. 572. c. 1.
 Sacerdotes no acceptent munera in confessione. tom. 1. p. 587. c. 2.
 Sacerdotes mali suo malo exemplo prohibent intrare alios in Ecclesia. tom. 1. p. 614. c. 1.
 Sacerdotes Christi simbria. tom. 1. p. 641. c. 1.
 Sacerdotibus sustentatio debetur. tomo. 2. p. 674. c. 1.
 Sacerdotibus interdicitur malorum consortium. Ibid. p. 675. c. 1.
 Sacerdotum ambitio reprehenditur. tom. 2. p. 84. c. 2. p. 408. c. 2.
 Sacerdotes ceteris sanctiores esse debent. tom. 2. p. 147. c. 1.
 Sacerdotia, & praebenda non sunt consanguineis danda. tom. 2. p. 284. c. 1.
 Sacerdotum temporalis splendor ad spirituale ordinatur. tom. 2. p. 147. c. 1.
 Sacerdotes non residentes, iniuste gaudent bonis Ecclesiae. tom. 2. p. 321. c. 2.
 Sanctorum patrocinio maxime indigemus. tom. 2. p. 112. c. 1.
 Sanctorum intercessio proderit nobis si nos ipsos adiuuemus. tom. 2. p. 161. c. 2.
 Sancti dum sumus in hac vita, adiutores sunt nostri, non tamen ipsa transacta. tomo. 2. p. 484. c. 1.
 Sancti frumento comparantur. tom. 1. p. 176. c. 2. & sequentibus.
 Sanctis duplex contingit beatitudo in praesenti, & futuro. tomo. 1. p. 291. c. 1.
 Sancti quomodo Deum videant. Ibid. p. 293. col. 2.
 Sanctorum vita merces pretiosa sub vili panno abscondita. tom. 1. p. 298. c. 1.
 Sanctorum exempla nundinae sunt diuitijs plena. Ibidem. p. 297. c. 1.
 Sanctorum communio quid sit. tomo. 1. p. 333. col. 1.

Sanctis dulce fuit pro Christo pati. tomo. 1. p. 392. c. 2.
 Sancti daemionibus formidini erat. tom. 1. p. 607. col. 1.
 Sanctorum patrocinium quantum valeat. tom. 1. p. 611. c. 2. p. 615. c. 2. & tomo. 2. p. 112. col. 1.
 Sanctorum vita per miracula ostensa. tom. 1. p. 638. c. 2.
 Sanctus: vide iustus.
 Sal carnes condit, & praeseruat, & dulces reddit. tom. 1. p. 307. c. 2.
 Sal pacis symbolum. tom. 1. p. 313. c. 1.
 Sacramentorum veteris, & nouare Legis collatio. tom. 1. p. 341. c. 1.
 Sacramenta indignis no sunt comunicanda. tom. 1. p. 499. c. 2.
 Sacramenta sancta dicuntur. tom. 1. p. 497. col. 1.
 Sacramenta peccatorum medicina. to. 1. p. 628. col. 1.
 Sacramentorum frequentia signum praedestinationis. tom. 1. p. 723. c. 2.
 Sacramentum Eucharistiae maximum omnium Sacramentorum. tomo. 2. p. 659. c. 1.
 Sacrificium quid sit. tom. 1. p. 629. c. 1.
 Sanguis Christi in anima conseruatus, signum vitae spiritualis est, at effusus ab illa signum mortis. tom. 2. p. 222. c. 1.
 Sanguis Dei extra animam effusus vindictam petit. tom. 2. p. 222. c. 2.
 Sacrificium passionis Christi omnia imbibit sacrificia. tom. 2. p. 274. c. 2.
 Sacrae Scripturae testimonia arma sunt contra omnes incurfus daemionum. tom. 1. p. 331. col. 1.
 Sancta Ecclesia gallinae comparatur. tom. 1. p. 424. c. 2.
 Secretum cui sit reuelandum. tom. 2. p. 264. c. 1.
 Sedere quid significat in Scriptura. tomo. 2. p. 250. c. 1.
 Serui fideles bene tractandi. tom. 1. p. 570. c. 2.
 Seruitus ob peccatum instituta. Ibid.
 Sepultura non multum curanda. tom. 1. p. 692. col. 2.
 Septenarius numerus pro infinito sumitur. tom. 2. p. 214. c. 1.
 Sape Deus peccata patrum punit in filios. tom. 2. p. 114. c. 2.
 Sequi debemus Dominum in laboribus, non praecedere, neq; comitari. tom. 2. p. 167. c. 2.
 Secretum amicis selectis tantum est propalandum. tom. 2. p. 180. c. 1.
 Seipsum perfecte diligit qui bona spiritualia quaerit. tom. 2. p. 392. c. 2.

y y a

Sepa-



T A B V L A

Separatio perpetua à Deo maior omnibus poenis. tom. 2. p. 509. c. 1.
Septem consumationes. N. factæ sunt Christo moriente. tom. 2. p. 577. c. 1.
Sententia mortis Christi ex parte Dei iustissima fuit, executores iustitiæ iniquissimi. tom. 2. p. 585. c. 1.
Sepulchrum Domini, & eius forma describitur. tom. 2. p. 642. c. 1.
Simonia ob tres causas prohibita. t. 1. p. 667. col. 1.
Simonia reprehenditur. tom. 2. p. 321. c. 2.
Similes sunt colubris peccatores, qui cæci cum sint ad videndum suos defectus, oculos habent lynceos ad videndum alios. tom. 2. p. 95. c. 1.
Synagoga per ficu significatur ppter multa. tom. 2. p. 327. c. 2.
Somnia bonorum & malorum qualia. tom. 1. p. 129. c. 2.
Societas hominum vitanda. tom. 1. p. 151. c. 1.
Solitudo quaerenda. Ibid.
Sol iustorum figura. tom. 1. p. 660. c. 1.
Solicitudo temporalium vitanda. tom. 1. p. 476. c. 1.
Solicitudo temporalium duplex. tom. 1. p. 480. col. 2.
Solicitudo moderata temporalium bona. to. 1. p. 482. c. 2.
Societas malorum verbi Dei impedit fructum. tom. 2. p. 15. c. 2.
Societas malorum magnu periculum. tom. 2. p. 142. c. 2.
Superbia nostri mali causa. tom. 1. p. 457. col. 1.
Superbia retunditur. tom. 1. pag. 578. c. 1. & tom. 2. p. 334. c. 2.
Superbi aibus similes. tom. 1. p. 594. c. 2.
Superbia vitium periculosum. tom. 2. p. 289. col. 1.
Superbi inter omnes peccatores ipsi Deo inferre volunt bellum. tom. 2. p. 289. c. 2.
Superbiam inter omnia vitia principaliter odit Deus. tom. 2. p. 390. c. 1.
Sudor ille Christi in horto naturalis fuit. tom. 2. p. 425. c. 2.
Sudor sanguineus ex triplici causa accidit homini. tom. 2. p. 425. c. 2.
Suscipere paruulum, est aliquod obsequium ei præstare. tom. 1. p. 196. c. 1.
Scripturæ multi libri perierunt. tom. 1. p. 139. col. 1.
Scripturæ lectio valde utilis. tom. 1. p. 206. col. 1.
Scriptura margarita. tom. 1. p. 497. c. 1.

Scriptura turris vineæ Ecclesiæ. tom. 2. p. 331. col. 1.
Scandalum graue peccatu. tom. 2. p. 200. c. 1.
Spes quam iusti habent videndi Deum, eos in via lætificat, & facit bene operari. to. 2. p. 347. c. 1.
Spes comparatur vino. tom. 2. p. 347. c. 1. & sequentibus.
Spes galea caput tegens. tom. 1. p. 204. c. 2.
Spes habeda in tribulationibus. tom. 1. p. 216. col. 1.
Spes in eo ponenda, qui etiã aibus alimenta præbet. tom. 1. p. 476. c. 1.
Spes ouo comparatur. tom. 1. p. 505. c. 2.
Spes anchora. tom. 1. p. 599. c. 1.
Spes est de non visis. Ibid. c. 2.
Spes Ecclesiæ fructus lætitiæ plenus. tom. 2. p. 347. c. 1.
Sperandũ in Deo ex collatis beneficijs suademur. tom. 2. p. 132. c. 1.
Spiritus sanctus, qui est noster aduocatus, corrigit petitiones nostras, demedo, vel addendo, quod illis deest. tom. 2. p. 122. c. 2.
Stephani maxima laus fuit primum oppetere mortem pro Christo. tom. 2. pag. 425. col. 2.
Stephanus quomodò plenus gratia. tom. 2. p. 427. c. 2.
Status, & vita beatorum nuptijs comparatur. tom. 2. p. 489. c. 2.
Stella quæ Magos duxit, qualis. tom. 1. p. 94. c. 2. & sequentibus.
Stella toto itinere comitata est Magos. to. 1. p. 98. c. 1.
Stella quæ Magos duxit, fidei cognitionem designat. tom. 1. p. 101. c. 1.
Spiritus sanctus quare aqua & ignis dicitur. tom. 1. p. 175. c. 1.
Spiritus sanctus quomodò doceat nos orare. tom. 2. p. 285. c. 1.
Spiritus sanctus vetus Ecclesiæ nauẽ ducens. tom. 1. p. 599. c. 2.
Somnium vxoris Pilati circa liberationem Christi à Deo immisũ fuit, nõ à demone. tom. 2. p. 559. c. 1.
Scisio vestiu, vetus ceremonia fuit aliquib. causis. tom. 2. p. 543. c. 2.
Sol in Ecclesia Christus, alij prælati Luna, & stellæ. tom. 2. p. 457. c. 1.

Tanta est gloria pati pro Deo, quod querela iustorum erit in die iudicij aduersus eos qui fuerunt illis impedimento,
ne

ALPHABETICA.

ne tales labores tolerarent. tom. 2. p. 257. col. 2.
Templa Deo esse erigenda, multis rationibus patet. tom. 2. p. 323. c. 1.
Templum vineæ torcular. tom. 2. p. 330. c. 2.
Tempus vitæ nostræ laboris est, non deliciarum. tom. 2. p. 258. c. 2.
Temporalia omnia rapina dicuntur. tom. 1. p. 468. c. 2.
Temporalia minima sollicitudine quaerenda. tom. 1. p. 479. c. 1.
Tentatur, Deo permittente, vt fiducia in eo probetur. tom. 1. p. 131. c. 2.
Tentator dicitur dæmon. tom. 1. p. 198. c. 2. & p. 447. c. 2.
Tentatio à Deo permittente bona, à demone exequente mala. to. 1. p. 203. c. 1. & sequentibus.
Tentare Deum quid sit. tom. 1. p. 211. c. 1.
Tentar nos Deus promouendo ad bonum. tom. 1. p. 447. c. 1.
Tentat nos caro retrahendo à bono. Ibidem.
Tentatio virtutis ædificium probat. tom. 1. p. 521. c. 2.
Tentationibus dæmonum viriliter resistendum. tom. 1. p. 804. c. 1.
Tepiditas quæ mala pariat. tom. 1. pag. 473. col. 2.
Temperantia cingulum, quo caro constringitur. tom. 1. p. 204. c. 2.
Terra Dei scabellum. tom. 1. p. 375. c. 1.
Timor Dei peccatorem sanat. tom. 1. p. 588. col. 1.
Timor Dei seruilis, & filialis utilis. tom. 1. p. 694. c. 2.
Timore, & præmio homines in officio continentur. tom. 1. p. 794. c. 2.
Timor ad poenitentiam, & contritionem incitat. tom. 2. p. 344. c. 2.
Tolerandi sunt peccatores à iustis. tom. 1. p. 32. c. 2.
Tota vita nostra præparatio quædam esse debet ad bonam mortem. tom. 1. pag. 475. col. 1.
Turpis promissio etiam cum iuramento nihil valet. tom. 2. p. 71. c. 1.
Traditiones, & leges humana à diuina lege pendunt. tom. 2. p. 93. c. 1.
Transfigurationis definitio ponitur. tom. 2. p. 174. c. 1.
Transfiguratus est Dominus, non secundum quantitatem, sed secundum qualitatem. tom. 2. p. 174. c. 2.
Transfigurationis Christi qualitas gloriosa fuit quantũ ad essentiam, licet non quoad

modum essendi. tom. 2. p. 174. c. 2.
Tres calices porrigit Deus fidelibus suis ad bibendum. tom. 2. p. 273. c. 1.
Tres differentia Christianorum sunt in Ecclesia militanti. tom. 2. p. 481. c. 1.
Tribulatio succurrit Deus cum sunt in extremo malorum. tom. 1. p. 68. c. 2.
Tribulatio ad magnam lætitiã nos adducit. tom. 1. p. 109. c. 2. in fine.
Tribulatio necessaria, & ad quid. to. 1. p. 176. col. 2.
Tribulatio veros pbat amicos. t. 1. p. 469. c. 1.
Tribulatio aliquando Dei arguit præsentiam. tom. 1. p. 602. c. 2.
Tribulatio fornax coronam fabricans. tom. 1. p. 608. c. 2.
Tribulatio ad Deum mittit. tom. 1. p. 637. c. 1. & tom. 2. p. 261. c. 1.
Tribulatio nõ impedit Dei obsequiu. tom. 1. p. 710. c. 1.
Tribulationibus conuertuntur ad Deu peccatores. tom. 1. p. 786. c. 2.
Tribulationes maiores fortioribus à Deo dantur. tom. 2. p. 121. c. 2.
Tribulationes præcedunt Dei visionem. tom. 2. p. 163. c. 1.
Tribulationes vulnerant, sed non perimunt. tom. 2. p. 157. c. 2.
Trinitas tota noster pater. tom. 1. p. 418. c. 2.
Trinitas diuinarum personarum significatur in Abraham, Isaac, & Iacob. tom. 2. p. 378. col. 2.
Tria sunt genera ferentium crucem. tom. 2. p. 567. c. 2.
Tristitia, & dolores Christi immensos fuisse colligitur ex aliquibus. tom. 2. p. 627. c. 1.
Tristantur iusti in hoc mundo, & lætantur peccatores: vide causam. tom. 2. p. 292. c. 1.

Varias locutionis fastidium tollit veritatis. tom. 2. p. 6. c. 1.
Valde utilis est memoria passionis Christi contra vitia animæ. tom. 2. p. 288. c. 1.
Varijs modis olim homines occidebantur in cruce. tom. 2. p. 567. c. 2.
Vana gloria, vide gloria vana.
Verbum Dei gladius. tom. 1. p. 699. c. 2.
Verbum Dei libenter audire signum prædestinationis. tom. 1. p. 723. c. 1.
Verbum Dei à Deo prædicatum filios Dei generat. Ibidem.
Verbum Dei ouo simile. Ibidem. p. 15. c. 1.
Verbum Dei licet minus in quantitate videatur, magnu pducit fructu. t. 2. p. 21. c. 1.



T A B U L A

Verbi Dei admirabilis efficacia. tom. 2. p. 13. & 14. p. 20. & sequentib.
 Verba Dei arma contra omnes tentationes diaboli. tom. 2. p. 14. c. 2.
 Verbum Dei, quod dicitur semen, maxime differt ab alijs seminibus. tom. 2. p. 21. c. 2.
 Verbum Dei origo omnium virtutum, & operum bonorum. tom. 2. p. 21. c. 1.
 Verbum Dei in Scriptura plurimis nominibus nominatur. tom. 2. p. 21. c. 1.
 Verbum Dei dicitur in Scriptura omnipotens, & quare. tom. 2. p. 21. c. 2. p. 470. c. 2.
 Verbum Dei omnia in se continet bona, tam corporis, quam animæ. tom. 2. p. 22. c. 1.
 Verbum Dei præuias exigit dispositiones, vt fructificet. tom. 2. p. 22. c. 1.
 Verbum Dei dicitur semen, & quare. tom. 2. p. 22. c. 2.
 Veritas cingulum cæteras colligens virtutes. tomo. 1. p. 204. c. 1.
 Veraces nos vult Christus esse. to. 1. p. 336. c. 2.
 Veritatem cum proximo tractare Euangelicum est. tomo. 1. p. 711. c. 2.
 Veritas non ceculanda. tom. 1. p. 718. c. 1.
 Veritas malis odiosa lux. tom. 2. p. 115. c. 1.
 Veritatis conditio est odium parere, & inimicitias. tom. 2. p. 105. c. 1.
 Veritas tantum reperitur in Ecclesia quæ columna est, & fundamentum veritatis. tom. 2. p. 155. c. 1.
 Vipera proprietates. tomo. 1. p. 165. c. 2.
 Virtus prima facie terribilis, postea iocunda. tom. 1. p. 248. c. 1.
 Virtus secundum naturam est, & ideo facillima. tomo. 1. p. 307. c. 2.
 Virtutem facilem reddunt boni ministri Ecclesie. tom. 1. p. 308. c. 2.
 Virtus lux dicitur. tom. 1. p. 336. c. 1.
 Virtutis opera à Deo sunt, & ad Deum tendunt. tom. 1. p. 396. c. 2.
 Virtutes theologales in oratione Dominica profiteamur. tomo. 1. p. 423. c. 1.
 Virtutes theologice cœlū respiciunt. tom. 1. p. 469. c. 2.
 Virtutes quare arma lucis dicantur. tom. 1. p. 471. c. 2.
 Virtutis via quare arcta dicatur. to. 1. p. 507. col. 2.
 Virtutis supellex apparatus exterior. tom. 1. p. 516. c. 2.
 Virtutes theologales ad iustificationem necessariæ. tom. 1. p. 615. c. 2.
 Virtus verū & solidum bonū. tom. 2. p. 51. c. 1.
 Virtutis magna fortitudo, quæ à Regibus timetur. tom. 2. p. 72. c. 1.

Virtus non acquiritur in instanti. tomo. 2. p. 282. c. 1.
 Virtus pretiosa res à solo Deo oritur. tom. 2. p. 101. c. 2.
 Virtus bonum commune est, & quilibet eam habere potest. tom. 2. p. 114. c. 1.
 Virtus occultari non potest. tom. 2. p. 220. c. 2.
 Vita est actus animæ, secundum suam substantiam. tom. 1. p. 565. c. 2.
 Via quibus mundus intendit destruere iustum, seruiunt ad exaltationem suam. tom. 2. p. 647. c. 1.
 Viam Regni cœlorum in laboribus posuit Deus, & quare. tom. 2. p. 644. c. 1.
 Vigilare continuo oportet, ne nos mors imparatos inueniat. tom. 2. p. 477. c. 1.
 Vinea maxime inter omnes arbores eget cultura. tom. 2. p. 334. c. 2.
 Vincula diuini amoris expeditiorem faciunt hominem ad currendum in via Dei, in quo differunt ab alijs vinculis. tom. 2. p. 54. c. 2.
 Voluntas tua necessaria est, vt iustificeris. tom. 2. p. 297. c. 2.
 Voluptates non sunt querendæ in hoc mundo. tom. 2. p. 386. c. 1.
 Voluntas nostra conformis esse debet voluntati Dei. tom. 2. p. 263. c. 2. & p. 286. c. 1.
 Voluntas Dei regula est omni boni. Ibidem p. 286. c. 2.
 Voluntas nostra clavis, qua custoditur, vel destruitur thesaurus animæ nostræ. tom. 2. p. 96. c. 1.
 Voluntas & intellectus noster non quietantur, nisi intelligendo, vel amando Deum. tom. 2. p. 56. c. 1.
 Vxoris vox non est audienda, cum id gloria Dei poscit. tom. 2. p. 365. c. 1.
 Vulpes dolosi figura. tom. 1. p. 595. c. 2.
 Vulgi varia opinio. tom. 1. p. 613. c. 2.

Z

Z Elotipia pessimum malū. tom. 1. p. 66. c. 1.
 Zachariæ qualiter Angelus apparuit. tom. 1. p. 74. c. 1.
 Zacharias ille qui inter templum, & altare occisus est, quis fuerit. tomo. 2. pag. 420. col. 2.

F I N I S

INDEX



INDEX AVTHORITATVM
 Scripturæ, quæ sparsim in toto hoc opere
 explicantur ab authore secundum ordinem veteris,
 ac noui Testamenti: in quo quid literæ, & numeri
 significant dictum est in tabula
 Sententiarum.

E X G E N E S I

Cap. 1.



Spiritus Domini ferebatur super aquas. tom. 2. pag. 17. col. 2.
 In principio creauit Deus cœlum, & terram. tom. 1. p. 592. c. 1.
 2 Plantauit Deus paradysum voluptatis, in quo collocauit hominem. to. 2. p. 99. col. 1.
 Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. tomo. 2. p. 372. col. 1.
 3 Immisit Dominus soporem in Adam, & ex latere ipsius dormientis tulit costam ex qua mulierem condidit. to. 2. p. 645. col. 2.
 Omne quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius. to. 1. p. 320. c. 1.
 3 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. to. 2. p. 522. c. 2.
 Serpens erat callidior, cæteris animantibus. to. 1. p. 680. c. 1.
 6 Hæ sunt generationes Noë vir iustus, atque perfectus, &c. tomo. 1. pagin. 12. col. 1.
 8 Misit Noë columbam quæ reuerfa est postea ferens ramum oliuæ. to. 2. p. 579. col. 1.

9 Quasi hortum, & olera dedi vobis hæc. to. 1. p. 422. c. 2.
 15 Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, tomo. 1. pagin. 395. col. 1.
 17 Abram in circuncisione vocatur Abraham. to. 1. p. 18. c. 1. & 2.
 22 Iacob luctatur cum Angelo, & in fine accipit benedictionem ab illo. tom. 1. p. 19. c. 1.
 25 Dedit Dominus conceptum Rebeccæ, & collidebantur in utero paruuli. to. 2. p. 31. c. 2.
 28 Vidit Iacob scalam, per quam ascendebant, & descendebant Angeli. tom. 2. p. 35. c. 2. p. 324. c. 1.
 37 Iacob fecit Ioseph tunicam polymitam, vsq; ad talos. tom. 2. pag. 475. c. 1. & tom. 1. p. 687. c. 1.
 48 Iacob manum dextram posuit super caput nepotis minoris, & sinistram super maiorem. to. 2. p. 374. c. 1.
 49 Iuda, te laudabunt fratres tui, & adorabunt filij matris tui. Tota prophetia explicatur. to. 1. pagin. 20. c. 1. & sequentibus.
 Salutare tuum expectabo Domine. to. 1. p. 77. c. 2.



I N D E X

Nephtalim seruus emissus dans eloquia pulchritudinis. to. 1. p. 224. c. 1.

Ex Exodo.

- 3 **V**isio rubi qui ardebat, nec comburebatur tota exponitur. to. 2. p. 257. col. 2.
- 5 **P**opulo Dei, quia sacrificare Deo volebat dicit, Vacatis otio. tomo. 1. pa. 152.
- 10 **Q**uando cessauit locustarum plaga, omnes in mari suffocati sunt. tomo. 2. p. 607. col. 2.
- 15 **M**issi iram tuam, quae deuorabit eos, sicut stipula. to. 2. p. 212. c. 1.
- D**iuisis aquis maris rubri, post transitum filiorum Israel, iterum reuerse suffocauerunt Pharaonem, & tunc cecinit Maria, Cantemus Domino. &c. to. 2. p. 648. c. 1.
- 17 **C**um populus Israel praeliaretur contra Amalech, Moyses super petram positus eleuatis manibus orabat. tomo. 2. p. 151. c. 2.
- 20 **P**raecipit Deus ne per gradus ascendant ad altare. to. 2. p. 268. c. 1.
- 23 **N**on coques hederum in lacte matris suae. to. 1. p. 511. c. 2.
- 25 **A**rca habebat quatuor angulos, & vestes qui non separabantur ab arca. tomo. 1. p. 5. c. 1.
- 26 **C**ortynae templi factae sunt opere plumario. to. 2. p. 241. c. 1.
- 28 **P**raecipit Deus, quod in fimbria vestis sacerdotalis ponerentur malogranata aurea, & cymbala argentea. tomo. 1. pag. 350. col. 2. & to. 2. p. 474. c. 2. to. 1. p. 689. c. 1.
- 31 **B**eseleel, & Oliab fabricauerunt opera tabernaculi, tam interiora, quam utensilia eius, secundum formam ostensam Moyli, &c. to. 2. p. 625. c. 1.
- 32 **P**lacatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. to. 1. p. 483. c. 2.
- 38 **I**ubet Dominus, ut in ingressu tabernaculi fieret mare aquae, & circum circa mulierum specula ponerentur. to. 2. p. 108. c. 2.
- I**n templo erant duo altaria, vnum holocaustorum, alterum thymiamatis. to. 2. p. 491. c. 1.

Ex Leuitico.

- 1 **P**raecipit Deus, ut animali offerendo prius pellis detraheretur, & post divideretur. to. 1. p. 72. c. 1.
- P**rimum sacrificium institutum a Deo fuit holocaustum, in quo totum animal consumebatur. tomo. 2. pagin. 167. col. 1.
- P**raecipit Dominus, ut ad portam tabernaculi affererent hostias, quas offerre deberent. to. 1. p. 449. c. 1.
- P**raecipit Deus quod turtur in sacrificio iuguletur, sed non separetur caput a corpore. to. 1. p. 700. c. 1.
- 2 **T**orrebis, & confringes primitias frugum igne, & confringes in morem farris. tomo. 1. p. 762. c. 2.
- 3 **N**on solum caput, & corpus animalis volebat Deus in sacrificium, sed etiam caudam. to. 2. p. 40. c. 2.
- 5 **P**raecipit Deus, ut immunda, neque tangantur, neque comedantur. tomo. 2. p. 364. c. 2.
- 6 **P**raecipit Deus, ut ignis nunquam extingatur in templo, & quod pascatur lignis oliuae. tomo. 2. pagina. 388. col. 2.
- 8 **P**rohibet Deus ne comederetur sanguis, eo quod in sanguine est anima animaliter. to. 2. p. 222. c. 2.
- 11 **T**alpa, & cygnus animalia immunda reputabantur. to. 1. p. 798. c. 2.
- 14 **A**d emundationem leprosi duo passeris sumebantur, quorum alter tantum immolabatur. tomo. 1. pagin. 193. col. 2.
- 20 **Q**ui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, &c. absque liberis exit. to. 2. p. 64. c. 2.

Ex Numeris.

- 4 **S**olis sacerdotibus licebat portare vasa tabernaculi, absque operculis, leuitis vero inclusa. tomo. 2. pagina. 11. col. 1.

13. Explo-

AUTHORITATVM.

- 18 **E**xploratores duo afferunt botrum e terra promissionis positum in palo. tomo. 2. p. 248. c. 1.
- 19 **V**as quod non habebat operculum immundum erat. to. 2. p. 19. 2.
- I**n sacrificio Vaccae ruffe vaca comburebatur, & eius emeribus immundi purificabantur, to. 2. p. 609. c. 1.
- 20 **M**oyse bis virga percussit petram, & fluxit aqua, qua satiati sunt homines, & iumenta. to. 2. p. 563. c. 1.
- 21 **I**ta delebit populus iste omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas, vsque ad radices carpere. to. 1. p. 505. c. 1.
- 23 **A**ssumpta parabola Balaam dixit. tomo. 2. pagin. 4. col. 1.

Ex Deuteronomio.

- 6 **A**udi Israel Dominus Deus tuus vnus est, &c. Diliges Dominum ex toto corde. to. 2. p. 387. c. 2.
- 13 **N**olebat Dominus, ut offerretur ei animal claudum, vel cum vno pede tantum. to. 2. p. 15. c. 1.
- 14 **A**nimalia quae reptant super terram, immunda erant ad esum, & ad sacrificium. to. 1. p. 45. c. 1.
- 32 **Q**uomodo persequebatur vnus mille, nonne, quia Deus suus vendidit eos. to. 2. p. 222. c. 1.
- 33 **I**nnundationes maris, quasi lac sugent. to. 2. p. 40. c. 2.
- Q**ui dixerit patri suo, aut matri, Nescio vos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruaerunt. tomo. 1. pag. 700. c. 2.

Ex Iosue.

- 6 **R**ahab fune coccineam posuit in fenestra, ut recordaretur exploratores beneficii accepti illo signo. to. 2. p. 635. col. 1.
- M**aledictus vir coram Domine qui reedificauerit ciuitatem Hierico. tomo. 2. p. 649. c. 1.
- 7 **A**cham usurpauit de anathemate Hierico regulam auream. tomo. 2. pagin. 142. col. 2.
- 8 **I**osue simulat fugam coram rege Achim, ut illum deludat, sed post eleuat scutum, to. 2. p. 630. c. 1.

- 10 **I**osue illos quinque reges qui impediebant ingressum terre, in cauernam includit. to. 2. p. 271. c. 2.

Ex libro Iudicum.

- 1 **F**ilia Caleb suspirauit sedens super afinam, & dedit illi pater irriguum superius, & inferius. tomo. 1. p. 15. c. 1. to. 2. p. 300. c. 1.
- 6 **G**edeon postulauit a Deo, ut prius ros in vellus caderet, & terra circumstans maneret, absque humiditate. tomo. 2. pagin. 299. col. 1. & tomo. 1. pagin. 100. col. 1.
- 7 **P**raecipit Deus Gedeoni, ut suos prius probaret milites in transitu aquae, illos perferens ad bellum qui stantes biberent. to. 1. p. 352. c. 1.
- 11 **I**epte votum fecit, & promisit offerre Deo primum quod occurrisset ei ex domo. to. 2. p. 380. c. 2.
- 14 **S**anioni occurrit leo quem dilacerauit, & post inuenit in ore eius examen apum. to. 2. p. 646. c. 1.
- 16 **C**apilli Sanioni conferebant vim, & fortitudinem cum essent in capite, sed abscessi non. tomo. 1. pagina. 356. col. 1.
- 17 **I**n diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur agebat. tomo. 1. pagina. 570. col. 1.
- 22 **Q**ui transibant vada Iordanis, & proferebant ziboleth occidebantur: qui vero sibi ziboleth, viuebant. to. 2. pag. 484. col. 2.

Ex libris Regum.

Ex primo.

- 6 **P**raecipit Dominus Sauli, ut deleret Amalech, & vniuersam Gentem, nec vlli sexui, aut aetati parceret. to. 2. pag. 128. c. 1. & sequentibus.
- 15 **M**aledixit Dominus Sauli eo quod non interfecerit lactentes Amalechitas, to. 2. p. 439. c. 2.
- 16 **S**piritus Domini malus exagitabat Saul. to. 1. p. 203. c. 2.
- O**ccultauit Dominus vnctionem Dauid in Regem precipiendo Samueli, Virulum



I N D E X

- lum de armento tolles, &c. to. 1. p. 56. col. 2.
30 **A**qua portio sit euntis ad bellum, & remanentis ad sarcinas. tom. 1. pag. 706. col. 1.

Ex secundo.

- 4 Dormiente Isboeth in domo sua occiditur ab inimicis propter negligentiam ostiarum. tomo. 2. pag. 96. c. 2. & sequentibus.
15 Fugiens Dauid à facie Absalon transijt Cedron nudis pedibus, & capite cooperto. to. 2. p. 588. c. 1.
23 Aquam allatam Dauid à viris fortibus libavit Dominus. to. 2. p. 283. c. 2.
Dauid sapientissimus omnium sedens in cathedra, & ipse tquam tenerimus ligni vermiculus qui ostingentos interfecit impetu vno. tom. 1. pag. 267. col. 2.

Ex tertio.

- 6 **D**vo Cherubin in propitiatorio duabus alis tegebant parietes, & arcam testamenti in medio habebant. to. 2. p. 384. c. 2.
Salomon posuit columnas duas ante fores Templi, quæ duodecim cathenis cingebantur. to. 1. p. 16. c. 2.
18 Usquequo claudicatis in duas partes. to. 1. p. 473. c. 1.
21 Nō fuit alter, sicut Achab, qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Dei. to. 2. p. 221. c. 2.
Voluit Achab fodere vineam Naboth in hortum. tom. 2. pagin. 258. c. 2. & p. 339. col. 2.
Canes lingent sanguinem tuum in agro Naboth. to. 2. p. 223. c. 1.
Naboth lapidibus est petemptus accusatus à falsis testibus, quia vineam noluit vendere Achab. tom. 2. pag. 541. col. 1.

Ex quarto Regum.

- 2 **P**veri irridebant Heliseum dicentes Ascende calve. tomo. 2. pagina. 269. col. 1.
4 Heliseus cum vellet suscitare filium viduæ, intrabit cubiculum. Totum explicatur. to. 1. p. 111. c. 1.

- 18 Vituperat Dominus reges qui non abstulerunt excelsa, & laudat Ezechiam, quia abstulit. to. 2. p. 117. c. 2.

Ex libr. Paralipom.

Ex primo.

- 6 **S**olus Azarias recensetur cum nomine sacerdotis. to. 2. p. 338. c. 2.
15 Elegit Dominus Leuitas, & portauerunt arcam. to. 1. p. 353. c. 1.

Ex secundo.

- 7 **D**omum quam ædificauit, tradam in parabolam. to. 2. p. 3. c. 2.

Ex libr. Esdræ.

Ex tertio.

- 1 **D**edit Iosias oues, & boues ad immolandum Pascha. tomo. 2. pag. 554. col. 1.
3 Super omnia autem vincit veritas. to. 2. pag. 70. c. 1.

Ex libr. Tobia.

- 4 **N**olli auertere faciem tuam ab illo paupere. to. 1. p. 399. c. 2.

Ex libr. Iob.

- 1 **D**ominus dedit Dñs abstulit. tomo. 1. p. 384. c. 1.
Boues arabant, & asine pascebantur, iuxta illos. to. 1. p. 654. c. 2.
Extende paululum manū tuam super eū. to. 1. p. 692. c. 2.
4 Tigris perijt, eo quod non haberet prædam. to. 1. p. 513. c. 1.
5 In sex tribulationibus liberaui te, & in septima non tanget te malum. tom. 2. p. 565. c. 1.
Vidi impium firma radice, & maledixi pulchritudini eius tomo. 2. pagin. 100. col. 2.
7 Visitas eum diluculo. to. 2. p. 252. c. 2.
Militia est vita hominis super terram, & sicut

AUTHORITATVM.

- sicut dies mercenarij dies eius. to. 2. p. 261. c. 2.
Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat. loquar, & non timebo eum. to. 1. p. 626. c. 1.
8 Humectus videtur scirpus, donec veniat sol. to. 2. p. 101. c. 1.
9 Si venerit ad me non videbo eū, si abierit non intelligam. to. 2. p. 46. c. 1.
11 Spes illorum abominatio est animæ. to. 1. p. 716. c. 2.
15 Operuit crassitudo vultū eius. to. 1. p. 233. col. 2.
18 Habitent in tabernaculo eius socij eius, qui non est. to. 1. p. 523. c. 1.
22 Qui inclinaverit oculos suos saluabitur. to. 2. p. 95. c. 1.
Nubes latibulū eius, circa cardines cœli perambulat, nec nostra cōsiderat. to. 2. p. 346. c. 1.
24 Ad calorem nimium transibunt ab aquis niuis. to. 1. p. 588. c. 1.
26 Ligat aquas in nubibus, ne pluant pariter deorsum. to. 1. p. 250. c. 2.
Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus, & venter ad tactū eius tremit. to. 1. p. 641. c. 1.
27 Assumens parabolam suam Iob. tom. 2. p. 4. c. 1.
Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbra cœlum. to. 1. p. 803. c. 1. & p. 207. c. 2.
29 Oculus sui cæco, pes claudō. to. 1. p. 717. col. 1.
28 Extendit manū suam ad filium subuertit à radicibus montem. tom. 1. p. 77. col. 2.
31 Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, si osculatus sum manum meam ori meo. tom. 2. pag. 204. col. 2.
Semper quasi tumentes fluctus timui Deum, & pondus eius ferre nō potui. to. 2. p. 344. c. 2.
Si comedi buccellam meam solus, & nō gustauit alienus ex ea. to. 1. pag. 708. col. 1.
36 Dic mihi, si habes intelligentias, per quā viā spargitur lux, diuiditur æstus super terram. to. 1. p. 39. c. 2.
39 Nunquid obserualli parturientes ceruas, incuruantur ad foetū, & pariunt. to. 1. p. 250. c. 2. p. 44. c. 1.
36 In manibus abscondit lacē, & præcepit ei, ut rursus adueniat. to. 1. p. 328. c. 2.
38 Nunquid ingressus est thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexit? to. 1. p. 23. c. 1.
Vbi eras quando ponebam fundamenta terre, indica mihi si habes intelligentias, super quo bases illius solidatæ sunt. to. 1. p. 231. c. 2.
39 Equus cū audit sonitū in bucinæ dicit Vach, terrā cingula fodit. to. 2. p. 24. col. 2.
40 An extrahere poteris Leuiathā hamo, aut funē ligabis linguam eius. tom. 1. p. 36. c. 1. p. 219. c. 1.
Nervi testicularum eius perplexi. to. 1. p. 787. c. 2.
Bestiæ agri illudent ei. tom. 1. pag. 774. c. 2.
Sub vmbra dormit in secreto calami, in lucis humētibus. tom. 1. p. 800. c. 2. in fine, & sequentibus.
41 Corpus eius compactum squamis se prementibus. to. 2. p. 19. c. 1.
Halitus eius prunas ardere facit, sternutatio eius splendor ignis. tom. 2. p. 39. col. 2.
Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. tom. 1. p. 804. c. 2.
Qui feruefcere facit profundum maris quasi cum vnguenta ebulliunt. to. 1. p. 601. c. 1.
Faciem eius præcedet egestas. tomo. 1. p. 771. col. 2.

Ex Psalterio.

- 1 **N**on sic impij non sic, sed tanquam puluis quem projicit ventus à facie terræ. to. 2. p. 29. c. 2. & p. 511. c. 2.
Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. to. 1. p. 648. c. 1.
2 Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. to. 1. p. 640. c. 2.
Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. to. 2. p. 463. col. 1.
3 Signatū est super nos lumen vultus tui Domine. to. 1. p. 338. c. 1. & to. 2. p. 17. col. 2.
9 Sub lingua eius labor, & dolor, sed & in insidijs eū diuitibus in occultis. to. 1. p. 563. c. 2.
10 Ut sagittent in obscuris rectos corde. to. 2. p. 359. c. 1.
12 Si ambulauero in medio vmbre mortis non



I N D E X

- non timebo mala quoniam tu mecum es. to. 1. p. 223. c. 1.
- 13 Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis. to. 1. p. 233. c. 2.
- 17 In corde, & corde loquuti sunt. tom. 1. p. 377. c. 1.
- 19 Memor sit Dominus omnis sacrificij tui. to. 1. p. 274. c. 2.
- 21 Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum. to. 2. p. 626. col. 1.
- Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. tom. 2. pag. 644. c. 2. & to. 1. p. 112. col. 2.
- 23 Verbo Dei caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. tom. 2. p. 21. c. 2.
- Quis ascendet in montem Domini? innocens manibus, & mundo corde. to. 2. p. 258. c. 1.
- 27 Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum, & non aedificabis eos. to. 1. pag. 807. col. 2.
- 30 In manibus tuis sortes meae. to. 1. p. 749. c. 2. p. 750. c. 1.
- 33 Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus. to. 1. p. 510. c. 1.
- 34 Ego autem cum mihi molesti essent in diebam me dilectio. to. 2. p. 192. c. 1.
- 39 In te Domine speravi non confundar in aeternum in iustitia tua libera me. to. 2. p. 460. c. 2.
- 42 Posuisti nos parabolam in Gentibus. to. 2. p. 3. c. 2.
- 47 Hic est Deus, Deus noster in aeternum & in seculum seculi ipse reget nos in secula. to. 1. pag. 32. c. 2. & sequentibus.
- 49 Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta aut tua in conspectu meo semper. to. 1. p. 370. c. 2.
- 50 Tibi soli peccaui. to. 1. p. 383. c. 2.
- 55 In me sunt Deus vota tua. to. 2. p. 235. c. 1. & to. 1. p. 113. c. 2.
- Ipsi calcaneum meum obseruabunt. to. 1. p. 762. c. 2.
- 59 Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. tom. 2. p. 172. col. 2.
- In Idumeam extendam calciamentum meum. to. 1. p. 174. c. 1.
- 61 Mendacis filij hominum in stat eris. to. 1. pagin. 494. col. 1.
- 68 Factus sum illis in parabolam. to. 2. p. 3. col. 1.
- Deus tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. to. 2. p. 628. c. 1.
- 70 Domine libera animam meam de manu peccatoris. to. 1. p. 2. 3. c. 2.
- 74 Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. to. 2. p. 508. c. 1.
- 77 Aperiam in parabolis os meum. tom. 2. p. 4. c. 1.
- 80 Vineam de Aegypto transtulisti. to. 1. p. 137. c. 1.
- 90 Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. to. 1. p. 292. c. 1.
- 101 Aruit tanquam testa virtus mea, quia oblitus sum comedere panem meum. to. 1. p. 622. c. 1.
- 103 Petra refugium herinacis. to. 2. p. 337. col. 1.
- 109 Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. tom. 1. pag. 17. col. 2.
- Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. tom. 2. p. 379. c. 1. p. 462. c. 2. & tom. 1. p. 433. c. 2.
- Virga virtutis tuae emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. to. 1. p. 186. c. 1.
- In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. tom. 1. pag. 416. col. 2.
- 115 Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. to. 2. p. 219. c. 2.
- 117 Circudederunt me, sicut apes, & exarserunt, sicut ignis in spinis. to. 1. p. 384. col. 1.
- 118 Non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt. tom. 1. p. 806. col. 2.
- Os meum aperui, & attraxi spiritum. to. 2. p. 285. c. 2.
- Factus sum sicut vter in pruina. tom. 2. p. 344. c. 2.
- Omnis consumationis vidi finem. to. 1. p. 390. c. 11.
- 119 Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. to. 1. p. 77. c. 2.
- Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. to. 1. p. 488. c. 2.
- 120 Leuaui oculos meos in montes, vnde venit auxilium mihi. to. 1. p. 469. c. 1.
- 135 Qui

AUTHORITATVM.

- 135 Qui fundauit terram super aquas. tom. 1. p. 138. c. 1.
- 143 In Psalterio decachordo psallam tibi. to. 2. p. 391. c. 1. to. 1. p. 388. c. 1.
- 144 Das escam illorum in tempore opportuno. to. 1. p. 442. c. 2.
- 103 Sol cognouit occasum suum. to. 1. p. 396. col. 2.
- 88 In imaginem pertransit homo. tomo. 1. p. 464. c. 1.

Ex Proverbij.

- 1 **A**udi filii mi disciplinam patris tui. to. 1. p. 756. c. 1.
- 3 Circuda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. to. 1. p. 352. c. 1.
- 4 Omni custodia serua cor tuum quonia ex ipso vita procedit. to. 2. p. 97. c. 1.
- 5 Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. to. 2. p. 37. c. 1. to. 1. p. 310. c. 2.
- Bibe aquam de cisterna tua, & deriuentur aquae tuae foras. to. 1. p. 145. c. 2.
- 6 Sicut diuisiones aquarum ita, & cor regis in manu Domini. to. 1. p. 524. c. 1. p. 167. c. 1. p. 616. c. 1.
- 21 Veni inebriemur verberibus. to. 2. p. 346. col. 1.
- 9 Vocauit ancillas suas ad arcem. to. 2. p. 53. col. 1.
- 17 Oculi stultorum in finibus terrae. tom. 2. p. 110. c. 1.
- 18 Impius cum in profundum malorum venerit contemnit. to. 2. p. 219. c. 1.
- Fugit impius nemine persequente. to. 1. p. 67. c. 1. & c. 2.
- 19 Domino sceneratur qui miseretur pauperis. to. 1. p. 405. c. 1.
- 20 Qui delicate nutrit seruum suum a pueritia, postea inueniet eum contumacem. to. 1. p. 452. c. 1. in fine.
- 21 Vir obediens loquitur victorias. tomo. 2. p. 648. c. 2.
- 27 Ferrum ferro exacuit. tomo. 1. pag. 775. col. 1.
- 23 Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius. tom. 1. p. 643. c. 2.
- 25 Sicut cinca vestimento, & vermis ligno, sic tristitia viri nocet. tomo. 2. pagin. 385. col. 1.
- 30 Tria sunt difficillima mihi, & quartum penitus ignoro. to. 1. p. 145. c. 2.
- 31 Gustauit, & vidit, quia bona est negotia-

- tio eius. tomo. 2. pagin. 487. c. 2.
- Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. tomo. 1. p. 763. c. 1.
- Quali nauis institoris de longe portans panem suum. to. 1. p. 513. c. 2.
- Si quaesieris eam quasi pecunia, & quasi thesaurus effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. to. 1. p. 135. c. 1.

Ex libr. Ecclesiastes.

- 1 **N**on satiatur oculus visu, neque auris auditu impletur. to. 2. p. 56. c. 1.
- Nihil nouum sub sole. to. 1. p. 12. c. 2.
- 2 Oculi sapientis in capite eius. to. 2. p. 110. col. 1.
- 10 Muscae morientes perdunt suauitatem vnguenti. to. 2. p. 28. c. 2.
- 11 Mitte panem suum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. to. 1. p. 406. c. 1.
- 12 Verba sapientum quasi stimuli, & sicut clauis in altum defixi. tomo. 2. pag. 36. c. 2. & pagin. 110. c. 1.

Ex Canticis.

- 1 **S**icut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. to. 1. p. 604. c. 1. & tom. 2. p. 399. c. 1.
- Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi. to. 2. p. 14. c. 2.
- Meliora sunt vbera tua vino. to. 2. p. 37. col. 1.
- Genae tuae sicut turturis. to. 2. p. 57. c. 2.
- Nigra sum, sed formosa. to. 2. p. 60. c. 1. & p. 358. c. 2.
- Osculetur me osculo oris sui. tom. 1. p. 11. col. 2.
- Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. to. 1. p. 112. c. 1.
- 2 Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. to. 1. p. 403. c. 1. & p. 763. c. 2.
- Dilectus meus mihi, & ego illi. to. 2. p. 234. col. 2.
- 3 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum. to. 1. p. 40. c. 1. & sequentibus.
- 4 Sicut vitta cocinea labia tua, sicut fragmen mali punici genae tuae. to. 2. p. 288. c. 1. p. 523. c. 2.



M I N D E X V A

- Sicut turris David collum tuum. tom. 2. p. 145. c. 2. & tom. 1. p. 42. c. 1. & sequenti bus, & p. 331. c. 1.
- Duo vbera tua, sicut duo hinuli caprarum gemelli. to. 1. p. 327. c. 1.
- Vulnerasti cor meum foror mea in vno crine colliculi. to. 1. p. 642. c. 1.
- Manus mea desillauerunt myrrham primam. to. 2. p. 220. c. 2.
- Manus eius tornatiles auro plena. to. 1. p. 526. c. 1.
- Labia tua desillantia myrrham primam. to. 1. p. 327. c. 1.
- Mesui myrrham meam cum aromatibus meis. to. 1. p. 635. c. 2.
- Quis det te mihi fratrem meum lugentem vbera matris meae. to. 2. p. 306. c. 2.
- Reuertere ut intueamur te. tom. 1. p. 212. c. 1.
- Auerte oculos tuos a me: ipse me auolare fecerunt. to. 2. p. 79. c. 2.
- Ascensum eius fecit purpureum, reclinatorium aureum. to. 2. p. 268. c. 2.
- Sicut cortex mali punici, ita genae tuae. to. 1. p. 654. c. 1.
- Pone me, ut signaculum super cor tuum. to. 2. p. 487. c. 1.

Ex libr. Sapientie.

- 3 Iustorum animae in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. to. 1. p. 693. c. 2.
- 5 Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec prateriet illum corripens iudicium: in cogitationibus impij interrogatio erit. to. 2. p. 170. c. 1.
- Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles. to. 1. p. 776. c. 1.
- 8 Omnipotens sermo tuus. to. 2. p. 21. c. 2.
- Intrans in domum meam conuiescam cum illa, non habet amaritudinem conuersatio illius. to. 2. p. 164. c. 1.
- Attingit a fine, vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. tom. 1. p. 208. col. 2.

Ex Ecclesiastico.

- 1 Deus ostendit sapientiam super omnia opera sua. to. 2. p. 252. c. 1.
- 2 Filii accedens ad seruitutem Dei sta in patientia, & timore, & prepara ani-

- mam tuam ad tentationem. tomo. 1. p. 48. c. 1.
- 6 Inijce pedes tuos in compedibus illius, & torques illius collum tuum. tom. 1. p. 756. c. 2.
- 7 Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. to. 2. p. 476. c. 1.
- 10 Regnum transfertur de gente in gentem, propter iniustitias. to. 2. p. 336. c. 1.
- Qualis rector ciuitatis, tales & ministri eius. to. 1. p. 115. c. 2.
- Si spiritum potestatem habentis super te absconderit locum tuum ne dimiseris. to. 1. p. 213. c. 2.
- 16 Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suae virtuti. to. 1. p. 500. c. 2.
- 21 Stultus risu exultat vocem suam. to. 1. p. 490. c. 1.
- Quali a facie colubri fuge peccatum. to. 1. p. 449. c. 1.
- Qui odit corruptionem vestigiū est peccatoris. to. 2. p. 212. c. 2.
- Cor stulti in os eius. os autem sapientis in corde. to. 1. p. 251. c. 2.
- 23 Vir multum iurans replebitur iniquitate, & a domo eius non recedet plaga. to. 1. p. 378. c. 1.
- 24 Quali Cedrus exaltata sum in Libano, quasi Cypressus in monte Sion, quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi palatio rosae in Hierico. to. 1. p. 38. c. 1.
- Ego quasi Libanus non incisus euaporauit habitationem meam. to. 1. p. 81. c. 2.
- Qui edunt me, adhuc esurient. tomo. 1. p. 308. c. 1.
- 25 Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. to. 2. p. 69. c. 2.
- 27 Iustus permanet, vt sol: stultus, vt luna mutatur. to. 1. p. 600. c. 1.
- 30 Melius est mors, quam vita amara, & requies sempiterna quam languor perleuerans. to. 2. p. 552. c. 2.
- 31 Nequius oculo quid creatum est. tom. 1. p. 472. c. 1.
- 44 Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelli. tom. 2. pagin. 51. col. 2.
- 36 Da mercedem sustentibus te, vt prophetarum fideles inueniantur. tom. 1. pag. 731. col. 1.

AVTHORITATVM.

Ex Isai.

- 1 Averte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. tom. 1. p. 647. col. 1.
- Ve genti peccatrici. to. 1. p. 773. c. 1.
- Argentum tuum versum est in scoriā. to. 2. p. 102. c. 2.
- 2 Conflabunt lanceas suas in vomeres, & gladios suos in falces. to. 1. p. 218. c. 1.
- Si fuerit numerus filiorum Israel, sicut arena maris, reliquiae saluae sunt. to. 1. p. 237. c. 1.
- 3 Agnitio vultus eorum respondebit eis. to. 2. p. 220. c. 2.
- Dicite iusto, quoniam bene. to. 2. p. 114. c. 2. & sequentibus.
- 4 Apprehendent septem mulieres virum vnum, dicentes: Panem nostrum comedemus. to. 2. p. 304. c. 2.
- 5 Cantabo dilecto meo canticum patrielis mei vineae suae. to. 2. p. 331. c. 1.
- Vae qui habetis iniquitatem in funiculis vanitatis, & sicut vineula plaustrum peccatum. to. 2. p. 340. c. 1.
- Vae qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis. to. 2. p. 363. c. 2.
- 6 Videntes non vident, & audientes non audiunt. to. 2. p. 11. c. 2.
- 7 Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. to. 1. p. 84. c. 1.
- 9 Vocabitur nomen eius, Admirabilis, Pater futuri seculi, princeps pacis. to. 1. p. 31. c. 2. & sequentibus.
- Iugum oneris eius superasti, sicut in die Madian. to. 1. p. 235. c. 2.
- 10 Computrescet iugum a facie olei. tom. 1. p. 756. c. 2.
- 11 Spiritus Domini super me, eo quod vixerit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, vt manderet contritis corde. to. 1. p. 627. c. 2.
- Delectabitur infans ab vbere super foramina aspidum. to. 1. p. 694. c. 1. p. 114. col. 1.
- Cuius ignis est in Sion, & caminus ignis in Hierusalem. to. 2. p. 491. c. 1.
- 24 Et erit sicut populus sic sacerdos. tom. 2. p. 144. c. 2.
- Congregabuntur in congregatione vnus fascis in lacum. to. 2. p. 33. c. 1.
- Hilarabunt vocem, atque laudabunt, &

- erit cum sanctificatus fuerit Dominus in eis hinc de mari. to. 1. p. 291. c. 2.
- 25 Et faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, pinguium medullatorum, vinemia defsecata. to. 1. p. 292. c. 1.
- 26 Vrbs fortitudinis nostrae Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. to. 1. p. 32. c. 2.
- Videant, & confundantur, & ignis hostes tuos deuoret. to. 1. p. 507. c. 1.
- A facie tua Domine concepimus, & quasi parturimus spiritum salutis. tom. 2. p. 44. c. 1.
- 62 Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. to. 1. p. 77. c. 2.
- 28 Non enim in feris triturabitur germen, nec rota plaustrum super ciminum circuibit. to. 2. p. 121. c. 2.
- Nunquid tota die arabit arans, vt ferat, profcindet, & seuit humum suam. to. 1. p. 31. c. 1.
- 29 Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. to. 1. p. 418. c. 1.
- 31 Dicit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus ignis in Hierusalem. to. 2. p. 379. col. 1.
- 32 Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducia, in requie opulenta. to. 1. p. 292. c. 1.
- 34 Ibi cubabit ericius. to. 2. p. 19. c. 2.
- 35 Gloria Libani data est ei, decore Carmeli, & Saron. to. 1. p. 37. c. 2.
- 42 Tacui, semper filii, quasi parturiens loquar. to. 2. p. 511. c. 1.
- 44 Delebit vt nubem iniquitatem tuam. to. 1. p. 619. c. 1.
- 47 Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis, non est solium ultra tibi, sede in terra, non vocaberis ultra mollis, & tenera. to. 1. p. 776. c. 1.
- 51 Qui dixerunt animae tuae, Incuruare, vt transeamus, & posuisti, vt terra corpus tuum. to. 2. p. 20. c. 2.
- Ecce testem populi dedi eum ducem, ac preceptorem. to. 1. p. 245. c. 2.
- 52 Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. to. 2. pag. 560. col. 2.
- 53 Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semem longeuum. to. 2. p. 589. c. 1.
- Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est, & ascendet, sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. tomo. 2. p. 645. c. 1.



I N D E X

- 54 Ponam iaspidem propugnacula tua.
to. 1. p. 332. c. 2. p. 522. c. 2.
Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas. to. 608. c. 2.
55 Non enim vię meę, vię vestrę, dicit Dominus, nec cogitationes meę, cogitationes vestrę. to. 2. p. 644. c. 1.
Venite, emite absq; argęto. to. 2. p. 4. 8 col. 1.
59 Impegimus in merendi, sicut in medijs tenebris. to. 2. p. 269. c. 2.
60 Qui sunt isti, qui vt nubes volāt, & quasi columbę ad fenestras suas. tom. 1. p. 394. c. 1. p. 113. c. 1.
Pro ære feram aurum. to. 1. p. 662. c. 2.
65 Factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. tomo. 2. pag. 488. c. 2.

Ex Hieremia.

- 2 SACERDotes non dixerun, vbi est Dñs, & pastores pęuaricati sunt simul. to. 2. p. 458. c. 1.
4 Aspexi terram, & vacua erat, & aspexi cęlos, & non erat lux in is. tomo. 2. p. 639. c. 1.
6 Cui loquar, aut quem contestabor, vt auidiat: ecce in circuncisę sunt aures eorum. to. 2. p. 23. c. 1.
7 Filij comportabant ligna, & patres accędebant ignem. to. 2. p. 30. c. 1.
11 Mitramus lignũ in panę eius. to. 2. p. 554. col. 2.
12 Facta est hęreditas mea, tanquam leo in silua. to. 2. p. 559. c. 1.
13 Abscondit Hieremias lumbare sub terrã iussu Dei, & post inuenit eum corruptum. to. 2. p. 29. c. 1.
17 Perdix fouet quę non peperit. tomo. 1. p. 805. c. 2.
Et in tempore siccitatis non erit sollicitus nec aliquãdo non desinet facere fructum. to. 2. p. 101. c. 1.
18 Posuit Hieremias cathenas ferreas super collum loco lignearũ cathenarũ quas quas ruperunt principes Hierusalem. to. 2. p. 364. c. 1.
23 In prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij. to. 1. p. 514. c. 1.
5 Ibo ergo ad optimates, & loquar eis, ecce ipsi magis confregerunt iugum. to. 2. p. 98. c. 1.
23 Confortauerunt manus pessimas, vt non

- conuerterentur vnusquisq; a malicia sua. to. 1. pagin. 339. col. 1.
22 Scribe virum sterilem, neq; enim erit de semine eius vir qui sedeat super soliu Dauid. to. 1. p. 29. c. 2.
31 Nouum faciet Dominus super terram: foemina circundabit virum. to. 1. p. 13. col. 1. & p. 52. col. 1.

Ex Hieremia in Threnis.

- 2 TENDIT arcum suũ quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis. to. 2. p. 103. c. 1. & p. 341. & sequętib;.
Pręcipitavit omnia moenia eius, & dissipauit munitiones eius. to. 2. p. 104. c. 1.
4 Effudit quasi ignem indignationę suam. to. 2. p. 104. c. 1.
Lamię nudauerunt mammas: lactauerũt carulos suos. to. 2. p. 129. c. 1. p. 440. c. 1.
Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus. to. 1. p. 315. c. 2.

Ex Baruc.

- 3 POST hęc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. to. 1. p. 151. col. 1.

Ex Ezechiele.

- 1 VISO illa quatuor animaliu exponitur. to. 2. p. 243. c. 1. & to. 1. p. 8. c. 1.
4 Pręcepit illi Deus, vt describat ciuitatę sanctam Hierusalem in laterem. to. 2. p. 58. c. 2. to. 1. p. 138. c. 2.
8 Vidit viginti quinq; viros dorsa habentes cõtra templũ, & adorabant ad ortum solis. to. 1. p. 650. c. 1.
9 Omnę super quę videritis Thau, ne occidatis. to. 1. p. 687. c. 1.
16 Trãsiens per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi viue. to. 1. p. 620. c. 1.
Ad omne caput vię ædificasti signum prostitutionis tuę. to. 2. p. 14. c. 1.
18 In quacunq; hora iustus auertit se a iustitia sua, omnes iustitię suę obliuiscetur. to. 2. p. 96. c. 2.
34 Facti sunt oves meę in deuotionę bestiarum agri, eo quod nõ esset pastor. to. 1. p. 632. c. 1.
32 Descenderunt in infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub

AUTHORITATVM.

- sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorũ in ofsiibus eorum. to. 1. p. 521. col. 1.
40 Fenestřę in templo intus erant amplę, extra angustę. to. 2. p. 588. c. 2.
43 Vidit templũ ad quod duxit eũ Deus per viam Aquilonis. tomo. 2. pag. 59. col. 1.
47 In velligio fluminis aqua attingebat, vsque ad genua, & post medium corpus cooperiebatur, &c. to. 2. p. 585. col. 1.

Ex Daniele.

- 2 STATUã quam vidit Nabuchodonosor cum capite ex auro pectore exeritur, exponitur. to. 2. p. 106. c. 1. p. 154. c. 1. & to. 1. p. 78. c. 1.
4 Arborem excellam quam vidit, sub cuius vmbra quiescebant animalia, exponitur. to. 2. p. 99. c. 2.
5 Cum fecisset cęnam principibus Balthasar vidit manum scribentem Mane, Thecel, Phares. to. 2. p. 612. c. 2.
9 Stillabit super eos indignatio tua. to. 2. pagin. 104. col. 1.

Ex Osea.

- 2 DVCA eã in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. to. 1. p. 617. c. 2.
Et erit in illa die, vocabis me vir me, & non vocabis me vltra Baalim. tomo. 1. p. 393. c. 1.
Vadam post amatores meos qui dant pãnem meum mihi. to. 2. p. 261. c. 1.
4 Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor. to. 2. p. 365. c. 2.
7 Frumentum, & vinum ruminabant. to. 1. p. 763. c. 1.
11 In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis. to. 1. p. 794. c. 1. & tomo. 2. p. 54. c. 2.
12 Ego visionem multiplicauĩ, & in manibus prophetarũ assimilatus sum. to. 2. p. 6. c. 1. & p. 35. c. 2.
13 Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium. to. 2. p. 22. c. 2.
8 Seminastis ventum, & collegistis turbine. to. 2. p. 25. c. 2.

Ex Amos.

- 2 SVPER tribus sceleribus Damasci, & super quartum non conuertã eum, eo quod vendiderunt pro argento iustũ, & pauperẽ pro calceamentis. to. 2. p. 564. c. 1. & to. 1. p. 807. c. 2.
3 Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculę, sic eruentur filij Israel qui habitãt in Samaria. to. 2. p. 14. c. 1.
5 Filij Israel quadris lapidibus ædificatos promittunt. to. 1. p. 45. c. 1.
9 Percute cardinem, & commouebuntur superliminaria. to. 1. p. 103. c. 2. & p. 214. c. 1.

Ex Michęa.

- 3 PROPHETE qui seducunt populũ meũ, qui mordent dentibus suis, & prędicãt pacẽ, & si quis non dederit in ore eorum quippiã, sanctificant super eum pręlium. to. 1. p. 505. c. 1.
7 Qui optimus ex eis quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. to. 2. p. 20. col. 1.
Vã mihi, quia factus sum, sicut qui colligit vvas post vindemiam. to. 2. p. 176. c. 2. p. 260. c. 1.
10 Ponam Samariam super aceruum lapidum. to. 1. p. 705. c. 1.

Ex Abacuc.

- 1 VESPERE fame cruciati ex cõt, idq; velociter, quia parũ diei superest, atq; crudeliter in greges quos offendunt grassantur. to. 1. p. 513. c. 1.
Propterea non peruenit, vsq; ad finem iudicium, quia impius pręualeat aduersus iustum. to. 2. p. 511. c. 2.
2 Vã qui multiplicat non sua, vt quid agruat cõtra se densum lutũ. to. 2. p. 169. c. 1.
3 Exultatio eorũ, sicut eius qui deuorat pauperẽ in abscondito. to. 2. p. 169. c. 1.

Ex Sophonia.

- 1 EGO ipse scrutabor Hierusalẽ in lucernis. to. 2. p. 217. c. 2.
3 In ignem zeli mei deuorabo terram. to. 2. p. 386. c. 2.



M V T I N D E T X A

Ex Aggao.

Adhuc modicum veniet desideratus cunctis Genibus. to. 1. p. 2. c. 1. & 2.

Ex Zacharia.

Vidit quatuor fabros, & dicit, Isti sunt qui reparabunt domum Domini. to. 1. p. 5. c. 1.

Vidit sacerdotem magnum Iesum vestibus sordidis vestitum, & praecepit Deus, ut regalibus vestibus indueretur, & ponerent sidarim super caput eius. to. 2. p. 463. c. 1.

Videbunt in quem confixerunt. tom. 1. pagin. 434. col. 1.

Ex Malachia.

Si offeratis colum ad immolandum nonne malum est? to. 2. p. 131. c. 2.

Maledictus dolosus qui habens in grege suo masculum, immolat debile Domini. tom. 2. p. 296. col. 1.

Ex Marco.

Factum est in illa die cum sero esset factum. to. 1. p. 493. c. 1.

Ex Luca.

Iam securis ad radicem arboris posita est. to. 2. p. 39. c. 1. p. 103. c. 1.

Domine non est tibi curae quod foror mea reliquit me solam ministrare? tom. 2. p. 112. c. 1.

Samaritanus vinum, & oleum effudit super vulnera illius qui incidit in latrones. to. 2. p. 209. c. 2.

Quod superest, date elemosynam. tom. 2. p. 48. c. 1.

Beatus venter qui te portavit, & vbera quae suxisti. to. 1. p. 62. c. 1. & sequentibus.

Si in digito Dei eiecio demonia, peruenit in vos regnum Dei. to. 1. p. 432. c. 1.

Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte. to. 1. p. 500. c. 2.

12 Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi, ut accendatur. to. 2. p. 386. c. 2. & p. 389. c. 1.

16 Eleuans diues oculos vidit Lazarum in sinu Abraham. to. 2. p. 493. c. 2.

21 Caelum & terra transibunt, verba autem mea non prateribunt. to. 1. p. 374. c. 2. Capillus de capite vestro non peribit. tom. 1. p. 698. c. 2.

Ex Ioanne.

1 Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. to. 2. p. 13. c. 2.

3 Qui non credit, iam iudicatus est. tom. 2. p. 360. c. 1. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, quoniam semen ipsius in eo manet. to. 2. p. 369. c. 2.

4 Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. to. 1. p. 505. c. 1.

8 Si filius vos liberauit, veri liberi eritis. to. 1. p. 79. c. 1.

10 Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. to. 1. p. 697. c. 2. p. 507. c. 2.

11 Lazarus amicus noster dormit. tom. 2. p. 377. c. 2.

13 Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. to. 2. p. 388. c. 2.

18 Regnum meum non est de hoc mundo. to. 1. p. 719. c. 2.

19 Manifestaui nomen tuum hominibus. tom. 1. p. 424. c. 1.

Ex Actis Apostolorum.

2 Possedit agrum de mercede iniquitatis. to. 1. p. 345. c. 2. in fine.

3 Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. to. 1. p. 371. c. 1.

28 Vipera a calore soluta manui Pauli adhaesit. to. 2. p. 106. c. 2.

Ex Epistola ad Romanos.

1 Tradidit illos Deus in reprobum sensum. to. 2. p. 11. c. 2.

Inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. tom. 2. pag. 423. col. 1.

Non

AVTHORITATVM.

5 Non solum, sed & gloriamur in tribulationibus, & c. tom. 2. p. 52. c. 2.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. tom. 1. p. 599. c. 2.

6 Gratia autem Deo, quoniam fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi estis. tom. 1. p. 744. c. 2.

Habetis ergo fructum vestrum in sanctificationibus, finem vero vitam aeternam. tom. 1. p. 285. c. 2.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. tom. 1. p. 50. c. 1.

7 Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. to. 1. p. 49. c. 1.

Inuenio aliam legem repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati. tom. 1. p. 585. c. 1.

8 Nihil ergo donationis est his qui sunt in Christo Iesu. tom. 1. p. 74. c. 1. in fine. De peccato damnabit peccatum. tom. 2. p. 608. c. 1. p. 626. c. 1.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. to. 1. p. 53. c. 2. & p. 114. c. 2.

Quos praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui. to. 2. p. 13. c. 2.

Quid oremus, sicut oportet nescimus, Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. tom. 2. p. 285. c. 1.

9 An non habet potestatem figulum lutum ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? tom. 2. p. 94. c. 1.

Cupiebam anathema esse pro fratribus meis. tom. 1. p. 566. c. 2.

10 Finis legis Christus est. to. 2. p. 268. c. 2. Ignorantes enim iustitiam Dei, & sua querentes statuere, iustitiam Dei non sunt subiecti. tom. 1. p. 355. c. 1.

13 Nox praecedit, dies autem appropinquabit. tom. 2. p. 302. c. 1. & p. 303. c. 2. & p. 360. c. 1.

Qui diligit proximum, legem impleuit. tom. 2. p. 390. c. 1.

14 Neque enim est verbum Dei esca & potus, sed iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto. tom. 1. p. 286. c. 2.

Ex Epistola prima ad Corinthios.

2 Quia verba eius erant in potestate probata. tom. 1. p. 524. c. 2.

3 Tanquam paruulis in Christo lac potum

vobis dedi. tom. 1. p. 311. c. 2.

4 Mihi, pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humane die, qui enim iudicat me Dominus est. tom. 1. p. 400. c. 1.

6 Nihil habentes, & omnia possidentes. tom. 2. p. 245. c. 1.

Qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. tom. 2. p. 40. c. 1.

Esca ventri, & venter escis, Deus autem hunc, & illam destruit. tom. 1. p. 368. c. 1.

9 Ego autem sic pugno, non quasi aerem verberas, sed calligo corpus meum, & c. tom. 1. p. 352. c. 2.

Quis militat suis stipendijs vnquam. tom. 1. p. 674. c. 1.

Nanquid Deo cura est de bobus? tom. 1. p. 667. c. 1.

10 Tentatio non vos apprehendat, nisi humana. tom. 1. p. 448. c. 1.

11 Mulier in Ecclesia oret velato capite, vir autem discooperto. tom. 2. p. 149. c. 1. & p. 653. c. 2.

13 Horum autem maior est charitas. tom. 2. p. 57. c. 1.

Charitas omnia sustinet, omnia suffert, & c. tom. 2. p. 32. c. 2.

Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habuero nihil sum. tom. 2. p. 483. c. 1.

15 Cum tradiderit Regnum Deo, & Patri cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem. tom. 2. p. 462. c. 1.

Quotidie morior propter vestram gloriam. tom. 1. p. 722. c. 1.

Ex Epistola secunda ad Corinthios.

2 Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei. tom. 2. p. 366. c. 2. tom. 1. p. 327. c. 2.

3 Nox vero reuelata facie gloriam Domini speculantes in eadem imaginem transformamur. tom. 1. p. 22. c. 2.

4 Deus qui dixit de tenebris lumem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris. tom. 1. p. 321. c. 2. & p. 318. c. 2.

5 Eum qui non fecit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in illo. tom. 2. p. 607. c. 2.

6 Quasi tristes, semper autem gaudentes. tom. 1. p. 248. c. 1.

10 Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. tom. 1. p. 754. c. 2.



M I N D E X V A

Huiusmodi pseudoapostoli operarij subdoli transfigurant se in Apostolos Christi. tom. 1. p. 331. c. 2.

11 Quis infirmatur, & ego non infirmor. tom. 2. p. 16. c. 1.

12 Datus est mihi angelus Satanz, qui me colaphizet. tom. 1. p. 384. c. 1.

4 Momentaneu hoc, & leue tribulationis nostraz supra modum in sublimitate eternaz glorię pōdus operatur in nobis. tom. 1. p. 494. c. 1.

Ex Epistola ad Galatas.

4 Illa quę sursum est Hierusalem mater nostra, libera est. tom. 1. p. 302. c. 2.

5 Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. tom. 2. p. 172. c. 1.

6 Quęcunq; seminauerit homo, hęc & metet. tom. 2. p. 26. c. 2.

Ex Epistola ad Ephesios.

1 M Ihi autem sanctoru minimo data est gratia hęc, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. tom. 2. p. 293. c. 2.

1 Et ipsum dedit caput super omnē Ecclesiam, quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnib; adimplet. tom. 2. p. 400. c. 1.

2 Deus qui diues est in misericordia. t. 2. p. 125. c. 2.

3 In charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere quę sit longitudo & latitudo, &c. tom. 2. p. 25. c. 2.

Ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. tom. 1. p. 417. c. 2.

4 Sol non occidat super iracundiam vestram. tom. 1. p. 361. col. 1.

6 Calciati pedes in preparationē Euangelij pacis. tom. 1. p. 790. c. 2.

Ex Epistola ad Philipenses.

4 Q Vi cum in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo. tom. 1. p. 746. c. 2.

Exinanitit semetipsum formam serui accipiens. tom. 1. p. 386. c. 1.

Humiliauit semetipsum factus obediēs

vsq; ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum. tom. 2. p. 648. c. 2.

3 Fratres, ego non arbitror me comprehendisse, vnum autem quę retrō iunc obliuiscēs, ad ea verō quę priora sunt extendo meipsum. tom. 2. p. 267. c. 2.

Multi enim ambulant, quos lapē dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi. tom. 1. p. 548. col. 1.

Ex Epistola ad Colossenses.

1 A Dimpleo ea quę defunt passionum Christi in carne mea. tom. 2. p. 273. c. 1. & p. 298. c. 1.

Per ipsam placuit reconciliari omnia. tom. 1. p. 86. c. 1. optimē.

3 Super omnia charitatem habete, quod est vinculu perfectionis. t. 1. p. 519. c. 2. p. 389. c. 1.

Deus erat omnia in omnibus. tom. 2. p. 265. c. 2.

Mortificate membra vestra, quę sunt super terram. tom. 1. p. 318. c. 1.

Ex Epistola prima ad Thessalonicēses.

5 D Ies ille, sicut fur in nocte veniet. tom. 2. p. 478. c. 1.

Ex Epistola prima ad Timotheum.

1 R Egi seculorum immortalis inuisibilis soli Deo honor & gloria. t. 2. p. 217. col. 1.

Quidam relinquētes bonam conscientiam circa fidem naufragauerunt. tom. 2. p. 219. c. 1.

2 Deus vult omnes homines saluos fieri. tom. 1. p. 435. c. 1.

Ideō nos gratias agamus Deo sine intermissione, quoniam accepistis verbum, non sicut verbū hominum, sed sicut est verē verbū Dei. t. 1. p. 798. c. 1.

3 Nō sit Neophitus, ne superbia elatus incidat in laqueū diaboli. to. 1. p. 311. c. 2.

4 Diuitibus huius seculi præcipe nō sublimē sapere. tom. 1. p. 643. c. 1.

5 Nemini citō manus imposueris. tom. 1. p. 497. c. 1.

6 O Timothee, depositū custodi, deuitas propheta-

AUTHORITATVM.

prophanas vocū nouitates, &c. tom. 1. p. 535. c. 2.
Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerūt à fide. tom. 2. p. 319. c. 1.

Ex Epistola secunda ad Timotheum.

2 C Vm modestia corripientem, &c. ne quando Deus det illis pœnitentiā. tom. 2. p. 12. c. 1.

Fidelis Deus seipsum negare nō potest. tom. 2. p. 252. c. 1.

3 Erunt homines amantes seipso cupidi elati sine affectione. tom. 2. p. 335. c. 2.

Ex his sunt qui penetrant domos, & captiuas ducūt mulierculas ornatas peccatis, docentes quę non oportet. tom. 1. p. 549. c. 1.

Ex Epistola ad Titum.

3 N Emo te contemnat. tom. 2. pag. 148. col. 2.

Ex Epistola ad Hebraeos.

1 Q Vi cum sit splendor glorię, & figura substantię eius. tom. 2. p. 183. c. 1.

6 Qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus. tom. 1. p. 599. c. 1.

Ex Epistola Iacobi.

1 V Nusquisq; tentatur à cōcupiscentia sua abstractus. tom. 2. p. 24. c. 1.

2 Qui in vno offendit, factus est omnium reus. tom. 2. p. 344. c. 1.

3 Et lingua ignis est vniuersitas iniquitatis. tom. 1. p. 489. c. 1.

Ex Epistola prima Petri.

1 A Pud quem nō est transmutatio, neq; vicissitudinis obūbratio. to. 1. p. 421. col. 2.

2 Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius. tom. 2. p. 275. c. 1.

3 In quo his qui in carcere erant, spiritu veniēs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca. tom. 1. p. 724. c. 2.

Ex Epistola secūda Petri.

3 A Quo quis superatus est, huius & seruus est. tom. 2. p. 221. c. 1.

Ex Epistola prima Ioannis.

2 O Mne quod est in mūdo, aut est concupiscentia carnis, &c. t. 2. p. 25. c. 1.

3 Videtur qualem charitatem dedit nobis Pater, quōd filij Dei nominemur, & simus. tom. 1. p. 419. c. 1.

5 Vt simus in verō filio eius. t. 1. p. 321. c. 1. Mandata eius grauiā non sunt. tom. 1. p. 753. c. 1.

Ex Apocalypsi.

3 V Incenti dabo mannā absconditū, & nomen nouum. tom. 2. p. 78. c. 2.

6 Vidit virum sedentē super equum album, cui datus est arcus, & exiuit vincens, vt vinceret. tom. 1. p. 228. c. 2.

8 Factum est silentium in celo, quasi dimidia hora. tom. 2. p. 493. c. 1.

Vidit stellam de celo cadentem, quę dicebatur absynthiū, & omnes aquas terrę amaras reddidit. to. 1. p. 307. c. 2.

10 Vidit Angelū qui habebat pedem vnū in mari, alterū in terra. t. 1. p. 144. c. 2.

9 Potestas eorum in ore, & in caudis eorū erat. tom. 1. p. 563. c. 2.

16 Facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates Gentium ceciderunt. tom. 1. p. 523. c. 1.

18 Facta est ruina magna. tom. 1. p. 523. c. 1. Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorū. tom. 1. p. 775. c. 1.

F I N I S.



Secundi Tomi errata.

Ol. 13. col. 1. in. vlt. a quod, dic quod. 13. vlt. alium etiam, etiam. 10. 1. 1. ficiās, ficiens. 20. 1. 3. 5. era in- cultat, erat incultu. 24. 1. 5. rētantur, rētatur. 25. 1. Chri- stus est, Christi est. 24. 2. 3. 5. illi, ille. 33. 2. explorat, ex- plicat. 64. 1. 1. prioris, prioris. 67. 2. 11. gol, glo. 67. 2. 1. 1. prāpunciābat, cum, prāpunciābat. 35. 1. propitius, propitius. 78. 1. portio, portio. 89. 1. 3. 8. excitati, excitati. 100. 1. 4. tā, tem. 106. 1. 1. 1. rubea, &, rubea &. 109. 2. peccatori, peccatorum. 113. 1. 8. permanebit, permanebi- mus. 115. 1. 3. 5. Egyptū, Aegyptū. 137. 2. 3. 4. ei signū, ei, nisi signum. 140. 1. 7. commerciat, empore, commer- cia: tempore. 140. 1. 11. v. fualis, v. fuales. 149. 1. 4. sāngu- nis, sāguis. 151. 1. 1. Dei, mei. 154. 1. 5. Boīsa, Bōia. 153. 1. Christi, Petri. 153. 2. formix, fornix. 156. 1. 1. 1. illum, illud. 159. 1. commoneret, commoueret. 160. 1. 11. exi- tentibus, exiltentibus. 163. 2. effectū, affectu. 164. 1. 40. scientia mea, scientiam meam. 167. 1. 19. Rege: Ahi, Rege: Ahi: 176. 1. 7. habet, habent. 180. 1. 4. 5. Alphari- ciz, Asphaltite. vlt. Sulcicia, Stulticia. 181. 1. cum alio, cū Elia. 181. 1. 30. lumitis, luminis. 183. 1. 10. quā postea per peccata, quā postea per peccatum. 183. 1. indicens, inducens. 183. 1. 2. 6. ad riorem, ad priorem. 183. 2. 1. 1. pinē, ginē. 194. 1. 3. 6. stāte, strā. 195. 1. vicibus, viribus. 197. 2. pen vorābi. vocābi. 198. 1. 19. minimis minimus. 204. 2. 1. 6. milli, mitem. 207. 2. expolitione, exequeutione. 209. 2. 1. differri, afferri. 111. 2. 50. cum se, cum, qui se. 211. descenderat, descenderunt. 213. 1. 3. 1. alijs, illis. 212. 1. voluit, noluit. 215. 1. 11. gremiās, germinās. 215. 1. 1. heceter, non liceret. 217. 1. 3. 8. figura, figurā. 217. 1. 4. congrābo, congregābo. 218. 1. 2. 4. impedi- impedimen. 240. 1. 1. 1. indicientem, indicientem. 241. 1. 1. 1. delectores, dile- ctiores. 241. 1. 2. 7. rat, ra. 242. 1. 1. pius, prius. 254. 2. 1. 8. diu, diu. 257. 1. 4. 9. vt soluat, solueret. 51. vellet, velit. 259. 1. 4. certum, centrum. 267. 1. 3. 8. emū, cum. 267. 1. 3. 7. studio, studio: 268. 1. 20. corrigam, corrigiam. 269. 1. 1. tre- mentes, tumentes. 30. Quia, Qui. 171. 1. 1. 1. 01. tota molis & vis, totam molem & vim. 273. 1. 1. 1. si id, sui defensionem, si id. 273. 1. 3. 1. 0. 1. 7. amarē, amarē. 273. 1. 4. 0. Patri, Patre. 274. 1. 4. 9. auditui, au. dici. 180. 1. 4. amara, amarā. 281. 1. 4. edocti, edoctos. 284. 1. 6. Dominus, Dominos. 285. 2. pen flegmatis, flegmat. b. 286. 1. 1. 1. salutar, cumi, salutar, cum: 287. 1. 7. illa omittete, illa non omittete. 13. strum, stum. 15. postrigia, prestigia. 50. qua, quo. 188. 1. pen luggere, lugere. 189. 1. 3. 4. vitā, victā. 149. Mortem, Mntem. 190. 1. 3. 3. Deus, decus. 190. 1. 1. 1. 6. latrant, la- rantur. 191. 1. 1. 1. 2. dāos, danti. 41. tantā, tantā. 191. 1. 2. 3. 1. iu- dicum, iudicum. 192. 1. 6. Dominū, dominium. 10. nas, nos. pen. ad re. ad re. 277. 1. 3. 6. vineatoris, vinitoris. 197. 2. 40. vellis, velis. 101. 1. antep. vite, vitā. 301. 1. 20. inme- moriam, inmemoriam. 51. milli, missi. 303. 1. 1. 7. reddi, redit. 304. 1. 3. 4. sedenti, serenti. 52. fleat, flētus. 305. 1. 2. 1. ciuitatem, ciuitate. 305. 1. 4. Ecclesie soluere betinis, hoc est peccatorum animas, & digni Ecclesie, &. 305. 1. 4. 1. Dominam, dominiam. 306. 1. 4. hinnie, hinnie. 10. millas, millia. 307. 1. 1. fortis, fortis. 14. ille, illum. 43. quā Angeli, quā antea. 307. 1. 13. tuam, suam. 308. 1. pen. fo- mes hie, fomes hic. 308. 1. 4. terrenarum, tenenorum. 309. 1. 3. 3. ante Lucanos, ante lucanos. 311. 2. Dei, diei. 309. 1. pen. tingerant, tinxerant. 312. 1. 20. clesie, clesia. 313. 1. 3. 1. docet, de seneca, docet Seneca. 313. 1. 19. cla- morem, clamore. 315. 1. 2. 3. malencholiam, melancholiam. 315. 1. 4. 2. Cerete, Certo. 49. Cetero, ceteri. 316. 1. 18. stalum, storum. 43. Theologi, Theologos. 319. 1. 4. illud, illis. 18. vellis, velis. 319. 1. 2. 4. reuelatur, rebellet. 30. reci- pieritis, recepitis. 320. 1. 1. 1. reperierunt, repererunt. 5. cir- ceribus, vbis, ceceribus, vuis. 41. vellit, velit. 50. quidem, quidam. 311. 1. 2. 3. effudere, effundere. 311. 1. 19. Grezi, Giezi. 312. 1. 3. 7. eici, eicit. 41. conscientia, conscientia.

314. 1. 2. 5. plectetur, plectatur. 325. 1. 1. 3. Et, El. 325. 1. 18. era, erat. 30. agulis, angulis. 326. 1. 2. 6. eis domus Mea, eis, Domus mea. 327. 1. 4. 6. recipif, recepif. 50. applausa- biliter, applausibiliter. 327. 1. 14. in somnem, insomnem. 33. ille, illa. 40. feredis, ferendi. 318. 1. 5. deficia, deijcia. 418. 1. 2. 5. sup. rueniens imber, superuenientem imbrem. 328. 1. 4. 1. prāquoqui, prācoque. 43. prāmaturi, prāmatur- ra. 331. 1. 4. 5. occula, occulta. 332. 2. 10. rationeū, ratio- nem. 336. 1. 1. 6. qui, quod. 341. 1. 4. amicorum, Reges ministrorum, amicorum Regis, ministrorum. 342. 1. 1. 3. 6. tquā, tanquam. 342. 1. 2. 1. exercebant, exercebunt. 41. no- bibus, nobibus. 344. 1. 1. 9. ri decem, re decem. 344. 1. 1. 1. totus, totius. 345. 1. 3. 1. fide, hie. 346. 1. 3. 3. metaphysicē, metaphoricē. 347. 1. 1. 3. humanas, humanā. 349. 2. 9. culmeno, culmen. 1. edificatio, edificationi. 351. 1. 2. 5. cōmo dio, cōmunior. 351. 2. 3. 4. Prioris, Piores. 251. 1. 3. 6. obedientiam, inobedientiam. 38. inceperant, acceperant. 352. 1. 2. 1. tributus, tributus. 36. est quā, estq;. 353. 1. 1. 2. homines, animi. 7. traditum, traditus. 354. 1. 3. 6. quā, q;. 355. 1. 4. concionatores Apo. concionatores Apo. 355. 2. 4. stoli, scilicet, stoli scilicet. 38. nolere, nollem. 357. 1. 5. 2. Ecclesia, Ecclesia. 357. 2. 7. curemus, curamus. 18. nos, eos. 359. 1. 1. 1. expofitus, expofiti. 359. 2. 3. 8. illas, illos. 360. 2. 1. 6. videbat, viuebat. 44. ligabit, ligauit. 361. 1. 1. 3. matres, matris. 362. 1. 4. venis, beris. 362. 1. 3. 3. ocu- los, oculus. 363. 1. 17. egere, egeat. 31. cura, curam. 364. 1. 5. nime, nini. 38. tū, tu. 364. 1. 4. 7. rit, ris. 40. lācea, lanea. 365. 1. 1. 1. experire, experiri. 13. partes, portes. 365. 1. 3. 1. popofeit, poscit. 36. is, is. 365. 1. 1. in vrbanos, inurbanos. 365. 1. 3. 6. Iudæ Galilæa, Iudæ Galilæi. 365. 1. 4. 5. quā, q;. 366. 1. 1. Galilæa, Galilæi. 366. 1. 10. reuelationem, re- bellationem. 13. Non, Nam. 366. 1. 28. mandata semitæ, mandata semitæ. 366. 2. 3. 5. nōdum, non modo. 367. 1. 5. contiores, contiones. 370. 1. 1. 3. sigilla, sigillas. 370. 1. 1. 3. licitudo, que, licitudo, quam. 371. 1. 1. 1. ceteri, ceteros. 11. filij, filios. 372. 1. 4. necdū est, nedū non est. 372. 1. 1. 1. re- miniscere, remisceri. 373. 1. 2. 7. sculpra scuta. 375. 1. 2. 1. quō, quo. 2. 4. cui, quo. 376. 1. 1. 5. perf. itæ, perfectæ. 42. inuān vi. 381. 1. 9. Dei dari, Dei capacitatem dari. 384. 2. 1. alias ho- alias quā, ho. 386. 1. 1. 2. lutuoso, lutoso. 3. lu- tuosa, lutosa. 386. 1. 1. pen. Christiani, Christianos. 389. 2. 4. hie, hie. 390. 1. 3. 8. amores, amore. 395. 1. 16. refertur, refertus. 395. 2. 3. 3. abreuiatum immundabit, abreuiatū inundabit. 398. 1. 1. 5. ponēdi, ponēdos. 40. bēs, bem. 42. quam, quam. 399. 1. 2. 9. venit, veniat. 400. 1. 4. 6. donas, dona. 400. 1. 4. 9. membranas, membranīs. 403. 1. 9. sum- mus, sumus. 403. 2. 1. 5. nomini nomine. 30. eo quā, eoq;. 404. 1. 3. 9. mores, mores. 405. 2. 8. rigida, rigide. 406. 1. 8. imponentes, impotentes. 31. vester, vestes. 33. quā, q;. 408. 1. 4. 5. ua sunt, ui sunt. vlt. cum, cum. 410. 1. 2. re mora, remora. 37. Dominum, donum. 412. 1. 2. 3. quā, que. 27. se posuisse, se posuisse Iouf. 413. 2. 2. 8. Vide, Tibi. 30. potis, possis. 45. fauēda, faciēda. 414. 2. 3. hic, hinc. 11. volum, bolum. 414. 1. 3. 6. culicem, calicem. 37. inter nē, internē. 415. 1. 2. 2. paret, par erit. 416. 1. 1. 3. hypocrifis, hypocrifis, 16. plenas, plenos. 413. 1. 5. ad volāte, aduolāte. 416. 1. 4. 7. veridicea, veridica. 417. 1. 1. 7. bit, uit. 418. 1. 3. 7. suggerūt, sugerunt. 418. 1. 5. 1. torrentes, torrentis. 430. 1. 6. no, quā, noq;. 431. 1. 2. 3. Ita quē, itaque. 412. 1. 3. 7. desolationes, desolationis. 29. adiuniendo, adiungendo. 435. 1. 3. 4. id, ij. 436. 1. 4. vultu res, vultures. 437. 1. 1. 3. ad amōres, ad mōres. 439. 1. 6. foceris, focerī. 13. concipiant, concipiunt. 14. quod, eo quod. 15. diuidēda, diuidēdi. 444. 1. 1. mu- tabuntur, mutabunt. 452. 2. adeō, ad ea. 475. 1. 1. 1. valea- mus, valebimus. 477. 1. 2. 9. da ba- dabi. 385. 1. 1. filij Dei, filij olei. 489. 1. 4. 2. naturam, natura. 495. 1. 1. nauis, satis.

Iuan Parquez del Marmol.



Primitomi errata.

Fol. 3. col. 1. lin. 22. Euangelia, dic Euangelica. penul.
superabundabit, superabundavit. 5. 11. posse, potest.
2. credenes, credentes. 30. circumscionem, circumcissio-
nem. 48. res. ne. 6. 1. 43. loco eo, loco, eo. 7. 1. 41. Patruū,
Patrum. 29. tribu, luda, tribui luda. 8. 1. 8. seursum ab-
errens, versum aberrarent. 11. 2. 32. tā, iam. 48. quia, qui
22. 1. 28. Moabi idis, Moabitis. 24. 1. 13. Naalō, Naalōn.
26. 1. 10. ducent, ducunt. 30. 1. 1. ascendit, ascendet. 30.
30. 1. 3. cumal, cunual. 31. 1. 18. blandiatur, blanditur.
31. 1. 13. fœdidate, fœditate. 46. necdum, nedum. 32. 1.
16. suos, tuos. 34. 1. 15. ve, vel. 34. 1. 16. vt habcant ver-
ba Hebræa aduerbium, vt habent verba Hebræa, per ad-
uerbiū, 35. 1. 8. logi, lexi. 36. 1. 50. &. 51. homo, hamo.
36. 2. 8. frætu, fiat. 38. 1. 8. facer, ficer. 43. signi, signifi.
41. 1. 6. ver, ve. 45. 1. 19. doifam agressa, diofam aggressa.
27. tem nostram, tem. Nam. 47. 1. 42. atque, abique.
47. 1. 40. fateor, fatear. 48. 1. 19. fermur, femur. 33. in-
gauros, ignauros. vlt. decuit, docuit. 48. 1. 44. quicunq;
qui nunquam. 49. 1. 49. pependit, suspendit. 50. 1. 49.
estulti, stulti. 51. 1. 9. quaterna, quaterdena. 51. 1. 19.
Thom, tom. 52. 1. 1. Chryfologolus, Chryfologus. 53.
1. 1. Anzotromorphitas, Antropomorphitas. 54. 2. 1.
apro, apo. 55. 2. 8. Phamelis, Phanelis. 11. phani,
pham. 57. 1. 17. atq; ad quæ. 30. nocte, noctua. 57.
1. 34. operta quæ, opertaq;. 58. 6. ramentum duo, ramentum
hi duo. 16. eocuntia, cocuntia. 20. euocate, vocate.
21. maram, mara. 60. 1. 15. manentes, manantes. 50.
Accipiat, Accipiebat. 61. 1. 10. portabat, portaba. 61. 2.
5. 2. tacto, iacto. 42. sit, sic. 65. 1. 3. ne, nec. 26. sit, sic.
66. 2. 1. plus, pluris. 48. rit, derit. 67. 2. 2. allud, illud.
74. 1. 1. appatirio, apparitio; antep. exami, examinan-
74. 2. 16. humil. in vigilia narita homil. in vigilia natui-
75. 1. 15. cuius operari, cuiusest operari. 18. innuitur,
innuitur. 78. 1. 24. 29. Euos, Enos. 78. 2. 8. Euos, Enos.
10. Authoc Author. 25. simulacra, simulacra. 38. vel, ve-
76. 2. 50. vlla, nulla. 80. 1. 4. 1. peremite, pereunte. 80. 2.
51. vsquam, nulquã. 83. 1. 4. 3. S. Pagnin. sanctis Pagnin.
85. 2. 10. potetiz, impotentiz. 47. vobis, nobis. 86. 2. 17.
conderit, codiderit. 90. 1. 6. prætermittre, prætermitti.
29. euerere, euertere. pen. subtilissima, subtilissima. 90. 2.
16. incantores, incatatores. 91. 1. 45. Hebraice, Græcè.
47. Græco, Hebraico. 96. 1. 16. compararentur, comparè-
tur. 30. mix, tiz. 97. 1. 20. cesari, Casari. 99. 1. 50. corde,
cor. 16. formino, feminino. 30. Acti, Acti. 100. 1. 35. &
accepta referre sic, vt accepta referre. Sic. 101. 1. 17. spe-
rabitur, operabatur. 102. 1. antep. auge- ange- 105. 1. 1.
inducta, induta. 107. 1. 2. tantum modum, tantummodo.
107. 2. 39. Azacle, Rafin. 107. 1. 40. Phacec filio Frome-
lix. Phacel filio Romelix. 109. 2. 44. stincto, extincto.
208. 1. 47. bro, bo. 108. 1. 13. quæ, qui. 109. 1. 47. pæne,
pæne. 109. 2. 20. rectè, rectæ. 111. 45. illa, illa. 116. 1. 43.
præcipius, præcipuus. 118. 1. 3. anagogia, anagogica. 119.
1. 5. corrigèdo Principes, corrigendo. Principes. 120. 1.
37. nomen, lumen. 121. 1. 2. denos, Deus. 3. abscondito,
abscondito. 121. 1. 34. fructū, factum. 122. 1. 17. charistat,
charistat. 123. 1. 3. Olex, ac, Olex. 123. 1. 45. confectum,
confictum. 124. 1. 21. hac, hæc. 36. Chananea, Chana-
næ. 126. 1. 8. incolæ, incolæ. 44. nec in, nec. 125. 1. 18.
nauitatis, natiuitatis. antep. reliquæ, reliquæ. 125. 2. 18.
multos, multus. 128. 2. 45. vlaturum, vlaturum. 129. 1.
47. paralipsi, paralyfi. 130. 1. 13. niium, num. 131. 1. 2. a
qua plucimis, a quam plurimis. 131. 1. 27. ex hic, ex his.
47. antea fuit, antea non fuit. 131. 1. 22. accipit, accepit.
132. 1. 14. Quoniam, Quam. 12. hominis, honoris. 131.
2. 1. non cupabat, nuncupabat. 45. aspi, spi. 48. porteat,
oporteat. 132. 1. 16. flabescit, flavescit. 18. deleterur,
deleatur. 133. 2. 5. crateres, crates. 135. 2. 1. profice, perfice.

5. theusarū, thesaurum. 135. 1. 10. luit urbem, uit orbem.
37. comendet, comendent. 135. 2. 4. Paulo, paulo. 135.
2. 4. tantis, tanti. 136. 1. 3. Hic, ex. 47. dicunt, domi-
nus. 137. 1. 2. Lucidius, Lucidus. 35. nasciturus, nasci-
turum. 137. 2. 4. effū, effu. 19. nem, nis. 141. 1. 37. Be-
thasaidæ, Bethsaidæ. 141. 1. 3. splendescerat, splendes-
ceret. 143. 1. 3. transidere, trāsire. 43. anguens, arguens.
143. 1. 1. exirit, exirit. 144. 1. 4. stellici, stillici. 10 est,
es. 146. 1. 26. propior, propior. 147. 1. 1. spergefāci, ex-
pergefāci. 147. 2. 34. solem Christum, scilicet iolē, Chri-
stum scilicet. 147. 2. 35. tamen sub, tamen vt sub. 148.
1. 7. & Dñs, Dñs &. 8. prædicet, prædicans. 148. 2. 48.
stum. 1. &. stum. 2. annis, &. 150. 1. 4. Tetrarchis, Te-
trarchis. 151. 1. 8. Quod, Quid. 40. dicit, discit. 152.
2. 4. eius. cuius. 6. quodāmodo, quodā modo. 154. 1.
11. olefaciebant, olfaciebant. 155. 2. 4. quor, quod.
156. 1. 49. Nec, Hæc. 157. 1. 3. indiuisibiler, indiuisibi-
litate. 35. alios, alia. 158. 1. 14. testim, testam. 26. ne ip-
se, nec ipse. 158. 1. 16. crancos, cancos. 159. 2. 1. Dau-
idz, Dauide. 6. defice, deijce. 160. 1. 3. &, etiam. 160.
2. 5. vi ait, vt ait. 161. 2. antep. aliās, alias. 31. fici, fice.
47. Leuit. 15. Leuit. 5. vltim, Pronunciat, Pronunciet.
163. 1. 14. sapiens, sapientem. 163. 2. 4. orationem no-
stram, omnem naturam. 164. 46. lannis, loannis. 165. 1.
21. lib. 39. lib. 32. 14. lib. 5. lib. 9. 166. 1. 21. linguam,
lingua. 166. 2. 1. exerant, exerunt. 166. 1. 39. Athion,
Athion. 167. 1. 2. peruenientem, prouenientem. 37. des-
perit, despexit. 167. 1. 34. nos, gnos. vlt. ipsi. Nam, ipsi
(Nā. 168. 1. 2. ipsi, &, ipsi) &. 168. 1. 35. refert, refer.
168. 2. 19. deliniuit, delinit. 29. hibite, hibete. 168. 2.
31. Ezech. 5. &, Ezech. scilicet, &. 169. 1. 44. explicans,
explicante. 170. 1. 23. sed quod com, sed com. 170. 2.
42. vocabit, vocabitur. 173. 1. 27. quæ, quibus. 174. 1. 3.
terrant liget, terram liget. 174. 1. 11. vasis, basis. 15.
aqua, a qua. 176. 1. 1. generalitates, generaliter. 176.
1. 17. qualibet arca, qualibet harum. 178. 1. 28. incorpo-
reus, corporeus. 181. 2. 32. ascendi, ascendit. 181. 1. 20.
hi act, hiatus. 14. sunt cæli, sunt ei cæli. 36. præcipia, præ-
cipua. 188. 1. intelligis, intelligi. 189. 1. 6. nod est, nō es.
1. mittis, mitis. 189. 2. 3. o. quæ modo, quo modo. 190. 1.
23. connumerare, connumerari. 191. 1. 10. bit Deus,
uit Deus. 192. 1. 45. olibæ, oliuæ. 51. mamō, mano.
192. 1. 51. virulentis, viulenti. pen. ab ad. 193. 1. 18.
antè Christi, antichristi. 20. emulèti, emolumèti. 193.
2. 47. istæ, iste. 194. 1. 48. duos, duas. 194. 1. 49. alte-
terū alterā, alterā. 195. 1. 36. agno, in albis quoniam,
agno in albis, quoniam. 195. 2. 28. precare, precari.
196. 1. 1. pen. lacticis, lactucis. 196. 2. 10. hatate, habitate.
198. 1. 3. in die, indies. 44. tientia, rientiam. vlt. sua sine,
suauit. 200. 1. 18. Patruū, Patrum. 201. 1. 40. na, gna.
202. 1. 51. delinator, delineator. 203. 1. pen. in iustu,
iniustu. 204. 1. 41. calidissimi, callidissimi. 15. in iusti-
tia, iniustitia. 205. 1. 1. At Sapios, Astapios. 25. alios,
alias. 205. 2. 46. explendunt, explendum. 43. profana-
profano. 206. 2. 13. delinatur, delinesntur. 206. 2. 36.
præcipitari, præcipitare. 41. tantum, totum. 207. 1. vlt. in
sufficiencia, insufficientia. 207. 1. 7. tij, sit. 207. 2. 23.
confangant, confingunt. 25. dominos, domini. 207. 2.
33. idolatriæ, idololatriæ. 44. Reubarbi, Reubarbari.
51. fonl. fol. pen. præter, propter. 208. 1. 14. At Ad.
209. 1. 1. dicat. Nonne, dicat, non. Nonne. 209. 1. 7.
Deshaze, Deshaz. vlt. & da, & ad. 44. muris, mumbus.
pen. pro textu, prætextu. 210. 2. 51. recatando recatean-
do. vit. es, est. 211. 1. est, es. 31. vifem ob, vifem ob.
211. 1. 30. sacra Scriptura, sacram Scripturam. 211. 1. 9.
abstinata, obstinata. 31. quod, quod. 111. 1. 48. quā to-
tius, quantocius. 212. 1. 2. possim, possim. 212. 1. 29.
excitauit,



Primi tomi errata.

exercitabit, excitabit. 30. oscitari, oscitare. 212.1.44. Christum dominum, Christus dominus. 213.1. penult. absconderit, ascenderit. 214.2.1. Carthesio, Carthesio. 31. potest, poteris. 215.1.17. Simone, Simeone. 46. streper, strepat. 217.1.16. vos, bos. 217.1.37. meum panem labauit, mecum panem leuauit. 217.1.37. in accessis, inaccessis. 218.1.1. facerent, faceret. 40. ipse, ipsas. 218.1.1. tuus acutus sit. 20. possit, posset. 41. fructuū, fructū. 219.1.3. iacentes, iacientes. 219.1.4. percuteret, percutere. 219.2.4. caliditates, calliditates. 210.1.19. si cepit, se cepit. 37. atuem, autem. 210.2.26. praecipuitati, praecipuitati. 17. omittete voces, omittite: voces. 36. dese, deret. 211.2.8. posset, possit. 221.1.30. reddetur, reditur. 223.1.4. dicit, dici. 7. Philistinorum, Philistinorum. 48. idolatria, idololatria. 224.1.15. nit, nica. 41. affuet, affuetos. 225.2.18. O, to. 226.1.13. redditurus, rediturus. 226.2.5. ingressus, ingressum. 6. Dñs, Dñm. 227.2.5. abditiora, ad abditiora. 228.1.47. quidam, quidem. 228.1.6. cum alimento, eleuauit, cum alimento, eleuauit. 228.2.28. faecudarent, faecudarent. 229.1.3. pars faciebat, pars inuenum faciebat. 229.1.12. aureum, aurum. 13. ferreum, ferream. 32. reputarent, reputarent. 229.2.53. quæ, qui. 230.1.9. quod, quicquid. 31. Eubocios, Euboicos. 38. Seras, Seres. 230.2.14. per horrendum, perhorrendū. 29. humā, humanam. 231.1.40. constituatur, Videri, constituatur: videt. 231.1.45. strenum, strenuum. 231.2.8. Petram refert, Petrum refert. 232.1.17. piscatorum, piscatorum. 47. nubus, nibus. 232.2.3. fructatim, frustatim. 234.1.10. 235.1.43. posset, pulsit. 235.1.47. minis, minis. antep. venient, venite. 237.1. vltim. constituens, constitues. 237.2.15. menti, mente. 24. Silix, Clhx. 238.1.19. dimitteret, dimiserat. 30. anhelans, anhelantem. 239.2.36. nec dum, necdum. 239.2.47. diga tormenta, illum dolores, podagiam. 240.2.30. an regimē, ad regimē. 241.1.16. Nizenus, Nyzenus Y estā siempre. 242.2.47. loco campestrē, 50. mare, mari. 243.1.33. quæ, quem. 248.1.27. causans accusans. 50. offerbar, offerant. 248.2.44. predicatori predicatōis. 249.1.7. eccū Echum. 250.2.13. Hierosolymitarum, Hierosolymitanum. 251.1.3. adiungit, adiunxit. 251.1.44. adimplete, adimplere. 252.1.25. Mesopotamia, Mesopotamiam. 253.1.27. cuius are, cuius erat ex are. 255.1.41. siue, sicut. 255.2.10. quasi, quasi. 22. plenus, plena. 256.1.22. 37. fomen, famem. 257.1.5. vel vt, velut. 259.2.1. obessa, obessa. 260.1.18. glorie, gloria. 260.2.38. Omnes, omnis. 47. elegis, elegit. 261.1.45. Gregorius Libe Gregorius, Libe- 46. rius. Ad, rius ad. 261.2.24. Qui, Cum. 40. licet, terra, licet terra. 262.1.47. fomen, famem. 51. bent, berēt. 264.1.5. tangeret, licet, tangeret, licet. 32. gat, vitam & gat vitam &. 36. Elaias, Eliaz. 41. gitto, gito. 264.2.17. ceat, tant. 20. existente, existent. 265.2.19. Reformauit, Reformabit. 36. Claro, Clario. 266.2.11. quodam, quoddam. 267.1.9. Sns, strans. 268.1.45. taubibus, tuabibus. 269.1.8. nodes, nodes lectum meum. 269.1.14. Ioan. loel. 270.2.34. aggressus lactucis edebatur, aggressibus lactucis edebatur. 270.2.51. posset, possit. 271.1.17. dicit, dicit. 272.1.51. fleuit, tunc qui, fleuit tunc, qui. 273.2.49. ne sibi, nec sibi. 274.1.46. iusticia, iniusticia. 274. antep. 275.1.12. 275.2. antep. 276.1.33. 276.2.13. famem, famem. 279.1.37. stui, stui. 283.1.50. totum folium, totum, folio. 284.2.40. es, eam. 286.1.39. prauia, peruia. 287.1.13. mundi- tic, mundities. 287.2.6. praecipue quip, praecipue: quip. 288.1. vlt. praepeter, praeter. 291.2.35. equorum, equorū. 39. equi, equi. 292.1.47. albos, albis. 293.2.11. gellu,

gestu antep. viniretur, vñiretur. 295.1.22. aurei, auri. 296.2.40. qui, quæ. 296.2. vltim. 297.1.2. dicilia, Cœcilia. 299.1.25. vilis, vilibus. 300.1.47. existis, existitis. 305.1.33. ueris, ueris. 306.2.42. nine, dine. 311.45. illuminandos, illuminandi. 313.1.8. poterit, possit. 313.2.1.5. populo, pro populo. 315.2. ante. vocare, vacare. 216.2.34. aliud falsū, aliū falsū. 317.1.1. voluit, noluit. 319.1.5. terris, terra. 31. ptura, pturam. 321.2.36. quodam, quoddam. 321.1.3. supernaturale, supernaturali. 10. era, erat. 323.1.33. agnetia, agentia. 51. pianum, plenum. 323.2.33. qui, quæ. 324.2.40. huus, huus. antep. lucidissimus, lucidissimis. 325.2.3. tis, tem. 328.1.47. suum, suam. 329.1. antep. aliquem, aliquam. 335.2.37. fol, solem. 336.2.5. cept aut sponsus, cipem, aut sponsum. 338.1.2. iam, nam. 338.2.4. tum, ptum. 339.2.10. dedit, sedet. 342.1.28. eam iusticiam, ea iusticia. 343.1.1. rapud Eu, apud Oe. 346.1.37. alle, illi. 347.2.33. est in, est a. 348.2.2. scolantes, excolantes. 350.2.27. infu uos, infu minime, infu uos minime. 351.2.42. piscines, piscinas. 46. voluptatur, volutatur. 49. nim.) vin.) 353.2.29. Pahrifæo, Pharisæo. 353.2.2. ipsa, ipse. 354.2.8. prodeat, prodat. 356.1.1. precipere, praecipue. 357.1.24. naturæ: in, naturæ in. 359.1.23. Moloe, Molech. 364.2.45. do- Erinam, dictōnem. 366.2.25. qua, quæ. 368.2.20. hanc & illam, hunc & illas. 372.2.39. mortale, nec mortale. 373.1.28. horripidationem, horripilationem. 47. iurare, iurari. 376.1.7. Ido, Idolo. 378.1.13. vapulabis, vapulabit. vlt. Socrates, Socrates. 379.2.11. vnum, vno. 380.1.1. Radaunati, Rhadamanti. 34. recte, recte. 380.2.23. dealbata, dealbate. 37. volentibus, vellentibus. 381.1.11. dictum, delictum. 42. possem, possum. 382.1.40. rudes, rudes. 385.1.34. docere, docentem. 43. cesseret, cesseret. 387.2.30. ligatus, ligatum. 23. asonans, asonans. 29. du-bus, duobus. 388.2.35. ingredine, nigredine. 391.1. vlt. obtulit, intulit. 361.1.31. bent, berent. 33. bictio, biero. 393.2.40. Eminuit, Emicuit. 393.2. pen. terras, terras. 394.1.37. lste, lste. 399.1.11. figunt, fingunt. 51. ingererat, ingererat. 403.2.11. es, est. 39. dicere, dare. 404.1.6. periculosæ, periculosæ. 406.2.39. Aquin. Aquin. 408.2.12. ille, illæ. 409.1. Sponfus, Scopus. 411.2.40. mutates, nutantes. 410.1. ad praedicandum, ad depre- candum. 420. addit, ad id. 421.1.1. quando, quando quo. 428.2. ad quod, ad quid. 429.1.13. potestates, potentes. 434.1.8. Ac sic, Ac si. 438.1.25. Epyfion, epiufion. 439.1.2. disenti, differenti. 25. Ioan. 63. Ioan. 6. 441.1.1. peritos, petitus. 442.1.1. aluo, aluo. 443.1. cam- bis, canibus. 447.1.1. mus peccata, mus ne in peccata. 447.2.18. calidus, callidus. 451.1. antepen. vobis, nobis. 451.1. penult. excidimus, excidimus. 452.2.18. equū, equū. 453.1.10. uolūt, voluerit. 10. paralyfin, paralyfin. 453.1.39. Decerachus, Decarchus. 455.1.30. assert, verus, assert, & verus. 456.1.48. diuitias, diuitia. 457.2.11. sordius, sordidius. 21. dumnum, damnnum. 44. ido, idolo. 48.1.1. idola, idola. 460.2.19. cerce, certē. 464.2.1. notis, votis. 469.2.8. qui, quæ. 466.2.4.2. paralyfin, paralyfin. 465.1.24. Can. Canis. 468.1.14. lucto, luctu. 468.2.15. Dei, diei. 52. facitrus cibo, faciatrus cibus. 469.2. antep. protinuis, protinus. 470.2.8. flexeris, flexeris. 475.1.11. qua, quæ. 477.1.31. qua, qui. 478.14. vestitu- tum, vestiuin. 478.2. diluco, diluco. 479.2.11. proti- pro. 480.1.39. Theoquis, Theognis. 483.1.7. profutu- ra, pro futura. 41. ina- inani. 484.2.7. auoluemus, inuo- luemus. 25. reddit, redit. 485.2.26. disticti, distictus. 486.2.18. extimat, existimat. 487.2.27. tun ca per- tunc aper. 489.1.14. & 489.2.6. lingua, lingua. 489.2. 48. amicut, animus. 490.2.10. pefsimam de, pefsimam. 490.2.17. suem ingredientem, suis ingredientem. 492.1.

Primi tomi errata.

17. illæ, ille. 27. adhibere, adhibere. 492.2.38. iniurgiū. 50. mātis, mētis. 493.1.19. sant, sint. 21. Velut, Vel, vt. 494.2. cernamus, sernamus. 497.2.42. diuis, diuinis. 1. ne- minem, nemini. 498.1.11. exerari, reserari. 498.2.39. Assert, assert, Assert, affer. 47. inuolurabro, in volurabro. 499.1.3. Moitruum, Monitrolum. 10. cifum, scifum. 35. spurcama, e, spurcam, ac. 39. signi- signifi. 502.1.9. iuiticias, iuticias. 501.2.17. Antigone, Antigonō. 503.1.3. dia, cordia. 503.2.11. diuo, diuino. 504.1.18. nolem, nollem. 505.2. & si omnis, & sicut omnis. 505.2. 40. spectamus, expectamus. 1. ecce enim, cæca enim. 506.1.12. inclinata, inclinati. 13. tuis, suis. 507.1.40. quosq; quisq;. 510.1.20. vitæ, viæ. 49. gustate, gustate. 511.1.10. lubricus, nunc &, lubricus nunc, &. 511.2.8. timida, tumida. 512.2.21. sint exaggerat, tent, exaggerat. 514.2.19. dereliquit, derelinquit. 33. quantum in, quan- tum. 515.2.48. extasi, extasi. 516.2.30. praecipue, prae- cipue. 517.2.3. hæc, hæc. 520.1.42. superbi, superbos. 521.2.21. permo- per mol- 523.2.21. imminuta, in mi- nuta. 523.2. antep. admirationi, admirationis. 524.1.7. Quocira, Quocira. 525.2.17. heretici, hereticos. 18. siti, sitos. 526.1.48. iudicemus, iudicemur. 526.2.24. num non. 526.2.41. scissione non eruat, scissione eruat. 530. 2.30. vincula, vinculo. 32. in cocto, incocto. 530.2. vlt. redent, ident. 533.1.22. Marchio. Maicio. 534.1.36. texuerunt, tixerunt. 534.2.29. tãgit, tingit. 535.2. 43. themare, thematizare. 536.2.20. vniuersitati, vniuersitatis. 37. effixerunt, effinxerunt. 540.2.3. si de- sed de. 544.2. pen. debebat, debeat. 545.1.23. Taruisino Taruisino. 546.2.38. discerint, dicerint. 550.2.24. quis sit, quis cum sit. 25. cū quem, quem. 560.1.38. auite, aluite. 561.2.37. corā, coronam. 49. edium, edictum. 563.2.42. erobit, trabit. 565.1.41. praefacto, prefato.

636.1. excitare, exiccare. 641.1.19. acha, hacha. 643.1. 27. detractiones, detractiones. 644.1.38. fallaciter, fal- laciter. 646.2. antep. adijcentia, adiacentia. 647.1.10. tua multuantem, tumultuantem. 654. perostium, per ostium. 653.2. loab, loas. 657.2.8. possint, possent. 658.2.45. Caesaris, Cæsaribus. 661.1.7. Israelitæ, Ismaelitæ. 11. ido- idolo. 672.2.35. Trimegitrum, Trime- gitum. 677.2.3. persipema, persipema. 679.2.10. dif- pergisti, dispersisti. 17. sum, suum. 39. caudam, caduca. 681.1.4. nobilitatem, mobilitatem. 8. visibi- volubi- 11. larAngini, laryngem. 681.2.33. Ezechios, Ischios. 681. 1.30. Ionatham, loatham. 885.2.46. est vobis, est de vo- bis. 2. imperuasibilis, imperuasibilibus. 687.1. penul- ne, nec. 687.2.1. sig, signi. 688.1.46. tura, toribus. 690.2. misus est, nisus est. 47. subenis, subuenis, 2. quam in manu, quam in vita. 693.1. penul. duria, ducia. 694.1.1. iusta, iuxta. 695.1.48. Nec, Hæc. 2. intentio, intētio. 696.1.3. de, in. 697.1.42. duos, duo. 698.2.11. fumo, fumo. 700.2.9. omnibus, nominibus. 701.1.43. & ibi, en tibi. 733.1.41. mercantur, alij compelluntur mercantur, alij furantur, alij compelluntur. 741.1.12. iu- stificati, iustificasti. 743.1.44. igitur Syl Sa. 45. & se, & syl. 747.1.17. dijs, dij. 753.1.12. vincula, vincula. 756. 1.3. suum, sum. 795.1.37. Abiothar, Abiathar. 763.1. 30. consecrans, consecras. 770.1.16. Tu demum, Tum demum. 776.1.40. pristinum, pistrinum. 779.2.11. dici dicitur. 781.2.9. loquitur, loquetur. 30. perficiet, fa- ciet. 31. loquetur, loquatur. 783.2. vlt. de quoniam, de vt quoniam. 786.2. muris, nauis. 791.1.43. penitentia penitentia. 790.1. dilecta, delicta. 2. saluis, solutis.

Iuan Vazquez del Marmol.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[The right page of the manuscript is almost entirely blank, showing only the texture and color of the aged paper.]



